12.545

VESALII
ANATOMIA

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala Est. Tab. Núm.

b1599224x

1ª
12545

~~Num. 33. Cas. 5 num. 4. 3~~


ANDREAE VESALII
BRVXELLENSIS, SCHOLAE
medicorum Patauinæ professoris, de
Humani corporis fabrica
Libri septem.
CVM CAESAREAE
Maiest. Galliarum Regis, ac Senatus Veneti gratia & priuilegio, ut in diplomatis eorundem continetur.

BASILEAE.

# AD DIVVM CAROLVM QVINTVM, MAXIMVM, INVICTISSIMVM QVE IMPERATOREM, ANDREAE VESALII *in suos de Humani corporis fabrica libros, Præfatio.*



QVANTVMVIS uaria in artibus scientijsq; tractandis grauiter obstent, quo minus accuratè perdiscantur, minusq; fœliciter in usum succedant, CAROLE clementissime Cæsar, tamen haud mediocre dispendium quoque adferre arbitror, nimium diductam disciplinarum, quæ uni cuipiam arti absoluendæ famulantur diuisionem, & multo adhuc magis eius artis exercitiorum adeò morosam ad diuersos artifices distributionem, ut qui artis scopum sibi præfixerũt, unam eius partem ita complexentur, ut cæteris quæ ipsum maximopere spectant, & ab illo seiungi nequeunt, relictis, nihil unquam egregium præstent, ac propositum finem nunquam attingentes, à uera artis constitutione perpetuò declinent. Nam, ut cæteras quidem silentio præteream, & de ea quæ sanitati hominũ præfecta est, aliquantisper sermonem instituam, profectò in hac tametsi reliquarum omnium quas hominis ingenium adinuenit longè cõmodissima & imprimis necessaria difficilisq; ac operosa sit, nihil pestilentius irrepere potuisset, quàm quòd aliquando, & præcipue pòst Gotthorum illuuiem, Mansoremq; Persiæ regem (sub quo Arabes nobis adhuc cum Græcis meritò familiares uigebant) medicina eouisq; lacerari cepit, quòd primarium eius instrumentum manus operam in curando adhibens, sic neglectum est, ut ad plebeios ac disciplinis medicæ arti subseruientibus neutiquam instructos, id quasi uideatur esse demandatum. Quamuis enim tres medicorum sectæ olim extiterint, Logica uidelicet, Empirica & Methodica, nihilominus tamen illarum autores uniuersæ artis scopum ad conseruandam sanitatem, morbosq; profligandos direxerunt. deinde huc omnia, quæ singuli in suis sectis arti necessaria existimabant, referentes, tripli ci auxiliorum instrumento utebantur, quorum primum uictus fuit ratio, secundum omnis medicaminum usus, tertium manus opera, quæ uel præ cæteris medicinam esse deficientium additionem, & superfluorũ ablationem, eleganter ostendit, ac nunquam non sui usum in affectuum curatione præbet, quoties in re medica obimus, quorum beneficio hanc generi humano saluberrimã esse, tempora ususq; docuerũt. Triplex hæc medendi ratio, cuiusuisq; sectæ medicis æquè erat familiaris, ipsiq; proprias manus pro affectuum natura curationi accommodantes, non minorem industriam in illis exercendis impenderunt, quàm instituendæ uictus rationi, aut medicamentis dignoscendis, ac componendis. quemadmodum præter cæteros diuini Hippocratis libros, ij liquidò arguunt, quos de Medici munere, de Ossium fracturis, Articulorum luxationibus, eiusq; generis malis omnium absolutissimè conscripsit. Quin & Galenus post Hippocratem medicinæ princeps, præterquam quòd Pergamensium gladiatorum curationem sibi soli commissam subinde gloriatur, neque ingrauescente iam ætate, simias ab ipso secandas famulorum opera excoriari uoluit, crebrò inculcat, quantum manus artificio oblectatus sit, quamq; studiosè id cum cæteris Asiæ medicis exercuerit. Imò ueterum nullus non æquè attentè curationem quæ manu fit, atque eam quæ uictu ac medicamentis perficitur, posteris tradidisse uidetur. Verùm maximè post Gotthorum uastationem, quando omnes scientiæ antea pulcherrimè florentes, atque ut decebat exercitæ, pessum iuere, lautiores medici primùm in Italia ad ueterum Romanorum imitationem manus operam fastidientes, quæ in ægris manu facienda ducerent, seruis præscribere, ac illis tantum architectorum modo astare, cœperunt. Mox quum sensim cæteri quoque ueram medicinam exercitantium incommoda detrectarent, quæstui honoriq; nihil interim subducentes, à priscis medicis promptè degenerarunt, coquendi modum, omnemq; adeò uictus præparationem ægrorum custodibus, medicaminũ compositionem pharmacopolis, manuum uerò munus tonsoribus relinquentes. Atque ita temporis successu, curandi ratio tam miserè diuulsa est, ut medici quidem, se physicorum nomine uenditantes, medicamentorum & uictus ad reconditos affectus præscriptionem sibi duntaxat arrogauerint: reliquam autem medicinam, ijs quos Chirur-

gos nominant, uixq; famulorum loco habent, relegarint, turpiter à se quod præcipuum & antiquissimum est medicinæ membrum, quodq; naturæ speculationi (si modò quod aliud) in primis innititur, depellentes: id quod tamen hodie apud Indos maximè reges exercent, Persæ hæreditario iure suis liberis perinde ac quondam tota Asclepiadum ars tradunt, Thraces cum plerisque nationibus summè colunt ac uenerãtur. ea artis parte propemodum neglecta, quam olim Romani tanquam eludendis interimendisq; hominibus excogitatam, è re publica proscripserunt: ut quæ citra Naturæ opem nihil penitus accommodet, imò & illam alioquin in morbo à se explicando satagentem, iuuare studens, frequenter totam perfundet, & ab officio prorsus abstrahat. Vnde etiam illi potissimùm debemus, quòd tot conuicijs in medicos iaci solitis hæc sacratissima ars eludatur, quum tamen ipsius pars, quam liberalibus disciplinis instituti à se turpiter diuelli sinunt, præcipua laude illam perpetuò illustret. Quando enim ingeniorum fons Homerus medicum uirum multis præstantiorem esse affirmat, & cum uniuersis Græciæ poetis Podalyrium & Machaonem celebrat, hi diui Æsculapij filij non ideo prædicantur, quòd febriculam, & quæ sola Natura absque medici auxilio leuius, quàm illo adhibito, sanat, remouerent, hominum'ue palato in reconditis deploratisq; affectibus subseruirent: sed quia luxationum, fracturarum, uulnerum, & reliquarum continuitatis solutionum, sanguinisq; fluxus curationi potissimùm præessent, ac spiculis, telis, atque alijs eiusmodi malis (quæ bella in primis inferunt, diligentemq; medici operam semper expetũt) generosissimos Agamemnonis milites liberarent. Verùm augustissime Cæsar CAROLE, unum medicinæ instrumentum alijs præferre, haud quaquam proposuit: quum triplex dicta auxiliorum ratio minimè disiungi possit, & tota ad unum artificem attineat: atque ad hanc ut debitè exequatur, omnes medicinæ partes ex æquo ita constitutæ paratæq; sint, ut singula eo felicius in usum referantur, quo quis cumulatius omnia inuicem iungat. Quamuis etiam rarus omnino morbus occurrit, qui non statim triplex præsidiorum instrumentũ requirat: itaq; opportuna uictus ratio instituenda, & medicamẽtis ac demũ manu aliquid moliendũ sit. adeò ut huius artis tyrones modis omnibus hortandi ueniãt, ut illorum (si dijs placet) physicorũ susurros uilipẽdentes, Græcorũ more, ac quemadmodũ artis natura penitus præcipit, manus quoq; curationi admoueãt, ne deinceps laceram medendi rationem, in communis hominum uitæ perniciem conuertant. Atque hoc eo instigandi sunt diligentius, quo in medicina hodie integriùs eruditos, à manus opera, tanquam à peste, ideo præsertim abstinere cernimus, ne à medicorum Rabinis apud indoctam plebem pro tonsoribus traducantur, ipsisq; postmodum neque par cum istis uix dimidiatò medicis quæstus, neque honor, neque apud imperitum uulgus æstimatio accedat. Hæc etenim detestabilis uulgi opinio præcipuè remoratur, quo minùs totum curandi artificium, uel hoc etiam seculo assumamus, & interiorum affectuum curationem duntaxat nobis ascisc entes, magna mortalium noxa (ut semel uereq; dicam) modica solum ex parte medici esse studeamus. Quippe quum primùm ad pharmacopolas uniuersa medicamentorum compositio relegaretur, mox etiam medici impensè ipsis necessariam simplicium medicaminum cognitionem amiserunt, atque ut tot barbaris uocibus, falsisq; etiam pharmacis officinæ scaterent, tot uerò elegantissimæ ueterum compositiones nobis pariter deessent, adhucq; complures etiam lateant, autores fuere: ac inexhaustum laborem pararunt cum ætatis nostræ, tum qui ante annos aliquot hanc præcessere eruditissimis uiris, indefesso studio simplicium medicamentorum cognitioni sic incumbentibus, ut illam pristino nitori restituere conati, plurimùm contulisse uideantur: cuius rei inter tot celebres alioquin uiros, argumentum præbet, huius ætatis rarum specimen Gerhardus Vueldbik, Maiestati tuæ à secretis, uariaq; disciplinarum ac linguarum eruditione cumprimis ornatus, atque in stirpium historia nostrorum hominũ exercitatissimus. Cæterùm peruersissima hæc curationis instrumentorum ad uarios artifices diductio, adhuc multò execrabilius naufragium, ac longè atrociorem cladem præcipuæ naturalis philosophiæ parti intulit, cui quum hominis historiam complectatur, firmissimumq; totius medicæ artis fundamentum, ac constitutionis initium iure habenda sit, Hippocrates & Plato tantum tribuerunt, ut illi inter medicinæ partes, primas esse adscribendas non dubitarint. Hæc nanque cùm prius à medicis unicè excoleretur, ipsiq; in hac adipiscenda omnes neruos intenderent, tum demum miserè collabi cœpit, quum ipsi manuum munus ad alios reijcientes, Anatomen perdiderunt. Dum enim medici solam interiorũ affectuum curationem ad se pertinere autumabant, etiam uiscerum cognitionẽ sibi abundè sufficere arbitrabantur, & ossium, musculorum, neruorum, uenarum, arteriarum quæ ossa musculosq; perreptant fabricam, ueluti ad ipsos non spectantem, neglexerunt. Ad hæc quum uniuersa administratio tonsoribus committebatur, non solum uera uiscerum cognitio medicis perijt, uerùm etiam dissecandi industria interci-



intercidit prorsus, eo quòd scilicet hi consectionem non aggrederentur, illi uerò quibus manus artificium committeretur, indoctiores essent, quàm ut dissectionis professorum scripta intelligerent: tantùm abest, ut difficillimam abstrusissimamq; artem manu ipsis traditam, id hominum genus nobis asseruaret, utq; hæc pestilens curatiuæ partis dispersio detestabilem ritum in Gymnasijs non inueheret, quo alij humani corporis sectionem administrare, alij partium historiam enarrare consueuerunt. his quidem graculorum modo, quæ nunquam aggressi sunt, sed tantum ex aliorum libris memoriæ commendant, descripta'ue ob oculos ponunt, altè in cathedra egregio fastu occinentibus: illis autem adeò linguarum imperitis, ut dissecta spectatoribus explicare nequeant, atque ex physici præscripto ostendenda lacerent, qui manu corporis sectioni nunquam adhibita, tantum ex commentario nautam non sine supercilio agit. Atque ut sic omnia perperàm docentur in scholis, ac ridiculis quæstionibus dies aliquot abeunt, ita quoque spectatoribus in illo tumultu pauciora proponuntur, quàm lanius in macello medicum docere posset. ut aliquot Gymnasia præteream, ubi de humani corporis compage resecanda uix unquam cogitatur: usque adeò uetus medicina à pristino decore ante plures annos desciuit. Porrò quum illa iam pridem in tanta huius seculi (quod tuo numine prudenter moderari uolunt superi) fœlicitate cum omnibus studijs ita reuiuiscere, atque à profundissimis tenebris caput suum erigere cœpisset, ut ueterem candorem citra controuersiam in nonnullis Academijs propemodum recuperasse uideretur, nihilq; illa impensius adhuc desideraret, ac prorsus emortuam humani corporis partium scientiam, ipse tot præstantium uirorum exemplo prouocatus, huic pro mea uirili, ac ijs quibus possem rationibus opem ferendam duxi. Ac ne, omnibus aliquid communium studiorum gratia tanto successu attentantibus, solus torpescerem, aut etiam à meis progenitoribus degenerarem, hoc naturalis philosophiæ membrum ita ab inferis reuocandum putaui, ut si non absolutius apud nos, quàm alias unquam apud priscos dissectionum professores uersaretur, eò tamen pertingeret, ut aliquando haud puderet asserere, hanc dissectionis rationem cum antiqua illa conferri posse: nostraq; hac tempestate nihil simul ita collapsum, moxq; integritati restitutum, ac Anatomen fuisse. Verùm id studium neutiquam successisset, si quum Parisijs medicinæ operam darem, huic negocio manus non admouissem ipse, ac obiter mihi & cõsodalibus ab imperitissimis tonsoribus in una atque altera publica sectione uisceribus aliquot superficietenus ostensis acquieuissem. adeò enim perfunctoriè illic, ubi primùm medicinam prosperè renasci uidimus, Anatome tractabatur, ut ipse in brutorum aliquot sectionibus sub celebri ac nunquam satis laudato uiro Iacobo Syluio uersatus, tertiam cui unquam mihi adesse obtigit sectionem, solito absolutiùs, & sodalium & præceptorum hortatu adductus publicè administrarem. Quum autem secundò (tonsoribus ab opere iam relegatis) illam aggrederer, musculos manus cum accuratiori uiscerum dissectione conatus sum ostendere. præter octo enim abdominis musculos turpiter, peruersoq; ordine laceratos, nullum unquam musculum, ut neque etiam os aliquod, multoq; minus adhuc neruorum, uenarum, arteriarum exactam seriem, quisquam mihi primùm commonstrauit. Mox Louanij, quò ob belli tumultus mihi redeundum fuerat, quòd illic decem & octo annis de Anatome ne somniauerãt quidem medici, utq; de eius Academiæ studiosis bene mererer, ac ipse in re prorsus abdita, & mihi ad medicinam apprimè necessaria exercitatior redderer, accuratius paulo quàm Parisijs, humanã fabricam ita inter diuidendum enarraui, ut iuniores eius Academiæ professores nunc magnã atque adeò seriam ac diligentẽ in hominis partibus dignoscẽdis operam impendere uideantur, probè intelligentes, quàm egregiam philosophandi suppellectilem earum notitia ipsis suppeditet. Porrò Patauij in clarissimo totius orbis gymnasio, quia ad medicinæ chirurgicæ professionem (quam, ne à reliqua medicina meipsum disiungerem, annis quinq; illustrissimi, & erga doctrinarum studia longè liberalissimi SENATVS VENETI stipendijs conductus, prælego) Anatomes quoq; tractatio pertinet, eam in hominis constructione inquirenda nauaui operam, ut modò sæpius hîc & Bononiæ hanc ita administrauerim, ridiculoq; scholarum more exploso sic ostenderim atque docuerim, ut in hac nihil quod à ueteribus proditum ad nos peruenit, desiderare possimus, ac nullius quæ occurreret partis constructionem adhuc expeteremus. At medicorum segnities nimium cauit, ne Eudemi, Herophili, Marini, Andreæ, Lyci, ac aliorum dissectionis procerum scripta nobis reseruarentur, quum ne fragmentum quidem alicuius paginæ supersit tot illustrium autorum, quos uel Galenus secundo commentario in Hippocratis librum de Natura humana, plures uiginti commemorat, imò & Galeni Anatomicorum librorum uix dimidia pars ab interitu est uindicata. Qui uerò ipsum sunt secuti, in quorum classem Oribasium, Theophilum, Arabes, & nostros quotquot legere hactenus mihi licuit, recenseo (illorum bonã dixerim uenia) omnes, si modò

quid lectu dignum tradiderunt, ex Galeno id sunt mutuati. & per louem studiose secanti, nihil unquam minus aggressi uidentur, quàm humani corporis sectionem: adeò mordicus horum primarij nescio cui dicendi generi, aliorumq; in resecando oscitantiæ fidentes, Galenum in dispendiosa compendia turpiter redegerunt, nunquam ab illis dum ipsius sensa assequuntur, ne latum quidem unguem recedentes: imò librorum frontibus adijciunt, ipsorum scripta è Galeni placitis penitus consarcinata, suaq; Galeni esse omnia, ideo etiam subiungentes, si quis fortè ea duceret reprehendenda, ob id Galenum quoq; esse cõtemnendum arbitraretur. Atque ita huic omnes fidem dedere, ut nullus repertus sit medicus, qui in Galeni anatomicis uoluminibus, ne leuissimum quidem lapsum unquam deprehensum esse, multoq; minus deprehendi posse, censuerit: quum interim (præterquam quòd Galenus se frequẽter corrigit, suamq; negligentiam in quibusdam libris commissam, in alijs, postea exercitatior redditus, non semel indicat, contrariaq; frequenter docet) nobis modò ex renata dissectionis arte, diligentiq; Galeni librorum prælectione, & in plerisque locis eorundem non pœnitenda restitutione constet, nunquam ipsum resecuisse corpus humanum: at uerò suis deceptum simijs (licet duo ipsi arida hominum cadauera occurrerint) crebro ueteres medicos in hominum consectionibus se exercentes immeritò arguere. Quinetiam quamplurima apud Galenum inuenias, quæ in simijs quoque minus rectè assecutus est. ut taceam, mirandum esse maximè, in multiplici infinitaq; humani corporis organorum & similæ differentia, nullam nisi in digitis ac poplitis flexu, Galenum animaduertisse: quam cum cæteris procul dubio omisisset, nisi citra hominis dissectionem ipsi fuisset obuia. Verùm in præsentia, haudquaquam institui falsa Galeni dissectionis professorum facilè principijs dogmata perstringere: multoq; adhuc minus in ipsum bonorum omnium autorem, mox initiò impius, suæq; autoritatis parum obseruans haberi uelim. Haud enim ignoro, quàm medici (longè secus quàm Aristotelis sectatores) turbari soleant, quum multo sæpiùs quàm ducenties à uera partium humanæ harmoniæ, usus functionisq; descriptione, Galenum declinasse, in unius Anatomes administratione nunc obseruãt, toruè interim & summo defendendi studio dissectas particulas expendentes. Quamuis & hi ueritatis amore ducti, paulatim inde mitescant, suisq; oculis ac rationibus nõ inefficacibus plus fidei, quàm Galeni scriptis adhibeant, hæc uerè paradoxa non ab alijs autoribus emendicata, neque autoritatum congerie tantum firmata, huc illuc ad amicos sedulò perscribentes, & ad illorum inspectionem, ac demum ad ueræ Anatomes cognitionem, tam solicitè & amicè hortantes: ut spes sit, hanc breui in omnibus Academijs ita excolendam, quemadmodum Herophili, Andreæ, Marini, aliorumq; præstantissimorum dissectionis procerum seculo in Alexandria olim exerceri consueuit. Quod quo fœlicioribus Musarum auspicijs succedat, quantum in me fuit, præter illa quæ aliàs huius argumẽti in lucem edidi, & quæ plagiarij quidam me procul à Germania absentem arbitrati, tanquam sua emiserunt, iam de integro humani corporis partium cognitionem eo ordine in septem libros redegi, quo in hac urbe & Bononiæ in illo eruditorum uirorum cœtu ipsam pertractare soleo. Hac siquidem ratione, qui tecanti adfuere, demonstratorum habebunt commẽtarios, cæterisq; leuiori negotio Anatomen ostendent. Quanquam alioquin & his quibus inspectio denegatur, minimè futuri sint inutiles, quum cuiusque humani corporis particulæ numerum, situm, formam, magnitudinem, substantiam, ad alias partes connexum, usum, munus, ac eiusmodi permulta, quæ in partiũ natura dissecantes rimari consueuimus, unà cum mortuorum uiuorumq; resectionis artificio, satis diffusè persequãtur, & partium omnium imagines sermonis contextui insertas ita contineant, ut ueluti dissectum corpus operum Naturæ studiosis ob oculos collocent. Ac primo quidem libro omnium ossium cartilaginumq; naturam enarraui, quæ quòd illis reliquæ partes suffulciantur stabiliantur q;, & secundùm hæc describantur, ab Anatomes studiosis primùm cognoscenda ueniunt.

Secundus liber ligamenta, quorũ beneficio ossa cartilagines q; inuicem cõnectuntur, & dein musculos, motus è nostro arbitratu pendentis opifices, cõmemorat. Tertius, uenarum quæ musculis & ossibus cæterisq; particulis familiarem quo enutriantur sanguinem deferũt, ac dein arteriarum insiti caloris spiritusq; uitalis temperiem moderantiũ, frequentissimam seriem complectitur. Quartus non modò neruorum qui musculos adeunt distributionem, sed & reliquarum quoque omnium propagines edocet. Quintus organorum nutritioni, quæ potu & cibo perficitur, famulantium constructionem tradit: ac insuper ob sedis uicinitatem, instrumenta etiam continet, ad speciei successionem à summo rerum Opifice fabricata. Sextus cordi uitalis facultatis fomiti, ipsiq; subministrantibus particulis dicatur. Septimus uerò cerebri & sensus organorum harmoniam ita persequitur, ut illic neruorum à cerebro originem ducentium series quarto libro expressa, nõ repetatur. Quippe in horum librorũ ordine digerendo, Galeni sententiam sum sequutus, qui post musculorum historiã, uenarum, arteriarum, neruorum, & dein uiscerum Anatomen pertractandam duxit. Quantumuis nõ inepte, ac potissimùm apud huius scientiæ tyronem, aliquis cum uasorũ distributione rudem uiscerum cognitionẽ ita per se quendam contendet, quemadmodum in Epitome præstiti: quam ueluti horum librorũ semitam, ac in illis demonstratorũ indicem præparaui, Serenissimi Principis PHILIPPI Maiestatis tuæ filij, ceu uiui paternarum uirtutum exemplaris (à quo quæcunq; in optimo totius orbis moderatore desiderari possunt, quàm cumulatissimè expectãtur) splendore decoratam, autoritateq; munitam. Verùm hîc quorundam iudicium mihi succurrit, qui non duntaxat herbarum, sed & humani corporis partiũ quantumuis etiã exquisitissimas delineationes, rerum naturaliũ studiosis proponi, acriter damnãt: quod has non picturis, uerùm sedula resectione, rerumq; ipsarum intuitu disci oporteat. perinde sanè ac si hoc nomine uerissimas, ac utinam à typographis nunquam deprauandas partium icones sermonis contextui adhibuissem, ut studiosi illis freti, à cadauerum sectione temperarent: & nõ ijs potius, quibus possem modis medicinæ candidatos ad cõsectiones propri js manibus obeundas, cum Galeno hortarer. Profectò si ueterum, qui pueros domi in consectionibus administrandis, perinde atque in pingendis elementis & lectione exercebant, consuetudo huc usq; deducta fuisset, non picturis modò, uerùm & omnibus cõmentarijs perinde atque ueteres illos facilè nos carere permitterem: qui tum primùm de Administrandis dissectionibus scribere sunt aggressi, quum nõ liberis solum, sed alienis etiam uiris quos uirtutis nomine suspiciebant, artem cõmunicare honestũ esse censuerunt. Cum primùm enim pueri non amplius in sectionibus exerceri cõsueuere, protinus necessariò accidit, ut Anatomen infœlicius cõdiscerent, exercitatione, quam in pueritia auspicari solebãt, abolita. Adeò ut quũ ars Asclepiadum familia excidisset, multisq; seculis in deterius uergeret, opus fuerit libris qui speculationẽ ipsius integrã conseruarẽt. Quantum uerò picturæ illis intelligendis opitulentur, ipsoq; etiã uel explicatissimo sermone rem exactiùs ob oculos collocent, nemo est qui nõ in geometria, alijsq; mathematũ disciplinis experiatur: præterquàm quod nostræ partium imagines illos impense oblectabũt, quibus nõ semper humani corporis resecandi datur copia: aut si datur, tam delicata & in medico parum probãda præditi sunt natura, ut etsi iucundissima hominis cognitione, immensi rerũ Conditoris sapientiã (si quid aliud) attestãte, insigniter capiantur, eò tamen animum inducere nequeunt, ut uel sectioni aliquãdo intersint. Vtcunq; uerò sit, toto opere id unicè studui, ut in negocio longè reconditissimo, neq; minus arduo, quamplurimis prodessem, humanique corporis fabricæ non decẽ, aut duodecim (uti obiter spectanti apparet) sed aliquot mille diuersis partibus extructæ historiã, quàm uerissimè & absolutissimè pertractarẽ, ac intelligendis Galeni libris posteritati adhuc asseruatis, & inter cætera diuini eius uiri monumẽta præceptoris operã requirentibus, nõ spernendã frugem medicinæ candidatis adferrẽ. Licet interim non me lateat, quàm conatus iste meæ ætatis, qua uigesimum octauum annum nondum excessi, nomine, parùm autoritatis habebit, ac quamminimè obcrebram non uerorum Galeni dogmatum indicationem, ab illorum morsibus erit tutus, qui mihi Anatomen docenti nõ astitere, aut ipsi hanc sedulò non sunt aggressi, primaq; fronte uarias rationes in Galeni defensionem cõminiscentur, nisi magno alicuius numinis patrocinio ex more commendatus in lucem auspicatò prodeat. Verùm quia maiori nullo quàm diui CAROLI, inuictissimi, maximiq; Imperatoris nunquã intermorituro nomine tutius muniri, splẽdidiusq; ornari potest, tuam Cæsaream Maiestatem omni reuerentia supplex iterum atq; iterũ obsecro, ut iuuenile hoc meum studiũ multis rationibus causisq; sibi obnoxium, sub ipsius ductu, splendore ac patrocinio in hominũ manibus tantisper uersari sinat, donec per rerum usum, ac quod ætate accedit iudiciũ, eruditionemq; hunc laborem summo optimoq; Principe digniorem reddam, aut aliud non reijciendum alius ex arte nostra deprompti argumenti munus offeram. Quamuis augurer, ex uniuersa Apollinea disciplina, adeoq; tota naturali philosophia, nihil tuæ Maiestati gratius acceptiusue procudi posse, historia, qua corpus & animum, ac præterea diuinum quoddam numen ex utriusq; symphonia, & nosmetipsos denique (quod uerè hominis est) cognoscimus. Atque ut id pluribus colligo argumẽtis, ita inde in primis conijcio, quod in ea librorum frequẽtia, quæ fœlicis memoriæ MAXIMILIANO Romanorũ maximo Imperatori auo tuo cõsecrati fuere, nullus præsentis negocij libello unquam gratior extiterit. Neq; unquam obliuiscar, qua uoluptate tabulas meas Anatomicas inspexeris, quamq; curiose de singulis percunctatus sis, quas pater meus Andreas Maiest. T. à pharmacis primarius iuxta ac fidelissimus, aliquando intuendas obtulit. Vt nunc prætereã incredibilẽ illum, ut in omnes disciplinas, ita etiã multo maximè in mathematicas, & præsertim eius quæ mundi astrorumq; scientiam pertractat, amorem, & in tanto heroë admirabilem eius peritiã. Adeò, ut haud fieri queat,

quin ut mundi scientia unice teneris, ita etiam aliquando omniū creaturarum absolutissimæ fabricatione expẽdenda delecteris, & immortalis animæ diuersorio ac instrumẽto cõsiderando uoluptatem capias: quod domicilium, quia permultis nominibus mundo egregiè correspondet, ueteribus haud ab re microcosmus nuncupabatur. Cæterùm, uti modò homini dignissimam sui corporis structuræ cognitionem, per se longè commendatissimam, & cui tantopere uel Romæ summos uiros, tum rebus, tum disciplinis philosophicis per omnia præcipuos, operam impendere iuuit, minimè hîc prædicandam statui: ita quoque Magni illius Alexãdri, qui non nisi ab Apelle pingi, à Lysippo in ære duci, & à Pyrgotele sculpi uoluit, probè memor multo minùs hic laudum tuarum aliquid recensendum duxi, ne ieiuna & parum exercitata oratione, illis pro luce tenebras offundam. præsertim quum prorsus improbandus sit, nimium receptus in Præfationibus ritus, quo absq; omni delectu, & ferè præter meritum, ueluti ex typo & formula quapiam, uilis alicuius præmioli gratia, omnibus ascribi solent, suspicienda doctrina, singularis prudentia, mira mansuetudo, acre iudicium, indefessa liberalitas, erga literatos & studia mirus amor, in rebus agendis summa celeritas, omnisq; adeò uirtutũ chorus, quo tuam Maiestatem non minus quàm dignitate, ac fœlicitate, rerumq; gestarum triumphis uniuersos mortales anteire, nullus nõ (quamuis hic à me non dicatur) perspectissimũ habet. unde etiam summi numinis loco adhuc uiuus coleris: quod ut Dij studijs & toti orbi non inuideant, sed diutissime mortalibus incolume, perpetuoq; fœlix seruent ac tueantur, precor.

Patauij. Calend. Augusti, anno post natum CHRISTVM

M. D. XLII.

## TYPOGRAPHVS LECTORI.

Quoniam Epistola, quam unà cum Tabulis, ad hosce de Humani corporis fabrica libros & ipsorum Epitomen paratis, ab ANDREA VESALIO ex Italia missam accepimus, pleraque continere nobis uisa est, quorum alioquin Lectorem initiò admonendum putassemus, quæq; Typographis, præcipue ita paruí Principum decreta pendentibus, & ad ea quæ in rei literariæ usum euulgantur deprauanda natis, significanda uidebantur, operæprecium duximus illam ita quoque uti ad nos missa est, candidis Lectoribus communicare.

## IOANNI OPORINO GRAECARVM LITERARVM APVD BASILIENSES PROFESSORI, amico charissimo suo.

S. ACCIPIES *breui simul cum his literis per Mediolanenses mercatores Danonos, tabulas ad meos de Humani corporis fabrica libros, & eorundem Epitomen sculptas. Vtinam tam integrè ac tutò Basileam perferantur, atque sedulò cum sculptore & NICOLAO STOPIO hic Bombergorum negociorum fidelissimo curatore, in humanioribusq; studijs apprimè uersato iuuene, eas composui: ne aliqua ex parte atterantur, aliudue incommodum ipsis uectura inferat. Inter tabularum seriem exemplar frustatim reposuimus, simul cum impresso singularum figurarum typo, cui quo quæque loco reponenda ueniat asscripsi: ne fortè illarum ordo ac dispositio tibi tuisue operis negocium faceßeret, figuræq; non ordinatim imprimerentur. In exemplari promptè discernes, ubi genus characterum sit immutandum. quandoquidem scripturæ partem, quæ organorum historiam complectitur, continuoq; orationis contextu singulis capitibus absoluitur, lineis ab ea distinxi, quæ ad characterum qui in tabulis sculpti occurrunt explicationem iuuat: ob idq; figurarum & characterum Index appellatur. In continua orationis serie nusquam figuris indicandis interrupta, literulas expendes, quas in officinis superlineares nuncupatis: quæ illis respondent annotationibus, quas interiori margini non tanta industria, quanto labore & tædio, adhibui, ut lectori uelut scriptorum essent commentarius, exprimens in quánam figura pars, cuius mentio incidit, spectari posßit: uti annotationes in exteriori margine obuiæ, eorum quæ enarrantur argumentum quodammodo proponunt. In interioribus, ne essem prolixior, eam rationem obseruaui, ut quotiescunque figura indicatur, quæ capiti, ubi annotatio spectatur, præfixa est, nullum capitis numerum indicem: quem alioquin appono, si figura alteri præponatur capiti. Rursus, si figura in libro ubi annotatio occurrit, inueniatur, libri numerum figuræ haud subijcio. Quamobrem uerò figuras hoc illo ue loco collocandas duxerim, in librorum titulis, & characterum indicibus abunde explicatum reperies. Notarum enim, quibus partes in delineatione quapiam insignendæ fuerũt, loco, characteres quorum in officinis perpetuò usus est, in tabulis sculpsimus: primùm ferè à maiusculis, & dein alijs Latinorum orsi: insuper Græcorum minoribus: mox ab eorundem grandioribus, qui Latinis non sunt familiares: quum uerò hi omnes non sufficerent, numerorum typos assumpsimus, & si quæ alia notula in communibus typis occurrebat. In horum indicũ descriptione obseruatum est, ut indicans unamq; priuatam explicationem habens character, in margine liber collocetur. Si uerò peculiarem non habeat indicem, ac ueluti cum alio charactere exprimatur, ipsi punctum in margine subieci, ut unà cum cæteris lectori in serie obuius fieret. Verùm hanc rationem, ac potißimùm cur characterum indicem cum partium historia confundendum non putauerim, aliàs adte prolixiùs scripsi: nunc uerò ijs quibus possum modis hortor, & rogo pariter, ut omnia quàm nitidißimè & ocyùs excudantur, utq; in meis conatibus expectationi, quam omnes de tua Officina, nunc primùm magno studiosorum commodo, felicißq; Musarum omine instituta conceperunt, satisfacias. Præcipuum studium in tabularum impressione erit impendendum, quòd non uulgariter ac scholasticè, uelut que simplicibus duntaxat lineis sint expressæ: nusquam picturæ ratione (si interdum locum quo res delineatæ suffulcirentur, excipias) neglecta. & quanquã hic iudicio ualeas, nihilq; nõ de tua industria & sedulitate mihi pollicear, hoc unum percuperem, ut inter excudendum id exemplar quàm proximè imitareris, quod à sculptore speciminis sui loco impressum, unà cum ligneis formis reclusum inuenies. ita enim nullus character, quantumuis etiam in umbra reconditus, oculatum sedulumq; lectorem latitabit. & quod in hac pictura longè est artificioßissimum, mihiq; spectatu perquàm iucundum, linearum in quibusdam partibus craßities simul cum eleganti umbrarum obfuscatione apparebit. Verùm non est quod hæc tibi perscribam, quum in papyri læuitate soliditateq;, ac in primis in uestrarum operarum diligentia positum sit, ut singula, quale nunc mittimus exemplar, nosq; hic aliquot impreßimus, ex tua Officina omnibus proponantur, multisq; fiant communia. Dabo operam, ut non ita multo pòst ad uos proficiscar, & si non toto impreßionis tempore, saltem aliquandiu Basileæ cõmorer, mecum formulam decreti Senatus Veneti allaturus, quo cauetur, ne quis tabularum*

tabularum aliquam absque meo consensu imprimat. Cæsaris, quantumuis tu generale in omnes libros quos primus imprimis habeas, mater mea ad te Bruxella mittet. dudum enim mihi impetratum fuit: sed ut recentius esset, ad plures q; annos utile, hactenus non curauimus describendũ. Regis Galliæ, se mihi adepturum recepit ipsius apud Venetos Orator, Monspessuli antistes. Licet hac ex parte parum sim anxius: imò diplomatum exemplaribus ne paginam quidem occupandam duxerim. Nam quid principum decreta apud bibliopolas, & in omnibus angulis nunc densissimè satos typographos ualeãt, abundè in meis Anatomicis tabulis ante annos tres Venetijs primùm impressis, & postmodũ misere passim deprauatis, maioribus q; interim titulis exornatis, est animaduertere. Augustæ enim mea ad NARCISSVM VERTVNVM, Cæsaris & regni Neapolitani primarium medicum, rarum q; profectò nostræ ætatis medicorum exemplar, subducta epistola, nescio quis rabula Germanicè est præfatus, & præter meritum in Auicennam reliquos q; Arabes blaterans, me inter quosdam succinctos Galenos connumerat, & (ut emptori fucum faceret) me coegisse in sex tabulas falsò asserit, quæ Galenus pluribus quàm triginta libris diffusè complexus est. Dein Latina se Germanico idiomate donasse subiungens, attestatur Græcas & Arabicas uoces ab ipso adhibitas: quum interim non solum tales omnino subduxerit, sed ea omiserit quæ conuertere nequiuit, quorum q; nomine tabulæ in primis debebant esse commendatiores. præterquam quòd Venetam sculpturam peruerse istic sunt imitati. Hoc Augustano sculptore longe rudior imperitior q; extitit, qui Coloniæ ijsdem tabulis manum admouit: qnantumuis illic nescio quis in typographi gratiam scribat, non tantum ex meis tabulis hominis constructionem melius quàm ex humanæ fabricæ resectione intueri posse, uerùm etiam ipsos ex elegantissimis figuris feciſſe multo elegantiores: quum tamen & picturam ualde corruperint, & neruorum delineationem parum feliciter imitatam adiecerint, quam ego characterum adiecto indice, uni atque alteri amico, qui id tantisper dum ipse eã ederem, à me expetebant, ruditer delineaueram. Parisijs tres priores eleganter expresserunt, alijs interim propter sculpturæ (uti conijcio) difficultatem omissis: quum potiùs à prioribus, si studiosorum habita esset ratio, abstinendũ fuisset. Cæterùm Argentinensis ille, quẽ FVCHSIVS tantis conuicijs ob quædam denuò transcripta proscindit, quem q; ego longe alio iure quàm ipse plagiarium appellare possem, de studijs pessimè est meritus, quòd tabulas quæ nunquam satis magnæ studiosis proponi poterunt, tam fœdè contraxerit, & turpissimè pictas, ac præter omnem rationem circunscriptas, cum Augustani uersione, tanquam suas emiserit. Huius gloriæ is inuidere uisus est, qui undecunque citra delectum compilatis ex aliorum libris, imaginibus, Marpurgi & Francofordiæ eius generis libros adhuc emittere pergit. Adeò ut diuina illa & fœliciſſima Italorum ingenia leuiter feram, et ualde exosculer, quòd aliud in Germaniæ medicis iudiciũ ob sordidorũ quorundam typographorũ mancipia requirant, quæ nullum nõ scripti genus utilis alicuius præmioli à typographis emungẽdi gratia cõgerere, emutare, transcribere, suo q; nomine ut nouum quid editum uideatur, decreta q; principum sileant, emittere audent. Hæc eò scribo, ut intelligas, quàm parum illa impressioni tuæ adhibenda putauerim. quin potius significandum duxerim, me multò lubentius tabulas alicui industrio typographo quocunque transmissurum: quantum q; in me esset, operam meam in rei literariæ usum communicaturum: quàm ut ineptus aliquis, cui pro mea uirili rationibus omnibus obesse conabor, tabulas tanto labore in communem studiorum usum confectas imitaretur, illæ q; turgido quopiam præfixo titulo, perinde ac si à me ita negligenter exijssent, in hominum manus uenirent. Atque hæc potissima est causa, cur tabulas meo sumptu parauerim, ac nunc iterum atque iterum abs te contendam, ut quàm integerrimæ & mundissimæ à tuis operis seruentur. Vale. Venetijs, nono Calendas Septembres.

Tuus And. Vesalius.

ANDREAE VESALII.




# ANDREAE VESALII
## BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER PRIMVS, IIS QVAE uniuersum corpus sustinent ac suffulciunt, quibusq; omnia stabiliuntur & adnascuntur dedicatus.

### QVID OS, QVISQVE IPSIVS VSVS & differentia. Caput I.

OS CAETERARVM hominis partium est durissimum, & aridissimũ, maximeq; terrestre & frigidum, & sensus denique præter solos dentes expers. Huius enim temperamenti summus rerum opifex Deus substantiã meritò efformauit, corpori uniuerso fundamenti instar subijciendam. Nam quod parietes & trabes in domibus, & in tentorijs pali, & in nauibus carinæ simul cum costis præstant, id in hominis fabrica ossium præbet substantia. Ossium siquidem alia roboris nomine tanquam corporis fulcra procreantur, è quorum numero sunt tibiarum & femorum ossa, & dorsi uertebrę, ac omnis ferè ossium contextus. Alia reliquis partibus ueluti propugnacula, tutissimiq; ualli & muri à natura obijciuntur, quemadmodum caluaria, uertebrarum spinæ, & transuersi earundem processus, pectoris os, costæ. Alia quorundam ossium articulis præficiuntur, ne illi plus satis laxè moueantur, aut in nimium acutos inclinentur angulos. Huius nanque beneficij occasione, ossicula effinguntur, sesami seminis magnitudini à dissectionis professoribus comparata, quorum quædam secundo pollicis manus internodio, & quatuor reliquorũ digitorum primis internodijs, & primis etiam internodijs quinque digitorum pedis coarticulantur. Dentes porrò incidendis & confringendis & atterendis moliendisq; cibis priuatim conducunt, perinde ac duo auditus instrumenti ossicula peculiari usu audiendi officio famulantur. Verùm cuiusq; ossis primarium munus, singulorum ossium Caput fusius ostendet, quandoquidem in præsentia abunde est, generatim ossium usum recensere: quo (ut semel dicam) hæc fulcrorum modo uniuersam corporis molem sustentant, & ijs omnia adnascuntur & firmantur, & ab ijsdem suspenduntur, adeò sanè ut ex ossium usu aut officio, non alia quàm modò ferè diximus, desumi possit differentia.

*Ossis natura.*

*Ossium usus.*

*Ossiũ differẽtia ab usu.*

In magnitudine uerò ossa uariant, quòd nonnulla quidem sint grandia, ut femur, tibiæ os, humerus, & ossa sacri ossis lateribus utrinque connexa: nonnulla autem parua existant, ut brachialis ossa, dentes, & ossicula quæ sesamo assimilantur. Alia rursus ampla sunt, ut ossa sacri ossis lateribus coarctata, scapulæ, sacrum os, uerticis ossa, frontis & occipitij. Alia angusta & gracilia & longa, ut fibula, radius, ulna, & cum alijs multis costæ. Porrò satius erit omnes differentias, quas à forma petere integrum esset (cum innumeræ occurrant) ad priuatas ossium descriptiones reseruare. Arduum quippe esset, ossibus nondum enarratis assequi, quæ nam horum sint aspera: ut ea quæ lapidea in caluariæ basi uocabimus, quòd præruptæ rupi similia uideantur. item quæ læuia sint, ut uerticis ossa, frontis os, pectoris os. deinde quæ triangulum referant, ut scapulæ: & quadrangulum, ut uerticis ossa: & quæ cunei speciem obtineant, ut capitis os, à cuneo σφηνοειδὲς dictum: & quæ iugis assimilentur, ut ζυγώματα Græcis, iugalia autem nostris appellata: & quæ ſ nostrum imitentur, ut clauiculæ: & quæ ensis effigiem ostendant, ut pectoris os: insuper quæ υ figuram referant, ut ὑοειδὲς uocatum os: & quæ radij quo latiores cordulæ texuntur figuram exprimant, ut cubiti os radij nomine donatum: & quæ cubo tesseræq; comparamus, ut pedis os à cubi imagine κυβοειδὲς nuncupatum: & quæ cymbæ imagini accedant, ut pedis os à cymba Græcis σκαφοειδὲς appellatum: & quæ molæ, scuto & patellæ similia dicantur, ut os genu articulo præpositum: ad hæc quæ totius Italiæ circunscriptionem leuiter proponant, ut femur: & quæ fibulam repræsentent, ut tenuius in tibia os fibula appellatum: & quæ coccygis seu cuculi auis rostro comparentur, ut sacro ossi suppositum os, quod coccyx nuncupatur: dein quæ incudis uel molaris dentis effigiem quodammodo repræsentẽt, ut minus organi auditus ossiculum: & quæ malleum, ut grandius eiusdem

*Differentia à magnitudine.*

*A forma.*

organi officulum: præterea quæ à uerticuli forma nomen sortiantur, ut dorsi uertebræ: & quæ clauo à Græcis γόμφῳ appellato respondeant, ut dentes: & quæ mediam maiusculæ pisæ seu ciceris formam præseferant, ut duo pedis officula, primo pollicis internodio suppositæ: eiusq; generis ossium quæ forma inuicem uarient permutta, non ita obiter ab illo cui ossa adhuc incognita sint, intelligerentur. Atque hac etiam ratione processuum, appendicum, capitum, superciliorum, sinuum, & tuberculorum imagines, in præsenti neutiquam recensendæ ueniunt: quemadmodum neque aliqua quæ ex hisce sumi possit ossium differentia, quum quid processum, appendicem, eiusq; ordinis reliqua nominem, hactenus non expresserim, ista secundo ab hoc capite necessariò pertractaturus. Ac proinde etiã differẽtiæ ab osium cõmissurarum speciebus petitæ, nisi cõmissuris accuratè explicatis, obuiæ esse nõ queunt. Quòd autẽ quamplurimæ sint, & cognitu non admodum faciles, quartum Caput attestabitur. Item differentias quæ à cartilagine dependere possunt, nondum natura cartilaginis exposita, haud promptè quiuis assequeretur. Incognita enim cartilagine, intellectu difficile est, quæ nam ossa cartilagine prorsus destituantur, ut uerticis ossa: quæ illa undique, ut quædam brachialis ossa, aut aliqua tantum ex parte, ut femur, incrustentur. quæ item in cartilaginem degenerẽt: ut nasi ossa, costæ, pectoris os. His igitur differentijs in suum locum asseruatis, eas quæ à substantia & ossium cõstitutione colliguntur, sermoni hîc adijciamus. Sunt enim quædam ossa plane solida, neque quouis pacto effracta, interius cauernulis sinibusue obsita uidentur: ut, præter cætera, duo nasi ossa, & quod in oculorum sede minimum, ac superioris maxillæ ossium secundum numerabitur: & ea quæ sesami seminis magnitudini comparantur: & duo officula auditus organo propria. quæ omnia nisi temporis successu impensè resiccata, nullam omnino cauitatem intus ostendũt. Nonnulla uerò exterius, quasi continua crusta, aut lamina obducerẽtur, solida apparent, sed effracta. quædam paruis tantũ sinibus cauernulisq; cõpactissimæ spongiæ, uel læuissimi pumicis foramina quamproximè referentibus, intus oppleta cernuntur, quandam fungi speciem exprimentes: ut in minorum ossium numero, brachialis ossa, & tarsi ossa: in maiorum autem, sacrum os, uertebrarum corpora, pectoris os, calcis os, talus, deinde & uerticis ossa. quædam uerò præter cauernulas, nulla serie aut numero positas, amplũ aliquem & insigniter cauum exigunt sinum, qui solidissima ualidissimaq; ossis substantia circundatus in extremis angulis, osseis ueluti lineis interstinguitur. Hunc sinum singula ossa, quibus obtigit, unicum ferè adipiscuntur. Sunt autem huius classis inter minora ossa, pedij, postbrachialis, & digitorum ossa: atque ex his potissimũ primæ & secundæ digitorum acies, quantumuis secus Galeno Anatomes professorum præcipuo usum sit, ossa digitorum solida constituenti. Grandiora uerò ossa eiusmodi sinu donata sunt, femur, tibiæ os, humerus, maxilla inferior, quartum superioris maxillæ os, frontis os, temporum ossa, & plerunq; ipsum cuneiforme os. Dentes autem, qui omnium ossium facile sunt durissimi, huius generis sinum quoque obtinent: sed interim dictis nuper cauernulis, & pumicis modo efformatis foraminulis prorsus destituuntur. Maiores isti sinus, & illa pumici ac exiccato fungo non absimilis constructio, ossibus contigerunt, cùm quò motus nomine

*Differentia ab appendicib. processibus, capitibus, &c. Ab osiũ commissuris.*

*A cartilagine.*

*Ab osium substantia & constitutione.*

*In 1 de Vsu partiũ, et 2 lib. Comentar. in Hipp. lib. de Fracturis.*

*Quoniam præsens differentia in figuris, singulis Capitibus quibus priuatim os aliquod describitur, præpositis, ita ut reliqua quæ hoc Capite pertractantur, non est obuia, hîc appinximus brachij ossis, seu ut cũ Celso dicamus, humeri, secundùm longitudinem dissecti alteram partem, quæ ipsius capite quod scapulæ articulatur, cauernulas pumicis modo efformatas, & A insignitas cõmonstrat: quẽad modũ et squamã illis cauernulis obductã, et B notatã. C autem inscribitur portio exterioris superficiei istius ossis, hic cõspicua. Insuper D sinum commonstrat ampliter cauum, qui solidissimæ crassaq; ossis parte E ac F indicata circumdatus, secundùm humeri longitudinem exporrigitur. Ad sinus uerò summum ubi G reponitur, & imum ubi H ponitur, ossea occurrunt lineæ, medullam hoc sinu contentam intexentes. Cæterum sub humero os cymbam referens, ac undecima figuræ trigesimi tertij Capitis exprimendũ, hic uerò per medium dissectum, & I & K insignitum delineauimus, ut ossis appareret substantiæ pumicis instar constructa. Ac utrunq; quidem L, cauernosam fungosámue huius ossis notat substantiam. M uerò, squamam, quæ ossis constituit superficiem, & undique illi fungosæ substantiæ circumducitur. Præterea huic ossi unum officulorum subiunximus, quæ primo pollicis pedis internodio coarctata, in secunda trigesimitertij Cap. figura u & y ostendentur. Atq; hoc ideo N notatum integrè per medium diuisimus, ut aliquod os impensè solidum, & cauernulis penè destitutum, in conspectum quouis pacto ueniret.*






mine leuiora redderentur, tum ut medullam proprium ipsorum nutrimentum illis cõtinerent, aut priuatim aërem, aliquam uue peculiarem materiam, ut frontis os, temporum ossa, præter medullam, amplecterentur. Neque solum in maioribus his ossium sinibus, ut quispiam arbitraretur, medulla reponitur, uerum illæ spongiæ modo extructæ cauernulæ non minus quàm insigniores illi sinus medulla infarciuntur. Quòd autem singulis ossibus prout unumquodque maiori minoriue indiget leuitate, robore & duritia, aut prout huic aut illi sensus organo præest, sinus hi & ossium densitas iustissimè attribuãtur, in singulorum ossium enarratione sedulò prosequar. Præter cauernulas & sinus, quibus ossa intus scatent, quædam etiam amplis foraminibus sunt peruia, ut occipitis os, & uertebræ, quà dorsalem transmittunt medullam. pubis quoque ossa, quò leuiora reddantur, cæteris omnibus grandius foramen obtinent. Alia autem paruis perforantur foraminibus, ut pleraque capitis & maxillarum ossa, uenis, neruis, arterijs uiam præbentia: & os quod inter capitis ossa octauum numerabitur, odorum gratia tenuibus foraminulis cribri modo perforatum creditur. Alia exterius ac in superficie nullum quod sensu dignoscitur foramen cõmonstrant, ut brachialis ossa, & dentes, & digitorum ossium permulta. Non paucis autem ossibus foraminula obtingunt, quæ exterius ac in superficie sunt conspicua: non tamen uniuersum os penetrant, sed tantum uenis & arterijs crassiora ossa subeuntibus præparantur. Eiusmodi foramina in calcis osse, & talo, & osse sacro, & in grandium uertebrarũ corporibus passim occurrunt: quòd uidelicet hæc crassiora sint, quàm ut à uasis ipsorum superficiem tantũ perreptantibus, alimentum commodè queant assumere. Ab ossium sensu leuis admodum pendet differentia. Dentes enim sensu præditos, reliqua autem ossa illo destituta arbitramur: quamuis non nimium temerè ossibus omnem sentiendi uim adimere conuenit, quum in crebris quas manu obimus curationibus interdum ossã dolore affici, etiam præstantissimi medici affirment: non ignorantes interim membranam quandam omnibus propemodum ossibus obduci, quam περιόστιον ob id Græci uocarũt, cuius gratia alijs ossa (si quid modò sentiunt) sensu pollere uisum fuit. Præterea & soli dentes tota sede qua extra gingiuas prominent, nudi sunt, reliquis interim ossibus omni ex parte tectis, & ante sectionem latitantibus. Ad hæc dentes ubi prominent, membrana ossa inuoluente destituuntur, ut & caluariæ interior superficies, quà cerebrum continetur, quam dura cerebrum induens membrana proximè succingit, quum alioquin cæteris ossibus dicta prius membrana undique circunducatur, si eas sedes exceperis, quibus ossa uel articulantur inuicem, uel alioquin mutuò construuntur.

*Qua ossiũ parte medulla reponatur.*

*Ab ossium foraminibus.*

*A sensu.*

*Ab occultatione.*

*A membrana ossa succingẽte.*

## QVID CARTILAGO, ET QVIS CARTILAGINIS VSVS & DIFFERENTIA. Cap. II.



CARTILAGO osse mollior est. terrestris tamen ac durissima partium corporis secundùm os particula, prorsus solida, & nullis foraminibus cauernulisq; ossiũ modo intus oppleta, & sensus ac medullæ expers. Huius usus perquam uarius est. Primùm nanq; idem præstat quod ossa, quum uelut fulcrum quoddam sit, cui proximæ partes adnascantur, & adstabiliantur. Cartilagines enim quibus larynx constat, osium munere eleganter funguntur. quippe ipsis quidã implantãtur musculi, ac nõnulli ab illis enascuntur. Insuper cartilagines hæ laryngem perinde effingunt, atque rusticorum domus extrabibus confectas cernimus, priusquam stramina, tegulæ, & lutum illis adhibẽtur. Neque sanè hominum ossa & cartilagines carne nudatas, ac postmodum unà contextas, propius cuipiam imagini assimilaueris, quàm tuguriorum fabricæ iamprimum erectæ, & nondum ramis aut terra ornatæ. Pari quoque ratione cartilagines osium uicem obeunt, quæ inibi reponuntur, ubi nullo osse locato, musculi suam insertionem tentant: quod palpebris & naso euenit. In palpebrarum enim extremis oblongæ consistunt cartilagines, in quas musculi palpebras mouentes inseruntur. Ad hæc, nasi alæ cartilaginibus efformãtur, quæ musculorum insertionem perinde ac ossa excipiunt. Quinetiam illæ alarum cartilagines, nasi apicem unà cum alijs cartilaginibus à nasi ossibus prognatis eleganter ossium ritu suffulciunt, eriguntq;. Præterea costarum ossa in cartilagines finiunt, in omnibus quòd ad usum ferè spectat, illis ossibus respondentes: quamuis ex abundanti his cartilaginibus peculiaris usus accedit, quo thoracis amplitudinem (quam illæ cum costarum ossibus efformant) promptius dilatari constringiq; patiuntur, quàm si rigidæ & ossis modo duræ essent. Insuper eiusdem ferè usus gratia asperæ arteriæ cartilagines C nostri imaginem exprimentes, in hoc ab ossibus discrepant, quòd præter id quòd bellè sustinent, ossisq; munus fulciendo gerunt, eam adipiscuntur temperiem, cuius beneficio

*Cartilaginis natura.*

*Vsus communi ossium usui respondens.*

*Cartilaginẽ osse prõptius stringi ac dilatari.*

*Cartilaginis usus in articulis.*

neficio diſtendi comprimiq́ſecus quàm os poſſunt. Adde & alium cartilaginis uſum neutiquam infimum, quo hæc oſſibus occaſionem præbet, ut in continuis frequentibusq́motibus attritu minus uitientur. Oſſium nanque commiſſuræ motus gratia extructæ, propter oſſium ſiccitatem ex mutuo contactu, leui opera rumperentur, niſi utraque commiſſuræ oſſa tota ſede qua ſe inuicem cõtingunt, articulumq́formant, cartilagine quadam ueluti cruſta ſeorſim obducerentur, & hæc cartilago ſuo in duritie mollitieq́temperamento oſſium impetui reſiſteret, & unà incidentis uim cedendo leuiter exolueret. Neque ſolum cartilago in oſſium affrictu quo minus mutuo contactu atterantur commoda eſt, at ita læuis planaq́uiſitur, ut promptiſſime oſsis caput in ſuo ſinu uoluatur, nullaq́aſperitas motus promptitudinem impediat, accedente huc uiſcido lubricoq́humore, & ueluti ſmegmate quopiam, quo rotulas ad reflectendum funes oblinimus. Quinetiã ſagax rerum Opifex adeò præſtantem cartilaginis uſum in articulis fore cognouit, ut non ſolum ad eum quem diximus modum oſſa in mutuo contactu cartilagine læui & lubrica cruſtæ cuiuſdam modo ornauerit, uerùm in nonnullis articulis præter has cartilagines tertiam quandã adhibuerit, quæ neutrius oſſis cartilagini, ſed tantum membraneis articuli ligamentis orbiculatim connaſcitur, & ueluti cartilaginum oſsibus obductarum quoddam interſtitium efficitur. Hæc utrinque, quà inter alias cartilagines conſiſtit, læuis, & ob uiſcidum quo oblinitur humorem lubrica eſt, & multo illis cartilaginibus quæ oſſibus obnaſcũtur mollior. Huiuſmodi cartilaginem inferioris maxillæ ad ſuperiorem articulos intercedere, ſuo loco audies: deinde aliam pectoris oſſis cum clauicula articulum, & nexum clauiculæ cum ſummo humero, & ulnæ cum brachiali, & tibię oſſis cum femore, in quo articulo huius generis cartilagines, ſinus, quibus femoris capita excipiuntur, magna Naturæ prouidentia peculiariter augent. Verum eiuſmodi cartilagines Galeno non uidentur animaduerſæ, ſi ex omnibus eas duntaxat exceperis, quas genu articulo proprias eſſe diximus: quarum Galenus ligamenti nomine ſemel, & obiter tantum meminit. Arabibus autem eas notiores fuiſſe, quodammodo hinc colligitur, quòd illi oſsium contextum docentes, oſſa quidem omnia ſcripſerint eſſe contigua: illis tantum ſecluſis, in quibus Laguahic, aut (ut correctius dicamus) Luhach intercedunt, quæ oſſa inuicem nõnihil dirimunt, ea uoce huius generis cartilaginem mollicie à ligamenti natura parum abſimilem intelligentes. At quibus ſedibus hæ contineantur, neminem Arabum hactenus docuiſſe reperi. Huiuſmodi itaque uſum cartilago in articulis ſuppeditat. ad quem rurſus accedit, quòd in pleriſque oſſium commiſſuris non ad motum inſtitutis, cartilago quaſi glutinis uice interuenit: quemadmodum in pubis oſsium commiſſura fieri animaduertimus, & in minoribus natu corporibus, in appendicis cum reliquo oſſe coalitu. Porrò de cõglutinantis cartilaginis natura, ubi oſsium commiſſurarum differentiam perſequemur, denuò agendum erit, ubi hæc luxationum gratia neutiquam perfunctoriè perpendenda ueniet. Pariter & cartilaginis ſpecies, quam ligamenta cartilaginoſa aliquando efformare docebimus, in ligamentorum enarratione pertractabitur. Sunt autem eius generis in uertebrarum connexu, in coxendicis articulo, & in genu. In præſentia igitur ſuffecerit, ita cartilaginis naturã leuiter explicare: ad quam nõ inopportunè adhuc cartilagines retuleris, in hoc fabricatas, ut quippiam in ipſis quod continuò erectum eſſe oportuit, firmaretur. Cuius generis palpebrarum ſunt cartilagines, τάρσοι nuncupati, quæ cilia ſeu palpebrarum pilos erectos, neque aliorum pilorum modo concidentes ſuſtinent, inſtar aridi duriq́ſoli, in quo arbores firmius figuntur: eo uidelicet pacto, quo in longis nauibus remos, quoties non nauigatur, ſua ſerie firmatos, & ex aqua ſubleuatos conſpicimus. Præter hæc rerum Opifex nudas & prominentes corporis particulas, & oſſium fines alteri oſſi non commiſſas, cartilagine adauxit, nimirum ut tali cõſtarent ſubſtantia, qualis neque frangi propter molliciem, neque rumpi propter ſiccitatem queat. Quòd autẽ cartilago nõ minus quàm ungues ea formentur ſubſtantia, uel pueri nos docent, qui maiuſculam cartilaginei piſcis, aut uituli cartilaginem nacti, eam in globulum ſcindunt, ac ut ualidiſſimè frequentiſſimeq́reſiliat, lapidi cuipiam inijciunt. Is enim reſultus liquidò cartilaginis temperiem ita arguit, ac quum cæſim punctimq́cartilago ſuperficietenus cultro petitur, & ab illo dein reſilit. In cartilaginum, quæ nudis partibus contigerunt, numero, obſeruabis naſi cartilagines, eam quæ in mucronem gladij modo à pectoris oſſis fine exacuitur, ſpuriarum coſtarum cartilagines, & eam quæ oſſis coccygis termino adnaſcitur: & auris cartilaginem, quæ tenuis molliſq́eſt, & cute obducta, oſſis uice auris corpus pulchrè ſuffulcit. Cæterum iſti cartilaginum inter ſe uariantes uſus, earundem quoq́differentias explicant, adeò ut nunc neque has, neque cartilaginum formas, prolixius enarrare conueniat, præſertim quum ſingulæ cartilagines perinde ac oſſa à nobis priuatim ueniant deſcribendæ. Quamuis fortè aliquis hîc adhuc additum uelit, in minoris ætatis corporibus cartilagines molles

*Tertia in articulis quibuſdã cartilago.*

*Li. 2 de Adminiſtran. ſectionibus.*

*Cartilago glutinis uicẽ ſubiens.*

*Ligamentorũ ſubſtantiã ingrediens cartilago.*

*Cartilagines aliquid continuò erigẽtes.*

*Extãtib. particulis adnatæ cartilagines.*

*Cartilaginũ differentiæ.*



molles eſſe: in grandioris uerò ita ſubinde indurari, ut fragilis ac friagilis oſſis naturam referant. quod potiſsimum laryngis cartilaginibus, & illis accidit quas ſuperiores coſtæ educunt. Hæ enim temporis ſucceſſu, idq́maximè in brutis, oſſeæ fiunt, exterius duntaxat cartilagine ueluti membrana quapiam ſuccinctæ, quæ ab oſſea illa cartilaginis ſubſtantia per elixationem leui negotio abſcedit & diuellitur.

## NOMINA QVIBVS OSSIVM PARtes ſedesq́indicantur. Caput III.




PRAESENTIS TABVLAE EIVSDÉMQVE
characterum index.

*Propoſita modò tabula aliquot oſſa in hoc tantũ delineantur, ut oſsium partes & ſedes, quarum nomina hoc Capite perſequar, in nonnullis ſaltem oſsibus appoſitè exprimant. Vnde ſi in huius Capitis contextu alicuius oſsis hîc non delineati mentio incidet, id ex figuris proprij ſui Capitis, aut ex integris quæ primi libri calci adhibebuntur, opportunè petes. Quanquam non opus eſt, in cuiuſque partis ſedisq́deſcriptione, omnia oſſa, quæ exempli loco adferam, contemplari, quum hic abunde erit in uno oſſe quod traditur perpendere, & quum alibi id nomen occurret, memorem eſſe. Quæ uerò oſſa hic delineantur, characterum index docebit.*

*A Dextrum femur, cuius appendices ſua ſede dimouimus, ac ueluti quodam interſtitio à reliquo oſſe diſiunximus.*

*B Dextrum femur, cui appendices ſuis ſedibus adhuc adnatæ hærent.*

*C Maxilla inferior, unà cum humiliori dentium ſerie.*

D *Hic os dextro sacri ossis lateri coarticulatum, externa sede exprimitur: cui aliud nullum peculiare nomen cum Galeno indimus, sed triplici nomine, uidelicet ilium & coxendicis & pubis, pro ipsius sedium ratione comprehendimus, id uigesimo nono Capite descripturi.*

*Sub iam cõmemorato osse, & inferiori maxilla, pedis dextri ossa ita uidẽtur, ut quatuor tarsi*

1. 2. &c. *ossa his notis, 1. 2. 3. 4. insignita, cum osse cymbæ non absimili, ac E indicato, & talo F inscri-*

E. F. G. *pto, & calcis osse G significato, à quinque pedij ossibus I, II, III, IIII, V, notatis, &*

H. I, II, *digitorum ossibus H & H ostensis, adeò remouentur, ut sedes qua pedij ossa tarsi ossibus*

III, etc. *committuntur, intueri possit. Hac nanque ratione sinus in superficie tantum insinuati, & capita*

H H. *leuiter admodum protuberantia, opportunè commonstrantur.*

I *Pedi subiacet brachij os, seu humerus, anteriorem ipsius sedem ostendens.*

K *Scapulæ dorsi portio, in hoc depicta, ut spinam ipsius cum summi humeri appendice lineis interstincta, & uarijs partibus efformata ostenderet. Atque hæc ossa præsens commõstrat tabula. reliqui uerò characteres ossium partibus ostendendis hunc in modum seruiunt.*

L &c. *Quatuor L in priori femore A notato positis, quatuor femoris appendices indicantur.*

M &c. *Quatuor M in altero femore locatis, etiam quatuor femoris appendices insinuantur, quarum circumscriptionem lineæ notant, quibus illæ à femoris osse, ut ita dicam, dirimuntur.*

N N *Superius N in osse sacri ossis lateri commisso, ac D insignito, appendicem notat ossis ilium. inferius autem N, appendicem ossis coxendicis.*

O &c. *Aliquot O in pedij ossibus, I scilicet, III & V signatis ponuntur, & deinde in primo secundoq; pollicis osse, & primo secundoq; medij digiti etiam O conspicis, appendices in his ossibus insinuantia: non quòd tantum ossa O insignita appendicibus donentur, sed quia aliquot characteres eandem in similibus ossibus rationem esse, satis doceant.*

P *Humeri appendix.*

Q *Appendix spinæ scapulæ, seu summi humeri.* R *Lineæ, quæ plures spinæ scapulæ appendicis portiones intercedunt.*

S &c. *In utroque femore duo scripsimus S, femoris notantes processus.*

T *Processus acutus inferioris maxillæ, atq; ita etiam T, γναθώνη insignitur.*

V V *Duo sunt processus in osse alteri sacri ossis lateri coarctato.*

X *Processus appendicis superioris pedij ossis V notati, paruóque digito præpositi.*

Y Y *Duo processus, seu tubercula inferioris sedis humeri, qua cubiti ossibus articulatur.*

a &c. *In utroque femore ter a ponitur, tria femoris ostendens capita. Cæterùm in priori femore A notato, in elatissima appẽdice a posuimus. In femore uerò B insignito, extra appendicem, ne fortè quis solam appendicem hic caput coxendicis ossi inarticulatum esse arbitretur.*

b *Caput maxillæ inferioris dextrum.*

c *Caput tali, ossis quod cymbam refert sinum subintrans.*

d *Caput tali, tibiæ sinum subiens, quod & F notatur.*

e &c. *Aliquoties in pedis figura e occurrit, capita notans pedij & digitorum ossium.*

f *Caput humeri superius, quod scapulæ articulatur.*

g g *Duo capita inferiora humeri, seu potius sedes quibus ulna & radius articulantur.*

h h *In utroque femore semel h ponitur, ceruicem capitis indicãs quod coxendicis ossi immittitur.*

i *Ceruix in inferiori maxilla.* k *Ceruix in talo.*

l l *Ceruices pedij ossium. Ponitur autem l in II, & in IIII tantum, ne reliquæ ceruices obscurarentur.* m *Ceruix in humero.*

n *Acetabulum in coxendicis osse, cui femur inarticulatur.*

o *Acetabulum in humero. latitat autem o inter duo Y.*

p p p *Superficietenus exculpti sinus, qui in tarsi ossibus uidentur.*

q q *Pedij ossium minimè extuberantia tubercula. duo autem q tantum his ascripsimus, quòd reliqua in umbra latitassent, & picturæ quoque obfuissent.*

r r *Supercilia in coxendicis osse, ad superiorem acetabuli sedem conspicua. Si fortè in cartilaginibus has quoq; ossium partes aut sedes contueri lubet, omnes quæ in cartilaginibus spectari possunt, effigies cartilaginum trigesimo octauo Capiti præpositæ commonstrabunt.*

VTCVN-





VTCVNQVE uocum multitudo & uarius illarum apud alios & eundem subinde authorem usus rerum descriptionem arduam reddit, nulla tamen æquè uaria pugnansq; dictionum est congeries, atque nominum, quibus ossium partes sedesq; indicãtur, & quibus in ossiũ descriptione perpetuò est utendũ. Vt enim nunc ad sequens Caput uarias appellationes asseruẽ, quibus commissurarũ ossa iungentiũ species significãtur, huc modo referuntur, λῶλον, ἐπίφυσις, ἀπόφυσις, λοφώνη, λοφωνὶς, λεφαλή, λεφαλαῖον, ἄρθρον, λόνδυλος, προαχιλος, αὐχὴν, λοτύλη, λοτυληδὼν, ὀξύβαφον, γλιὼν, ἔτυσι, ὄφρυσι, ἄμβονες, χείλη, βαθμίδες, eiusq; generis uoces quamplurimæ, quæ Græcorũ sunt nomina: Latinis autẽ, & si priuatim nõnulla tantum habentur, interpretum tamen lasciuia tot nominum myriades passim ita sunt obuiæ, ut iam seorsum unumquodq; Græcorum nomen assumendum ueniat, & quid ueteres qui pueros domi sedulò dissecandi rationem docebãt, illis intellexerint, addendum, quò tandem cuiusmodi uoce nos quoque simus toto sermonis contextu usuri, statuatur. κῶλον itaque, quo etiam nomine Græcorum interpretes subinde utuntur, aliquando autem artum, interdum uerò membrum uertunt, Græcis quatuor duntaxat membris accommodabatur, brachio scilicet, cubito, femori, & tibiæ: neque etiam aliam partem ea uoce Galenus usquam intellexisse uidetur. Verùm quum rarò, aut nunquam huius uocis usus mihi incidat, illi prolixius inhærendum non arbitror. ἐπίφυσιν, quam Latini appendicem, applantationem, adnexum, additamentum, adnatum, & alijs innumeris profectò modis reddunt, perpetuò appendicem appellabo. Est autem ἐπίφυσις seu appendix, os alteri ossi adnatum, & peculiarem obtinens circumscriptionẽ, neque illius ossis cui committitur, uera portio. Huiusmodi appendicis naturam, quoties aut uituli, aut hœdi, aut agni, aut alicuius iunioris animalis pars aliqua mensæ apponitur, discere licet. Emundato enim femore, humero, tibia, aut radio, aut ulna, aut alio his simili osse à cæteris liberato, & ualidius nonnihil attrectato, ab illo ueluti aliud quoddã os decidere cõspicimus, appendicis nomine donatum. Atque id in iunioribus duntaxat animãtibus intuemur. In ætate enim prouectis appendices adeò pertinaciter suis ossibus adnascuntur, ut ab osse auelli nequeant, uixq; coniunctionis lineam exprimant, & ueræ suorum ossium portiones esse uideantur: cùm interim in nuper natis magnam cartilaginis portionem inter appendicem & os cui ea adnectitur, intercedere appareat, quæ appendicem ossi glutinis modo connectit. Coalitus hic non[a] læui planaq; perficitur superficie: uerùm os cui appendix committitur, sinibus quibusdam & asperitatibus abundat, quibus appendicis tubercula sinusq; mutuo ingressu ualidius accommodantur. Præterea[b] connexus iste hoc quoque priuatim nanciscitur, quòd os nulla prorsus sui sede mollius, & in duritia ac soliditate infirmius quàm circa ipsum connexum cernatur. Perpetuò enim os inibi pumicis spongiæue modo multis cauernulis intus plenum est. & quamuis id subinde reliqua propemodum ipsius longitudine unum sinum ampliter cauum & duntaxat medulla oppletum obtineat, ac durissimum ualidissimumq; secundũ sinus illius longitudinem existat: nihilominus tamen priusquam appendici os annectitur, sinus ille deficit, & ipsum mollius redditum, cauernulis, quemadmodum & appendix ipsa, scatet. Atque id ita perficitur, ut Galenus appendices sinuum medullam continentium opercula esse tradiderit. Quasi uerò appendicum cauernulæ medulla destituerentur, & non quamplurima ossa sinibus quibus medulla ossuosis fibris non intertexta continetur carentia, appendicem ascisceret. Amplis enim ossibus quæ sacri ossis lateribus coarctantur, eiusmodi sinus neutiquam adest: nihilominus tamen toti ilium ossis spinæ[c] appendix coalescit, quemadmodum & toti infimæ sedi coxendicis ossis. Quin & scapulæ nulla ferè ex parte medullosæ,[d] quatuor appendices annectuntur, duæ quidem ad ipsius basim, una ad mucronem interioris processus scapulæ, & quarta ad summũ humerum:[e] quæ peculiariter ex pluribus particulis extruitur. Demum dorsi uertebræ eius generis sinu carent: attamen ipsarum corpora superius inferiusq; sibi[f] appendices uendicant. Imò non modò uertebrarum corpora appendices habent, sed etiam transuersorum in thorace ac lumbis uertebrarum processuum & spinarum apicibus appendices annectuntur. Insuper & costarum radici uertebris coarticulatæ appendix committitur, etiam si costarum os nullo amplo sinu medullam recipiente donetur. Cæterum uertebræ & puerorum dentes, qui etiam appendicibus decorantur, non solum indicant ossa his sinibus destituta appendices obtinere, uerumetiam argumẽto sunt non solis grandibus ossibus Naturã appendices dedisse, quantũuis antehac Anatomicorum præcipui oppositum asseruisse uideãtur, appendices magnis tantum ossibus adscribentes. Porrò ex ossibus eiusmodi sinus habentibus, femori quidem[a] quatuor annectuntur appendices: unus capiti, quo coxendicis ossi inarticulatur: unus inferiori ipsius parti, quæ tibiæ committitur; & duo alij duobus ipsius processibus, quos ferè rotatores uoca-

Varias esse uoces quæ ossium partes sedesq; indicantur.

Κῶλον. Artus. Membrum.

Ἐπίφυσις. Appendix.

Expẽde femoris appẽdices fi. A.

fig. capiti i inserta inter G & A.

N, N fi. D. X, Y, E, K fi. 1, 2. ca. 21.

Q, R fi. K.

1, 2 fi. ca. 17 A, B &c.

Quatuor L fi. A. deinde 4 M fi. B.

In u de Vsu partium. Appẽdices sinuũ medullã continentium non esse opercula.

Non solùm grãdib. ossib. appẽdices conuenire.

Galen. lib. de Ossibus.

mus. Tibiæ oſſi & fibulæ ad genu & ad pedem appendices adnaſcuntur. Radius quoque iuxta
brachiale & humerum appendicibus donatur. Humero autem tantummodo ſuperius, quà
ſcapulam ſpectat, appendix contigit: quemadmodum ulnæ duntaxat iuxta brachiale. Atque
hæc oſſa grandia ſunt, quibus inſignes Natura ſinus largitur. Parua autem, quæ & nos quo-
que eius generis ſinu contra Galeni placitum donari docuimus, haudquaquam appendice ca
rent: quippe poſtbrachialis & [a]pedij oſſa ad unum omnia manifeſtiſsimum appendicem exi *O O in fi. pedis.*
gunt, ubi primorum digitorum oſsium ſinus ad articulationem ſubeunt. Superius uerò quà
hæc oſſa brachiale & tarſum reſpiciunt, ſubinde appendicem quidem adipiſcũtur, at firmius
ſemper quàm ima parte, ipſorum oſſi coalitam. Item omnia digitorum oſſa ſuperius & infe
rius appendicibus plerunque decorantur, ſi ultima excipias, quæ ſuperius tantum appendices
habent. Hæc omnia in puerulis admodum ſunt cõſpicua. In ijs uerò qui iam ad ſummum incre
mentum uenere, appendicum connexus ſpectatu eſt difficilis, in ſenibus autem prorſus occul
*ἀπόφυσις.* tatur ac latet. Ἀπόφυσις, quem interpretes proceſſum, exceſſum, explantationem, additamen-
*Proceſſus.* tum, & neſcio quibus alijs uocibus uertunt, nobis proceſſus appellabitur: eſtq; oſſis pars ni-
hil à ſuo oſſe differens, quàm quòd tuberculi ſeu gibbi inſtar ex oſſe procedit, quemadmo-
dum ex arboris trunco radices ramiq; extuberare ac procedere uidentur. Eiuſmodi proceſſus
in oſsibus ſunt quamplurimi. Nulla enim dorſi eſt uertebra, quæ non multis donetur. quan-
doquidem aliquot [b]ceruicis uertebras etiã plures undecim proceſſus habere, thoracis autem *8 fi. 15 cap. numeris notantur.*
uertebras ſeptem, lumborum uertebras nouem, ſuis locis docebimus. Deinde & [c]inferior ma
xilla proceſsibus utrinq; duobus donatur, & [d]humerus quoque, & omnia corporis oſſa pro- *c T-i fi. C.*
ceſſus exigunt, quoties extra ſimplicem planamq; ſuperficiem aliqua ſui ſede extuberant. Por- *d Y Y fi. I.*
*Proceſſuum & appēdicũ differentiæ.* rò proceſſuum, ſicut & appendicum, nonnullæ ſunt differentiæ. Quibuſdam enim proceſsib.
appendix adnaſcitur. nam femoris proceſſus [e]rotatores nuncupati, & ſcapulæ ſpina (quæ pro- *S S fig. A, B.*
ceſſus ſcapulæ eſt) appendicem obtinent: quemadmodum & interior quoque ſcapulæ pro-
ceſſus, qui ancoræ imagini confertur. Alijs proceſsibus nulli ſunt appendices. nam maxillæ
inferioris, calcis oſſis, tali, & reliquorum fungoſorum oſsium proceſsibus appendices rariſsi-
mè contingunt, modò & eorum quoque oſsium proceſſus fungoſi ſint. Humeri etiam pro-
ceſſibus, qui ad cubiti articulum conſiſtunt, nulli appendices adnectuntur: quemadmodum
neque ulnæ proceſsibus, qui humero articulantur. Rurſus ipſi appendices plerunq; ſibi pro-
ceſſus uendicant. [f]Vlnæ enim appendici proceſſus accidit, quem columnæ, & quo ſcribimus *fi. 1. 2. cap. 24 R.*
ſtilo, diſſectionum periti aſsimilarunt. Tibiæ quoque oſſis inferiori appendici [a]proceſſus obti *a fi. 3 ca. 31 i.*
git, quem interiorem malleolũ nuncupamus. Deinde & pedij oſſis paruum digitum ſuſtinen-
tis ſuperior appendix [b]proceſſum exigit, cui octauus pedem mouentium muſculus inſeri oſten *X in pede.*
detur. Humeri quoque appendix, quemadmodum & appendix infima femoris, in duos pro-
ceſſus adeò inſignes diuiduntur, ut utroſque capitis nomen ſeorſim mereri audias. Ad appen
dicem itaque & proceſſum referuntur, quæ iam explicabimus oſsium capita, ceruices, ſinus,
tubercula, & ſupercilia. Quanquã tamen proceſſus nomen illis tantũ proceſsibus adhiberi ſa
tius erit, qui alteri oſſi non articulãtur. Femoris nanq; & humeri capita proceſſus non nuncu-
pamus, quemadmodum ſanè acutos maxillæ inferioris proceſſus, & tubercula humeri, quæ
ad cubiti articuli latera prominent. Deinde & proceſſus appendicibus ornatos, non appendi-
ces, ſed proceſſus ſimpliciter appellare opportunius fore putamus. Femoris enim rotatores, &
ſcapulæ & uertebrarum proceſſus, etiam ſi appendices habeant, proceſſus aliorum Anatomi-
corum more (qui ſubinde ἐπίφυσιν cum ἀποφύσει confundunt) nuncupabimus: Appendicis
autem proceſſum ſimpliciter nunquam, non addito appendicis nomine, proferemus. quippe
interiorem malleolũ inferioris tibiæ oſſis, appendicis proceſſum eſſe dicemus. At hæc omnia
obiter tantũ intellectis nominibus, in oſſiũ deſcriptionibus erũt obuia, ut & proceſſuũ quoq;
*Proceſſuũ uſus.* uſus in ſingulis oſſibus manifeſtus euadet. Cõferunt autẽ proceſſus præcipuè ad cõmodam ar
ticulationem, & oſſium cõmiſſuram, deinde ad multarũ partium exortum, aut inſertionem. Si
enim oſſa nullibi extuberarent, neq; colliũ ritu educerẽtur, ac rurſus ualliũ modo exculperẽtur,
paucisſima ex ipſis naſci, ipſisq; inſeri poſſent. Nunc autẽ proceſſus montis inſtar prominent,
à quo plura quàm ex plano pronaſcũtur, aliaq; ei dein (ut ſic dicam) inſeruntur, & ſuper ipſum
exædificantur. Quinetiam proceſſus propugnaculi uice eſſe, ſcapularum & uertebrarum pro-
*κορώνη.* ceſſus teſtabuntur. Κορώνη, ſeu κορωνίς, interpretibus quibuſdam cornix dicitur. At ueteres
Græci in oſsibus hac uoce acutum ſignificabant proceſſum, quem ad arcus cornu & inciſio- *c T fi. C- et 6 muſcu. tab. A, B.*
nem, ubi neruus ſedet, referebant. [c]Huius generis unus utrinque in inferiore maxilla habetur,
cui temporalis muſculi tendo inſeritur. Deinde in temporum oſſe [d]alius cernitur, quem mam *d 4, 5 fi. 6 cap. unus k, alter i.*
marum papillis aſsimilant. Sic & in eodem oſſe alius conſiſtit, qui gallorum calcaribus, & ſcri
ptorio



ptorio ſtilo comparatur. Verùm Galenus non eiuſmodi acutos proceſſus muſculorum inſer-
tionibus & exortibus paratos, ita ſolum appellaſſe uidetur, ſed & nonnulla oſsium capita, quæ
*fi. 5. 6 ca. l l.* aliorum oſsium ſinus articulationis ergò ſubeunt. Occipitij enim [a]oſſis capitula primæ cerui- *In libro de Oſsibus.*
cis uertebræ ſinibus articulata, non ſemel eo nomine appellauit, quũ interim, idq; potiſsimum
in homine, acuti proceſſus nomen neutiquam mereantur. Κεφαλή, & κεφάλαιον, Latinis nomi
ne capitis explicantur. qui hac uoce appellant oſſis tuberculum, alterius oſſis cauum articula- *κεφαλή. κεφάλαιον.*
tionis motusq; arbitrarij occaſione ſubintrans. Et caput rurſus prominens aut depreſſum nun *Caput.*
*Metire id à D ad B pri. fi. ca. 30.* cupamus, ad ipſius ceruicem id referentes. Femoris enim [b]caput, coxendicis oſſis ſinui inarticu *Capitum alia prominentia, alia depreſſa.*
latum prominens dicitur, quòd ab ipſius ceruice ad uerticem uſque longus pertingat ductus:
*Ab m ad f in fi. I.* quemadmodũ & humeri [c]caput ſcapulæ commiſſum, prominentis capitis loco numeramus,
quoniam ipſius eminẽtiſsima parte ceruicem aut collum longè excedat. Verùm pedij oſſium
*q, q in pede* [d]capita, quæ tarſi oſſibus committuntur, adeò depreſſa planaq; ſunt, ut uix dicere queas, num
*Cõfer ſ, t, u 13 fi. ca. 33 cum n, m, l fi. 10.* ipſa tarſi oſſium ſinus ſubintrẽt, aut tarſi oſſium tubercula in ſe recipiãt. Præterea neq; in [e]trium
tarſi oſſiũ cum oſſe cymbã referente cõnexu à ſinibus capita diſtinguere licet. dein eiuſmodi [f]ca
pitula in pleriſq; uertebris haberi, ſuo loco admonebimus. In præſentia enim ſufficit addidiſſe,
*f 9 fi. 15 ca. et figuræ 16 ca. X, Y* Græcos Naturæ operum ſtudio flagrantes, capita prominentia nuncupaſſe, quæ manifeſtum
oſtendunt tuber, & ipſorum medio (quantum ad ſuperficiem ſpectat) magis quàm lateribus,
aut in orbiculo eminent & extuberant. Depreſſa autem, quæ adeò obſcuro tubere gibbóue
prædita ſunt, ut num caput, num ſinus ea uocari debeant, non ſatis conſtet. Atque hæc poſte-
riora capita diſſectionum periti κονδύλους uidentur appellaſſe, priora autẽ ſimpliciter κεφάλαια.
At de condylo non ita multo pòſt quædam (quũ ita uariè à multis id nomen uſurpetur) adhuc
ſubijciemus. Ἄρθρον, quem nos Articulũ dicimus, Græci primum uocarũt, oſſium commiſ-
ſuram ad motum paratam. Verùm Hippocrates crebrò, idq; potiſsimum in libris de Fracturis *ἄρθρον.*
& articulis, ac Galenus etiam in eorundem librorum Commentarijs, articulum nominarunt *Articulus.*
rotundam oſſis partem, in proximi oſſis cauum ſinumúe immiſſam, & capitis nomine dictam.
Atque huiuſmodi caput Latini etiam uertebrum ſeu uertebram appellare uidentur, quan- *Vertebrum.*
*a. b. Immitte A i fi. ca. 30 in e, f, g fi. 1 ca. 29.* do femoris [a]caput coxendicis oſſis [b]ſinum ſubingrediens, ita nominant. quanquam alijs rur- *Vertebra.*
ſus uniuerſum coxẽdicis oſſis cum femore articulum ita uocare libuit. Satius tamen fuerit, uer- *σπόνδυλος.*
tebræ nomen [c]dorſi oſſibus tantum accommodare, ut nobis uertebra idem ſignificet, quod
*c. figuræ ca. 14, 15, 16, 17.* Græcis σπόνδυλος, nimirum quoduis dorſi os: quod & uerticulũ nonnullis dicitur, à uerticuli
uidelicet forma, quo mulieres fuſos aggrauant. Cæterum capita quæ iam dicto modo extu *Capitũ differentiæ.*
berant, quibuſdam oſſibus ſimplicia obtigerunt, ut femori qua coxendicis oſſi articulatur, pe-
dij & poſtbrachialis oſſibus, qua digitorũ prima oſſa ſubeunt. Alijs duplicia ſunt, ac gemina,
& ſinu quodam interſtincta, ut femori quà tibiæ committitur, primis & ſecundis digitorum
oſſibus, in inferioribus partibus, quæ ſubſequentium oſſium ſinus ſubintrãt. Rurſus capitum
alia rotunda conſpiciũtur, ut femoris ſupremum caput: alia à dextra ſede ſiniſtrorſum longius
ducuntur, atque ita quodammodo lata fiunt, ut maxillæ inferioris capita. & alia à priori ſede
retrorſum longius feruntur, ut capita occipitij oſſis primæ uertebræ ſinus ſubeuntia. Verùm
& ſi à medico nomine medici digno huiuſmodi capitũ formæ ac differentiæ non minus quàm
proprij ungues, uel luxationum gratia, ſint cognoſcendæ, hîc tamen prolixius eas ſubdiuiden-
das eſſe haud exiſtimaui, quòd accuratiſsimè ſingula in unoquoq; oſſe perſequi conabor. Por
rò oſsium capita non ſemel Galeno ἐπιφύσεις, ſeu appendices uocantur, fortaſſis quòd eorum
nonnulla appendice conſtent: quemadmodum femoris capita, ſuperius humeri caput, pedij
oſsium & poſtbrachialis capita, quibus primis digitorum oſsibus coarctãtur. Verùm pleraq;
oſſium capita neutiquam appendice formantur. Talus enim prorſus appendice caret, quemad
modum & humerus quà cubito iungitur: & maxilla quoque inferior capita, nõ autem appen-
dices exigit. Vnde non admodum recipienda uenit Galeni oratio, qua κώλων, hoc eſt artuum *In 11 de Vſu partium.*
capita, ἐπιφύσεις & κονδύλους uocari docuit. Porrò κόνδυλον Latini nunc articulum, nunc no
dum, nunc gibberum, nunc caput, nunc capitulum, nunc digitorum oſſa uertunt: quòd ad- *κόνδυλος.*
modum uariè hanc uocem à Græcis haberi cognoſcant. In Galeni enim iam dicta oratione, ar
tuum capita eo nomine nuncupari uidentur. In libris autem de Adminiſtrandis ſectionibus,
ita duo inferiora femoris capita uocat, & tubercula capitáue inferiora humeri, perinde ac ſi eo
nomine indicarẽtur gemina oſſium capita. quod & Hippocrates in libro de Articulis inſinuat,
ubi luxatum humerum κονδύλοις, hoc eſt digitorum articulis reſtituere docet. Veriſimile enim
*G, H fi. 2 ca. 27.* eſt, digitorũ oſſa ita ab aliquibus fuiſſe nuncupata, quòd geminis [d]capitibus, quemadmodum
femur inferiori ſede donentur. & potiſſimũ prima quatuor digitorum oſſa, quæ in luxationis
reſtitutione humerum extrorſum, & dein ſurſum præcipuè ducunt. Cæterùm Galenus in pri-
mo

mo de Muſculorum motu κόνδυλον appellat, depreſſum oſſis capitulum, quando κεφαλὴν ſeu
caput κοτύλῃ ſeu acetabulo, profundo'ue ſeu alto ſinui cõfert: κόνδυλον uerò, ſeu depreſſum mi
nimeq́ extuberans & planum capitulum, γλήνη, quam ſinum eſſe dicimus, adeò leuiter in oſſe
cælatum, ut an ſinus, an capitulum ſit, dijudicare uix poſſis. Atque in hunc modum à primis
diſſectionis profeſſoribus κονδύλου nomen proculdubio inſtitutum fuit. quamuis interim fa-
cile curauero, ne hoc nomen quicquam obſcuritatis alibi in noſtra oratione pariat, quum non
minus promptum fuerit, obſcurè & leuiter extuberans capitulum, aut internum externum'ue
femoris caput iuxta genu dicere, quàm ambigua uoce condylum, uel nodum, uel quippiam ſi-
mile ſermoni inſerere. Ac proinde etiam in cuiuſque oſſis deſcriptione perpetuò illud nomen
nobis conſtituemus, à quo poſtmodum in muſculorum, uenarum, arteriarum, & reliquarum
*Τράχηλος. αὐχὼν. Collum. Ceruix.* corporis partium enarratione nunquam diſcedemus. τράχηλον, & αὐχένα, Latini collum &
ceruicem nuncupant, his uocibus oſſis partem quæ collo noſtro reſpondet ſignificantes. Col
lum nanque & ceruix tenues oſſium ſunt proceſſus, quorum extremum craſſius redditum in
oſſis caput finitur. Huiuſmodi ceruices nullibi perinde conſpiciuntur ac in[a] femore, iuxta ela- *h, h fi. A & B.*
tiſsimum ipſius caput coxendicis oſſi inarticulatum. Dein in maxilla inferiori adeò inſignis
*Galen. initio lib. de Oſsib.* [b] ceruix ſe offert, ut & caput inferioris maxillæ ceruicis nomine ab Anatomicis ſubinde dona- *i fi. C.*
tum ſciamus. Quinetiam in talo quoque[c] ceruix apparet, ante orbiculatum ipſius caput conſpi *k in pede.*
cua, quod nauiformi oſſi inarticulatur. Ad hæc,[d] pedij & poſtbrachialis oſſa, quà digitis coar- *l, l in pede.*
ctantur, ceruices oſtendunt. In reliquis autem oſſibus illæ non æquè manifeſtò conſpiciuntur.
Cæterùm aliquando non modò tenuiores oſſium partes in capita extuberãtes, ceruices dicun
tur, quinetiã & tenues proceſſus ita uocamus, qui latiores redditi ſinum conſtituunt cui aliud
*Gal. in libro de Oſsibus.* os coarctatur. Quod ſi in aliquo oſſe conſpicitur, ſanè in ſcapula eſt manifeſtiſsimum, cuius[e] ar *1, 2 fi. ca. 11 C, D.*
ctior pars ante ſinum cui humerus inarticulatur poſita, ceruicis quoque nomen ab Anatomes
*κοτύλη. ὀξύβαφον. Acetabulum &c.* profeſſoribus obtinuit. κοτύλην, & κοτυληδόνα, ac dein ὀξύβαφον Latini in oſſium deſcriptio
ne (nulla nanque nobis modò menſurarum eſt ratio) acetabulum & acceptabulum, & uulgò
pyxidem, & interdum buccellam uocant: his nominibus ſinus indicantes, qui altius profun-
dius'ue deſcendunt, excauanturq́, ac oſſium capita excipiũt. Obſeruantur autẽ eiuſmodi ſinus
ſeu acetabula,[f] in coxẽdicis oſſe, ubi femoris caput admittitur: dein & in[a] oſſe cymbã referẽte, in *f n fi. D. a 11 fi. 33 ca. k.*
quem tali caput ingreditur. Neq́ ſanè in corpore alij ſinus, quibus oſſiũ capita inarticulantur,
illis duobus profundiores exiſtunt. Verùm arbitror à primis diſſectionis profeſſoribus, nõ ſo
lum inſigniter profundos ſinus eo nomine appellatos eſſe, ſed omnẽ ſinum alterius oſſis caput
*γλήνη.* excipientem, modò quiuis illum primo intuitu ſinum eſſe atteſtaretur. γλήνη autem ab ocula-
ris ſinus (quantum coniector) forma ſinus dicitur, qui leuiter & ſuperficietenus tantũ cauatus
eſt: ac talis occurrit, ut ignores num aliud os admittat, aut aliud os ſubeat, nihilo ſecus quàm ſi
duo plani læuigatiq́ aſſeres inuicem imponerentur. Atque ſic γλήνη depreſſo reſponderet ca- *b p, p, p in pede.*
piti, quod omnium primum κόνδυλον nuncupatum eſſe arbitror. Tales ſinus habentur in[b] tarſi
oſſibus, qua pedij oſſa ipſis coarctãtur. Item[c] oſſis cymbam referẽtis ſedes, quibus id tarſi oſſa *c fi. 10 ca. 33. n, m, l.*
excipit, huiuſmodi quoque ſunt: ut &[d] brachialis oſſium nonnulla, quibus poſtbrachialis oſſa *d 6 fi. 25 ca. M, L, K.*
articulantur. Præterea in prima ceruicis uertebra, ubi hæc depreſſa ſecundæ uertebræ capitula
admittit. Verùm hæc non ita dico, quaſi inhibere uelim, ſinus quoſdam (qui & ſi manifeſti ſi-
nus formam præſeferant, tamen non admodũ profundè inſinuantur) etiam γλήνας appellari.
Nollẽ enim contentioſe rixari, num tibiæ oſſis[e] ſinus quibus inferiora femoris capita inſident, *7 fi. 31 ca. F, G.*
κοτύλης aut γλήνης nomen mereãtur. Attamen ſi articulationis ſpecies diligẽter diſcuſſerimus,
meritiſſimo κοτύλην uocabimus apparentem ſinum, γλήνην uerò ſinum adeò obſcurum, ut
ambigamus an uerè ſinuum numero ueniat adſcribẽdus. Quamobrem autem ſinus nunc leui-
*Sinuum & capitũ uſus.* ter, nunc profundè à rerum Opifice inſculpantur, ſequenti Capite, quod oſſium commiſſura-
rum differẽtias explicabit, oſtendemus: quandoquidem articulationis gratia tam ſinus quàm
capita formantur. Hîc autem ſuffecerit nomina duntaxat declaraſſe: & ſi cui interim uiſum fue
*Sinum differentiæ.* rit, licebit & ſinuum differẽtias hîc quoq́ ſermoni obiter adijcere. Quippe præterquam quòd
alij altè, alij uerò in ſuperficie tantum inciduntur, alij rotundi orbicularesq́ ſunt, ut coxendicis
oſſis[f] ſinus femoris caput excipiẽs, & digitorum oſſium ſinus, quibus poſtbrachialis oſſa inar *f n fi. D.*
ticulantur. Alij autẽ oblongi ſunt, ut radij[a] ſinus brachiali admittens: & primæ uertebræ ſinus, *a 8 fi. 24 ca. x, z, y.*
qui occipitis oſſis capitula excipiunt: & maxillæ ſuperioris ſinus, admittendæ inferiori maxil- *b 2 fi. 27 ca. I, K.*
læ parati, in horum quoque ſinuum numero reponũtur. Alij gemini ſunt, ut tibiæ oſſis ſinus,
quibus inferiora femoris capita committuntur: dein digitorum oſſium[b] ſinus plerique gemini *c 1, 2 fi. 23 ca. K, L, M.*
quoque cenſentur. Alij trochleis rotulisq́ reſpondent, ut humeri[c] ſinus ulnam admittens. Alij *d 1 fi. 24 ca. E, C, D.*
C referunt, ut[d] ſinus ulnæ, quem humerus ingreditur. Cæterùm ut ſinus & capita articulo-
rum



rum gratia cõſtituuntur, ita quoque & ἴτυες, ὀφρύες, ἄμβωνες, χείλη, quæ Latinis ſupercilia & labra *ἴτυες. ὀφρύες. ἄμβωνες. χείλη. Supercilia. Labra.*
nuncupantur. Sunt autem proceſſus ad ſinuum orbem inſtar labrorum prominẽtes, & ſinus
profunditatem augentes. Hi tametſi in omnibus articulis ferè & oſſium commiſſuris conſpicui
ſint, euidentiſſimè tamen ipſorum naturam in profundiſſimis ſinibus oſtendunt. Quare etiam
*r, r in fi. D.* in coxendicis oſſis ſinu, cui femur inarticulatur, altiſſima maximeq́ prominentia uidentur[a] ſu-
percilia, ut ſinum impenſius cauum redderent, femorisq́ luxationem accuratius prohiberent.
Quò minus enim oſſa promptè luxentur, ſupercilia in primis conducunt. βαθμίδες autem, *βαθμίδες.*
ſinus quidam ſunt, qui baſis firmamentiq́ ritu, ultrà quàm animanti ex uſu ſit, os moueri
*b 1 fi. ca. 23 N.* haudquaquam ſinunt. In[b] anteriori enim humeri ſede, & in[c] poſteriori ſinus exculpitur, ſingu
los ulnæ[d] proceſſus excipiens. Anterior nanque ſinus priorem ulnæ admittit proceſſum, quan-
*c 2 fi. ca. 23 O.* do cubitus extremè flectitur: poſteriorẽ autem ſinum poſterior ulnæ proceſſus in cubiti exten-
*d 1 fi. ca. 24 C, D.* ſionibus ingreditur. Quoniam itaque poſterior ſinus in anteriorem non eſt peruius, hi ulnam
ultrà quàm expedit haudquaquam moueri ſinunt. Si enim eſſent peruij, neque proceſſibus
obuiam irent, cubitum æquè in acutum angulũ extenderemus, atque modò flectimus. Meritò
itaque primi diſſectionum profeſſores, hos ſinus βαθμίδας uocarunt: quamuis Hippocrati non
huiuſmodi tantũ ſinus ita appellentur, uerumetiam reliqui, in quos tubera oſſium ingrediẽtia
*e 1 fi. ca. 24 C, E, D.* inſidunt. Vlnæ nanq́[e] ſinum C modo exculptum, & quem humeri orbita ſubit, βαθμίδα nun *Libro de Fracturis.*
cupauit, quemadmodum alij totum cubiti cum brachio articulum. Illi quos prius in humero
narrabam ſinus, id priuatim ſibi uendicant, quòd ſoli ferè omniũ ſinuũ alterius oſſis proceſſus
in articulorum motibus excipientiũ, ij cartilagine uix incruſtẽtur: quemadmodũ alij plerique *Sinus articulationis nomine non parati.*
oſſium ſinus, articulandis oſſibus non parati, ſed ſolum in hoc inciſi ut ligamenta aut muſculi
in ipſis ualidius aptioriq́ ſede inſerantur, & interdũ quoque aliqua ex ijſdem initium commo-
*f 1 fi. cap. 30 R.* dius ducãt. Cuiuſmodi[f] ſinus in interno latere magni externiq́ proceſſus femoris obſeruatur,
*g 4 fi. 33 ca. T, T. & 7, 8 fi. V, V.* & in talo & calce, in[g] medio duorum articulorũ, quibus hæc oſſa inuicem coarctantur. At hæc
omnia, (quemadmodũ & ſinus, quibus tendines uehuntur, atque ne ſua aberrent ſede cõtinen
tur,[h] quales in externa radij ſede iuxta brachiale occurrunt) in priuatis oſſium deſcriptionibus
*h 2 fi. ca. 24 γ, δ, ε, ζ.* magis erunt obuia: & ſi aliud quodpiam nomen, quo in oſſium deſcriptione utendum erit, hîc
prætermiſerim, id ſequentibus Capitibus recenſebo. Vereor enim ne iſta, utcunque utilis ſit,
ante oſſis cuiuſque enarrationem prolixitas, ab Anatomes ſtudio aliquem properandi cupi-
dum deterreat, isq́ non mediocri diſpendio aliud perquirat compendium. Quamuis non mi-
nus Galeni librorum occaſione, quàm quæ ſubſequetur oſſium deſcriptionis gratia, in hunc
modum nomina prælibare operæprecium fuit.

## DE OSSIVM INTER SE STRV- ctura & contextu. Caput IIII.

OSSA humani corporis inſtar unius continuiq́ oſſis, lapideæ cuiuſdam
ſtatuæ modo, effingi nequierunt. Nam & ſi ita quidem hominis fabrica
iniurijs minus foret obnoxia, & ipſius oſſa firmiorem ſedem adipiſceren
tur, neque luxari, neq́ excidere ac diſtorqueri poſſent: tamen quia homo
motu (qui animali maximè, ſi quid aliud, proprius cenſetur) neutiquam
deſtitui debuit: & quum motus citra oſſium diuiſiones commiſſurasq́
haud perficiatur, hominem è multis oſſibus fabrefieri magnoperè cõdu- *Hominẽ plurib. oſsib. conſtare, motus gratia.*
xit. Quinetiam oſſa inuicem componuntur non ſolum motus gratia, ſed etiam alicuius corpo
ris tranſitus occaſione, aut ſecuritatis, ſeu noxijs ferendis pertinaciæ cauſa, aut partium diuerſi-
tatis nomine. Propter motum quidem digitorum oſſa inuicem committuntur, deinde ulna &
radius cum humero, & humerus cum ſcapula, & femur cum tibia, præter eiuſmodi innume-
ros oſſium connexus. Tranſpirationis uerò ſeu tranſitus alicuius corporis gratia, futuras ca- *Trãſitus expirationis gratia.*
pitis efformari, tunc dicam, quando has fuliginoſa cerebri recrementa tranſmittere, & duræ ce
rebri membranæ fibris uiam præbere docebo, ex quibus membrana caluariam ſuccingẽs con
flatur. Pariter quoque & in capitis ſuturarũ ſermone (ne longius exempla petantur) caluariam *Gratia difficultatis patiendi.*
non uno oſſe, ſed pluribus efformari audies, ne fortè hæc quapiam ex parte læſa, latè rumpa-
tur, uitiumq́ ueluti in fictilem ollam longius quàm ad oſſis circunſcriptionem pertingat, ſed
ut ipſum unà cum oſſe ad ſuturam terminetur. Ad hæc, propter partium differentiam, uerticis *Partium differentiæ gratia.*
oſſa utcunque mollia duris temporum oſſibus committi, in eorum oſsium commiſſurarũ ſer-
mone intelliges. Omnia igitur oſſa inter ſe cõtigua ſunt, & neque os ullum (niſi fortaſſis quod
ab υ imagine ὑοειδὲς nuncupatur, & ſi quod in cordis baſi conſiſtit) ſeorſim per ſe habetur, ſed
aut pars continui eſt, aut aliud os cõtingit, ac alteri adnectitur: adeò ut ſagax rerum parens Na
tura

tura, ossibus tanquam uno continuoq; & tanquam pluribus ad cõmemoratos usus hominem uti uoluerit. Quòd uerò[a] cartilago & interdum[b] ligamenti portio inter ossa quæ inuicem committuntur interuenit, uilius pendendum arbitror, quàm ut eius gratia cum Aristotele minus aptè possimus dicere, ossa inter se esse contigua: quamuis interim is ossa uenarum modo continua esse attestetur: præterea etiam asserens, hæc ex dorsi spina non secus quàm uenas à corde principium ducere. Hanc porrò[c] integram ossium mutuò cohærentiũ seriem Græci σκελετὸν, quasi assicatum esset cadauer, nuncuparũt. Cæterùm ut uarius compositionis usus est, ita quoque multiplex eiusdem est ratio: quam modò obiter in tabellam primùm reijciam, latius singulas commissurarum differentias dein explicaturus.

*Liu. de Partib. animal. Capite 9. & lib. 3. de Hist. ani. Cap. 7.*

a 8 fi. 31 ca.
b fi. ca. 4 q. R, R.
c Tres fig. ad huius li. ca. cõpositæ.

## TYPVS COMMISSVRARVM

### OSSA IVNGENTIVM.




Hu-



Huiusmodi itaque commissurarum differentijs ossa inuicem committuntur. Ac primum quidem uolũtarij motus gratia eorum naturalis fit compositio, quæ à Græcis ἄρθρωσις & ἄρθρον, nobis articulatio articulusq; nuncupatur. Verùm motus huiusce in omnibus articulis non eadem est ratio, quandoquidem alij motus euidentes sunt, neque quenquam latent. nemo enim non caput super collum moueri sentit, femurq; ad coxendicis os, & extremam manum ad cubitum, ac præter innumeros articulos, ipsos quoque digitos. Hæc articulationis species euidentem motum ostendens, διαρθρωσις dicitur, quasi laxa esset dearticulatio: quemadmodũ & Hippocrates eam ἀπάρθρωσιν, quasi abarticulationem uocauit. Aliorum uerò articulorum neque uidus neq; manifestus, sed obscurus adeoq; difficilis latẽsq; motus sentitur, ut is neutiquam à singulis promptè dijudicari queat. Cuius enim postbrachialis ossiũ ad brachialis ossa coarticulationis motus non est obuius: si tamen in planam superficiem primùm digitos extenderis, ac indicem dein minimumq; digitum medio & annulari instar x aut decussatim subieceris, digitorumq; radicibus ueluti semicirculũ statuere coneris, postbrachialis ossa nõ prorsus immobilia apparebunt. Atque idem quoque in brachialis ossium inter se commissuris, & calcis cum talo, taliq; cum osse cymbam exprimente, ac rursum huius cum tribus tarsi ossibus, & calcis cum tarsi osse cubum referente, tarsiq; ossium cum pedij ossibus usuuenit. Harum nanq; commissurarum ne obscurissimũ quidem motum, nisi mente sedulò adhibita, animaduertes. Vocata est autem hæc articulationis species συναρθρωσις, quasi coarticulationẽ dixeris, solius motus quantitate à dearticulatione discrimen recipiens. Cæterùm utranque articulationis speciem Natura non simplici compositionis genere nexuit, quemadmodũ etiam neque omnibus articulis par motus attribuitur. Alij enim flectuntur & extenduntur, atque in hoc illudq; latus adducũtur, & abducuntur, ac demum in gyrum quoque circumuertuntur. Femur enim & brachium hos motus ostendũt. quippe brachium pectori adducis, & retrorsum ad dorsum agis, dein sursum ad caput moues, deorsumq; ad ilia fers: ac demum circumagis quoq;, quum pollice in mensam fixo, reliquis digitis circulũ quàm potes maximè moliris. Ita & femur antrorsum retrorsumq; & introrsum ad aliud femur, & extrorsum ab alio ducis, & circumuertis pariter, quum calce in terram firmato digitos huc atque illuc in latera agis. Hoc enim pacto circumuersionis motum subaudire conuenit, non autem quum brachium modò antrorsum, modò sursum, modò retrorsum, modò deorsum, succedentibus motibus ueluti in circulũ moues. quod in usibus musculorum explicandis diffusius persequemur. Alij articuli duntaxat flectũtur & extendũtur, atq; in latera mouentur, omnis motus circũuersionis expertes, ut prima digitorum internodia, & ipsum brachiale quà cubito iungitur. Alij uerò flectuntur & extenduntur, simulq; circumuertuntur, nullum interim in latera motum sibi uendicantes. Vt radius simul cum ulna ad humerum flectitur & extenditur, ac etiam ad humerum circumuertitur, seu in pronum supinumq; agitur. Alij solum flectuntur & extenduntur, ut ulna ad humerum, & tibia ad femur, & secunda & tertia quatuor digitorum internodia, & tertium pollicis. Alij duntaxat circũuertuntur, ut prima ceruicis uertebra supra secundam, uelut ad axem cum uniuerso capite circũuoluitur: & radius supra ulnam non nisi in pronum supinumq; circumuersionis motu ducitur. Quoniam igitur omnes articuli non simili pollent motu, nequaquam mirum uideri debet, diuersa quoque compositionis specie eosdem compingi. Ac species hęc seu forma est tripartita, à uetustissimis Græcorum qui filios dissectionis rationem docebant, triplici uoce donata, ἐναρθρώσει uidelicet, ἀρθρωδίᾳ & γιγλύμῳ. quanquam fortassis hæc nomina à Diocle, & illis qui primùm resecandi rationem commentarijs tradidere, postmodum fuerint confusa. ἐνάρθρωσις itaque articulationis speciem notabat, in qua excipientis ossis cauum sinusue altus, & acetabuli modo exculptus est. Caput autem quod illi inarticulatur extuberans, adde & sinum in hac articulationis differentia similiter ac caput esse simplicem, unicum scilicet sinum & unum caput, perinde ac in femoris articulatione cum coxendicis osse, & in humeri cum scapula, & postbrachialis pedijq; ossium cum primis digitorum ossibus fieri conspicimus. Commemorati modò articuli manifestis pluribusq; motibus donantur. Femur nanque & brachium, cuius os humerum dicimus, flectuntur, extenduntur, ad latera ducuntur & circumuertũtur. Prima autem digitorum ossa non circũuertuntur, quod cum musculorum ratione & ossium quæ sesamo comparantur, tum etiam articuli constructionis gratia accidere audies. Huiusmodi etiam articulatione brachiale radio iungitur, quod flectitur & extenditur, & in latera agitur. Radius quoq; humero γιγλυθρώσει committitur, quare etiã pluribus motibus donatur. flectitur enim & extenditur simul cum ulna, & deinde circumuertitur, adeò ut Naturam γιγλυθρώσιν in simplicibus articulis, qui continua & non intercepta cartilaginis incrustatione, ut sic dicam, perficiũtur, confinxisse cõstet, quoties ipsi pluribus motibus idem os moueri uisum fuit, in illis motibus quàm

B simpli

ἄρθρον. Articulus. Euidentes motus.
διαρθρωσις. Lib. de Articul. ossis ligamẽtis docens luxationem. Motus obscuri.
συναρθρωσις Coarticulatio. Articulos omnes nõ ijsdẽ dari motibus.
Tres articulorum formæ.
γιγλυθρωσις.
Quãdo in simplici articulo Natura enarthrosin molitur.

a Immißũ hic finge A 1, 2 fig. 30. cap. in c, g, f, 1 & 2 fi. 29 Capitis.
b C, D 1 fi. 27 Capitis.

simplicissimo minimeq; gemino utens ossium connexu.[a] Tali uerò caput ossi cymbam referenti hac articulationis specie iungitur, ut etiam quædam brachialis[b] ossa inuicem articulari suo loco docebimus, non minus quàm secundæ, tertiæ, quartæ & quintæ costarum cartilagines hac articulationis specie pectoris ossi coarctantur. In præsentia enim abunde est, commissurarum differentias naturasq; enarrare, & in illis scopum Cõditoris recensere, quibusdam tantum additis exemplis, qualia hæc posteriora in obscuris motibus censeri queunt. Omnes enim articulos semper enumerare, & si promptissimum mihi quidem esset, illi tamen Anatomes tyronem nondum explicatis ossibus remorarentur, ac negocij difficultate à pulcherrima Dei operum

ἀρθρωσία. inquisitione absterrerent. Ἀρθρωσία itaq; articuli species est, quæ cauum sinumq; leuiter & superficietenus exsculptum, & caput ossis depressum adipiscitur, & ueluti planarum superficierum connexu fit. & quemadmodum in enarthrosi quis sinus caputq; sit indicare leuis est negotij, ita è diuerso in arthrodia utraque adeò obscura sunt, ut ignores cuí nam ossi sinus aut capitis nomen opportunè debeas adscribere, perinde ac si duas superficies planas inuicè incumbere fingeres. Hac specie committuntur[c] tria interiora tarsi ossa cymbam referenti ossi, &[d] pedij ossa tarsi ossibus, nõnullaq; brachialis ossa postbrachialis ossibus, dein quartum brachialis os quod rectum uocabitur, tertio brachialis ossi: & clauicula summo humero. Atq; in his commissuris adeò obscuri sunt motus, ut perquàm arduè sentiri possint. Quasi Natura hanc articu-

*Quando Natura arthrodiam constituerit.* lationis speciem in simplici articulo tentaret, ubi uix tantillum os moueri statuit. Nullibi enim simplicem eandemq; ueram arthrodiam reperias, ubi manifestus sit motus: quemadmodũ fortè duplicem obseruabis manifesto motu præditam, sed illo ferè unico & simplici. Prima nanque cerui uertebra nullo motu alio, quàm liquido circumactu super secundam moueri probabitur,[e] & duobus interim locis prima hominis uertebra secundæ per arthrodiam iungitur, utrinque scilicet ad secundæ uertebræ dentis latera, & dens ipse quodammodo arthrodia primæ uertebræ committitur. Quanquam in his uertebrarum nexibus sinus capitaq; adhuc manifestiora sint, quàm in simplicibus, quas antea enumerauimus, arthrodijs. Ad hæc, eiusmodi quoque arthodiam obseruabis in reliquis etiã[f] cerui uertebris, & [g] thoracis quoq; omnibus, ad eam usq; quam ab incumbẽte ipsi uertebra & ab ipsi subiecta suscipi exponã. Nam earũ uertebrarum connexus, qui ad radicem spinæ seu posterioris uertebrarum processus consistunt, ita committuntur, ut subingredientes unius uertebræ partes leuissimè protuberent, & partes aliam uertebram admittẽtes, superficietenus tantum sinuentur. Quamuis in his uertebris præter flexionem & extensionem, etiam aliquis in latera motus obseruetur. Atque ita si eiusmodi duplicem uertebrarum ad seinuicem articulationem arthrodiam esse dixerimus, hanc non exactè simplicis motus gratia perpetuò fieri etiam fatebimur. γίγλυμος, quæ tertia articuli species censetur, manifestis sinibus capitibusq; perficitur, sed nequaquam simplicibus. Fit enim ginglymos, quoties mutuo ingressu ossa inuicem iunguntur: ita ut unius gibba, alterius ossis caua subintrent: & rursus unius ossis sinus alterius gibba admittant, perinde ac si digitos mutuis ingressibus committas, aut ostiorum cardinibus hanc articuli speciem conferas, in quibus ferrum parieti infixum illud quod ostio cõmittitur excipiat, ipsiq; etiam ostij ferro parietis ferrum subintret. Ab hac enim imagine præsens articulationis species nomen inuenit.[h] Hæc in genu occurrit. tibiæ enim os duobus donatur sinibus, in quorum medio tuberculũ prominet: femoris autem inferior pars duo exigit capita, tibiæ ossis sinus ingredientia. dein in capitum medio sinus uisitur, tibiæ ossis tuber suscipiens.[i] Eadem ratio in secundis & tertijs quatuor manus ac pedis digitorum articulis seruatur, & in tertio manus pollicis internodio, & in secundo pollicis pedis. Superius enim horum articulorum os duo obtinet capita, in quorum medio sinus cõsistit: inferius uerò, ac (ut sic dicam) ungui uicinius os, duobus donatur sinibus, tubere quodam diremptis. Ad hęc, humeri cum ulna articulus ginglymo elegantissimè perficitur. Vlnæ enim sinus humeri tubercula excipit, & rursus ulnæ tubera humeri sinus mirificè subeunt. Atque in dictis iam ossibus ginglymos in uno cõtinuoq; fit articulo, qui solam extensionem & flexionem nanciscitur, nullo interim alio motu præditus, non aliter

*Quando Natura ginglymon formauerit.* quàm si hac articuli forma rerum Opifex utendum duxisset, quoties articulum duntaxat flecti extendiq;, aut alio simplici tantum motu agi oportuit. Huc quoque (quantum coniectura assequi ualeo) ueteres Græci reposuerunt ossa inuicem distinctis remotisq; articulationibus commissa, quæ simplici motui præficiuntur. idq; tunc potissimum, dum illæ articulationes inter se in susceptione uariant.[k] Radius nanque ulnæ duplici articulo committitur, & eius beneficio tantum simplici motu, qui in supinum pronumq; fit, pollet. Iuxta humerum enim ulna in sinum sibi exsculptum radij admittit capitulũ, & iuxta brachiale radij sinus ulnæ capitulum excipit.

*Quibus modis duplices articuli formantur.*



*Hic A ferrũ seu cardinem notat, parieti infixum. B anẽ, ferrũ quod ostio seu fenestræ nectitur.*

a Iunge O 3 fi. 33 Ca. in h 11 figuræ.
b 2 fi. ca. 25 numerus 7 in 1.
c Iunge ſ, t, u fi. 13 ca. 33. cum n, m, l 10 fi.
d fi. ca. 3. qq ad pp.
e Iunge 4 fi. 15 ca. Y cum c fi. 5. Dein 4 fi. a, b, cum d, e, f, quintæ. Postea L. 4 fi. cũ g 5 fi.
f Iunge ß. 7 fi. cap. 15. cum d 9 fi.
g Iunge X & Y fig. 3 ca. 16, cum a & b 2 fig. aut cum c figuræ 3.
h Cõfer G, F & I, 7 fi. 31 ca. cum E, F & I 1 fig. 30 capitis.
i In 2 fig. 27 cap. iunge G, H, I ad I, K, M.
kk 1 fi. 24 ca. Aut committe m 3 figuræ in l 5 fi. & p 5 fi. in o 7 fig.



excipit. Idem in calcis & tali cõnexu (ut & ginglymos obscurum motũ edentes aliquot recenseam) obseruatur.[a] In posteriori enim sede talus calcis tuber assumit, in anteriori uerò calcis sinui caput tali inarticulatur, adeò ut meritissimò & hîc quoque mutuis ingressibus ossa articulari dicantur. Pariter huc quoque ueteres retulisse uidentur duplices articulationes, etiamsi mutuo eodemq; uario non fierent ingressu, sed simili utrinque modo, ut capitis ad primam uertebram connexus censeri posset.[b] Duobus enim inuicem distantibus primæ uertebræ sinibus, duo occipitij ossis capita ueluti enarthrosi articulantur, neque quicquam dextri lateris articulatio à sinistri, specie formaue discrepat. Sic quoque & aliæ uertebræ inter se coarctantur. Nam inferior seu subiecta superiori seu superpositæ duplici articulo cõmittitur, illis nimirum articulis[c] qui ad spinæ seu posterioris uertebrarum processus radicem haberi dicentur. Non enim de uertebrarum nexu,[d] quem suis corporibus moliuntur, in præsenti loquor: quum is, quantum ad propositum spectat, uarius sit. quemadmodũ etiam uertebræ supra duodecimam thoracis consistentes, quod ad articuli formam attinet, posterioribus articulis arthrodia mutuò iunguntur: quæ uero duodecimæ subiacent, quodammodo[e] enarthrosi. Verùm si huiusmodi uertebrarum nexus, quia duplices (unus utrinque nimirum ad latus) sint, sub ginglymo complecteremur, etiam aliquot huius generis articulationes non simplici tantum motu donatas fateremur, quum uertebræ præter extensionem & flexionem, in latera quoque nonnihil agantur. At non arbitror ueteres illos Anatomicorum præcipuos, uertebras ideo ginglymo articulari dixisse, quòd prima cerui cis & duodecima plerunque thoracis uertebrarum duntaxat exceptis, semper una uertebra superiori parte suscipiatur ab alia, & inferiori parte inferiorem suscipiat: aut contrà, superiori parte aliam suscipiat, inferiori autem suscipiatur. Quamuis id Galenus satis innuat, hac ratione ginglymon fieri autumans: & fortè non animaduertens, si uerum assereret, tunc oportere[f] tria ossa ad articulationem concurrere, primum scilicet os uertebram, quæ superiori sua sede exciperetur: & secundum uertebram, quæ superiorem hanc sedem exciperet: & tertium uertebram, quæ à mediæ seu primæ uertebræ inferiori sede susciperetur. Vt enim una suscipiat, eademq; suscipiatur, præter illam, & suscipientem & susceptam quoque concurrere necessum esset. Atque hac etiam ratione ad plurima ossa ginglymos referendus esset, ad ea nimirum quæ ima sui parte aliud os subirent, & superiore aliud admitterẽt: aut ex aduerso, in superiori sede aliud ingrederentur, inferiori autem aliud excíperent, nullo articulationis formæ habito respectu. Et huius generis censerentur[g] prima digitorum ossa, quæ superiori sede per enarthrosin postbrachialis ossibus iunguntur, & ima parte subsequentis ossis digiti sinus subeunt. Verùm de digitorum uertebrarumq; connexibus suo loco cumulatim pertractaturus, nunc commissuras nullum prorsus motum ostendentes exequar, si prius admonuero, nullum hactenus dictorum ossium contextum fieri, nisi sinibus & capitibus seu superficiebus leui lubricaq; cartilagine incrustatis, si modò[h] uertebrarum corporum ad inuicem, & sacri ossis cum duobus ipsi coarctatis ossibus connexum secluseris, in quo cartilagineum ligamentum priuatim interuenire posterius audies. Quæ uerò iam narrabuntur commissuræ omni prorsus motu destitutæ, læui lubricoq; contactu neutiquam fiunt. Atque harum prima γόμφωσις dicitur. estq;, cum instar clauí os ossi infigitur: qua dentes ad unum omnes maxillarum præsepiolis tanquam clauí adeò impinguntur, ut ne tantillum quidem moueantur. Cæterùm ueteres interdum instar clauí connexum, etiam ad articulum, sed alia ratione contulerunt, quum ossa inuicem alterius ossis beneficio tanquam clauí cuiusdã interuentu coarctari dicerent. quemadmodum Aristoteles innuit, quum duo ossa caua in medio clauum habere scribit,[k] tibiam & calcis os sinus obtinere, & talum suis tuberibus eos sinus clauí ritu ita subire arbitratus, ac si duo asseres eodem spiculo committerentur. Verùm trigesimo tertio Capite tali natura tradetur, cuius connexus ad tibiam & calcem ginglymo, & in hominibus & in quadrupedibus articulatur. Homines enim talo non destituuntur, quamuis is à solipedũ ac bisulcorũ talo forma (non autem situ) discrepet. Nam tibiæ omnibus subijcitur, & calci, aut quod calcis uicem gerit ossi articulatur. Femoris enim os tam in auibus quàm in equis & porcis, & reliquis quadrupedibus, Aristotelem, & in tertio de Vsu partiũ Galenum lusit, quòd in illis æque ac in hominibus femur uisu obuium non sit: ut modò in suum locum asseruem, quæ in libro de Cõmuni animalium gressu Aristoteles, ob ignoratum ipsi in quadrupedibus & auibus femoris os, & brachij os, parum rectè posteris tradidit. Sutura, quam ῥαφὴν Græci appellant, compositio quædam est, ad consutarum rerum similitudinem. Hanc nonnulli quũ explicare studerent, serratam compagem structuramq;, alij in unguem commissuram esse definiunt. Sed illi nobis in memoriam reuocant, mutuum serrarum contrario occursu ingressum, quo dentatæ alterius serræ partes in alterius sinus subeunt. Hi uerò quæ in unguem committi dicuntur, quũ gibbæ



*Immitte P fi. 7 ca. 33 in Q 4. fi. & S 4. fi. in R septimæ.*
*Iunge B 1 fi. ca. 15 in N 2 fig. et D, E, F, G, fi. 1 in O, P, Q, R, fi. 2.*
a N, O fi. ca. 14.
d R fi. ca. 14.
*Iunge O 2. fi. ca. 14. in K, L, M fi. 3.*
*Conspice tres uertebras fi. 3 ca. 19.*
1 fi. 27 ca. B. et 2 fi. E.
*Immitte dẽtium seriem A, A notatã fi. ca. 11. in quartã fig. cap. 6.*
*Expende quũ in 3 integrarũ fig. Ω inter Φ & a cõsistit. Aut cõfer figuras ca. 31 cũ figuris ca. 33.*

*Libro de Ossibus, & 3 libro Cõmentariorũ in Hippo. lib. de Articulis.*
*Capit. 9 libri 2 de Partibus animalium.*
γόμφωσις.
ῥαφὴ, Sutura.

uidelicet partes ad unguium figuram ſtructæ, in ſinus quibus concinnè excipi poſſunt, inſeruntur, qua connexus ſerie arcarum ſeu lecticarum aſſeres ſubinde inuicem compingi cernimus. Cæterùm poſteriores, ſuturæ formam accuratius quàm priores explicant. Quemadmodum omnium proximè eam aſſimilant, qui ſuturas ad limborum ſuturæ effigiem conferunt, quando, ut de unguibus diximus, panni unius floſculi in alterius ſinus mutuis ingreſſibus conſuuntur.

*Serrata compago.*

*Inſtar unguium commiſſura.*

*Aſſerum nexus.*



*Limborũ uaria inſitio. ἁρμονία.*

Eiuſmodi[a] ſuturis oſſa capitis magna ex parte compinguntur: & inter reliquas ſemper ſuturæ ſpeciem elegantiſſimè ea oſtendit,[b] quam Λ literæ in occipitio comparamus. Porrò ἁρμονία oſſium ſtructura eſt per ſimplicem lineam, citra omnem tuberis, ſinus & aſperitatis mutuum ingreſſum commiſſa. Ad hunc[c] modum quædam maxillæ ſuperioris oſſa, & præſertim naſi inter ſe iungi putantur. Cæterùm quia harmoniæ cõnexus uix unquam ad amuſſim inſtar ſimplicis lineæ perficitur, ſed nonnullæ aſperitates mutuò ingredientes perpetuò ſe rè cum oſſa rumpuntur, in harmonia occurrunt, ueteres ſuturarum uoce etiam harmonias plurimùm complexi uidentur. σύμφυσις eſt naturalis oſſium unio, qua commiſſuræ forma appendices ſuis oſſibus connaſcuntur,[d] in ætate quidem minoribus, quum oſſa adhuc mollia ſungoſáq; exiſtunt, cartilaginis interuentu: in grandioribus uerò, ubi iam oſſa induruere, appendices citra alicuius corporis interuentũ oſſibus adeò uniuntur, ut coalitus lineam uix conſpicere queas. Hac quoque unione oſſa ſacri oſſis lateribus commiſſa inuicem[e] in pube coaleſcunt. Dein admodum pueris utriuſque lateris os tribus formari oſſibus apparet: quę tribus lineis in coxendicis oſſis acetabulum concurrentibus interſtinguuntur: ut etiam in agnis uidere eſt, in quibus cartilago lineas has ſicut in pueris intercedit. in paulo autem prouectioribus tres illæ partes adeò connaſcuntur, ut ne linearum quidem ſpecies ſe offerat. At de his oſſibus, ipſis dicando Capite pertractabitur: quemadmodum & de uertebris, quę in pueris quoque pluribus conſtant partibus. quemadmodum & occipitis os, & alia corporis pleraque: quæ alioquin unius oſſis nomine ideo habentur, quòd coalitus imago planè in ætate prouectioribus lateat. Libri Introductorij, ſeu Medici, qui Galeno aſcribitur, author, oſſium diſciplinam inſtituens, non eiuſmodi unionem, quam nos iam deſcripſimus, σύμφυσιν uocat, uerùm ſuturas ad harmoniam quodammodo accedentes. Maxillæ enim ſuperioris oſſium commiſſuras, συμφύσεις, (at non rectè interim) appellat. Omnes oſsium conſtructuræ ſpecies, aut alicuius aut nullius corporis beneficio committuntur.[f] Vniuerſi nanque articuli ligamentis inuicem alliganturquæ orbiculatim oſſa inueſtiunt. interdum uerò & hæc in oſsium medio conſiſtunt, ut in femoris cum coxendicis oſſe articulo, & in uertebrarum corporũ nexu. Hic oſsium connexus ligamentorum auxilio commiſſus, Græcis συνδέσμωσις nuncupatur: nerui interim uoce ad ligamenta propriè dicta, & ad tendines, neruosq; qui à cerebro dorſaliq; medulla prodeunt, deducta. Hæc nanque omnia ueteres, ut & uulgus hodie, nerui nomine ſubaudierunt: & præcipuè Ariſtoteles cùm aliàs ſemper, tum maximè quum oſsium contextum recenſet. Nonnulla uerò carnis etiam ope committuntur, [g]ut generatim omnes articuli muſculis obducti. Muſculi enim quum ab uno oſſe aut alio corpore principium ducentes alteri inſerantur, uinculorum etiam loco iure habentur, oſſaq; inuicem nectunt. Cæterùm quia muſculi ueteribus pleriſque, & potiſsimum Ariſtoteli carnis nomine appellantur, connexus qui muſculis fit, συσσάρκωσις meritò nuncupatur. Porrò & dentes quoque in ſuis alueolis carne quapiam firmari uidentur, adeò ut ea quaſi ratione oſsium cõſtructio reperiretur, in qua caro non duntaxat muſculorum modò connexum exterius ambiret, ſed & interueniret quoque. Inſuper alia cartilaginis medio connaſcuntur. quippe[h] appendices in prima ætate cartilaginis medio ſuis oſsibus committuntur, quemadmodum &[i] pubis oſſa, &[k] oſſis υ imitantis oſsicula. Hæc connexus ſpecies à cartilagine συγχόνδρωσις uocatur. Suturæ autem & harmoniæ nullius corporis beneficio quàm oſsium ſtructuræ coëunt. Nam & ſi duræ cerebrum inueſtientes membranæ fibræ aliquot ſuturas tranſeant, non tamen ob id eas cõnectunt: quemadmodum neque cartilagines in articulis oſſa oblinentes, ad oſsium firmitatem & connexum quicquam auxiliantur. Præterea in ſenioribus appendices non amplius cartilaginis, quæ glutinis uicem ſubeat, interuentu oſsibus connaſcuntur, ſed cartilagine prorſus deperdita adeò committuntur, ut, quemadmodum iam antea quoque dixi, coalitus regionem obſeruare arduum ſit. Inſtitutum modò erat huic Capiti finem imponere, atque ad ſingulares oſsium deſcriptiones ſermonẽ dirigere, niſi magnopere Galeni authoritas me remoraretur: quæ meritò prohibet, adeò leuiter ea quæ in præſenti Capite ab ipſius placitis deflectũt, prætergredi. Vt enim ex multis præter prius etiam commemorata, aliquid proponam, primùm in libro de Oſsibus, ubi is ex profeſſo, & ſui non mediocri in primo

*a* 1 *ſi.* 6 *ca.* & A, B, C, D 3 *ſi.* 6 *ca.*

*b* B *interſtia integra.*

*c* 1 *ſi. ca.* 12 *à Z ad f.*

*Limborũ uaria inſitio. ἁρμονία.*

*d* 1 *ſi. ca.* 4 *o li. ſecundi* 1, 2. 4, 5.

*e* 1 *figuræ integrarũ* 2.

*Quorum beneficio oſſa inuicem committuntur.*

*f* 1 *ſi. ca.* 1. *li.* 2.

*Ligamentorum. συνδέσμωσις.*

*Libro* 2. *de Partibus animalium, ca.* 9. *Carnis.*

*Paſſim in muſculorũ tabul. ut ſeptima tab.* Q, X.

*συσσάρκωσις.*

*Cartilaginis.*

*h* 1 *ſi. ca.* 40 *lib.* 2. *characteres* 1, 2. 4, 5.

*συγχόνδρωσις.*

*i* 1 *ſi. integrarum* 2.

*Quæ nullius corporis interuentu committuntur.*

*k* 1 *ſi.* 1, 2 *ca.* 13 G.

*Quæ potiſsimum à Galeni placitis hoc Cap. declinãt.*



primo de Adminiſtrandis ſectionibus libro commendatione, oſsium ſtructuras enumerat, ipſius dogmati non acceſsi, quo ſuturam, harmoniam & gomphoſim ſynarthroſis ſpecies eſſe docet. Ego enim ſynarthroſi obſcurum, & non manifeſtum aſcripſi motum: ijſdemq; articulationis differentijs ac formis illam atque diarthroſin fieri commemoraui: deinde ſuturæ, harmoniæ & gomphoſi non obſcurum aut difficilem, ſed nullum prorſus motum dedi, & has conexus ſpecies nequaquam articuli nomine cum Galeno ſum complexus. quod profectò neque ab ipſo faciundum fuerat, niſi brachialis, & poſtbrachialis, & tarſi, & pedij, & coſtarũ cum pectoris oſſe cartilaginum cõſtructionem ſuis locis narrans, hæc per ſynarthroſin cõmitti falſo aſſerere uoluiſſet. Quum enim inibi uerè hæc oſſa ſynarthroſi coarctari diceret, non ne animaduertendũ ipſi fuerat, hæc neque ſutura neq; harmonia neque gomphoſi connecti? Quod ſanè fieret, ſi modò ſynarthroſis ſpecies harmoniam, ſuturam & gomphoſim rectè ſtatuiſſet. Verùm per me cuiuis integrum erit, de ſynarthroſi ex ſuo arbitratu conſtituere: ſi interim non ignoret, hanc longè ſecus in omnibus ferè Galeni libris accipi, quàm initio libri de Oſsibus. Nam uel in XIII, XIX, XXI, XXIIII, Capitibus eiuſdem libri, aliter quàm initio, Galenus ſentit. Deinde Introductorij ſeu Medici author, Galeni decreto non acquieſcens, & ſibi priuatim oſsium connexus diuidens, inquit: Ea aut ad motum componi, uocariq; eam compoſitionis ſeriem ἄρθρου, ſeu articulũ: aut ad nullum motum, ac tunc σωαρθρωσιν appellari: cuius ſpecies ſuturam, gomphoſim & ſymphyſin enumerat. Verùm hac ratione brachialis, poſtbrachialis, tarſi & pedij oſsium cõpoſitioni ſynarthroſis accõmodari nequaquam poſsit, quum neque ſutura, neq; gomphoſi, multoq; minus ſymphyſi inuicem connectantur. Inſuper magis à Galeni dogmate receſsi, quum omnes oſsium cõmiſſuras aut alicuius corporis beneficio, aut nullius committi propoſitum fuit: quandoquidem Galenus id ſoli ſymphyſi, in libris de Oſsibus tribuerit, atq; ſynneuroſin, ſynſarcoſin, & ſynchondroſin, ſymphyſeos tantũ ſpecies enumerauerit. Quòd autẽ illum non ſim ſecutus, primam occaſionem mihi ipſius præſtitit oratio, qua fungoſa molliaq; inter ſe nullis medijs per ſymphyſin cõnaſci, ſicciora uerò denſioraq; nonnullis intermedijs coaleſcere docuit. Cõperio enim in mollibus adhuc & teneris oſsibus, appendices cartilaginis interuẽtu ſuis oſsibus uniri: in duris uerò & aſsiccatis, & in ſenibus, nihil prorſus ſymphyſin intercedere. Deinde nulla prorſus mihi ſe exhibet ſymphyſis, ſeu unio, quam ligamenti interuentu uerè unitam liceret aſſerere: adeò ut ſynneuroſis ſub ſymphyſi comprehendi nequeat: dummodo nulla unio ligamenti ope perficitur, uti ſanè articuli ad unum omnes ligamenti beneficio coëunt, nunc (ut & antea dixi) orbiculatim obducti, nunc etiam in mutuo oſsium contactu interueniẽtis. Præterea ad amuſsim mihi ſingula perpendenti, multo adhuc minus ſymphyſis ſeſe obtulit, quam carnis interuentu committi quis rectè aſſereret. In nullo enim oſsium connexu caro intercedit, niſi fortaſſis in dentium cum maxillis connexu, qui gomphoſis, non autem ſymphyſis cenſetur: quantumuis etiã dentes nullũ oſtendant motum, non magis ſcilicet quàm harmonia, aut ſutura. At carnis interim, hoc eſt muſculorum auxilio, omnes ferè cõmittuntur articuli: quem cõnexum συσσάρκωσιν à ueteribus appellatum fuiſſe diximus, quam ſymphyſis ſpeciem nemo dicere poſsit. Ad hæc (ut huic Capiti finis aliquãdo tandem imponatur) Ariſtotelis quoq; locus ſecundi libri de Partibus animaliũ, ut promptius à Galeno diſſentirẽ admonuit: ubi Ariſtoteles oſſa neruis, carne & cartilagini cõmitti affirmat, eum connexũ uniuerſim ad omnes oſsium cõmiſſuras doctiſſimè referens. Quamuis etiã hanc Ariſtotelis ſententiã Galenus haud oſcitanter præterijt, quando eorũ quæ in libro de Oſsibus docuit oblitus, ad finem ſecũdi de Adminiſtrãdis ſectionibus libri, oſsiũ cõſtructiones perfunctoriè, licet ſanè elegãter, percurrit, & quodãmodo Ariſtotelis uerba recenſet.

*Capite nono.*

## CAPITIS STRVCTVRAE RATIO, QUOTQ; EIUSDEM FIGURAE. CAPUT V.

### QVINQVE SEQVENTIVM FIGVRARVM INDEX.

*PRIMA quinti Capitis effigie naturalis capitis, ſeu caluariæ figura inſtar oblongæ ſphæræ utrinq; leuiter depreſsæ efformata, & anteriùs poſteriusq; extuberãs, delineatur. Secũda effigies, primã non naturalẽ capitis figurã demõſtrat, in qua anterior eminẽtia perijt. Tertia effigies ſecundã capitis figurã nõ naturalẽ oſtẽdit, in qua anterior eminẽtia depditur. Quarta effigie tertia nõ naturalis capitis figura indicatur, in qua utrunq; tuber, anteriùs nimirum & poſteriùs, intercidit. Quinta effigie, quartã non naturalem capitis figuram expreſsimus, in qua ambæ eminẽtiæ ad latera, non autẽ antrorſum retrorſumq; ſpectant.*

PRIMA FIGVRA V. CAPITIS.

SECVNDA.

TERTIA.



QVARTA.

QVINTA.

*Caput oculorũ gratia formatum. Li. 7 de Vsu partium.*

HVMANVM caput oculorum gratia efformari, cancrorum, scarabeorum, & quorundam quæ capite destituuntur animalium oculos manifestò commonstrare, Galenus docuit. His siquidem oculi super processus prælongos locantur, neque imi, quemadmodum os, nasus, & aures in pectore ipsis conduntur. Oculos enim alta eguisse sede, attestantur hostium incursus latronumq; speculatores, qui muros, montes & altas turres eodem usu ascendunt, quo nautæ nauium antemnas, terram ocyus, quàm qui subsunt in naui, conspecturi. Commemoratis igitur animalibus testacea & dura cute obtectis, integrum fuit oculos in oblongis processibus tutò reponi, quòd illi duriores erant futuri, & tunica extrorsum obduci poterant, quæ ab illorum animalium cute prognata, simul durissima & testacea esset. Homini verò propter corporis substantiam, & mollem tenuemq; qua oculi inuestiũtur membranam, totos oculos necessariò molles habituro, hi prælongis processibus citra periculum apponi nequierunt. Quando itaque in imo hominis oculos locare non erat eorum functioni commodum, nudis uero ceruicibus eos adnectere haudquaquam decebat: & quum Natura nec oculorum usum prohiberi, neque eorundem securitatem uitiari uellet, partem extruxit altam, & eleganter oculos ab iniurijs uindicantem. Superius enim palpebras, cilia, & frontis os collo cauit: inferius uerò præter palpebras, malæ etiam & genæ oculos tutantur. Internis autem partibus nasus muri instar oculis interiectus est, exterius deinde ualidissimum os externum oculorum sedis angulum occupat, adeò ut excelsis & extuberantibus undique partibus oculi sepiantur, utiliterq; ueluti in sinuosa ualle latitent. Cæterùm horum quæ oculos muniunt coaceruatio & congeries, caput minimè est: quamuis etiam illa sine capite consistere nequeant. Quæ igitur fuit necessitas, hîc quoque alias componi partes, quarum fabrica capitis nomen meretur? Singula sensus organa, uisus nimirum, odoratus, gustus, & auditus, neruo indigent molli: neruo quidem, quòd ille sit sensus instrumentum: molli autem, quoniam affici & disponi quodammodo oportet: quin & aliquid etiam organa

*Qui Natura oculos muniuerit.*

*Cerebrũ oculorũ gratia in capite locari. et dein cerebri nomine reliquos sensus.*

ab



ab incidenti extrorsum sensibili pati, ut sensus fieret, magnoperè conducit. Quando itaque oculi mollibus cerebri neruis indigebant, ac mollia omnia si ulteriùs procederent promptè diuulsa frangerentur, offenderẽturq;, cerebrũ iure non procul ab oculis reponi debuit. His ita se habentibus, quod à principio de capitis structuræ ratione inquirebatur, iam inuenimus. Colligitur enim, cerebrum in capite locari oculorum causa, odoratus autem & auditus gustusq; organa propter cerebrum. Quanquam & hæc organa alioquin altissimam sedem opportunè sortiantur. Aures enim quum sonum percipere debeant, qui naturà in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus locatæ sunt. Item nares, eo quòd omnis odor ad superiora ducitur, meritò sursum sunt: & quòd magnum cibi & potionis iudicium ad nares quoque pertinet, non sine causa uicinitatem oris illæ sequuntur. Iam gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur genera debet, commodè habitat in ea oris parte, qua esculentis & poculentis Natura iter patefecit. Tactus autem toto corpore æqualiter fusus est, ut omnes ictus, omnesq; nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Cæterùm caluaria (ut modò temporales præteream musculos, & capitis super colli uertebras connexum, & rotundam figuram iniurijs pertinaciter repellendis omnium aptissimam) [a] cerebri, cuius debet esse receptaculum & propugnaculum, figuram non iniuria mutuatur, nimirum sphæræ utrinque leuiter in anteriora depressæ. Quum enim cerebro cerebellum posteriori in parte subijciatur, & dorsalis medulla illac è capite procidat, priori uerò cerebri sede processus ad oculos & ad odoratus organorum sedes pullulent, non ineptè cerebrum prælongam sphæram refert. Atque ob hanc etiam causam caluaria, [b] quæ secundum naturam se habet, ad oblongæ sphæræ imaginem potissimùm extruitur, priorem posterioremq; partem obtinens prominentiorem, ac magis proceram. Omnes autem reliquæ ab hac euariantes figuræ, non naturales censentur: quemadmodum ea in [c] qua anterior eminentia à syncipite frontis ue elatiori sede producta perit, posterior autem quæ occipitis est reseruatur. Item [d] quæ huic planè contraria uisitur, ac posteriorem, occipitij nimirum, eminentiam manente anteriore perdidit. Deinde [e] tertia, naturali adhuc magis opponitur, in qua ambæ capitis eminentiæ, prior scilicet quæ in fronte, & posterior quæ in occipite consistunt, abolentur, & caput ad amussim rotundum ac instar exactæ sphæræ obseruatur. Ista figura Thersites ab Homero fuisse traditur. hanc enim ab ipso φοξὸν appellari, nonnulli asserunt: quanquam pleriſque omnes acuminatas capitis figuras eo nomine, & ὀξυκεφάλου, nuncupare libuerit. [f] Quarta species non naturalis figuræ ab Hippocrate quoque enumeratur, in qua caput in latera ad utranque aurem insignius, quàm in anteriori posterioriq; sede prominet. Ac hæc naturali capitis figuræ omni ex parte dissimilis est, haud secus quàm si ad alteram aurem in naturali figura faciem, ad alteram uerò posteriorem ceruicis sedem fingeres. Verùm Galenus alibi hanc excogitari quidem, non autem in rerum natura consistere posse affirmat: quamuis interim Venetijs puer multis partibus deformis, & admodum amens hac figura hodie conspicitur. Imò apud Bononienses mendicus obambulat, cui caput quadratum, sed latius paulò quàm longius contigit. Præterea Genuæ puellus à mendica ostiatim circumfertur, & in nobilissima Belgarum Brabantia ab histrionibus fuit propositus, cuius caput citra omne mendacium duobus uirorum capitibus grandius est, & in utrunque latus extuberat. Cæteras autem non naturales capitis effigies, etiam in egregiè prudentibus interdum conspicimus. licet tales caluariæ nobis in cemiterijs nimis quàm rarò se offerant: uti profectò subinde occurrerent, si Alpium, quæ Stiriam spectant, accolarum cemiteria scrutaremur: quum illos homines non modò dictis capitis figuris, sed longè etiam magis differentibus, pluribusq; deformes esse, non semel mihi retulerit Naturæ operum studiosissimus, ac in primis generosus iuuenis, CHRISTOPHORVS PFLVG SALISPVRGENSIS, multiplici linguarum peritia, uariaq; cùm aliarum artium, tum uerò potissimum Iuris Ciuilis cognitione ornatus: qui nuper sui longè præstantissimi animi egregium specimen edidit, quando Louanienſis Gymnasij studiosorum præfectus, tam alacriter ac repentè Louanium grandi obsidione secundò liberauit.

*Naturalis capitis figura.*

*Prima nõ naturalis capitis figura.*

*Secunda.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Lib. 9. de Vsu partium. Variæ capitis figuræ.*



*Priores 7 libri figuræ.*

*fig. 1. et pleræq; 6 cap. fig.*

*2 figura.*

*3 figura.*

*4 figura.*

*5 figu.*

# DE OCTO CAPITIS OSSIBVS, & futuris hæc committentibus. Caput VI.



## PRIMA SEXTI CAPITIS FIGVRA, QVAE DVAS VERTICIS oſsium portiones inuicem nonnihil ſeiunctas commonſtrat, ut commodius artificioſiſſima ſuturæ fabrica oculis ſubijceretur.

## SECVNDA FIGVRA.

HAEC OSTENDIT CALVARIAE portionem à reliquo capite ſerra diuiſam, ut oſſis appareret cõſtructio duabus denſis ſolidisq; ſquamis ſeu laminis ει & οι notatis efformata, in quarum medio fiſtuloſa ſeu fungoſa oſſis conſiſtit ſubſtantia ου indicata. Cæterùm huiuſmodi ſquamæ uulgò capitis tabulæ uocantur. ac ſuperior quidem exterior ue ſquama ει notata, prima appellatur tabula. interior uerò, quæ duræ cerebrum inueſtienti membranæ eſt proxima, & οι inſignitur, ſecundæ tabulæ loco habetur, & quidam hanc diploãquoque uocant. Neque deſunt interim qui fungoſam fiſtuloſamq; oſſis ſubſtantiam ου indicatam, unius etiam tabulæ uice recenſent, hanc mediam ſeu ſecundam appellantes, hacq; ratione tres caluariæ tabulas conſtituentes, quæ craſſitie duritiaq; in omnibus hominibus neutiquam pares cernuntur.

## TERTIA SEXTI CAPITIS FIGVRA.




TERTIA figura integrã caluariam capitis naturalis figuræ (quæ oblongam ſphæram utrinque leuiter in anteriora compreſſam refert) abſque inferiori maxilla in ſiniſtro latere depictam exhibet, ſuturas in externa capitis ſede ſpectandas pulchrè proponens.

QVAR



## QVARTA SEXTI CAPITIS FIGVRA.




HAEC figura caluariã ſiniſtro lateri magis incumbentẽ exprimit, ut & baſis caluariæ in conſpectũ nõnihil ueniret. Aliquot ſuturarũ cauſa, ab hac figura os iugale ſerra ademimus. Cuiuſmodi uerò illæ ſint, ex ſubſequenti characterum indice, ac ex huius & ſuccedentiũ aliquot Capitum contextu, prompte intelliges. Præſens nanq; figura maxillæ ſuperioris oſſibus cognoſcendis, quibuſdamq; oſſiũ foraminibus oſtendendis, etiam pulchrè ſubſeruit.

### CHARACTERVM TERTIAE ET QVARTAE FIGVRARVM INDEX.

PRAESENS characterum index tertiæ ac quartæ figuræ communis erit, quòd ſcilicet eidem ferè characteres in utraq; collocentur. et ſi caſu quis aut tertiæ, aut quartæ figuræ duntaxat peculiaris occurret, illi pro figuræ ratione, aut hanc notam 3, aut iſtam 4, indicis contextu ſubijciam.

A, B Coronalis anteriórue ſutura earum quæ tranſuerſim ducuntur. Cæterum B & A in tertia medium notant coronalis ſuturæ, in ſiniſtro latere conſiſtens. dextrum autem ipſius latus, quarta figura exprimitur.

C, D Poſterior ſutura tranſuerſarũ, quæ Λ Græcorũ maiuſculæ literæ aſſimilatur. In tertia huius ſuturæ ſiniſtra pars conſpicitur, in quarta uerò dextra. Porrò tertia figurarũ integrã oſſium compagem experimentium, huius ſuturæ totam ſedem ad B commonſtrat, quæ ueræ ſuturæ perſimilis eſt. Quippe de ipſius additamentis per capitis baſim perreptantibus, atque in quinta & ſexta iam ſubſequentibus figuris, delineandis, alia eſt ratio.

E 3 Sutura à medio ſuturæ Λ referentis ad medium coronalis, ſeu à D ad B deducta.

F Squamoſa cõglutinatio, ac in tertia quidẽ figura uidetur ſiniſtra, in quarta autẽ dextra. Dein

G. in ambabus à C ad G interuallum conglutinationis notatur, à ſutura Λ ſimili ad ueram conglutinationem ſquamæformem pertingens, quod non mutuò incumbentiũ ſquamarũ, ſed ueræ ſu-

H. turæ conſtructionem oſtendit. Quod uerò à G ad H per F porrigitur, ſquamæformis eſt conglutinatio, uerticis oſſi & temporis oſſi communis. Ab H autem ad A indicatur glutinatio ſquamæformis, oſſi uerticis & frontis oſſi communis.

I 3 Siniſtrum uerticis os. K Dextrum uerticis os.

L Frontis os, quod unicum eſt. M Occipitis os, ſimiliter unum.

N Siniſtri temporis os in tertia, dextri autem in quarta oſtenditur.

O Os cuneo à diſſectionis profeſſoribus aſſimilatũ, quod ſuccinctiori nomine ſæpius cuneiforme

P. (uoces duntaxat ſectantiũ uenia) appellamus. Hoc unicũ eſt, & cõtugis expers. Verũ P priuatim notat huius oſſis proceſſus, quos ueſpertilionum alis cõparabimus. Hi utrinq; duo ſunt, in

2, 3, 4, quarta figura conſpicui & præter P, etiã numeris his 2, 3, 4, & 5 notati, quos quinta huius ca-

5, fig. 4 pitis figura accuratius proponet.

QQQ *Hoc os maxillæ superioris ossium primum erit, hic aliquot Q insignitum, ne fortè sedem Q quod d uicinius est notatã, aliud os à præsenti esse arbitrareris. Linea inter duo Q consistens,*
* *ac * insignita, processum eius ossis delineat, qui cauitatẽ in tempore excultptã ualdè auget.*
RRR *Lenis in frõtis osse & uerticis asperitas, à qua semicirculi ritu tẽporalis musculus pronascitur.*
SS *Quartũ maxillæ supioris os: in tertia sinistrũ, in quarta dextrũ notatur. Tincuria elapsum est.*
V, X 3 *Caluariæ sedes, quam os iugale appellamus, ac sequenti Capite describemus. V hic notat processum temporis ossis, N indicati, ad iugalis ossis constitutionẽ eductum. X uerò, processum*
Z 3. *primi maxillæ superioris ossis, Q insigniti. Z autem sutura indicatur, dictos nuper processus*
V, X 4. *nectens, quibus iugale os efformatur. Porrò V & X in quarta figura notant sedes, à quibus processus illos serra resecuimus.*
a a *Suturæ cuneiforme os circumscribentis interuallum illi ossi ac temporis ossi commune.*
b *Suturæ cuneiforme os circumscribentis interuallum ipsi & frontis ossi commune.*
c 4 *Pars hæc cuneiformis ossis interdum peculiare uidetur ossiculum, squamæ modo tenue, & linea*
ϕ 4. *à cuneiformi osse diremptum, quam ϕ indicauimus. Verùm hæc non ita crebrò se offert.*
e *Suturæ os cuneiforme circumscribentis interuallum, ipsi & maximo superioris maxillæ ossi paulo antè S insignito commune.*
f f 4 *In quarta figura f conspicis, præsenti Capiti nihil seruiens: notatur enim sutura ossi Q indicati, & ossi S notati communis, quam cum reliquis maxillæ superioris suturis persequar. Hic enim obiter eius memini, quòd huius uidendi gratia in quarta figura os iugale execuerim.*
g g *Sutura, frontis os à cuneiformi & maxilla superiori dirimens.*
h 4 *Sinus, cui capitulum inferioris maxillæ inarticulatur.*
i *Temporis ossis processus, scriptorij stili modo prominens.*
k *Mammillaris processus, è temporis osse productus. Quarta figura utriusϙ processum k notat.*
l l 4 *Capita occipitij ossis, quæ primæ ceruicis uertebræ sinibus articulantur. In horum medio foramen occurrit, dorsalis medullæ causa cælatum. Verũ ut præsenti Capite ossiũ foramina enarrare non instituimus, sic neque eadem hic characteribus insignienda duximus. Quamuis priu-*
Φ 4. *tim in quarta figura Φ ponatur, ad quod à duodecimo Capite foraminibus dicendo remittẽris.*

## QVINTA SEXTI CAPITIS FIGVRA,

### BASIM CAPITIS ABSQVE INFERIORI MAXILLA AD AMVSSIM REPRÆSENTANS.



INDEX



## CHARACTERVM QVINTAE FIGVRAE INDEX.

*QVINTAE figuræ multos characteres tertiæ & quartæ figuris communes, in hunc modum adhibuimus.*

A *Coronalis suturæ extremum, in temporis cauo conspicuum.*
C C *Sutura Λ exprimens: atque hi characteres inferiorem partem huius suturæ crurum notant, ubi hæc nõ amplius suturæ effigiem accuratè cõmonstrat. Sagittalis sutura hic se nusquam offert.*
F *Squamæformis conglutinatio non omni ex parte hic uisitur. quare etiam alios characteres tertiæ & quartæ figurarum, ipsi non accommodauimus. Quanquam hic K idem, quod in tertia & quarta indicabat, notare possit.*
K *Verticis sinistrum os, uerùm modica ipsius conspicitur portio.*
L *Frontis os, cuius etiam modica pars hic oculis subijcitur.*
M M M *Occipitij maximã ossis partẽ hic cernere licet, totã nimirũ quæ in caluariæ basi cõsistit.*
N N *V trinϙ unum temporis os notatur.* O O *Cuneiforme os.*
P P *Processus cuneiformis ossis uespertilionum alarum imagini respondentes. Qui numero quatuor 2, 3, 4, 5 sunt, his characteribus 2, 3, 4, 5 notati.*
Q Γ *Primum maxillæ superioris os, quod & Γ hic notauit.*
S Λ *Maximum quartum'ue maxillæ superioris os, & hoc quoϙ peculiariter aliquot Λ indicatur.*
V X *Os iugale.* Y *Sutura ossis iugalis.*
a a *Suturæ os cuneiforme, circumscribentis interuallum ipsi & temporum ossi commune.*
b *Suturæ os cuneiforme, circumscribentis interuallum illi ac frontis ossi commune.*
d *Hac sede occultatur suturæ os cuneiforme, circumscribentis interuallum commune ipsi & ossi externum angulum sedis oculorum constituenti, ac Q insigniti.*
e *Suturæ os cuneiforme, circũscribẽtis interuallũ ipsi & quarto maxillæ superioris ossi cõmune.*
f *Hæc sutura superiori maxillæ peculiaris censetur, ac proinde hic non uenit explicanda.*
g *Sutura frontis ossi & superiori maxillæ communis.*
h *Sinus, cui capitulum inferioris maxillæ inarticulatur.*
i *Processus scriptorio stylo nõ absimilis.* k *Mammillaris processus.*
l l *Capita occipitij ossis, quæ primæ ceruicis uertebræ coarctantur.*
m m m *His characteribus, qui quintæ, ut & subsequẽtes, proprij sunt, notãtur suturæ Λ imitãtis additamenta, per caluariæ basim antrorsum deducta, atque ad se inuicem, nempe ad n, tendẽtia.*
n n *Linea dicta nunc additamenta iungens, ac ossi cuneiformi & occipitis ossi communis.*
o p *Sutura à linea n indicata, in dextrum latus repens, inter os cuneiforme & sinistri temporis os. Verũ ab n ad o nõ proprie sutura est, quẽadmodũ neϙ ab anteriori m ad n, sed rima & ossis ab osse notabilis distantia, secus nimirum quàm in alijs suturis harmonij súe occurrit.*
q q *Suturæ os cuneiforme, circumscribentis interuallum ipsi &*
Π Π *sextis superioris maxillæ ossibus notatis cõmune. Verùm ut cuneiforme os suturis circumscribas, hanc quintã figurã & tertiã cum quarta intuere, singularũ animaduertẽs characteres. Ab n igitur ad o, hinc ad p, a, H, b, d, e & q procede, atϙ ita utrinϙ cuneiforme os suturis terminatũ fingito, sed non nisi hominis caluaria inspectioni adhibita, ut quæ in omnem partem promptè uerti poterit. quũ interim hic tres simul tabulæ inspiciẽdæ sint, ut uel in externa caluariæ sede id os circumscribas. quod quò leuius præstes, suturam Λ similẽ cum suis additamẽtis, & linea occipitis ossi et cuneiformi communi, sutura deniϙ cuneiforme os circũscribẽte hic delineaui, ijsdẽ characteribus in hac atque in tertia, quarta & quinta undiϙ adiectis.*



r *In hac figura, ut et in quarta temporis ossis linea notatur, inibi suturæ modo os, cui auditorij meatus initium insculpitur, continens, & ueluti à osse (ut sic dicam) seiungens.*
ſ *Ossis temporis asperitas & processus, quo id transuersam respicit lineam, cuneiformi ossi & occipitis ossi communem, & n notatam.*
Z *Octaui capitis ossis processus, seu septum amplitudinẽ nariũ intercedẽs.*
*Reliqui characteres ostendendis superioris maxillæ ossibus priuatim conferunt.*

SEXTA

## SEXTA SEXTI CAPITIS FIGVRA.



*PRAESENS figura interna caluariæ basis sedes oculis subijcitur. Hic namque caluariam delineauimus, in qua superior ipsius pars subsequenti figura exprimenda, ad eum modum ablata est, quo cerebri fabricam ostensuri caput serra diuidere consueuimus.*

## SEPTIMA SEXTI CAPITIS FIGVRA.



*SEPTIMA figura reliquam internæ sedis caluariæ partem commonstrat, figura sexta non expressam.*





### *INDEX CHARACTERVM SEXTAE ET SEPTIMÆ figurarum.*

*DVAE proximè præcedentes figuræ pluribus ornantur characteribus, uerùm huc potissimum seruiunt maiusculi Græcorum, capitis ossium suturas indicantes: quæ in interna caluariæ sede, qua cerebrum continetur, etiam se spectandas offerunt. Reliqui autem characteres in his figuris conspicui, caluariæ foraminibus ostendendis conducent.*

ΓΓ *In septima figura coronalis notatur, non adeò exactam suturæ compagem, atque in caluariæ externa sede, exprimens.*

ΔΔ *Sutura Λ literam referens, notatur in septima. Verùm & in sexta Δ etiam uisitur, dictam nuper suturam notans.*

ΘΘ *In septima, sagittalis sutura indicatur. Sequentes modò notæ ad sextam duntaxat referuntur.*

ΛΛ *Squamosa sinistri temporis conglutinatio.*

ΞΞ *Additamentum sinistri lateris suturæ Λ imitantis, quòd per caluariæ basim contendit.*

Π *Linea cuneiformi ossi & occipitis ossi communis, quæ duo suturæ Λ imitantis latera additamentá ue iungit.*

ΣΣ *Suturæ cuneiforme os, circumscribentis interuallum commune ipsi & frontis ossi, & octauo capitis ossi, in octaua figura A, B indicando. Si itaque à Π ad Σ, & hinc ad aliud Σ, hinc uerò ad primum Ψ, ac inde ad secundũ Ψ perrexeris, cuneiforme os in sinistro latere internæ caluariæ sede circumscripseris. Vnde si eosdem characteres in dextro latere ad suas suturas poni finxeris, eodem modo ut in sinistro latere, per characteres pergens, uniuersum cuneiforme os hoc loco descriptum fueris complexus.*

## OCTAVA SEXTI CAPITIS FIGVRA.



*QVAMVIS modò tabularum frequentia lectori minimè molestus esse uelim, eoq; potissimũ nomine singula capitis ossa adhuc priuatis figuris nõ exprimam: tamen quia ossis cuneo comparati, & dein octaui capitis ossis, quod cribri instar foraminibus peruium est, circumscriptio, non ita promptè ac cæterorum capitis ossium intelligitur, præsenti figura cuneiforme os cum octauo capitis osse, à cæteris omnibus liberum, ea facie exprimitur, qua internam caluariæ superficiem cerebri sedem respicit. quod ideo maximè præstitimus, ut cauernæ in cuneiformi osse plerunq; occurrentes in cõspectu essent. Indicetur itaq; A, B, A octauũ capitis os. Verùm B priuatim insinuatur septum, sedes interstinguens, quæ cerebri processibus parantur, qui neruorum modo à cerebro educti, olfactus organorum loco habentur.*

A, B A

C D *Duæ præcipuæ cuneiformis ossis cauernæ.*

E *Septum indicatas modò cauernas interdiuidens.*

F *Alterius cauernæ seu antri foramen, in narium amplitudiuem pertinens.*

G *Cauitas in humiliori sede septi posita, quod duo potissima antra intersepit. Reliqua foramina in hac figura passim obuia, cum cæteris caluariæ foraminib. duodecimo Capite enarrabuntur.*

H *Cuneiformis ossis processus uespertilionum alis similes, & hic aliqua ex parte conspicui.*

*Cæterùm iam tempestiuũ est Capitis contextum aggredi, hæcq; omnia seriatim persequi, atq; Conditoris nostri industriam in condenda caluaria expendere. Licebit enim opinor, solis uocibus addictorum uenia, uniuersam struem tertia, quarta, quinta, sexta & septima figuris expressam, caluariæ nomine complecti, utcunq; alij solam partem crinibus ornatã ita appellari uelint. Atq; ita hæc moles nobis in caput & maxillã superiorẽ, doctrinæ studio, diuiditur.*

*Quale domicilium Natura cerebro parauit.*

CEREBRVM rationis ſedem (quæ inſtar reginæ in altiſsimo corporis ſita, duabus cõcupiſcibilibus animis dominatur ac præeſt) tuto quodam munimento cuſtodiri magnoperè expedit. Quocirca etiam prouidus rerum Opifex, non ſoli cuti carnoſisq; partibus ut in abdomine, aut per interualla à ſe inuicem remotis oſsibus ut in thorace, cerebri commiſit cuſtodiam, ſed undique os ipſi inſtar galeæ circumpoſuit. Verùm quum caput tectum quoddam domus calidæ referat, fumida uaporoſaq; ſubiectarum partium recrementa, quæcunque ſurſum conſcendunt, excipiens, atque huius gratia

*Caluaria cur non ſolido oſſe conſtet.*

copioſiore euacuatione caput ipſum egeat, galeam cerebro inductam non omni ex parte ſolidam, ſed[a] cauernoſam,[b] ſuturisq; intertextam ſagax rerum Parens efformauit, non quidem ſpongiæ modo tenuibus inæqualibusq; foraminibus, uelut quibuſdam cauernulis, utrinque os perforans: at utraque parte[c] cauernulas,[d] intus[e] ac foris ſcilicet, in læuem & denſam oſsis ſquamam deſinere uoluit, quòd illic occurſuræ erant duræ cerebri membranæ, hîc autem membranæ quæ caluariam ambiens, περικράνιον nuncupatur. Si enim tota caluariæ ſubſtantia ſeruaretur fiſtuloſa, & cauernulæ nullo obducerentur cortice, ea ſubſtantia ſua aſperitate uicina raderet uulneraretq;. Dein ſi prorſus ſpongioſa fiſtuloſaq; foret, nullo donaretur robore, ac pumicis ritu fragilis atque infirma eſſet. Verùm uidebitur fortaſſe alicui, caluariæ os inter duas ſquamas fruſtra fiſtuloſum & cauernoſum eſſe: quum ipſius ſuturæ propter illarum copiam & magnitudinem ab aliquo ad tranſpirationem iuuari nihil indigeant. Si itaque huius iudicio uniuerſa caluaria ſimul tenuis & denſa ſolidaq; fuiſſet, nihilo ſanè tutior hac ratione redderetur ſubiacentium organorum conſtructio. quandoquidem quæ oſſa uulnerant, intrò promptè ob uiæ breuitatem penetrare poſſent. Si uerò caluaria ſine omni cauernularum ſpecie ſimul craſſa denſaq; crearetur, homini onus haud ſecus præberet, quàm ſi obligata capiti ſarcina nunquam remitteretur. Reliquum igitur erat tertium, ſcilicet neque tenue neque denſum, ſolidum'ue, ſed craſſum, rarumq;, ac cauernoſum caluariæ os fabrefieri. Ita enim neque grauaturum erat, neq; uia in cerebrum breuis ipſum percutientibus futurum.

*a b 1 & 2 figura. c, d, e, 2 fi. a a o1, et 6 fig. character &.*

*Suturarũ uſus.*

Cæterùm caluaria non ad excrementorum tantum tranſpirationem ſuturis indiguit, ſed conducebat ex multis oſſibus ipſam compingi, ut ſi quãdo percuſſa rumpatur, ipſius rupturæ in totam caluariam ueluti per fictile uas, non procedãt, ſed detineantur, & in illis ſedibus ceſſent, in quibus ipſum quoque os ſuturis terminatum deſinit. Quinetiam cerebri uentriculos, aliaq; nonnulla in cerebro corpora, ne cõcidant, diſtendi ac eleuari oportuit: id quod optime ſuturarum perficitur beneficio. Duræ ſiquidem membranæ cerebrum conueſtientis[f] fibras, unà cum uaſorum quorundam finibus ſuturas tranſeuntes, in membranam extrinſecus caluariam ſuccingentem explicari, atque ita cerebrum cur minus in ſe collabatur ſuſtinere, ſeptimo libro oſtendemus. Atque huius potiſsimum uſus ratione, iuſtiſsima caluariæ ſuturarum cernitur diſtributio, nimirum ut ſuſtinendæ in cerebro partes accuratè ſubleuentur. Quod enim oblongum cerebriq; modo rotundum eſt, non aptius quàm tranſuerſis, & alijs ſecundum longitudinem ductis apprehenſionibus attollitur.

*f 1 fi. 7 libri G, H, I. dein F.*

*Naturalis figuræ capitis ſuturæ.*

Naturalis nanque capitis figura primùm tres ſuturas obtinet: duas quidem tranſuerſas, quarum[g] altera in ſyncipite eſt, in occipitio[h] altera:[i] tertia à medio poſterioris, ſeu eius quæ in occipitio conſiſtit, per capitis longitudinem ad medium uſque anterioris extenditur.

*Coronalis ſutura.* *Λ literam referens.* *Sagittalis, & uarius ipſius ductus.*

Anteriorem coronalem uocant, quandoquidem coronæ potiſsimum in ea capitis parte collocantur: poſteriorem à Græcæ literæ Λ imagine, λαμβδοειδῆ nominant: tertia per uerticem capitisq; longitudinem procedens, ὀβελιαῖα Græcis nuncupatur, quod ueru ſagittæ'ue inſtar rectà incedit. unde etiam à uirgæ ductu ῥαβδοειδὴς fuit appellata. Hæc interdum per[k] frontis mediũ ad naſi uſque ſummum non adeò inſigni atque in ipſo uertice complexu, aut exquiſita adeò ſuturæ compage prorepit. Atque id nonnulli uiris omnibus, alij autem mulieribus peculiare eſſe falſo contendunt: quum rariſsimè in uiris, atque adhuc multò rarius, aut uix unquam in mulieribus id accidere, non obiter animaduerterimus.

*g 3,4 fi. A, B, in 7 r r. h 3,4 fi. C, D, in 6, 7 ΔΔ. i 3 fi. à D per E ad B. in 7 θθ. Tale quid oſtendunt 2,4 fi. 5 ca.*

*Virorũ capita à mulierum non perpetuò uariare.*

Et hoc uel inde conijcias, quòd ex uiginti quæ in cemiterijs occurrunt caluarijs, uix unam, cui frontis os diuidatur, reperias: neque ulla, etſi ſecus tradiderit Ariſtoteles, in ſuturarum enarratione prorſus aberrans, uiris ac mulieribus hac in parte uidetur differentia.

*7 Capit. lib. 3. Hiſtor. animalium, & 2. de Partib. animalium. Lib. 2. cap. 7. e Hiſt. animalium.*

Cæterùm quadrupedibus à poſteriore ſutura Λ referenti, ſagittalis ſutura ad ſuperciliorũ uſq; mediũ protenditur:[l] id quod canum caluariæ, equorũ, boum, & id genus animaliũ manifeſtè atteſtãtur. Non enim audiendus eſt Ariſtoteles, qui canibus continuã, nulliſq; ſuturis diſtinctam aſcribit caluariã, quũ commemoratas hactenus ſuturas, & quæ hoc toto Capite enumerabuntur ferè omnes, canum caluariæ eleganter exprimant. Non deſunt etiam, qui infantibus hanc ſuturam per medium occipitij oſſis ad[m] foramen uſq; dorſali medullæ uiam porrigens deſcendere, totumq; occipitij os

*Canina caluaria 1 figuræ ca. 9.* *6 fig. e.*





diuidere aſſerãt: quod ſanè & nos quoque obſeruauimus. uerùm potius ea diuiſio ad σύμφυσιν coalitumq;, quàm ad ſuturæ ſpeciem referenda eſt. quoniam hæc cartilaginis beneficio in pueris perficitur. in ætate autem prouectioribus nullum eius diuiſionis rudimentum occurrit. Vnde etiam eiuſmodi diuiſionis ratio non hîc in ſuturarum ſermone, ſed in occipitij oſſis deſcriptione enarranda uenit.

*Capita ſuturis deſtituta.*

Quòd autem Herodotus, ac præter illum plerique etiam alij in Perſia caluarias reperiri ſcribunt, nullis prorſus ſuturis interſtinctas, ipſeq; Ariſtoteles ſuo tempore uiri caluariam abſque ſuturis repertam tradit, neutiquam miror: quum ualde ſenum caluariæ nobis ſuturarum ſitum duntaxat, idq; perquàm obſcure etiã referant, nulla interim ſuturæ imagine conſpicua. Neque profectò mirum eſt ſenibus ſuturas concreſcere, ſiquidem illis uertebras uniri cõnaſciq; cernimus, & oſsium quoque ſupercilia proceſſusq; ita excreſcere ipſis animaduertimus, ut cõſuetis motibus illorum oſſa agi nequeant.

*Senum, iuuenum, & puerorum oſſa inuicem uariare.*

Nam & ſi nunquam ſenum oſſa à iuuenum oſsibus, & puerorum rurſus à iuuenum uariare cognouiſſem, in poſtrema Bononienſi Anatome id ſanè didiciſſem, ubi præter quamplurima oſſa, iam nati pueruli oſſa, & nonagenarij ſenis, & mediæ ætatis hominum oſſa in ſcholis ſedulò à medicinæ candidatis adferebantur, quum Galeni librum de Oſsibus ante muſculorũ ſectionem iſtic enarrarem. Quando enim permulti effractis monumentis, atque ex xenodochijs conquiſitis corporibus oſſa ad inſpectionem ſibi parabant, facilè accidit ut alius in ſenis, alius in pueri, ac rurſus alius in huius illiusq; ætatis hominum oſſa inciderent, atque in ſcholas deportarent. Tunc itaque (ut ad ſe reuertatur oratio) in puerulorum oſsibus omnia eſſe læuia, diſiuncta, mollia, pleraque cartilaginea, & proceſſus minimum prominere, & quamplurima quæ in adultis unius oſſis loco habentur, in illis ex pluribus cõſtrui expendimus: quæ in ſingulis oſsibus fracturarum, luxationum, diſtorſionum, & plicationum gratia, ſermoni addere haud grauabor. Quanti enim momenti ſit hæc nouiſſe, abunde intelligunt, tum qui ueræ medicinæ ſtudioſi Hippocratis libros euoluerunt: tum qui appẽdices in pueris ab oſsibus ſæpius quàm articulos luxari, quotidiana experiẽtia didicere, ac ab ineunte ætate luxatos, aut aliter in oſsibus affectos, aliquãdo ſectioni accõmodarunt. Cæterùm iam tres ſuturas ut frequentius in naturali capitis figura obuiæ ſunt recenſuimus. quæ caluaria in latus cubante, literã H, aut potius ᴎ exprimunt.

*Non naturalium capitis figurarum ſuturæ.*

*2 fi. 5 ca.* In capitum autem formis à naturali ſtructura euariantibus, ſuturæ ad hunc modũ ſe habent.[a] Vbi anterior capitis eminẽtia perit, ſutura coronalis aboletur, ſeruata ea quæ Λ exprimit, unà cum ſagittali, *3 fi. 5 ca.* quæ tunc ad mediũ uſq; ſuperciliorum porrigitur.[b] At poſteriori eminentia deficiẽte, ſutura Λ referens deperditur, manente coronali, & ſagittali interim per occipitij mediũ ad caluariæ uſq; baſim ducta. Quapropter ſi hanc capitis figuram occipitio inniti finxeris, utraq; remanentium ſuturarum effigies T literæ ſimilis erit: quemadmodum & primæ quoque figuræ non naturalis, *4 fi. 5 ca.* ſuturæ T referunt, quum illa fronti innititur.[c] Anteriori uerò poſteriorique eminentia ſimul cõcidentibus, binæ quæ tunc uidentur ſuturæ ad rectos angulos ſe inuicem interſecantes, X literam repræſentãt. Altera nanque tranſuerſa ab unius auris regione ad alterius auris regionem per mediũ caput deducitur. *6 fi. e.* Altera autem à[d] foramine in occipitis oſſe dorſalis medullæ gratia inciſo, per capitis longitudinem ad ſummum uſque naſi pertingit, illius ritu quam ſagittalem uulgò dicimus. Hæc ſiquidem ſemper in tribus prioribus capitis figuris à naturali differentibus ſeruatur, *5 fi. 5 ca.* Reliquæ autem duæ cum totius capitis figura uariè intercidunt.[e] Quinta capitis figura, ut prorſus naturali eſt contraria, ſic quoque omnino pugnantes cum ipſa ſuturas exigit. Tranſuerſæ enim ſeu coronalis, & illa quæ Λ refert, ſecundùm capitis procedunt longitudinem, recta interim ſeu ſagittali tranſuerſim lata.

*Squamoſæ temporum cõmiſſuræ.*

*f 3,4 fig. F. & 6 fig. Λ, Λ. g 3,4 fig. à C ad G. h 3,4 fi. à G per F, H ad A. i 3 fi. I. & 4 fi. K. k 1,4 fig. N.*

Verùm nunc & ad reliquas capitis commiſſuras ſermonem dirigamus. Suntq; primum[f] duæ à ſagittali ſutura quodãmodo æquè diſtantes lineæ, per capitis longitudinem una utrinque ſupra aures porrectæ. His[g] principium ab humillima ſuturæ Λ imitantis ſede pendet, qua hæc propter occipitij inferiora uix amplius ſuturæ effigiem egregiè refert. Hinc nonnihil præſentes lineæ rectà quodammodo feruntur, &[h] mox ſurſum aſcendentes, inſtar ſemicirculi quodammodo ad coronalis ſuturæ terminum perrepunt. Hæ maxima ex parte conſtant duobus oſsibus mutuò ſibi incumbentibus, connexisq;: non per ſuturam quidem, ſed paulatim[i] uerticis os deſcendens, inſtar ſquamæ attenuatur, atque in[k] os infra ab auribus aſcendẽs, ſimiliterq; in ſquamam attenuatum ſubintrat: utriſq; oſsibus quà inuicem compinguntur, aſperitatem quandam mutuam nanciſcentibus.

*Suturas capitis etiam in interna caluariæ ſede conſpici.*

Vnde etiam neque Hippocrates, neque aliquis eorum qui accuratè corporis fabricam expenderunt, ſuturarum nomine eas dignatus eſt, ſed à ſquamæ ſimilitudine diſſectionũ periti eas λεπιδοειδῆ προσκολλήματα, hoc eſt ſquamoſas cõglutinationes appellarunt. Non enim propter falſa quorundam dogmata arbitrandum eſt, has conglutinationes minus quàm tres ſuturas prius enarratas, in caluariæ amplitudine qua cerebrum reponitur apparere, ob idq; ſuturarum nomine

neutiquam donari.[a] Harum enim effigies in caluariæ amplitudine perinde ac ſuturarum conſpicitur, quæ non æquè ſuturæ ſpeciem in interna caluariæ ſuperficie exprimunt: ſed quia minus implicantur, idq; potiſsimum[b] coronalis, magis ad lineæ harmoniæ ue figuram accedunt. Præſentes ſquamoſæ cõglutinationes non toto ipſorum ductu inſtar mutuò incumbentium ſquamarum committuntur.[c] Quà enim primùm à ſutura ∧ imitante procedunt, notabili interuallo foris & intus in caluariæ amplitudine ſpeciem ſuturæ adipiſcuntur. Præterea harum conglutinationum portio,[d] quæ coronali ſuturæ proxima exiſtit, etiam uerticis oſſi, & oſſi quod cuneo aſſimilabimus, communis cenſenda eſt. Quòd uerò hæ commiſſuræ, quemadmodum dictæ capitis ſuturæ omni ex parte ſerrata compage, aut in unguem connexu non extruantur, hinc præcipuè fieri credimus, quòd raram & fiſtuloſam cauernoſamq; oportebat fieri totam caluariæ partem, quanta à uertice & ex lateribus craſſæ cerebri membranæ circumponitur. reliquam autem ſolidam ac duram, idq; in primis temporum oſſa, ob cauitatem[f] temporali muſculo exculptam tenuia, & ſonorum fortè etiam gratia (quum in illis auditus organum conſiſtat) omnium corporis oſsium facilè duriſsima. Hac itaque occaſione oſsium fines in ſquamam attenuãtur, uerticis quidem oſſe intus locato, ut propinquet ac occurſet longiori ſpacio duræ membranæ: alio autem ab auribus aſcendente, uelut aliquo propugnaculo ipſi uerticis oſsi facto. Ad hæc, uerticis oſſa duris ac denſis temporum oſsibus non potuiſſe uniri, nobis perſuademus, quoniã non ita promptè laxum cum duro ad unionem peruenit amicam, ægreq; ſolubilem. Hactenus ergo quinque peculiares, nulliq; alteri oſsi quàm capitis oſſibus communes futuras explicauimus: coronalem ſcilicet, & quæ ∧ imaginem refert, & quæ rectà per capitis uerticem ducitur: duas item ab hac æquediſtantes, quas ſquamoſas conglutinationes uocauimus. Eſt &[g] alia ſoli quoq; cõmunis capiti in caluariæ interna amplitudine, qua cerebrum continetur, potiſsimum apparens, ac frontis oſsi[h] illiq; oſsi communis quod olfactus organorum ſedes conſtituit, ac inſtar cribri peruium cernitur. Id enim os ueluti frontis oſſis baſi inſertum, hac ſutura ipſum ambiente in capitis amplitudine obſcurè circumſcribitur, aliam quoque ſuturam obtinens, ipſi & ſuperioris maxillæ oſsibus communem. Præſens enim os,[k] oſſeum ſeptum foramina narium interdiuidens producit, quod[l] ſutura quadam ſecundum humiliorem ſepti ſedem, ipſiuſq; longitudinem ducta à maximis ſuperioris maxillæ oſsibus quæ dentes cõtinent, dirimitur: perinde ac ab oſſe cuneum referente[m] inibi etiam ſeparatur, quà narium foramina in fauces pertinent. Cuiuſmodi autẽ hoc cribri modo perforatum ſit os, poſtquam alias futuras capiti aliſq; oſsibus communes expreſſero, in cæterorum capitis oſsium enarratione perſequar. Sunt enim & aliæ ſuturæ capiti cum aliſs oſſibus cõmunes, nimirum cum ſuperiori maxilla, &[n] eo oſſe quod à cunei ſimilitudine σφηνοειδὲς uocant, quod ſimiliter unicũ, ac, ut nonnulla corporis oſſa, coniugis expers eſt: ab aliquibus inter capitis oſſa, ab aliſs inter maxillæ ſuperioris oſſa (quum inter utraque medium ſit) cõnumeratum. Quamuis capitis oſsibus longè rectius, quàm ſuperioris maxillæ aſcribetur, quum haud minimam caluariæ amplitudinis, qua cerebrum reponitur, ſedem cõſtituat, cum cæteris oſsibus quæ ab omnibus Anatomicis capiti attribuuntur. Sed cuius nam id formæ, & quantæ magnitudinis ſit, quibuſq; circũſcribatur futuris, recenſere nunc conabimur. Suturæ ∧ imitantis[o] extrema, quæ propter occipitij humiliora non amplius exactã ſuturæ compagem exprimunt, uerſus capitis inferiora baſim'ue protenduntur, ac per mediã baſis ſedem (quæ præruptæ rupi & imagine & duritia ſimilis eſt) & quà caput primæ ceruicis uertebræ articulatur, in anteriora prorepunt, mutuò ſenſim appropinquantia. Quum autem extrema hæc iuxta narium foramina oris amplitudinẽ ſpectantia pertigerint,[p] tranſuerſa linea ſimul iunguntur, quæ nec ſutura neque harmonia meritò dici poteſt: ſed ad ſymphyſim coalitum'ue prorſus eſt referenda. In pueris enim cartilagine in eum modum oppletur, quo in illis appendicum cum ſuis oſſibus unio committi uiſitur. in natu uerò grandioribus præſens linea omnino latet, perinde ac unio appendicum in ætate prouectis occultatur. Vtcunque ſit, hæc linea & occipitis oſsi, & oſsi cuneum imitanti communis eſt.[q] Ab hac utrinque in latera,[q] ſutura per temporum caua obliquis anfractibus ſurſum ducitur, uerſus[q] anteriorem ſquamoſarum conglutinationum ſedem. Vbi uerò ſutura hæc[r] anteriorem illam conglutinationum ſedem attigit (quod notabili interuallo à coronalis in cauis temporum extremo eſt) in priora modicè deorſum ad coronalis extrema ducitur.[s] Hinc rurſus parumper deorſum repit, quouſque ſuperioris maxillæ contingat os, quod externum oculi ſedis angulũ conſtituere docebitur.[t] Hinc decliuis per caua quoq; temporum incedit: inde ad poſteriorem intimorum dentium ſedem ducta,[u] per totam narium amplitudinem tranſuerſim fertur. Hæc ſutura à tranſuerſa linea, quam ſuturæ ∧ referentis extrema committere diximus, in hunc modum ſurſum ad caua temporum utrinque ducta, & deorſum ad pala-

*Cur ſquamoſæ conglutinationes reliquarum ſuturarũ ſpecie non cõpingantur.*

*Quot ſuturæ hactenus commemoratæ.*

*Sutura occipitium capitis os circumſcribens.*

*Suturæ capitis oſsib. & aliis cõmunes.*

*Suturæ ∧ imitantis additamenta.*

*Cuneiformis oſsis circũſcriptio.*

6 *fi.* A, A.

7 *fi.* r, r.

c 3, 4 *figura* à C *ad* G.

d 3, 4 *fi. ab* H *ad* A.

e 3, 4 *fig.* O.

4 *muſculorum tabula*, r.

g 6 *fig. ad characteres* u, L, r.

h 8 *figura* A, B, A.

i 13 *fi.* 7 *lib.* L, *deim* D.

k 2 5 *fi. de.* in 01 *fi.* 9 *capitis.*

l 1 *fi.* 9 *capitis* g.

m 2 *fi.* 12 *capitis ſecundũ* w, x, y, z.

n 3, 4, 5, *fi.* O, P, *& tota fere* 8 *fi.*

o 5 *fi.* C, C. *deim utrinque* m, m. *Sed potiſsimum fi. indici characterum inſerta huc facit.*

p 5 *fi.* n n. 6 *fi.* n.

q in 5 *fi. ab* n *per* o *&* p *in dextro latere: in ſiniſt. per a et* a *ad* A. *in* 3, 4 *fi. per* d, a *uerſus* H.

r 3, 4 *fig. ab* H *ad* A.

s 3, 4 *fig. ab* A *ad* b.

t 3, 4, 5 *fi. à* b *per* d *ad* e.

u 5 *fi.* q, q.



tum uſque ab utroq; latere, eo quo ſcriptum eſt modo, rurſus deſcendens, cuneiforme os exteriùs circumſcribit.[a] Interiùs uerò in capitis amplitudine os quoque cuneiforme eadem ſutura terminatur, inibiq; etiam huius oſſis circumſcriptio leuiori negotio, quàm externa ſede deprehenditur. ſi modò quis accuratè dictæ iam ſuturæ progreſſum expenderit: nam hæc paſsim ac pluribus locis ſedibusq; ſeſe offert. Linea enim primùm oſſi occipitis & cuneiformi cõmunis, pariter &[b] exteriùs, &[c] interiùs apparet: quemadmodum & ſuturæ etiam interuallum, à linea obliquè ſurſum ad caua temporum uſq; ad anteriorem conglutinationum ſquamæformium ſedem pertinens, etiam[d] interius &[e] exterius cernitur, & commune eſt oſſibus temporum & cuneiformi, ac demum ueræ ſuturæ ſpeciem oſtendit. Quod autem ab hac ſede antrorſum ad coronalis extrema ducitur, ſquamoſam refert conglutinationẽ, uerticis oſſi & cuneiformi communem. Interuallum uerò à ſuturæ coronalis extremis ad oſſa externos oculorum ſedium angulos conſtituentia procedens, etiam ſquamoſæ conglutinationis formam commõſtrat, eſtq; frontis oſſi & cuneiformi commune. Præſentis ſuturæ interuallum ductus'ue cõglutinationi ſquamoſæ reſpondens, exterius tanto elatius, quàm in interiori caluariæ ſuperficie, apparet, quanto interuallo cuneiforme os inſtar ſquamæ attenuatum, frontis & uerticis oſsibus committitur. Atque idem etiam in temporũ oſsium cum uerticis connexu accidit. ſquamoſæ enim eorum oſsiũ conglutinationes, multò elatius in exteriori capitis ſuperficie, quàm interiori, ubi cerebrũ conſiſtit, aſcendere uidẽtur. Cæterùm ſuturæ cuneiforme os circũſcribentis[i] interuallum, quod per caua temporum deorſum fertur, in interna caluariæ ſede non conſpicitur, ſed tantum in cauis temporum &[g] oculorum ſedibus, in externis ſcilicet earum ſedium angulis. Atque hoc ſuturæ interuallum commune eſt cuneiformi oſſi, & oſſibus externos oculorum ſedium angulos occupantibus.[h] Interuallum autem eius quam modò proſequimur ſuturæ, iuxta poſteriorem intimi dentis ſedem prorepens, exterius apparet, & in narium etiam amplitudine: eſtq; commune cuneiformi oſſi, & ſuperioris maxillæ utrorumq; laterum maximis oſſibus. Interuallum uerò eius ſuturæ in ſuperiori narium amplitudinis ſede conſpicuum, in[i] interna caluariæ ſede melius quàm in[k] externa, ſpectanti occurrit: & commune eſt ipſi oſſi cuneiformi, & illi oſsi quod cribri modo perforatum dicitur. Porrò interna caluariæ ſede, non ſolum præſentis ſuturæ interuallum illi oſsi & cuneiformi commune obuium eſt, uerum etiam utrinque ad id interuallum[l] aliud eiuſdem ſuturæ interuallum ſeſe offert, quod cuneiformi & frontis oſsi commune cenſetur. atque id etiam[m] in oculi ſedis radice liquidò cernitur, iuxta eminentiorem illius regionem. Adeò, ut ſi ad amuſsim oculorũ ſedes (quæ κόγχοι Græcis dicuntur) expenderis,[n] radicem ipſarum, & magnam externi earum lateris ad interiora portionem, à cuneiformi oſſe conſtitui ſpectabis, ſi modò in hominis fabrica huiuſmodi etiam duxeris intuenda, atque illis caperis, quæ &ſi ad artis uſum non magnoperè conducunt, immenſi tamen Creatoris admirabilem arguũt induſtriam, & proculdubio à ueteribus Anatomes profeſſoribus ſedulò ac ſtudioſe examinata fuerunt. Porrò hoc ſuturæ interuallum, quod & cuneiformi & frontis oſsi cõmune dicebam, magna pars alterius ſuturæ eſt duarum, quas capiti cum aliſs oſsibus Galenus communes eſſe retulit: tunc ſcilicet, quum unius loco illam enumerat, quæ cuneiforme os inibi circumſcribit, quà id occipitis oſſi, & temporũ ac uerticis oſſibus contiguum eſſe narrauimus:[o] alteram uerò, poſtquam cuneiforme os circumſcribentem ſuturam, ſua oratione abſoluit, à cauis temporum per mediam oculorum ſedem ad naſi ſummum, ſeu ſuperciliorum medium pertingere ait. quemadmodum etiam pertingit, illic incipiens ubi cuneiforme os circumſcribens ſutura, per caua temporum deorſum uerſus intimum dentem primùm deſcendit. Atque hæc ſutura primo ipſius interuallo, frontis os à ſuperioris maxillæ oſſe externum oculi ſedis angulum conſtituente ſeiungit: dein magno interuallo cuneiformi oſſi & frontis oſsi communis efficitur, toto nimirum ductu, quo cuneiforme os frontis oſsi in oculorum ſedibus & caluariæ interna ſuperficie contiguum eſſe uiſitur. Vnde etiã id interuallum in ſuturæ cuneiforme os circumſcribentis dimenſione, non autem in frontis oſſis à cæteris maxillæ oſſibus ſeparatione, habendum uenit. Vti ſanè ſubſequẽs ſuturæ tranſuerſim per oculorum ſedem ductæ interuallum, frontis os à ſecundo, tertio, quarto & quinto maxillæ ſuperioris in altero latere oſſibus dirimens, frontis oſſi & illis maxillæ oſſibus commune exiſtit, tota nimirum ſede, qua præſens ſutura internum ſedis oculi angulum, & naſi ſummum ſeu ſuperciliorum medium occupat. Verùm de ſuperioris maxillæ oſsibus futuriſq; nono agemus Capite, illic neceſſariò rurſus ſuturæ huius ſermonem inſtituturi. nunc autem capitis oſſa ſeparatim ſunt recenſenda, quæ enumeratis hactenus futuris, octo circumſcribuntur, ſimul capitis amplitudinem qua cerebrum continetur efformantia. Sunt enim duo uerticis oſſa, utrinque uidelicet unum: duo item infrà, ad utranque nimirum aurem unum, quæ temporum oſſa huc

*In* 6 *fi. ſecũdum* n, z, x *et* r.

*Quibus ſedib. ſutura occurrit cuneiforme os circumſcribens.*

b 5 *fi.* n, n.

c 6 *fi.* n.

d 6 *fi. à* n *per* z, z.

e 5 *fi. ab* n *per* a, a *ad* A. *In* 3, 4 *fi.* a, a *ad* H.

*Conſer* 3 *&* 4 *figuras hic ſextæ.*

3, 4 *fi. à* b *per* d *ad* e.

1 *fi.* 9 *ca.* Q.

3, 4, 5 *fi.* e.

i 6 *fi.* x *ad ſiniſtr. latus* L *poſitum.*

k 5 *fi.* q, q.

l 6 *fig.* x. *ad dextr. latus* L *poſitum.*

m 1 *fi.* 9 *ca.* S, T.

n 1 *fi.* 9 *ca.* N.

*Galeni locus in libro de Oſſibus explicatur, & ſutura frõtis os à maxillæ oſſibus, &c. dirimens.*

*o* 3, 4 *fi. à* b *ad* g, g. *Dein* 1 *fi.* 9 *ca.* R, S, T, V, X, Z. *unde & huius ſuturæ interualla petes.*

usque uocaui. quintum frontis est os, ut sæpius, unicum. sextum occipitis, similiter unum. septi mum cuneiforme, unum quoque. octauum id os censebitur, quod sedes cõstituit, quibus duo neruis non absimiles cerebri processus incumbunt, quos ferè olfactus organa nuncupamus.

*Verticis ossium circumscriptio.*

[a] Verticis ossibus in superiori parte ea futura peculiaris est, quæ recto tramite secundum capitis longitudinem ducta, hæc ossa inuicem dirimit. In anteriori autem sede uerticis ossa coronali futura, & posteriori ʌ imitanti ab alijs discernuntur. Inferioribus uerò sedibus squamosis conglutinationibus circumscribuntur: quo fit, uerticis ossa quadrilatera uideri, undique sibi similia, præterquam ubi instar squamæ attenuantur, temporumq; ossa subeunt. Hîc enim tenuissima sunt, sed solida, & neutiquam fistulosa: quemadmodum [b] reliqua ipsorum sede, qua temporalibus musculis non obteguntur, fistulosa cauernosaq; inter suas squamas cernuntur, eandem ferè crassitiem undique ea sede obtinentia. Dein quà frontis ossi committuntur, tenuiora quàm iuxta occipitij os apparẽt. Si uerò aliquibus donantur sinibus, aut foraminibus, illa duodecimo Capite ipsis dedicando percurram.

*Frontis ossis circũscriptio.*

[c] Frontis os circumscribitur coronali sutura, & ea quæ octauum Capitis os olfactus organorum sedes cõstituens terminat: & illa quæ à temporum cauo incipiens, ac per medium oculorum sedium ducta, ad superciliorum usque congressum fertur, ac frontis os à maxillæ superioris ossibus separat, inq; futurarum numero ultimum locum sibi uendicauit. Frontis itaque os quodãmodo orbiculare est, nullibi tenuius quàm [d] ubi superiorem oculorum sedis regionem constituit, & octauo capitis ossi cõmittitur. Hic enim ueluti duobus tenuibus efformatur squamis, in medio uacuis, & aëre oppletis, quemadmodum & ipsius [e] concauitas, quam inter suas squamas ad supercilia nasiq; summum haberi audies. Vbi etiam hoc os cauitatis ergò reliqua ipsius sede, crassissimũ est, ac ueluti protuberat. Verùm altera illarum squamarũ, quæ oculi sedem respicit, exterior q; est, læuis uisitur. quæ autem internã capitis spectat amplitudinem, [f] inæqualibus quasi nubis forma tuberibus extuberat, quæ cerebri reuolutionibus mutuò correspondent. In temporibus, ubi temporales musculi consistunt, id tenue etiam est, ac solidum, minimeq; cauernosum, [g] præterquam ubi cum uerticis osse inibi iungitur. Natura enim illic utrunque os uersus interiora priuatim crassius effecit, ne fortè nimia ossium tenuitas caluariam ibidem plus æquo infirmam redderet. Cæterùm frõtis os in fronte paulo supra supercilia, & reliquam dein ipsius sedem, quæ excarnis est, nullam cauitatẽ ostendit notabilem, & multo crassius spissiusq; quàm uerticis ossa sentitur. Quà tamen illud his committitur, [h] & sagittalis futura in coronalem incidit, frontis os tenuius infirmiusq; est, quàm in ipsa fronte. Hæc sedes qua dictæ iam futuræ inuicem committuntur, totius caluariæ pars mollissima rarissimaq; censetur. est enim illa, quæ in nuper natis infantibus adhuc membranea, ac recenti caseo similis tangentibus occurrit: & quę in puerulis quum manducant & respirãt, moueri uisitur. Porrò quoniam hæc sedes Arabibus Zeudech nuncupata, inter excarnes capitis partes tenuissima est, & futuræ nusquam laxius hærent, medici huic cauteria uulgò dicta, uel candescente auro, uel ferro, uel urente quopiam medicamine, pro affectus ratione (sed parum tutò interim) adhibẽt. Locus autem iste in nobis, apice medij digiti promptè conijcitur, si brachialis principium superciliorum medio nasiue summo, quis accommodauerit, ac medium digitum ad capitis uerticem rectà depresserit.

*Mollissima rarissimaq; caluariæ pars.*

*Occipitis ossis circũscriptio.*

[i] Occipitis os futura ʌ simili, & eiusdem futuræ additamentis, & linea hæc iungente terminatur. Vnde etiam quinque quodammodo lateribus constat. duobus quidem à ʌ imitantis futuræ cruribus efformatis: & alijs duobus, quæ ab eiusdem futuræ additamentis sepiuntur, ac demum quinto à linea quæ occipitis ossi & cuneiformi communis habetur, descripto. Hoc os in crassitie admodum inæquale est, neque omni ex parte sibi respondet. Quicquid enim ipsius in occipitio excarne ac à musculorum exortibus insertionibusq; liberum est, insigniter crassum cernitur, tanto scilicet osse frontis crassius, quanto illud uerticis ossium crassitiem uincit. Neque etiam occipitis os tota excarni sede, parem adipiscitur crassitiem, uerùm ad eius sedis radicem [k] in medio longè crassissimum apparet, [l] illa nimirum regione, qua duos maximos duræ cerebri membranæ sinus, sanguinem & spiritum uitalem uenarum arteriarumq; modo continentes, iungi, aliosq; duos sinus educere, in cerebri uasorum enarratione audies. Videtur enim Natura ossis crassitie huic sinuum concursui prospexisse, tum quòd ex ipsius læsione extremum homini impenderet periculum, tum quòd hanc occipitij sedem oculis destitutam, subinde percutiendam, ac crebrò in terram uarijs casibus illidendam, haud ignoraret. Crassissima hæc occipitij ossis sedes, similiter atque tota excarnis ipsius ossis pars, intus cauernulis constant, utrinque ualida obductis squama: quemadmodum uerticis & frontis ossa, ubi excarnia sunt, constare retulimus. Verùm reliqua occipitij ossis sedes, cui posteriorem colli regionem sibi uendicantes musculi partim inseruntur, & à quo partim principium

*Occipitis os ubi crassissimum.*

3 fi.1.fi.4 K

*In utraque autẽ os circũscribitur* B, D. A, B. C, D. C, G, F, H, A.

*Supra* R, R 3,4 fi.

3,4 fi.L. *circũscribitur uerò* B, A. A, *b*, g, g. *In* 6 fi. *secũdũ & extra*, L, r.

*d Ad latus*, L *fig.* 6.

*e* 6,7 fi.K.

*Tale quid ostendit* 12 *&* 13 *figu.* 7 *lib.*

*g* 6 fi. *character &.*

3 fi.B.

3,4,5 fi.M, M. *Circũscribitur autẽ im* 3 C, D: *deinim* 5 *m, m, m & n, n.*

*k* 6 fi.h. *l* 7 *fig.* 7 *libri* R.

*Hæc ex* 6 *figura petuntur. Sed manifestius ex* 9 *fig.* 7 *libri.*



pium ducunt, solida admodumq; densa, sed perquàm tenuis, neque cauernulis donata, cernitur. Est autem hæc sedes, quam cerebellum implet. Ne uerò ob insignem illam tenuitatem ossis robori malè consuleretur, in huius sedis, qua os tenue est, medio, [a] oblongum & instar lineæ exporrectum eminet tuberculum, ossis robur inibi plurimùm adaugens. Porrò quia id in internam caluariæ amplitudinem uergit, duos quasi sinus utrinque uidelicet unum effor mat, quos cerebellum infarcit. Hoc tuberculum, quemadmodum & tenuis ista occipitij ossis pars, pertinet à radice excarnis partis occipitij ossis ad posteriorem usque regionem foraminis dorsali medullæ parati. [b] Ab anteriori enim parte foraminis dorsalẽ transmittẽtis medullam, & quà occipitis os maximè in angustũ cogitur, id sensim ita crassescit, ut insigniter etiã crassum uideatur, quà cuneiformi ossi cõmittitur. Hoc os in externa sede ad latera foraminis medullæ dorsalis gratia exculpti, [c] duo exigit capitula, quæ primæ ceruicis uertebræ articulantur, quorumq; beneficio caput proprio motu flectitur & extenditur. Hæc capitula in puerulis, appendicibus constant: in senioribus autem, ut & reliquæ appendices, hæ etiã latent. Præterea puerulis id os tribus extruitur partibus, quæ lineis tribus cartilagine oppletis dirimuntur. Atque harum una à sagittalis futuræ termino ad foraminis dorsali medullæ parati posteriorẽ pertingit sedem. aliæ duæ à foraminis lateribus transuersim, in futuræ ʌ referentis additamẽta pertinent. Adeò, ut admodũ pueris in occipite duo habeantur occipitis ossa, & unum in basi capitis cuneiformi ossi cõmissum. Occipitis os intus læue minimeq; asperum est, perinde ac exteriùs tota ipsius sede excarni, etiam læue cernitur. Sede aũt huic subiecta, & ubi occipitis os non minimam capitis basis portionem constituit, id egregiè asperum inæqualeq; se offert, ut commodius ab ipso ligamenta & musculi quidam pronascerentur, & rursus quidam alij tutius firmiusq; illi insererentur. [d] Temporum ossa circumscribuntur squamosis conglutinationibus & futuræ quæ ʌ refert additamentis, itemq; futuræ cuneiforme os terminantis interuallo, quod utrinque à transuersa linea, quæ occipitis ossi & cuneiformi communis est, sursum per caua temporum ad squamosas conglutinationes obliquè contendit. Hæc ossa non perperam dicerentur circularia, nisi extra circuli descriptionem ea ossium pars prominet, quæ ʌ referenti futuræ proxima est, capitisq; [e] mãmillarem educit processum, qui in utroque temporum osse unus habetur, non solum ad opportunam caput mouentium musculorum, qui à pectoris osse & clauiculis principium ducunt, insertionem protuberans, uerùm ut auditus organo apta hîc constitueretur sedes, magna cauitate indigens. Ac proinde etiam temporum ossa non hîc modò mãmillari processu extuberant, [f] sed etiam in internam capitis amplitudinem, ut ampla uacuaq; sedes in temporis osse constitueretur, qua auditus organum tum suo neruo dilatando, tum etiam sinibus efficiendis, & peculiaribus officuls reponendis, opportunum locum adipisceretur. Cuiusmodi uerò hæc sint officula, secundo ab hoc Capite exequar, nunc temporis ossis historiam absoluturus: cuius iam unum recensui processum, qui à uaccini uberis papillæ forma Græcis quidem μαστοειδὴς, nobis autem mammillaris nuncupatur. maior enim est, quàm ut aptè teneris mulierculaũ papillis assimilari possit. Deinde temporis os [g] alio donatur processu, non procul à mamillaris processus interno latere initium ducente. Hic oblongus, tenuisq;, & perquàm solidus est, unde etiam ab acus imagine illum Græci βελονοειδὴ uocant, à styli uerò scriptorij specie γραφοειδὴ & συλοειδὴ, ac dein à galli calcaris imagine ὠλενοειδὲς. Qui etsi solidus uideatur, quum tamen tenuis existat, & admodum promineat, leuiq; occasione abrumpatur, in caluis è terra effossis rarò occurrit. Ex hoc processu ad os ν referens, & ad linguam musculi porriguntur, quemadmodum & ad inferiorem maxillam, illi nimirum quorum beneficio ea deorsum trahitur. Deinde ν referens os, aut oblongorum teretiumq; officulorum, aut ualidi teretisq; ligamenti interuentu huic processui cõmittitur. His [h] alius adhuc in temporis osse accedit processus neutiquam infimus, qui mediã ossis iugalis partẽ efformat: quod proximo Capite nihil aliud esse audies, quàm duorũ ossium processus obliqua [i] futura inuicẽ nexos. Ad huius processus radicem ante auditorium meatum [k] sinus ossi insculpitur, cui inferioris maxillæ capitulũ inarticulatur. & hîc auditorij meatus initium, quod impensè crassum est, ueluti [l] futura quapiam exigua obscuraq; à reliquo temporis osse alicubi, & potissimũ anteriori inferioriq; sede discernitur. Cætera ossis amplitudo uerticis spectans os, ampla & tenuis admodum, sed solida & cauernulis destituta cernitur, exteriùs læuis, intus uero inæqualiter extuberans, secundũ cerebri reuolutionũ quæ intestinorum gyris comparãtur effigiem. Ad basim uerò capitis asperum & insigniter inæquale est, & potissimùm [m] ubi processus ritu transuersam respicit lineam, occipitis ossi & cuneiformi communem. Hæc enim parte inæqualiter extuberat, pumicisq; modo asperum occurrit, transuerso foramine peruium, quo soporalis arteriæ [n] præcipuam sobolem in caluariam ferri audies.

*In* 6 *fi. à k ad foramẽ notatum.*

*In* 6 *fi. a b e ad n.*

*Occipitis ossis capitula.*

*Temporum ossium circumscriptio.*

*Mãmillaris processus.*

*Temporis ossis cauitas.*

*Processus scriptorio stylo similis.*

*Temporis ossis processus iugalis ossis portionẽ constituens.*

4,5 *fi.l, l.*

*d* 3,4,5 *fi. alterũ os* N *notatur, & in* 3, 4 *circũscribitur à* C *per* G, F *ad* H, *deinde in* 5 *à* C *per m, m ad n, & illinc per d, a ad* H *figuræ* 4, 3.

*e* 3, 4, 5 *fi. k.*

*f inter* T *et* 16 *fi. aut* 8 *fi. li.* 7 Z.

3,4,5 *fi. i.*

3,4,5 *fi.* X.

13 *fi.* Z. *&* 5 *fi.* Y.

*k* 4,5 *fi. h.*

*l* 4,5 *fi. r.*

5 *fi. f. fi. ca.* 14 *li.* 3 L.

*Cuneiforme os.* Cæterùm quibus futuris[a] cuneiforme os circumscribatur, superius abundè diximus. Hoc, si quod aliud, insigniter uarium est: unde etiam non iniuria à multiplici forma Veteres id πολύμορφον nuncupauere. Ad latera enim, & in temporum cauis, tenue & perquàm solidum est. in medio autem, capitisq; basi omnium caluariæ ossium longè crassissimum uidetur, & intus plerunque uacuum.[b] in qua uacuitatis sede tunc ostendit duo grandia antra, tenui quopiam osseo septo interstincta, in cuius inferiori etiam sede paruum conspicitur antrum. Hæc undique ossis squama obducuntur, aut (ut sic dicam) omni circumferentia osse sepiuntur, nusquam peruia, præterquam in narium amplitudinem. Duo enim præcipua antra singulis foraminibus illuc pertinent, inter spirandum aërem ex narium amplitudine assumentia, quem simul cum molli quadam medulla complectũtur. Atque hæc cuneiformis ossis antra intus lati tantia, effracto osse eo uelim expendi diligentius, quo mirabiliori artificio conficta sunt, & quo magis à dissectionum peritis ignorantur. dein etiam ideo accuratius ueniũt obseruanda, quòd Galenus perperam hoc os cribri aut spongiæ modo perforatum, & cerebri pituitã transmittere scriptum reliquit. Nequaquam enim eiusmodi foraminulis peruium est, at continuum & solidum undiq; in superficie cõspicitur. & si quando eiusmodi antris non donatur, nihil prorsus à substantia & conformatione tali, aut calcis, aut alterius cuiuspiam ossis differt, quod exterius continua incrustatum obuolutumq; est squama, & intus tantũ paruis cauernulis, tenuissimi pumicis modo, oppletur. Cuneiforme os ubi ita crassum est, & internam caluariæ sedem respicit,[c] sinu quodam donatur, cui Natura[d] glandulam imposuit, defluxum pituitæ excipientem. Ab hoc enim sinu deinde utrinq; leues meatus deducũtur, pituitã deferẽtes. Impossibile enim esset, etiam si id os spongiæ modo in superficie perforatum donaremus, illis foraminibus pituitam ferri. At satius erit meatus aut sinus pituitæ gratia cælatos, unà cum capitis ossium foraminibus duodecimo Capite persequi, & de pituitæ expurgatione in septimo libro, qui cerebro dedicabitur, differre: potissimũ quum hîc nuda ossium tradenda sit cognitio. Quinetiã processus cuneiformis ossis, quos in interna caluariæ sede ad dicti sinus latera ostẽdit, tunc demum melius intelligentur, ubi illum sinum ossisq; foramina pertractabimus. Verùm præter illos processus, cuneiforme os in externa sede ad caluariæ basim[e] alios quatuor exigit, utrinq; binos, & uespertilionum alarum modo prominentes, unde etiam πτερυγοειδεῖς nuncupãtur. In duarum alarũ medio sinus cauitasq; conspicitur, à qua[f] ualidus enascitur musculus, qui in ore delitescens, maxillam inferiorem sursum trahit. Atque huius musculi exortus gratia hi processus extuberant, cùm ut is aptum ex illis duceret principium, tum etiam ut principium ab illis turò custodiretur. [g]Octauum capitis os in frontis ossis basi contentum, futura illa circumscribitur, quæ id à frontis osse & cuneiformi terminat. & [h] illa etiam quam in humiliori narium septi sede ducta hoc os à maxillæ superioris ossibus dirimere antea diximus. Præsens os præter narium septum ab ipso eductum, olfactus organorum sedes constituit, & multis foraminulis odorum gratia peruium est: at tenue interim substantiaq; solidum se spectantibus offert. Dein in caluariæ amplitudinem oblongum educit[k] processum, septi ritu sedes interdiuidentem, quibus olfactus organa reponuntur. Quinetiam processui illi duræ cerebri membranæ pars pertinacissimè connascitur, quæ dextrã cerebri partem à sinistra interdiuidit. Ad hunc itaque modum capitis ossa se habent, sedem qua cerebrum continetur efformantia. quibus aliquis fortè ex Galeni libro de Ossibus aliud os putauerit adijciendum, quod in cerebro repositum arbitrabitur. Galenus enim ad eius libri finem, inter ossa medicinæ Candidatis non descripta, aliquod etiam in cerebro obuium, enumerasse uidetur. quod fortassis est occipitis ossis processus in canibus admodum conspicuus, & nihil minus quàm in homine apparens. Canibus nanque inter cerebellum ac cerebrum, latum, sed tenue os interuenit,[m] ubi duntaxat in hominibus duram cerebri membranam obseruamus. Quum itaque eius ossis apud Galenum alia nulla fiat mentio, diuinandum est, num ille canis processus ab ipso intelligatur: an uerò ante ipsum aliquis (ut Marinum fecisse opinor) illius meminerit, & Galenus postmodũ in bobus suis, quorũ cerebra potissimùm aggrediebatur, id nunquam obseruauerit: ac proinde ita solum perfunctoriè, ne quicquam saltem, cuius alij dissectionum periti quouis pacto meminissent, ab ipso in Anatomes tractatione omissum uideretur, ossis illius mentionem facere uoluerit: id quod & de summo humero, seu superiori scapulæ processu accidisse (quum scilicet tertium quoddam os, nonnullorum Hippocratis uerborum occasione, præter clauiculam & summum humerum[n] in illorum ossium connexu obseruari tradidit) in sequentibus liquidò demonstrabitur.

*Libro 9 de Vsu partium.* *Cuneiforme os spongiæ modo non esse peruium.*

*Processus alis similes.*

*Octauum capitis os.*

*Os quo canis caluariæ interna superficies abundat.*

3,4,5 fig. O,P. & priuatim 8 f.

8 fi. C, D, E, F, G.

6 fi. M.

d fi. 16 lib. 7 A.

4,5 fi. P, P, & dein numeri 2, 3, 4, 5.

f 6 musculorum tabula.

g 8 fig. A, B, A in 6 fi. secundum ∧ ϒ.

h 1 fi. ca. 9. g.

i 12 fi. lib. 7 C, D, E.

k 6 figur. e.

l 12 fi. lib. 7. H.

7 fig. li. 7. O, O.

In integris fi. Q ad a.





# DE OSSE IVGALI, ET OSSIBVS QVAE rupi præruptæ assimilantur. Caput VII.

*Huic Capiti nulla præfigitur figura, quòd iugale os in præcedẽtis Capitis tertia et quinta figuris V & X notatum fuerit. quemadmodum & ipsius futura in tertia quidem Z, in quinta autem Y indicabatur. Ossa uerò quæ rupi præruptæ assimilantur, seu quæ lapidea uocamus, etiam quinta præcedentis Capitis figura ostenduntur, tota nimirum sede, qua C, C, M, M, M, m, m, m, m, k & huiusmodi in caluariæ basi illic repositi characteres occurrũt.*



*Quibusdam ossium sedibus perinde ac si undiq; circumscriberentur nomina imponi.*

NTER reliqua corporis ossa, quædam propriis circũscriptionibus terminisq; destituta, non secus quàm si peculiaria essent ossa, dissectionũ professoribus describũtur, in ossiumq; numerũ cum cæteris referũtur. Huius generis est os iugale Latinis, Græcis uerò ζυγωμα ob hoc nuncupatum, quòd utraq; ossa (sunt enim utrinq; singula) boum equorum'ue iugis ab Anatomes peritis assimilentur. Cõstat autẽ os iugale, aut potius caluariæ sedes hoc nomine dicta, ex duorũ ossium processibus inuicem obliqua sutura coëuntibus.[a] ac posterior quidem eius pars temporis ossis processus est,[b] anterior autem pars, illius ossis processus censetur, quod uniuersum oculi sedis externum angulũ efformans, maxillæ superioris ossium primum numerabitur. Adeò sanè, ut os iugale proprijs destituatur terminis, aliudq; nihil sit, quàm duorũ processuũ mutuò[c] futuræ beneficio cõmissorum regio. Z. Cæterùm os iugale medullæ expers est, solidũ, durum, & lapidis modo ad patiendũ pertinax.[d] Huiusmodi nanq; efformari decuit, quòd temporali musculo operimẽti ritu fuerat proponendum. Hoc enim os foris gibbum, intus cauum, illi musculo sagacissimè opponitur. Quamuis interim Natura hoc propugnaculo minimè cõtenta, temporalem in capitis ossibus magna ex parte occultauit, sinum ossibus insculpens musculo recipiẽdo apprimè idoneum, & hunc undique uicinarum partium tuberibus promontorijsq; circumsepientem. Atque id meritissimò Natura molitur, quandoquidem temporũ musculi malè affecti, conuulsiones, febres, sopores, amentias inferunt, quia neruorum principio proximè accedunt, & solum os eos à cerebro ipsiusq; membranis dirimit. Addè[e] quinos neruorum cerebri surculos (præter tres enim alijs notos Anatomicis, duos adinueni) singulis musculis implantari: ob idq; non iniuria diuũ Hippocratem pronunciauisse, plagas præcipuas ac stuporem inducentes, esse temporales. Sed horum musculorum præstantiam in secundo libro cum reliquis ad unum omnibus abundè prosequemur. ubi etiam docebitur, iugale os in hoc præcipuè formatum, ut ab ipso masseter siue manssorius musculus opportunè principium ducat. [f]Cæterùm ueteribus λιθοειδῆ ossa uocabantur, quæ petram & effractam rupem non duritia modò, uerùm etiam imagine referũt. Huiusmodi autem est inferior capitis pars, qua dorsalis medulla è caluaria delabitur, ac ubi mãmillares & stylum referẽtes temporũ ossiũ processus exoriũtur. Eius enim regionis ossa omnium uniuersi corporis durissima & solidissima existunt, atq; re uera cõmodi musculorum exortus ac insertionis gratia, præruptæ asperæq; rupi quàm similima. Vnde etiam hanc partem meritò ita nominandã arbitror, nullumq; in corpore os propria finitũ circumscriptione petrosum lapideum'ue à ueteribus fuisse appellatũ reor. Quanquam rursus non ignorem plurimos, duntaxat temporum ossa hoc nomine indicauisse, nõ quidem adhuc uniuersa, uerùm illam ipsorum portionẽ, quæ dictos antè processus educit. Per me igitur, ita temporũ ossa nominare licebit: modò neminẽ lateat, dictã nobis caluariæ basis regionẽ Anatomicis creberrimè petrosum os nuncupari, & dein interdũ ossa quędã ab ipsis cõmemorari, ac si propria donarẽtur circũscriptione: quũ tamen nihil aliud uerè cẽsenda ueniãt, quàm duorũ ossiũ mutuò coëuntiũ (ut iam diximus) fines, & aliquando unius alicuius ossis una sedes, uti euenisse audies in[g] ossibus quę sacri ossis lateribus coarctantur, ac triplici nomine pro sedium ratione donantur.

*Os iugale.*

*Iugalis ossis usus.*

*Quã Natura tẽporalib. musculis prospexerit.*

*Manssorium musculum à iugali osse principiũ sumere.*

*Ossa præruptæ rupi similia.*

*a* 3,5 fig. 6 cap. X.

*b* 3,5 fig. 6 capitis V.

*c* 3 fi. 6 ca. Z.

*d* 4 musculorum tabula primũ D, deinde post Δ.

*e* fig. ante 2 ca. li. 4 positæ Q, R, b, c, d.

*f* Hæc in 5 fi. 6 cap. basi sunt obuia.

*Tres figuræ cap. 29.*

# DE OSSICVLIS AVDITVS ORGAni constructionem ingredientibus. Caput VIII.



HVIVS FIGVRAE INDIcem sequens pagina proponet.

OCTAVI CAPITIS FIGVRAE (QVAE MO
dò præcessit) ac eiusdem characterum Index.

PRAECEDENS figura auditus organi ossicula exprimit. præcipua enim illius figuræ effigies, portionem ex dextri temporis osse exectam abruptámue commonstrat, quæ dein per mediũ disecta, duas quæ in eius ossis cauitate reponũtur, membranas, unà cum ossiculis ob oculos ponit: uti characterum index hunc in modum explicabit.

A Foraminis portio, quod ab aure introrsum ad membranam B notandam pertinet.
B Membrana transuersim foramini obducta, quod ab aure in cauitatem fertur, in temporis osse auditus organi nomine exculptam.
C Vnum auditus organi ossiculum, malleolo assimilatum.
D Quinti neruorum cerebri paris neruus.
E Quinti paris neruorum cerebri ramus, per cæcum foramen ad musculum temporalem potissimum digestus.
F Quinti paris neruorum cerebri ramus, per foramen procedens, quo uena auditus organum petens excipitur.
G Series quinti paris nerui ad planam læuemq; concauitatis eius sedem, hic auditus organi occasione cælatam.
H Sedes orbicularem circulum referens, cuius anteriori sedi alterum auditus organi ossiculum
I. committitur, quod incudi & molari denti comparatur, & I hic insignitur.
K, K Cauernulæ indicantur, quibus cauitas auditus organo parata, intus scatet.
L Mallei ab omnibus conterminis partibus liberi anterior facies.
M Mallei ab omnibus partibus similiter liberi posterior facies.
N Incudis, seu molaris dentis ab omnibus partibus liberi anterior facies.
O Incudis seu molaris dentis ab omnibus partibus liberi posterior facies.
P Incudis ac mallei ita ut in aure committuntur, simul nexorum anterior facies.
Q Incudis ac mallei unà iunctorum, posterior facies.

MODO quidem haud institumus organi auditus constructionem omni paratam industria commemorare, quum hæc unà cum reliquorum sensuum instrumentis septimo libro enarranda relinquatur. nihilo minus tamen duo ossicula, quæ in ossis temporis cauitate auditus organi nomine exculpta reponũtur, hîc opportunè describẽtur, ne fortè quicquam osseũ in humani corporis fabrica hoc libro oscitanter præterijsse uideamur. quanquam neq; Galenum, neq; ante illum quenquam alium hæc ossicula cognouisse, satis hinc colligatur, quòd nusquam horum mentio inciderit. Quando igitur auditus organi constructionẽ recensebo, amplam anfractuosamq; cauitatem temporis ossi insculptam audies, quæ tortuoso foramine in capitis amplitudinẽ cerebri sedẽ pertinet: & alio longè ampliori minusq; tortuoso, in externã capitis sedẽ uersus aurem exporrigitur. Deinde ab hac cauitate alia duo deducuntur foramina, quorum alterum cæcum nuncupabitur, alterum uerò hoc quoq; nomine appellari posset: uerùm non similiter ipsi cæco anfractuosum angustumq; est, & [a] uenæ ad auditus organi enutritionem accedenti uiam præbet. Atque hæc quidem [b] foramina suis characteribus notisq; duodecimo Capite indicabũtur. nunc autem tantum ipsorum meminimus, quantũ ad ossiculorum historiã duximus sufficere. In foramen itaque capitis amplitudinem qua cerebrum cõtinetur spectans, quinti paris cerebri neruorum alter [c] neruus subintrat, ac præter [d] ramos per angustiora illa tenuiaq; foramina ab ipso digestos, [e] insigniori sui portione cauitatem temporis ossi incisam membranæ modo oblinit: non quidem uniuersam, at quibusdam tantum sedibus, quasi ea nerui portio in plures diuideretur membranas, aliquot eius cauitatis regionibus obductas. Verum inter reliquas cauitatis sedes, quæ uariæ sunt, & alicubi planæ, alicubi rarioris spongiæ pumicisq; modo foratæ, [f] una est orbicularis & plana, & osseo circulo parumper extuberante septa. Ad huius circuli quinti paris neruo obducti exteriorem atq; auri proximã sedem, [g] ossiculum obseruatur, quod duobus tenuibus acutisq; processibus tanquam cruribus huic osseo circulo astabilitur, superiùs, ubi crura ipsius coëunt, spissius crassiusq; incudis instar effectum. Hoc alterũ auditus organi ossiculum est, quod sanè leuiori negotio inter secandum cõmonstrare soleo, quàm in præsentia, ut ab aliquo qui id nunquam

*Cauitas auditus organo parata, & foramina in ipsam pertinentia.*

*Quinti paris neruorum ad auditus organum series.*

*Ossiculum incudi comparatum.*

*a* n fig. ca. 14 libri 3.
*b* a, a, b, c, figur. 12 ca.
*c* D.
*d* E, F.
*e* G. Aut ex 2 fi. ca. 2 li. 3, a, b, c, e.
H.
I, N, O.



quam uiderit, intelligat, describere possem. Nihil enim aliud quo dilucidiùs cognoscatur, sermoni adhuc adijcere possum, siquidẽ illius & forma & situs uix manifestius explicari queant. Quippe, uti dicebam, ad circuli in temporis ossis cauitate, effracto iam osse, cõspicui externũ latus, hoc ossiculũ reponitur, & bina quibus firmatur crura exigit, quorum exterius ac auri uicinius, est breuius & crassius, latiusq;, ac in acutũ desinit apicem. Alterũ crus quod interiùs consistit, & membranæ orbicularem illam cauitatis sedem succingenti magis, quàm exterius crus, innascitur, longius nõnihil & tenuius uisitur, ipsiusq; extremum quasi in unculum cessat, quo membranæ cauitati tẽporis ossis obnatæ implicatur, firmiusq; innectitur. Ossiculi huius pars extra membranã prominens, superius partim plana, partim rotunda cernitur: quemadmodũ minores incudes effingi solent, quorũ amplior pars plana est: altera, quæ ueluti in mucronem desinit, instar coni rotũda. Grandiores enim incudes penitus plani depressi ue & quadranguli fiunt. Cæterùm si hoc ossiculũ, quia tantũ binis donatur cruribus, incudi assimilare minus placuerit, nihil profectò obstiterit [h] molari denti duabus tantum radicibus ornato, id conferre.

[i] Alterum ossiculum auditus organi fabricã ingrediens, à iam cõmemorato plurimũ uariat, & alteri membranæ innascitur. Foramen enim concauitatis seu antri in temporis osse incisi, quod aurem spectat, ea parte qua cauitatis amplitudini uicinũ est, [k] membranula tenuissima & prorsus pellucida in eum modum obtegitur, quo uas suo inferiori fundo obtegi obturarí ue dicimus. Huic membranulae transuersim aliud ossiculũ innascitur, itaq; illi intus transuersim insternitur, quemadmodũ in tympanis fidem unam atq; alteram crassiorem membranæ obtendi conspicimus. Vt uerò ossiculũ ualidius firmaretur, oblongũ tenuemq; exigit processum, quo membranæ secundũ ipsius latitudinem innascitur. Hunc processum liceret [l] femoris ossis parti comparare, quæ ab ipsius processibus, quos rotatores uocamus, ad inferiora usq; femoris capita pertinet, imò si hæc inferiora capita à reliquo femore resecta finxeris, uniuersum ossiculũ tunc femori opportunè assimilabitur. Quemadmodũ enim femur iuxta ipsius cruicem duos ascisit processus, sic etiã ossiculũ hoc eadẽ sede processulos aliquot sibi uendicat, quorũ beneficio membranæ suæ firmius innascitur. Dein, ut femoris ossis ceruix obliquè uersus corporis interiora ad coxendicis ossis sinum uergit, atq; in caput ad amussim rotundum cessat: ita etiam præsens ossiculum, à membrana introrsum abscedit, in rotundũ caput desinẽs, quod læue minimeq; asperum est, & superiori parti alterius ossiculi, quod molari denti, aut incudi assimilauimus, ita tenuissimarum membranarum interuentu [m] committitur, ac si malleus incudi laxè alligaretur. non secus, quàm si ossiculum postremò enarratũ malleoli præstaret munus: alterum uerò incudis uicem gereret, sed pro mallei mole nimis quàm parui. Num autem ossicula incudis & malleoli officio ita fungantur, quemadmodum sanè formam referũt, & leuissimo afflatu secundum ossiculum cum membrana cui innascitur inter dissecandũ mouetur, primo ossiculo interim quodammodo quiescente, à me haudquaquam assertum uelim, quando quidẽ auditus rationem non satis ex sententia percipiã. Non quòd mihi animo exciderit, commune illud medicorum ad partium temperiem asylum & aëris gyri, quos ex huius percussu in aurem ferri, & quandam membranam ferire, uulgò nobis è lapillorum in aquam iactu persuademus, interim organi huius cõstructionis prorsus ignari. Longè enim diuiniora rerum Opifex callidissimo artificio hîc machinatur, quorum fabricam satis dilucidè in scholis quidem cõmonstro, usum autem & operandi rationem non magis quàm oculi ipsius assequor. Verùm quia de auditus organo postea prolixius pertractabitur, hîc sat fuit ossicula recensuisse: quæ si hoc sermone non assecutus fueris, uituli, aut agni, aut alterius animalis capite in mensam posito, temporum os nunc hoc nunc illo modo diuides, horum ossium constructionem animaduersurus. Quanquam multò satius est hæc in crudo capite, quàm in cocto examinare, & in homine potius, quàm alio quouis animali. Non enim illa administratione, tam spectatu iucundissimam ossiculorum constructionem adinuenies, quàm omnium ferè musicorum instrumentorum fabricæ rationem ex auditus organi compage desumptam perinde admiraberis: ac uel hoc in primis nomine auditus organi harmoniam summa uoluptate intueri solitus est, non modò musicorum absolutissimus, uerum & nostræ ætatis philosophorum eximium decus MARCVS ANTONIVS GENVA, primarius, uariaq; disciplinarũ eruditione excultissimus apud Patauinos philosophiæ professor, cui rerum naturalium studiosi tantum debebunt, quantum frugis ex hoc meo conatu ipsis accedet, quippe qui ad hunc inchoandum primus autor, ac sedulus monitor haud minus extitit, quàm uirtutis exemplar VVOLPHANGVS HERVVORT, patricius Augustanus, ob incredibilem erga literas earumq; cultores amorem, immortalitate dignissimus, ac mihi dum uiuam unicè colendus, quòd ad huius operis absolutionem, quantum in ipso fuit, nihil fecerit reliqui.

*h* fi. ca. 11 K talè proponit dentem.
*i* C, L, M.
*k* B.
*l* Figuræ ca. 30.
*m* B. Q.

*Ossiculũ malleolo non admodum dissimile.*

*Secundi ossiculi ad femoris os cõparatio.*

*Auditus organi ossiculorum usus.*

*Marcus Anton. Genua & Vuolphangus Heruuort, huius operis et inchoandi & absoluendi autores præcipui.*

DE

# DE DVODECIM SVPERIORIS MAXILlæ ossibus, in quorum classem nasi ossa etiam referuntur. Caput IX.

## PRIMA NONI CAPITIS FIGVRA.



PRIMAE NONI CAPITIS FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

HAEC figura anteriorem caluariæ sedem exprimit, maxillæ superioris ossa, quàm datum est accuratissimè, ostensura. Humanæ autem caluariæ caninam subiecimus, ut Galeni superioris maxillæ ossium descriptio, leuiori negotio à quouis intelligatur. Præterea, ut oculorum sedes, ac in ijs apparentes futuræ ossaq́, quoad fieri licet, spectarentur, hominis caluariam occipitio inniti, & anteriori sede super caninam erigi oportuit. Præsentis autem figuræ characterum indicem ita digeram, ut maiusculi Græcorum, maxillæ superioris ossibus (quæ sex utringq́ erunt) primùm adhibeantur: reliquis autem ossibus & futuris, ut fors fert, omnes accommodentur. Cæterùm priores aliquot characteres ostendendis foraminib. capitis iuuabunt, quare etiam illi ad Caput his dicandũ opportunè reseruabuntur. Sunt autẽ illi A, B, usque ad I.

I I Frontis os. I etiam ponitur in oculorum sedibus, eam frontis ossis partem notans, quæ superiorem oculorum sedium regionem constituit.

K Verticis os sinistrum. L Sinistri temporis os.

M Mammillaris processus sinister, iuxta quem processus stylum referens etiam occurrit.

N Cuneiforme os, in sinistri temporis cauo & in dextri oculi sede N insignitur. In sinistri autem oculi sede G & H reponuntur, idem os indicantia: quanquam illi characteres huius sedis foraminibus ostendendis peculiariter subseruiant. Ad hæc, N quoq; reponitur ad intimum sinistri lateris dentem, notans cuneiformis ossis particulam, & dein futuram id os à superiori maxillæ hac in sede diuidentem.

Γ Γ Hoc os, nobis primum maxillæ superioris numerabitur. ac Γ in oculi sede positũ, huius ossis partem notat, in oculi sede conspicuã. Circumscribitur uerò id os præsentis figuræ a, b, Q, R & P, quos characteres suis locis sensim explicabo.

Δ In sinistri oculi sede Δ tantũ apparet, superioris maxillæ secundũ os indicans, quod terminatur futura Δ & C literas proximè ac uelut orbiculatim ambiente, & quodãmodo etiã X, V, c.

Θ In sinistri quoque oculi sede Θ tantum occurrit, tertium maxillæ superioris os indicans, quod V, T, c & d intercipitur.





ΛΛ Quartum maxillæ superioris ös. Λ in oculi sede positum huius ossis partem notat, quæ inferiorem oculi sedis regionem magna ex parte cõstituit. Dein eodem etiam Λ indicatur principium foraminis, quod in genis B insignitur. Verùm id os circumscribitur h, g, e, Y, X, c, d, b, D, a, N, in prima hac figura positis, & insuper e, u, t, & y in sequenti figura ponendis.

Ξ Quintum maxillæ superioris ös. Vnum Ξ dextri lateris os, alterum Ξ sinistri lateris os insinuat, quod & in alijs characteribus obseruatum uides.

Π In altera secũdáue huius capitis figura Π se offert, sextum superioris maxillæ os indicaturum. quo etiam charactere sexti ossis coniux notabitur, ipsum uidelicet alterius lateris sextum os.

O Narium septum, quod octaui capitis ossis cribri modo perforati processus putatur. Atque his iam explicatis characteribus, ossa præsenti figura occurrentia insigniuimus.

P Sutura duos ossium processus committens, quibus iugale os efformatur.

Q A Q ad S sutura notatur, cuneiforme os à primo maxillæ superioris osse dirimens, ac hic in oculi sede conspicua, in dextriq́ oculi sede ad characterem Q clarius ferè, quàm in sinistri, apparens. In tertia uerò figura, & quarta, quæ sexto Capiti præponuntur, hæc sutura in cauis temporum d insignitur.

R, S, T, V, X, Y, & Z Sutura frontis os à maxilla superiori & cuneiformi diuidens. Ab R enim ad S futuræ pars notatur, frontis ossi & primo maxillæ ossi communis, quæ in cauis temporum in tertia figura sexti Capitis conspicitur, inibi à b ad proximum ipsi b pertinens. Hic uerò ab S ad T futuræ huius interuallum notatur, frontis ossi & cuneiformi commune. A T ad V interuallum metitur, tertio maxillæ ossi & frontis ossi cõmune. Ab V ad X interuallum præsentis futuræ insignitur, cõmune frontis ossi & secundo maxillæ ossi. Inter X & Y huius futuræ interuallum consistit, quarto maxillæ ossi ac frontis ossi commune. Ab Y uerò ad Z futuræ illius significatur interuallum, cõmune frontis ossi, & quinto maxillæ ossi.

a Maxillæ sedes aspera inæqualisq́, qua primum maxillæ os quarto committitur. Verùm ab a ad b sutura indicatur, duobus illis ossibus communis, ubi hæc in anteriori caluariæ sede est conspicua. Pars autem ipsius quæ in temporis cauo latitat, ex quarta figura sexto Capiti præposita, sub charactere f in temporis cauo posito peropportunè petes.

b A b ad Q futuræ primũ os à quarto diuidentis pars indicatur, quæ in oculi sede est cõspicua. Hæc in præsentis figuræ sinistra oculi sede characterib. pauciorib. occupata, est manifestior.

c Ab V ad c sutura notatur, secundo ossi et tertio communis. Quicquid autem sursum iuxta C & Δ ad X usq́ ducitur, secundũ os à quarto dirimit.

d d seruit describendo tertio maxillæ ossi. T enim ad V superiorẽ eius ossis sedem describit, V ad c anteriorem, T ad d posteriorem, qua cuneiformi committitur ossi. c uerò ad d eius ossis inferiorem partem circumscribit, quarto maxillæ ossi contiguam.

e e ad Y futuram notat, quarto maxillæ ossi & quinto communem.

f f ad Z futuram insinuat, quinto unius lateris ossi & quinto alterius lateris ossi communem.

g In narium amplitudine g ponitur, futuram indicans, qua septum narium à quartis maxillæ superioris ossibus disiungitur.

h Sutura, aut harmonia potius, quartis maxillæ superioris ossibus communis, cuius beneficio illa inuicem in mustacis regione dirimuntur.

i Ad superiorem foraminis B notati sedem, i ponitur, indicaturum quarti ossis futuram, quæ elatius quàm id foramen consistit, ipsiq́ quarto ossi duntaxat peculiaris est.

Hominis caluariæ, cuius modo indicem prosequor, figura, nullo præterea insignitur charactere, neq́ aliud in illa enarrandum supereſt. Subsequentes itaq́ notæ canis caluariæ hunc in modum propriæ censebuntur.

k Sutura à malis sursum ad medium ambitus oculi, in inferiori regione sedis oculorum ascendens, usq́ ad l.

l. m l usq́ ad m futuram notat, ad supercilia usque iuxta internũ oculi sedis angulum cõscendentem.

n Sutura ab illa quæ externum nasi ossium latus circumscribit, inter caninum dentem et incisoriũ ipsi proximũ delata. Licuisset hanc caluariã pluribus characterib. occupare, nisi existimassem hominis maxillam Lectori in præsentia satis negotij exhibituram.

# SECVNDA NONI CAPITIS FIGVRA.



SECVNDAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

*PRAESENS figura, caluariæ baſim in hoc exprimit, ut palatum maxillæq; ſuperioris oſſa in priori figura commonſtraret. Huic autem permulti adſunt characteres, qui capitis oſſibus futurisq; enarrandis ſuperius adiuuerunt. ac proinde quid illis indicetur, ex ſexto Capite petas licet. Quamuis interim hic eos annotare operæprecium ſit, quibus ad propoſitam enarrationem indigemus.*

*L Hic modica oſſis frontis portio in conſpectum uenit.*

*O O P P Cuneiforme os.*

*Q Γ Hoc os prior quoq; figura Γ notatum habet, eſtq; primum maxillæ ſuperioris os.*

*S Λ Hoc os prior figura etiam Λ indicat, eſtq; quartum maxillæ os.*

*V X Caluariæ ſedes, quam os iugale Anatomes peritis uocari, iam antea dictum eſt.*

*Y Sutura, quæ duos proceſſus os iugale efformantes committit.*

*d Hic latitat ſutura, primum maxillæ ſuperioris os à cuneiformi diſcernens: deinde et ſuturæ primum à quarto dirimentis pars, in temporis cauo conſpicua.*

*e Sutura quarto maxillæ oſſi & cuneiformi communis.*

*f Suturæ primum maxillæ os à quarto ſeparantis pars, in anteriori maxillæ regione apparẽs, ac priori figura a b a ad b indicata.*

*g Sutura frontis oſſi & primo maxillæ oſſi communis, quam ſuperiori figura R inſigniuimus.*

*Π Sextum maxillæ ſuperioris os.*

*q A b e uerſus q ſutura ſexto maxillæ oſſi & cuneiformi communis indicatur.*

*Z Septum narium, & ſedes qua id à cuneiformi oſſe dirimitur.*

*t. u A t ad u tranſuerſa notatur ſutura, ſextum os maxillæ à quarto dirimens.*

*x A b x ad t ſutura indicatur, duo ſexta maxillæ ſuperioris oſſa ab inuicem ſeiungens, & duobus illis oſſibus communis.*

*y Sutura notatur recta per palatum ducta, & quartis maxillæ oſſibus communis.*

*z Priuatim indicatur foramen in anteriori palati ſede poſterioriq; dentium inciſoriorum regione apparens, ad cuius latus interdum obſcura occurrit ſutura, tranſuerſim aliquouſque in*

*α. quarto ſuperioris maxillæ oſſe prorepens, & α inſignita.*

SVPE-



SVPERIOR maxilla non unico quidem, ſed pluribus efformatur oſſibus, atque id potiſſimum, ut ad patiendũ fiat pertinacior, ne ſcilicet ſtatim una eius particula laborante, uniuerſa infeſtetur, ſed quò malum unà cum oſſe (ut in capitis oſſium ſtructura dictum eſt) deſinat. Deinde quum nõ omnes eius partes æquè ſolidas, ſpiſſas ac duras fieri oportuerit, illã quoq; ex pluribus conſtitui oſſibus fuit neceſſe. Atque hæc præcipuè duris, ſed admodum leuibus componitur oſſibus. nam narium foramina adeò amPlacing pla patentiaq; ſunt, ut tantæ molí maxillæ inſignis accedat leuitas. Dein alij in oſſibus ſinus, ac intus latitantes cauernæ, quas aër opplet, adeò amplæ cauæq; exiſtũt, ut maxilla ſuperior utrinque ad latera narium cauitatis, ſimile quid nanciſcatur cum cereis imaginibus, quas in uarias formas fundimus, ac intus cauas relinquimus. Non enim Galeno hac parte aſſentiendum eſt, qui ſuperiorem maxillam medullæ expertem, duriſq; oſſibus, nec leuitate indigentibus efformatam docet: quòd hæc nihil, uti inferior, moueatur. Quum interim inferior multo ſanè ſit ualidior, & oſſe conſtet iniurijs ferendis longè pertinaciore, multoq; minus à Gallica ſcabie erodi apto. Compinguntur uerò maxillæ ſuperioris oſſa inuicem ſuturis, ita tamen ut ea quæ per harmoniam committuntur, futuras quoque modò appellare liceat. Nam uel Galeni ſuffragio eas omnes futuras nominare nemini uerendum eſt, quum exactiſſimæ (ſi modo quæ ſint) harmoniæ intus quendam mutuum ingreſſum futurarum quaſi ritu oſtendãt. Cæterùm quæ nam futurarũ ſuperioris maxillæ ſit ſeries, quiſq; illius oſſium numerus, longè facilius demonſtratu quàm ſcriptu arbitror. Quò minus tamen hîc rei difficultati cedam, primùm hominis ſuperiorem maxillã aggrediar, ac deinceps obiter in quibus Galeni deſcriptio canibus aut ſimijs, non autẽ hominibus cõueniat, ſubiungã. Vocabitur itaque ſuperior maxilla, quicquid oſſium in caluaria præter ſuperiorem dentium ſeriem nobis adhuc enarrandum ſupereſt. Capitis igitur oſſa octo, ſuis futuris circumſcripta, iam antea enumerauimus: præter quatuor officula, auditus inſtrumentorum conſtructionem ingredientia. Maxillæ autem ſuperioris oſſa (præter tenuia quædam fungoſa & ueluti membranea oſſicula, quæ in narium amplitudinis ſummo, in exiccatis, aut nuper coctis caluarijs impenſe cartilaginea obſeruantur) duodecim ſunt, ab utroque ſcilicet latere ſena. Atque horum[a] ſex, unum ſedis oculi externum angulum conſtituere dicemus, ſecundum uerò & tertium ad oculi ſedis internum angulum referentur. quartum omnes ſui lateris dentes ſuperioris maxillæ ſuſcipere docebimus. quintũ ex duobus (quæ ita uocamus) naſi oſſibus alterum erit. ſextum cum ſuo coniuge ad palati finem collocabitur, quà narium foramina in oris amplitudinẽ ſpectãt. Accepta igitur in manus caluaria, illam cum figuris huic Capiti præpoſitis confer, ſexq; horum oſſium ſuis characteribus inſignitorum circumſcriptionem tuo marte aliquantiſper inquirito: & quemadmodum in ſcholis facere conſueuí, rudiori penna omnes quæ tibi occurrent futuras, in altero caluariæ latere atramento obli tera, ut inde futuras quibus oſſa diſtinguũtur, ex ſententia promptius adinuenias. Ac primùm omnium oculi ſedi animũ accõmoda, cõſideraturus quot nam illa efformetur oſſibus: quorũ nonnulla maxillæ ſuperiori, alia capiti aſcribuntur.[b] Superior nanque huius ſedis pars, frontis oſſe conſtat.[c] Vertex autem huius ſedis, quæ inſtar coni pyramidiſq; in arctum cogitur, oſſe componitur cuneiformi, magnam quoque exterioris lateris oculi ſedis portionem (ſed profundam) efformante. adeò ut cuneiforme os, ſecundum os: frontis autem, primum, in oculi ſede numerari nihil prohibeat.[d] tertium autem, oſſium maxillæ primum numeratur, quod totum externũ oculi ſedis angulum, & inferioris ambitus mediam portionem conſtituit,[e] reliquam autem inferioris ambitus oculi ſedis partem ad ſuperciliorũ uſque medium, maximum ſeu quartum maxillæ os occupat, atque hoc etiam ipſius ſedis inferiorem partem quodammodo totam efficit, inter oſſa oculi ſedem efformantia numero quartum.[f] Quintum uerò oculi ſedis os, in interno conſiſtit angulo uerſus anteriora, & iuxta ſedis ambitum, eſtq; id oſſium maxillæ ſecundum.[g] Sextum autem oſſium ſedem oculi conſtituentium, in interno etiam ſedis reponitur latere, & poſteriùs nuper dicto locatum, nobis maxillæ oſſium tertiũ cenſetur. Duo itaque oculi ſedis oſſa, ad capitis oſſa referuntur, duo nimirum priora. & quatuor ad ſuperiorem ſpectant maxillam, quatuor uidelicet poſtremò enumerata. Poſtquam hæc in oculi ſede non oſcitanter animaduerteris, & futuras inſpexeris quibus ſex oculi ſedis oſſa terminantur, licebit exactius unumquodque maxillæ os priuatim ſuis futuris ad hunc modum circumſcribere.[a] Primum maxillæ ſuperioris os, alteram oſſis iugalis partem conſtituit, & nonnihil temporis ſuperciliiſq; ac ſedis oculi, totum uidelicet exteriorem angulum, in ſe comprehendit, non minimam malæ etiam portionem efformans. Committitur autem hoc primum maxillæ os, temporis oſſi, interuentu[b] futuræ, quæ duos proceſſus os iugale efformãtes iungit. Dein com-

Cur maxilla pluribus conſtet oſſibus, & ijs cauis ac leuibus.

Lib. ii. de Vſu partium.

Cõſtructuræ oſſium maxillæ ratio.

Libro de Oſſibus.

Breuis maxillæ oſſium enumeratio.

Quot oſſib. oculi ſedes efformetur.

Primum maxillæ os.

Primum r, r, t, 2 figur. ſec. Δ 1 figter. ⊙ 1 fig. quart. Λ, Λ. 1, 2 ſi. quintũ z 1 figur. ſextũ π 2 ſi.

b 1 fig. I in ſiniſt. oculi ſede.

c 1 ſi. G, H.

d 1 fig. r.

e 1 fig. Δ.

1 fig. Δ.

g 1 2 fig. ⊙.

a 1, 2 ſi. r, r.

b 1 ſi. P. 2 figura Y.

mittitur ossi cuneiformi [c] eius suturæ beneficio, quæ per caua temporũ decliuis ducta[d] etiam in oculi sede conspicitur, huicq; primo maxillæ ossi & cuneiformi cõmunis est. In superiori parte [e] nectitur frõtis ossi, ea sede qua supercilij extremũ habetur. Fit uerò hæc cõmissura illius [f] suturæ beneficio, quæ à cauis temporũ per oculorũ sedes ad supercilij medium fertur, frontisq; os à maxilla superiori & cuneiformi discernit. Inferiori autẽ parte insigni amplitudine primum os quarto ea sutura cõpingitur, quæ tribus locis in cõspicuo est: [g] in cauo scilicet temporũ sub osse iugali, [h] in anteriori maxillæ regione iuxta malam, [i] & in oculi sedis inferiori parte. Suturæ pars in cauis temporum conspicua, ab inferiori parte interualli suturæ os cuneiforme à primo maxillæ osse diuidẽtis incipit. à fine enim illo hæc sutura obliquè deorsum nonnihil in priora fertur, quousq; ad [k] infimam malæ sedem, ubi hæc aspera inæqualisq; est, pertingat. Pars autem huius suturæ in anteriori maxillæ sede apparens, à mala obliquè sursum ad oculi sedem contendit, ad mediã regionẽ inferioris ambitus oculi hîc sedem circumscribẽtis. Pars autem seu interuallum huius suturæ, primum os quarto cõmittentis in oculi sede cõspicuum, à medio inferioris ambitus sedis oculi per humiliora eius sedis retrorsum obliquè uersus exteriora tantisper conscendit, dum ad infimam suturæ partem, cuneiforme os à primo maxillæ dirimẽtis pertingat. Ad hunc igitur modum primum os circũscribitur, quatuor (uti diximus) ossibus commissum: temporis scilicet ossis processui alteram ossis iugalis partem efformanti, dein cuneiformi ossi, frontis ossi, & quarto maxillæ ossi.

*Secundũ maxillæ os.*

[a] Secundum maxillæ os cæteris omnibus longè minus, & squamæ modo tenue, in interno oculi sedis angulo consistit, ubi [b] foramen habetur, cui [c] caruncula præest internum oculi angulum occupans: quæ in hoc creata dicitur, ne quid pituitæ ad oculorum sedes à cerebro expurgatum, in genas defluat, sed tota per id foramen in narium amplitudinem procumbat. Ossiculum hoc superiori parte [d] modico interuallo suturæ terminatur, frontis os à superiori maxilla distinguentis. Quare etiam suturæ illius interuentu ossiculum id frontis ossi committitur. Ab hac sutura, [e] alia secundùm posterius ossiculi latus descendit, quæ secundùm ipsius ossiculi inferiora repens, per anterius ipsius latus sursum in eandem suturã denuò ascẽdit, quam frõtis os à maxilla superiori dirimere diximus. Cæterùm sutura, quæ à iam dicta frontis os à maxilla discernente ad eum modum in orbem penè fertur, in posteriore ossiculi regione (quæ oculi sedis conum respicit) secũdo ossiculo cõmunis est, & illi quod tertium maxillę nobis enumeratur. Ad inferiorem uerò ossiculi partem, & secundùm anterius ipsius latus, sutura hæc communis est ipsi ossiculo, & quarto maxillæ superioris ossi. Contingit itaque præsens ossiculum superiori parte frontis os, posteriori tertium maxillæ os, inferiori uerò anterioriq; quartum maxillæ os. Ossiculum istud quia laxè hæret, & anteriori parte quarto ossi harmonia uerius quàm sutura iungitur, ipsumq; admodum tenue est, in caluarijs è terra effossis rarò occurrit: quòd in humida hac sede positum, facilè putrescat: & ob laxum nimis cõnexum, promptè decidat. In coctis uerò caluarijs, & arte ad ossium disciplinam paratis, absque negotio seruatur.

*Tertium maxillæ os.*

[a] Tertium maxillæ superioris os similiter ac secundum tenue, & squamæ modo cernitur pellucidum: & quando effringitur, intus sinibus aëre oppletis amplisq; scatere cernitur. Hoc paulo minus toto quadrangulũ est, in interno latere sedis oculi repositum. [b] Superiùs terminatur sutura frontis ossi, & superiori maxillæ communi. [c] Anteriùs communem futuram cum secundo maxillæ osse adipiscitur. [d] Posteriùs cum cuneiformi osse futuram communem exigit. [e] Inferiori parte, cum quarto maxillæ osse, communi sutura donatur. Vnde etiam quatuor ossibus tertium hoc os cõnectitur, superiùs scilicet frontis ossi, anteriùs secundo maxillæ ossi, posteriùs cuneiformi, inferiùs quarto maxillæ ossi. Interiùs uerò quà narium spectat amplitudinem, cum inordinata ossium compage intus in narium summo reposita, coit.

*Quartũ maxillæ os.*

[a] Quartum maxillæ os reliquorum ipsius ossium longè maximum, omnes sui lateris dentes excipit, ac uarijs futuris circumscribitur: quemadmodum & ipsum quoque os uarium est, huc atque illuc in plures locos pertingens. Primùm itaque sutura illa terminatur, quæ primum os à quarto discernit, eam dico quæ simul in [b] cauis temporum, [c] & in anteriori maxillæ regione, & [d] in oculi sede conspicitur. Deinde quartum os terminatur futuris, secundum maxillæ os & tertium ab ipso dirimentibus. [e] quæ secundum totam sedis oculi longitudinem in inferiori eius sedis parte, & in anteriori regione secundi maxillæ ossis, ducuntur. Ad hæc, iuxta superciliorum medium, quartum maxillæ os [f] sutura finitur, superiorem maxillam ab osse frontis disiungente. Hoc futuræ interuallum ducitur ab anteriori sede secundi ossis, ad exterius latus ossis nasi, eius lateris, cuius maxillę superioris ossa nunc intueris, quod quintum maxillæ os cõstituetur. à quo quartum dirimitur, [g] sutura à nasi summo iuxta ipsius externum latus deorsum ad nasi ossis longitudinem porrecta. Secundum uerò longitudinem ductus foraminum nasi, quartum maxillæ os ab illorum foraminum septo [h] sutura interstinguitur, secundum

[c] 3, 4 fi. 6 capitis d.
[d] 1 fig. Q.
[e] 1 fig. R.
[f] 1 fig. R, S, T, V, X, Y, Z.
[g] 4 fi. 6 ca. fff.
[h] 1 fig. ab 4 ad b.
[i] 1 fi. à b per D ad Q.
[k] 1 fig. a.
[a] 1 fi. Δ:
[b] 1 fig. C.
[c] fi. 19. cap. 14. li. 7 a.
[d] 1 fi. ab V ad X.
[e] 1 fig. ab V secundũ Δ, & c deorsum, ac illinc rursus sursum ad X.
[a] 1 fi. e.
[b] 1 fi. à T ad V.
[c] 1 fig. ab V ad c.
[d] 1 fi. à T ad d.
[e] 1 fig. à c ad d.
[a] 1, 2 figura Λ, Λ.
[b] 4 fi. cap. 6 fff.
[c] 1 fi. ab a ad b.
[d] 1 fi. à b ad D.
[e] 1 fi. ab X secundum C ad c, dein ad d.
[f] 1 fig. ab X ad Y.
[g] 1 fig. ab Y ad e.
[h] 1 figura g.



dùm humilimam septi sedem prorepente. In posteriori uerò sede quartum os à cuneiformi distinguitur, [i] tum in oculorum sede, [k] tum etiam iuxta intimum dentem, ubi futura cuneiforme os à superiori maxilla terminans cõsistit. In palati fine uersus interiora quartum os [l] transuersa futura ab illo osse seiungitur, quod sextum maxillæ appellamus, quod & hîc ad narium foramina cum suo coniuge reponitur. Atque has omnes futuras quartum os cum alijs sibi contermi-
nis ossibus habet communes, quibus [m] alia accedit quarto ossi dextri lateris, & quarto sinistri lateris ossi propria, secundum palati longitudinem prorepens: & non solum in palato, uerum & in narium amplitudine conspicua. [n] Deinde & in anteriori maxillæ sede eadem quoque sutura sub naribus ea sede cernitur, ubi superioris labri sulculus consistit. Hîc enim sutura appa ret utrorumq; laterum, quartis ossibus propria: quamuis linea potius quàm sutura censeri debeat. Ex hac futurarum frequentia quartum os terminante, haud difficulter colligitur, ipsum sedecim ossibus committi. primo enim, secundo, tertio, quinto & sexto maxillæ superioris connectitur ossibus, deinde frontis ossi, cuneiformi, & octauo capitis ossi, ipsi uidelicet foraminum narium septo, ac demum quartum maxillæ os suo coniugi, seu alterius lateris quarto ossi iungitur: quemadmodum & octo dentibus quarto ossi infixis, quoties superior maxilla sedecim dentibus decoratur. Præsens os magna ex parte latera & inferiorem sedem narium constituit, & ad hæc latera impense cauum est, & neutiquam solidum, sed cereis imaginibus intus uacuis admodum eleganter simile. Huic ossi, præter alia ipsius foramina [o] unum accidit, quod ab inferiori oculi sedis regione incipiens, deorsum in anteriorem maxillæ partem porrigitur. Istud ubi primùm in oculi sede inchoatur, notabili interuallo superiùs ueluti ossea constat squama: ubi autem in anteriorem maxillæ partem pertinet, iam penitius in osse exculptum uisitur, atq; etiam interuallũ notatu dignum apparet inter oculi ambitũ & superiorem foraminis sedem. Hoc interuallum creberrimè non continuum est, sed [p] sutura donatur, quæ huic quarti ossis particulæ (ubi foramen consistit) propria peculiarisq; est. Quis uerò huius foraminis usus censeatur, in communi omnium caluariæ foraminũ sermone exequar. in præsentia autem obiter in illius mentionem incidi, quò aptius futuram quarto ossi propriam hîc recenserem: ne quis fortè, quum ipsam obseruaret, illam plura cõstituere ossa, ac altius quàm ab oculi sedis ambitu ad foramen usq; ferri arbitraretur. Præterea in anteriori palati sede ad posteriorem incisoriorũ dentium regionem, aliud [q] foramen se offert, quartis maxillæ superioris ossibus commune, & ex palato in narium amplitudinem spectans. Ad huius foraminis latera interdum [r] sutura apparet, aut potius linea, in pueris cartilagine oppleta, quę quasi ad caninorum dentium anterius latus pertingit. Verum nusquam adeò penetrat, ut huius futuræ beneficio quartum maxillæ os in plura diuisum censeri queat: [s] quod (ut paulò pòst dicam) canibus & simijs porcisq; accidit, in quibus futura quartum os in duo diuidens, non solum in palato, uerùm exterius in anteriori maxillæ sede, etiam conspicuè cernitur, neque ullam appendicum cum suis ossibus coalitus speciem refert. [a] Quintum maxillæ superioris os ex duobus nasi ossibus alterum est, os-
siculum uidelicet durum, solidum, latum, tenue, oblongũ, & quadrangulo potius quàm trian gulo simile. [b] Superiori enim parte non in acutum desinit angulum: uerum adeò obtusum est, ut inibi duobus donetur angulis. Terminatur autem illic sutura, frontis os à superiori maxilla dirimente. [c] Externum ossis latus communem futuram nancisci tur cum quarto maxillæ osse, quæ secundũ nasi latus tantùm decliuis pertingit, quanta quinti huius maxillæ ossis est longitudo, quæ in homine longè breuior quàm canibus & simijs uisitur. [d] Internum uerò ossis latus quo coniugi suo committitur, futuram obtinet harmoniæ non admodum dissimilem, ac utrisque nasi ossibus communem. Hæc à medio superciliorum ex sutura frontis ossi ac maxillæ superiori communi incipiens, decliuis secundum ossium nasi longitudinem porrigitur. [e] Inferiori autem parte, quintum os sutura haud intercipitur, neque alteri ossi iungitur, uerùm hoc unà cum suo cõiuge asperum inæqualeq; est, & [f] in cartilaginem finit deorsum procedentem, eoq; molliorem, quo longius ad nasi apicem defertur. hanc cartilaginem cum reliquis nasi & totius corporis cartilaginibus priuatim post ossium enarrationẽ prosequemur. [a] Sextum maxillæ superioris os, cum suo pari non minimam palati & narium amplitudinis portionem constituit. Reponitur enim ad palati extremum, quà nares in fauces pertinent: estq; os tenue, sed solidum, latumq;. Id [b] posteriori sede partim cuneiformi committitur ossi, partim liberum est, semiparenthesis (formam referens. Vbi cuneiformi ossi cõmittitur, [c] illa circumscriptum est sutura, quæ iuxta posteriorem intimi dentis sedem fertur, maxillamq; superiorem à cuneiformi osse dirimit, ea potissimùm parte, ubi cuneiforme os ipsius educit [d] processus uespertilionũ alis similes. [e] Anteriori parte & externo latere sextum hoc os sutura terminatur ipsi & quarto maxillæ ossi communi, ac transuersim in palato ducta. [f] Interiori autem latere, quo se coniugi

*Quintum maxillæ os.*

*Sextum maxillæ os.*

[i] 1 fi. à D ad H.
[k] 1 fi. N. 2. figura c.
[l] 2 fi. ab u ad t.
[m] 2 fig. à t per x ad z.
[n] 1 figur. h.
[o] 1 fig. Λ in oculi sede posuit, dein B.
[p] 1 figura i.
[q] 2 fig. z.
[r] 2 fig. a, α.
[s] 1 fig. canina caluaria n
[a] 1 fi. z.
[b] 1 fig. ab Y ad Z.
[c] 1 fig. ab Y ad e.
[d] 1 fig. à Z ad f.
[e] 1 fig. ab f ad e.
[f] 4. musculorum tabule, K, L.
[a] 2 fig. n.
[b] 2 fi. ab x uersus e.
[c] 1, 2 fi. e.
[d] 1, 2 fi. P.
[e] 2 fi. à t ad u.
[f] 2 fi. à t ad x.

suo iungit, futura quadam dirimitur, quæ utriuſque lateris ſexto oſſi duntaxat communis eſt, portioq́ illius exiſtit, quæ per palati longitudinem prorepens, quarta maxillæ oſſa inuicem ſeparat. Contingit igitur ſextum os, cuneiforme os, quartum maxillæ, & ſuum coniugem, & poſtremò narium ſeptum: quod etiam à ſexto oſſe, quemadmodum à quarto, ea dirimitur futura, quam ad ſepti humiliorem ſedem duci, antea commemoratum eſt. Hactenus itaque ſex alterius lateris maxillæ deſcripſi oſſa, quæ ſi ſenis oppoſiti lateris cõnumerentur oſſibus, omnia maxillæ oſſa conſurgent duodecim, quibus nullum octo capitis oſſium adieci. Cæterùm ſi ad amuſſim ſingula quæ hoc Capite perſecutus ſum excuſſeris, ac demum non perfunctorie Galeni ſuperioris maxillæ deſcriptionem euolueris, permulta iam occurrerunt, in quibus ab illius placitis declinem. quæ etſi omnia in præſentia (tuæ fidens induſtriæ) non commemorauero, nonnulla tamen ſubijciam, è quibus meæ ſiue diligentiæ, ſeu oſcitantiæ (prout mea ueritati aut cõſona, aut diſſona intueberis) ſpecimen aliquod animaduertere queas. Galenus itaq́ in libro de Oſſibus futuras maxillæ peculiares deſcripturus, earum ſeriem à malæ infima & extima ſede aggreditur, quam ego aſperam inæqualemq́ eſſe recenſui, quòd hinc maſſeter muſculus ſui principij ualidiſſimam nerueamq́ admodum portionem educat. Hîc igitur Galenus futuram deſcribit, primum maxillæ os à quarto dirimentem, primam appellans, eius futuræ partem in cauo temporis cõſpicuam. Secundam uerò numerat huius futuræ partem in anteriori maxillæ ſede occurrentem, quæ ab illa malæ aſperitate ſurſum ad medium inferioris ambitus ſedis oculi pertingit. Hanc poſtmodum tripartitò ait diſcindi, ac primam huius ſecundæ futuræ partem prope magnum ſeu internum oculi ſedis angulum exteriori in parte ad medium ſuperciliorum, & communem frontis & maxillæ futuram inquit procedere. Hac futuræ parte homines deſtituuntur, uerùm in canibus caudatisq́ ſimijs eſt manifeſtiſſima. quamuis interim non exactè ad ſuperciliorum feratur medium, ſed ad eam tantũ ſedem, in qua quartum maxillæ os à ſecundo dirimi dictum eſt. Hanc itaque partem, ut Galenum aſſequaris, ex canis caluaria petes. Porrò ſecundam partem ſecundæ futuræ, inquit per concauum ſedis oculi ſub magno angulo ad communem capiti & maxillæ futuram pertinere, hancq́ eundem angulum comprehendere. Hæc pars ea eſſet futura, quam ſecundum & tertium maxillæ oſſa in inferiori ipſorum ſede, à quarto dirimere docuimus. Verùm hæc in homine nequaquam ſecundæ Galeni futuræ cõmittitur, multoq́ minus primam partem ſecundæ futuræ contingit, quum hæc in canibus tantum & ſimijs, non autem hominibus cernatur. Porrò foramen, quod huic ſecundæ parti Galenus ſubijci ſcribit, id eſſe opinor, quod in oculi ſede oblongũ admodumq́ patulum eſt, inter quartum maxillæ os & cuneiforme conſpicuum. Tertiam partem ſecundæ futuræ Galenus appellat portionem futuræ primum os à quarto diuidentis, quæ in oculi ſede ſpectatur, unà cum illa quæ cuneiforme os à primo maxillæ oſſe diſiungit, atque in oculi ſede etiam ſpectatur. Galeni enim eſt ſententia, ſub dictis duabus futuris (quæ duæ primæ partes ſunt ipſius ſecundæ futuræ) tertiam eiuſdem partem inferiorem in ſede oculi ambitũ inſcendentem interiùs ad imum contendere, ibiq́ communi futura capiti & maxillæ ſuperiori iungi. His futuris Galenus tria maxillæ ſuperioris oſſa circumſcribi poſtea ſubiecit, quibus hęc capiti committitur. Primum eſſet, quod ego primum maxillæ ſtatui. ſecundum, ea quæ mihi ſecundum & tertium numerabãtur: duo enim illa unius oſſis loco ex Galeni placito recenſerentur. Tertium, pars eſſet noſtri quarti oſſis, quicquid ſcilicet ipſius in oculi ſede cõſiſtit, ea nimirum pars in qua foramen incipit, quod ab oculi ſede in anteriorem maxillæ regionem pertinet. Hic modò conſideratè exquirito, num Gallenus maxillæ oſſa hucuſque uerius quàm ego, in homine enarrauerit, & quantum adhuc Galenus in ſimijs & canibus omiſerit. dein, num Galenum ego ex rei potius cognitione, an interpretis uerſione intellexerim, & cuiuſmodi natatore Delio Galeni de maxillæ oſſibus tractatio indigeat: potiſſimùm quando communis utilitatis uel parum ſtudioſi quidam, uel etiam inuidi, Græcum exemplar ita ſupprimunt, ut nullis id rationibus quò aliquandiu mihi uſurpandũ traderetur, ab ijs obtinere licuerit: qui tamen præter Balamium, & Cardinalem Rodolphum, id ſe etiam habere fatebãtur, ſed ea conditione, mihi ne communicaretur. Verùm interea omnem nauabo operam, ne illo libro, quemadmodum neque alijs etiam quibuſdam Galeni libris ad Anatomen eguiſſe uidear, quos aut totos citra omnem uſum recondunt, aut ſaltem correctiores à tineis (quum ipſis uſui eſſe nequeant) erodi malunt. Quòd uerò Galenus peculiaria conſtituat oſſa, quibus inciſorij dentes infigũtur, hinc accidit, quòd ſuis nimium fauens ſimijs, eas homini plus ſatis ſimiles effingebat. In canibus enim & ſimijs porcisq́ ac alijs animalibus, quibus canini dentes ualidi exertiq́ obtigerunt, duæ (uti prius dixi) uidentur futuræ, aut harmoniæ potius, admodum conſpicuæ, quibus homo deſtituitur. A futura enim quintum maxillæ os, quod naſi alterum exiſtit, à quarto diſtin

*Vniuerſa ſuperioris maxillæ oſſa eſſe duodecim.*

*Non omnia præſenti Capite hactenus tradita, Galeni placitis reſpondere. quorũ quædam ad Capitis uſque finem recenſentur.*

g 2 fig. t, y, z.

h 1 fig. g.

a 1 fig. a in homine, in cane k.

b 4 fi. 6 capit. f in temporis cauo.

c 1 fi. ab a ad b. in homine. in cane à k ad l. d 1 fi. in cane ab l ad m.

e 1 fi. ad X, non ad Z.

f finge in 1 fi. à b per c & d ad T continuam duci futurã, uti in cane eſt conſpicuum.

g 1 fig. D.

h 1 fi. ab ſecundum D per Q ad S.

i 1 figura r.

k 1 fi. Δ & o.

l 1 fi. Λ in oculi ſede poſitum. atq́ id Galeni os quodammodo illic circumſcriberetur. b, C c. d, H, D.

m 1 fi. Λ in oculi ſede.

*Canina caluaria.*



diſtinguente, alia educitur futura, obliquè deorſum inter caninum & inciſorium canino proximum delata, quæ cum illa communis efficitur, quæ in palati extremo iuxta inciſorios dentes tranſuerſim in illis animalibus fertur. Hæc futura citra omnem cartilaginis interuentum adeò inſignis eſt, ut quartum à me enumeratum maxillæ os, canes in duo diuiſum commonſtrent. Verùm non arbitrandum eſt futuram hanc, inter dentium præſipiola in canibus aut ſimijs ductam, à ſuperciliorum medio deorſum continuo progreſſu (& ſi Galenus ita doceat) ferri, ſed uti iam admonuimus, ex medio ferè ductu illius futuræ incipit, quæ externum naſi oſſium latus terminat. Quod ubi in cane ſimiaue inſpexeris, accuratè expendito, quàm impoſſibile ſit, hanc futuram porrigi inter dentes hominis, maxillam adepti breuiſſimam, & dentibus caninis prorſus exiguis donati. Inſuper animaduertito, quid in libris de Partium uſu Galenus ſibi uoluerit, quum duodecim ſuperioris maxillæ oſſa eſſe obiter ſcripſit: uti & Introductorij ſeu Medici autor, duodecim tantum maxillæ oſſa, è Veterũ indubiè placito, enumerat: aut quum Galenus hæc oſſa prolixius cõmemorans, nouem tantũ recenſet, nullumq́ os priuatim inciſorijs dentibus tribuit, in eo etiam numero cuneiforme os haud complectens.

*Libro undecimo.*

## *DE MAXILLA INFERIORI,*
### *Caput X.*

PRIOR *FIGVRA.*



POSTERIOR.

VTRARVMQVE DECIMI CAPITIS FIGVRARVM, ET earundem characterum Index.

*PRIOR ſeu dextra huius capitis figura, inferiorem maxillam unà cum dentibus anteriori facie exprimit. Poſterior figura, inferiorem maxillam ſimul cum humiliori dentium ſerie poſteriori ſede delineatam exhibet. Tabula autem tertio præſentis libri Capiti præpoſita, ad characterem C, maxillam à latere delineatam oſtendit.*

*A* 1,2 *Maxillæ inferioris alterum caput, quo hæc ſuperiori maxillæ dearticulatur.*

*B* 1,2 *Ceruix, ſeu collum capitis A inſigniti.*

*C* 1,2 *Alterius lateris acutus proceſſus, in quem temporalis muſculus inſertionem molitur.*

*D* 2 *D in umbra latitat, ſiniſtræ figuræ amplum indicans ſinum, cui in ore diliteſcens muſculus inſeritur, qui ſimul cum temporali & manſorio attollendæ ſeruit maxillæ.*

*E* 1,2 *Aſperitas ad poſteriorẽ inferioremq́ maxillæ ſedẽ conſpicua, ad quam manſorius inſeritur.*

*F* 2 *In ſiniſtræ figuræ umbra F foramen notat, tertij paris neruorum cerebri ſobolem admittens.*

*G* 1 *Foramen, quo ſurculus nerui nuper dicti in humilius labrum procidit.*

*H* 2 *In hæc tubercula maxillam detrahentes muſculi implantãtur, & quidã linguæ ab ipſis oriũtur.*



ANIMALIVM omnium homo inferiorem maxillam, pro totius corporis mole, breuiſſimam adipiſcitur: aſinus autem & equus inter quadrupeda ferè longiſſimam. Homini enim facies obtigit rotunda, non longa, ut reliquis animalibus: quæ, quoniam manibus carent, cibum aſſumptura, inclinantur. Duram autem hominibus maxillam, ut & cæteris animantibus fieri decuit, quòd ſola mobilis ſit, & uarios atq́ fortiſſimos motus in mordendo mandendoq́ ſuſtineat. Cæterũ ne ſic dura ſolidaq́ nimio pondere ipſam mouentibus muſculis incõmodo foret, ſinus & cauitates notatu dignas, medullaq́ infarctas exigit, interim appendicis undiq́ expers. Sinus hi non adeò in poſteriori maxillæ parte, ac in quadrupedibus exculpuntur, ſed antrorſum magis uerſus menti regionem, & ad maxillæ latera. Plurimis animalium maxilla duobus conſtat oſſibus in ſummo mento, ubi maxilla

*Homini breuiſſimam obtigiſſe inferiorẽ maxillam.*

*6 muſculorum tabula maxillã per medũ ſecta proponit.*

*Maxillæ homini ferè unico osse extrui.*

xilla illis in acutum desinit, mutuò per unionem nexis. Homini autem, unico conformatur osse, ac in summo mento lata, neque ut in cæteris animalibus, acuta cernitur. Nulla enim parte maxilla difficilius quàm hîc discinditur. Præterea coctione, aut carie in terra illam dissolui, nõdum animaduerti. & quanquam cùm alibi, tum præcipuè Parisijs in Innocentũ cemiterio maximam inferiorum maxillarum (uti & cæterorum ossium) frequentiam conspexerim, nullam tamen unquam in duas bipartitam partes adinueni. Canum uerò, boumq́ & asinorum maxillæ, etiam citra coctionis beneficium, inuicem paruo conatu interdum diuelluntur. Quamuis interim Galenus, & alij plerique post Hippocratem dissectionum periti, maxillam non unicum esse os asseruerint, sed coctum in summa menti extremitate laxari, ob idq́ ipsum coaluisse manifestum indicium esse. Vtcunque sit, hactenus nulla hominis maxilla mihi gemino constructa osse (uti & prius dicebam) occurrit. & quamuis fortè inter tot hominum myriades in canino aliquo homuncione, aut puerulo talem quampiam maxillam aliquando obseruarem, non tamen ideo mox asseram, hominis maxillam duplici osse constare: quin Celso potius, aut illi Græco autori ex quo Celsus quicquid de ossibus prodidit mutuatus est, accedam, qui cum Galeno canes parum curans, maxillam simplici osse componi docuit. Et quamuis hæc in pueris duobus ossibus per unionem nexis efformaretur, non ideo tamen simpliciter duplici osse maxillam formari rectè diceremus, nisi etiam occipitij os, uertebras, & ossa quæ sacri ossis lateribus committuntur, pluribus effingi ossibus donaremus. si quidem hæc in pueris compluribus ossibus mutuò per unionem commissis extrui, nemo negauerit. Inferior maxilla utrinque in duos desinit processus, quorum[a] alter in mucronem productus, musculi temporalis tendinis insertionem ualidissimè excipit, totus ab illo tendine complexus.[b] Alter, qui posterior est, in capitulum transuersim oblongum finit, quod sibi correspondenti[c] sinui inarticulatur, qui ad iugalis ossis radicem & anteriorem auditus organi sedem in temporis osse incisus est. Huic sinui, ut & capitulo maxillæ, cartilago crustæ modo obducitur. Verùm præter hanc cartilaginem omnibus articulis pariter communem, inter sinum capitulumq́ alia reponitur cartilago læuis, tenuis, & mollis, ligamentiq́ naturæ quod ad substantiam spectat, nõnihil compos. Hæc ossibus nusquam adnascitur, sed tantum ligamentis articulum in orbem continentibus. Istius cartilaginis beneficio, durorum præsentis articuli ossium impetus exoluitur, & quo minus mutuo affrictu in ualidis assiduisq́ maxillæ motibus ossa rumpãtur, scitè præstat, unà cum cartilagine sinui & capitulo obnata. Ad hæc, inferior maxilla duobus utrinque donatur foraminibus, atque[d] alterum quidem in interiori ipsius regione, non procul à nunc commemoratis processibus, cernitur:[e] alterum uerò, in exteriori sede ad labri inferioris radicem, latusq́. Interius, quod & amplius, & inæquale seu asperum est, uiam præbet[f] portioni nerui tertij paris neruorum cerebri ad dentium radices dispersæ, unà cum uenula & arteria, quæ dentibus & inferiori maxillæ nutriendis, hoc foramen subeunt. Exterius uerò, eius nerui[g] sobolem ex maxilla in humilius labrum finit procidere, estq́ longè minus interiori. Porrò si setam exiccatæ maxillæ interno foramini indideris, eam ab hoc foramine ad externum usque leui opera ferri conspicies. & si maxillam effregeris, continuum iter ab uno foramine in alterum canalis modo cælatum obseruabis. Præter hæc foramina in maxillæ externa superficie alia prorsus nulla reperias, nisi fortè & alueolos præsepiolaq́ illis annumerare lubeat, quibus dentes instar cluorum infigi mox trademus. Quòd uerò horum sinuum alueorumq́ gratia, inferior maxilla crassior sit, hinc potissimùm constat, quòd in uetulis, illisq́ quibus dentes eruti sunt, ac in quibus ipsi dentium sinus succreuerunt, maxilla ab imo sursum multo tenuior & angustior efficiatur. Maxilla ubi dentes ipsi non infiguntur, eaq́ sede qua commemoratos nuper educit processus, latissima, &, si latera spectes, tenuissima,[h] intusq́ ac[i] exterius quasi amplo & in superficie tantum cauato sinu insculpta uisitur, quò aptius musculi maxillam, præter temporalem musculum attollentes, insertionem molirentur,[k] isq́ qui illorum in ore delitescit, minus sua crassitie ac mole faucium angustiam infarciret: adeò, ut intus magis quàm foris, maxilla meritò insinuetur. Quinetiã huic latiori maxillæ sedi id seperatim accidit, quòd aspera inæqualisq́ cernitur, idq́ potissimum iuxta huius sedis[l] inferiorem posterioremq́ regionem. quod etiam musculorum insertionis occasione rerum Opifex machinatur, non ignorans asperis inæqualibusq́ locis promptius aliquid adhærere, adnascíq́, quàm planis & glabris. Cæterùm hac etiã gratia interior maxillæ sedes ad mentum[m] aliquot tuberculis asperitatibus ue extuberat, ut [n] musculi (quorũ ope ipsa deorsum trahitur) suam insertionem ualidius conficerent, ac deniq́ [o] nonnulli linguæ peculiares musculi hinc aptius enascerentur. Tale quid etiam usuuenit in externa inferioris maxillæ sede, ad summi menti regionem,[p] ut hac ratione labri humilioris musculi commodiùs illinc, pronascerentur.

*Duo utrinq́ maxillæ processus.*

*Peculiaris in maxillarũ articulo cartilaginis effigies.*



*Maxillæ foramina.*

*Dentium alueoli.*

*Maxillæ in posteriori sede amplitudo, tenuitas, sinus, asperitates.*

a 1,2 figura C. & 6 musculorũ tabulæ, A, B.
b 1,2 fig. A. B.
c 5 fi. 6 capitis h.
d 2 fig. F.
c 1 fig. G.
f 2 fi. carũ quæ 2 ca. 4 lib. præponuntur T.
g dictæ figuræ V &
h musculorum tab. G,
h 2 fig. D.
i 1,2 fi. E.
k 6 musculorum tabula D.
l 1,2 fi. E.
m 2 fig. H.
n 5 muscul. tab. H, I.
o 1,2 fi. 19 cap. li. 2 H.
p 4 musc. tab. N.

DE



# DE DENTIBVS, QVI ETIAM ossium numero ascribuntur. Caput XI.




PRAESENTIS VNDECIMI CAPITIS FIGVRAE, ac ipsius characterum Index.

*HAC figura tam superioris maxillæ, quàm inferioris dentes, in altero latere exprimuntur. quum enim utriusque lateris par sit ratio, abundè est alterius lateris dentes ex maxillis eruptos delineasse. Si uerò dentes maxillis adhuc infixos contemplari uisum sit, superioris Capitis figuræ inferiorem commonstrant seriem, quemadmodum tertia & quinta sexti Capitis figuræ superiorem. ubi & quarta eius Capitis figura alueolos promptè ostendit, quibus dentes insigũntur. Quandoquidem ex caluaria, quam illa figura expressimus, studiò superioris maxillæ dentes euulsimus.*

AA *Dextri lateris octo superiores dentes.*
BB *Dextri lateris dentes octo inferiores.*
1,2 *Duo dextri lateris incisorij.* 3 *Dens caninus dexter.*
4,5,6, 7,8 *Quinque molares dextri. Hunc numerum & inferiori & superiori dentium classi accommodare integrum est. Nomina autem dentium, cum uarijs reliquorum ossium nomenclaturis, ex huius libri calce sumenda ueniũt: quòd in eum locum nomina, quæcunque mihi hactenus occurrere, duxerim reijcienda.*
C *Basis notatur molaris dentis.* D *Acies dentis incisorij.*
E *Media molaris dentis pars hic delineatur, sinum in dentibus conspicuum ostensura.*



*Dentes sentire. Libro quinto de Medicamentorũ compositione secundum locos.*

a 3 fi. 2 ca. li. 4 Set XX.

X OSSIBVS solos dentes sentiendi uim obtinere, Galenus nõ perfunctoriè attestatur, asserens se quoque dentium dolore uexatum, atque tum diligenter animum adhibuisse num dentes ipsi doleãt: sensisseq́ manifestò dentem nõ modò dolere, uerùm etiam pulsare, carnibus inflammatione obsessis non dissimiliter. Applantãtur enim dentium radicibus [a] molles quidam neruuli, à tertio neruorum cerebri coniugio propagati, quorum gratia dentes duntaxat euidenti inter ossa sentiendi facultate donatos credimus. Cæterum nonnulli Galeno haud acquiescentes, colligunt, dentem, quum os sit, citra dolorem affici: quemadmodum cum lima excessus dentium præsecare, aut ignitis ferris eos aliquando exurere cogimur. At quum in huiusmodi artis operibus ipsos sensu prædítos subinde experiamur, & à frigore potissimum molestari cognoscamus, meritò laudandus est immẽsus rerum Opifex, quem cæterorum ossium solis duntaxat dentibus notatu dignam sentiendi facultatẽ largitum arbitramur. Nouerat enim hos crebrò occursuros ijs quæ secant, uel frangunt, uel rodunt, uel ualide excalefaciunt, aut refrigerant, uel alia quauis occasione alterant: quibus omnibus dentes multò aliter, quàm reliqua ossa, nudi exponuntur. Quamobrem, si nulla sentiendi ui pollerẽt, à dolore homo neutiquam admoneretur, neque denti succurreret, quod infestat amoturus, priusquã molestati dentes uitiarentur. Porrò dentes non solum sensu, & quòd nudi sint, ab alijs ossibus distingui creduntur, uerum etiam quia hos plus cæteris ossibus semper enutriri, & quouis tempore uitæ incrementum accipere, ideo præcipuè arbitramur, quod dentes illis quos exemimus oppositi, subinde in eruti dentis locũ extra reliquam dentium seriem succrescant: ob hoc uidelicet, quod contrarijs dentibus non amplius atterantur. Reliqui enim dentes tantum augentur, quantum læuigandis cibis comminuuntur. Sunt autem plurimum dentes numero triginta duo, una serie in utraque maxilla sedecim, instar iustissimæ choreæ siti.[b] Quatuor priores aduersiue quia secant, incisorij uocantur: sunt enim lati & acuti, quò oblatum ipsis cibum mordendo cultri modo promptè abscindant, diuidantq́.

*Dentium numerus.*

*Incisorij.*

b 2. D.

Deinceps

Charact. 3.

Canini. Deinceps[c] canini utrinque singuli constituuntur, ampli quidem sua basi gingiuis proxima: ipsorum autem fine à gingiuis remoto, acuti, ut si quid propter duritiem ab incisorijs non præscinderetur, hoc illi confringerent. Porrò ipsis id nomen inditum est, quòd exertis canum (qui hos habent insignes) dentibus respondent. Post hos,[d] maxillares seu molares quini ab utroq; latere habentur, asperi, ampli, duri & magni, quò incisa ab incisorijs, effractaq; à caninis in læuorem exactum terere possint. Si enim prorsus læues crearentur, idonei ad proprium munus minimè existerent: quoniam ab inæqualibus asperisq; omnia melius teruntur. Propter hoc ipsum & molas, quibus fruges moliuntur, temporis processu diuq; minuendo læuigatas, rursus incidi atque exasperari uidemus. Neque si asperi quidem essent, non autem duri, plus commodi ex ijs esset, ut qui prius contererentur, quàm cibos in læuorem comminuerent. sunt enim dentes omnium ossium durissimi. Quinetiam, si asperi & duri facti, non essent unà & ampli, neque tales plus accommodarent illis concredito muneri, si modo quæ læuissimè atteri debeant, in amplis firmari basibus oporteat. Incisorijs enim & caninis nihil cõminuitur, propter strictam & angustam ipsorũ aciem. Quid si hæc omnia molares adipiscerẽtur, at interim parui essent, non ne & hoc solo illorum usus corrumperetur? quum plurimo atterendis cõminuendisq; cibis tempore indigeamus. Dentes ad unum omnes in maxillarũ sinibus clauorũ ritu infigũtur, qui propter imaginem, quam cum præsepibus brutorum habent, Græcis φατνιαι, Latinis præsepiola nuncupãtur. Hi nanq; singulis circundãtur dentibus, hosq; stringunt atq; adeò exactè retinent, ut non prompte uel tantillum commoueantur. Neque paribus radicibus omnes suis inseruntur præsepibus, quando quidem paruis una radix, duę uerò maioribus, tres & quatuor maximis obtigerunt. Incisorij enim singulis immittuntur radicibus. Caninj quoque radices singulas exigunt, qui incisoriorum radicibus multo altius infiguntur, tanto q; maiores sunt quantum caninorum robur excedit. Quanquam & inter incisorios duo medij insignioribus hæreãt radicibus, quàm duo laterales, caninis proximi, nimirũ quòd medij latiores grandioresq; sint. Molares radicibus inter se uariant. nam qui maxillæ inferiori sunt infixi, bini radicibus: qui superiori, ternis, subinde infiguntur. Differũt tamen & hi interdũ. qui nanq; suprà sunt, quaternis: qui infrà, ternis radicibus immitti aliquãdo deprehendũtur, præsertim duo denti intimo proximi. Dein frequentissimè duos molares superiores canino denti succedentes, duobus tantum immitti radicibus spectabis, tres reliquos ternis: sic & duos inferiores canino proximos una radice, tres reliquos duabus. Præterea obseruabis quoque omniũ intimos minoribus infigi radicibus, quàm illis attiguos. Incisoriorum & caninorum numerus, rarò in hominibus ut molarium, mutatur. Interdum enim in utroque latere quinque molares occurrunt, interdum quatuor: nonnunquam quatuor à sinistris, quinque uerò à dextris: uel contrà in sinistris quinque, ex dextris quatuor: uel infrà quatuor, suprà autem quinque. quam differentiam potissimum pariũt postremi dentes, quos plerique genuinos uocant, etiam si Cicero ita molares uocauerit. Sunt autem illi, qui primùm post pubertatem uenerisq; usum hominibus cum maximis subinde cruciatibus prodeunt: id quod medici parum obseruantes, aut alios dentes euellunt, aut humorũ uitio eos infestari sibi persuadentes, ægros catapotijs atq; id genus pharmacis obruunt, quum dolore affectis nullum leui gingiuarum ad postremum dentem scarificatione, ac interdum ossis pertusione, præsentius remedium adferri possit. id quod ipse etiam modò experior, cui hæc scribenti trigesimus secundus dens ætatis uigesimo sexto anno succrescit. Atque id etiam arguunt permultæ caluariæ in cemiterijs occurrẽtes, in quibus posteriores illi dentes ueluti in cauea quapiã adhuc reponuntur ac latitant, quibusdã suæ basis apicibus os tenuissimum perforantes. Cuiusmodi caluariam nuper mihi exhibuit humanæ fabricæ quàm studiosissimus ac ualde peritus iuuenis, IOANNES PAVLVS GVLDVCIVS VRBINAS, mihi amicissimus. Cæterùm Aristoteles, alijq; complures uiris copiosiores dentes quàm mulieribus asscribunt: quòd cuiuis non minus promptum est experiri, quàm mihi falsum id esse dicere, quum nulli nõ dentes numerare liceat: ex quorũ frequentia plerique etiam uitæ longitudinem breuitatemq; arguunt. Dentes non solum dictos nunc præstant usus, uerum etiam ad uocis modulationem iuuant, quum dura lapideaq; conformentur substantia,[e] exiguas, sed notatu dignas cauitates intus obtinente: quæ ut dentes leuiores sint, commodiusq; accipiant nutrimentum, occasionem præbent. Atque huius cauitatis causa, si quãdo dentibus foramina ex humorũ acrium erodentiumq; influxu oboriãtur, quæ ad eam cauitatem usq; pertingãt ocyssime dentes ad radicis usq; extrema eroduntur. Deinde puerorũ dentes imperfectis & mollibus & quasi medullosis cõstare radicibus, non prætereundum est: quemadmodum & pueris dentium partem extra gingiuas conspicuam, dentis radici appendicis modo committi. Atque id quidem uel pueri didicimus, quum nobis socijsq; uacillantes dentes,

Molares. 4,5,6,7,8.

Dens molaris C insignitur.

Quĩ dẽtes maxillis infingantur.

Dentium radices.

In ea. initio eam quæ se ptius occurrit radicum seriem expressimus.

Dentium numerũ aliquando uariare.

Genuini dentes.

Dentium cauitas.

Dens E insignitus.

Dentium appendices.



dentes, & præcipuè incisorios, unguibus aut filo denti circundato, eximere cõsueuimus. Quin & in mulis quoque, ac multis canibus dentium reseruatis radicibus, ipsorum appendices proci dere indies obseruamus. Atque postremum illud profectò accuratissimè expendendũ est, ne pueris effracti alicuius ex casu dentis reliquam portionem unquam eruamus, sed duntaxat appendicem, in cuius locum alia (modò radix seruetur) promptè succrescet. Dein plurimum id quoque in pueris animaduertisse cõducit, quibus mox ab ineunte ætate molares dentes erodi uitiariq; solent. In his nanque operæprecium est, molarium dentium appendices (quæ non ita ut incisoriorum procidere in ipsis solent) auferre, quò nouæ earum loco succedant, dentesq; integri seruentur. Si enim appendicum unio ætatis progressu firmetur, appendix nunquam decidet. quinimò uel pubertatis tempore aliquot dentes cum radicibus, ob erosionis uitium, plerunque ueniunt eruendi.

## DE OSSIVM CAPITIS ET MAxillæ superioris foraminibus. Caput XII.

Cur foraminũ descriptio instituatur.

QVANDOQVIDEM in uenarum, neruorum & arteriarum descriptionibus, foraminum capitis ignorantia non modicum obscuritatis paritura esset, dein quia in illis enarrandis (quũ cognitu sint difficillima) Anatomicorum præcipui multum aberrauerunt, operæprecium iam duxerim, hoc Caput omnibus capitis foraminibus dedicare, ac singula quæ accurata diligentiq; sectione manifestò deprehendi, modò recensere, ut in uasorum & neruorum quarundamq; membranarũ cerebri enarratione, huc studiosus discendiq; cupidus lector recurrere possit, & foramen cuius mentio incidet, perpetuò in promptu habeat. Vt uerò id fiat compendiosius, quatuor figuras præsenti negotio famulantes, huc reponam, unumquodq; foramen cum ipsi præfixo charactere seorsum ita enarraturus, ut sermo simul characterum Indicis & Capitis contextus uices opportunè suppleat. Inde si casu, aut ex industria aliquis sinus uel processus antea fuerit omissus, illum etiam nunc describam.

### PRIMA XII CAPITIS FIGVRA.



*PRAESENS figura anteriorem caluariæ sedem exprimit, ac proinde omnia etiam foramina in oculi sede maxillaq; superiori, in hac superficie apparentia, proponit. Caninum autem caput humanæ caluariæ subiectum, iam prius maxillæ superioris ossibus suturisq; indicandis unicè, perinde ac tota hæc figura, iuuit.*

SECVN-

## SECVNDA DVODECIMI CAPITIS FIGVRA.



*HAC figura caluariæ basis exteriorem faciem, quà palatum respicit, delineauimus. Nos enim hic caluam, seu caluariam, aut capitis ossa non octo illa quæ prius in sexto & nono Capitib. ossa capitis uocata sunt, nominabimus: aut cum Aristotele capitis tantum partem capillis tectam: uerùm octo illis ossibus maxillã superiorem adijciemus, idq; caluariam seu caput modò dicemus, quod in cemiterijs passim reperitur, & caluariæ loco pingitur. Quòd autem suprà capitis ossa à maxillæ superioris ossib. distinxerimus, Galeni nomine & euidentioris doctrinæ studio factum fuisse, hactenus abundè licuit colligere.*

## TERTIA DVODECIMI CAPITIS FIGVRA,
### INTERNAM CALVARIAE BASIM COMMONSTRANS.



QVARTA



## QVARTA DVODECIMI CAPITIS FIGVRA.



*QVARTA, internam caluariæ sedem superioris ipsius partis ostendit, quam à tertiæ figuræ caluaria serra ita resecuimus, ut caluariam cerebri harmoniam ostensuri diuidere solemus. Age igitur characterum indicem aggrediamur, & singulis characteribus eius figuræ cui peculiares sunt, numerum subijciamus, prius adhuc admonentes, nõ parum foraminibus quibusdam intelligendis eam figuram iuuare, quæ octaua sexti Capitis habebatur, interiorem ostendens ossis cuneum referentis, & octaui capitis ossis, quæ cerebrum spectat superficiem. Eam enim figuram cum interna tertiæ huius Capitis figuræ sede, secundum cuneiformis ossis & octaui capitis ossis descriptionem, conferre plurimùm conduxerit.*

A 1 Foramen ad medium supercilij incisum, quo[a] ramus minoris tertij paris neruorum cerebri radicis ex oculi sede ad frontis musculosam cutem dispergitur. Hoc in utroque latere non semper perfectũ orbiculareq; existit foramen, sed subinde sinus duntaxat semicirculi ritu exculptus apparet. Aliquando in uno quidem latere foramen, in altero autem semicircularis tantũ sinus, perinde atque hîc in prima figura, cernitur. Foramen hoc frontis ossi proprium est, quod aliquot I prima huius Capitis figura insignitum cernitur. Verùm non est, quòd aut hîc in orationis contextu, aut in margine os aliquod adnotem, quum character foramen indicans, etiam os cui id insculpitur, promptè doceat.

[a] 2 *fi. ante* 2 *ca. libri* 4 *positæ* N, *&* 4. *musculorum tabule* H.

B 1 Foramen, quo dictæ minoris tertij paris neruorũ cerebri radicis[a] soboles, ex oculorũ sede in genas ad superioris labri & alarũ nasi musculos procidit. Præsens foramen instar oblõgi meatus in quarto superioris maxillæ osse sculpitur, & in anteriori maxillæ sede ubi in prima figura B ponit, foraminis huius ductus penitius in osse cælatur. Per oculi uerò sedem, tantũ tenui ac squamæ similimo osse tegitur: quam regionem ∧ in oculi sede conspicuo, insigniuimus.

[a] 2 *fi. 2. ca. lib. 4. O, & 4. musculorum tab. I.*

C 1 Foramen nunc cõmemorato amplius, quod ex magno interno ue oculi angulo in narium cauitatem rectà deorsum pertinet, secundo superioris maxillæ ossi, & quarto pariter cõmune. Istud[a] portiunculæ minoris tertij paris neruorum cerebri radicis uiam præbet, & nonnihil pituitæ ex cerebro ad oculi sedem confluentis, ad nares transmittere creditur. Cæterùm præter id foramen, aliud quoque grandius pituitæ ex oculi sede in narium amplitudinem, hincq; magis ad fauces quàm nasum defluxui, præparatur. Quod quũ profundius latitet, neq; ullo pacto præpositis iam figuris indicari possit, quartam adito figuram sexto Capiti præpositam, à qua iugale os (quò cauum temporis exactius oculis subijceretur) execuimus, illi figuræ ⊕ ascribentes, ut saltem foraminis huius in cuneiformi osse incisi sedes indicaretur. Quo autem id magis in caluarijs cõspectum fugit, eo minus quoq; mirandũ est, hoc quacunq; etiam dignum sit animaduersione, dissectionis proceres latuisse.

[a] 2 *fi. 2 cap. lib. 5. P.*

D 1, 2 Præsens foramen omnium quæ in oculi sede conspiciuntur, facile maximum occurrit, & dictæ iam sæpius minoris tertij paris neruorũ cerebri radicis [a] ramulo uiam dat, in temporalem musculum & mansorium ex oculorum sede porrecto. Neque huius duntaxat neruuli nomine patens illud oblongumq; foramen excultum est, at musculi temporalis exortui hinc quoq; robur accedit. Ad hæc pituitæ, ad grandius in narium cauitatem pertinens foramen (quod ⊕ expressimus) defluenti, uiam præbet. Quinetiã præparatum uidetur [b] neruulo cuidam, quem iuxta quinti paris neruorum cerebri radicem educi, nos primùm obseruauimus. Quippe neruulus ille per proprium foramen paulo posterius H notandum porrigitur in temporalem musculum & mansorium, illumq; qui in ore delitescens, etiam attollendæ maxillæ famulatur. Cæterùm rima hæc, seu oblongum foramen D insignitum, ad cuneiforme os, & quartum os maxillæ superioris pertinet.

a 2 fi. 2. ca. lib. 4 Q.

b 2 fi. 2 cap. libri 4. d.

E 1, 3 E in tertia figura posito, & E in utrisq; oculorũ sedibus primæ figuræ foramen indicatur, in sedis oculi radice seu uertice elatissimũ, & in cuneiformi osse incisum, quod foris quà oculi sedẽ spectat, prorsus orbiculare cernitur, [a] neruo uisorio (cuius gratia excultum est) amplitudine respondens. Verùm interiùs ubi cerebro propius accedit, iuxta externũ ipsius latus, exiguum eundemq; acutum obtinet angulũ, qui uenulæ cum uisorio neruo hac excidente paratur. Angulum hunc γ notat. Is nanq; inter E & γ in tertia huius Capitis figura consistit.

a 13 fi. li. 7 N, O.

γ. F 3 Huic sinui cuneiformi ossi inciso, uisoriorum neruorum [a] coitus innititur.

a 13. fi. lib. 7 M.

G 1, 3 G in primæ figuræ sinistra oculi sede occurrit, in tertia autem figura G dextrum eius figuræ latus ideo occupat, quòd in sinistro latere foramen G indicatum, nusquam obuiũ sit, eò quòd huius figuræ caluaria in latus uel istius foraminis aliquo modo uidendi nomine, inflexerimus. Insculpitur autẽ cuneiformi ossi, ac humiliori sui parte paulo minus toto orbiculare est, elatiori uerò in acutum longumq; & angustum desinit angulum. Foramen hoc, etiãsi Galeno secus uisum sit, nerui uisorij foramen amplitudine uincit. & si similiter atq; illud prorsus orbiculare esset, facile triplo, aut quadruplo amplius efficeretur. Nihilominus tamen humilior ipsius pars, quam paulo minus toto orbiculare esse diximus) uisorij nerui foraminis amplitudinem adhuc longè superat. Præsens foramen cælatur gratia [a] secundi paris neruorum cerebri, in oculi sedem ad mouendos oculi musculos progredientis, dein gratia [b] minoris tertij paris neruorum cerebri radicis, quæ frontis cuti, superioris maxillæ in facie musculis, in nares & musculos inferiorem maxillam attollentes, digeritur. Hæc quidem per humiliorem foraminis sedem proci dunt, unà cum [c] insigni ramo soporalis arteriæ, quam reticularem plexum in homine quidam efformare comminiscuntur. Verum per elatiorem foraminis sedem, quæ in angustum longumq; angulum cogitur, [d] uena ex oculorũ sede, ab illis quæ temporalem adeunt musculum, duræ membranæ hîc distribuitur, & suæ distributioni in caluariæ basi sinus inibi exculptos gerit, uenularum tuberibus congruentes, & in ea caluariæ sede conspicuos, cui in tertia figura ☾ inscribitur. Neque profectò neruis his duntaxat, & uenæ, & nuper dictæ insigni arteriæ, amplum id foramen excauatur: uerum etiam pituitæ ex cerebro in oculi sedem, & hinc in narium amplitudinem promananti, quemadmodum sectio luculentissimè iuxtà ac iucundissimè ostendit, adeò ut nulla ratione magna hæc foraminis amplitudo, neruis illis, & uenæ, & arteriæ par conspiciatur.

*Lib. 9. de V. fu partium.* *Quoniã præsens foramen obscurè in huius Capitis figuris cernitur, hîc foramînis dextri lateris effigiem delineaui, atq; humiliorem ipsius partem A, superiorem uerò seu eiusdem foraminis angulum, insignaui. Quanquam utriusq; lateris foramen etiam pulchrè in octaua sexti Capitis figura in conspicuo sit.*

a 14 fi. 7 libri G.

b eadem figura H.

c fig. ca. 14. lib. 3 X.

d eadem fi. G. & 13 fig. lib. 7 H.

H 1, 3 Foramen orbiculare, & in osse longius quàm duo proximè commemorata procedens, & arctius quoq;. Hoc in cuneiformi osse cum reliquis [a] neruuli gratia exculpitur, quem nõ procul à præcipua quinti paris radice pronasci audies. Præsens foramen in tertiæ figuræ dextro latere sub G positũ, paulo grandius uisitur foramine in sinistro latere conspicuo, quòd interdũ præter neruulũ illum etiam tertij paris [b] minorem radicem transmittat, quam per foramen G insignitum deduci, paulo superius commemoratum est.

a 14 fi. libri 7 L.

b 14. fi. 7 libri H.

I 3 Hac sede in octauo capitis osse [a] multa, sed exigua spectantur foramina, odorum & aëris in inspirationibus ad cerebrum ingressus nomine, incisa. Hæc non ut hactenus dicta, ipso ductu recta sunt, & utrinque peruia, sed obliqua, & anfractuosa, spongiarumq; foraminibus similia. Inter reliqua tamen utrinque unum est rectum & grande satis, quod primum quodãmodo est, & anticæ frontis ossis sedi proximum, [b] uenam ad duram cerebri membranam ex narium amplitudine exporrectam transmittens. Verum cætera interim foramina, etiam recta & utrinque pertusa uiderentur, si modò interiora narium ossicula in ipsorum summo nõ pari semper numero reposita, & insigniter fungosa, & nonnihil membranea cartilagineaq; eximerentur.

a 12 fi. lib. 7 E.

b 13 fi. lib. 7 G. & fi. ca. 14 lib. 3 H.

Num



Num uerò hæc foraminula pituitæ cerebri expurgandæ etiam efformẽtur, septimo libro pertractabimus. In presentia tamen addendum duxi, his nunquam nisi oppleto cerebro pituitam excolari, & leuissima pituitæ copia hac defluente, ea foramina obturari, aliaq; grauedinis symptomata induci. Insuper admonendus es, in omnibus caluarijs non æquè frequentia hîc apparere foramina, quemadmodum & [c] sedes quibus [d] olfactus reponuntur organa, non pariter amplæ in singulis conspiciuntur. Cæterum canis animal minime pituitosum, sed exactissimo odoratu præditum, ut has sedes habet amplissimas, ita quoque permulta admodumq; patentia in illis cernuntur foramina antrorsum, non autem ut homini deorsum, spectantia.

c 12 fig. 7 li. bri E.

d eadem figura D.

K 3, 4 Cauitas inter duas frontis os constituentes squamas reposita, quam nonnulli olfactus organum esse asserunt, propter aërem in illa conclusum, quem odoratui mirificè necessarium esse non ambigimus. Quàm uerò hæc cauitas capax sit, promptè obseruabis, si frontis os in superciliorum regione fregeris. est enim amplissima, & molliusculũ corpus membranula obductum complectitur, quod medullæ quodãmodo respondet: uniuersum tamen eiusmodi est, ut nullũ simile in toto corpore reperias, præterquã in [a] cauernis antris ue in cuneiformi osse crebro conspicuis. Præterea quibus gallico morbo anterior frontis ossis squama eroditur, aut uulnere perfringitur, tanto impetu in expiratione aërem ex cauitate illa propelli cernimus, ut etiam is candelæ lumen promptissimè exufflet. Præsens enim cauitas non solum ad superciliorum sedem & quibusdam recõditis foraminibus in narium amplitudinem pertinet, sed etiam in eam frontis ossis porrigitur partem, quam superiorẽ sedis oculi regionem cõstituere dictum est.

a 8 fi. 6 ca. C, D.

L 3 Foramen, aut rima potius, talis formæ, qualem unguis apice quis ceræ imprimeret: quæ [a] duræ cerebri membranæ hîc firmandæ extruitur. Necessum quippe erat, non hîc solum ubi ea membrana multis foraminibus est peruia, uerum alijs compluribus locis, caluariæ alligari, & duram membranam fibras uinculaq; per caluariam transmittere. Licet etiam istas rimas aëri in cerebrum ducendo aliquid auxiliari intueberis, si illas intrusa seta, in nuperrimè dictam frontis ossis cauitatem nariumq; amplitudinem desinere expenderis, ac præterea in ossis cuneum imitantis antra pertinere animaduerteris.

Sub D 13 fi. 7 libri.

M 3 Sinus in cuneiforme osse incisus, ac glandulam cõtinens, cui ex cerebro defluens pituita instillat, quam deinde per os sinũ hunc efformãs in palatũ manare Galenus prodidit: per ipsum cribri aut spongiæ modo foraminibus peruium, pituitam colari asserens. Hanc sententiam, nisi mea quædam in Galenum pietas remoraretur, non minus à uero alienam ostenderem, quàm quod maxime. Quandoquidem hæc ossis sedes, quę ossis cuneiformis medium existit, neutiquã spongiæ, multoq; adhuc minus cribri instar perforatur, quum inibi solida continuaq; constet squama, intus amplas illas cauitates plerunque continente, quas octaua sexti Capitis figura expressimus, quæq; non nisi effracto prius osse in conspectum ueniunt. Per huiusmodi itaque ossis cuneiformis foramina (quum nulla sint) pituita haudquaquã descẽdit. Verùm à sinu M notato utrinque duo deriuantur ductus, sinuum modo exculpti, quorum prior ad secundum foramen nobis in oculi sedis radice enarratum ac G insignitũ tendit, & pituitam in oculi sedem, & hinc per foramina, quæ prius C & ⊕ expressimus, defert. Posterior sinus ad asperum inæqualeq; foramen, seu rimam potius deorsum porrigitur, quà pituita ori palato ue potissimũ influit, & aër quoque inter spirandum caluariam petit. Rimam hanc temporis ossi & occipitij communem, N notauimus in sinistro latere secundæ figuræ, & in dextro tertiæ. Ductus uerò & sinus non adeò commodè (quum non admodũ cauì uideantur) in tertia figura se spectandos offerunt. quanquam interim priorem sinum O, posteriorem uerò P in eadem figura indicauerimus, ut his adiutus characteribus sinuũ sedem in ueris caluarijs ocyus adinuenias. Processibus qui orbiculatim circa sinum M insignitum apparent, [a] dura cerebri membrana firmissimè adnascitur, ac ueluti ea sede sustinetur, qua hîc à caluariæ basi abscedit, insignioresq; soporaliũ arteriarum ramos, & commemoratas nuper quæ pituitam deducant uias, sibi subditas habet.

*Meatus purgandæ cerebri pituitæ parati. Lib. 9 de V fu partium.*

*Quoniam hæc septimo libro peculiaris figura quantumuis rudis præsenti loco accuratius intelligendo nõ inutilis est, hîc illã adieci. A glandulam indicans, cui pituita influit. B peluim ex tenui membrana cerebri extructã. C, D, E, F quatuor ueluti ductus à glande pituitam deducentes.*

a 15 fi. 7 li.

Q 2, 3 Ad latus inæqualis asperæq; rimæ seu foraminis N notati, uersus anteriora magis, aliud occurrit foramen in cuneiformi osse incisum, quod læue est, & non ad amussim orbiculare, sed circulo respondet utrinque modice in longum compresso. Hac enim effigie foramen insinuari decuit, quod duo teretia corpora inuicem membranis connexa, erat transmissurum. [a] Tertij nanque paris neruorum cerebri crassiori, & præcipuæ radici simul cum [b] quarto pari uiam præbet.

a b 14 fi. li bri 7 I, K. & 2 fi. 2 ca. 4 li. M Z.

R 2,3 Rursus ad externum foraminis Q indicati latus, aliud multo minus hoc, & exactè orbiculatum, in cuneiformi osse cernitur, quo internæ iugularis uenæ[c] portio à soporali abscedens arteria, caluariam subintrat. Aliquando exiguum foramen ad internum latus foraminis, duo nuper cõmemorata neruorum paria transmittentis, obseruatur, eiusdem uenæ ramulo paratum. Verum id in uno caluariæ latere rarò uisitur, atque adhuc multo rarius in utroque. Nos tamen id foramen sinistro lateri (quod inter cæteras caluarias una hoc donata foramine obtigisset, quæ cæteris omnibus elegantior uisa est) hîc quoque appinximus, ac S in secunda & tertia figuris insigniuimus. Ab hoc foramine sinus per interiora caluariæ ascendunt, conuexo dimidiatæ uenæ congruentes: & in hoc cælati, ne caluariæ os[d] sinus in dura cerebri membrana uenarum modo ductos, premat constringatq;. Hos caluariæ sinus in tertia figura & quarta aliquot T, T notauimus.

c fi. ca. 14 libri 3 F.

S. T T.

d 1 fi. 7 lib. D, D.

V 2 Foramen hoc in externa caluariæ basis sede obuium, cõmodè uideri nequit. hinc enim obliquè uersus exteriora protensum,[a] in auditorij organi cauitatem temporis ossi insculptam desinit. Quare etiam id paulo pòst cum aliquot auditorij organi foraminibus delineatum, rursus subijciam. Efformatur autem id, ut uiam porrigat quintæ coniugationis neruorum cerebri[b] ramulo, ab auditus organi cauitate hàc ad musculos inferiorem maxillam attollentes excurrenti. Insuper hoc etiam foramine iugularis internæ[c] soboles, auditus organum petit. ac aër etiam in temporis ossis antrum auditus organo proprium, per id foramen fertur. Id quod facilè perceperis, si attracto in os aëre, illum quasi per aures propellere conaberis, in auribus sonum percepturus uentorum, aut aquæ turbinum sonis parum absimilem.

a Præcipua Pars figuræ 8 capitis.

b 2 fi. 2 cap. libri 4 b.

c fi. ca. 14 libri 3 n.

X 2,3 Insigne foramen maiori soporalis arteriæ[a] ramo caluariã ingredienti excauatum, quod non rectà caluariã perforat, sed instar oblongi meatus, ex posterioribus obliquè introrsum in priora temporis ossi insculpitur. Ossis pars hoc foramine perua, ubi deorsum ad fauces spectat, ac in secunda figura œ notatur, instar pumicis aspera inæqualisq; uisitur. Cæterùm huius foraminis progressum commonstrãt X in secunda & tertia figuris positum, & deinde hæc quam modò adijcimus figura, in qua X & Y, ut & in maioribus figuris, situ inuicem minimè respondent. Hunc uerò obliquum & in osse longo tramite procedentem ductum, Natura effinxit longioris obliquioris q; arteriæ soporalis progressus gratia, nimirum ut uitalis spiritus hoc errabundo ductus itinere, cerebro exquisitius præpararetur. Quare etiam Galenũ in primis admiror, quem cum plerisque alijs foraminibus grande hoc foramen, non obiter expendendum, latuit: & qui per foramen tertij & quarti paris neruorũ cerebri Q indicatum, soporales arterias caluariam ingredi in suo de Simiæ uenarum arteriarum q; dissectione libro, scriptum reliquit. Et quemadmodum de hoc foramine, neque canes, neque simias hîc intuitus, falsa posteris tradidit: ita non mirum est, ipsum mirabilem illum reticularem plexum sua imaginatione in hominibus quoq; confixisse, ac uasorum cerebri seriem non undiquaque ueram memoriæ prodidisse.

a fi. ca. 14 libri 3. L.

œ.

*Præsens figura foraminib. X & Y notatis, promptius ostendis iuuat. compleclitur enim utriusq; lateris foraminũ ductus, easerie positos, qua illi in caluaria immissis setis, aut ex plumbo filis ferri cernuntur. Vtriq; igitur X sinistrum foramen notat, maximo sinistræ soporalis arteriæ ramo paratum. utrumq; uero Y foramen indicat, soporalis arteriæ ramulo in narium amplitudinem excurrenti incisum.*



Y 3 E regione foraminis nunc dicti, ac X insigniti finis, qui caluariæ amplitudinem respicit, aliud foramen inchoatur, rectà antrorsum in narium usq; amplitudinem, meatus oblongi modo protensum, & arteriæ[a] ramo uiam exhibens, qui à soporalis arteriæ maiori portione caluariam ingrediẽte, ad nares usq; exporrigitur, inibi cum alijs eò porrectis arteriæ furculis pulsum edens sensibilem. Hoc foramen cuneiformi ossi peculiare censebis.

a fi. ca. 14 libri 3 fi.

a 2,3 Quinti neruorum cerebri[a] paris meatus, auditorius ue porus, cuius principium interiùs in caluariæ amplitudine, a notat in tertia figura positum. Exteriorem autẽ ipsius partem, quæ ab aure excipitur, ac auriculæ quodammodo respondet, asperaq; uisitur, a secundæ figuræ indicat. Meatus iste etsi intus admodum amplus cauusq; sit, adeò tamen tortuosus & anfractuosus ac impense uarius inuenit, ut nõ nisi rarissimè impulsam transmittat setam, licet quo minus seta transmittatur, non ipsius meatus gyri anfractus ue in causa tantum sint, uerùm etiam quòd is ad aurem, & dein quà cerebrum respicit, arctior euaserit, quàm in[b] medio, ubi admodum amplus latusq; uisitur. Verum interim haud quaq; audiendus est Aristoteles, quum ab aure ad cerebrum nullum asserit pendere meatum. At in oris palatum usque semitam pertingere, & uenam de cerebro eódem descendere, inquit. In caluariæ enim amplitudinem auditorius meatus pertinet, & [c] uenam quoque admittit: non quidem illam à cerebro deducens, uerum eam ab interna iugulari caluariam ingredienti ad auditus organũ assumit, & uti antea monuimus, quinti paris neruorum cerebri ramulo uiam præbet. Præterea si setam auditus meatui exterius indideris, hanc q; modicè in anteriora introrsum q; obliquè protruseris, in foramen V notatũ, illam multo facilius quàm in caluariæ amplitudinem ferri conspicies.

a 2 fi. ca. 2 libri 4 d.

*Hanc rudem figuram in hoc apposui, ut foraminum ductus in conspectu esset, quæ V et a et b notamus. Significet igitur rudi Minerua, utrunq; a auditorium meatum. V foramen, superius V notatum. b autem, id quod mox sub litera b explicabitur.*



*Præsens figura ad sinistrum latus est referenda.*

b fig. 8 cap. libri 1.



*Libro primo Historiæ animalium Capite undecimo*

,, ,, c fi. ca. 14 libri 3 n.

b 2 Foramen ex auditus organi amplitudinis medio exortũ, ac illinc in posteriora porrectum. Hoc anfractuũ & labyrinthorum occasione, & quia in internam caluariæ sedem non pertinet, immissam non transmittit seta m. Præparatur autem[a] ramulo nerui quinti paris, quem quũ Natura indurescere uoluerit, admodum callidè hunc per durissimi siccissimiq; ossis anfractuosum foramen deduxit. Vocatur uerò omnibus dissectionum professoribus τυφλὸν, cæcum & monoculum, non quòd uerus peruiusq; meatus non sit, sed quòd uix ad auditus organi amplitudinem usque seta m aut plumbeum filum admittat. Istud foramen lupis & canibus, quibus id supra mãmillaris processus radicis sedem habetur multo amplius grandiusq; cõtigit, quàm hominibus. Forsitan nonnulli foramen ex auditorio meatu in priora protensum, ac V insignitum, cæcum appellant. Vtcunq; uerò sit, hoc foramen V, aut illud b notatum ignorarunt. quanquam sanè hactenus apud neminem, uel unum foramen digna descriptione expressum reperi, quum interim foraminum speculatio sit iucundissima, illaq; maximam Naturæ arguant industriam.

a 2 fi. cap. libri 4 b.

*Foramen cæcum.*

c 2,3 Foramen occipitis ossi & temporis ossi commune, ac[a] sexto pari neruorum cerebri, & [b] maiori internæ iugularis uenæ ramo, minoriq; soporalis arteriæ soboli exculptũ. Istud, quia hàc transeuntia organa grãdiora sunt, amplum uisitur, transeuntium corporum formæ respondens. Non enim examussim circulare est, sed quodammodo geminum intortumq;, & ipsius una pars (quæ interior est) neruo ex caluaria antrorsum, quodammodo elabenti paratur: altera uerò (quæ exterior est) uenæ & arteriæ caluariam ad posteriora ingredientibus subseruit.

a 9 fi. ca. 7 lib. N.

b fi. ca. 14 libri 3. C. de in l.

*Hic seorsim quod modò describitur foramen expressimus, interiori quidẽ ipsius parti θ, exteriori autem ι ascribentes.*

θ ι

d 2,3 Foramen in occipitij osse gratia[a] nerui septimi paris neruorum cerebri incisum, quod quidem orbiculare est, sed ductu oblongum obliquumq;. Ex posterioribus enim, internaq; caluariæ sede decliue fertur, quò citius septimi paris neruus hoc ductus foramine, sexto pari commiteretur, unaq; ambo simul hærentes, deorsum tutò descenderent.

a 9 fi. lib. 7 O & 2 fig. ca. 2. li. 4 r.

e 2,3 Foramen unicum, cæterisq; omnibus facile maximum, quod occipitis ossi insinuatur, gratia[a] dorsalis medullæ ex cerebro originem ducentis.

a 9 fi. li. 7 H.

f 2 Non insigniter amplum foramen, quod ab externa caluariæ sede, ex posteriori nimirum sede[a] capitis occipitij ossis, quod primæ ceruicis uertebræ articulatur, incipiens, in internã caluariæ sedem longo ductu per os fertur, in elatiori sede septimi paris neruorum cerebri foraminis d notati cessans. Hoc [b] uenæ & [b] arteriæ gratia cælatur, per transuersos uertebrarũ ceruicis processus sursum conscendentiũ. Cæterùm in quibusdam caluarijs id foramen in altero latere aliquãdo deesse reperies, interdũ etiam in utroq; uerùm tunc huius foraminis uices gerit septimi paris neruorum cerebri foramen d insignitum, quod tunc non ad amussim orbiculare cernitur, sed oblongum, neruo simul cum uena arteriaq; transmittendo idoneum.

a 5 fi. 6 capitis l. b fi. cap. 14. lib. 3. D. & K.

g 2,3 Foramen id ad posteriorem regionem processus mãmillaris, iuxta futuræ ʌ referentis[a] latus in temporis osse cælatur, & transuersim caluariam ingrediens, uiam externæ iugularis uenæ[b] ramo hac caluariam petenti, offert. Animaduerti interdum id foramen, modò in altero latere, modò in utroque defuisse.

a 3. 4, 5 fig. 6 cap. C. b fi. ca. 14. libri 3 E.

*Caluariæ sinus duræ mẽbranæ uasis cedentes.*

[a] In tertia figura, non oscitanter sinus in interna caluariæ amplitudine, qua cerebrum continetur, animaduertendus uenit, in quem tria foramina c & f & g insignita, & uenis arterijsq; transmittendis parata subeunt. A' sexti enim neruorum cerebri paris foramine c notato, & interna parte foraminis f insigniti, in dextra sinistraq; caluariæ sede sinus incipit, quem in sinistro latere h, h & h indicauimus, in dextro autem tribus i. Sinus isti obliquè instar quartæ circuli partis sursum in posteriora tantisper conscendunt, dum dexter sinistro inibi committatur, ubi k reposuimus. Huius enim coitus sedes in media regione occipitis ossis uisitur, quæ inter elatissimam futuræ ʌ exprimentis[b] regionem, & posteriorem foraminis dorsalem medullam transmittentis, ac e insigniti regionem, media consistit, & k inscribitur, ubi occipitis os crassissimum densissimumq; esse, in eius ossis historia retulimus. Ex hoc duorũ sinuum congressu, alius rectà sursum fertur, sub eminentissima parte futuræ ʌ similis, & sub tota sagittali sutura,

a Vide hic præter figuræ ca. 14. li. 3 M, N, O, P. etiam 7 fi. lib. 7. P, Q, R, S. de in 9 fi. S, T. insuper 1 fi. C, & 2 fig. B. b fi. 3. cap. 6 D.

h, h, h. i, i, i. k.

& frontis osse usque ad olfactus organorum sedium septum, ν quodammodo in tertia figura
ll insignitum. Hunc sinum quarta figura aliquot l notatum gerit. tertia autem in frontis osse, li-
m tera m eundem indicat. Cæterùm sinus hi exculpuntur duræ cerebri membranæ gratia, cuius
uasis ipsos ne illa caluariæ ossibus præmerẽtur, cedere tunc audies, quando cerebri uasorum
non minus elegantem quàm arduam, parumq; ab alijs dissectionis professoribus animaduer
sam seriem, in tertio libro exequar.

ν, o 2 Animum accommoda quartæ figuræ palato, in quo his characteribus ampla narium fora-
x mina septo quodam insigni x notato interstincta, & in faucium amplitudinem è naribus ten-
dentia, ν ac o indicantur. Hæc etsi homini ad plurima conducant, præcipuè tamen naturali
inspirationi uociq; idonea censentur.

p 2 Foramen hoc iuxta posteriorem dentium incisoriorum sedem ex palato in narium amplitu
dinem desinit, quartisq; maxillæ superioris ossibus commune habetur. Deinde hominibus
unicum adest, equis uerò & canibus geminum. Paratur autẽ gratia connexus, consensusq; [a] tu- a 2 fig. 2 ca-
nicæ palatum succingentis, cum illa [b] quæ narium amplitudini obducitur. Portiuncula enim il pitis lib. 4.
lius tunicæ simul cum uenula, & item arteriola, id pertransit. præpositæ
inferius Z.

q 2 Ad palati finem iuxta maxillæ superioris sexta ossa, utrinque duo uisuntur foramina: unum b Eiusdẽ fi-
λ quidem altero prius, & amplius. prius enim anteriusue ac λ insignitum, notatu dignæ est am guræ humi-
plitudinis, ex palato sursum in posteriora ad oculi sedis uerticem radicemue properans. Inibi lius P.
enim desinit, ubi foramen occurrit, quod alterum pituitam in nares expurgantium esse retuli-
κ mus, atque sub litera φ iam antea descripsimus. Posterius autem κ notatur, estq; exiguum
omnino, & sursum ascendens, aliquando in idem foramen cum anteriori λ insignito termina-
tur. Interdum uerò peculiarem terminum, in futura cuneiformi ossi & quarto superioris ma-
xillæ communi adipiscitur. Præter foramina hactenus commemorata, si caluariam in ma- *Foraminula per caluariæ amplitudinem sparsim obuia.*
nus sumpseris, alia quamplurima (sed exilia) obseruabis, uenis transmittendis & membrana-
rum nexibus exculpta. Visuntur uerò huius generis aliqua è directo maioris interioris ue angu
li sedis oculi, iuxta futuram secundo & tertio maxillæ superioris ossi & frõtis ossi communem.
Hæc in cauitatem pertingunt, inter frontis ossis squamas comprehensam, & K prius indica-
tam. Horum quoque sedes in prima præsentis Capitis figura, T & V indicatur: quibus cha-
racteribus nuper dictam futuram suo loco expressimus, quemadmodum & cõmemorata iam
ossa r, Δ & ʘ inibi insigniuntur. Deinde in frontis quoq; osse iuxta superciliorum sedem hu-
iusmodi quoque occurrunt foraminula. quemadmodum & in utroque nasi osse, quod quin-
tum superioris maxillæ recẽsuimus. Insuper in primo maxillæ osse, quod externum oculi sedis
angulum cõstituit, unum aut alterum huius generis foramen inuenitur. Præterea ossis cuneum
referentis latera, quæ temporum caua cum alijs ossibus constituunt, tali quoque foramine do-
nantur. Ad hæc, in lateribus sagittalis futuræ in uerticis ossibus, & potissimùm iuxta futuram
ff. Δ similem, talia etiam apparent, quorum sedes in quarta figura aliquot f in umbra latitantibus
indicãtur. Verùm præter cõmemorata unum notatu dignæ magnitudinis habetur interiùs in
frontis osse, quà octaui capitis ossis anterior pars ipsi cõmittitur, & anterior septi pars olfactus
organorũ sinuum cernitur, nimirũ inter tertiæ figuræ m & ν conspicuũ. Pertingit autem hoc
m ν. foramen in frontis ossis concauitatem, superius K indicatã. In quarto quoq; superioris maxillæ
osse, iuxta magnũ interiorem ue oculi sedis angulũ, dicti iam ordinis foramen etiam se offert. In
basi uerò ossis cuneum imitãtis extrinsecus, quà id septo narium cõmittitur, subinde quina nu
μ, ν, ξ mero uisuntur, ac tria quidẽ μ, ν, ξ insignita posteriùs consistũt, utrinq; nimirũ unum, & in ho
rum medio tertium, quæ antrorsum instar arctissimorũ meatuum producta, in nariũ amplitu
dinem desinunt. quamuis interim medij foraminis ν indicati finis setam rarius admittit. Alia
ϖ, ω autẽ duo quæ ϖ & ω insigniuimus, anteriùs incipiũt, & recto tramite antrorsum quoq; cõscen
dentia, in oculi sedis uerticẽ radicemq; terminãtur. Cæterùm horũ foraminũ termini hîc cõmo
dè delineari nequeunt. quare etiã eo uehementius hortor, ut ex hominũ caluarijs potius, quàm
ex nudis ossium picturis hæc discas, foraminis cuiusq; sedis coniecturã hinc à characteribus su
mens, & cõsideratè, an me aliquod foramen notatu dignũ præterierit, expendẽs. Supersunt
adhuc in tertia figura & quarta Græci maiusculi characteres, quibus in futuris caluariæ indi-
Ω candis, iam pridẽ usi sumus: adeò ut nullus præter Ω enarrãdus sit reliquus, quo sinus quidam
in uertice notantur, quibus [a] durã cerebri membranã innasci audies. Atq; horum sinuum non a 1 fig. lib. 7
eadem semper est series. quippe modò nulli, modò pauci, modò plures, atq; hi uarijq; cernũtur: K.
profectò (si quis me audit) illis animaduertẽdi, qui nimis promptè hanc uerticis sedẽ urunt, aut
in ossium fracturis nimiũ intrepidè ac confidenter terebrant. Huc quoq; referrẽ sinus duos cu
neiformis ossis, in ipsius medio antrorum modo repositos, nisi iam antè in eius ossis historia
ipsos



ipsos descripsissem, perinde ac amplas cauitates in quartis maxillæ superioris ossibus ad na-
rium amplitudinis latera repositas.

## DE OSSE υ GRÆCORVM LITERÆ imagini comparato. Caput XIII.

PRIMA DECIMI tertij Capitis figura.



SECVNDA FIGVRA.



PROPOSITARVM HIC FIGVRARVM ET EARVNdem characterum Index.

PRIMA *præsentis Capitis figura, anteriorem faciem exprimit ossis υ imaginem referentis, unà cum minoribus elatioribus ue ipsius lateribus, & ossiculis, quæ his usque ad tem porum ossium processus in styli modum efformatos connectuntur.*

ALTERA *figura, posteriorem ossis υ referentis regionem commonstrat, simul cum elatioribus costis: uerùm interim illis ossiculis nõ delineatis, quæ ad processus styli speciem exprimentes pertingunt, priorisq; figura delineantur.*

AB C 1 *Grandius mediumq; ossis hyoidis ossiculum, anteriori sede conspicuum. Verùm A & B gibbam huius sedis regionem indicant. In horum characterum medio peculiare huius re-*
*. *gionis apparet tuberculum * notatum. C autem indicat sinum transuersim oblongum, & in su periori medij istius ossiculi sede obuium.*

D 2 *Posterior grandioris ossiculi sedes, sinuata & caua.*

EF 1,2 *Humiliora ossis hyoidis latera, quæ cum medio ossiculo figuram υ similem repræsentant.*

G 1,2 *Connexus humilioris lateris, cum latiusculo grandioriq; hyoidis ossis ossiculo.*

H 1,2 *Humilioris lateris apex, qui laryngis cartilaginis scutum exprimentis processui alligatur.*

IK 1,2 *Superiora hyoidis ossis latera, humilioribus longè tenuiora, magisq; teretia.*

LM N 1 *Tria ossicula, superioribus lateribus utrinq; ut plurimùm commissa. Cæterùm ad hyoidis ossis inspectionem etiam faciunt præter quintam musculorum tabulam ad characterem L, priores aliquot figuræ duodecimi Capitis libri secundi ad A, B, C, D.*



d 3 4 fig. 6 ca. C, D. & 3 integrarũ B.

LARYNGIS eminentissimæ parti os unitatis nomine comprehensum, sed uarijs multiplicibusq; ossiculis extructum, præponitur, quod nonnulli à literæ υ figura ὑψιλοειδὲς, alij succinctius ὑοειδὲς appellant: qua uoce dissectionum rudes delusi, in Galeno os suem referens uerterunt. Alijs rursum id os à Λ imagine λαμβδοειδὲς nuncupatur: quo etiam nomine interpretes decepti, [a] futuram capitis Λ literæ similem uertere consueuerunt. cuiusmodi tamen mendas pro nostra uirili nuper ex Galeno, quem & Italia & Germania latinũ dedit, subduximus. Herophylus quoq; id os ῥαφοειδὲς appellasse dicitur, fortè quòd linguæ, aut laryngi, aut faucibus apponatur, quẽadmodũ ipsi in organis generationi famulantibus quædam [b] ῥαφοειδεῖς μιρσοειδεῖς, & [c] ῥαφοειδεῖς ἀορτοειδεῖς uocantur. Non desunt etiã, qui quum in faucibus consistat, id φαρύγγειον nuncupauere. Nos uerò passim id os υ referẽs, aut uoce contractiore hyoides nominare instituimus. Homo igitur hoc os longè aliter, quàm quadrupeda, quæ hactenus aggressi sumus, extructum obtinet, ac maximum hyoidis [d] ossis ossiculũ est latiusculũ, & foris gibbum, priuatoq; tubere prominẽs: intus autẽ, seu posteriori sede, cauum. in anteriori etiam sede superiùs quasi in oblongũ sinum deprimitur, pro figuræ nimirum ipsi idoneæ, & musculorũ ligamentorumq; illi cõmissorum ratione. Superiori enim sinui implantãtur [e] tertius & quartus huius ossis peculiares musculi:

*Ossis hyoidis situs & nomina.*

*Medium hyoidis ossis ossiculum.*

b 22, 23 fig. li. 5 à 3 ad 1. c eisdem figuris f. B.

d 1 fig. A, B, *, C. 2 fi. D. e 4. musculorum tabula R.

ad tuberis uerò in hac sede conspicui latera, quæ quodammodo in gibba sede sinuantur, insertionem tentant [f] duo primi huic ossi peculiares musculi. Ex posterioris autem sedis cauo musculi[g] duo priores linguam mouentes præcipuè enascuntur. Præterquam quòd gibba extrorsum, caua uerò introrsum, atque ab iniurijs extrinsecus occurrentibus remotiùs opportunè collocentur. Grandius id ossiculum supra laryngem paulò cõsistens, tangentibus occurrit, ipsius interim lateribus penitius ferè latitantibus. Huic enim latiori ossiculo utrinq[h] alia duo uniuntur. Atq; horum alterũ humilius est, alterum elatius. Humilius ossiculum nonnihil breuius, latiusq; superiori est, nulliq; alteri ossi committitur, [i] quàm lateri medij ac latiusculi hyoidis ossis ossiculi, ad quod cartilaginis ligamentiq; cartilaginei interuentu ualidè, & notatu digna amplitudine nectitur. Verùm[k] finis ipsius [l] superiori processui cartilaginis laryngis, quæ scuti imaginem exprimit, colligatur. Inferius hoc ossiculum seu latus unà cum suo coniuge, qui in altero cõsistit latere, humilius hyoidis ossis latus meritò appellamus, aliquot musculis admittendis & producendis aptum. Atque hæc humiliora latera simul cum medio grandioriue ossiculo, [v] imaginem pulchrè conficiunt. Porrò superiori ossiculo seu lateri quod magis teres uisitur, [m] alia rursus oblonga teretiaq; ossicula tantisper cõtinua serie uniuntur, quousque ipsorum fines propter radicem [n] processus temporis ossis, quem scriptorij styli formam ostendere iam sæpius commemoratum est, temporis ossi inserantur, uti in quadrupedibus uidere est manifestissimè. Hæc ossicula superioribus hyoidis ossis lateribus commissa, non pari semper obseruantur numero, ut plurimùm tamen terna quaterna'ue utrinque cernuntur. quanquam etiam interdum, idq; maximè in mulieribus, hæc ossicula uiderimus simul cum superioribus lateribus omnino deesse, & ipsorũ uicem teres quoddam, ualidum & oblongum ligamentum gerere, hyoidiq; ossi & stylum imitanti processui colligari. Quod etiam non semel animaduertit mihi admodum familiaris RENALDVS COLVMBVS, nunc sophistices apud Patauinos professor, Anatomes studiosissimus. Hyoidis igitur os neque liberum, neque ulli contiguum esse ossi, superiora ossis indicant latera temporum ossibus cõnexa. Deinde & inferiora quoq; latera, cartilaginis scuto similis processibus ligamenti beneficio cõmissa, idem attestantur. Cartilagines enim laryngis, ut & costarum cartilagines, ossium præbẽt usum, & quod ad contiguitatem spectat, in ossium quoque classem recensentur. Verùm quoniam hyoides os non adeò firma basi, atque reliqua ossa, nititur, proprijs id musculis in omnem positionis differentiam ita trahi in secundo libro narrabimus, ut neque in latera, neque sursum aut deorsum, neque prorsum aut retrorsum promptè ex sua sede dimoueri queat. & quamuis id minimum homini obtigerit, maximos tamen plurimosq; usus præstat: qui tunc enarrabuntur, quum[o] ali quot linguæ musculos ab ipso enasci, linguæq; fundamenti tutissimæq; basis modo subijci, &[p] musculorum laryngis quædam principia porrigere ostendemus.

*Latera hyoidis ossis. Humiliora.*

*Superiora latera & commissa ipsis ossicula.*

*Quòd hyoides os firmatur. Ipsius usus.*

f 4 musc. tabulæ S, T. & alij eius ossis musculi Q, V.

g 1, 2 fi. ca. 19 lib. 2 D, D.

h VIII 1, 2 fi. E, F Alterum I, K.

i 1, 2 fi. G.

k 1, 2 fi. H.

l 3, 4 fi. ca. 38 A, B.

m 1 fi. L, M, N.

n 3, 4 fig. 6 ca. i.

o 1, 2 fig. 19 ca. lib. 2. D, D & E.

p 1, 2 fi. ca. 21. lib. 2 F, dein 2, 3. figuræ K.

## DE DORSO, ET GENERATIM DE ipsius ossibus. Caput XIIII.

### SVBSEQVENTIS FIGVRAE AC IPSIVS characterum Index.

*FIGVRA proximam paginam occupãte dorsum, quod Græcis ῥάχις & νῶτον dicitur, à latere expressimus, ut primùm totius dorsi ossium contextus cerneretur, ac postmodum singulæ ipsius partes priuatis Capitibus delinearentur. Cæterùm quum tres figuræ, & earum præcipue tertia, ad præsentis libri calcem positæ dorsum pariter commonstrent, non absre illas etiam obiter intueberis, unà cum tertij libri figuris, neruorum à dorsali medulla originem ducentium seriem exprimentibus, atque ad undecimi eius libri Capitis initium repositis.*

A, B *Collum septẽ constans uertebris, quæ numeris internæ ipsarũ sedi appositis sigillatim notãtur.*

C, D *Dorsi pars thoracem constituens, quam nonnulli simpliciter dorsum nuncuparunt. alij uerò, quòd ueluti post septum transuersum consistat, metaphrenum. alij, uti iam dicebamus, dorsi partem, qua thorax constituitur. Hæc ut plurimùm duodecim formatur uertebris, quibus thoracis costæ articulantur. unde etiam illæ costarum, ut & thoracis uertebræ nominantur.*

E, F *Dorsi pars quinque lumborum uertebras complectens.*

G, H *Os sacrum, quod tantisper sex ossibus seu uertebris in homine effingi dabis, quousque ossis sacri descriptionem priuatim persecutus fuero.*

I, K *Os coccyx, quod etiã quatuor ossiculis efformari tantisper annues, dum & id describsero.*

L, L &c.





L, L &c. *Aliquot uertebras L insigniuimus, nimirũ in tota dorsi compage secundam, nonam, decimam, octauam & uigesimã quartam: ita indicaturi uertebrarum partem, seu sedem, quam ipsarum corpus nuncupamus.*

M, M &c. *M in ijsdem uertebris uisitur, in quibus L occurrit, processus notans in latera exporrectos, atq; ideo transuersos, aut laterales nobis appellatos. Quòd uerò nõ solæ uertebræ L insignitæ corporibus, & M indicatæ transuersis processibus donentur, neminem latêre arbitror, etiam si singulas uertebras characteribus non obruamus. Atque id etiam de subsequentibus notis existimandum uenit: quippe si quid proprij cuipiã obtigerit uertebræ, hoc Capite id explicare haud instituimus.*

N, N &c. *N in octaua totius dorsi fabricæ obseruabis uertebra, dein in decima septima, & uigesima tertia. Notãtur autem N quidam uertebrarũ processus ad inferiora nutãtes, quibus superiores seu incumbentes uertebræ subditis articulãtur uertebris. Hos processus ob id quòd deorsum ferantur, in orationis serie descendentes nominabimus.*

O, O &c. *Ouisitur in uertebris, quæ nuper cõmemoratis subijciuntur, indicatq; uertebrarum processus sursum spectantes, quibus superpositæ subiacentibus articulantur. Hos, rectè descendentes processus nuncupabimus.*

P, P &c. *Pillis inscribitur uertebris, quas prius L, M & O insigniuimus. notantur autẽ uertebrarũ processus in corporis posteriora exerti, & aculeo ac spinæ non absimiles. Vnde etiam Græcis ἄκανθαι, Latinis uerò spinæ nuncupantur. atq; hinc quoq; totam uertebrarum compagem, ἄκανθαν & spinam uocamus. In orationis autem contextu, hos processus ferè posteriores uertebrarum processus aut spinas nominabimus, totum dorsum hoc nomine rarius appellaturi.*

Q, Q &c. *Q prope easdẽ reperis uertebras, quibus postremò enarratos characteres inscripsimus. Ac Q nullã uertebræ notat partem, sed foramen in uertebrarum consistens lateribus, & neruos à dorsali medulla pullulatos transmittens. Quàm uerò hoc foramen in dorsi ossibus uarium sit, in peculiari ipsorum descriptione pertractabitur.*

R, R &c. *Cartilagineum notatur ligamentum, uertebrarum corpora interueniens. quod Galenus cartilaginem puram esse, contra ueterum placita contendit: uerùm quàm rectè, secundi libri uigesimo septimo Capite docebimus, inibi figuram proposituri huic narrationi non inutilem, qua aliquot uertebrarum delineabuntur corpora, cartilagineum hoc ligamentum, uertebrarumq; corporum appendices, & cartilaginem quæ corpus uertebræ ac appendicem intercedit (ut in pueris hæc se habent) exprimentia.*






*In tritũ subsequentiũ ca. figuris id fõramen obtinet.*

RERVM parens Natura homini dorsum instar carinæ cuiusdam, fundamentiq; machinata est. Dorsi enim ope recti ambulare, & erecti consistere ualemus. Quanquam neq; illa in hoc dorsum homini duntaxat dedit, sed perinde atq; aliàs in unius membri cõstructione, eo ad uarios simul usus abuti consueuit, ita nec hîc quoque minus industriam ipsius ostendit. Primùm enim omnibus uertebris ad suorum corporum posteriorem regionem, [a] foramen exculpsit, idoneam dorsali medullæ per ipsas delcensuræ uiam præparans. Secundò, non ex incomposito simpliciq; osse uniuersum constituit

*Naturæ in dorsi creatione industria. Vt id sustineat. Vt dorsalis medullæ uia efficiatur, & interim mobile sit.*

tuit dorſum, quamuis id ad ſtabilitatẽ & tutã dorſalis medullæ ſedem ſatius fuiſſet: quũ neq; luxari, neq; excidere aut diſtorqueri poſſet, niſi ita uariè eſſet articulatũ. Verum ſi rerum Opifex tantũ patiendi pertinaciæ animũ adhibuiſſet, neq; in organorũ fabrica ullum priorem dignioremue ſpectaſſet ſcopũ, non aliter ſanè quàm prorſus incompoſitũ ſimplexq; dorſum creaſſet. Quippe ſi quis lapideum, aut ligneum animal confingit, non aliter dorſum quàm unica continuaq; parte fabricat. Homini uerò dorſum inclinaturo, aut erecturo, non erat melius id uniuerſum unico oſſe fabrefieri. quinimo cum dorſi beneficio hominem multis ac uarijs motibus agi oporteat, ſatius fuit hoc ex pluribus conſtitui oſſibus, utcunque etiam hoc nomine iniurijs magis redditur obnoxium. Quamobrem uerò dorſum non ex duobus uel tribus oſſibus, tam longis quàm in manu eſt humerus, & ulna cum radio: in crure autem femur, & tibiæ os cum fibula: ſed ex quatuor & triginta effor metur oſſibus, uariè mutuò articulatis, in præſenti ſubijciendum eſt, à præcipua totius dorſi particula ſumpto orationis exordio. Eſt autem hæc [b] dorſalis medulla, quam inſtar cerebri partibus ſub capite locatis eſſe tunc nitemur oſtẽdere, quum quarto libro neruorum ſeriem pertractabimus. Quoniam itaque hanc ſimiliter ut cerebrum, duro & prompte iniurias repellente munimẽto cuſtodiri oportebat, dorſum inſtar carinæ humano corpori ſubiectum, omnino inſculpi, iterq; ſimul & tutiſſimum uallum ac (ut Græci dicunt) σύριγξ ἱερὰ, ipſi medullæ confici debuit. Huius enim natura cerebro reſpondet, & noxæ quæ hac affecta hominem afficiunt, illis conferuntur, quæ cerebro laborante indies oboriri cernimus. Motus ſiquidem & ſenſus omniũ partium quæ læſæ ſubſunt uertebræ, uitiantur. Sed hæc quidem neminem latère, Galenus atteſtatur. Quamobrem uerò diuinus Hippocrates libro de Articulis prodiderit, ſi plures uertebræ uno ordine inuicem ſubſequentes tranſmo ueantur, graue eſſe: ſi autẽ una ex cæterarũ compage exiliat, pernicioſum eſſe: haud quaquam perinde notum eſt omnibus. Hippocrates itaq; cauſam ſymptomatis nos edocet. nam ſi ſimul plures uertebrę dimoueantur, ita ut quæque paululum tranſmutetur, & ſua ſede declinet, tunc circularis, ac proinde nõ uehemens dorſalis medullæ obtinget euerſio. Si uerò, inquit, una uertebrarum ſuo contextu dimoueatur, tunc dorſalis medulla paruo interuallo inflexa, afficietur, & quæ exilijt uertebra ipſam comprimet, niſi ſanè & rumpat. Quum itaque dorſalis medulla angularem, eamq; ſubitam & acutam flexionem nequeat perferre, dorſum nõ potuit magnis & laxis articulis inſignem tranſpoſitionem habentibus, innoxiè moueri. Vnde etiam melius fuit, ex multis & paruis oſſibus quæ ſingula ad motum conferunt, dorſum coaceruari. Cæterum his oſſibus non par adeſt magnitudo, neque omnibus foramen medullam dorſalem tranſmittens æqua amplitudine exculpitur. Coordinationis enim occaſione melius fuit, minores ſemper fieri ſuperiores: modò id quod portatur ab aliquo, minus eſſe conueniat portante. Hinc igitur [c] maximum dorſi oſſium ſacrum os à Natura creatum eſt, & ueluti baſis quædam uigin ti quatuor uertebris ſubijcitur, duobus cõmiſſum [c] maximis oſſibus, quæ unà cum ipſo corpus maximè ſtabiliunt. Secundum uerò dorſi os magnitudine, ſi à ſacro ſurſum aſcendas, [d] uertebra eſt ſacro oſſi coarticulata, à prima quidem iacẽs quarta & uigeſima, ipſarumq; in lumbis uertebrarum ordine quinta. Porrò aliarum ſingulæ quantum poſitu ab infima diſcedunt, tantum & mole. Atq; hæc magnitudinis diminutio uſque ad ipſum caput perficitur, præterquam ſi quando uertebra interueniat paulòm aior ſubiecta. quod ſanè non abſq; magno uſu fieri, [e] primæ ceruicis uertebræ deſcriptio oſtendet, quæ illam reliquis ceruicis uertebris latiorem eſſe docebit, gratia commodæ [f] quinti & [g] ſexti caput mouentium muſculorũ inſertionis, & [h] ſecundi ſcapulum attollentis muſculi exortus. Atque inibi etiam articulationis nomine, ſecundam ceruicis uertebram ualidiorem grandioremq; tertia eſſe audies. Quia uerò Natura nullius occaſione uertebras in poſteriori ſuorum corporum ſede exculpſit, quàm ut iter [i] dorſali medullæ pararet, oportuit ſanè foramen magnitudine cum dorſali medulla congruere. Hæc autem quum in ſingulis uertebris ſit impar, & in primis uertebris maxima (gignendis enim neruis ſenſim conſtringitur, attenuaturq;) optimo iure ſuperiorum uertebrarum foramen inferiorum foramine amplius eſt. Dein quũ ſuperiores uertebræ amplo foramine exculpi debuerint, & interim alijs innitantur uertebris, prompte colligitur, illas quoque ſimul tenues neceſſariò extructas eſſe. Neque dorſali medullæ duntaxat uia in uertebris exculpitur, uerùm etiam [k] triginta neruorum paribus in homine à dorſali principiũ ducentibus [l] tutiſſimæ uiæ foraminaq; in uertebris cælantur, quæ in neruorum ſerie exequar. quamuis in priuatis uertebrarum deſcriptionibus quædam illorum foraminum mentio ſubinde incidet: præcipuè quòd in omnibus uertebris non eadem ſpecie, neque pari etiam numero inſinuentur. Quum igitur dorſalis medulla ueluti alterum cerebrum omnibus propemodum quæ ſub capite conſiſtunt organis habeatur, & dorſum ipſi uia & uallum quoque tutum fabricetur, rerum Opifex alia permulta mirandaq;

*Dorſi oſſium multitudinis cauſa.*

*Libro 12 de Vſu partium.*

*Dorſi oſſium nõ par magnitudo, neq; dorſalis uiæ æqua amplitudo.*

*Foramina neruis emittẽdis parata.*

*Vertebrarum ſpina.*

*b* Tres figuræ 11 capitii. 4 præpoſitæ.

*c* G, H. Aut in integris fig. M cũ. d F, aut character 24.

*e* B, aut 1.

*f* I, H. muſc. tabulæ 14.

*g* Eadem tabula L, K.

*h* 13 muſc. tabulæ Q.

*i* 11 fig. ante 11 ca. li. 4

*k* Tres ſi. capiti 11 li. 4. præpoſitæ. l Q, Q.



P, P, P. randaq; circa uertebras molitus eſt, quippe ex medio poſteriorum partium [m] ſpinam produxit, inſtar ſepis & uallí totius dorſi: hanc primam proponens, frangendam & conterendam, modiſq; omnibus paſſurã, priuſquam noxa inferatur cuipiam uertebræ, & ipſa dorſalis medulla lædatur. Poſterioribus his proceſſibus in [n] plurimis uertebris appendice donatis cartilago obnaſcitur, idoneũ ſubditorum propugnaculũ, ut quæ nec frangi nec rumpi, modo fragilium friabiliumq; ac durorũ, neq; incidi & quaſſari perinde ac mollia carnoſaq; queat. Præterea ſin gulorum proceſſuũ quos ſpinę modo extuberare diximus, magnitudo in omnibus uertebris inæqualis quodãmodo cernitur, mirificè & hoc pariter prouidente Natura. Nequaquã enim in ijs locis in quibus eandem ſedem cum dorſali medulla pars quæpiã primaria ſibi uendicat, æquum erat negligere eius partis dignitatem: neq; in locis ſola occupatis medulla, prælongas educi ſpinas, erat iuſtum. Quemadmodum neque expediebat è paruis uertebris longam enaſci ſpinam, neq; è grandibus breuem. Ratione igitur optima, quoniam in thorace cor locatur, & magna arteria dorſo incumbit, in his dorſi partibus Natura longiſsimas produxit ſpinas, in alijs uerò ſedibus breuiores. Vertebrarum quidem lumborum corpus grande eſt, illiſq; intus magna arteria & cõcaua uena ſuſtulcitur. ſed oſſis ſacri moles eſt maior & inſignior, nullum tamen interim præcipuũ ei præiacet organum. Par igitur erat poſticos proceſſus ſecundùm uertebras thoracis, maximos in lumbis educi, in ſacro autem oſſe breuiſsimos. Ceruicis uerò uertebræ quum tenuiſsimæ omnium ſint, non potuere nanciſci proceſſus longos ſimul, & innoxiè iniurijs ferendis aptos: quum hi leui occaſione propter tenuitatem rumperentur. Quemadmodũ itaq; dicti nunc proceſſus ſpinã efficientes, propugnaculi uicem gerunt: ita & alijs proceſſibus, nimirum [o] tranſuerſis uertebræ donantur, quæ partim ueluti ſedes quædam dorſum mouentibus muſculis ſubmittũtur, quemadmodum & ſpinæ ad muſculorum productionem inſertionemq; eo uſu potiſſimum iuuant, cuius gratia generatim omnes ferè oſſium proceſſus montium colliculorumq; ritu extuberare ac educi, prius nõ ſemel relatũ eſt. Omnibus enim his uertebrarum proceſſibus muſculi accumbunt cum arterijs, uenis, neruis, ad ipſos & per ipſos delatis. [p] Verùm alius quoque tertius uſus tranſuerſorum thoracis uertebrarum proceſſuum prædictis accedit, quo aptam coſtis ſedem porrigunt, cui illæ articulantur. Quia autem dorſum inſtar unius corporis ex uertebris efformari debuit, quod ſimul firmum, & forte, & ad motus promptum eſſet, magnoperè laudanda uenit Natura, quæ dorſum ambobus uſibus (etſi contrarijs) idoneum conſtruxerit. Omnes enim uertebræ ad ſacrum uſque os (ſi duas priores exceperis) [q] in anterioribus quidem ſedibus ſibi mutuò amplis corporibus tutò colligantur, [r] poſteriori autem ſede duplicibus articulis coarctantur, ubi etiam robur propter anteriorem compagem nanciſcuntur. Moueri itaque uertebræ non prohibentur, quòd corporibus mutuò non connaſcantur, & poſtica ſede non obſcuris articulis ſint diſtincte: atque hac etiam ratione antrorſum ualde inclinari poſſumus, retrorſum uerò nequaquam. Rumpes enim, ſi coëgeris membranea, quæ uertebrarũ corpora colligant, ligamenta, cum [s] alio cartilagineo ligamento inter uertebrarum corpora repoſito, itaq; corpora connectente, ut uertebræ non admodum à connatis differant. At horum ligaminum naturam ſubſtantiamq;, ut & cæterorum omnium, ſequens liber accumulatè pertractabit. Quoniam uerò nõ æquè tutum erat dorſum antrorſum retrorſumq; flecti (ita enim infirmum ac inſtabile & laxum penitus eſſet) Natura quod ſatius eſt, iure prælegit. Ad uniuerſa etenim uitæ munia cõmodius eſt, dorſum in priora flecti. dein hæc quoq; flexio uaſis dorſo ibidem incumbentibus, magnæ ſcilicet arteriæ, & concauæ uenæ, minus moleſtiæ infert, quum aliàs plurimùm extenderentur. Quia igitur oportuit dorſum anteriori ſede ad amuſim ſtringi, meritò uertebræ in poſteriore ſede laxius articulantur. Cuius autem formæ ipſarum ſint articuli, unà cum his quæ de ſingulis uertebris dicenda ſuperſunt, iam addemus. Sunt enim in uertebris pleræque differentiæ, paſsim incredibilem Naturæ induſtriam oſtendentes, ob idq; quatuor modò ſequentibus Capitibus non perfunctoriè aut obiter enarrandæ, quorum primum colli ceruicis ue uertebris, ſecundum thoracis, tertium ijs quæ in lumbis habentur, quartum autem ſacro oſſi coccygiq; oſſi dedicabitur.

*Cartilagoſſis narũ apicibus obnata.*

*Quæ anteriori uertebrarũ ſede præponantur, figuræ libris & 6 oſtendunt.*

*Tranſuerſi proceſſus.*

*Vertebrarum coarticulatio.*

*Cõmodius fuiſſe dorſum flecti antrorſum.*

q R, R. N, O.

R, R.

DE

# DE COLLI CERVICISVE VERtebris. Caput XV.

PRIMA XV CAPITIS FIGVRA.



SECVNDA.



TERTIA.



QVARTA.



QVINTA.



SEXTA.



SEPTIMA.



OCTAVA.



NONA.

DECIMA.

VNDECIMA.





## VNDECIM CAPITIS DECIMIQVINTI figurarum & earundem characterum Index.

PRIMA præsentis Capitis figura, occipitij ossis partem ab alijs ossibus liberam, & in externa caluariæ basis sede hic conspicuam exprimit.

Secunda, primam ceruicis uertebram anteriori superioriq; facie expressam proponit.

Tertia, primæ ceruicis uertebræ superiorem posterioremq; imaginem oculis subijcit.

Quarta, primam ceruicis uertebram inferiori posterioriq; facie delineatam exhibet.

Quinta, secundæ ceruicis uertebræ anteriorem commonstrat faciem.

Sexta, secundæ ceruicis uertebræ posteriorem faciem designat.

Septima, secundam ceruicis uertebram inferiori facie spectandam offert.

Octaua, tertiæ ceruicis uertebræ anteriorem superioremq; faciem ostendit.

Nona, tertiæ ceruicis uertebræ posterior superiorq; facies delineatur. Quoniam uerò huius ceruicis uertebræ inferior sedes secundæ uertebræ inferiori sedi respõdet, illam hic non apponimus, ne fortè præsenti Capiti nimius tabularum aceruus præponatur. Atq; hac etiam ratione, cæteras ceruicis uertebras tertiæ subiectas singulatim non depinximus, præcipuè quum illarum descriptio ex triũ superiorum uertebrarum figuris, prompte desumi queat.

Decima, trium primarum ceruicis uertebrarum compago, anteriori parte depicta cernitur.

Vndecima, trium primarum ceruicis uertebrarum contextus posteriori facie exprimitur.

A in 1 Foramen in occipitis osse, dorsalis medullæ gratia excisum.

B 1 Dextrum occipitis ossis capitulum, quod primæ coarticulatur ceruicis uertebræ. Sinistrum ue

C, D, ro capitulũ, C, D, E & F insignitur. Siquidem C & D capituli notant longitudinem, seu du

E, F 1. ctum, quo longitudinem in horum capitulorum descriptione metimur. Dein E insinuat internũ latus capituli, quod magis deorsum, quàm externum F insignitum, deprimitur, aut non æquè sursum prominet.

G 1 Anterior foraminis dorsalem transmittentis sedes, quæ ob teretis cuiusdam ligamenti insertionem aspera & inæqualis est.

H 1 Sinus in posteriori sede utrorumq; capitulorum occipitis ossis incisus, ac uiam primo dorsalis medullæ neruorum pari porrigens.

I 2, 3, 4 Foramen transmittendæ dorsali medullæ in prima ceruicis uertebra exculptum.

K 2, 3 Hic primæ uertebræ corpus exculpitur, secũdæ uertebræ dentẽ, qui Γ notabitur, susceptaturum.

L 3, 4 Sinus in posteriori sede corporis primæ uertebræ incisus, ac cartilagine incrustatus.

M 2, 10 Processus & tuberculum, in anteriori corporis primæ ceruicis uertebræ sede prominens.

N 2, 3, 10, 11 Dexter primæ uertebræ sinus, quo dextrum occipitis ossis capitulum excipitur. Sini-

O, P, strum sinum in secunda & decima figuris O, P, Q, R notaui: O quidem & P eius sinus lon

Q, R. gitudinem indicaturus: Q uerò, internum latus, longè ipso exteriori R insignito decliuius.

S 2, 3, 4, 10 & 11 Transuersus primæ ceruicis uertebræ processus dexter. Sinistrum uerò charactere non insigniuimus, quòd utriusq; eadem sit ratio. Sic etiam ipsius foramen in sinistro tantum latere secundæ & undecimæ figuræ T notauimus.

V 3, 11 In dextro tantum latere sinus indicatur, qui cum occipitij ossis sinu H notato commune efficit foramen, quo primum dorsalis medullæ neruorum par elabitur.

X 3, 4, 11 Hac sede prima ceruicis uertebra posteriori destituitur processu, & inibi duntaxat uisitur acutum exiguumq; instar lineæ prominens tuberculum, ad cuius latus hæc sedes aspera est.

Y 4 Dexter primæ ceruicis uertebræ sinus, dextrũ secundæ uertebræ tuber c signandum excipiens.

a, b. Sinistrum sinum a & b notauimus: a quidem internum ipsius latus, b autem externum indicantes.

c 5, 6 Dextrum secundæ uertebræ tuber, seu insigniter depressum capitulũ, cõmemoratum iam priùs primæ uertebræ sinum Y insignitum subingrediens. d, e, f, sinistrum ostendunt capitulum. V e

d, e, f. rùm d priuatim latus ipsius notat internum elatiusq; e uerò externum, & depressius. f autem eam capituli partem, quæad posteriora ueluti extra circuli circumferentiam educitur.

Γ 7, 10, 11 Secundæ ceruicis uertebræ processus, quẽ à dentis imagine dentem uocabimus, quiq; in quinta figura & decima & undecima etiam conspicitur. Verùm hunc in septima, decima & undecima Γ insigniuimus. In quinta autem & sexta figura pluribus notatur characteribus priuatim

g. h. aliquid significantibus. g enim in quinta tuberculum ipsius notat cartilagine obductum. h in sexta, notat posteriorem dentis sedem, quæ crassior est, magisq; quàm dentis radix in posteri-
i. ora extuberat. i sinum indicat, ad quem transuersum ligamentum aduoluitur, quod dentem in pri
k, l. ma uertebra constringit ac continet. k & l utrinq; sinus insignitur ad dentis principij radicis'ue latera incisus, atque anterioris secundi neruorum dorsalis medullæ paris propagines admodum exiguas transmittens. Cæterùm foramen, hoc sinu & primæ uertebræ sinu, efformatũ in un
m. n. decima figura m signatur. Postremò n in quinta figura dentis notat mucronem.

o 3,11 Sedes dextri lateris notatur aspera, inter primæ uertebræ superiorem sinũ N indicatum, & inferiorem Y indicatum consistens. ubi foramen non peruium conspicitur.

p 6 Sinus dextri lateris, ad posteriorem dextri secundæ uertebræ tuberis c insigniti sedem exculptus: & commune foramen uiam'ue constituens, qua secundum neruorum dorsalis medullæ coniu
q. gium in posteriora prosilit. In quartæ figuræ sinistro latere q positum cernis, sinum hunc primæ
r. ceruicis uertebræ notans. In dextro autem latere decimæ & undecimæ r reposui, ipsam neruorum uiam in altero latere utcunque significans.

s 5,6,7 Posterior processus, seu spina secundæ ceruicis uertebræ, quæ etiam in decima & undecima figuris parte superiori, in septima uerò inferiori est obuia.

t 9 Tertiæ ceruicis uertebræ spina, quam & undecima figura ostendit. Spinæ autem huius apices in octaua ξ & ϖ notantur, ipsa uerò spina illic numero 11 indicatur.

u 5,6,7 Dextri lateris transuersus secundæ ceruicis uertebræ processus. Sinister etiam citra characterum operam in illis figuris, quemadmodum & in decima & undecima utriusque lateris processus promptè cognoscitur.

x 5,6,7 Foramen transuersi secundæ ceruicis uertebræ processus.

y, z, 9,10 Transuersus sinistri lateris processus, tertiæ ceruicis uertebræ. Verùm y internam partem, z autem externam notant. Porrò octaua figura transuersum dextri lateris processum his notis 7 & 8 indicat, sinistri autem lateris processum istis notis 9, 10.

α 8,9 Foramen transuersi tertiæ ceruicis uertebræ processus.

β 6,7,11 Dexter descendens secundæ uertebræ processus, cuius sinus formam septima figura indicat.

γ 9,11 Dexter descendens tertiæ ceruicis uertebræ processus, uerùm γ in nona & undecima posteriorẽ ipsius indicat sedem. Inferior autẽ ipsius sedes seu sinus, sinui respõdet in septima β insignito.

δ 9,11 Dexter ascendens tertiæ ceruicis uertebræ processus, ac nona quidem figura ipsius tuber ostendit, quẽadmodum & octaua utriusq; ascendentis processus tubera indicat notis 3 & 4 insignita.

ε 5,6,7,10 Sedes, qua secundæ uertebræ corpus deorsum porrigitur.

ζ 9 Sedes, qua tertiæ corporis uertebræ corpus decliuius fertur.

η κ 9 Superior tertiæ uertebræ ceruicis sedes sinuata. & η quidem sinum indicat, θ uerò & κ utrinq; prominentẽ processum. atq; hi etiam processus numeris 1,2 in octaua figura insigniti cernuntur.

λ μ ν 10 Anterior secundæ uertebræ corporis sedes, in qua λ prominens indicat tuber, μ uerò & ν utrinque depressa tuberis latera.

1,2,3,&c. Numeri characteres in octaua figura conspicui, processuum tertiæ ceruicis uertebræ numerum indicant. Quandoquidẽ 1,2 notantur duæ eminentes partes superioris superficiei corporis uertebræ. 3,4 duo ascẽdentes processus. 5,6 duo descẽdentes processus. 7,8,9,10 transuersi pro-
ξ, ϖ. ρ. cessus. 11 spina, cuius apices notãtur ξ & ϖ. uti & huius uertebræ inferior pars ρ indicatur.

σ 8,9 Sinus inferiorem partem foraminis constituens, quo tertium dorsalis medullæ par exilit.

τ 7 Sinus superiorem dicti iam foraminis partem efformans.

*Homo pulmonum occasione collo donatus.*

PVLMONVM gratia homini collum dari, hinc potissimùm cõstat, quòd id perpetuò unà cum pulmonibus deperditur. Quippe hac occasione pisces (quibus & pulmones desunt) collo destituuntur. Animalibus uerò, quibus Natura pulmones dedit, his quoque & collum elargita est.[a] Asperam enim arteriam qua inspirantes aërem in pulmones ducimus, & rursus expirantes eundem efflamus, ab ore ad pulmones ferri, atque ob id inter os & pulmones spacium intercedere debebat, siquidem opportuna efflatione (quæ uocis est materia) hominem donari decuit. Nam citra asperæ arteriæ beneficium uox minimè perficitur, unde etiam nõ miramur, nullũ animal collo carens uocem edere.

*a Hãc ostẽdit fig. 1 ca. 38. Vasa autẽ per collũ repentia et pulmones fi. calci 3 li. apposita, ut & illa quæ 4 li. fini insuitur.*

Quum



Quum itaq; pulmones in thorace contineantur, & aspera arteria (quam in os desinere omnino decuit) ex pulmonibus cõsurgat, interuallum elatiorem thoracis sedem & fauces intercedens, arteriæ illius gratia creatur. Quia uerò thorax & os inuicem separantur, quantum inter utrunque interualli mediat, uia eorum efficitur, tam quæ desuper deorsum procedũt (ut dorsalis medulla & stomachus) quàm eorũ quæ ab inferioribus sursum (ut aspera arteria, & multæ læues arteriæ ac uenæ) porriguntur. Homo igitur collum asperæ arteriæ gratia nanciscitur, asperam uerò arteriam uocis respirationisq; causa. Quare etiam colli longitudinem homo tantam sortitus est, quanta asperæ arteriæ ad dictas modò functiones ex usu erat. Quinetiam conueniebat partes scapulis conterminas, & brachium, & cubitum, extremamq; manum, præterea & septum transuersum, à dorsali medulla collum perreptante[b] neruos adipisci: quocirca & propter illorum propagationem, necessum fuit in spacio inter caput & thoracem medio uertebras reponi, quibus collum texeretur. Sunt autẽ humanæ ceruicis[c] uertebræ septem, quarum nunc naturam usumq; explicare contendã, à capitis colliq; motibus sumpto sermonis exordio. Non enim hîc auium quadrupedumq;, quibus longa obtigerunt crura, colli usum recensere propositum est, quum nemo nõ intelligat Naturã his, quòd manibus destituãtur, colli maxillarumq; prolixitate ad cibum assumendũ prospexisse, hacq; ratione pluribus uertebris collum illis confinxisse. Galenus itaq;, rarum Naturæ miraculum, ipsiusq; operum exquisitissimus interpres, in nullius partis constructione expendenda adeò eruditum solertemq; ac industrium requirit auditorem, atque in capitis motuũ, eiusdemq; cum duabus summis uertebris articulorũ descriptione. Quid multa? tam paucos quæ in duodecimo de Vsu partium, de capitis motibus tradit, assequuturos cõtendit, ac uelut rei difficultate lectorem ita deterret, ut nemini mirum uideri debeat, me quoque hac in parte præceptoris opera penitus destitutum, ea qua licuit diligentia & Anatomes discendæ à puero, prorsus obfirmato animo ea perlegisse, ac ut Galeni sensa intelligerẽ, res ipsas orationi eius sedulò adhibuisse. An uerò frustra negociũ attentauerim, tum demum nosces, ubi didiceris me non solum quæ Galenus docere conatur percepisse, uerùm Naturæ in articulis hisce artificium, capitisq; motus ab ipso parum rectè tradi, tandem etiam intellexisse. Galenus enim capiti duos motus ascribẽs, unum in annuẽdo renuendoq;, alterum in latera fieri docet. ac priore quidẽ intelligit, quo caput antrorsum flectimus, inclinamus, annuimusq;, ac deinde quo caput retrorsum reflectimus & reclinamus, ea prorsus functione, qua Thraces & Cretensium plerique hac etiam ætate uidentur abnuere. Illi enim abnuentes, in posteriora caput rectà remouent, subleuant'ue: non autem ut nos renuentes, id circumagunt, seu circumducunt. Cæterùm altero motu, quem Galenus in latera fieri præcipit, illum subaudit, quo caput in latus inclinamus, ac ueluti humeris seu scapulis admouemus. Quòd autem hæc de laterali motu, atque adeò de renuendo annuendoq; ipsius sit sententia, ex quarto de Administrandis sectionibus libro doceberis, si modò accuratè expendas, quo situ Galenus occipitis ossis[d] capitula, quæ[e] primæ uertebræ dearticulantur, locari, assurgere, innitiq; asserit, quum in hoc illud'ue latus caput agitur, & quum ex Galeni placito renuimus annuimus'ue. Huiusmodi enim profectò ipsius de capitis motibus est dogma: quorum priorem, qui annuendo renuendoq; fit, secundæ ceruicis uertebræ beneficio, aut super secundam perfici affirmat: posteriorem uerò motum, quo caput in latera ducitur, super primam ceruicis uertebram fieri ait, quemadmodum cùm ex pluribus Galeni locis, tum præcipuè ex quarto de Administrandis sectionibus libro colligere promptissimum est. Vt enim illos libros omniũ postremos scripsit, ita quoque suam sententiam & breuius & apertius in illis, quàm aliàs, explicuit. Num uerò hoc eius placitum ueritati sit consonum, ipse nunc mecum inquirito, atq; aliter quàm Galenus capitis motus (affectu interim aliquandiu represso) cõstituito. Primùm itaq;, caput aut primario motu quiescẽte collo mouemus: aut secundario, quum scilicet caput colli motum sequitur, etiamsi id in aliam partem, quàm collum mouetur, ducere coneris. Proprij capitis motus duo sunt. priori, id antrorsum flectimus, retrorsumq; inclinamus, extendimus'ue: quem motum conficis aut rigido immotoq; collo, aut collo etiam simul moto, siue id pari motu cum capite agas, siue contrario. Quamuis enim in anteriora collum ducas, caputq; necessariò collum insequatur, nihilominus tamen caput proprio motu in posteriora possis reflectere, atque leui negocio obseruare, collum caputq; proprios & priuatos in flexu reflexuq; motus obtinere. Alter proprius capitis motus, is censendus est, quo caput ita circumducimus, seu in gyrum agimus quodammodo, ut rota ad axem reuoluitur. Atque hunc motum etiam quiescẽte collo obibis, si modò dextra, modò sinistra uicissim intueri studueris, caput'ue circumuerteris. Præsens motus capiti omnino est proprius, & collum illo destituitur. quapropter etiam quocunq; modo collum moueris, hic capitis circumactus commodè perficitur. Flexo enim collo, capiteq; cum

*b 2,3 fig. capiti 11 præpositæ ϖ, ρ, σ, τ, φ, *, χ, dein n: c fig. ca. 14 A, B. & in tribus integris ab I ad K.*

*Ceruicis uertebræ septem.*

*Galeni de Capitis motib. sententia.*

*Lib. 12 de Vsu partium. 4 de Administ. dis. lib. de Ossibus, capite 8.*

*d 1 fi. B. e 2 fi. N.*

*Alia quàm Galeni de Capitis motib. sententia.*

 illo

illo inclinato, id facile in gyrum ducis. sic etiam si collum fuerit extensum, aut in latus humero admotum, caput promptè circũagis. Cæterùm ut caput uno circumactus motu, quo collum caret, priuatim donatur: ita collum quoque alterum peculiarem motum, quo in latus ducitur, sibi uendicat. Caput enim nullum obtinet peculiarem motum, quo in latus inclinetur, sed colli tantum beneficio motuꝙ secundario in latus fertur. Quippe nobis denegatum est, caput huic illi'ue scapulę uel minimùm admouere, nisi collo illuc ducto. Duobus itaque proprijs motibus caput donatur, quorum prior, qui flexione ac reflexione perficitur, capitis cum prima ceruicis uertebra articuli fit beneficio: super primam enim uertebram caput flectitur, & reflectitur. Posterior motus, quo caput in gyrum ducitur, super secundam ceruicis uertebram celebratur. Caput enim simul cum prima ceruicis uertebra, super secundam, ueluti ad axem, circumducitur. Atque hæc mea de capitis motibus & articulis est sententia: quæ quantum à Galeni declinet placitis, promptissimè quidem colligis. num autem magis ueritati accedat, ex ossium constructione ligamentisꝙ hæc committentibus, & musculis illa mouentibus, discito. Cæterùm ligamenta & musculos in secundo libro exequar, in præsenti ossa tantum aggressurus, in quorum sermone forsitan quæpiam quoque ligamentorum mentio incidet.

*Articuli capitis motibus parati.*

*Descriptio occipitij oßis, quà primæ uertebræ articulatur.*

Occipitij os ad latera [f] foraminis dorsali medullæ uiam porrigentis, utrinque unum exigit [g] capitulum, magis ad anteriorem foraminis sedem, quàm posteriorem uergens. Hæc capitula, si [h] priorem [i] posterioremꝙ ipsorum sedem spectes, oblonga sunt & arcta, atꝙ ita prorsus extructa, quasi rotundum aliquod ossis caput, [k] ut femoris scilicet, quod coxendicis ossi articulatur, in duas partes dissectum esset, ac utrinque ad latera foraminis in occipitis osse insculpti, una illius capitis pars, reposita. Si enim utraque occipitis ossis capitula internis lateribus iuncta fingas, ex ambobus rotundum (quanquam interim in homine satis depressum) caput constitui cernes. Quæ quum ita sint, facile constat, utrunque capitulum, uti diximus, oblongum esse, atque [l] interno latere magis quàm [m] externo protuberare, ad eum nimirum modum quo in osse rotundi alicuius capitis media ac in tota superficie magis prominens pars, procerius, quàm partes in orbiculo positæ, extuberat. Hæc erunt capitula, quæ primæ ceruicis uertebræ inarticulari, paulo posterius scribam. Nunc autem adhuc in occipitij osse [n] asperitas crassitiesꝙ expendẽda uenit, inter duo nuper commemorata capitula, in hoc parata ut ualidior efficeretur insertio [o] teretis ligamenti, [p] dentem secundæ uertebræ occipitis ossi colligantis. Hæc asperitas interdum adeò insignis uisitur, ut tuberculum aliquod dici mereatur, prominens gratia dicti ligamenti, & nõnihil etiam insertionis [q] musculorum collum flectentium nomine. Posterior autem sedes foraminis dorsalem transmittẽtis, aspera quoque, sed non adeò ut anterior crassa est. ac etiam ad posteriorem utriusque capituli regionem, [r] sinus leuiter impressus conspicitur, in hoc paratus, ut cum alio primæ uertebræ sinu utrinꝙ foramen efformaret, quo [s] primũ dorsalis medullæ neruorũ par procideret.

*Primæ ceruicis uertebræ descriptio.*

Prima ceruicis uertebra reliquis omnibus dorsi ossibus solidior, densior, sed secundũ longitudinẽ tenuior, & forma à cæteris omnibus plurimũ differẽs est. [t] Foramen nanꝙ ipsi dorsalis medullę gratia incisum, habet maximũ, quòd & hîc dorsalis sit crassissima. Deinde ipsius corpus [u] interiori sede exculpitur, & [x] sinum in posteriori sui corporis sede leuiter incisum ostendit, qui cartilagine incrustatus secundæ uertebræ [y] dentem excipit. Corpus enim primæ uertebræ hac ratione cauatũ, ut dens ille in primã uertebrã inibi reponi queat. Cæterùm ne prima uertebra hoc modo in suo corpore exculpta, & corpore propemodũ destituta, plus æquo imbecillis inualidaꝙ redderetur [z] processu quodam & tuberculo in anteriori sede augetur, cuius beneficio illa crassescit, robustiorꝙ euadit: præterquam quòd ipsum etiam tuberculum accommodum est suscipiendæ insertioni, primi dorsum mouentium musculorũ paris. Eiusmodi itaque huius tuberculi usus est. non autẽ in hoc producitur, ut nimium capitis flexum prohiberet, caputꝙ in flexione sustineret: aut in causa esset, ut flexum caput alacrius denuò sursum & in posteriora reflecteretur, quemadmodum Galenus in quarto de Administrãdis dissectionibus parum rectè asseruit. Nam (ut nihil hîc de capitis motu, super quam uertebram scilicet is fiat, dicam) caput nulla ratione eò usque inclinari potest, ut occipitis os id tuberculum contingat, tantum abest ut illo capitis moles suffulciretur. Cæterum prima uertebra ad latera [a] cauitatis, quà secundæ dentem admittit, est ualidissima, & crassissima, & utrobiꝙ [b] unum ostendit sinum, quo sui lateris occipitij ossis capitulum excipitur. Sinus hi utrinque singuli, ut illis capitulis exquisitè responderent (si [c] priora [d] posterioraꝙ spectes) oblongi sunt, & [e] exterioribus lateribus sursum educti, [f] internis uerò profundi: non secus profectò, quàm si ambo sinus ex uno rotundo profundoꝙ sinu essent discissi. [g] Si enim coxendicis ossis, aut alterius ossis rotundo sinu donati, sinum diuideres, atque utrinꝙ ad primam ceruicis uertebram, ubi nunc sinus habentur, unam partem collocares, huius primæ uertebræ sinus tibi cõstituerentur. Vel

*f 1 fi. A. — g dextrũ 1 figuræ B ostenditur. — h 1 fig. C. — i 1 fig. D. — k 1,2 fig. 30 cap. A. — l 1 fig. E. — m 1 fi. F. — n 1 fig. G. — o fig. margini paulo pòst adhibendæ I. — p eiusdem fi. H. — q 8 muscul. tab. A, B. — r 1 fi. H. — s fi. 3 ca. 11. lib. 4. F. — t 2,3,4 figur. I. — u 2,3 fig. K. — x 3,4 fi. L. — y 5 fig. g, n. deinq 6, u figur. r. — z 2,10 fig. M. — a 3 fig. K. — b 2,3,10. fi. dextrũ notant N. — c 2,3 fig. O. — d 2,3 fi. P. — e 2,3 fi. R. — f 2,3 fi. Q. — g 1,2 fig. 29 ca. e, f, g.*





si uertebræ sinus simul iunctos fingeres, unicum sinum rotundum profundumꝙ ex ambobus efformatum cerneres. Quod tanto manifestius adhuc in prima canum & simiarum ceruicis uertebra contueberis, quanto illis animalibus sinus hi altiores profundioresùe, ac capita occipitij ossis extuberantiora acutioraꝙ obtigerunt. His itaque primæ uertebræ sinibus occipitis capitula excipiuntur, atque in illis flectuntur & extendũtur, seu antrorsum retrorsumꝙ rectissimo ducuntur motu.

*Caput flecti & reflecti super primã uertebram.*

Nulla autẽ ratione caput huius duplicis articuli auxilio, in latera agitur: quamuis id Galeno Anatomicorum principi tot locis proditum fuerit. Primùm nanque immoto collo, caput ne tantillum quidem in latera mouere possimus. Et, si caput super primam uertebram in latus ageretur, quis ambigit in eo motu primam uertebram debere immotam seruari? si modò in motu alterum articuli os oportere semper quiescere, Aristoteles in libro de communi animalium gressu rectè demonstrauerit. Vt interim taceam Galeni impietatem, qua rerum Opifici rudem negligentiam turpiter imponit, quum se abundè Opificem celebrare arbitratus, tam prolixa præfatione attentum lectorem, & in demonstrãdi methodo exercitatum, desiderat.

*Lib. 12 de Vsu partium.*

*Articulus totius corporis dignißimus.*

Quid enim turpius (si modò uerum dicere licet) Naturæ, nobis longè quàm Galenus est chariori, præter meritum impingi potuit, quàm in dignissimo totius corporis articulo, extrema oscitantia? Nemo enim ignorat hunc articulum esse illum, qui ne minimo quidem temporis momento paruam inclinationem sustinet, multoꝙ minus exarticulationem ac luxationem, qua homo mox respirationis expers, mutus & absque motu & sensu, tanquam affecta neruorum radice, redditur. Quis obsecro articulus totius corporis est, in quo ossis caput in alterius ossis sinu ita mouetur, ut caput non amplius sinum contingat? nullus profectò, præterquam, si Galeno credimus, capitis cũ prima ceruicis uertebra articulus. Ipse enim caput huius articuli beneficio in latus duci arbitratus, in quarto de Administrãdis sectionibus asserere coactus est, quãdo caput in dextrum latus ducitur, dextrum tunc occipitij ossis caput in dextrum uertebræ sinum stringi, sinistrum uerò caput ex sinistro sinu assurgere: & contrà, si quando caput in sinistrum latus inclinatur. Non igitur huic gemino capitis cum prima uertebra articulo in latus motum, sed flexum reflexumꝙ tribuamus. neque adeò in Galeni uerba iuremus, ut tantam oscitantiã immenso rerum Autori in præcipuo corporis articulo imputemus: neque etiam in Galeni excusationem studeamus comminisci, ab illo motum in latera intellectum, quem ego in gyrum & circumactu fieri dico: neque etiam illum motum super primam uertebram fieri cum Iulio Polluce fateamur. Præter id enim quòd Galenus illum motũ minime intellexit, quis adeò stupidus esse poterit, ut duo oblonga occipitis ossis capita mutuò distantia, & duos primæ uertebræ sinus altos, seu profundos, & similiter oblongos subeuntia, circumagi posse autumet? Quis enim unquam circinum utrisꝙ cruribus asseri infixum, circumagi animaduertit? Neque est quòd quis Galeno patrocinaturus, occipitis capita sibi depressa fingat, atque ita caput super primam uertebram circumagi posse contendat, quum Galenus inter reliqua ossium capita κορώνης nomine nulla unquam dignatus sit, his tantũ occipitij capitibus dempt's, quæ passim κορώνας (sed non rectè admodum) uocat, eo nomine rarum, quæ in canibus potius quàm hominibus occurrit, mucronem insinuans. Huiusmodi itaque capitis cum prima uertebra est articulatio, & aliqua etiã eius uertebræ descriptionis pars. Reliquam autem nunc prosequemur, sensim ad alium capitis motum accessuri.

*Non semel in lib. de Oßibus, & 4 de Administ. sect.*

*Reliqua primæ uertebræ descriptio.*

Ad exteriora igitur sinuum occipitis ossis capitula excipientium latera, prima ceruicis uertebra utrinque [h] unum exigit transuersum processum, procerius multo quàm cæteri uertebrarum ceruicis transuersi processus, eductum & latiusculum, nõ tamen æquè in hominibus ac in canibus caudatisꝙ simijs instar alæ cuiusdam latum. Educũtur autem transuersi primæ uertebræ processus insignius, ut opportunam præter reliquos ceruicis transuersos processus, duorum musculorum insertionem singuli acciperent. Illis enim processibus priuatim [i] quinta & [k] sexta musculorum caput mouentium paria inseruntur. Hi processus magno perforantur [l] foramine, per quod [m] arteria & uena hàc caluariam petentes feruntur. Ad posteriorẽ sinuum quibus caput inarticulatur sedem, [n] sinus utrinque in prima uertebra exculpitur, illi respondens, [o] quem in occipitij osse ad posteriorem capitulorum sedem cælatũ dixi. Ambo enim sinus, occipitis ossis nimirũ & primæ uertebræ, simul uiam præbent primo pari neruorum dorsalis medullæ. Canibus uerò in prima ceruicis uertebra non sinus, sed proprium foramen hàc elabẽti neruo inscinditur, quòd illis prima uertebra admodum ampla altaꝙ sit. Cæterum hic hominis uertebræ sinus, etiam ad posteriorem foraminis partem pertinet, quo transuersus perforatur processus: ut ita sinus ille non neruo duntaxat, sed uenæ arteriæꝙ etiam cedat. quas hàc caluariam adire paulo prius relatum est, per [p] foramen scilicet ad radicem capitulorum occipitij ossis exculptum. Prima ceruicis uertebra posteriori processu, seu spina ob hoc inter reliquas uertebras sola destituitur, quòd is aliquot mu-

*h 2,3,4,10 11 fi. S. — i 14 musc. tabulæ, I, H. — k eadem tabul. L, K. — l 2 fig. T. — m ultima fi. lib. 3 f. — n 3,10 fi. V. — o 1 fig. H. — p 2 fi. 12 capitis f.*

ſculorum paria aculei modo uulneraſſet, neq; illis & præcipuè[q] tertio muſculorum caput mouentium pari aptum iter, aut ſedem tribuiſſet.[r] Ea tamen parte, qua aliæ uertebræ in ſpinam deſinũt, hæc aſpera eſt, & ueluti acuta linea extuberat, quo facilius[s] quartũ caput mouentiũ muſculorum par hinc principium duceret. In inferiori primæ ceruicis uertebræ regione, ſub duobus, quibus caput excipitur, ſinibus,[t] alij totidem inſculpuntur leuiter ac in ſuperficie caui, ob idq; etiam γληνοειδεῖς appellati. Horum circumferentia orbicularis eſt[u] in medio uix aliquid, quod dijudicari poſſit, caui obtinens, ſed[x] exteriora ſinuũ ſupercilia longè inferius, quàm[y] interiora deſcendunt, idq; ſi hanc uertebram in erecto corpore ſecundæ inniti fingas. His ſinibus cartilagine obcruſtatis,[z] duo ſecundæ ceruicis uertebræ excipiuntur tubercula, quæ ad latus corporis eius uertebræ habentur minimùm prominentia, uti & ſinus primæ uertebræ leuiter excauantur. Tuberculorum circumferẽtia etiam ſinuum modo orbicularis eſt, quamuis interim nonnihil[a] poſteriori parte extra circuli circumferentiam deduci uideatur. Ad hæc,[b] internum latus tuberum, elatius[c] exteriori latere aſſurgit. Verùm ea laterum altitudo depreſſioq; non adeò inſignis eſt, atque ſuperciliorũ primæ ceruicis uertebræ ſinuum. Deinde tubera in medio ſeu centro non æquè prominent, ac primæ uertebræ ſinus inter ſupercilia cauati ſunt: non ſecus ſanè, quàm ſi tuberum latera procerius quàm ipſorum medium exurgeret. Vnde etiam fit, in nudis oſsibus inuicem adaptatis, ſinus non ad amuſsim tuberibus reſpõdere, & in illorum ſinuum medio ſpacium non prorſus oppletum apparere. atque id priuatim hominibus accidit: canibus autem & equis alijsq; animantibus plurimùm caput circumducẽtibus, unum continuum utriuſque lateris in ſecunda uertebra eſt tuberculum, & ſinus quoque in prima ceruicis uertebra cõtinuus apparet, tuberculo concinnè reſpondens. Hanc in hominibus inæqualitatem, Natura ſubinde peculiari cartilagine corrigit, quæ præter cartilagines oſſibus



cruſtæ modo obnatas, ſinum & tuber intercedit, ac ligamentis in orbem articulum cõtinentibus duntaxat adnaſcitur, & ſuperius inferiusq; admodũ uiſcoſo humore, tanq; ſmegmate, oblinitur. Huiuſmodi igitur primæ uertebræ ſinuũ cum ſecundæ uertebrę tuberibus duplex (utrinq; ſcilicet unus) eſt cõtextus, eius quem ſtatim dicã motus gratia efformatus. Nunc enim tertius ſecundæ uertebrę ad primã contextus adhuc ſermoni eſt adijciẽdus, qui ſecũdæ ceruicis uertebræ[d] dente cum prima uertebra efficiť. In medio enim duorum tuberũ ſecundæ uertebræ, ex ſuperiori mediaq; ſui corporis regione, proceſſus quidã inſignis & altus, admodumq; durus & ſolidus enaſciť, quem quòd denti ac potiſsimũ hominis canino aſsimileť, ὀδοντοειδῆ & ὀδόντα Græci uocarũt, quo etiã nomine Hippocrates ſecundã uertebrã nuncupauit, non autẽ (ut Iulius Pollux, & Cælius, diſſectionũ imperiti male recenſent) primã. Verùm alij hunc proceſſum à turbinis, ſeu nucis pinei imagine κωνοειδῆ: alij, quòd cuſpidis pyramidis'ue modo extuberet, πυρῆνον & πυρηνοειδῆ appellarunt. Proceſſus hic primæ uertebræ[e] cauitatem ſubit, quam illic haberi ſcripſimus, ubi primæ uertebræ corpus deberet conſiſtere, & ubi eiuſdem ſinum inſculpi ſcripſimus, qui cartilagine oblitus, anteriorem dentis partem læui & lubrico[f] tubere prominulam excipit. Poſterior dentis pars, è regione eius tuberis[g] poſita, magis extuberat, craſſiorq; eſt quàm ubi primùm is à ſecunda uertebra producitur. Hîc enim utrinque ad latera[h] ſinus ſingulos, &[i] tertium in poſteriori ſede, exigit. Qui in lateribus conſpiciuntur, inter dentis radicem & ſecundæ uertebræ tubera conſiſtunt, unaq; cum primæ ceruicis uertebræ ſinibus, qui his reſpondent,[k] foramen utrinque parant,[l] neruulis tranſmittendis aptum, quos interdum hâc in muſculos collum flectentes procidere uidimus, ac ſecundi paris neruorum dorſalis medullæ ſurculos cenſemus. Porrò ſinus in poſteriori dentis ſede conſpicuus, in hoc exculpitur, ut ligamentum ipſi firmius obuoluatur, quod ab uno primæ uertebræ latere in aliud tranſuerſim procedit, & inſigniter ualidum poſteriori dentis ſedi (uti dicebã) tranſuerſim obuoluitur, dentem accuratè in cauitatem primæ uertebræ cõtinens, & cauens præterea ne dens ſua ſede aberrans, hîc dorſalem medullã comprimat. Cæterùm ut ligamentum id aptius enaſceretur, prima uertebra[m] ea ſede qua id originem ducit, ſiue inſeritur, aſpera inæqualisq; eſt, & foramen quoq; nõ altè penetrans exigit, quod firmius ligamentum explantari inſeri'ue ſinit. Nullibi enim in ligamentorũ enarratione intereſſe



*Quamuis præſens figura priuatim ſecundo libro ſit propria, illam tamen huc repoſui, quòd ijs quæ hîc traduntur intelligendis non mediocriter iuuet. Signiſicetur itaq; obiter A, B, C, prima ceruicis uertebra. D & D ſecunda. G ſecundæ corpus. H dens. I teres ligamentum à dente occipitis oſsi inſertum. K tranſuerſum ligamentum, dentem in prima uertebra ſtringens.*

*Sinus primæ uertebræ tubera ſecundæ excipientes.*

*Tubera ſecundæ.*

*Hîc peculiarem utriuſq; lateris cartilaginem nonnunq; à nobis obſeruatam depinximus.*

*Secundæ uertebræ dens.*

*Libro de Articulis.*

*Dentis cũ prima uertebra contextus.*

*q 14 muſc. tab. A, B. r 3, 4, 11, fi. X. s 14 muſc. tab. G, F. t 4 fig. dexter Y. ſiniſter a, b notatur. u 4 fi. inter a & b. x 4 fig. b. y 4 fig. a. z 5, 6 fig. c dextrum ſiniſtr. d, e, f. a 5, 6 fi. f. b 5, 6 fig. d. c 5, 6 fig. e. d 5 fi. g, n. et 6 fi. h, i, k, l, n. & 10, 11. figuræ r. e 3 fi. K dein L. f 5 fig. g. g 6 fig. h. h 5, 6 fi. k, l. i 6 figur. i. k 11 fig. m. l 2 fi. cap. 11 libri 4 N. m 3, 11 fig. o, o.*



intereſſe puto, ſiue ea inſeri, ſiue enaſci dixero, quum ligamentũ pariter ad utrunq; os pertineat.[n] Superior dentis pars, ſeu ipſius apex in mucronẽ teſtudinis capitis modo exacuitur, ut[o] altiùs extra primam uertebrã prominens, ex ſe robuſtum teresq; ligamentũ educeret, quod occipitis oſſi ad eam ſedem alligari poſſit, quam in anteriori parte foraminis dorſalem medullã tranſmittentis, aſperam, leuiterq; extuberantem cõſpici ſcriptum eſt. Atq; eiuſmodi profectò primæ uertebræ cum ſecunda cõtextus perficitur, duobus nimirũ latis ſecundæ uertebræ tuberibus, totidemq; primæ ſinibus, & uno rurſus primæ ſinu, cui dentis tuberculũ committitur. Hunc contextum ex ipſo potius rerum intuitu, quàm ex hac mea nõ tam cõcinna quàm uera deſcriptione, diſci malim, quò preſſius dijudicaretur, num Galenus nos caput ſupra ſecundã flectere & extendere, ſeu horum articulorum ope annuere, ac Thracum modo renuere, uerè prodiderit: an ego perperam his contextibus caput unà cum prima uertebra uelut ad axem in gyrum duci, nihilq; minus quàm flecti ac extendi, contrà Galeni decretũ tot locis grauiter repetitum, aſſeruerim. Si enim ſingula in oſſium fabrica perquiſiueris, ſecunda ceruicis uertebra tibi trabem referet, cui terræ infoſſo axem infigimus. ipſe autem dens, axis erit. prima uerò uertebra, cui caput in hoc circũactus motu, ac ſi cum illa idem corpus eſſet, iungitur, trabi aſſimilatur ad axem reuoluto. Aut prima uertebra cardini confertur, oſtio cõmiſſo: ſecunda autẽ, illi cardini quem parieti infixum uidemus. Præterea ligamentũ tranſuerſim denti obductum, abunde commonſtrat, primam uertebram nequaquam ſupra ſecundam flecti: ſi modò quieſcente dente, prima uertebra antrorſum retrorſumq; in flexu mouenda eſſet. Quis enim ambigit, ligamentũ id dentem in primæ uertebræ ſinu continere? & illi non tantam laxitatem cum Galeno aſcribi poſſe, ut primam uertebram adeò à dentis contactu in anteriora ferri ſinat, ut caput iuſtum experiatur flexum? Porrò iam duo apud Iulium Pollucem nomina mihi ſuccurrunt, quorum alterum primæ accommodat uertebræ, alterum ſecundæ. ac prima quidem ἐπιστροφεὺς, ſecunda uerò ἄξων ipſi nuncupatur. Hæc nomina proculdubio à ueteribus, qui pueros in Anatome exercebant, manarunt: hoc nomine uolentes innuere uertebrã, axis modo quieſcentem, ac ſuper quam alia circumuertitur: illo autem, uertebram, quæ tanquam ad axem circumuoluitur. Atque id ſanè meæ ſubſcriberet ſententiæ, qua caput ſuper ſecundã in gyrum duci, iam ſæpius aſſerui. Quòd uerò à ueteribus ante Galenum hæc nomina manarint, præter poëtas Celſus mihi autor eſt, qui tametſi ipſius codex ubi ceruicis explicat uertebras uiciatus ſit, atq; ipſe à ſe neutiquam intellecta multorum Galeni interpretum more uerterit, attamen à ueterum quopiam, ex quo ſuum de oſſibus Caput in latinam orationem conuertit, eam ſententiã primùm aſſumpſiſſe uidetur, quæ meę, atque ipſi denique ueritati, proximè accedit. Neque profectò eſt quòd prolixius hæc referam, quum uel leporis, uel cuniculi, uel agni, uel hœdi ceruicem inter edendum contemplari integrum ſit, & ſimul luce clarius intueri motum qui in gyrum fit, ſuper ſecundam celebrari uertebrã: ac deinceps non amplius mirari, quamobrem Galenus auditorem adeò ſolertem, in Mathematisq; peregregiè inſtitutum, in duodecimo de Vſu partium expetat: quum nemo ambigat, elegantem aliàs atque difficilem alicuius negocij deſcriptionem eo difficiliorem reddi, quo ipſa minus ab enarrãte intelligitur, isq; magis à Naturæ artificio, quod recenſere propoſuit, aberrat. Quòd uerò Natura præter flexum in anteriora, & in poſteriora reflexum, etiam alios duos motus, quorũ alter in latera, alter in gyrum circũactuq; fit, ſuper primam uertebram non perfecerit, quemadmodum brachium femurq; triplici motuum differentia moueri uoluit, hinc potiſsimùm factũ ducito, quòd primã uertebram magis ampliusq; quàm reliquas omnes dorſalis medullæ cauſa,[p] perforari operæprecium fuerit, quodq; ob id unus duntaxat rotundus amplusq; ſinus in illa efformari nequiuerit, neque etiam occipitis os[q] foraminis ſui occaſione in unum tantùm grande caput extuberare potuerit, quod in illo primæ uertebræ ſinu perinde ac femur in coxendicis oſſis ſinu, omni motus ſpecie ageret. Quum itaque duplici articulo, dextro nimirum & ſiniſtro, caput iungendũ fuerit, omnisq; propemodum duplex articulus ſimplici ſolum motui famuletur, meritò Natura caput ſupra primam uertebrã flecti ac reflecti uoluit. Nam ſupra hanc in latus moueri nequiuit, niſi Natura hîc ſui oblita, unum occipitis oſſis caput in uno uertebræ ſinu ſtringi, aliud uerò caput attolli, atque à prima uertebra prorſus diſiungi cupiuiſſet: quod in nullo tentauit articulo: id ſemper ſtudens, ut articuli oſſa mutuò eſſent cõtigua, neque ab inuicem abſcederent, & neſcio quam uacuam à Galeno confictam ſedem ſtatuerent. Deinde caput in gyrum ſupra primã uertebram moueri minus potuit, niſi Natura acutum proceſſum in capitis amplitudinem, qua cerebrum continetur, à prima uertebra produxiſſet, ad quem caput ueluti ad axem uolueretur, ac deinceps alia quamplurima nunc rectiſsimè formata, uitiare propoſuiſſet. Super ſecundã itaque uertebram



*n fi. 5, 6 n. o 10, 11 fi. r.*

*Caput cũ prima uertebra ſuper ſecundam.*

*A unus cardo, B alter.*

*Lib. 12 de Vſu partium.*

*Cur Natura caput ſuper primam uertebrã ſimul quoque circumduci, & in latera inclinari noluerit.*

*p 2, 3 fig. I. q 1 fi. A.*

*Libro 4 de Adminiſt. ſectionibus.*

*Non potuisse caput super secundam flecti & reflecti, neq; etiam in latus inclinari.*

caput artificioſe in gyrum mouetur. ſi enim flecteretur, dens dorſalem frangeret medullam. Quum enim quieto dente prima uertebra antrorſum duceretur, poſteriori ſede ſurſum eleuata, tunc dorſalis medulla in primæ uertebræ foramine prorſus coarctata compreſſaq; abrumperetur. Deinde prima uertebra, ſupra ſecundã retrorſum nullo modo reflecti poſſet, niſi ipſa in [r] anteriori ſede, qua dentem continet, prorſus exculperetur, primaq; tunc uertebra à dente non præpedita, retrorſum liberè duceretur. Adde, caput neutiquam in latus ſupra ſecundam moueri potuiſſe, eadem ratione qua probauimus lateralem motum ſupra primam nequiuiſſe fieri. Aliàs enim neceſſum eſſet, primã uertebram in altero latere à ſecunda ſemper leuari, quod periculum nunc in circumactu non impendet. Porrò lateralem motum Natura inſigni profectò induſtria omnibus ceruicis commiſit uertebris, quæ ſingulæ ſeorſum in latus moueri nequeunt, uerùm ſimul omnes ſuccedentibus motibus illuc adeò concinnè inclinantur, ut caput commodè ſecundario motu in latus citra omnem noxam feratur. At nunc rurſus ad ſecundam ceruicis uertebram, ac ſic deinceps ad quinque reliquas ſermonem reflectamus, ueram duntaxat earundem conſtructionem enarrantes, ne caſu quapiam noua diſceptatione præſens Caput in immenſum excreſcat, atque ego nimium anxiè Galeni (cuius diligentiæ alioquin cum omnibus medicinæ ſtudioſis plurimum debeo) ſenſa eruere, omnesq; ipſius Anatomicos lapſus ſtudiò commemorare, uidear. Secunda itaque ceruicis uertebra in poſteriori tuberum, quibus illa primæ uertebræ cõmittitur, ſede leuiter [s] exculpitur, ut cõmune cũ prima uertebra [t] foramẽ utrinq; cõſtituat, quo [u] ſecundũ dorſalis medullæ neruorũ par, in poſteriora elabitur. Verum huius foraminis maiorem portionem prima efformat uertebra, inſigniter ſatis ad poſteriorem ſedem ſinuum, quibus ſecundæ articulatur uertebræ, [x] inſinuata. Reliqua in ſecunda ceruicis uertebra commemoranda, cæteris etiam quinque inferioribus magna ex parte ſunt communia. [y] Hæc enim ſimiliter atq; illæ, poſteriori donatur proceſſu: qui hoc priuatim in ceruicis uertebris ſibi uendicat, quòd ſuo mucrone [a] bipartitur, ac præcipuè ſecundæ uertebræ, triumq; ipſi ſubiacentium. Sexta enim uertebra admodum obſcurè ſui proceſſus diuiſionem oſtendit, atque adhuc multo minus ſeptima. quæ priuatim hoc cum ſexta ſortitur, quòd ipſius proceſſus plerunque donetur appendice, ac procerius educatur, quodammodoq; ad ſuperiorum thoracis uertebrarum [b] proceſſuum imaginem ſuo mucrone accedat, niſi quòd ille his obtuſior ampliorq; relinquatur. Cæterarum uerò ceruicis uertebrarum proceſſus appendicibus carent, & lati, inæquales, aſperi, & (ut ita dicam) ramoſi, inferioriq; ſede caui, ac ſuperiùs gibbi cernuntur, ac utrinq; modicè depreſſi. quod extuberans linea facit, quæ ſecundùm proceſſus longitudinem porrigitur: quemadmodum etiam inferiori proceſſus parte (quæ caua eſt) quidam lineæ inſtar ductus, ſecundùm proceſſus longitudinem ferri uidetur. Prominet autem in gibba ſede, linea, ut ligamentum ab hac in cauæ ſedis medium producatur: quod ſecundũ proceſſus ſeu ſpinæ longitudinem porrectum, unam ſpinam alteri colligare, dextrosq; muſculos à ſiniſtris dirimere, in ſecundo libro ſcribemus. Verum hæ poſteriorum proceſſuum lineæ, in thoracis & lumborum uertebris conſpectiores erunt, quòd & illarum uertebrarum proceſſus inſigniores ſint, & ualidiori duriorique ligamento (quum minus moueri debeant) inuicem deligentur. Diuiſionis autem in proceſſulos potiſſima occaſio muſculi cenſentur, in poſteriori ceruicis ſede repoſiti. ut enim hi promptius principium ducerent, & ualidius quoque in uertebrarum ſpinas inſertionem molirentur, hæ ſpinæ etiam in proceſſulos dirimuntur. Atque id Natura in his colli uertebris peculiariter machinata eſt, quia non adeò longas ſpinas à paruis illis uertebris, atque à thoracis lumborumq; uertebris producere tutum fuerat. Deinde maior muſculorum copia in ceruicis poſteriori ſede, quàm in alijs dorſi partibus collocãtur, quemadmodum ubi muſculos ſcapulas, thoracem, caput & dorſum mouentes perſequar, auditurus es fuſiſsimè. Porrò muſculorum etiam gratia ſecundæ uertebræ ſpina proceriùs, quàm aliquot ipſi ſuccedentes ſpinæ, exeritur, cæteriſq; latior uiſitur, quòd ſcilicet hæc priuatim [c] tertio muſculorum caput mouentium pari, & [d] ſexto quoque principium præbeat. Ne tamen iniuſtè Natura ex gracili uertebra prolixiorem latioremq; educeret ſpinam, ipſa ſecundam aliquot ſibi ſubditis grandiorem effecit: uerùm non tam ſpinæ producendæ gratia, quàm ut ſecunda articulationi abundè ſufficere poſſet, quam cum prima uertebra molitur. Atque hoc illud eſt quod antea aſſeruimus, Naturam ſemel atque iterum ſuperiorem uertebram inferiori maiorem creauiſſe. Secũda enim craſsior, & maior ualidioriq; eſt tertia: dein primam tranſuerſorum proceſſuum occaſione, omnibus ceruicis uertebris latiſsimam eſſe, ſuprà docuimus. Cæterum tranſuerſi proceſſus in reliquis colli uertebris non admodum exporriguntur, [e] & imprimis ſecundæ uertebræ, cui breuis & ſimplex utrinque tranſuerſus obtigit proceſſus. Uidetur autem is in ſecunda uertebra minus quàm in alijs prominere, breuioriq; eſſe, propter huius uertebræ tube-

r 3, 4 figuræ K, L.

s 6 fig. p. t fi. 11 r. u 3 fig. ca. 11 lib. 4 I. x 4 fig. q. y 5, 6, 7 figuris ſ. z 9 fi. t. & 8 fi. charactere u.

a 8 fi. fig. w.

b 1 fi. ca. 16 N, O, P. Hæc erunt obuia, ſi 7 fig. ſpinam cum ſpinis cæterarũ fi. contuleris. aut N, O, P obſeruies 1, 2 figuræ capitis 16.

c 14 muſc. tabula A, B. d eadem tabula, K, L.

e 5, 6, 7 figuris u.

*Foramẽ ſecundũ par dorſalis medullæ neruorũ in poſteriora tranſmittens.*

*Spina ſex humiliorum ceruicis uertebrarum.*

*Secundã uertebram aliquot ſibi ſubdiuis maiorem eſſe.*

*Tranſuerſorũ ceruicis uertebrarum proceſſuũ natura.*



tuberum, quæ primæ ſinus ſubeunt, amplitudinem, craſſitiemq;. Inſuper hæc tuberum amplitudo in cauſa etiam eſt, [f] foramen quo tranſuerſus ſecundæ proceſſus perforatur, non rectà, ſed obliquè exculptum uideri, ſecus atque in prima ceruicis uertebra, [g] & quinque ſecundæ ſubiectis, quarum tranſuerſus proceſſus recto amploq; foramine peruius eſt. Neque profectò hactenus in homine ulla ceruicis mihi occurrit uertebra, quæ tranſuerſum proceſſum non geſſerit perforatum. Verùm proceſſus ſeptimæ canum ſimiarumq; uertebrę tranſuerſum proceſſum, abſque foramine frequenter adinueni. Huiuſmodi foraminibus ſolæ ceruicis uertebræ ornantur, in hoc perforatæ, ut [h] uenã arteriamq; ſurſum ducant, quæ dorſali medullæ, ac tandem ipſi cerebro ſanguinem ſpiritumq; deriuant. Præterea quatuor uertebræ, quæ ſtatim ſecundam ſequuntur, hoc etiam peculiariter ſibi uendicant, quòd illorum [i] tranſuerſi proceſſus ampli & bifidi ſunt: non tamen interim, ut earundem ſpinæ, aſperi & inæquales. Tranſuerſi enim proceſſus forma inuicem reſpondent, & interior ipſorum pars ſemper latior eſt, elatiusq; ipſa poſteriori effertur. Spinæ autem partium impar in omnibus quaſi uertebris eſt forma, & illæ perpetuò uarijs modis protuberãt atque exaſperantur. Hæc tranſuerſorum proceſſuum amplitudo & bipartitio, eadem ratione accidit, qua ſpinas bifidas eſſe prius relatum eſt, nimirum muſculorum ortus inſertionisq; gratia. Vt enim alios huius ſedis præteream muſculos, utrinque tranſuerſis uertebrarum proceſſibus priuatim [k] duos committi in ſecundo libro ſcribemus, quorum beneficio collum, & poſtea conſecutionis motu caput in latera ducuntur. Hi muſculi in utroque latere ita collocantur, ut unus anteriori tranſuerſorum proceſſuum ſedi, alter uerò poſteriori aſcribatur. Septima autem ceruicis uertebra tranſuerſos proceſſus latos quidem exigit, at admodũ obſcurè bipartitos. Quum enim ampli proceriq; ſint, nulla incumbit neceſſitas, eoſdem quoque bifidos fieri, præcipuè quando muſculi collum in latus ducentes, non adeò uidè ſeptimæ ac cæteris committantur, quòd hæc illis ueluti baſis in dicto colli motu ſubiaceat, ac obſcurè non ſecus quàm thoracis uertebræ in latus moueatur. [l] Aſcendentes [m] deſcendentesq; proceſſus, quibus uertebræ mutuò articulantur, in omnibus ceruicis uertebris ſecundæ ſubiectis ſimiles ſunt, & ſecunda quoque deſcendentes proceſſus obtinet, aliarum proceſſibus non diſſimiles. Qui itaque deorſum ſpectãt, & ſubditæ cõmittuntur uertebræ, orbiculari ſinu nihilminus quàm altè inciſo, & ab anteriori ſede inſigniter obliquè deorſum in poſteriora ducto, ornantur. Aſcendentes uerò proceſſus, qui incumbenti articulantur uertebræ, tuberculum orbiculare habent, quod adeò leuiter ſuperficietenusq; extuberat, ut ignores ſinuum ne id an capitum numero aſcribere debeas. Hoc tuberculum aſcendentium proceſſuum ſinui congruit: & cartilagine perinde ac ſinus incruſtatum, ab anteriori ſede deorſum in poſteriora admodum etiam obliquè fertur. id quod non obiter conſiderandum eſt. Nam obliquus ille ductus in ceruicis uertebris, quæ thoraci propiores ſunt, minor ſemper, ac ſecundùm corporis longitudinem rectior euadit, quòd illæ uertebræ nõ adeò laxè ac ſuperiores moueri, atque ob id etiam non tam laxè articulari, debeant. Aſcendentes itaque proceſſus ſuo tuberculo, ſinum deſcendentium proceſſuum ſubingrediuntur, atque ita ſecunda ceruicis uertebra tertiæ duplici articulo alligatur, ut tertia quartæ, & ſic reliquæ omnes ad thoracem uſque conſequentes. Septima enim ceruicis, primæ thoracis aſcendentes proceſſus excipit. Verum Natura non ſolum ceruicis uertebris laxiores communicauit articulos, ſed ut commodius aptiusq; quàm reliquæ dorſi partes, collum inſigni & quo maximè indigemus uſu, moueri poſsit, ipſa aliud quoque proprium colli uertebris adhuc elargitur. Quum enim uertebrarum thoracis & lumborũ corpora inuicem planis minimeq; extuberantibus cõmittantur ſuperficiebus, ad cum modum quo duo læuigati ampliq; aſſeres mutuò incumberent, Natura [n] inferiorẽ ceruicis uertebrarũ corporis partem oblongam, capitisq; alicuius articuli ad motum euidentem facti ritu, extuberare uoluit, ac [o] ſuperiorem corporis uertebrarum partem amplo ſinu ita excauauit, ut oblongum ſuperioris uertebræ corpus in hunc ſubditæ uertebræ ſinum ingrediatur, uertebrarumq; compago ad mouendum promptior conſurgat. Atque hæc compactionis ſpecies in ſecundę uertebræ cum tertia, & deinde in aliquot ſubiacentium uertebrarum nexu magis eſt cõſpicua. Colli autem ſeptima, primæ thoracis quaſi omnino plana innititur ſuperficie, ac etiam ipſius corpus elatiori ſede non adeò atque ſuperiorum uertebrarum excauatur: quod præcipue accidit, quia ſuperiores laxius inferioribus moueri, ex uſu fuit. Cæterùm quàm tutò uertebræ inuicem ligamentorum ope colligentur, quamq; ſtudioſe Natura laxis his oſſium connexibus proſpexerit, muſculi & uertebrarum ligamenta in ſecundo libro affatim oſtendent. Nunc interim DEI opificium ſummopere admiremur, quòd is ſimul & ſecuritati, & multiplici motui tam incredibili induſtria prouiderit: & quãuis fortè crebriores ceruicis noxas luxationesq;, quàm reliquarum dorſi partium fieri conſpicimus, nihilominus tamen adhuc magis obuerſetur animo,

f 5, 7, 11 figur. x. g 8 fi. w.

h ultima 3 lib. figuraſ.

i 8, 10 fig. y, z. & 9 figuræ numeri 7, 8, 9, 10.

k 8 muſc. tabul. alter C notatur. 14. autem tab. alter N.

l 9, 11 fig. d, & numeri 8 fi. 3, 4. m 6, 7, 9, 11 fig. y.

n 9 fi. ſ, & 8 fig. ſ. o 9 fi. s, t, u. Nonæ autem figuræ numeri, 1, 2.

*Foramen tranſuerſorum proceſſuum.*

*Aſcendentium & deſcendentiũ proceſſuũ natura.*




*Metire obliquum ductum ab a ad b.*

*Corporũ ceruicis uertebrarũ contextus.*

Hìc conſer ceruicis uertebras, thoracis et lumborum uertebris ſi. capit. 14. n 9 ſi. ſ, & 8 fig. ſ. o 9 ſi. s, t, u. Nonæ autem figuræ numeri, 1, 2.

mo, tantam hominum frequentiam in collo eius laxæ articulationis uitio neutiquam affici: & expendamus pariter, quantum ad omnia uitæ munia incommodi rigida immobilisq; ceruix adferat. Quòd uerò secundæ uertebræ corpus in [p] anteriori sede non planum reliquorum colli uertebrarum corporum modo uisitur, at tubere secundum longitudinem ducto amplioris lineæ forma extuberet, & utrinque ad eius tuberis latus deprimatur, [q] musculi illi in causa censendi sunt, qui collum flectentes, & hac sede coëuntes, in istam uertebræ corporis formam ualidius inseruntur. Verùm quum tertia ceruicis uertebra secundæ subiaceat, & utriusque lateris collum flectens musculus supra hanc etiam inseratur, non mirum est, anteriorem corporis tertiæ ceruicis uertebræ faciem secundæ uertebræ nonnihil esse consimilem: imò dictorum musculorum occasione omniũ ceruicis uertebrarum sedem ueluti compressam, non autem ut thoracis lumborumq; uertebræ semicirculi instar, protuberantẽ uideri. Quæ quum ita se habeant, neminem latet, omnibus ceruicis uertebris non eundem processuum numerum obtigisse. Ne autem aliquid hîc prætermisisse uidear, necessum fuerit uel Galeni nomine alicuius uertebræ ceruicis processus ita recensere, ut undecim numero in illis processus adinuenias: totidem nanque processus colli uertebris à Galeno ascribuntur. Assumito itaque tertiam, aut quartam, aut quintam, aut sextam colli uertebram, ac primùm duos numerato processus in superiori corporis sede, utrinque uidelicet unum ad latus sinus, cui incumbentis uertebræ oblongum corpus insidet. tertium autem & quartum recense duos ascendentes processus, qui incumbentem subeunt uertebram. quintum uerò & sextum, duos descendentes, quibus subditæ uertebræ ascendentes processus excipiuntur. Porrò septimum, octauum, nonum & decimum numerabis, transuersos processus: qui quum utrinque sint singuli, ac illi rursus gemini bifidiq; cernantur, quatuor cõstituũt processus. undecimus erit ipse posterior processus, seu spina. Verùm quum uertebræ, quibus geminis utrinquè transuersus accidit processus, spinam quoque [r] bipartitam gerant, nihil obstiterit, cur minus hîc duodecimum quoque fingas, Galeni numerũ aucturus. Item quia [s] oblongum uertebræ corpus inferiori sede processus modo quoque educitur, quid prohibebit & id pariter decimi tertij processus loco, cæteris adijcere? Quòd autem in prima ceruicis uertebra, & secunda, septimaq; alius processuũ obseruetur numerus, atque ille adhuc in istis uarius, uel me tacente citra negocium prompte colligitur. [t] Foramina in uertebrarum lateribus neruis à dorsali medulla transmittẽdis, & uenis quoque ac arterijs ad illam admittendis parata, eadem serie sub secunda ceruicis uertebra ad sacrum usque os cõstituuntur. Inter latus enim posterioris sedis corporis uertebræ, & ascendentes descendentesq; processus, sinus quidam [g] supra [h] infraq; in ambobus lateribus exculpitur, qui cum proximæ uertebræ sinu commune foramen efformat, quo neruus prosilit. Isti sinus in omnibus uertebris nõ pari se habent modo. in ceruicis enim uertebris semicirculus in superiori uertebra, & semicirculus in inferiori exculpitur, utraque uertebra parem operam ad foraminis constitutionem præstante. Aut si quis ad amussim singula excutiat, inferior uertebra in ceruice paulò maiorẽ portionem foraminis constituit, ipsa superiori. [i] Sinus enim in superiori uertebræ parte exculptus, [k] inter processum ascendentem, & processum quem elatior corporis uertebræ pars producit, profundior est [l] sinu, qui [m] inter descendentem processum, & corpus uertebræ cælatur. In lumborum uertebris prorsus contraria est ratio. superior enim uertebra, superiorem foraminis sedem lateraq; efformat, inferiori interim uertebra inferiorem foraminis illius partem, seu ueluti tertiam circuli partem duntaxat constituente. Sinus enim in illis uertebris inter corpus ac descendentem processum exculptus, multis numeris eius cauitatẽ superat, qui in superiori uertebræ parte inter corpus ipsius & ascendentem processum cælatur. Thoracis autem uertebræ medio se habent modo. quæ enim ex illis collo propius accedunt, colli uertebris hoc neruorum foramine respondent: quæ iuxta lumborum uertebras consistunt, lumborum etiam uertebris in foraminis forma assimilantur. Quamobrem uerò Natura, in alia sede neruorum foramina [n] inter occipitis os & primam uertebram, ac rursus [o] inter hanc & secundam cælauerit, quàm in reliquis uertebris, cuiuis obuium esse arbitror, qui primæ uertebræ cum capite, & eiusdem uertebræ cum secunda articulorum compagem sedesq; ex præcedentibus intellexerit. Hæ nanq; liquidò commonstrant, in lateribus articulo occupatis, uertebras illas insculpi neutiquam potuisse, nisi prorsus infirmum inualidumq; Natura hîc fecisset contextum, & mutuo ossium in assiduis motibus affrictu, neruos rumpi uitiariq; cupiuisset. Qua uerò prouidentia hæc foramina [p] in sacro osse exculpsit, in eius ossis historia percurram. Cæterùm quòd ad præsens Caput adhuc spectat, colli uertebræ aliud nihil sibi priuatim asciscunt. Nam etsi omnium uertebrarum secundam sequentium corpora superius inferiusq;, & ipsius etiam secundæ corpus infra appendices in minoribus natu ostendant, id quoque omnibus uertebris secundæ subditis commu

*Processuũ numerus.*

*Lib. 13 de Vsu partium.*

*Foraminum neruos in latera trãsmittentium natura.*

*In colli uertebris.*

*In lumborum uertebris.*

*In thoracis uertebris.*

*Vertebrarum appendices.*

p 5, 10 fi. 2, 3, 5 v.

q 8 muscul. tab. A, B.

Obseruato hîc 8 figurã cuius numeri, processus seriatim de notant.

r 8 fi. 5 v.

s 8 fig. 7 & 9 fig 3.

1 fi. ca. 14. Q. Q.

g 8, 9 fig. n.

h 7 fig. r.

i 8, 9 fi. r.

k 9 fi. inter c & d.

l 7 fig. r.

m 7 fi. inter b & i.

n 2 fi. ca. 11 lib. 4 H, & 3 fig. F.

o 2 fi. ca. 11 li 4 N, & 5 figura I.

p 2 fi. ca. 11. lib. 4 charact. 25. ad 30 usq; & 3 fig. E. ad 56.



commune est. Quemadmodũ & uertebras non uno osse in puerulis effórmari, nulli negatum est uertebræ. Prima enim ceruicis duobus constat ossibus, inuicem appendicũ more cõmissis. Apparet autem hæc unio, ubi primæ [q] anterior pars consistit, & [r] quà aliæ in spinam exacuuntur. [s] Reliquæ autem ceruicis & thoracis & lumborum uertebræ præter appendices, tribus extruuntur partibus. Vna enim linea cartilagine oppleta, secundùm spinæ ducitur longitudinem, à foramine dorsali medullæ parato ad spinæ usque apicem pertinens. Aliæ autem duæ ab eodem foramine productæ, corpus uertebræ à duobus transuersis processibus reliquisq; uertebræ posterioribus partibus dirímunt, quemadmodum in agno ac hœdo est cernere. Quamuis id in puerulis obseruari malim, quòd ipsis ossium noxæ crebrius quàm ætate confirmatis oboriantur. Cæterùm in ætate paulò prouectioribus, hæc ossium frequentia aboletur: appendices tamen etiam uigoris tempore aliquando non ita difficulter distinguuntur. In senibus autem non solum appendicum connexus obliteratur, uerùm uertebrarum corpora aliàs magno interuallo ob cartilagínei ligamenti interuentum dissita, adeò coalescunt, ut modò tres modò quatuor uertebras in illis ita concreuisse, ac simul in cemiterijs effodi uideas, ut inuicem diuelli nulla ratione queant. Coalitus iste quorundã processuum fit interuentu, quos corpus unius uertebræ ab externa ipsius superficie in aliud producit. Cæterum coalitum hunc in causa esse, cur minus dorsum moueant senes, & quòd nequaquam dorsum extendant, ipsiq; magis incuruentur, neminem ambigere reor, præcipuè si quis aliquando gibbosi uertebras inspexerit, hasq; incuruatas, & suis corporibus pertinacissimè unitas. Quanquam ad hæc, difficilem in senibus motum augent ossium superciliorũ mira asperitas, & ossium tubercula, quæ capita in suis sinibus moueri prohibent. Postremò & insignis ligamentorum duricies, promptè uertebras moueri uetat.

*Vertebram in pueris plurib. constare ossibus.*

*Vertebrarum in senibus nexus.*

q 2 fig. M. 3, 4 fi. L. r 3, 4 fi. X. s prima linea, in 7 fi. à foramine illo per sdu ceretur. Secunda autẽ & tertia à foramine per r & v.

## DE THORACIS VERTEBRIS.

### Caput XVI.

PRIMA XVI CAPITIS FIGVRA. SECVNDA. TERTIA. QVARTA.



QVATVOR PRAESENTIVM FIGVRARVM ET EARVNdem characterum Index.

*DVODECIM thoracis uertebrarum eas hic delineauimus, quas ostendendæ illarum descriptioni sufficere duximus. Integra enim dorsi uertebrarum series, figura decimoquarto Capiti præposita, ac dein tribus integram ossium compagem ad huius libri calcem experimentibus proponitur. Thoracis autem uertebræ simul cum costis, quæ illis articulantur, etiam seorsum duabus prioribus figuris exprimuntur, quæ decimo nono Capiti præfigentur. Prima uero huius Capitis figura unam ex medijs thoracis uertebris anteriori parte delineatam ostendit, cui ferè decem superiores thoracis uertebræ correspondent.*

*Secunda, eandem uertebram, quæ prima explicatur figura, posteriori facie spectandam offert.*

*Tertia, thoracis undecima uertebra posteriori facie ostenditur.*

*Quarta duodecimam thoracis uertebram posteriori etiam facie expressimus.*

A 1,2,3,4 *A in omnibus obſeruatur figuris, ſuperiorē corporis partem notans, qua ſuperpoſitæ cōmittitur uertebræ. Cæterum quia ſuperiori parti inferior prorſus reſpondet, abs re fuiſſet uer-*
Φ. *tebram thoracis ab inferiori facie delineare. Φ uerò in tertia figura poſitum, appendicem notat ſuperiorē corporis uertebræ, quæ adhuc poſt oſsiū coctionē & emundationem ferè relinquitur.*

B 1 *Medium eius ſinus, quem duabus uertebrarum corporib. communem eſſe dicemus, cuiq; coſtæ radix inarticulatur.*

C 1 *Eiuſmodi ſinus pars in inferiori uertebræ corporis ſede ſculpitur, quæ tanto minor eſt ſuperiori parte B inſignita, quanto communis ſinus coſtæ articulandæ paratus, ad ſubiacentem uertebram magis, quàm ad ſuperpoſitam pertinet.*

D 3 *Sinus undecimæ uertebræ, cui undecima dextri lateris coſta inarticulatur.*

E 4 *Sinus duodecimæ uertebræ, cui duodecima dextri lateris coſta coarctatur.*

F 4 *Sinus aſper & profundus, ex quo ligamentū prodit, duodecimā coſtā ſuæ cōnectens uertebræ.*

G 2,3,4 *Foramen grandius poſteriori uertebræ corporis ſedi, quæ dorſalē medullam reſpicit, inciſum.*

H & I 1,2,3,4 *Tranſuerſi proceſſus uertebrarum thoracis.*

K 1 *Sinus in apice tranſuerſi proceſſus, cui coſta articulatur, conſpicuus.*

L 1 *Sedes tranſuerſi proceſſus, quam gibbam eſſe dicemus.*

M 1 *Sedes tranſuerſi proceſſus caua. Quòd autem in reliquis tribus figuris poſteriorem uertebrarum faciem exprimentibus, tranſuerſi proceſſus nonnihil decliues ferri apparent, ob hoc euenit, quòd in his delineationibus ſuperioris uertebrarum partis magna conſpicitur portio. Oculi enim acies ad poſterioris ſedis medium, ſtudiò non fuit directa.*

N, O, P 1,2 *Spina, ſeu poſterior proceſſus. ac in ſecunda quidem figura ſuperior ſpinæ exprimitur ſedes, in qua N & O & P tres lineas notant, triangularem figuram ſimul conſtituentes. & interuallū inter N ac O una eſt ſuperficies ſuperior, & aliud interuallū inter N & P altera eſt ſuperficies ſuperior. Verùm prima figura tertiam ipſius proceſſus ſuperficiem notat, quæ inferior eſt, ac inter O & P conſiſtit. Quod autem iuxta N in prima figura inumbratum cernitur, alterius ſuperiorum ſuperficierum eſt portio.*

Q 1 *Linea in tertia ſuperficie extuberans, quæ aſpera & inæqualis eſt.*

R 3 *Spina undecimæ thoracis uertebræ.*

S 4 *Spina duodecimæ thoracis uertebræ.*

T, V 1 *Vertebrarū thoracis, quæ ſupra duodecimā conſiſtunt aſcendentiū proceſſuū anterior ſedes.*

X, Y 2,3 *Aſcendentium thoracis uertebrarum proceſſuum poſterior ſedes, qua illi proceſſus extuberant, & cartilagine incruſtantur.*

a b 2,3 *Deſcendentium thoracis uertebrarum proceſſuum exterior ſedes.*

c 1 *Hîc uidetur dextri deſcendentis proceſſus anterior ſedes, quæ ſinuatur, cartilagineq; obducitur, & aſcendentis ſubiectæ uertebræ proceſſus tuberculum excipit.*

e, f 4 *Aſcendentes duodecimæ thoracis uertebræ proceſsus, undecimam ſubeuntes uertebram.*

g, h 4 *Deſcendentes duodecimæ thoracis uertebræ proceſſus, qui aſcendentium primæ lumborum uertebræ proceſſuum ſinibus inarticulantur.*

*Plurimū duodecim thoracis eſſe uertebras.*

*fi. cap. 14 C, D. Integræ K ad L. Deinde totus uertebrarū contextus 1, 2 fig. cap. 19.*

THORACIS uertebræ numerantur[a] duodecim, præterquam quòd aliquando, tametſi raro, aliquibus uel deeſt una, uel ſupereſt. Sed deeſſe rarius, quàm ſupereſſe, inuenitur. Patauij nanque duo corpora, tredecim ſingula thoracis donata uertebris mihi occurrerunt, quum interim hactenus undecim tantum uertebras nunquam uiderim. Neque etiam lumborum ceruicisq; uertebrarū numerus tam crebro, atque thoracis, uariatur. Præterea, etſi thoracis uertebræ pari conſtent numero, non tamen in omnibus eandem articulationis commonſtrāt ſpeciem. Quum enim una thoracis uertebrarum ſit, quæ uertebram ipſi ſuperpoſitam aſcendentibus proceſsibus & ſubiectam deſcendentibus pariter ſubeat, duabuſue excipiatur uertebris, hæc tamen nō eadem (licet duodecim tantum thoracis ſint uertebræ) ſe offert. quandoquidem nunc undecima, nunc uerò duodecima, aut alia quæpiam interdum hoc articuli genere proximis committitur uertebris. Quò igitur accuratius, quænam hæc ſit, quaq; ratione alijs coarctetur, quiuis promptè intelligat, præſens negocium deſcriptu utcunque arduum, ſed demonſtratu mihi perfacile, quàm potero diligentiſſimè mo-

*Quandam uertebram ſupra infraq; ab alijs ſuſcipi.*





dò aggrediar, omnes thoracis uertebrarū partes ordine enarraturus, ut in quibus illæ inuicem pugnent, ocyus quis adinueniat. Quippe in thoracis uertebris nō mediocris occurrit differentia.[b] Primùm itaque thoracis uertebrarum corpora tantum magnitudine inter ſe diſcrepant, quantum una, alia collo uicinior conſiſtit. Primæ nanque thoracis uertebræ corpus magnitudine admodum duodecimæ corpori cedit.[c] Deinde corpus primæ, ſuperiori ſua ſede, qua ſeptimæ ceruicis cōnectitur, non omnino planū eſt, ſed modicè utrinque ad latus extuberat, ceruicisq; uertebrarum[d] corpora obſcurè imitatur. Inferior autem huius corporis pars, plana conſtat ſuperficie,[e] quemadmodū & inferior ſuperiorq; omnium thoracis uertebrarū corporum ſuperficies. Nullum enim thoracis uertebrarū corpus inferiori parte, uel leuiſsimè in longum decliue protenditur, & in ſubſequentis uertebræ corporis ſinum ([f] ceruicis uertebrarum ritu) deſinit. Vtcunque etiam aliter Galenus atteſtetur, parem quodammodo articulationem thoracis uertebris tribuens, quam in præcedenti Capite ceruicis uertebrarum corpora moliri docuimus. Ad hæc, primæ ſecundæq; thoracis uertebræ corpus, nō adeò anteriori parte rotundū ſeu orbiculare prominet, atque reliquarum thoracis uertebrarū corpora, quæ multo magis quàm ſupremarū corpora ad circuli ſeu literæ C conuexi imaginem accedunt, proceriusq; in thoracis amplitudinē protuberant. Videntur enim duæ ſuperiores thoracis uertebræ, ceruicis uertebrarum modo, in anteriori corporis ſui ſede depreſſæ, multoq; (ut ſic dicam) ampliores, quàm profundiores, ac ad cōuexum ſemiparentheſis ( potius quàm C formatæ. Quod ipſis priuatim cùm articulationis laxo motui aptæ gratia, tum[g] muſculorum collum flectentium occaſione oboritur. Muſculi enim illi, ita utrinque primarum thoracis omniumq; ceruicis uertebrarum corporibus inſternūtur, ut liquidò conſtet, ea corpora ab illis comprimi. Reliquarum autem uertebrarum corporibus huiuſmodi muſculi neque adnaſcuntur, neque incumbunt quoque. Præterea omnibus thoracis uertebrarum corporibus hoc commune accidit, quòd utrinque ſinus habeant, quibus coſtarum capitula inarticulantur. Verùm ut coſtarum capitula in illo articulo uariant, ita etiam iiſdem omnino ſinibus non omnes uertebræ decorantur. Vbi enim prima thoracis ſecundæ committitur, & ſecunda tertiæ, atq; ita deinceps ad nonæ uſque cum decima conuexum,[h] ſinus quidam in ambobus lateribus iuxta[i] foramina neruorum nomine parata inſculpitur. qui utrarumq; inuicem colligatarum uertebrarum corporibus communis exiſtit, ac partim in ſuperioris uertebræ corpus, partim in inferioris excinditur. quanquam interim huius ſinus grādior portio ad inferiorem uertebram potiſsimum pertineat. Sinus iſte incruſtatur cartilagine, & obtuſi anguli penè forma cælatus eſt, quemadmodū & coſtarum[k] capitulū ſinum ſubiens anguli obtuſioris modo extuberare, in coſtarū tractatione commonſtrabimus. Cæterùm prima thoracis uertebra hoc proprium cum undecima & duodecima adipiſcitur, quod utrinque peculiarem habeat ſinum alijs uertebris non communem, in ipſiusq; corpore duntaxat inciſum. Ad ſuperiorem enim ſedem corporis primæ thoracis uertebræ, ſinus utrobique exculpitur rotundus, & ſatis inſigniter cauus, ac denique cartilagine oblitus, cui primæ thoracis coſtæ radix rotundo capitulo inarticulatur. Deinde ad inferiorē huius ſinus ſedem alius inſigniter profundus cōſpicitur, aſper & inæqualis, & foraminibus quibuſdam oppletus, neque cartilagine inunctus, à quo ualidiſsimum prodit ligamentum coſtam in ſuo ſinu robuſtiſsimè ſtringens. Pari ratione ſinus in duodecima uertebra duodecimæ coſtæ gratia inſculptus, ad inferiorem ipſius ſedem alium quoq; aſperum, ſed minus quàm poſtremò dictus primæ uertebræ ſinus, profundum adipiſcitur, qui ligamenti duodecimam coſtam firmius uertebræ adnectenti nomine cælatur. Poſtremò thoracis uertebrarum corporibus etiam ſubſtātiæ ratione quædam accedit differentia. quanto enim cuiuſq; uertebræ corpus grandius maiusq; eſt, tanto etiam minus apparet ſolidum, ſed fungoſum, & multis inæqualibus uarijsq; foraminibus incerta ſerie interſtinctum, in quæ uenæ arteriæq; corpus uertebrarū enutrituræ ſubintrant. Niſi enim uaſorum ſurculi craſſorum oſſium ſubſtantiæ inſinuarentur, impoſſibile eſſet mediam intimamq; & à ſuperficie remotiſsimam oſſis ſubſtātiam, ſibi nutrimentū (quandoquidem ita diſtat) allicere. Inter cætera huius generis foramina, nullibi inſigniora ſe offerūt, [l] quàm in poſteriori corporis uertebrarū ſede dorſalē medullā reſpiciēte. Vbi in plurimis uertebris unū peculiare cernitur foramen, pro uertebræ mole magnum, & aſperum, & in multa deſinens foraminula. Et quamuis Galenus huiuſmodi foramina, priuatim lumborū uertebris uideatur adſcribere, ſi tamen quis ſingula ſtudioſe rimabitur, conſpiciet primam lumborū & thoracis duodecimam, & undecimam, aliquotq; uertebras ipſis ſuperpoſitas, hæc foramina pro illarum magnitudine inſigniora, plura & altiora exigere, harumq; uertebrarū corpus fungoſius, quàm cæterarum omniū eſſe. Quòd ſcilicet magnæ ſint uertebræ, & cauæ uenæ[m] caudicem ſibi innitentem non ſortiantur, ac duntaxat[n] uenæ pari carentis propaginibus implicentur. In[o] tranſ-

*Thoracis uertebrarū in corporibus differentia.*

*Libro de Oſſibus Cap. 9.*

*Ex ſinibus quibus coſtæ articulantur differentia.*

*Differētia ex corporum ſubſtantia.*

*Libro de Oſſibus Cap. 10.*

*b c Hanc articulationis, ut & molis quoque differētiam, oſtendit 1 fig. integrarum ac fi. cap. 14.*
*d 9 fi. cap. 15 κ, κ, ϑ.*
*e 1,2,3 fi. A.*
*f 8 fi. cap. 15, f & 9 fi. f.*
*g 8 muſc. tab. A, B.*
*h 1 fi. B, C. Sed manifeſtius 3 fi. cap. 19 X, d.*
*i 1 fi. ca. 14 Q, Q.*
*k 4 fi. 19 cap. L. Hæc petes ex 4 fi. E, F.*
*l 2,3,4 fi. G.*
*m fi. 6 cap. lib. 3. præpoſitæ ſ. uerſus e.*
*n Eiuſd. fi. F, dein G.*
*o 1,2,3,4 fi. H, I.*

*Differentia à transuersis processibus.*

uersis processibus, uertebræ thoracis etiam inuicem uariant, uerùm non adeò ut Galenus in decimotertio de Partium usu prodidit, decimã & duas ipsi succumbentes transuersis priuans processibus. Omnibus enim thoracis uertebris utrinq; unus transuersus obtigit processus, qui magnitudine in nouem superioribus uertebris uix quicquam differt. decimæ autem uertebræ transuersi processus minus, quàm superiorum uertebrarum, extuberant, ut etiam decima, quæ ipsi cõmittitur costa, admodum parua spuriaq; est. Vndecimæ uerò uertebræ transuersi processus minores adhuc decimæ sunt, & duodecimę processus adhuc minores ipsius undecimæ: nimirum quòd non tantus horum processuum usus, atque superiorum uertebrarum processuum, sit. Cæteris enim omnibus costæ articulantur, quarum gratia thoracis uertebræ ualidissimos crassissimosq; processus transuersos sibi uendicãt. Duodecimæ uerò & undecimæ transuersis processibus costæ non articulantur. duæ enim infimæ utriusque lateris costæ, unica tantum ad uertebrarum corpus articulatione committũtur, reliquis interim ad uertebrarũ corpora & processuum transuersorum apices dearticulatis. Ad[p] apices nanque transuersorum processuum nouem superiorum thoracis uertebrarũ sinus cartilagine incrustati uidentur, quibus costarum[q] capitulum articulatur. In transuersis autem decimæ uertebræ processibus eiusmodi sinus aut nulli, aut interdum obscuri conspiciuntur: in duarum uerò infimarum processibus prorsus nulli occurrunt. Præterea sinus in transuersorum processuum apicibus sculpti, omnes quidem anteriori processuum sede habentur: uerum alij superiorem, alij mediam magis occupant. Primæ enim uertebræ transuersorum processuum sinus deorsum spectant, nonæ uerò sursum, mediæ autem medio se habent modo. Quod Galenus quidem parum animaduertisse uidetur, quum costarum nexus explicãs, huiusmodi sinus omnes deorsum spectare, atque inferiori apicis transuersorum processuum sede insculpi arbitratur. Qui decimam thoracis uertebram, & duas huic subiectas nequaquã transuersis processibus ob id debebat priuare, quòd illi totius dorsi in latus motum essent præpedituri. Si enim motus illius ratione Natura transuersos processus illis uertebris abesse uoluisset, nõ magis uertebras decimæ (quam Galenus suprà infraq; suscipi tradidit) subditas, quàm superpositas, debuisset illis processibus priuare. Nam si inferiorum uertebrarũ transuersi processus motui laterali obstaculo erant futuri, profectò superiores non minus motui, quàm inferiores obstitissent. Quemadmodum enim dorsi pars, quæ uertebræ suprà infraq; exceptæ subijcitur, sursum in illo motu ducitur: ita etiã superiacentem partẽ deorsum ferri necessum est, si modo ueluti in semicirculũ dorsum in latus duci debeat, cuius semicirculi circumferentiæ medium punctum uertebra illa meritò censetur, quæ suprà infraq; suscipitur, quæcunq; etiam hæc sit. At quid opus est huic sermoni, adhuc propter uertebram utrinque susceptam intellectu difficili, immorari? quum decima & duæ ipsi succumbentes thoracis uertebræ tam insignes transuersos processus habeant, quàm illorum usui in musculorum exortu insertioneq; expedit. Quinetiã Galenus sui nescio quàm memor, passim omnes costas duobus internodijs articulari prodidit, uno scilicet uertebræ corpori, altero autem transuerso processui. quod si esset (uti sanè non est) nunquid & decima thoracis uertebra, & duæ ipsi subditæ necessariò transuersis donarentur processibus? Quo autem ductu illi aut sursum aut deorsum porrigantur, tunc dicemus, quum thoracis uertebrarum spinas sermoni subnexuerimus. Natura enim omnibus thoracis uertebris spinam toto ductu simplicem, minimeq; [r] bifidam largitur. Atque huius spinæ in omnibus uertebris non eadem forma uisitur. Nouem enim superiores[s] longissimas exigunt spinas, non admodum amplas, at tamen ex ampla basi in mucronem sensim desinentes, triangulicq; imaginem ita referentes, ac si triangulari constarent pyramide. Superiori nanque sede[t] rectam acutamq; ostendunt lineam, secundùm ipsarum longitudinem exporrectam, & deinde utrinq; ad[u] latera iuxta inferiorem ipsarum sedem, similẽ etiã obtinent lineã. adeò ut spinæ unius, tres longæ acutæq; lineæ, ternas superficies efforment: quarum[x] duæ superiorẽ spinæ sedem cõstituunt, quæ superiorẽ uertebrã respicit, atq; harum una utrinq; habetur. [y] tertia superficies inferiorem cõstituit sedem, subiacẽtis uertebræ spinæ incumbentẽ. Tres istæ superficies in eadem spina in nouẽ superioribus uertebris, ut plurimùm pares & æquè amplæ cernũtur, et duæ superficies exactè læues sunt. tertia autem & inferior aspera est, & ueluti[z] linea secundùm ipsius longitudinẽ ducta interdiuiditur. Ab hac tertiæ superficiei linea ligamentũ prodit, quod lineæ duabus superficiebus cõmuni inseritur, ac inuicẽ spinas colligãs, interuallumq; earundẽ opplens, dextros spinæ musculos à sinistris dirimit, illi respondens ligamento, quod[a] inter ulnam & radium, [b] ac inter tibiæ os & fibulam consistere dicã. Interdum superiores superficies inferiori ampliores apparent, ipsæq; spinæ à lateribus magis (quemadmodum in quadrupedibus cernitur) sunt depressæ. Decima thoracis uertebra non ita prominentem, atque superiores uertebræ, spinam exigit: neq; hæc triangularem

*Libro de Ossibus, & octauo de Admi. dissec.*

*In Lib. de Ossibus.*

*Tum alibi sæpius, tum maxime 8 de Admi. dissec.*

*A spina differentiæ.*

*p 1 fi. K. & 3 fig. cap. 19 c, b.*

*q 4 fig. ca. 19 M.*

*r 8 fig. 15 cap. f, u. s 1, 2 fig. N, O, P.*

*t 2 fig. N.*

*u 1, 2 fig. O, P.*

*x 2 fig. una ab O ad N. altera ab N ad P.*

*y 1 fig. inter O et P.*

*z 1 fig. Q.*

*a 1 fig. cap. 1 lib. 2 auctor E & I.*

*b 7 musc. ta. S, T, V.*



rem illam imaginem adeò scitè commonstrat. Duæ enim superiores superficies, amplæ admodum sunt. tertia autem inferior ue angusta cernitur, nec ualde depressa, sed insigniter aspera & inæqualis. Præterea spinæ huius mucro obtusus amplusq; est, non ut superiorũ uertebrarum spinæ acutus & strictus. Vndecimæ uertebræ[c] spina, adhuc minus quàm decimæ exporrigitẽ, & utrinq; magis adhuc deprimitur, ampliorq; (si superiora inferioraq; inspexeris) efficitur. Deinde inferior ipsius superficies in lineam insigniter extuberat, neque amplius depressa, sed arcta & aspera uisitur, huiusq; spinæ mucro admodum obtusus est ac spissus. Duodecimæ[d] spina, adhuc magis à superiorum uertebrarum spinis uariat, ad lumborum uertebrarum[e] spinæ imaginem magna ex parte accedens, quæ utrinque admodum depressa est: & si summum imumq; spectes, admodum lata & ampla. Cæterùm ut omnibus uertebris non eadem spinarum forma accidit, sic etiam spinæ ductu inuicem discrepant. Nouem nanque superiorum thoracis uertebrarum spinæ, ut & ceruicis, insigniter decliues feruntur, seu à summo ad imum tendunt. Decimæ autem thoracis uertebræ spina minus quàm superiorum spinæ deorsum conniuet, magisq; rectà retrorsum fertur. Vndecimæ spina adhuc rectius erigitur, & huius rectitudinem duodecimæ spina uincit. Verùm interim harũ nulla adeò rectà fertur, quin ipsius mucro sem per magis deorsum, quàm sursum, uergat. quod etiam omnium in lumbis uertebrarum spinis accidit, deorsum magis quàm sursum spectantibus. Atque hæc in hominis dorso subaudienda sunt. Canibus enim, simijs, leporibus, & alijs ferè quadrupedibus prorsus contraria est ratio, Galeni dogmatibus pulchrè quadrans. His enim decimæ thoracis uertebræ spina neque deorsum neque sursum uergit, & duæ deinceps, quæ statim decimæ subijciuntur, spinam habent obscurè superiora suo mucrone spectantem. Reliquæ uerò has adhuc subsequentes spinas exigunt ab imo sursum porrectas. longè profectò secus, quàm homo, cui ne unius quidem uertebræ spinam sursum magis, quàm deorsum, inclinare, nemo uerè asserturus sit. Transuersi colli uertebrarum processus, quemadmodum & nouem superiorum thoracis, ex Galeni sententia, decliues, seu à summo ad imum deberẽt porrigi: uerùm id adeò obscure leuiterq; fit, ut uix mentione dignum uideatur. Quandoquidem si transuersos colli uertebrarum processus non perfunctoriè consideraueris, dices illos[f] externo seu posteriori eorum latere, deorsum respicere; [g] interno autẽ seu anteriori latere, quod posteriori latius est, sursum tendere. Transuersi autem nouem superiorum thoracis uertebrarum processus, toto ipsorum corpore retrorsum & sursum magis, quàm deorsum, feruntur. Verùm[h] superior eorundem pars gibba uisitur, [i] inferior caua, & nonnihil sinuata, quasi hac ratione descensus ad inferiora speciem processus illi referrent. Transuersi autem processus duodecimæ thoracis, non solùm sursum conniuẽt, uerum etiam egregiè retrorsum ducuntur, quemadmodũ & undecimæ & decimæ processus nonnihil sursum spectãt.[k] Transuersi lumborũ uertebrarũ processus admodũ obscurè sursum ducuntur: quanq; uertebra sacro ossi cõmissa, paulò manifestius suos processus sursum efferre cernitur. In canibus transuersi processus colli uertebrarum perquàm conspicuè & manifestò deorsum tendunt. Thoracis autem uertebrarum processus, aut non deorsum feruntur, aut admodum leuiter. Verùm lumborum uertebrarum processus insigniter in altum obliquè porriguntur, & Galeni descriptionibus ad amussim conueniunt: si modò uertebrarum numerum exceperis, plures enim lumborum uertebræ canibus & caudatis similjs obtigerunt, quàm hominibus, qui etiam plerunque à canibus una thoracis uertebra superãtur. Ad hunc igitur modum transuersi posteriores q; thoracis uertebrarũ processus constituũtur. illi uerò [l] quos ascendentes & descendentes uocamus, ea quæ nunc subsequitur serie disponũtur. Vertebrarum omnium quę suprà sacrum os habentur, articulationis, quę nuper dictis efficitur processibus, duplex est ratio. aut enim succumbens uertebra superiacentem subintrat, ac ab illa susciputur: aut succumbens superiorem in suis sinibus excipit. adeò ut omnis uertebra, duabus tantum demptis, una parte susciatur, altera susciatur. Prima enim cerui cis uertebra & superiori & inferiori sede susciptt,[m] superiori quidem occipitis ossis capitula,[n] inferiori autem secundam cerui cis uertebram. [o] Duodecima uerò thoracis (nisi alia quæpiam interdum sit) utrinque susciptur, nullam interim susciens. Omnes itaque hac uertebra superiores, ad primam usque cer uicis, priori articulationis genere committuntur. superior enim semper inferiorem excipit, ut decima thoracis undecimam. Quæ autem sub utrinque susceptа locantur, superiori quidem sui parte superiacentem excipiunt, inferiori autem parte subiacentẽ ingrediuntur. atque ita prima lumborum uertebra à secunda susciptur. Thoracis uertebræ supra utrinque susceptam repositæ, eandem in ascendentibus descendentibusq; processibus speciem cum[p] colli uertebris obtinent. Sunt autem hæ thoracis uertebræ, secundũ Galeni sententiam in libro de Ossibus, nouem superiores: aut alicubi in libris de Vsu partium decem. Is enim hîc undecimam, illic uerò

*Spinarum ductus.*

*Libro de Ossibus, & libro 13. de Vsu partium.*

*Transuersorum processuũ ductus.*

*Tum alibi, tũ in lib. de Ossibus.*

*Differentiæ ab ascendentibus & descendentibus processib. eorundemq; articulationis ratio.*

*c 3 fig. R.*

*d 4 fi. S. e 2 fi. cap. 17. C, D, E, F, G.*

*Obseruato fi. cap. 14. & 2 & 3 fi. integrarum.*

*f 8, 10 fi. cap. 15 x. g eorundẽ fig. z.*

*h 1, 2 fi. L. i 1 fi. M.*

*k 1, 2, 3 fi. cap. 17. H.*

*l fi. cap. 14. N, O.*

*m 2 fi. 15 cap. N sus. scipit 1 figuræ B.*

*n 4 fi. 15 cap. Y susci pit 5 figuræ c.*

*o fi. cap. 14. E. & 3 integrarũ ad 12 costam.*

*p 7 fi. 15 ca. ß. deim 9 fig. d. & 11 fi. ß. d.*

rò decimam thoracis ſuſcipi tradidit, uti in ſimijs & canibus cernebat. mihi autẽ nunquam decima utrinq; ſuſcipi in homine uiſa eſt, ſed plurimùm duodecima. Aliquãdo enim cum ſacrum os quinque tantum oſſibus efformatum repperi, undecima mihi utrinque ſuſcepta occurrit. Verùm Bononiæ Galli cuiuſdam ſacerdotis oſſa contexuimus, in quibus prima lumborum utrinque ſuſcipitur, & illa ſuos proceſſus perinde ſibi articulatos gerit, ut duodecima thoracis uertebra duodecimas coſtas. Quum itaque duodecima thoracis frequentiſsimè utrinque ſuſcipi appareat, ab hac orationem inſtituamus. Vndecim thoracis uertebrarum [q] proceſſus aſcendentes protuberãt, ac in [r] exteriori poſteriori ue ſede, notatu digna orbicularíq; circumferentia cartilagine incruſtantur, atque horum proceſſuum tuber adeò leuiter ac in plana ſuperficie exeratur, ut num ſinus, num tuber cenſendũ ſit, uix internoſcas. Deſcendentes autem proceſſus [s] interna anteriori ue ipſorum ſede, qua foramen dorſalis medullæ gratia cælatum reſpiciunt, ſinum quoque adipiſcuntur amplum, & quodammodo orbicularem, & cartilagine incruſtatum, & nuper dicto tuberi ad amuſsim reſpondentem. Hi ſinus & tubera, à colli uertebrarum ſinibus tuberibusq; in ductu duntaxat uariant. Colli enim uertebrarum ſinus, ac tubera obliquè ab anterioribus ſurſum porriguntur, aut contrà obliquè deorſum tendunt. Nihil enim refert, ſiue ſurſum, ſiue deorſum porrigi dixeris, modò obliquitatem illorum intelligas, & cum thoracis uertebrarum ſinuum tuberumq; ductu conferas. qui quandantenus recto perficitur tramite, quò firmior minusq; ad motum ſequax thoracis uertebrarum cõtextus foret. Quum igitur thoracis uertebrarum, ut & colli, aſcendẽtes proceſſus poſteriori ſua ſede protuberent, deſcendentes uerò interna ſede cælentur, meritò aſcendentes inferioris uertebræ proceſſus ſubintrant deſcendentes ſuperioris uertebræ proceſſus, inferiorq; uertebra à ſuperiori excipitur.




*Ab a ad b colli uertebrarũ proceſſuũ ductus meti, tur. à c uerò ad d thoracis.*

*Quo modo lũborum uertebræ mutuò de articulẽtur.*

Cæterùm lumborum uertebræ, alia ratione coordinantur. [t] Aſcendentes enim illarum proceſſus interno latere, quo ſe inuicem illi reſpiciunt, ſinum habent oblongum, & ampliter ſatis cauum. [u] Deſcendentes autem proceſſus latere ſuo externo (modicè interim uerſus anteriora) oblongo protuberant capitulo, quod in inferioris uertebræ aſcendentis proceſſus ſinu aptè excipitur. Adeò, ut in lumborum uertebris inferior uertebra ſuis ſinibus ſuperioris admittat capitula: ſecus quàm in ceruice & thorace, ubi ſuperior ſuis ſinibus inferioris uertebræ tubercula excipit. Duodecima autẽ thoracis uertebra, [x] aſcendentes proceſſus ſimiles gerit cum aſcendentibus ceruicis ac thoracis uertebrarũ proceſsibus, quos poſteriori ſua ſede extuberare diximus. Atq; ideo duodecima aſcendẽtibus ſuis proceſsibus undecimæ thoracis uertebræ deſcendentes ſubit, ipſaq; ab undecima excipitur. [y] Deſcendentes uerò duodecimæ proceſſus extuberant quoq;, deſcendentium in lumbis uertebrarum proceſſuum ritu. deinde hi ſubeunt ſinus aſcendentium proceſſuum primæ lumborum uertebræ. quæ quum duodecimã excipiat, quid promptius colligi poſsit, quàm duodecimam ſuprà infraq; ſuſcipi? Verùm interim non ita multum refert, an duodecima, an undecima, an alia quæpiam utrinque ſuſcipiatur: modò nos indicibilis Naturæ induſtria hîc non lateat, quæ in dorſi medio uertebram effinxit, ſtabilem, & utrinque ita ſuſceptam, ut in cameratis & arcualibus ædificijs architectos inter utriuſque lateris lapides unum locare cernimus, qui utrinque ſuſcipitur, ipſo interim nullum ſuſcipiente: quemadmodum cæteri omnes unum lapidem ſuſcipiunt, & ab alio excipiuntur, ſuſtinenturq;. Vt enim dorſum ſibi dicatis ageretur motibus, hanc uertebram utrinque ſuſceptam quieſcere, firmariq; neceſſum eſt, reliquis interim omnibus ab hac & à ſe inuicem leuiter ſecedentibus: Illa enim quieſcente quum dorſum flectimus, ſuperiores deorſum ducimus, inferiores autem quodammodo ſurſum incuruamus. In tenſione uerò rurſus oppoſito motu uertebras agimus: ſi quidem dorſi motus circularij, non autẽ prorſus angulari figura celebrantur. Quàm parum uerò hæc cum Galeni in decimo tertio de Partium uſu, placitis conueniant, ſi mutuò loca conferas, prompte animaduertes. Cæterùm dorſi motus unà cum ipſius muſculis parum rectè hactenus cognitis, in ſecundo libro exequemur. Iam autem ad thoracis uertebras reuerſis, inter utriuſque lateris aſcendentem & deſcendentem proceſſum, inſignes nobis [z] obſeruandæ ſunt aſperitates, inæqualiterq; protuberantes proceſſuli, in hoc parati ut ualida hinc pronaſcerentur ligamenta, tanto robuſtius firmiusq; thoracis uertebras colligantia, quanto obſcuriori motu thoracis uertebras, quàm ceruicis moueri, ex uſu fuerit. Quę quum ita ſint, omnes thoracis uertebræ ſeptem donantur proceſsibus: [a] duobus nimirum tranſuerſis, [b] duobus aſcendentibus [c] & totidem deſcẽdentibus, [d] unoq; poſteriori, ſeu ſpina. Si uerò undecima, aut aliqua hac ſuperior, utrinque ſuſciperetur, tunc duodecima, aut omnes utrinque ſuſceptæ humiliores, duobus abundarent proceſſibus, quandoquidem aſcendentes ſinguli duorum loco, propter ſinum illis inciſum enumerarentur. Veteribus enim nonnullis, [e] hic ſinus tam inſignis habebatur, ut ſingulos aſcendentes lumborum uertebrarum proceſſus, geminos enumeraſſe uideantur. At nunc ſatius erit, & illis quoque uertebris peculiare Caput conſecrare, hæcq; inibi accumulatius perſequi.

*Quamobrẽ unam uertebrã in dorſi medio utrinq; ſuſcipi oporteuerit.*

*Thoracis uertebrarum proceſſuum numerus.*

*Figura Operis fronti adhibitarum arcus oſtendit.*

*q 1 ſi. T, V.*
*r 2,3 ſig X, Y.*
*s 1 ſi. c.*
*t 2 ſi. cap. 17 K, L, M.*
*u 2,3 ſi. ca. 17 O.*
*x 4 ſi. e, f.*
*y 4 ſi. g, h.*
*z 2,3 ſi. circa G.*
*a 1,2,3,4 ſi. H, I.*
*b 1 ſi. T, V. 2,3 ſi. X, Y.*
*c 2,3 ſi. a, b.*
*d 1,2 ſi. N, O, P.*
*e 2 ſi. ca. 17 K quidẽ ſinus notatur, tubera autẽ M, L.*



## *DE LVMBORVM VERTEBRIS.*
### *Caput XVII.*

PRIMA XVII CAPITIS FIGVRA.




SECVNDA.




TERTIA, CVIVS VT ET DVARVM PRIMARVM, ac earundem characterum Indicem iam ſubiungemus.




*QVONIAM omnes lumborum uertebræ eadem forma conſtant, unam duntaxat ipſarum triplici facie hic expreſsimus: Prima quidem figura anteriorem uertebræ faciem, Secunda latus, Tertia poſteriorem faciem proponentes.*

*A 1, 2, 3 Appendix ſuperior corporis uertebræ.*
*B 1, 2 Appendix inferior corporis uertebræ.*
*C, D, E, F, G His characteribus non in eadem figura obuijs, ſpina ſimul notatur, ac ſinguli priuatim in ſpina aliquid hunc in modum indicant.*
*C 1, 2, 3 Indicatur ſpinæ lumborum uertebræ ſuperior pars, ſeu lata aſperaq; ipſius linea.*
*D 2 D latitat in umbra ſub ſpina ſecundæ figuræ, notans lineam inferiorem ſpinæ.*
*E 2 E non procul à D diſtat, notans alterius lateris ſinum, ad latus lineæ D inſignitæ conſiſtentem.*
*F & G 2, 3 Appendix ſpinæ, triangulum referens, ac in baſi G, in acuto autẽ angulo F inſignitus.*
*H 1, 2, 3 Alterius lateris tranſuerſus proceſſus.*
*I 1, 2, 3 Aſcendens alterius lateris proceſſus. Verùm K, L & M in ſecunda figura et tertia expreſſis alterius lateris aſcendens notatur proceſſus. K enim ſinus inſignitur. L uerò anterius eiuſdem ſinus labrum ſeu ſupercilium. M autem poſterius ſupercilium.*
*O 2, 3 Deſcendens alterius lateris proceſſus. O in tertia figura poſitum, eius proceſſus tuberculum notat, ſeu caput.*




*QVO leuiori opera proceſſuum hoc Capite priuatim deſcribendorum ſedem formamq; aſſequaris, præſenti figura caudatæ ſimiæ lumborum uertebram dextra facie, expreſsimus. in qua A & A uertebræ illius notant corpus. B tranſuerſum proceſſum hic manifeſtò ſurſum ſpectantem. C ſpinam, quæ etiã*

*ſurſum uergit. D & E, duos indicant aſcendentes proceſſus. F uerò & G, duos deſcendentes proceſſus inſinuant. Poſtremò H indicatur proceſſus, quo humanæ lumborum uertebræ (uti paulùm infrà audies) priuantur.*

*Cuiuſmodi ſint lumborũ uertebrarum corpora.*



ERE omnia quæ ad lumborum uertebras ſpectant, antea recenſuimus, ac proinde illarum deſcriptioni modò prolixius non immorantes, obiter prius commemorata reſumemus: dein ſi hoc Caput priuatim aliquid ſibi uendicat, ſubiecturi. Sunt itaque lumborũ [a] uertebræ numero quinque, omnium quas hactenus deſcripſimus maximæ & craſſiſsimæ, ob quod etiam ipſarum corpora multis foraminibus opplentur, quæ non peruia ſunt, ac duntaxat uaſorum nutrimentum afferentium occaſione parata.

*Foramina.* Foramen uerò dorſali medullæ in his exculptum, tanto minus eſt incumbentium uertebrarum foraminibus, quantò iam toto progreſſu dorſalis medulla gignẽdis neruis [b] tenuior graciliorq; euaſit. [c] Foramen emittendo neruo & admittendæ uenæ arteriæq; in ambobus uertebrarum lateribus cælatum, ferè uniuerſum ad ſuperiorem refertur uertebram, quæ eius foraminis ſuperiorem ſedem ac latera conſtituit, quum interim ſubiecta inferiorue uertebra duntaxat humiliorem foraminis ſedem efformet. [d]

*Tranſuerſi proceſſus.* Tranſuerſi harũ proceſſus utrinque ſinguli, longè tenuiores ſunt thoracis uertebrarum [e] tranſuerſis proceſsibus. At interim admodum procerè educuntur, quaſi coſtarum uſum in lumbis eſſent præſtaturi. [f] Prima & quinta lumborum uertebræ, breuioribus tranſuerſis donantur proceſſibus quàm mediæ. Præterea nullius uertebræ tranſuerſi proceſſus ſurſum manifeſtò aſſurgunt, præter quintæ uertebræ proceſſus, quibus quò minus tranſuerſim aliorum modo porrigantur, [g] ilium oſſa obſtant, quæ illius uertebræ corpori uicinius accedunt, quàm mediarum in lumbis uertebrarum tranſuerſorum proceſſuũ eſt longitudo.

*Spina.* Spina his eſt ualida & craſſa, at pro ipſarum mole non admodùm procera, aut longa. Si dextrum ſiniſtrumq; in ſpina ſpectes, ipſa tenuis eſt: [i] ſi autem ſuperiora inferioraq; conſideres, latiſsima. [k] ſuperius quidem acuta, & in aſperam deſinens lineam: [l] inferius uerò craſſior, & quaſi duobus donata ſinibus. in quorum medio linea ſeu oblongum educitur tuberculum, à quo ligamentum ſuperiorem in ſpinæ inferioris uertebræ lineam pronaſcitur, quod ſpinarum interuallum opplens, dextros muſculos à ſiniſtris ita dirimit, ac [m] ligamentum inter ulnam & radium ſedem ſibi uendicans, internos cubitum occupantes muſculos quodammodo ab externis interdiuidit. Spinę [n] mucro appendice, ut et thoracis uertebrarum ſpinę, cõſtat: & ualde obtuſus, ac quodammodo triangularis uiſitur. ſi modò utrinque ad latera unam trianguli coſtam, & tertiã (quæ aliis breuior eſt) in ſpinæ appendicis baſi conſtituas. [o]

*Aſcendentes proceſſus.* Aſcendentes proceſſus interno latere, quo ſe inuicem è regione ſpectant, [p] ſinum adipiſcuntur profundum, & ſi animum anteriori & poſteriori ſinus partibus accommodaueris, oblongum. [q]

*Deſcendentes proceſſus.* Deſcendentes proceſſus inſigniter decliues feruntur, & externo ipſorũ latere in [r] oblongum tuberculum deſinunt, quod magis uertebræ anteriora quàm poſteriora reſpicit. Tubercula hæc in ſubiectę uertebræ aſcendẽtes ſubeũt proceſſus, quemadmodum etiam antea fuſius exequutus ſum: adeò ut huic Capiti hactenus, quod priùs non recenſui, nihil adiectum ſit. Necꝙ etiam aliud ſubnecterem, niſi Galenus lumborũ uertebris, ex abundanti unum utrinq; tribueret [s] proceſſum, quem ad inferiora uergentem iuxta foramen ſitum ſcribit, quo neruus à dorſali medulla principium ducens prolabitur. Ego hunc proceſſum in humanis uertebris nunquam obſeruaui, unde etiam in hoc inquirendo eadem ratione & uia mihi utendum duxi, qua ea indagare ſoleo, quæ à Galeno deſcripta in hominis cõpage mihi haudquaquã occurrerẽt, quæue ſecus quàm ipſe tradidit habere cernerem. Conſueui enim hæc omnia mox in brutis animantibus, & potiſſimum (quorũ copia nunquã defuit) canibus examinare, qui per ſæpe Galeni deſcriptionẽ mihi oſtenderunt, aut ueluti manu ducentes, quid ſibi uoluerit, edocuerũt. Hic itaq; proceſſus me tantiſper latuit, donec omniũ partium anatomen Bononiæ in ſimia illa aggrederer, cuius oſſa

*IO. ANDREAE ALBII hoſpitalitas.* præter humanum ſceleton, IOANNI ANDREAE ALBIO, Hippocraticæ medicinæ apud Bononienſes profeſſori clariſsimo, compegi: quum is, ut uir eſt ſplendidiſsimus, ſuæq; Academiæ ſtudioſis ſummè addictus, omni humanitate admodumq; liberaliter in ipſius ædibus me Bononiã hominis fabricæ docendæ gratia uocatũ ſecundò, excepiſſet. In ſimiarum igitur lumborũ uertebris ad radicem [t] tranſuerſi proceſſus in inferiori ipſius ſede, [u] acutus conſpicitur proceſſus rectà deorſum protenſus, & ſinus qui nerui nomine inciſus eſt, externum latus conſtituens, ac ueluti interuallum quoddam cum deſcendente proceſſu efformans, in quod aſcendens inferioris uertebræ proceſſus ſubintrat. Cæterùm etſi huius proceſſus naturam in ſimia ob eius penuriam intueri non dabitur, canis tamen tres humiliores thoracis uertebras

a ſ. cap. 14 E, F. tres integræ L ad M.
b 1 fig. ca. 11 libr. 4 E, F.
c fig. capit. 14 Q.
d 1, 2, 3 fig. H.
e 1, 2 fi. ca. 16 H, I.
f Oſtendit id 1. fig. integrarum.
g 1 fi. integrarũ 0, 1.
h 2 fi. C, D E, F, G.
i 2 fi. à C ad D.
k 1, 2, 3 fig. C.
l 2 fig. D lineam. Et autem alterũ ſinũ notat.
m 7 muſc. tab. V.
n 2, 3 fig. F, G.
o 1, 2, 3 fig. I, K.
p 2, 3 fi. K.
q 2, 3 fig. N, O.
r 3 fi. O.
s 4 fi. H
t 4 fig. G.
u 4 fi. H.





bras contemplator, etiã eiuſmodi proceſſu donatas: uti & in ſenioribus canibus perpetuò lumborum uertebræ eiuſmodi proceſſum obtinere uidimus. In homine autem ne ſignum quidem eius proceſſus ulla in uertebra reperitur. Lumborum igitur uertebræ in homine ſeptem donantur proceſſibus, uno ſcilicet poſteriori, ſeu ſpina, duobus tranſuerſis, totidemq; aſcendentibus & deſcendentibus. Simiæ uerò adhuc duos habent, quos ad tranſuerſorum radices conſiſtere diximus, adeò ut his nouem adſint proceſſus: quot etiam in homine quidam recenſuere, quum ſingulos aſcendentes proceſſus, [x] in duos proceſſus ſubdiuidunt, idq; ſinuum ipſorum gratia. Verùm hac ratione ſimijs undecim proceſſus in lumborum uertebris conſurgerent. Porrò Galenus interim (ne id prætereamus) parum ſibi conſentiens, in decimo tertio de Partium uſu, foramina neruorum occaſione cælata exprimens, non uidetur peculiarem in lumborum uertebris proceſſum fingere, quum deſcendẽtibus harum uertebrarum proceſſibus illum uſum aſcribat quem aliàs dicto nobis ſimiarum proceſſui tribuit.

*Lumborũ uertebrarum proceſſuum numerus.*

*x Illi duo proceſſus eſſent M. L ſi. 2. 3. Sinus autem K.*

## *DE OSSE SACRO, ET OSSE COCCYGE. Caput XVIII.*

PRIMA DECIMI OCTAVI CAP. FIGVRA. SECVNDA.



TERTIA.

TRIVM QVAE HIC PROPONVNTVR FIGVRARVM ET earundem characterum Index.

*PRAESENS tabula, uniuerſum dorſi oſſium, quæ lumborũ uertebris ſubijciuntur, contextum exprimit. ac prima quidem ipſius figura, quæ dextrum latus occupat, anteriorem horum oſſium faciem ſpectandam proponit. Secunda uerò in ſiniſtro cõſiſtens latere, poſteriorem oſtendit faciem, modicè in latus delineatam, ſinus commonſtrandi gratia, cui dextrum ilium os coarctatur. Tertia antẽ figura in dictarum medio conſiſtens, integrum coccyx os ea forma magnitudineq; oculis ſubijcit, qua id in uegetæ ætatis hominibus plurimũ obſeruatur.*

*A, B, C, D, E, F, G, H, I, K Hi characteres in prima figura nouem denotant oſſa, quintam lumborum uertebram ſubſequentia, quorum ſex ſuperiora ſacri oſſis loco in homine habiturus ſum: quatuor uerò inferiora (quæ etiam G, H, I, K in tertia figura inſinuantur) mihi coccyx, ſeu (uti interdum loquimur) coccygis os, appellabuntur.*

*L, L, R In prima figura notãtur tranſuerſi oſſiũ ſacrum os conſtituentiũ proceſſus. uerùm hic L &*

*L, priuatim indicant amplitudinem processus secundi ossis. R autem, & in hac, & in secunda figura ostendit processus transuersi quinti ossis tuberculum, cui nonnulla ligamenta implantari*
M. *audies. In secunda itaque figura L, M, L & R transuersos processus ossis sacri ossium insinuant.*

N N, *deinde O O, postremò P Q Φ in secunda figura ossis sacri dextrum sinum notant, cui dextrũ ilium, aut (ut alijs fortè placebit) ilis os connectitur, & qui postmodum in plures sinus & tubera subdiuiditur. N enim & N notatur ipsius oblongus sinus, & anterior. O uerò & O tuberculum indicant instar amplæ cuiusdam lineæ prominens, ac anteriorem sinum N & N notatum à posteriori P, Φ & Q insignito dirimens. P enim superiorem sinus posterioris sinum notat. Q autem inferiorem. Φ uerò tuberculum designat, superiorem sinum P notatum ab inferiori sinu Q insignito interdiuidens.*

S *In prima & secunda figura, primi ossis dexter ascendens processus notatur.*

T, V, X *Hi characteres in secunda figura tantum apparent. ac T quidem notat sinum ascendẽtis processus, S indicati, cui tuberculum descendentis dextri processus quintæ lumborum uertebræ inarticulatur. V uerò & X, sinus huius anterius posteriusq; notant supercilium. quanquam interius etiam superciliũ in secundæ figuræ ascendente sinistri lateris processu, X insigniuimus.*

Y *In secunda figura connexus frequenter apparens significatur, quo primi sacri ossis descendentes processus ascendentibus secundi ossis ad eum modum committuntur, quo hac sede lumborum uertebras articulari, iam multò antea didicisti.*

Z *In prima secundaq; figuris connexus notatur transuersi processus primi ossis, cum transuerso secundi ossis processu.*

a *In prima figura & secunda, indicatur inferior extuberansq; sexti ossis pars, quæ primo coccygis ossis ossi coarticulatur.*

bb *In tribus figuris insinuatur cartilaginosum ligamentum, coccygis ossis commissuras intercedẽs.*

c *In secunda & tertia insignitur cartilago, mucroni coccygis ossis adnata.*

dd *In secunda sacri ossis ossium spinæ, posteriores ue processus ostenduntur.*

e, f, g, h, i, k *Hi characteres in secunda figura admodum latitant, notantes dorsalis medullæ in osse sacro iter, foraminaq; hic inter spinarum interualla subinde conspicua.*

1, 2, 3, 4, 5, 6 *His numeris in prima & secunda inscribuntur foramina neruorum à dorsali medulla in sacro osse complexa originem ducentium, quæ sex constituunt paria, in anteriori ac posteriori sacri ossis sede excidentia. Horum primum par inter primum os sacri ossis & quintam lumborum uertebram exilit, ipsiusq; sedes 1 insignitur. Secundi autem paris foramen inter primum & secundum os consistens 2 indicatur: & ita seriatim reliqua suis numeris ostenduntur.*

QVARTA FIGVRA.



QVINTA.

*QVONIAM in præsentis Capitis contextu, Galeni gratia simiarum & canum sacri ossis & coccygis mentio incidet, non ab re duximus, & hic quoq; ea ossa, uti in simijs obseruantur, exprimere: quarta quidem anteriorem sedem sacri ossis, & dein coccygis explicantes: quinta uerò eorundem ossium posteriorem sedem. Numerus igitur ille 1, 2, 3, &c. sex indicat ossa, quorum tertio cartilago priuatim subnascitur. Neq; est quod hæc ossa prolixius characterib. depingam, quum illa ex humanis ossibus promptè intelligantur.*

QVEM-



*Medicorum in Anatome oscitantia & ignorantia.*

QVEMADMODVM permulta hactenus commemorata, aliaq; postmodum & in hoc & subsequentibus libris frequentissimè recensenda omniũ qui Galeno successerunt medicorum in dissectionibus oscitantiam ac insignem prorsus inscitiam attestantur: ita profectò non minus & ossis sacri, & coccygis quæ apud omnes obuia est descriptio. Quid enim prohibet obsecro, illos Anatomes imperitos rudesq; dici, qui Galeni descriptiones in aliquibus falsas, in plerisque simijs & canibus, nõ autem hominibus conuenientes, ac si eas in homine spectassent, posteris prodiderunt: ac nunquam ab ipsis ne per somnium quidem uisa, & sæpe perperam in Galeni libris intellecta, scribarum modo recensere haudquaquam sunt ueriti? Apud quem quæso, Galeni tempora secutum, alia ossis sacri & coccygis fit mentio, quàm à Galeno uarijs locis sibi nõ constante, proditur? quum interim nulla prorsus imagini ossis humani accedat. At in præsenti reliquos Galenum secutos, qui hominis partibus cognoscendis obfuere potius, quàm profuere, missos faciamus, Galeni omnium dissectionis professorũ facile coryphæi placitum altius resumentes, quò minus turpiter ipsius quoque autoritatem neglexisse uideamur. In libris itaque de Partium usu, sacri ossis non semel inciditur mentio: idq; inibi quatuor ossibus extrui docetur, nullo interim uerbulo de coccyge osse asscripto. Et præterquam quod coccygis ossis Galenus inibi non meminerit, abundè constat, hoc ipsi quũ illos libros scriberet, fuisse incognitũ. Quando quidẽ quatuor ossis sacri ossa esse
a 2, 3 fig. c. docens, illorum extremo talem[a] cartilaginem adnasci subiungit, qualem nos coccygis ossis mucroni in sermonis progressu obnasci dicemus, & in quam ossium fines alteri ossi non com-
b 1, 2 fig. L, L, R. missi, perpetuò ferè degenerant. Præterea in duodecimo de Partium usu,[b] transuersos sacri ossis processus tenues & subtiles esse asserit: quũ in libro de Ossibus eos (uti mehercule sunt) crassos & amplos esse doceat. Verùm Galenus in hoc de Ossibus libro, quem post libros de
c 4 fi. characteres 1, 2, 3. Partium usu, iam in simiarum sectione peritior, aggressus est, sacrum os[c] tribus efformari ossibus percenset. illiusq; libri ossis descriptio utcunque breuis sit, simiarum tamen & canum ossi
d 4 fi. characteres 4, 5, 6. sacro eleganter & scitè congruit. Dein sub tribus ossis sacri ossibus[d] alia tria enumerat ossicula, simul coccygis nomine ab ipso donata, & succinctè ut in simijs sese habent enarrata. In libris de Administrandis dissectionibus, quos omnium Anatomes librorum postremos secundò exarauit, ut semper simiæ magis quàm hominis constructionem inibi pertractat, sic quoque sacri ossis & coccygis ad eum modũ meminit, ut nihil omnino ipsius oratio inibi à libro de Ossibus
e in musc. tab. 9. discrepet. Quando enim inter femoris motuum autores[e] musculum recensет, quem à coccyge osse principium ducere inquit, promptissimè colligitur, illum tria ossicula in simijs tertium os sacri ossis subsequentia innuisse, quum interim in libris de Partium usu (dum magna ex parte aliorum Anatomicorum niteretur placitis) eum musculum à sacro osse (uti etiã in homine fieri audies) enasci scripserit. Cæterùm quo minori negocio Galeni dogmata assequaris, & eorum oscitantiam pariter expendas, qui ex aliorum libris ea quæ nunquam uiderũt ridiculè transcribunt, iam me non pigebit & sacrũ & coccyx os, ut in simijs canibusq; se habent, describere, ac postmodum hominis ossium historiam instituere. In canibus itaque & simijs sub infima lumborum uertebra,[f] os quoddam reponitur tribus efformatum ossibus, ita inuicem commissis,
f 4 fig. characteres 1, 2, 3. Verùm dein illi figuræ nullas notas adhibui, quod humanũ os abunde nota fuisit, & postea explicabitur. ut in anteriori sede iuxta earundem medium talem connexus speciem ostendant, qualem uertebrarum corpora mutuò compacta exhiberẽt, si quando ita coaluissent, ut ne tantillum quidem moueri possent, & ex ipsorum medio omnis cartilago temporis successu iam euanuisset. quanquam & in catulis sacri ossis ossium unio cartilagine etiam aliqua (ut in appendicum cõnexu) repleri conspiciatur. In lateribus anterioris iam dictæ sedis, hæc ossa in ætate prouectis uix aliquam coalitus imaginem ostendunt, sed continuæ ab initio fuisse uidentur. quemadmodum & posterior ipsorum ossium sedes prorsus (nisi fortè in admodum catulis) continua apparet. Tria hæc ossa inuicem ad hunc modum coalita, Galeno in libro de Ossibus, & libris de Administrandis sectionibus sacrum seu amplum & latum os dicuntur. Sunt enim hæc à lateribus ampla, continuaq;: & quum uertebrarum imaginem quodam modo exprimant, hic amplos latosq; transuersos processus efformant, qui inuicem continui in se insignem & inæqualem asperumq;[g] sinum in externo latere excisum gerunt, quo ilium ossibus ualidissimè coarctãtur. In po
g Hunc 5 fi. ostendit uterinq;. steriori parte hoc os tres exiguas efficit spinas, minus quàm Galenus arbitratur sursum spectantes, & subinde instar continuæ lineæ constitutos. Hoc sacrum os superius inferiusq; magna ex parte lumborum respondet uertebris. superior nanque pars, superiori earum uertebrarũ sedi: inferior autem, inferiori assimilatur. Superior enim ossis sacri pars tanta amplitudine protuberat, & appendice donatur, quanta est inferior corporis infimæ lumborum uertebræ pars, quæ sacro ossi eadem prorsus ratione cõmittitur, qua lumborũ uertebræ inter se coarctantur. Præ-

*Galeni de sacro osse et coccyge sententia. Lib. 12, 13, 15, & alibi.*

*Libro decimo quinto.*

*Simiæ canisq; sacri ossis descriptio.*

terea

terea sacri ossis superior pars duos exigit ascendentes processus, eodem modo insinuatos, quo ascendentes in lumbis uertebrarum processus cælari diximus. His excipiuntur infimæ lumborum uertebræ descendentiũ processuum tubercula. Porrò inferior sacri ossis pars (quæ tertij & angustissimi trium ossium sacri ossis humilior sedes est) orbiculari quoque protuberat corpore, lumborum uertebrarũ corporibus forma admodum simili. Nulla enim ratione illud ab his uariat, quàm quòd sacri ossis corpus lumborum uertebrarũ corporibus tanto minus sit, quanto hoc corpus ab illis mole uincitur. Præsens sacri ossis corpus uni cõmittitur[h] osticulo, quod ex tribus ossis coccygis ossibus iam primum enarrabitur. Sub sacro itaque esse tribus ad hunc quem diximus modum ossibus concinnato,[i] alia tria collocantur osticula ordine inuicem succedentia, & lumborum uertebris in cõformatione non absimilia. In nullo nanq; ab illis imagine differunt, nisi quòd transuersos processus latiores, quàm lumborum uertebræ, obtinent, & eosdem magis deorsum quàm sursum conniuentes: dein spinam aut nullam, aut perquàm exiguam à se porrigunt. Corporum enim forma penitus illis respõdet uertebris, nisi forte pro osticulorũ mole hæc aliquis, minima quæq; expendens, ampliora esse astrueret. In ascendentibus autem & descendentibus processibus ne minimùm quidem differunt. Horum itaque trium osticulorum supremum, suo corpore tertio sacri ossis ita coarctatur ossi, ut lumborũ uertebræ inter se. Suis enim ascendentibus processibus descendentes ossis sacri processus excipit. Tria hæc inferiora osticula Galeno coccyx proculdubio appellantur. Inter tria enim hæc osticula, & inter horum supremum & sacri ossis inferiorem partem, non minus interuenit cartilaginis, aut potius cartilaginei ligamenti, quàm inter lumborum uertebras, quum inter tria sacri ossis ossa nihil, uti iam diximus, cernatur cartilaginis, & præcipuè in ætate prouectioribus. Deinde in canibus simijsq; musculus femur mouentiũ quartus, à tribus illis ossibus principium sumit. eum dico, quem in tertio de Administrandis sectionibus à coccyge osse enasci Galenus testatur. Quinetiam foramina neruis transmittendis incisa, Galeni in libro de Ossibus descriptioni accuratè conueniunt. Tria enim neruorum paria sacro ossi, & totidem coccygi à Galeno tribuuntur, quæ in hunc se habent modum. Veteribus Anatomes professoribus is in neruorum paribus recensendis mos fuit, ut neruorum par semper ad neruis subiectam referrent uertebram. ac proinde primum dorsalis medullæ neruorum par enumerarẽt, quod inter occipitis os & primam colli uertebram prosilit: secundum, cui inter primã & secundam colli uertebram uia exculpitur. Sic itaque primum neruorum ossis sacri par id censetur, quod inter primum ipsius os & infimam lumborum uertebram elabitur, cui foramina ad eum modum inciduntur, quo in lumborũ uertebris ea haberi iam pridem proditum est. At secundum & tertium par, non à lateribus primi paris ritu exiliunt. Quum enim ossis sacri latera articulatione cum ilium ossibus præpedirentur, impossibile fuit & hic quoque per latera neruos excidere. Quocirca in anteriori & posteriori ossis sacri sede foramina in ossium compage cælãtur, ut hac Naturæ industria ab illis neruorum paribus, quemadmodũ & à cæteris ferè omnibus antrorsum retrorsumq; soboles opportunè dirigerentur. Ac secundo quidem pari foramina in primi ossis cum secundo compage excinduntur, tertio autem pari uia paratur, quà secundum ossis sacri os tertio coalescit. Cæterùm tribus à coccyge osse pullulantibus neruorum paribus foramina perinde ac in lumborum uertebris exculpũtur. quum enim horum ossium latera (ut ossis sacri ossium) articulatione non occupentur, satius fuit eandem hîc foraminum seriem obseruare, quam in alijs uertebris laterali articulatione non præpeditis fieri docuimus. potissimum quum horum osticulorum articulatio illi par sit, qua lumborum uertebræ inuicem coarctantur. Primum itaque par in utroque latere uno inciso foramine inter tertium sacri ossis os & primum coccygis prodit: Secundum uerò inter primum coccygis os, & secundum: Tertium autem par, inter secundum os & tertium egreditur. Ab humiliori uerò sede tertij ossis, quod dorsalis medullæ reliquum est, coniugis expers, nulliq; associatum excidit. Singulis enim ossibus sacri ossis & coccygis ossis dorsali medullæ uia exculpitur, medullæ hîc crassitiei respondens. Extremo tertij ossis coccygis ossis in canibus & caudatis simijs solida & non perforata ossa, oblonga & superius inferiusq; crassiuscula, in medio autem tenuia quadam continua serie annectuntur, caudamq; constituunt. Interdum uerò, neque id infrequenter, in multis canum & simiarum speciebus etiam plura tribus uidentur coccygis ossis ossa, eiusdem prorsus cum tribus superioribus formæ. atque ita etiam illis tunc plura neruorum paria ab illorum ossium lateribus prosiliunt. Non caudatis simijs infimo coccygis ossis osticarilago tantum adnascitur: quanquam tamen ex illis non adeò concinnè, atque ex canibus, Galeni sententia intelligatur. Quum igitur hæc ita in illis animalibus se habeant, ex hisq; Galeni descriptionem optimè percipiam, & pariter in scholis adeò amicè ostendam, ac postmodum in

*Coccygis canini descriptio.*

*h 4 fi. charact. 4.*

*i 4 fi. charact. 4, 5, 6. quæ conjectures cum integrarum figur. lumborum uertebris.*

*Hæc ferè seriatim petitur ex 2, 3 fi. Cap. 11. lib. 4 præpositis.*



in homine secus omnino inueniam, cur quæso scioli quidam, & in Galeni uerba iurati, ad aliudq; nihil quàm ad detrahendum & inuidè de aliorum laboribus (quum ipsi nihil possint) iudicandum nati, nunc mihi obstrepent, quòd toties Galeni placitis inter dissecandum minimè acquiescam? Quasi uerò & ipsi oculis priuarentur, ac mihi quæ meo marte adinuenio, non liceret, ob nescio quam in Galenum religionem, apud eruditissimos sæpe nostræ ætatis uiros proferre. quum interim hisce rabulis, nullus nec bonus nec malus genius silentium possit imponere, si quid dignum de medicinæ subiecto, & ars ne an scientia sit, & num prædicamentorum tractatio ad logicum an ad metaphysicum spectet, & de intellectu possibili, & num scientia de anima omniũ sit præstantissima, alijsq; ineptijs reperissent. Verùm illos ridiculos (quamuis interim supercilioſos) homines, modò (uti longè minus adhuc præsens consueui) neutiquam moror: quin potius gratiam à ueritatis studiosis expecto, quod Galeni sententijs subinde commemoratis, ueram hominis cõstructionem ipse pertractem, etiam si fortè longius alicubi expatietur oratio. Neq; arbitror Galeni (qui toties inter scribendũ ingemuisse uidetur, quòd simul cum ipso Anatomes studium prorsus, uti sanè accidit, collaberetur) manes mihi ob id infestos fore, quod ipsum potius simiæ quàm hominis fabricã edocere, ac propter aliorum Anatomicorum qui illum præcesserunt libros, à simiæ constructione ad hominis demigrare, simulq; ambas confundere, ostendam. Quod non eò dico, quasi in sacri ossis & coccygis descriptione Galenus hominis ossa cum simiæ miscuerit (nisi uolens pauciora coccygis ossa, quàm subinde in caudatis simijs occurrunt, enumerauerit) sed quod quinque tantum uertebras lumborum recenseat, quum canes & caudatæ simiæ plures habeant, nihilominus tamen Galenus & uertebras & sacrum os & coccyx os simiæ describat. Quod uerò ueteres illi pueros in Anatome exercentes, hominis ossa sedulò uersauerint, nomina attestantur partibus ab ipsis indita. Vix enim ambigo, quin κόκκυγα appellauerint os quoddam à similitudine quapiam, quam cum aue à Plinio quoque coccyge (nobis uerò cucculo) nuncupata, obtinet: præcipuè quum carne ligamentisq; adamussim nõ est purgatum. Quæ autem hæc esse possit similitudo, tunc promptius exponam, quum horum quoque ossium in homine descriptionem succinctè addidero. Sub lumborum itaque uertebris in homine plurimùm[a] decem reperiuntur ossa, quorum sex sacrum hominis os, quatuor uerò coccygem constituunt.[b] Sex enim superiora inuicem ita committuntur, quemadmodum[c] tria ossa canis sacrum os efformantia, uniri relatum est. In medio enim anterioris sedis connexum ostendunt,[d] qualem uertebrarum constituerent corpora, si adeò coaluissent, ut nihil cartilaginis in sex horum ossium unione uideretur, nisi forsitan in admodum pueris, quibus ossa adhuc prorsus non coaluere. In lateribus quoque anterioris partis, ubi (ut ita dicam)[e] transuersi sex horum ossium processus inuicem uniuntur, admodum obscura cõnexus apparet species. In posteriori autem sede, unio prorsus aboletur, unumq; os ex illis sex efformatum conspicitur. Nulla enim hîc unionis se offert linea, nisi[f] interdum in primi ossis cum secundo coalitu.[h] Quippe non rarò primum os secundo posteriori sede ea articulationis forma cõmitti spectatur, qua ascendentes descendentesq; in lumbis uertebrarum processus articulari solent. Verùm etsi illi processus ita iungãtur, transuersi tamen eius ossis processus, omni ex parte secundi ossis processibus coalescunt: & omnes isti connexus adeò sunt ualidi, ut primum os ne tantillum quidem super secundum moueri queat. Alias quando tamen sacra ossa in cemiterijs obuia primum os abruptum ostendunt, idq; ac si lumborum esset uertebra seorsum inuenitur. Nisi enim id primum os crassis & amplis donaretur transuersis processibus, à lumborũ uertebris forma uix discerni posset. Porrò in pueris sex horum ossium coalitus etiam in posteriori sede cõspicuus est, quemadmodum in anteriori parte est spectatissima. Deinde ut in nullis hominibus in anteriori sede coalitus omnino obliteratur, ita etiam perpetuo in posteriori sacri ossis sede ea coalitus species se offert, quæ ossium corporibus perficitur.[i] Si enim foramini dorsali medullæ in sacro osse inciso, animũ accõmodaueris, per foraminis progressum, ossium corpora ita liquidò coaluisse cernes, atque in anteriori sede. Præterea sex horum ossium series tribus ossibus quæ canis sacrum os efformant, respondet. quemadmodũ enim his supremum maius est medio, & medium maius infimo: ita quoq; hominis ossa tanto minora uidentur, quanto humiliorem in sacro osse sedem occupãt. Quanquam secundũ os, hoc sibi priuatim uendicat, quòd inter reliqua ossis sacri ossa[k] amplioribus crassioribusq;, & antrorsum retrorsumq; magis prominentibus transuersis constet processibus.[l] Primi seu supremi ossis superior pars, omnino superiori sedi cuiuis lumborũ uertebræ respõdet. Et corpus etiã quintæ lumborum uertebræ ita primo ossi adaptatur, ut lumborũ uertebræ superioris uertebræ processuum tubercula suscipiunt. Sexti uerò ossis[m] humilior pars insigniter ab inferiori sede tertij canum ossis differt. Hominis enim os nullos descendentes adipiscitur processus,

*Lib. 10. Naturalis historiæ Cap. 9.*

*Hominis sacri ossis descriptio.*

*a fi. cap. 14. G, H, & I, K. deins integrarum figu. M, N. eiusdem ea. totas 1 & 2 fig.*

*b 1 fi. A, B, C, D, E, F. c 4 fig. charact. 1, 2, 3, d fig. cap. 14. R.*

*e 1, 2 fig. L, L, R.*

*f 1, 2 fig. Z.*

*h 2 fig. Y.*

*i 2 fig. f, g, h, i, k.*

*k 1 fig. à Z paulò sub inferiori L.*

*l Confer superiorem partem 1 et 2 fig. cum figuris ea. 17. aut connexum spectatin integris fig. & fig. cap. 14. m 1 figur. a*

proceſſus, quibus ſibi ſubdito oſſe coarticularetur. Verùm duntaxat in orbiculare, ſed paulò latius deſinit tuberculum: quod primo oſſi, coccygis in homine oſſis, eo modo committitur, [n] quo uertebrarum corpora inter ſe, aut potius quo caudarum oſſa mutuò coarctantur. Quinetiam tranſuerſis humani oſſis ſacri oſſium proceſſibus in externo latere, parumper uerſus poſteriora, [o] ſinus exculpitur, cui alterius lateris ilium[p] os ualidiſſimè coarctatur. Eſt autem hic ſinus admodum aſper & inæqualis, ac primùm quidem ſecundùm ipſius lõgitudinem in medio extuberantem habet [q] lineam, aut amplioris lineæ modo prominens tuberculum, quod ſinum rurſus, in anteriorem & poſteriorẽ ſinus, dirimit. [r] Anterior utcunq; ſimplex eſt, aſper tamen, & inæqualiter admodum inciſus. [s] poſterior altius cauatur, uerùm in medio proceſſum oſtendit tranſuerſim extuberantẽ, qui ſinum poſteriorem denuò in ſuperiorẽ & inferiorem interdiuidit. His ſinibus aptiſſimè reſpõdent ilium oſſa, mutuis tuberibus, ſinibusq; donata. Sinus hi & tubera cartilagine aliorũ ſinuum modo non obducuntur. Quum enim alia tubera & ſinus læui continuaq; & plana cartilagine incruſtentur, iſti ſacri oſſis ſinus nihil præter cartilaginea educunt ligamenta, ſacrum os robuſtiſſimè ilium oſſi cõnectentia. Hi ſinus præterea ad tria potiſſimum ſuperiora oſſa ſacri oſſis referunt. inferiora enim proceſſus tranſuerſos habẽt tenues, at amplos interim, & inter ſe continuos, ex quibus [t] muſculus ille pronaſcitur, qui femoris motorum quartus habebitur. Verùm tranſuerſus quinti oſſis proceſſus ea parte, qua tranſuerſo ſexti oſſis unitur proceſſui, [u] tuberculũ exigit, utcunq; prominens & craſſum, in hoc formatum ut opportunè duo [x] ligamenta hîc ſacro oſſi implantarentur. quorum alterũ ab [y] acuto coxendicis oſſis proceſſu enaſci docebitur, alterũ ab [z] elatiori ſede appendicis, qua coxendicis os donari audies.

*Foramina neruos in ſacro oſſe tranſmittentia.*

[a] Foramina neruis tranſmittendis in ſex iſtis oſſibus exculpta, imagine, quamuis non numero, illis omnino cõueniunt, quæ tribus canis oſſibus inciduntur. In anteriori enim ſede homini quina utrinq; iuxta corporum compagem foramina cælantur, & totidem in poſteriori ſede: adeò ut hæc oſſa ſex neruorũ paribus uiam præbeant. Primum nanq; inter primũ os & quintam lumborũ uertebram perinde egreditur, ac reliqui nerui ex lumborum & thoracis uertebrarum lateribus proſilientes. Secundũ par inter primum oſſis ſacri os, & ſecundum: & alia hac ſerie deinceps ita elabũtur, ut excidens par ad ſubditum os perpetuò reſeratur. Præter hæc foramina neruis exculpta, in poſteriori ſacri oſſis ſede[b] alia apparent, inter ſpinas oſſium, in uiam ſpectantia quæ dorſali medullæ eſt parata. Hæc foramina ligamentis opplentur, perinde ac interualla foraminaq; inter ſpinas reliquarum uertebrarum conſpicua.

*Sacri oſſis ſpinæ.*

Cæterùm hæc inter ſacri oſſis [c] ſpinas interualla, interdum continua apparent, neque ullis foraminibus perinde ac in canibus ferè peruia. Verùm interim oſſis ſacri oſſibus ſpinæ obtigerunt, tanto in ſingulis oſſibus proceriores, quanto os ipſum unde prodeunt grandius ſuperiusq; eſt. Nulla tamen ſpina (ſi modo quid iudico) ne minimum quidem ſurſum conniuet, ſed deorſum potius omnes ſpectant, & ut in alijs uertebris cum tranſuerſis proceſſibus interuallum quoddam & ſedem conſtituunt: in quam[d] nonnulli dorſum mouentes muſculi aptè reponuntur, & à qua illi iuſtiſſimè cum alijs hinc prodeuntibus muſculis originem ducunt.

*Anterior et poſterior ſacri oſſis ſedes cuiuſmodi.*

Tota autem oſſis ſacri ſedes poſterior gibba eſt, & curua, quò ita tutius propugnaculi modo eas quibus præeſt partes tueretur, ac ab occurſantibus muniret. Anteriori autem ſede, læue eſt, neque aſperum, ſed ſimum cauumq;, quo aptiorem illis organis quæ cum alijs oſſibus inſtar peluis cuiuſdam complectitur, ſedem efformet. Ad hunc modum hominis ſacrum os ſe habet. quod interdum quinque tantum conſtat oſſibus, & tunc in anteriori ſede duo deſunt foramina, in poſteriori tamen perpetuò ſex neruorum coniugijs iter paratum cernitur.

*Coccygis oſſis hiſtoria.*

[e] Coccyx os quatuor extruitur oſſiculis: quorum ſupremum, ſinum exigit, quo ſexti oſſis ſacri oſſis tuberculum[f] excipitur: quod ipſi corporum uertebrarum modo ligamenti admodum cartilaginei interuentu committitur, nulla interim alia accedente articulationis ſpecie, niſi fortè quinque tantum oſſibus ſacrum os extruatur. Tunc enim ad foraminis cuiuſdam in poſteriori ſede conſtitutionem, neruumq; ſexti in ſacro oſſe coniugij deducendum ac defendendum. primum hoc os in poſteriori ſede duos acutos educit proceſſulos, qui ſurſum ſpectantes, quinti oſſis ſacri oſſis proceſſibus ualidè coaleſcunt, ipſumq; primum coccygis os uix cartilaginei ligamenti interuentu quinto committitur, ſed propemodum oſſis ſacri oſſium ritu coaleſcit. Porrò primum coccygis os, quando ſex ſunt oſſis ſacri oſſa (quod frequentiſſimè euenit) eiuſmodi nullos educit proceſſus. Verùm ad ſinus eius, quo ſexto oſſi ſacri oſſis coarctatur, latera, ſuperiori ipſius ſede latius ad tranſuerſa extuberat: inferiori autem parte ſenſim anguſtatur, ac rurſus ſecundo oſſi[g] ita omnino committitur, ut id ſexto oſſis ſacri oſſi diximus committi. Huic dein tertium & quartum ſuccedunt, eodem penitus modo inuicem commiſſa, tantoq; minora, quanto unumquodq; in ipſa ſerie humiliorem locum obtinet. Quatuor his oſſiculis nullum foramen

unquam

*n fig. cap. 14 R. aut in 1,2,3 figu. huius ca. b. — o 2 fig. N, N, &c. — p 3 fig. cap. 29 A, B, C, &c. — q 2 fig. O, O. — r 2 fi. N, N. — s 2 fig. P, Q, Φ. Verũ P & Q duos ſinus, Φ autem tuber notant. — t 11 muſc. tab. Φ. — u 1,2 fig. R. — x 10 muſc. tabula, unum γ, alterum δ. — y 2 fig. cap. 29 d — z Eadem fig. l. — a 1,2 fig. charact. 1, 2 ad 6. ſpecta tamen magis 1 & 3 fig. cap. 11 libro 4 propoſitas. — b 2 fig. e, f, g, h, i, k. — c 2 fig. d, d. d. — d 10 muſc. tab. & deinſubſequẽtes ad 16 uſque in hac dorſi parte. — e 1,3 fig. G, H, I, K. fig. cap. 14 I, K. in integris N. — f 1 fig. 6. — g 2 fi. inferius b.*



unquam inſcinditur, quo dorſalis medulla prorepat, aut ex quo ulli exiliãt nerui. In ſexto enim oſſis ſacri oſſe dorſalis terminatur, neque ipſius[h] extremum in coccyx os deſcendit. Hæc oſſicula fungoſa ſunt, & pectoris modo rubicantia, ac in pueris admodum cartilaginea, uniuerſo contextu ex ampliori baſi in mucronem deſinũt, cucculiq; roſtri modo introrſum curuantur. Infimum oſſiculum ſuo mucrone, quo[i] recti inteſtini poſticam infimamq; ſedem contingit, in[k] cartilaginem degenerat, eiuſdem uſus occaſione qua uertebrarum ſpinis cartilagines obnaſci relatum eſt.

*Impios in Galenum eſſe, qui hominis hiſtoriam docuiſſe eũ contendunt.*

Hinc ſanè liquet, quàm in Galenum eſſemus impij, ſi hominis fabricam illum contenderemus enarraſſe, ac non potius ſemel ſimiarum conſtructionẽ illum perſecutum fateremur. & dein ſi non ipſi ſtatim initio tertij libri Commentariorum in Hippocratis librum de Articulis crederemus, quum ait ſe de Oſsibus librum conſcripſiſſe, cùm ſigillatim quale unumquodq; os eſſet, præcipuè quidem in ipſis hominum aridis cadaueribus, ſin minus, in ſimijs certè diligenter inſpexiſſet: ita indicans ſe omni ſtudio ſaltem ſimias deſcripſiſſe, haſq; homini in oſsium conſtructione eſſe ſimillimas. Deinde ſi quis ipſius enarrationem ad hominum, non autem ſimiarum fabricam cogere uolet, is Galenum[l] quatuor oſſa latuiſſe annuet, quæ nos coccygis loco recenſuimus: & deinde Galeno falſò imponet, ipſi[m] ſex foramina fuiſſe incognita. Quandoquidem in homine utrinque in anteriori ſede ſacri oſſis ſex ſunt foramina, quum in canibus tria tantum occurrant. nam foramina in coccyge canum conſpicua, tantum in poſteriori ſede, ſeu potius lateribus conſiſtunt, uti & Galenus ueriſſimè recenſet, anteriorum foraminum nullam faciens mentionem. Ad hæc, cogeremur Galenum oſcitantiæ turpiter inſimulare, quòd non eundem contextum in tribus inferioribus oſſis ſacri hominis oſſibus eſſe dixerit, qui eſt in tribus ſuperioribus. Non enim plus cartilaginis in inferiorum oſſium unione, quàm in ſuperiorum interuenit. Et interim nulla cartilaginei ligamenti portio hominis coccygis oſſicula cõmittit, quam cartilaginem, ut & in uertebrarum corporibus, Galenus eſſe exiſtimauit. Adeò ut ſi preſsius ſingula inquirenda duceremus, tandem Galenum ex ueris aliorum Anatomicorum deſcriptionibus falſas feciſſe uelimus nolimus concederemus.

*Coccygis & ſacri oſſis nominum ratio.*

Nulli enim dubium eſſe debet, à formæ obliquitate & in mucronem ductu ac rubore, quatuor illa hominis oſsicula κόκκυγα ueteribus fuiſſe appellata, quod illi hæc omnia ad cucculi roſtrũ pueris ſuis referrent. quum interim nulla ſit in canibus cum hominis oſsibus ſimilitudo. Ea enim quæ Galeni conueniunt deſcriptioni, uertebris lumborũ, uti diximus, omni ſimilitudine accedunt. Porrò ſacrũ os πλατὺ, ſeu latum & amplum uocarunt, quod eius amplitudo facile reliquarum uertebrarum, quibus inſtar baſis tutiſsimiq; fundamenti ſubijcitur, amplitudinem uinceret. Non enim arbitror eos id in amplitudine omnibus contuliſſe oſſibus, quum ilium oſſa ſacro oſſe ampliora eſſe cognoſcantur. Vnde uerò id ἱερὸν ſeu ſacrum uocarint, non ſatis conſtat: niſi id ita dixerint à rara quadam effigie formaq;, aut quod adeò diuini propugnaculi imaginem referat: aut quòd diuina ope, citra muſculorum auxiliũ, in partu huius cum ilium oſſe connexu reſerari, ac denuò naturali inſtinctu committi plerique (ſed falſo) arbitrentur. aut fortè quòd grande magnumq; ſit: quemadmodum apud poëtas Ilium, mare, famem, atque id genus, ſacra uocari putamus. Verùm tunc, uti de amplitudine dictum eſt, ſacrum os uertebris duntaxat eſſet conferendum, quum oſſa ipſi utrinque commiſſa, & femur ac tibiæ os ſacro oſſe grandiora ſint, & interim unico tantũ (ut ſic dicam) hæc cõſtent oſſe, quum ſacrum ſenis compingatur. Alij huius nominis rationem indagantes, neſcio quid de ueterum ſacrificijs in medium adferunt. Porrò quandoquidem nominum rationem perlubens ad alios remittere paſſim ſoleo, etiam huius nominis inueſtigationi non grauatim conceſſero.

*h 2,3 fig. 11 cap. lib. 4 charac. 56. — i 8 fi. 5 li. a. — k 2,3 fig. c. — l 1,3 fig. G, H, I, K. — m 1 fig. charac. 4, 5, 6.*

## DE THORACIS OSSIBVS. Caput XIX.

### CHARACTERVM SEPTEM DECIMINONI CAPITIS FIGURARUM Index.

*QVONIAM ſubſequens characterum Index ſeptem præpoſitis figuris habebitur communis, ut leuiori opera ad quam figurarum characteres referantur cognoſcas, ſingulis, uti conſueuimus, numeri notam ſubiungemus.*

1, 2, 3, 4, 5, &c. *In prima & ſecunda figura hoc numero indicantur duodecim thoracis coſtæ: quarum ſeptem ſuperiores pectoris oſſi articulantur, quinque autem humiliores nõ item. Thoracis uerò uertebrarum numerus, etiam citra notarum ſubſidium, modò è notatis coſtis obuius euadit: ſi ſingulis uertebris utrinque unam coſtam articulari ſpectes.*

A, A1,3 *Quicquid costarum hucusque à uertebris fertur, osseum omnino est: hicq; primùm costæ in cartilaginem degenerant. Reliquarum notarum index figuris subijcietur.*

## PRIMA DECIMINONI CAPITIS FIGVRA, QVA THORACIS OSSIVM INTEGRA COMPAGO

*anteriori facie exprimitur, duodecim nimirum thoracis uertebræ, & duodecim utrinque costæ, unà cum pectoris osse pluribus efformato ossibus.*



## SECVNDA PRAESENTIS CAPITIS FIGVRA, POSTERIOREM INTEGRAE THORACIS OSSium compagis faciem proponens.

*Iuuerit modò obiter tres figuras contueri, quibus in huius libri calce totus ossium contextus triplici facie delineatur.*



TER





## TERTIA FIGVRA EX MEDIIS VERTEBRArum thoracis, tres continet uertebras, dextro latere expressas, unà cum eiusdem lateris media costa.

*Atque huius figuræ beneficio, costarum ad uertebras articulatio, dein & costarum quoq; ductus ostenditur.*



## QVARTA, EXPRIMITVR COSTAE POSTERIOR ET VERTEBRIS PROxima portio, ut tubera exactè in conspectum uenirent, quibus nouem superiores costæ uertebris articulantur.

*Præterea huius costæ partem effregimus, ut ossea costarum ostenderetur substantia, Φ indicata.*



## QVINTA FIGVRA PORTIONEM EXHIBET DVODECIMAE COSTAE POsteriori facie, & qua duodecimæ thoracis uertebræ coarctatur depictam.

*Hanc quoque, ubi Φ positum cernis effregimus, osseam costæ substantiam ostensuri.*

## SEXTA FIGVRA, PECTORIS ossis à cartilaginibus costarum liberi anteriorem partem proponens.



## SEPTIMA, PECTORIS OSSIS cartilaginibus costarum liberi posteriorem commonstrans faciem.

BB1, 3 *Nobis modò ad characterũ indicem reuersis, B, B indicetur cartilagineæ costarum substantiæ principium. Linea enim B & A intercedens, eius substantiæ cum ossea coalitum notat.*

C1 *Primæ costæ cartilaginis cum pectoris osse coalitus.*

D1 *Secundæ costæ cartilaginis cum pectoris osse articulatio, à qua etiam promptè subsequentium quinque costarum articuli species colligitur.*

E3 *Cartilaginis tuberculũ, quo secunda costa ac quinque subsequentes, pectoris ossi articulantur.*

FF1 *Terminus cartilaginis illegittimarum costarum, qui acutus spectatur.*

G1 *Sedes, qua undecimæ costæ cartilago à decimæ cartilagine frequenter dehiscit.*

H1 *Sedes, qua duodecimæ costæ cartilago ab undecimæ perpetuò dirimitur.*

II1 *His sedib. costarũ cartilagines inæqualiter protuberãt, ipsarũ interualla plerunq; opplentes.*

KK 1, 4 *Hac regione internæ mediarum costarum sedi sinus oblongus exculpitur, cui uena, arteria, & neruus insident.*

L4 *Tuberculum, seu capitulum, quo costæ uertebrarum corporibus articulantur.*

M4 *Tuberculum, quo costæ transuersorum processuum apicibus articulantur. Atque hæc quodammodo nouem superioribus costis sunt communia.*

N5 *Species tuberculi, quo undecima & duodecima costæ uertebris articulantur.*

O 4,5 *Tuberculum, in costarum posteriori sede iuxta apicem transuersi processus consistens, cui undecimus dorsum mouentium musculus insertur.*

Q 4 *Interuallum, inter L & M apparens, quod asperum ligamenti producendi gratia efficitur.*

R 4 *Hæc quoq; sedes, musculorum quos in Capitis contextu numerabimus occasione exasperatur.*

S,T,V 3 *Tres simul contextæ uertebræ, aut harum uerebrarum corpora. Alias autem uertebrarum partes, processúsue, suis locis indicauimus.*

X 3 *Sinus duobus uertebrarum corporibus communis, cui costæ capitulum inarticulatur.*

a 3 *Costæ ad uertebræ corpus articulus.*

b 3 *Sinus in transuerso uertebræ exculptus processu, cui costa etiam articulatur.*

c 3 *Costæ ad transuersum processum, articulus.*

d, e 3 *In suprema uertebra S insignita, etiam d sinus indicatur, talis qualem inter mediam & infimam uertebram X expressimus. ac e is notatur, cui in infima uertebra b inscriptum cernis.*

f 3 *Costæ regio in posteriora maximè exporrecta, adeò ut in hunc modum opportunè costarum ductum hinc metiaris. Ab a enim & c ad f costa à uertebris deorsum obliquè in posteriora fertur. ab A uerò & B ad E, sursum in anteriora circulatim costa reflectitur.*

g. h. i. k 1 *His characteribus in prima figura pectoris os notatur. ac g quidem ad h, primum pectoris indicatur os. h uerò ad i usq;, secundum. i ad k usq;, tertium. k autem, mucronatam pectoris ossis notat cartilaginem. Verùm iam exactius pectoris os in sexta & septima aggrediemur.*

l 6 *In anteriori primi ossis sede protuberans instar triãguli pars, quæ t, q, & r posset circũscribi.*

m, n 6 *Sedes utrinque ad partem eam protuberantem depressa.*

o 7 *Posterior primi ossis sedes, quæ utcunque caua cernitur.*

p 6, 7 *Sedes primi ossis, cui primæ costæ cartilago innascitur.*

q, r 6 *Sinus primi ossis, quibus clauicularum capitula articulantur, ac r etiam in septima figura dextrum indicat sinum.*

ſ 6, 7 *Sedes inter duos clauicularum nomine insculptos sinus consistens, ac lunæ modò excauata.*

t 6, 7 *Hac sede primum os secundo committitur.*

u 6, 7 *Communis primi & secundi ossis sinus, cui secundæ costæ cartilago coarctatur.*

x, y, z, α, β 6, 7 *Sinus secundi ossis, quibus cartilagines tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ & septimæ costarum inarticulantur.*

γ, δ, ε 6, 7 *His sedibus interdum in pueris secundi ossis distinctiones apparent, perinde ac si id ex pluribus efformaretur ossibus, per unionem mutuò coalescentibus.*

ζ 6, 7 *Hoc tertium pectoris ossis os censetur, quod in cartilaginem ensis mucroni non absimilem, ac*

η. *η notatam finitur. Foramina, quibus interna pectoris ossis sedes abundat, etsi notis non indicentur, sese facile demonstrant.*

*Qu'd thorax. Libro 1 Historiæ animalium Cap. 7. Pectus. Pectoris os.*

THORACEM uocabimus, quicquid costis interceptũ circumscriptumq; est: non autem cum Aristotele[a] uniuersum corporis truncum, quem à iugulo ad pubem usq; metimur. Anteriorem uerò thoracis partem, pectus opportunè nominabimus. ob idq; etiam[b] latum in hac sede os, cui costæ coarticulantur, pectoris seu pectorale os ritè uocabitur, quò minus tres Græcorum & præcipuè Galeni uoces, θώρακα, στῆθος & στέρνον oscitanter uideamur confundere. Pectoris itaque os, & costæ, itemq; duodecim dorsi uertebræ, quas thoraci hactenus ascripsi, thoracis sunt ossa. Est autẽ admirabilis summi rerum Opificis industria, qua totus thorax neque osseus, neque carnosus efficitur, uerum os cum musculis uicissim alternatimq; commutatur. quanquam interim caluaria quidem uniuersa ossea, abdomen uerò musculosum magna ex parte extruitur. Cæterùm decet hæc non per transennam aut obiter considerare, uerùm accuratè præcipuoq; studio expendere. Quum enim tria sint principia hominem dispensantia, os quidem immobile ac nullis interstinctum musculis primo principio circundatur, musculi uerò tertio: at secundo ex ossibus musculisq; medium quid circumtexitur. Cerebrum nanq; in nullos usus musculis eguit, quum nulla caluariæ pars aut dilatatione, aut compressione indigeat. Quare etiã meritò caluaria ueluti galea & murus immobilis ipsi circumponitur. Porrò si organis iecori famulantibus, uentriculo scilicet, & intestinis, & uesicæ, ac demum ipsi utero aliquod tale septum in circuitu oppositum fuisset, ubi cibum & potum uentriculus susciperet: quorsum utero gestantium tumor emineret: quà excernerentur excrementa, aut quomodo partus fœlici conatu propelleretur: nullo hîc opem ferente

*Omnium thoracis ossium structurem 1 & 2 fig. ostendunt.*

*a integræ figur. à 0 ad r.*

*b 1 si g, h, i.*

*Hæc ostendunt 7 & 8 musc. 1a.*

*Hæc commonstrant priores 5 li. figuræ.*

*Opificis rerũ in thorace creando industria.*



rente musculo: Thoracis autem motus, quem maximè ad aëris inspirationem requirimus, omnino aboleretur, si solis duntaxat ossibus thorax constaret. Si uerò is rursus ex solis musculis motuum opificibus conformaretur, ij pulmonibus & cordi, nulla etiam re externa eos urgente, inciderent. Vt igitur aliqua thoracis capacitas intus fiat, ac thorax etiam motu agatur uoluntario, musculi[c] alternatim sunt interpositi. Mox autem & hoc ad securitatem nõ parum cordi pulmonibusq; conducit. magis enim nunc muniuntur, quàm si solis musculis thorax fabricatus esset. Quinetiã ossea thoracis moles firmandis sustinendisq; scapulis, ac demum brachijs quoq;, mirificè confert. Scapulas enim solis inniti costis, & clauiculas nullo osse quàm scapulis & pectoris osse firmari, docebimus: ad quas rursus brachia, & postea cubiti & extremæ manus quadam serie coarctantur. Præterea si nullis ossibus thorax cõstaret, nullus esset locus unde scapulis & brachijs & abdomini ac alijs quibusdam membris musculi pronascerentur: neque ullis fundamẽtis musculi hærerent, aut consisterẽt. Atq; hanc sanè ossei thoracis necessitatem, si quid aliud, profectò testudines non absque summa Creatoris nostri admiratione, pulcherrimè edocent, quæ etsi tam tuto sepiãtur domicilio, tamen in pectoris & thoracis laterum sedibus elegantissimum & iucundissimum spectatu ossium demonstrant textum, in hoc duntaxat incredibili artificio creatum, ut illi priora crura innitantur: utq; musculi testudinis brachia mouentes, commodè originem sumant. Sed fortassis in medium aliquis adferet, Cur esset peius, thoracis modo abdomen quoque osseum extrui: quum si talis ossea strues uicissim ex musculis formata uentri circumponeretur, contractionem ac dilatationem non præpediret, ad hæc maior securitas ita abdomini conciliaretur: Qui sic quærit, docendus est, ea quæ uentre continentur, non potuisse adeò, atque interdum ex usu est, dilatari comprimiq;, si extrinsecus ossibus sepirentur. Si autem hoc uerum est, neque mulieres cõcipere possent: deinde neque ad saturitatem semel comedere homini liceret, uerùm assidua egeret comestione, quemadmodũ & respiratione. Sed hac quidem perpetuò hominem indigere, nihil est absurdi: quippe qui in aëre uersatur, ac uiuit. Si uerò esculentis poculentisq; similiter egeremus, uitam duceremus admodum à philosophia & musis alienam: cibisq; perpetuò dediti, operam optimis pulcherrimisq; rebus nunquam nauaremus. Rursus, si ossea moles tanta esset, quantã mulieres ultimis mensibus utero gerentes requirunt, quid hac mole esset ineptius: si excluso fœtu, illa tam molestè extuberaret: & interim nulla re alia quæ ex usu humanæ fabricæ esset impleta non consideret, ut intestina & uentriculum debitè amplexaretur, & penicilli modo, uel calefaciendi causa, proximè illis applicaretur: Verùm hæc in quinto libro exequemur fusius, & ostendemus pariter, in uentris fabrica tantam Naturæ fuisse solertiam, ut uentris organa neq; dilatatione neq; compressione uicissim egentia, aut alijs subiecerit partibus, aut etiam non minus quàm pulmonem muniuerit. Iecur nanque & lien costis sepiuntur, & renes quoque tot alijs organis ob hoc potissimum ad dorsum succumbunt, quòd horum nullum dilatari debeat. reliqua autem uentris organa insigni qua diximus prouidentia, osseo contextu suis functionibus haudquaquam præpediri Natura uoluit. Quum itaque neque respiratio, neque uox absque thorace fieri possit, ac dein thorace primùm quidem cor, insuperq; cum ipso pulmo, muniri debeant, ad quatuor uelut scopos rerum Opificem in thoracis fabrica attendere oportuit, uocem nimirum, respirationem, cordis & pulmonis magnitudinem. Thorax enim, qui quodammodo ouali constat figura, tam amplus est,[d] quantam pulmonis molem esse oportuit. At pulmo interim thoracis sequitur formam, non autem thorax pulmonis. In pulmonis enim historia, mediocri negocio ostendam, ipsum nulla peculiari eguisse forma, ut neque iecur, neque lienem, neque quodãmodo cerebrum. Porrò iam tempestiuũ erit, thoracis ossa seriatim describere, & cum uertebras eiusdẽ prius[e] enarrauerimus, à costis sermonẽ auspicari. Costæ igitur uiris & mulieribus ab utroq; latere[f] duodeno constãt numero: rarius enim undenæ tantum uidentur. quamuis interdum etiam tredecim obseruauimus: quemadmodũ tredecim quoque thoracis uertebras sæpius quàm undecim tantum occurrere, suprà retulimus. Singulis enim thoracis uertebris, singulæ in ambobus lateribus costæ articulantur. Quòd autem uiros costa quapiam in altero latere destitutos, ac uiros unius costæ numero à muliere superari, uulgus opinatur, ridiculum planè est: etiam si Euam ex Adæ costa à Deo procreatã, Moyses in secundo Geneseos Capite prodiderit. Quamuis enim forsitan Adæ ossã, si quis ea in sceleton compegisset, ex altero latere una caruissent costa: non ob id tamen omnibus quoq; uiris unam deficere necesse est. Aristoteles homini octo costas tantum tribuit, concessurus etiam quosdã gentis Turdulorum septenis costis creari, si modò id alicuius idonei autoris testimonio ipsi constitisset. Verùm ut hîc Aristoteles aliorum duntaxat suffragijs suum dogma firmaret, ita quoque non dissimile uero est, illic octo costas homini ex aliorum relatu eundem ascripsisse, hacq;

*c 6 mus. ta. S, T. V, X. & uta. T, T, V.*

*Hæc integræ figur. Q. R. S. T, V. Z. r. Δ.*

*d 12, 13 fig. lib. 6.*

*e fig. ca. 14 C, D & figuræ ca. 17 fi, 2 fi. charact. 1, 2 usque ad 12.*

*Quò potissimũ Natura thoracem conditura attenderit.*

*Costarum numerus.*

*Viris ac mulieribus idem costarum numerus.*

*Lib. 1. Hist. animalium Cap. 15.*

ratione rem non uisam parùm rectè nobis tradidisse. Quod si toties in hominis fabrica ipsum fecisse nobis occurrit, quid de reliqua animalium historia censendum putabimus? Quanquam interim dum memoratum iam Aristotelis locum aliquando Patauij in scholis enarrarem, à summæ (propter singularem literarum ac Iuris ciuilis cognitionem) spei adolescentibus IACOBO. NIGRO & FRANCISCO PINELLO patricijs Genuensibus accepi, generosissimos Ligures in ueterũ monumentis ἐπωνυμίους fuisse appellatos, quum tamen is populus ut est nauali terrestriq; pugna strenuus, optima quoq; membrorũ symmetria ac numero sit spectatissimus. Sunt itaq; plurimùm utrinq; duodecim costæ: ac septem superiores pectoris ossi & uertebris, ut postea dicemus, articulãtur: quinque autẽ humiliores solis alligantur uertebris, neq; ad pectoris os pertingunt, sed in thoracis lateribus desinentes, suarum cartilaginum finibus[g] inuicem cõmittuntur, duodecima duntaxat excepta, quæ ab undecima penitus [h]dehiscit, neq; aliqua ex parte ipsam cõtingit. id quod & undecimæ non rarò usũ uenit, decimæ cartilaginem tunc non[i] attingenti. Quinq; istæ humiliores, quòd pectoris ossi non articulãtur, νόθαι, quasi dicas spuriæ & illegittimæ, Græcis appellãtur. Omnibus costis commune est, quòd[k] ossea[l] cartilaginosaq; cõstent substantia, quodq;[m] appendice ea sede qua uertebrarum corporibus cõnectuntur, & qua in capitula eas protuberare audies, donẽtur. Ossea costarum substantia nõ omni ex parte sibi similis est. Vbi enim costæ uertebris coarticulãtur, ac ubi dorsum efformant, solidiores multò duriores q; sunt, quàm in thoracis lateribus & iuxta pectoris regionẽ, ubi magis fungosa extruũtur substantia, quæ tenui squama, seu lamina obducitur, atq; hæc illic demum tenuissima est, ubi in cartilaginem degenerat. Cartilago etiam non parem undique ostendit speciem. inferiorum enim costarum cartilago mollior est: unde etiam fortassis nonnulli illegitimas costas χόνδρου, quasi cartilaginẽ dicas, uocari tradunt. Superiorũ uerò costarum cartilago durior est, solidiorq;, ac in senibus intus ossea efficitur, quemadmodũ in ouibus & bobus, alijsq; ferè omnibus eius generis animantibus experimur, quorũ cartilago intus friabili alboq; ac fragili constat osse, exteriùs cartilagine ueluti mẽbrana quapiã obuoluto. Atq; id etiã in simijs canibusq; adeò est manifestũ, ut Galenus uerarum costarũ cartilagines osseas, spuriarum uerò exquisitas cartilagines esse dixerit. In hominibus autem nisi ætate admodum prouectis, cartilago in osseam naturam desijsse uidetur, quum interim in iunioribus adhuc canibus, & quæ iam proximè recensuimus animãtibus ossea admodũ efficiatur. Huius cartilaginis moles in omnibus costis nõ eadem est, ut etiam omniũ costarum non par est longitudo. prima nanq; & duodecima breuissimæ sunt, mox secunda & undecima, quæ omnes breuibus donantur cartilaginibus. Sexta uerò, septima & octaua, longissimæ sunt, ac longissimas etiã obtinent cartilagines. Primæ costæ cartilago amplissima est, quemadmodũ & prima costa cæteras quoq; amplitudine superat, mox hanc secunda, & deinde tertia subsequũtur. duodecima uerò & undecima omniũ sunt tenuissimæ, & in tenuissimas quoq; terminantur cartilagines. Mediæ autem medio se habẽt modo, quarum cartilagines subinde in progressu ab ossea costæ substantia latiores efficiũtur. Quum enim cartilagines sex superiorũ costarum interualla efforment, toq; ductu ab inuicem æquè distent, sextæ, septimæ, octauæ & nonæ interdum costarum cartilagines uariè in progressu latescunt, inuicemq; continuatæ interualla ipsarum suamet substantia[n] implent. Ad hæc quinq; spuriarum costarum cartilagines in acutum[o] mucronem desinunt, Verarum autem costarũ cartilagines non item. Primæ enim costæ cartilago,[p] suo fine qui pectoris ossi ualidè cõnascitur, amplior fit, quàm qua primùm ab ossea costæ substãtia educitur. Secundæ ac tertiæ triumq; subsequentiũ costarum cartilagines modicè in progressu arctãtur, & singulæ in[q] tuberculũ finiunt, quo postea has pectoris ossi coarticulari docebimus. Costis non omni ex parte eadem adest læuitas. interna enim sede, qua membranã ipsas succingentem spectant, omnes læues minimeq; asperæ apparent. tertia tamen, & quæ illam ad decimam usq; subsequuntur, in interna ipsarũ sede uersus humiliora[r] sinum ostendunt, ipsis secundũ earum longitudinem exculptum, non quidem per uniuersam costæ longitudinem conspicuũ, sed maximè ea sede qua primum à uertebris abscedunt, atque in thoracis latera ferri incipiunt. Sinus iste paratur uenæ cauæ[s] ramo, quem uena cõiuge carens costis exporrigit, deinde etiam hàc uehitur arteriæ magnæ[t] soboles, &[u] neruus à dorsali medulla pronatus. Verum quia hæc uasa in medijs costis grandia sunt, ac pari semper feruntur serie, in tribus autẽ superioribus minima & errabunda ducuntur, nõ mirum est medias costas his sinibus ornari, superiores uerò nõ item. Porrò tres costæ humiliores, etiãsi magna illis attendãtur uasa, quum tamen tenues & interna sede depressæ cernantur, etiã citra huiusmodi sinuũ operam illis uasis tutum iter præbent. Hic sinus uasis deducendis cælatus, inferiorẽ costæ partem acutiorem tenuioremq; efficit, quàm sit superior, quæ obtusior magisq; (ut sic dicam) teres cernitur. Externa costarũ sedes, quæ gibba est,

*Corporum in Liguribus symmetria.*

*Costarũ substantia & appendix.*

*Ossea substantia.*

*Cartilaginea substantia.*

*Lib. 8 de Administ. sect. & partim in lib. de Ossib. Ca. 13.*

*Costis omnibus non par lõgitudo.*

*Non par amplitudo.*

*Costarum læuitas & asperitas.*

*Costarum sinus.*

*g 1 fig. F.*
*h 1 fig. H.*
*i 1 fig. G.*
*k 3 fig. ab a per f ad A.*
*l eadem fi. à B ad E. aut 1 figur. A, B.*
*m 4 figur. L, M.*
*4, 5 figur. fractam ostendunt costam ad ♀.*
*c 8 muscul. tab. C.*
*d 3 fig. a, c.*
*e 4 fig. unũ L, alterũ M.*
*f 3 fig. X, d.*
*g 3 fig. b, e.*
*n 1 fig. I, I.*
*o 1 fig. F.*
*p 1 fig. C.*
*q 1 fig. D. dein 3 fi. E.*
*r 1, 4 fig. K.*
*s fig. 6 cap. lib 3 G, G.*
*t fig. cap. 11 lib. 3 h, k.*
*u 2 fig. cap. 11 libri 4 præcipui rami costarum ductũ seruantes.*



est, non omni ex parte læuis occurrit. ea enim[x] parte qua costę uertebris alligãtur, præterquam quòd tubercula & capitula efformant, quibus uertebrarũ inarticulantur sinibus, etiam asperæ inæquales q; sese offerũt, quo aptius hinc ligamenta educantur costas uertebrarũ corporibus & transuersis earundem processibus colligantia. Præterea in hac externa costarum sede, ubi primùm à transuersis uertebrarum abscedunt processibus,[y] tuberculum quoddam asperum inæquale q; uisitur, tendinibus[z] undecimi dorsum mouentis musculi excipiẽdis paratum. Tendines enim huius partim in apices transuersorũ processuum, & partim in hæc costarũ tubercula inseruntur. Deinde, quà costæ adhuc magis à transuersis uertebrarũ abscedũt processibus, in hac posteriori externaq; ipsarum sede,[a] asperæ inæquales q; sunt, ac etiã ueluti tubere quodam modicè prominẽti donãtur, ut in illas apta insertionis sedes eius musculi efficeretur, quem in homine thoracem mouentiũ quartum, in simijs uerò & canibus sextũ numerabimus. Dein hæc asperitas nõ duntaxat illius musculi insertioni idonea est, imò etiam[b] externi intercostales musculi hinc enasci docebuntur, qui hac iuxta uertebras regione non solum ab inferiori sede superioris costæ in humilioris costæ elatiorẽ enascuntur partem, uerùm etiã ab externa unius costæ sede ad externam alterius hìc exporriguntur. Reliqua autem regione costæ læues æquales q; sunt, nisi fortè quispiam eas modicè asperas in superiori & inferiori sede esse contenderet, à qua intercostalium musculorũ pendet origo, in quam q; eorundem etiam insertio perficitur. Prima costa superiori sede, qua latissima est, priuatim aspera inæqualis q; cernitur, ut[c] musculus dorsum mouentium quartus hinc principium opportunè sumat. Costis omnibus non par ad uertebras obtigit articulatio. nouem enim superiores[d] duplici coarctantur articulo, undecima autem & duodecima simplici, quemadmodum & decima quoque rarissimè duobus articulis suæ committitur uertebræ: utcunq; etiam secus Galeno uisum fuerit, qui singulas costas duplici articulo uertebris coarctari docuit. Cæterũ costæ duobus nodis articulatæ[e] duo exigunt tubercula. unum quidem, quo[f] sinui uertebrarum corporibus inciso inarticulantur: alterum autem, quo[g] internæ sedi apicis transuersi processus firmantur. Atque hæc tubercula sinibus illis respondent, quos uertebris, quum earum recenseretur constructio, insculptos retulimus. Prima igitur costa rotundo tuberculo primæ thoracis uertebræ corpori inarticulatur, ac deinde transuersum eiusdẽ uertebræ processum tantisper ascẽdit, quousq; ipsius apici alio capitulo tuberculo ue articuletur. Secunda uerò costa & septem subsequentes communi semper duarum uertebrarum corporum sinui nõ rotundo, sed instar obtusi anguli protuberante capitulo inarticulantur: transuersis autem processibus pari modo cum prima coarctantur costa. quanquam & hìc quædã in articulis, propter sinus non eadem sede in transuersis processibus exculptos differentia cõsurgat. Superiorum enim uertebrarũ transuersi processus, suos sinus in humiliori parte internæ illarum sedis incisos gerunt, inferiorum autem (uti suprà etiam cõtra Galeni suffragium admonuimus) in superiori parte. mediarum uerò uertebrarum sinus medio se habent modo. Cæterùm quòd costarũ articulatio, quæ ad uertebræ corpus efficitur, tantò elatior sit illa, quam costæ ad transuersos processus moliuntur, quantò apex transuersi processus demissior est, sinu uertebræ corpori exculpto, uel me tacente notum esse arbitror. Porrò trium inferiorum costarum articulatio, quæ ad uertebrarũ duntaxat corpus perficitur, sinibus quoq; non admodum altè cauatis, neq; ualde protuberantibus[h] capitulis perficitur. Atq; hac ratione costæ uertebris committuntur. quam autem articuli speciem cum pectoris osse moliantur, & quo ductu à uertebris antrorsum contendant, tunc primùm opportunè explicabimus, quum pectoris ossis constructionẽ sermoni addiderimus: quæ profectò enarratu esset facilis, si humanum os, simiarum & canum & uitulorum, eius q; generis animantium ossi responderet. In his nanque animalibus (ut etiam inter edendum uidere est) pectoris os septem cõstat ossibus, non admodum inter se forma differẽtibus. In canibus enim, porcis, & ouibus, inuicem cõueniunt: in simijs uerò, & sciuris, propter clauicularũ articulationem, primum supremum q; os aliquanto cæteris amplius uidetur. Septem hæc ossa latiora, quàm profundiora crassiora ue sunt, & qua inuicem committuntur latiora nonnihil, quàm in ipsorum medio existunt. Horum connexus cartilaginis interuentu interdum tam laxè perficitur, ut à uertebrarum[i] compage modicè differat: est tamen is cõnexus ad symphysim seu unionem ita referendus, ut appendicum cum suis ossibus connexus. nisi quod hunc connexum etiam in admodum decrepitis bobus est cernere. Vnde etiam Galenum in libro de Ossibus miror, qui pectoris ossa synarthrosi scripserit committi, quum tamen neque harmonia neque futura, multo q; adhuc minus gomphosi componantur, quas compositionis species Galenus in eius libri initio sub synarthrosi cõplectitur. In harum commissurarum lateribus sinus utrinque exculpitur, cui cartilaginis in quam costæ degenerant, tuberculum aliquod inarticulatur. Ad primi enim ossis cum secundo contextum,

*Costarum asperum tuberculum.*

*Costarum ad uertebras articulatio.*

*Tum aliàs sæpius, tum maximè 8 de Administ. sect.*

*Quadrupedũ pectoris ossis descriptio.*

*x 4 figu. L, M, sed præcipuè Q.*
*y 4, 5 fi. O. z 12 musc. tab. A.*
*a 4 fig. R. b 11 musc. tab. V.*
*c 8 muscul. tab. C.*
*d 3 fig. a, c.*
*h 1 fig. N.*
*i fig. ca. 14. R, R.*

secundæ utriusq; lateris costæ cartilago articulatur. Ad secundi ossis cum tertio commissuram tertiæ utriusque lateris costæ cartilago ipsius serie suorum ossium commissuris coarctatur. Verùm primi ossis lateribus primæ costæ cartilago adarticulatur, aut potius adnascitur. Hæc enim commissura ad coalitum potius, quàm ad articulationem spectat. Septimum autem os, quod reliquis gracilius, magisq; teres est, in cartilaginem exacuitur, ipso osse latiorem, ensisq; mucroni quàm similimã. ac huiusmodi sanè pectoris ossis in canibus & simijs est ratio. quam Galenum spectasse annues, quum ipsius de pectoris osse historiam, his quæ modo prælibauimus, contuleris.

*Humani pectoris ossis descriptio.*

[k] Verùm si humanum pectoris os (quod ut generatim dicam amplum, licet si cum aliorum animaliũ ossibus cõferatur longè breuissimum est) intuitus fueris, multò aliter id habere animaduertes. Nunquam enim quod certò affirmare possim, in humano pectoris osse mihi septena occurrerunt ossa, neq; etiam hæc in homine eodem semper numero cernuntur. In adultis tria ferè conspiciuntur, prorsus inter se uaria. ac [l] primum quidem insigniter amplum est, & nonnihil etiam crassum: ita tamen, ut ipsius crassities ab amplitudine plurimùm uincatur. Os id [m] interna seu posteriori sede, qua thoracis respicit amplitudinẽ, modicè cauum est: in anteriori autem gibbum, & in medio secundùm ipsius longitudinem longè crassius, quàm in lateribus. uidetur enim in anterioris sedis [n] lateribus depressum, atque ut aptè primæ costæ cartilaginis crassitiei [o] responderet, extenuatum. In medio autem, roboris gratia [p] trianguli modo protuberans. [q] Superior etiam ossis pars multo crassior ampliorq; est [r] inferiore, & utrinque uno [s] sinu longo ac uersus posteriora inciso, & cartilagine incrustato donatur, cui claviculæ [t] caput inarticulatur. In horum sinuum medio propter extuberantia illorum interiora latera, primum hoc os in superiori hac sede [u] lunatum cernitur, & ueluti foueam ostendit, quam σφαγὴν & iugulum propriè uocamus, uulgò autem furculam superiorem. [x] Inferior ossis pars utcunq; aspera est, & secundo, quod iam describam, ossi cartilaginei ligamenti interuentu adeò laxè committitur, ut nunquam horum ossium lateat connexus, imò & ipsius quoque motus in magnis respirationibus interdum animaduertitur. [y] Secundum os multo amplius est, quàm crassum, [z] superiori sede qua primo connectitur ossi, strictius est [a] quàm prope inferiorem. At nullibi interim æquè amplum cernitur, atque primi ossis elatior sedes. Quà secundum hoc os primo committitur, in utroque connexus latere [b] sinus instar obtusi anguli insculpitur, ambobus ossibus communis, & cartilagine incrustatus, cui secundæ costæ [c] cartilago instar obtusioris trianguli uerticis protuberãs inarticulatur. Præter hunc sinum, præsens os utrinque [d] alios multos exigit pari modo, instar obtusioris anguli insinuatos: uerùm hi paribus interuallis ab inuicem nequaquam distant. Primus enim in altero latere huic ossi proprius sinus, qui tertiæ costæ cartilagini paratur, à sinu secundæ costæ gratia inciso longius distat, quàm secundus huius ossis peculiaris sinus, quartæ costæ gratia cælatus. Rursus, plus interualli consistit inter secundum sinum & tertium, quàm inter tertium & quartum. adeò ut sinus sextæ & septimæ costarum nomine in hoc osse sculpti, se inuicem contingant, uixq; mutuò remoueantur, & non tam altè, atque superiores, excauentur. Suscipit enim hoc secundum os priuatim tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ & septimæ costarum cartilagines, secundæ costæ cartilaginis [e] modo protuberantes. Secundum hoc os in pueris ex [f] plurimis efformatũ uidetur ossibus inuicem symphysi seu unione cartilaginis interuentu contextis. Verùm is cõtextus neutiquam canis aut simiæ ossiũ compagi uenit conferendus, quũ longè magis lateat, inferioraq; ossa multò breuiora superioribus cernantur. Et in cemiterijs secundũ os integrum, & à primo disiunctum ferè semper effoditur, quemadmodum uertebræ mutuò diremptæ eximuntur. etsi fortuitò in secundo osse aliquam compaginis speciem, ac si ex pluribus id constaret, obseruabis, ea potissimum apparebit, [g] ubi tertiæ costæ cartilago ossi articulatur, & deinceps [h] ubi quartarum costarum cartilagines pectoris ossi iniunguntur. [i] Tertium uerò os exiguum est, & inferioris secundi ossis sedi interna parte eadem ratione committitur, qua primum secundo iungi relatum est, illicq; secundo ossi nectitur, qua septimarum costarum cartilagines infimæ secundi ossis sedi articulãtur. Hoc os modicè amplum est, ac tenue, humilioriq; sede in mucronatam cartilaginem degenerat.

*Pectoris ossis ad ensem comparatio.*

Verum id non infrequenter deesse reperies, & [k] mucronatam cartilaginem inde enasci conspicies, ubi septimarum costarum cartilagines mutuò coëunt, secundoq; pectoris ossis ossi articulantur. Iam si tria pectoris ossa simul iunxeris, manubrij alicuius gladij imaginem conspicies. primi nanque ossis superior pars, quæ lata admodum est, illi manubrij parti respondebit, quæ sub paruo digito in apprehensione consistit. Secundũ autem os, illi parti congruet, quam manus tota intus complectitur, in qua sinus costarum cartilaginibus parati instar fouearum erunt, quibus digiti firmari possent. atque huiusmodi foueæ eum præstarent usum, quem in gladijs ex manubrij asperitate quærimus; quoties intortis nodosisq; funiculis, aut scabra piscis cute, ma-

*k tota 6,7 figur. — l 1 fi. à g ad h. 6 autem & 7 ab f ad t. — m fi. 7 o. — n 6 fi. m, n. — o 6,7 fi. p. — p 6 fi. q, r, l. — q 6,7 figu. q q, s, 2. — r 6. 7 figu. t, u. — s 6,7 figu. q, r. — t 1 fig. cap. 22 A. — u 6,7 fig. f. — x 6,7 fig. t. — y 1 figur. ab h ad i. — z 6,7 fi. t. — a 6 figur. iuxta i. — b 6,7 fig. u. — c 1 fig. D. — d 6,7 fi. x, y, z, α, β. — e 3 figur. E. — f 6 fi. γ, δ, ν. — g 6 fig. γ — h 6 fig. δ — i 1 figu. ab i ad k. 6,7 fi. l. — k 1 fig. k. 6. 7 figur. x.*



manubrium obduci curamus. Tertium os unà cum cartilagine, reliquæ gladij parti posset assimilari. adeò, ut nonnulli uniuersam hanc ossium struem ξιφοειδῆ ab ensis imagine uocarint. alij, qui canes potius ac simias quàm homines spectarunt, mucronatam cartilaginem duntaxat illo nomine dignantur: quod hæc scilicet gladij mucronis formæ accedat, ipsumq; canum pectoris os ensis imagini non ita aptè ac humanum os conferri queat. Hæc imaginum collatio attestatur, ueteribus illis hominum cadauera, Galeno autem simiarum dissectioni fuisse adhibita. cui sententiæ Celsi quoque oratio, qua ille os pectoris utrinque lunatum esse scripsit, suffragatur. id enim de simijs & canibus falso protulisset, quum tale quid in illis nihil appareat. quippe in homine primum pectoris os superiùs, & secundum inferiùs, multò latiora sunt, quàm ubi hæc inuicem committuntur.

*Pectoris os utrinq; lunatum.*

*Pectoris ossis substãtia.*

Pectoris ossis substantia admodum fungosa mollisq; est, & anteriori sede magis continua squama quàm posteriori obducitur. Posterior enim sedis squama multis inæqualibusq; donatur foraminibus, quæ haud peruia sunt, sed [l] uasis solùm uiam præbent, quibus id os enutritur. Atque hæc foramina in primo osse tanto magis sunt conspicua, quanto huius ossis crassities secundi ossis crassitiem superat.

*Pectoris ossis usus.*

Quòd itaque pectoris os, illis costis quæ orbiculatim thoracis amplitudinem efformant, stabiliendis procreatum sit, neminem latêre arbitror: quemadmodum neque, quod propugnaculi etiam uicem secundariò gerit, eosq; usus homini præstet, quos generatim thoracis ossa præbere in huius Capitis initio retulimus.

*Mucronatæ cartilaginis usus.*

Cartilago, in quam pectoris os exacuitur, subditorum quoq; est propugnaculum, & malum granatum uulgò appellatur, quòd (ut arbitror) unius balaustij apicis imagini illa accedat. A qua etiam forma, uulgus ipsam epiglottalem appellat cartilaginem, ab imagine uidelicet laryngis [m] operculi, pectoris ossis cartilagini specie non admodum absimili. Verùm huiusmodi nominum copiam ad præsentis libri calcem unà cum cæterorum ossium nominibus subijciemus.

*Costarum ductus.*

Modò autem nihil addendum superest, nisi fortè costarum ductus in costarum ossibus longè quàm in cartilaginibus diuersus. Costarum enim ossa [n] quum primùm à uertebris abscedunt, in posteriora deorsum obliquantur, & [o] hinc ad thoracis latera deorsum semper obliquè uersus anteriora declinant, [p] quousque in cartilaginem desinunt obliquè ac circulatim sursum in anteriora porrectam. adeò ut costæ ubi cartilaginem primùm educunt, arcuatim, & in angulum quodammodo sursum flectantur. [q] Iste costarum ductus non in illis solum quæ pectoris ossi committuntur, euidens est: uerum & in reliquis omnibus, si fortè duodecimam exceperis, cuius cartilago admodum obscurè sursum spectat. quanquã interim hic inflexus potissimum in medijs, quinta nimirum, sexta, septima, octaua & nona uisitur, in superioribus uerò ac inferioribus magis latet.

*l secundùm A, A fig. 2. lib. 6. — m 12, 13 fi. cap. 38. — n 3 fig. ab a per c ad f. — o 3 fig. ab f ad A. — p eadem fi. à B ad E. — q Hæc integræ & potissimùm secunda.*

## *DE CARTILAGINEA QVAE CORdis basi ascribitur substantia, seu cordis osse. Caput XX.*




*HAEC figura magnæ arteriæ & arterialis uenæ radices perfunctoriè exprimit, ab omnib. connatis corporibus partibusue diuisas, & duobus circulis similimas. Ac A quidem arteriæ magnæ radicem notat, B uerò arterialis uenæ radicem. C autẽ connexum indicat, quo uasa inuicem in ipso exortu connascuntur. Iste connexus, qui potissimum cartilagineus est, non ex hac rudi figura petendus est, uerum cum ex alijs sexti libri figuris, tum maximè ex octaua & decima, quas non obiter cum suorum characterum indicibus modò perlustrare. Parum autem opportunè facerem, si easdem tabulas uarijs in locis frequenter proponerem.*

NE FORSITAN præsenti libro, os aliquod prætermisisse uideamur, hoc loco etiam osseæ cordis substantię mentionem faciendam duximus. Galenus nanque ab elephãtis corde, à quopiam suorum familiarium os eximiæ magnitudinis exectum prodidit: & grandium quidem animaliũ cordibus os, minorum uerò cartilaginem ascribit. Ego autem hactenus, uti in nullo corde, ita neque in humano exquisitum os repperi, eaq; sede, qua Galenus cordis os cõstituit, substantiã obseruo cartilagineam, quæ mea quidem sententia nihil est aliud, quàm [a] magnæ arteriæ & [b] uenæ arterialis radices à corde principium ducentes. Quippe radices hæ, in quibus membranarum bases consistunt, quæ ma

*L. 1. de Administ. sect. 8. — Humanũ cor uero osse destitui. — Cartilaginea cordis substantia.*

*a 10 fi. lib. 6 sub B, C, D. — b 8 fig. lib. 6 sub E, F, G. quibus charact. mẽbranæ notantur.*

terierum

terierum è duobus illis uasis in cor refluxui præficiuntur, multò duriores sunt, quàm reliqua illorum uasorum substãtia, adeò ut radices cartilaginis natura participare nonnihil uideantur. quæ in bobus ita interdũ indurescit, ut quadrupedũ costarum cartilagines in album & friabile os extrinsecus cartilagine tanquam membrana obductum degenerare, prius scriptum est. Hæ itaque uasorum radices [c] perinde ad se mutuò sunt conterminæ, ac si [d] duos circulos in puncto inuicem committeres continuaresq́, ita ut dexter circulus uenæ arterialis esset radix, sinister uerò (qui amplior esset) magnæ arteriæ. Vbi autem circuli mutuò committerentur, is locus esset, quo hæc uasa suis orbibus simul connascuntur uniuntur q́, ac ubi optima cartilaginis consisteret portio, quæ oblonga & ueluti teres esset: tota nimirũ sede qua illæ radices inuicem cõmittũtur, & reliquæ interim circulorũ portiones essent resectæ. Ac proinde per me licebit radices has, aut cordis cartilaginem, aut os uocare, modò accuratè ipsarũ naturã quis intueatur, neq; unà cum Galeni sectatoribus ipsius sensa admodum oscitanter eruentibus tam stolidus sit, ut cordis os instar Λ aut υ efformatum sibi persuadeat. Qui enim post Galenum humani corporis historiam scribere aggressi sunt, in cordis basi os quoddam extructum recensent, quod laryngis superiori sedi [e] præposito, & ab υ imagine ὑοειδὲς nuncupato, assimilant. Neq; sat fuit illis hominibus ad hunc modum, os in humani cordis basi confingere: quin imò sermoni adiêre, cordis basim, atq; ideo etiam uniuersum cor, ab ipso nõ secus firmari quàm linguæ radix illo osse quod laryngi præponitur. Arbitrantur nanq; cor eiusmodi osse firmatũ, moueri: non expendentes cor etiam si eiusmodi donaretur osse, ipso nõ minus suffulciri posse, quàm ferreus palus lectum in aëre sustineret: quãdo is lecto alligatus, simul cum ipso deorsum ex alto proijceretur. Quamuis interim quatuor cordis uasorum ad conterminas sedes connexum nonnihil cor sustinere, haud inficiari possumus. Cæterùm huiusmodi hominum figmenta missa faciamus, & illorum quoq; oscitantiam negligamus, qua in cordis (ut ipsi existimant) affectibus magno supercilio os cordis cerui, nescio quibus gemmis & auro mixtum, propinant: quum interim ceruo non aliud os, quàm uitulo, aut cani, aut sui insit, cartilagineæ nimirum magnæ arteriæ & uenæ arterialis radices. Et offiículum illud quod è ceruorum cordibus exemptum pharmacopolarum officinæ mihi hactenus ementitæ sunt, aliud nihil esse censeo, quàm grandius agni hyoidis ossis osiculum, quod continuum est, & λ simillimum: nisi quòd dextrum crus etiam transuersim in hunc modum χ sinistrum decussatim secet, & alterum crus altero breuius sit: quod etiam ouina lingua, quoties mensæ apponetur, luce clarius edocebit. Porrò qua administrandi ratione cartilagineæ uasorum radices inquirendæ sint, in sexto libro, ubi cordis sectio pertractabitur, describemus.

*Anatomicorum lapsus.*

*Medicorum & pharmacopolarum impostura.*

c c. d A, B.

e 1,2 fig. 13 cap.

## DE SCAPVLIS. CAPVT XXI.

PRIMA FIGVRA VI- GESIMIPRIMI CAP.

SECVNDA.

TERTIA.




TRIVM QVAE HIC PROPONVNTVR FIGVRARVM ET earundem characterum Indicem, proximè sequens pagina exhibet.

PRI



PRIMA *uigesimi primi Capitis figura internam, seu anteriorem scapulæ dextræ sedem exprimit, quæ costis innititur.*

*Secunda, dextræ scapulæ externam posteriorem'ue sedem ostendit.*

*Tertia, scapulam dextri lateris in latus depictam continet, ut sinum gibbæ exterioris q́ scapulæ sedis proponeret, qui inter elatiorem scapulæ costam, et scapulæ spinam cõsistit. Verùm id iam ex characterum indicibus reddetur explicatius.*

*In prima figura Z, X & Y scapulæ ostendunt basim. Est enim scapula quodammodo triangularis. Z uerò, & a, & A, superiorem scapulæ notant costam. Y autem, & B, costam scapulæ inferiorem: adeò ut Z superior sit basis angulus, Y inferior angulus: A & B tertius scapulæ angulus, quem scapulæ superior et inferior costæ cõstituunt. Atq; hæc obiter isti notant characteres: singulis autem seorsum aliud cum cæteris in hunc modum insignitur.*

A, B 1,2 *Scapulæ sinus, cui humeri caput articulatur. In secũda figura B notatur inferior sinus sedes, quæ quodammodo orbicularis est. A, superior sedes magis stricta, contracta q́ in prima figura A indicat protuberantem sinus seu ceruicis scapulæ partem, à qua duo huius articuli peculiaria ligamenta, unà cum externo capite musculi cubitũ flectentium anterioris pronascũtur.*

C, D 1,2 *Ceruix seu collum scapulæ. Verùm C etiam insignitur radix interioris scapulæ processus, qui E, f & F insignitur. Deinde C in prima figura sinum quendam indicat, sub interiori scapulæ processu conspicuum.*

E, f & F *in prima figura, & E & F in secunda, interiorem insinuant processum scapulæ, in quo F protuberantem notat partem, cui clauicula alligatur, & penè innititur. E uerò, processus huius appendicem. f autem, asperam commonstrat partem, à qua ligamentum pronascitur, hinc in summum humerum (qui K indicabitur) pertinens.*

G, H 2 *Radix spinæ scapulæ, seu ipsa scapulæ spina, quæ in homine summũ producit humerũ, quem*

K. *K in prima & secũda & tertia notat, et L etiã in prima ac tertia. Est itaq; G & H spinæ exortus longitudo. Quod uerò ab H ad K fertur, summus est humerus. Vbi enim H cernitur, illic spinã à scapulæ dorso abscedere dicemus. Verùm K priuatim notatur summi humeri appendix.*

L 1,3 *Sinus summi humeri admodum leuiter cælatus, & admittendæ clauiculæ paratus.*

I 2,3 *Scapulæ spinæ pars crassior, interdum appendice decorata. Ad G enim, & I, & H' spina scapulæ est crassior, quàm alibi. A G uerò per I ad K aspera pars notatur spinæ, & summi humeri. Quod autem in secunda inter I & H consistit, & in prima inter L & a, læue est, & minimè asperum.*

M, M &c. 1 *Instar obliquarum linearum tubercula sinus perinde constituentia, ac si illi à costarum conuexis scapulæ cauo essent impressi.*

N, O, 1 *Sedes in interna scapulæ regione magis cauæ, quæ secũdæ figuræ literis G & H respondẽt.*

P 1 *Protuberans crassiorq́ inferioris costæ pars, quæ in internam scapulæ sedem prominet.*

p 1 *Hac sede inferior scapulæ costa latiùs ue efficitur acutius, ideoq́ magis prominet, ut tertius brachium mouentium musculus hinc promptius exoriretur.*

Q 1 *Scapulæ inferioris costæ asper sinus, unde interior cubitum extendentium pronascitur musculus. R incuriâ elapsum est.*

S 2 *Ad scapulæ externam sedem protuberans inferioris costæ pars.*

T 2 *Impressio & amplitudo inferioris costæ, unde tertius brachium mouentium musculus nascitur.*

V, V 2 *Hic externa scapulæ sedes propter crassitiem inferioris costæ insigniter caua cernitur. Quod enim inter V & V, & G & H consistit, tenuissimum maximeq́ subtile & solidum est.*

X 1,2, 3 *Appendix basis scapulæ, ad principium ipsius spinæ coalita.*

Y 1,2,3 *Appendix inferioris anguli basis scapulæ.*

Φ 1 *Superioris anguli sedes, in internam scapulæ regionem modicè protuberans.*

Z, 1, 2,3 *Z superiorem basis angulum antea notauit.*

a 1,3 *Semicirculare foramen, seu sinus, in superiore costa scapulæ conspicuus.*

b, c, 3 *Sedes in externa scapulæ regione inter spinam & elatiorem scapulæ costam consistens. Verùm b priuatim scapulæ sedẽ hic notat tenuissimã, maximeq́ subtilem: et quodãmodo pellucidã. c aũt foraminulũ indicat hic frequẽter apparẽs, et uenulæ inibi scapulã nutrituræ uiã præbens.*

QVAR-

# QVARTA VIGESIMI PRIMI CAPITIS FIGVRA.




*PRAESENTI figura externam seu posteriorem canis scapulæ sedem in hoc delineauimus, ut prompte expenderetur hominis scapulæ ad canis, aut ouis differentia, quam in summo humero, aut superiori scapulæ processu notabimus. Significet igitur A & B scapulæ gibbum, seu dorsum. ac A quidem ipsius inferiorem sedem, B autem superiorem, & animantis collo capitiue propiorem. C & D spinam scapulæ notent, super scapulæ ceruicem non excedentem. E scapulæ ceruicem.*

*Scapularum situs et nexus.*

SCAPVLAE [a] utrinque singulæ posteriori thoracis regioni uersus superiora innituntur, ac occipitis ossi, ceruicis, thoracisq; uertebris, costis, & ossi v literam referenti, musculorum duntaxat interuentu copulãtur. Occipitis quidem ossi beneficio [b] secundi scapulam mouentium musculi, qui etiam hanc multarum uertebrarum spinis committit: uti & [c] tertius scapulæ motuum dux, qui ceruicis uertebris illam nectit. [d] Quartus uerò scapulam mouentium, illam aliquot thoracis & ceruicis uertebrarum spinis firmat. Costis scapulam cõmittunt [e] primus illam mouentium musculus, & thoracem mouentium [f] secundus. Ossi uerò v referenti [g] septimi eius ossis peculiarium musculorũ ope scapula copulatur. In hominibus, simijs, ac sciuris, & si quæ alia clauiculis donãtur, ex abundãti ligamentorum auxilio, [h] scapula clauiculis coarticulatur, clauiculæq; contermina est. In omnibus uerò animalibus [i] brachij os seu humerus ipsi articulatur. ac proinde si hominem scapulis destitutum finxeris, nulla ratione humeri articulum sermone constitues. Ad eius nanque articuli constructionem necessum est, humeri caput alicuius ossis sinum subire, atque ut moueatur, in aliquo osse ueluti in basi quapiam firmari. Porrò huiusmodi sinus occasione, [k] collum quoddam seu ceruix scapulæ protuberat, in cuius extremo [l] sinus tam altè lateq; exculpitur, quantum humeri articulo uarijs admodumq; differentibus motibus mouendo ex usu est. Atque hîc sanè primus præcipuusq; scapularum usus censetur. cui alius mox subsequitur, neque ipse quidem pœnitendus, thoracis uidelicet partium costis intectarum communitio atque custodia. Anteriores enim thoracis partes tuemur, multo antè prouidentes quæ occursura læsuraq; sunt, & anticipantes uel transilire, ut id quòd ingruit declinemus, aut obijcere pectori munimentum aliquod, aut manibus quippiam quo defendamur assumere. Quinimò plerunque & solis manibus antè periclitamur, satius esse rati has uulnerari, rumpi, cõteri, abscindi, quàm quod læsurum sit, ad pectus pertingere cõcedamus. Thorax enim respirationis est organum, quemadmodum & abillo complexus pulmo: cor autẽ insiti caloris fomes, irascibilisq; animæ sedes censetur, propugnaculis ob id etiam egens ualidioribus. Porrò quum posteriori thoracis sedi, & anteriori æquale ab occursantibus periculum impendeat, eorum uerò quæ obesse possunt præcognitio, in anteriori & posteriori regione nequaquam par sit, non præsentibus nimirum in posteriori regione oculis, oportuit sanè & hîc quoque Naturam artificium quoddam machinari, posterioremq; thoracis sedem neutiquam negligere. Quocirca instar ualli & mirabilis propugnaculi uertebras thoracis inibi compegit, & scapulas tanquam duos clypeos & scuta, firmissimosq; muros obiecit. hinc rursus alium usum homini accessurũ minimè ignorans, quo complures musculi motuum brachij autores, sedem qua fulciantur, & à qua originem aptissimè ducant, commodè adipiscuntur. Atque id profectò summæ opus est iustitiæ, eodem osse ad tam uarios prorsusq; necessarios usus abuti, & undequaque ita scapulas efformare, ut priuatim ad singulos usus confictæ censeri queant. Scapula enim inæqualis est admodum, omnijq; ex parte sibi dissimilis. præter uarios enim ipsius processus, sinus, tubera, appendices, eiusq; generis reliqua, è quibus ossium differentias desumpsimus, scapula trianguli differentibus lateribus efformati imaginem quodammodo exprimit. [m] Primum nanque ipsius latus, quod basim scapulæ perpetuò uocabimus, ea scapulæ sedes est, quæ secundùm dorsi longitudinem thoracis uertebrarum spinis proximè exporrigitur. basis hæc obliqua constat linea, quæ superiùs & inferiùs, uersus corporis latus obliquè ueluti in circuli conuexum inclinata, in medio autem crebrò paululum lunata cauaq; uisitur. Interdum enim continuo ductu tota scapulæ

*Scapulæ usus.*

*Scapulæ forma triangularis.*

*Basis scapulæ.*

a trium integrarũ R.
b 9 musc. tab. 7. 8.
c 12 musc. tab. G.
d 10 tab. r.
e 5 tab. r,
f 7 tab. L.
g 5 tab. R, S.
h integrarum Q, ad x.
i integræ fi. S ad R.
k 1,2 figur. C, D.
l 1,2 figur. A, B.
m 1,2,3 fi. à Z per X ad Y.



pulæ basis, hunc in modum (gibba est. deinde basis hæc tenuis admodum uisitur, quamuis inferiori tamen parte & superiori modicè quàm alibi crassior appareat, & inferioris partis crassities partis superioris crassitiem adhuc uincat. Huic basi plerunque [n] duæ adnascuntur appendices: una quidem, quæ grandior crassiorq; & longior est, ac perpetuò apparet, ad basisq; inferiorem consistit angulum insigniter obtusum, ac ueluti orbicularem: altera autem appendix aliquantulũ sub superiori habetur angulo, illiq; basis sedi coalescit, à qua scapulæ [o] spinam principium ducere audies. Præter has appendices etiam basi mollis quædam cartilago adnascitur, eius cartilaginũ generis quo ossium extrema nulli commissa ossi, augeri solent. Verùm in hominibus hæc cartilago longe breuior minorq; est, quàm in ouibus & bobus, alijsq; animalibus, quorum scapulæ thoracis potius incumbũt lateribus, quàm, ut in homine, posteriori thoracis sedi uertebris proxima. Atq; ita primum scapulæ latus basis ue se habet, duo autẽ reliqua inter se uariant. [p] Inferius enim, ab humiliori basis sede admodum obliquè sursum in anteriora ducitur: [q] superius uerò (quod tanto breuius est inferiori, quanto inferius est ipsa basi breuius) nonnihil deorsum in exteriora fertur, quodammodo transuersim procedens. Duo hæc latera in [r] angulum coëunt, & latiusculam scapulæ partem suis extremis finibus continent, in qua ceruix scapulæ sinusq; conspicitur, humeri caput excipiens: adeò ut hæc sedes (si modò anguli loco censeri possit) tertius scapulæ angulus futura sit. quandoquidem [s] primum angulum superiorem basis angulum numeramus, [t] secundum uerò humiliorem. Cæterum duo hæc latera suis finibus tertium angulum constituentia, non solum ductu & breuitate inter se discrepant, uerum etiam crassitie. Inferius enim latus, quo altiùs à basi sursum conscendit, eo crassius & insigniter [u] spissum efficitur. non aliter quàm si Natura huius lateris beneficio, scapulæ alioquin tenui & infirmæ magnũ robur additum uoluisset, ac deinde secundariò quibusdam musculis commodi exortus locum præparauisset. Præter id enim quòd musculorũ quorundam gratia (ut mox subijciam) huius lateris crassities internam scapulæ sedem [x] cauiorem reddit, & in externa sede seu gibbo, ueluti [y] sinum efformat, ipsum quoq; in sua externa sede prope inferiorem basis scapulæ angulum [z] compressionem obtinet, ac deorsum quadantenus educitur, ut * musculus illinc principium sumeret, cuius ope brachium ueluti à pectore reflexum, retrorsum ducitur. Quinetiã interna huius lateris sede, iuxta ipsius elatiorem partem, qua id scapulæ ceruicem terminat, etiam † oblongus sinus aliquantulum asper inæqualisq; conspicitur, [a] musculo principium porrigens, quem à scapula enatum cubiti extensionis autorem in secundo libro asseremus: inibi perpetuò inferius hoc scapulæ latus, inferiorem costam ueterum more appellaturi, qui superius inferiusq; scapulæ latera πλάγιος uocauerũt. Porrò superius scapulæ latus tenue, minimeq; crassum est, ad eam usq; sedem qua scapulæ ceruicis [b] superior regio consistit, [c] interiorq; scapulæ processus exoritur. hac nanq; sede superius scapulæ latus impensè crassescit. Deinde priuatim huic lateri iuxta interioris scapulæ processus radicem, [d] sinus quidam seu medium foramen instar semicirculi insculpitur, uiam porrigens nerui quinti paris neruorum dorsalis medullæ [e] furculo, hac una cum uenula arteriaq; posteriorem scapulæ sedem adeunti. Cæterùm scapulæ [f] ceruix, quæ inter superioris & inferioris scapulæ costarum fines habetur, crassa est, ipsaq; scapula ex ampla tenuiq; sede inibi coarctata, & secundum latitudinẽ incrassata cernitur. Ceruicis tamen [g] longitudo seu interuallum, quod à superiori corporis parte ad inferiorem metior, admodum ceruicis crassitiem superat, quæ ab anteriori parte in posteriorẽ pertinet. Ceruix insignius adhuc extrorsum ducta, dilatatur, & ut ipsa oblonga est, ita etiam oblongum efformat [h] sinum, inferiori parte circulari circumferentia terminatum, superiori autem parte in acutum magis exporrectum. Atque id propter [i] impressionem accidit, hîc internæ ceruicis sedi factam, tendinis eius [k] musculi ducendi gratia, qui intrò antrorsumq; brachium circumuertit. Præterea sinus ceruicisq; scapulæ [l] superior pars, in hoc procerius extuberat, quò aptius hinc [m] duo ualidissima huius articuli pronascerentur ligamenta, & [n] externum quoque caput eius musculi commodè hinc principium duceret, qui cubitum flectentium anterior censebitur. Hic scapulæ sinus cartilagine reliquorũ articuli sinuum modo incrustatus, non admodum altè cælatur. neque etiam huius longitudo & amplitudo respondent, humeri [o] capitis quod ipsi inarticulatur, lõgitudini & amplitudini. Quod sanè in hoc articulo Natura peculiariter machinatur. aliorum enim articulorum capita finibus exquisitè congruunt, nisi fortè [p] femoris cum tibia articulum excipere uelis, in quo tibiæ sinus femoris capitibus non respõdere, ac priuatim in illo quoq; articulo Naturã aliquid moliri intelliges. Qua igitur parte genu ab aliorũ articulorũ ratione differt, suo dicemus loco: nunc uerò humeri articulus uenit explicandus. Quum ergo Natura hunc scapulæ sinum satis leuiter, laxorum motuum gratia, exculpsisset, illumq; non ualde amplum longumq; creauisset (præter peculiaria huius articuli

*Basis appendices.*

*Basis cartilago.*

*Superioris inferioris q; laterum differentia.*

*Tres scapulæ anguli. ac laterum plenior descriptio.*

*Ceruix scapulæ.*

*Sinus humero excipiendo paratus.*

n 1,2,3 fi. una Y, altera X.
o 2 fig. G, H. 3 fig. G.
p 1.2 fig. à B ad Y.
q 1,2 fig. à Z per F ad A.
r 1,2 fi. inter A, B.
s 1,2,3 fig. Z.
t 1,2,3 fig. Y.
u ad primæ fig. P. ad 2 fig. S.
x inter 1 fi. N, O, P. p.
y inter 2 fi. G, H, S, T.
z 2 fig. T.
* 8 muscul. tab. K. & tab. 13 S.
† 1 fig Q.
a 12 musc. tab. T.
b 1,2 fi. C.
c 1,2 fi. F.
d 1 figu. a.
e 3 fig. cap. 11 lib. 4. i.
f 1,2 figur. C, D.
g 1,2 fig. à C ad D.
h 1,2 figu. A, B.
i 1 fig. C.
k 7 muscu. tab. r. & 8 tab. H.
l 1 figur. A.
m 5 muscu. tam unum e, 13 tab. alterũ V notat.
n 6 muscu. tab. m.
o 1,2 figur. 23 cap. A, B, C.
p iunge E, F, I fi. 1 ca. 30 ad G, F, I fig. 7 ca. 31. & dein expende 8 fig. eiusdem capitis.

I liga-

*Cartilago ſcapulæ ſinum frequēter augēs.*

ligamenta, quæ in ſecūdo libro unà cum muſculis proſequemur, & quoſdā ſcapulę proceſſus, quos articulum à luxationibus prohibere tum audies, ubi illos quoque iam in ſermonis contextu pertractabimus) cartilaginem quandam ligamenti ſubſtantiæ compotem in hoc ſinu crebrò effingit, qua ſinum auget, profundioremq́ efficit, nimiamq́ luxandi promptitudinem multum corrigit, parum interim laxiſsimos differentesq́ brachij motus, quibus maximè indigemus, præpediens. In ambitu enim huius ſinus ea cartilago ponitur, ſcapulæ interim, neque etiam humero connata, ſed tantum ligamentis articulum in orbem amplexantibus adnexa. Huius cartilaginis externa ſedes craſſa eſt, ſenſimq́ ad ſinus centrum ducta graciléſcit, ac multò ante centrum deſinit: quaſi quis ſinum in ambitu anulo augeret, cuius orbis inſtar trianguli eſſet contuſus: & iſtius trianguli externum latus, exteriorem articuli ambitum reſpiceret: inferius uerò latus ſinui incumberet: ſuperius autem humeri caput ſpectaret. adeò ut duo anguli ambitum articuli contingerent, tertius interim ſinus centrum ſpectaret. Cæterum hanc Naturæ induſtriam ſpectatu iucundiſſimā, etiam ſi hominis corpus ad manū non ſit, in quadrupedum & auium genibus promptè intueberis, quum pari quoque artificio hîc tibiæ oſſis ſinus perpetuò augeantur. Huius itaq́ cartilaginis quotieſcunque reperitur, beneficio, ſinus ſcapulæ profundior euadit, & interim cartilago impetui compreſſioniq́ oſſium facile cedit, laxum huius articuli motum minimè cohibēs.

*Scapulæ proceſſus.*

Proceſſus uerò quibus præſenti articulo Natura proſpexit, duo cenſentur: quorum alter [q] ſuperior eſt, ſummusq́ humerus nobis uocabitur, atque mox à ſcapulæ [r] ſpina pronaſci docebitur. [s] alter uerò eſt interior ac minor, qui [t] ampla radice ex ſuperiori ſede ceruicis ſcapulæ principium ducit, & hinc utcunque latus antrorſum fertur, anteriori articuli parti uerſus ſuperiora magis oppoſitus.

*Interior proceſſus.*

Inferior huius proceſſus pars exacte læuis eſt, ac inſtar antiquæ Græcorū literæ C cauus, ob idq́ etiam σιγμοειδὴς appellatus. Alij uerò à quadam imagine, quam obtinet cum altera anchoræ parte, quæ terræ infigitur, ἀγκυροειδῆ hunc proceſſum uocarunt. Nonnulli rurſus, quòd corniculæ roſtri modo inclinatur, κορακοειδῆ appellauere. Atque hæc nomina Galeni interpretes ſubinde luſerunt, ad hoc etiam opitulante Galeno, ſibi in nominibus hîc parum conſtanti. quum is enim alibi penè ſemper hunc proceſſum ἀγκυροειδῆ uocat, in decimo tertio tamen de Partium uſu, eo nomine illum ſcapulæ proceſſum donauit, quem ſummum humerum uocamus. Verùm huius proceſſus nominum mentio, poſtmodum neceſſariò incidet. nunc autem quod de interiori proceſſu adhuc enarrandum ſupereſt, percurremus. Inferna itaque ſede is læuis eſt, in ſuperiori autē parte aſper & inæqualis. in elatiſſima enim ſui principij ſede craſſior uiſitur, & [u] inæquali tubere prominet, cui clauicula ferè incumbit ac innititur, ualideq́ alligatur. [x] In apice uerò, ubi appendicem exigit, etiam aſper eſt, ut aptius [y] internum anterioris cubitum flectentium muſculi caput ab ipſo exoriretur, & ligamentum humeri articulo peculiare hinc principiū obtineret. [z] Inter apicem uerò & tuberculum, quo clauicula penè ſuffulcitur, hæc ſuperior proceſſus ſedes etiam aſpera exiſtit, quò fœlicius [a] ligamentum educeretur, hinc ad ſuperiorem ſcapulæ proceſſum pertinens. Quemadmodum uerò hæc ſuperior proceſſus ſedes in hoc aſpera eſt, ut opportunè ligamēta illa & hoc muſculi caput produceret: ita quoq́ ſcapulæ ceruix orbiculatim foraminula quædam non peruia commonſtrat, ex quibus commoda ualidorum huius articuli ligamentorum pendet origo.

Nunc tempeſtiuum quoque erit, alterum ſcapulæ proceſſum ſermone perſequi: cuius naturam optimè inueniemus, anteriorem poſterioremq́ ſcapulæ ſedes non oſcitanter ſpectantes.

*Anterior ſeu coſtis proxima ſcapulæ ſedes.*

Scapula itaque [b] anteriori ſede ſima cauaq́ eſt, ut commodè coſtarū conuexis reſpondeat, ac ſuper ipſas ſtabilita debitè moueatur. deinde etiam, ut opportuna hîc ſedes aptaretur [c] muſculo, qui totam anteriorem ſcapulæ ſedem implens, intrò antrorſumq́ brachium circumuertit. Caua hæc ſcapulæ ſedes læuis quidem eſt, ſed non omni ex parte æqualis. nam iuxta inferiorem ipſius ſedem [d] tubercula quædā exigit, modicè inſtar obliquioris lineæ extuberantia, quæ quodammodo ſinus conſtituunt, ac ſi thoracis coſtæ, quibus ſcapula hac ſede incumbit, temporis ſucceſſu in ſcapulā comprimerentur, ipſaq́ ſcapula illarū effigiem cedendo aſſumeret. Hi enim ſinus tuberaq́ in ſenibus apparent magis, quàm aut in pueris, aut iuuenibus, quibus omnia minus conſpicuè protuberant, excreſcuntq́. Ad hæc, ſcapulæ anterior ſedes [e] ad radicem elatioris anguli baſis ſcapulæ nonnihil protuberat, aptamq́ regionem efficit, cui [f] alter ſcapulā attollentium muſculorum ualidè inſertatur. [g] Præterea ſcapulæ anterior ſedes quà ſummi humeri radici ſcapulæ'ue ſpinæ reſpōdet, inſignius quàm alibi excauatur, non ſecus quàm ſi Natura quum ſcapulæ ſpinam fingeret, cauam ſcapulæ partē in poſteriora extraxiſſet, ac ita ipſius cauitatem auxiſſet: quemadmodū in fictilibus uaſis, & ijs quoq́ quę ex maſſa uel cera parātur, indies fieri cernimus. Quando enim ollæ anſam externa ipſius ſede locatam conſpicimus, plerunque caua ollæ pars anſæ reſpondēs, ſinuata magis, ac ueluti ab anſa extrorſum tracta cernitur, idq́ in illis

ſedibus

q 1,2,3 fig. K. — r 2 fi.G,H. — s 1,2 fig.E, F. — t 1,2 fig.F. — u 1,2 fi.F. — x 1,2 fi.E. — y 6 muſcu. tab.n. — z 1 figu.f. — a 5 muſcu. tab.c. — b 1 figura. — c 7 muſcu. tab.r.8 ta. H. — d 1 figu.M, M,M. — e 1 figur.4. — f 9 muſcu. tab.r,Δ. — g Hic cōfer N,O fi.primæ cum H & G fig.2.



ſedibus potiſsimum obſeruatur, ubi craſſiores anſæ partes cōſiſtunt. Vnde etiam illæ ſcapulæ cauitatis ſedes inſigniùs impreſſæ cauatæq́ conſpiciuntur, quæ extremis ſpinæ reſpondent. mox enim ſpinam in tota ipſius exortus ſede ad extrema impenſius craſſam, quàm in medio ductu, uideri audies. Inter reliquas interim ſcapulæ cauitatis ſedes, ea maximè caua ſe exhibet, quæ iuxta ſcapulæ ceruicem exiſtit. præter id enim quòd in poſteriora à ſcapulæ ſpina, extracta colligitur, hîc etiam ſcapulæ [h] collum impenſe craſſum & introrſum protuberans, hanc cauitatem inſigniter auget: quemadmodum & [i] inferior ſcapulæ coſta, quæ quum craſſa ſit, huius quoque ſedis cauitatem profundiorem reddit.

*Poſterior ſcapulæ ſedes, ſeu dorſum.*

[k] Poſterior ſcapulæ ſedes inſigni [l] proceſſu, ueluti ſpina, adornata, ſi obiter uideatur, gibba eſt, quòd hanc figuram iniurijs citra noxam ferendis accommodatiorem eſſe Natura haud ignorauerit. Verùm ſi preſſiùs hoc ſcapulæ gibbum contemplemur, duæ in ipſo ſedes cauitatesq́ nobis occurrent, muſculis ſuſcipiendis aptiſſimæ. [m] Vna enim ſub ſcapulæ ſpina inter ſpinæ inferiorē ſedem, & extuberantiorē craſſioremq́ inferioris ſcapulæ coſtæ partem conſiſtit. [n] Altera uerò inter ſuperiorem ſcapulæ ſpinæ ſedem, & ſuperiorē ſcapulæ coſtam habetur. Atq́ hanc quidem [o] muſculus occupat, quem brachium circumducentiū tertium ſtatuemus. Inferior cauitas [p] muſculo oppletur, qui brachiū circumuertentiū ſecundus numerabitur. Porrò etſi hæc externa poſterior'ue ſcapulæ ſedes, cùm ſcapulæ ſpinæ, tum ipſius coſtarum gratia, duas has cauitates oſtendat, nihilominus uniuerſa (quoniam extuberare cernitur) ſcapulæ dorſum à ueteribus nuncupata eſt, ſimilitudinem à uero hominis dorſo ſumentibus. Proceſſum autem qui ab hoc ſcapulæ dorſo enaſcitur, ſpinam uocarunt, ad uertebrarum poſteriorum proceſſuum ſiue ſpinarum imaginem. quæ quum ueteribus rectiſsimè ſint inſtituta, ab his nominibus nunquam ne latum quidem unguem declinaturus, externam ſcapulæ ſedem Dorſum nuncupabo: ſummi uerò humeri radicē, Spinam ſcapulæ.

*Summus humerus ſeu ἀκρώμιον, cuius iam diligens inſtituenda eſt deſcriptio.*

Dicitur autem mihi ſummus humerus, quod ueteribus ἀκρώμιον nuncupabatur: quanquam non adeò promptum ſit diuinare, quid quiſq́ hac uoce intellexerit. neque etiam uel diui Hippocratis cauſa nomen id negligendum uenit, aut etiam de ipſo obiter ſtatuendū eſt, ſi modo à Syropis & Iulepis interdū animum auocantes, diuina Hippocratis de oſſium fracturis & luxationibus, idq́ genus malis oracula, etiam ad nos pertinere duxerimus. Quare etiam non ab re fuerit, ſcapulæ ſpinam ſummumq́ humerum, uti nobis uiſum erit deſcribere, atque tunc demum Hippocratis & Galeni ſententiam ſermoni adijcere. Ex tota igitur propemodū amplitudine dorſi ſcapulæ [q] ualidus craſſusq́ enaſcitur proceſſus, non quidem è dorſi [r] longitudinis medio, uerū non procul à ſuperiori ipſius ſede. Proceſſus iſte (qui ſcapulæ ſpina eſt) ſenſim magis magisq́ augetur, ac [s] tandem à ſcapulæ dorſo iuxta ſcapulæ ceruicem abſcedēs, tereſq́ quodammodo apparēs, modicè antrorſum fertur, inſigniter ſupra ſcapulæ cū humero articulū [t] lateſcēs, & ampla donatus appendice, quæ in pueris [u] pluribus oſſiculis cōformatur, cartilaginis interuentu coaleſcētibus. Huius proceſſus pars omnis anterior, & poſterior, & humilior, lęuis minimeq́ aſpera cernitur: ſuperior autē ipſius ſedes neutiquā læuis eſt, ſed rudis, & foraminulis quibuſdā non peruijs decorata. idq́ potiſsimū in ſuperiori ſui appendicis ſede, & [x] ubi non procul à ſcapulæ baſi, proceſſus iſte craſſior apparet, ac ſubinde appendicē quoq́ nanciſcitur. Neq́ hæc ſanè fruſtra machinatur Natura. muſculorum enim gratia has molitur aſperitates, quibus [y] maximus ſcapulā ſurſum ducens muſculus implantatur. Dein proceſſus iſte ijs quibus dixi locis aſperior ideo euaſit, quòd muſculus ille latiorem ualidioremq́ inſertionem inibi tentat. Quinetiam hæc aſperitas, principium præbet [z] digniſsimo brachium mouenti muſculo: quem, quòd brachij cum ſcapula articulum eleganter integit, ἐπωμίδα diſſectionum periti uocarunt. In anteriori proceſſus ſede [a] ſinus adeò leuiter & ſuperficietenus īſculpitur, ut num capitulum, num ſinus ſit, ægrè dijudices. Huic ſinui modicè prominēs clauiculæ [b] tuberculū articulatur, ualidiſsimisq́ ligamētis cōſtringitur.

*Peculiaris cartilago clauiculæ cū ſuperiori ſcapulæ proceſſu articuli.*

Interueniēte hîc plerunq́ peculiari cartilagine, illi prorſus ſimili quam in maxillæ inferioris cum ſuperiori articulis obſeruari retulimus. quæ ſcilicet utrinq́ quà oſſa ſpectat, læuis & lubrica ſit, & tantū ligamentis articulum continentibus affirmata & continua. Dicti modò proceſſus pars, [c] quæ à ſcapulæ dorſo enaſcitur, ac (ut ſic dicam) dorſo proxima eſt, Spina opportunè nominatur, quæ etiā in [d] canibus, ouibus & equis cernitur. [e] Pars autē quæ à ſcapula antrorſum uerſus exteriora abſcedit, ac ſenſim dilateſcit, inq́ ſolis hominibus, ſimijs, ſciuris, et ſi quod aliud animal clauicula donatur, obſeruari poteſt, ſummum humerum appellabimus: id nomen à Græcis mutuantes, qui procul dubio brachij oſſis cum ſcapulis articulum ὦμον nuncuparunt. ac proinde ἀκρώμιον hanc proceſſus partem



uocarunt, quòd articuli ſuperiorem cōſtituat ſedem, ac ueluti illius tutiſsimū habeatur propugnaculum. Atque ita ſanè ab Hippocrate perpetuò accipitur, cùm aliàs ſæpius, tum præcipuè quando humerum (quem ipſe βραχίονα uocat) nequaquam ad ſuperiora (impediēte nimirum

h 1 fi.C,D. — i 1 figur.P. — k 2 fig. — l 2 fi.G,H, I,K,L. — m 2 fig. inter G,H, D,S,T,Y. — n 3 fi. inter Z,a,I,G. et præcipue b,c. — o 6 muſc. tab.k. 11 tab.G. — p 11 muſc. tab.r. — q 2 fi.G,H. — r Nō in medio Z & Y fi.2, ſed magis ad Z. — s ab H uerſus K fig.2. — t 1,2,3 fi.K. — u fi. cap. 3 Q,R. — x 2,3 fig.I. — y 9 muſcul. tab.r,Δ. — z 10 muſc. tab.Δ. — a 1,2 fi.L. — b 3 fig. cap. 22, Q. — c 2 fi.G,H. — d 4 fi.C,D. — e ab H uerſus K fi.2.



ſummo

*Tertium os à Galeno in summi humeri cum clauicula nexu recenseri.*

summo humero) luxari docet, & quum de effracto summo humero pertractat. Quanquam & hîc Galenus etiã in libro de Ossibus audiendus est, qui cõpaginem[f] præsentis processus cum clauicula ἀκρώμιον nõnullis dissectionis professoribus uocari asserit. Vbi etiam subiungit, hîc quosdam tertium os præter processum hunc, & clauiculam in solis hominibus ponere, idq; acromion & λαπαλεῖδα uocare. Tertium hoc os Galenus decimo tertio de Partium usu in hominibus recenset, & simias illo priuat: quemadmodum & in libris de Administrandis sectionibus, & in suis in Hippocratis de Articulis librum commentarijs. Scribit enim, præter hunc scapulæ superiorem processum, & clauiculam, tertium quoddam os esse cartilagineum, quod clauiculæ ad illum scapulæ processum cõtextui insternitur, & à quo membranæ ligamẽtaq; pronascuntur, quorum beneficio contextus iste ualidiùs cõmittitur. Galenus in quinto de Administrandis cõsectionibus libro huiusmodi os Hippocrati ἀκρώμιον uocari ait, ipseq; eo nomine ibidem id appellat, quemadmodũ in libro de Ossibus testabatur, quosdã hîc tertiũ quoddam os collocare, idq; ab illis ἀκρώμιον nuncupari. quum interim Galenus subinde in libris de Partium usu, & in libris de Administrandis sectionibus, ac ferè in omnibus in Hippocratem commentarijs, hunc scapulæ processum ἀκρώμιον uocitauerit, aut saltem huius scapulæ processus cum clauicula compagem. adeò ut non parum Galeni inconstantiam hîc admirer, multoq; magis tantisper admiraturus sim, dum in homine tertiũ id cartilaginosum os mihi occurrat. Neutiquam enim arbitror Galenũ, peculiarem superiùs cõmemoratam huius articuli cartilaginem ossis loco habere, quũ eius generis cartilagines ad ligamẽti naturam à uera cartilagine plurimũ recedãt, neq; osseæ ullo pacto sint: quinetiam quum hæc in simia perinde ac in homine reperiatur. Et si fortè ossis loco habenda esset, præterquàm quod Galenus aliter huius meminisset, & articulũ interuenire, non autẽ ipsi insterni scripsisset, etiã reprehensione nõ careret, quod peculiare os in clauiculæ cum pectoris osse[g] articulo, & rursus in inferioris maxillæ ad superiorem [h]articulis & in genu nõ statuisset, quũ interim illic huius generis cartilagines manifestius quàm hîc in summo humero appareant, etiãsi illæ Galeno incognitæ & prætermissæ uideãtur. Adeò ut adhuc multo satius sit, peculiarẽ hanc cartilaginem (et si ossea esset) ossis nomine nõ haberi, quàm simul tot ossa Galenũ latuisse, clam innuere. Hactenus itaq; mihi hîc nunquã, quantũuis diligẽter Hippocratis nomine secanti, tertiũ os animaduertere licuit. Satisq; perspectũ habeo, Galenũ id nunquam etiam uidisse: & si ausim eò usq; in ipsum impietatis progredi, affirmarem illum huiusmodi os cõfinxisse à quadã cum[k] ossiũ, quæ sesami semen referũt, similitudine, quæ aliorũ ossium articulis contextibusq; ita apponi audies, quemadmodũ cartilagineũ os Galenus hîc consistere prodidit. Lubens igitur cõcessero, tertiũ id os me in homine non magis quàm in simia reperisse, ut neq; qui mihi secanti adfuere ullus, utcunq; etiã ut à singulis id obseruaretur, sedulò semper monuerim. Ac proinde si quis id os, aut simile quodpiam præter[l] processum scapulæ &[m] clauiculã mihi ostẽderit, fidem do in humeri cum scapula articulo, me aliud eiusmodi quid longè dignius atq; in artis operibus egregiè perpendendũ, ocyus cõmonstraturum. quod uel sola hac occasione sciens nunc prætereo. Quamuis interim neminẽ ignorare uelim, nullum unquam animal, præter hominẽ, simiã, & sciurum, & si rectè memini, glirem mihi occurrisse, hoc superiori scapulę donatũ processu: adeò ut uix ambigẽ, eum qui primus hominẽ duntaxat ἀκρωμίῳ donari scripsit, intellexisse solũ hominẽ hunc processum obtinere: quando illum in canibus, ouibus, capris, leporibus (qui etiã interiorẽ scapulæ processum separatim nanciscũtur) & alijs quę mensæ apponi solẽt quadrupedibus, nullũ superiorẽ scapulæ processum (at duntaxat spinã) spectaret, parũ de simijs cum Galeno solicitus. Liceat igitur superiorẽ hunc scapulæ processum nobis tantisper Summũ Humerũ, aut Superiorẽ processum, dum uerior occurrat sentẽtia, appellare. Porrò cuius usus gratia is homini & alijs animalibus clauiculas obtinẽtibus detur, tum demũ melius explicabimus, ubi clauicularũ historiã aggrediemur. Præter hoc enim quòd ad superiora humeri luxationẽ is processus prohibeat, & tutissimũ humeri articulo propugnaculũ sit, & quòd musculorũ insertioni & exortui elegãter famuletur, in hoc potissimum iuuat, ut accedẽte clauicula humeri articulum à thoracis lateribus & costis quàm lõgissimè remoueat, illumq; in eo situ reseruet, quo maximè ad suos motus, quos uarios differentesq; admodum molitur, indiget. At hæc in clauicularũ descriptionibus resumẽtur diffusius. iam enim alias quando opportunũ erit, scapularũ sermoni modum imponere: præcipuè quum aliud enarrandum nihil supersit, nisi fortè perquàm exiguũ. cuiusmodi esse posset, basim scapulæ quà appendicibus decoratur, utcunq; fungosam fistulosamq; uideri, & nõnulla foramina in scapulæ spinã porrigi, quæ ipsi (quum crassa sit) uenas deducãt, nutrimentum illi suppeditaturas. Cernitur autem" unum subinde in illa amplitudine, quam superior scapulæ costa cum ipsius spina efformat: ac etiam in interna scapulæ sede, qua hæc impensius cauatur.

*Quibus tantũ animalibus superior scapulæ processus obtigerit.*

*Summi humeri usus.*

[f] integrarium Q. 2.

[g] Grandior pars 4. figuræ cap. 22.

[h] fig. marginis ca. 10. & 8 fi. ca. 31.

[k] 1 fig. ca. 25 V, V. & 2 fig. ca. 33 Ψ, u.

[l,m] integrarũ Q. 2.

[n] 3 fig. i.





# DE CLAVICVLIS. CAPVT XXII.

PRIMA VIGESIMI SECVNDI Capitis figura.



SECVNDA.



TERTIA.



TRIVM QVAE HIC PROPONVNTVR FIGVRARVM ET ipsarum characterum Index.

*PRIMA præsentis Capitis figura dextri lateris clauiculam anteriori externáue & superiori sede expressam habet.*

*Secunda, posteriorem interioremue dextri lateris clauiculæ faciem, unà cum superiori quoq; ipsius sede ostendit.*

*Tertia inferiorem eiusdem lateris clauiculæ sedem commonstrat.*

*A* 1,2,3 *Clauiculæ capitulum, quo ipsa pectoris ossi articulatur.*

*B* 1 *Capituli huius primus angulus.*



*C* 1,2,3 *Secundus capituli angulus.*

*D* 1,2, 3 *Capituli nuper commemorati tertius angulus. In prima tamen figura, uniuersa triangularis capituli circumscriptio est conspicua literis B, C & D. perinde ac in figura manifestioris doctrinæ gratia, indici characteris D hic superpositа.*

*E* 1,3 *In anteriori clauiculæ sede protuberans linea è directo primi anguli B insigniti, notatur.*

*F* 2,3 *F & G in tertia figura, protuberans linea inferioris sedis clauiculæ indicatur, quam F & G in secunda figura utcunque etiam ostendunt.*

*G* 2,3 *G priuatim indicatur asperitas, ad lineæ F insignitæ posteriora apparens.*

*H* 1,2 *Clauiculæ longitudinis medium, quod teres esset, nisi linea F inferiori ex parte protuberaret.*

*I* 1,2 *Hac sede clauicula ad superiorem scapulæ tendens processum dilatescit, superioriq; sede (quæ etiam I ad K usq; notatur) gibba est.*

*K* 1 *Asperitas in ea clauiculæ sede conspicua, ubi hæc anteriori sui parte maximè caua cernitur.*

*L, M* 3 *Latiusculæ sedis clauiculæ inferior pars leuiter sinuata, & aspera, non autem superioris partis modo gibba.*

*N* 3 *Hac sede clauicula etiam aspera est, perinde ac iuxta M, ex qua ligamentum ad internum scapulæ processum fertur.*

*O* 2,3 *Clauiculæ sedes maximè retrorsum introrsumue protuberans, & huius sedis peculiare tuber.*

*P* 3 *Locus insigniter asper, in inferiori clauiculæ sede conspicuus, qua superiori scapulæ processui coarticulatur.*

*Q* 1,2,3 *In tertia figura Q tuberculum insignitur, quo clauicula superiori scapulæ processui committitur. In prima uerò figura & secunda Q sedes indicatur, qua id tuberculum consistit.*

*HANC figuram integrùm erit præsentis Capitis quartam constituere, in qua dextri lateris pars R insignita cartilaginem exprimit, clauiculæ cũ summo humero articuli peculiarem. Altera aũt pars S indicata, cartilago est peculiaris clauiculæ cũ pectoris osse articuli.*



*Clauicularum numerus.*

*a integrarum Q ad O & λ.*

IN VTRISQVE lateribus clauiculæ[a] (quæ Græcis κλεῖδες, Latinis uerò etiam furculæ & iugula nominantur) ſingulæ cōſiſtunt, pectoris oſſi & ſummo humero ſeu ſuperiori ſcapulę proceſſui coarctatæ. Pectoris oſſi in

*Earundem ad pectoris os articulatio.*

*b 7 fig. ca. 19 r.*

illis articulantur[b] ſinibus, quos in primi oſſis ſummæ ſedis lateribus exculptos diximus. ac quemadmodum ſinus illi oblongi ſunt, ab anterioribuſq; partibus deorſum in poſteriora ducti, & antica ſede quàm poſtica latiores, internoq; latere altiores quàm externo cernuntur, ita quoque ſe habent clauicularum[c] capita pectoris oſſi cōnexa. Hæc enim ſinuum modo oblonga ſunt, ac depreſſa: et ſi quis accuratius eorum circumſcriptionem animaduerteret, illam quodammodo triangulam iudicaret.[d] Vnus enim angulus in anteriori capitis parte ad humiliora conſiſtit, utcunque obtuſus.[e] Secundus etiam obtuſus eſt, in ſuperiori capitis parte nonnihil uerſus poſteriora conſpicuus.[f] Tertius acutior longiorq; eſt, in poſteriori ſede repoſitus, deorſumq; declinans. Porrò ut præſentes anguli obtuſi ſunt, ita etiam trianguli lineæ inæquales, extrorſumq; obliquatæ occurrunt.[g] Illa enim quæ à primo angulo ad ſecundum ducitur, breuiſſima eſt: à ſecundo autem angulo ad tertium[h] procedens, multò longior uiſitur.[i] quæ uerò à primo ad tertium fertur, omnium longiſsima curuaq; eſt. Atque ita ſe habet clauiculæ capitis circumferentia, quod multa cartilagine incruſtatur, læueq; eſt: cartilagine tamen unà cum tenuiſsima appendice effracta, caput aſperum ac inæquale cernitur. Verùm et ſi caput car

*c 1,2,3 fi. A. — d 1 figu. B. — e 1,2,3 fi. C. — f 1,2,3 fig. D. — g 1 figu. à B ad C. — h 1,2,3 fig. à C. ad D. — i 1 fig. à B ad D.*

*Peculiaris cartilago articulationis clauiculæ cū pectoris oſſe.*

*k 4 figu. S.*

tilagine non minus quàm & pectoris oſſis ſinus abundet, nihilominus tamen Natura hîc[k] cartilaginem effinxit, qualem priuatim in inferioris maxillæ ad ſuperiorem articulis reponi commemorauimus. Inter pectoris enim oſſis ſinum, clauiculæq; caput, cartilago quædam adeò ampla interuenit, atque capitis & ſinus eſt amplitudo. Hæc tenuis undecunque eſt, ac æqua omni ex parte conſtat craſſitie, & quà ſinum reſpicit, admodum læuis eſt, & unctuoſo humore perfuſa, ſinuiq; ſeu pectoris oſſi nuſquam connata. Item quà cartilago clauiculæ contingit caput, pariter quoque læuis & lubrica eſt, capiti interim non connata, ſed tantùm ligamentis articulum in orbem amplexantibus. adeò, ut & hæc cartilago non minus triangula ſit,

*Mira clauiculæ curuitas.*

*l ad Q 1,2,3 figur. — m 1,2 figu. ab A uerſus H. — n 1,2 fig. ab H uerſus Q.*

quàm clauiculæ caput pectoris oſſi articulatum. Clauicula ab hoc cum pectoris oſſe articulo, non recto tramite ad[l] alterum ipſius porrigitur articulum, quo ſcapulæ ſuperiori proceſſui connectitur.[m] A' pectoris enim oſſe procedens, extrorſum ſenſim curuatur, & anteriori parte gibba, poſteriori uerò concaua efficitur.[n] Verùm ilico poſt medium ipſius longitudinis contrario ductu procedit. introrſum nanque curuatur, & gibba fit, anteriori autem ſede concaua uiſitur: in anteriora inſigniter illic prominens, ubi ſuperiori ſcapulæ proceſſui proxima eſt: adeò ut bis gibba, biſq; caua reddatur. Pars enim ipſius pectoris oſſi contermina, & προσφαγὶς dicta, retrorſum, ſeu ad thoracis interiora magis pertinet. quæ autem ſuperiori ſcapulæ articulatur proceſſui, ac ἐπωμὶς nuncupatur, antrorſum uergit, & ab interna thoracis ſede extrorſum remouetur, clauicula interim in medio ductu etiam obliquata. eſt itaque gibba anteriori ſui parte, in anteriori pectoris ſede non procul ab ipſius cum pectoris oſſe articulo, cauaq; eſt parte ſua interna. non procul uerò à ſummo humero anteriori parte inſigniter breuiq; flexu caua cernitur: poſteriori autem parte, gibba & conuexa. Atque ut res ſedulò propter crebras clauicularum luxationes fracturaſq; expendenda breuiter dicatur, clauiculæ ductus huic noſtro ∫ reſpōdet, præcipuè ſi id in medio ductu paulo magis maiuſculi S ritu in hunc modū ∫ obliquari fingeremus. Neque horum ullum temere & fruſtra à rerum Opifice factum eſt. ubi

*Curuitatis uſus.*

*Hæc organa ferè ſimul oſtendit ultima fi. lib. 3 de- in ultima quarti.*

enim clauicula iugulum ſpectat, meritò poſteriori ſeu interiori parte caua eſt, quum hàc aſperam arteriam, ſtomachum cum ſexti paris neruorum cerebri neruis, & imprimis inſignes neruorum ſeries à dorſali medulla axillam petens, ferri deberent. quibus potiſsimum neruis clauicula uiam exporrigit, & propugnaculi etiam loco præfigitur. Quia uerò à iugulo, aut potius à ſuæ longitudinis medio clauicula in poſteriora porrigitur, neque alicuius uſus gratia hæc in anteriori ſede gibba eſſe debuit, neceſſariò rurſus iuxta ſuperiorem ſcapulæ proceſſum antrorſum uergit, quouſque proceſſus illius[o] partem contingat, cui aptè coarticulari poſſet. Tantùm autem hîc antrorſum porrigitur, quantùm retrorſum abſceſſerat ipſius[p] gibba parte in illius poſteriori ſede, quæ non procul à ſummo humero diſtat. Si enim clauicula à ſuæ

*o 1 fig. cap. 21 L. — p 2,3 fi. O. — q Hæc partes ab integris ubi articulus ex R cum S cōpactus à coſtis remouetur, propter nexū Q ad λ.*

*Humeri articulus cur à coſtis remoueatur, & clauiculæ ac ſummi humeri uſus.*

longitudinis medio duntaxat in poſteriora tenderet, ad colli latera prorepens, neque elatiori ſcapulæ proceſſus apici articularetur, nihil profectò obſtaret, totam ſcapulam clauiculæ beneficio non firmatam, ſuper thoracem cadere, thoraciſq; lateri proximè applicari,[q] articulumq; humeri coſtis uiciniſsimum fieri, hacq; occaſione quamplurimos brachij motus præpediri. Brachium nanque ob id potiſsimùm in homine & ſimia atque alijs quæ clauiculis donantur animalibus, tam uarijs differentibuſq; motibus duci poteſt, quòd ipſius cum ſcapula

arti-



articulus à thoracis latere plurimùm diſtet. Si enim articulus ille thoracis coſtas contingeret, uel quauis ratione ipſis proximè (quemadmodū in quadrupedibus) locaretur, ipſas manuum circulationes & iactationes ad pectus, dorſum, collum, & ilia nequaquā moliremur: quemadmodum accidere nouimus, quū luxatus humerus in coſtas procidit, uel ſcapula inſtar alæ ob effractam clauiculam dependet. Ne igitur adeò neceſſarijs deſtitueremur munijs, Natura humeri articulum à thorace plurimùm diſtare uoluit. quod ſanè præſtitit ſuperiori ſcapulæ proceſſu, qui ita producitur, ut clauiculæ beneficio à pectore detruſus, ſuſtentetur ac ſtabiliatur, ipſeq; articulus hac occaſione procul à thorace diſiungatur. Articulatur uerò clauicula huic

*Clauiculæ ad ſummum humerum nexus.*

*r 3 fig. Q.*

proceſſui minimùm extuberanti[r] tuberculo latiori, quàm longiori, & nonnihil obliquo: taliſq; hîc conſurgit articulatio, ut quod nam os ſuſcipiat ſuſcipiatur ue, dijudicare uix queas. fit enim hîc ea articuli ſpecies, quam Græcorum ueteribus ἀρθρωδίαν uocari diximus. Cla-

*Clauiculæ ſubſtātia, tubera, aſperitates, læuitates, & foramina.*

*s 1,2 fig. ab I ad Q. — t 1,2,3 figu. H. — u 2,3 figur, F, G. — x 4 muſc. tab. d. — y 2,3 fig. G. — z 1 fig. cap. 19 C. — a 3 figu. N. — b 1,2 fi. ca. 21 F. — c 3 fi. ab L. per M ad Q præcipue aūt P.*

uiculæ[s] pars quæ ſuperiori ſcapulæ proceſſui connectitur, latiuſcula eſt, quemadmodum & proceſſus quoque latus ampluſq; cernitur. præterea hæc clauiculæ pars, ut & illa, quæ pectoris oſſi committitur, intus fiſtuloſa magiſq; rara eſt, quàm reliqua clauiculæ portio, quòd uidelicet hæ partes etiam craſsiores ſpiſsioreſque ſint: & oſſa intus tanto ſemper fungoſiora, quanto craſſiora & ampliora cernantur. Ipſa enim clauicula in ſuæ longitudinis[t] medio ſolidiſsima eſt, quòd etiam hîc ſit tenuiſſima, quodāmodoq; teres. non enim prorſus teres eſt. In humiliori nanque ipſius parte ueluti in[u] lineam protuberat, quæ incipit non procul à clauiculæ capite, quod pectori articulatur, iuxta medium ſcilicet poſterioris & anterioris eius capitis angulorum. Pertingit autem hæc linea paululum ultra clauiculæ longitudinis medium, in hoc parata, ut[x] muſculus thoracem mouentium primus ab ipſa principium duceret. Iuxta huius lineæ principium propter caput clauiculæ[y] aſperitas ſinuoſa conſpicitur, unde ualidum pronaſcitur ligamentum, clauiculam pectoris oſſi illic colligans,[z] qua ipſi primæ thoracis coſtæ cartilago connaſcitur. Quinetiam ad aliud huius lineæ extremum, altera occurrit[a] aſperitas, & ueluti aſper quidam ſinus, quo clauicula[b] tuberculo radiciq; interioris ſcapulæ proceſſus penè incumbit, ac à quo ligamentum promitur, clauiculam illi tuberculo pertinaciter colligans. Porrò inferior hæc clauiculæ ſedes, ubi linea illa deſinit, clauiculaq;[c] ampla uiſitur, ſinuoſa fit, & aſpera, idq; potiſsimùm iuxta conuexum clauiculæ ad ſuperiorem ſcapulæ proceſſum, ubi ligamenta articulū hunc continentia ualidiora quàm ſuperiori ſede enaſcuntur. Superior uerò totius clauiculæ regio læuis omnino eſt, præterquā iuxta ipſius articulos, ubi ligamentorum producendorum occaſione, quemadmodum & muſculorum gratia nonnihil aſpera eſt. A' clauiculæ enim parte ſuperiori iuxta pectoris os[d] muſculus ille enaſcitur, qui etiam à pectoris oſſe pronatus, in[e] mamillarē capitis proceſſum implantatur, capitiſq; motorum decimus tertius, ſeu ſeptimi paris alter numerabitur. Superiori uerò clauiculæ parti ſcapulæ ſuperiori commiſſæ proceſſui[f] muſculus ille inſeritur, qui ſcapulam ſurſum ducentium primus recenſebitur. In anteriori clauiculæ parte ad radicem primi ipſius capitis anguli,[g] linea quoque protuberat, ante medium longitudinis clauiculæ deſinens, à qua non minima pars[h] muſculi brachium pectori adducentis principium ducit. Ad hæc, in anteriori clauiculæ ſede, ubi retrorſum inflectitur, & ubi non procul ab ipſius cum ſuperiori ſcapulæ proceſſu articulatione caua uiſitur, etiam[i] aſperitas notatu digna conſiſtit[k] muſculo brachium attollenti parata, cuius principij magna pars hinc pronaſcitur. In poſteriori clauiculæ ſede nihil, quod non dictum ſit, inæquale occurrit, præter quoddam[l] tuberculum hîc protuberans ubi clauicula inibi maximè gibba eſt, idq; tuberculum ueluti illius gibbæ ſedis angulum conſtituit, ligamentumq; ad interiorem ſcapulæ proceſſum educit. Præter hæc in clauicula uix quicquam notandum eſt, niſi fortaſſis adhuc ſermoni foraminula quædam nō prorſus peruia adijci uelis, quæ interdū duo, interdū tria in maximè ſolida clauiculæ parte, & potiſsimū in poſteriori ipſius ſede uidentur, in hoc parata, ut uenulas tranſmittant clauiculā enutrientes.

*d 4 muſcu. tab. ⊙. — e 3,4,5 fig. cap. 6 K. — f 9 muſc. tab. Γ, Δ de in 4. tab. b. — g 1,3 fi. E. — h 3 muſcu. tab. Δ de in à K ad L. — i ad 1 figu. K. — k 4 muſc. tab. ab e ad f iuxta Ξ. — l 2,3 fig. O.*

## *DE HVMERO SEV BRACHII oſſe. Caput XXIII.*

CHARACTERVM DVARVM PRAESENTIS CAPITIS figurarum (quas ſequens pagina proponet) Index.

A, B, C, D, E, F, G, H *Horum characterum alij in prima figura, alij uerò in ſecūda obuij ſunt, indicantes humeri appendicem, uti modò ſubijciam, ualdè uariam.*

A, B, C *In ambabus figuris humeri caput circumſcribitur, quod ſcapulæ inarticulatur.*

D, E *Vtrique characteres in prima uiſuntur figura, externum caput appendicis humeri notantes,*

*cui ligamenta articuli inſeruntur. Verùm D externi huius capitis anterius caput indicat. E uerò poſterius, quod in ſecunda figura magis quàm in prima eſt conſpicuum.*

F, G *Duo iſti characteres in prima, & G in ſecunda, ſinum indicant patulum, qui interius caput ab exteriori dirimit. Reliquum characterum Indicem ponendis modò figuris ſubijciemus.*



PRIMA VI *GESIMI TERtij Capitis figura, dextri humeri anteriorem faciem referens.*

SECVNDA *HVIVS CAPItis figura, dextri humeri poſteriorem faciem proponens.*

*H, I* 1 *Sinus externum caput in duo diuidens, ac externo capiti anterioris muſculi cubitũ flectentium paratus. Ac H quidẽ ipſius ſedẽ in appendice notat, I uerò eã quæ in humeri ceruice cõſiſtit.*

*K, L, M* 1,2 *Humeri rotula, ad quam ulna flectitur & extenditur. ac K quidem ſinum rotulæ notat, L uerò & M ſinus latera. & L rurſus internum latus, M autem externum.*

*N* 1 *Sinus ad rotulæ ſuperiorem partem in humeri anteriori ſede inciſus.*

*O* 2 *Sinus ad ſuperiorem rotulæ partem in humeri poſteriori ſede admodum altè excauatus.*

*P* 1,2 *Humeri caput ſeu tuberculum, cui radius articulatur. In prima figura huius Capitis pars apparet, quæ cartilagine incruſtatur. In ſecunda uerò ea pars, cui radius non committitur, uerùm muſculorum exortui eleganter ſubſeruit.*

*Q* 1,2 *Hac ſede humerus ad magnum ipſius longitudinis interuallum inſtar acutæ lineæ protuberat.*

*R* 2 *Sinus in hoc externo humeri capite quartis manum petentium nerui gratia exculptus.*

*S* 1,2 *Internum humeri tuberculum.*

*T* 1 *Sinus anterioris tuberculi, tertio neruo manum adeuntium paratus.*

*V* 2 *Sinus interioris tuberculi, in quo quintus brachium petens neruus uehitur.*

*X, Y, Z* 2 *Poſterior humeri ſedes. ac X quidem notat partem ſuperiorem, quæ ſinuata eſt: Z uerò inferiorem, quæ gibba cernitur. Y impreſſionem indicat, ad quam quartus neruus brachium accedens reuoluitur.*

*a, b, c, d* 1 *Anterior ſedes humeri, in qua b inſinuat prominentem extuberantem'ue eius partem: a uerò & c locum, qui utrinq; ad hanc protuberantem partem deprimitur. Deinde tres iſti characteres ſimul notant anterioris humeri ſedis inferiorem partem ſinuatam: d uerò ſuperiorem, quæ gibba uiſitur.*

*e* 1,2 *Aſperitas iuxta externum latus anterioris ſedis humeri conſiſtens.*

*f* 1 *Aſperitas in anteriori humeri ſede conſpicua, ad radicem ſinus externum caput muſculi deducentis, qui cubitum flectentium anterior recenſetur.*

HVME-



*a integrarum S ad R, dein T, V.*

HVMERVS Celſo, atque aliis compluribus[a] id os uocatur, quod ſcapulæ & cubito articulatum, Græcis (uti & Latinorum quamplurimis) Βραχίων nuncupatur. Vt uerò totam oſſis & muſculorum molem cum neruis, uenis, arteriis, cute, & aliis ſi quæ brachij conſtructionem ingrediuntur, ab ipſo oſſe in ſermonis contextu diſtinguamus, quum ſolius oſſis mentio incidet, id Humerum, aut interdum Brachij os appellabimus: quum autem reliquas membri partes unà cum oſſe indicabimus, Brachij uoce non inopportunè clarioris doctrinæ ſtudio, utemur. Humerus itaque, Galeni ſententia, omnium totius corporis oſſium, femore tantum excepto, maximum eſt: licet tamen fibula & tibiæ os, humerum longitudine inſigniter uincant. dein tibiæ os craſsitudine & grauitate perinde atque oſſa ſacri oſſis lateribus coarticulata, pondere humerum longè ſuperant, adeò ut pleraque nobis præter femur occurrant oſſa, quibus humerus magnitudine cedit. Verùm id cum aliis permultis Galeni concedemus autoritati, quum aliorum uenia nobis non liceat ipſius placitis contraire. Summa igitur humeri pars, qua is ſcapulæ articulatur, admodum magna[b] appendice conſtat, quæ in duo dirimitur capita. quippe hæc interna ipſius ſede[c] amplum, & in ambitu orbiculare, & paulo minus quàm medij globi modo protuberans efformat caput, quod læue æquale'q; eſt, & cartilagine incruſtatum ſcapulæ[d] ſinui articulatur. Hoc caput, appendicis internum latus conſtituit, ſuperioris etiam appendicis ſedis aliquantulo plus quàm medium occupans. Cæterùm appendicis externum latus, quodammodo in[e] aliud aſperum & inæquale protuberat caput, non quidem articulationi cuipiam erectum, ſed duntaxat collis modo prominens, in quem ualida multa'q; ligamenta humerum ſcapulæ nectentia implantantur. Ad externum enim interioris capitis latus, quod in eminentiori & ſumma appendicis ſede habetur, & deinde in anteriori poſteriori'q; eiuſdem capitis ſede,[f] amplus quidam patulus'q; ſinus orbiculatim ducitur, internum caput (quod articulationi ſubſeruit) ab exteriori (quod ligamentis excipiendis adaptatur) dirimens, & idoneam ligamentorum inſertioni ſedem parans. In hunc enim ſinum orbiculatim ductum, & in anteriori humeri ſede magis quàm in poſteriori patulum, ſeu amplum profundum'q;, tanquam in uallem ligamenta inſeruntur. In caput uerò externum, quod hoc ſinu ab interno diſtinguitur, ligamenta ueluti in collem & promontorium aliquod inſertionem moliuntur. & quemadmodum omnium oſſium ſedes, in quibus aliquid inſeritur, aut à quibus aliquid principium ducit, aſperæ inæquales'q; ſunt, ſic quoque & præſens ſinus unà cum externo capite aſper inæqualis'q; cernitur. Porrò præterquam quod hoc externum caput inæqualiter prominet, uarium'q; eſt, alio quodam[g] ſinu ueluti in duo rurſus capita diuiditur, in[h] anterius nimirum, & [i] poſterius quod anteriori multo grandius eſt. Sinus enim iſte paululum uerſus exteriora in anteriori appendicis ſede cælatus, inſigniter profundus, longus, & ſecundùm cauitatem ad amuſſim teres perinde uiſitur, ac corpus, cuius gratia inſculpitur, quod[k] externum caput eſt muſculi cubitum flectentium anterioris. Quòd autem ſinum illum ſecundùm concauum, caput autem muſculi ſecundùm conuexum, teres eſſe intelligo, neminem latêre arbitror, dummodo ſinus quidem omnes cauos, ea autem quæ illis uehuntur inſident'ue, gibba eſſe, non ignoret. Cæterùm oblongus hic ſinus non tantum ad appendicem pertinet, uerum etiam ad eam humeri oſſis[l] ſedem cui appendix coaleſcit, & quæ humeri ceruicem perquam breuem & impenſe craſſam conſtituit. atque ita ſuperior humeri pars ſcapulæ contermina ſe habet. Inferior autem, quæ[m] duobus in cubito exiſtentibus oſſibus, ulnæ nimirum & radio articulatur, longè magis adhuc uaria eſt, tum ſinuum, tum capitum ac tuberum copia & imagine. Primùm igitur, in medio inferioris humeri ſedis,[n] ſinus cum ſuis tuberibus talis prorſus cõſpicitur, qualem in trochleæ rotula eſt cernere, ad quam funes uoluuntur. Quemadmodum enim rotula trochleæ, rotunda orbicularis'q; in ambitu eſt, in lateribus autem plana & lata: ſic etiam in hac humeri ſede orbicularis rotunda'q; conſpicitur pars, quam nullæ imagini propiùs quàm rotulæ aſſimi laueris. Deinde, ut rotula in ambitu, cui chorda aduoluitur, ſinu quodam (ut ſic dicam) tereti, & læui, ac lubrico exculpitur, & ſinus huius latera utrobique protuberant, funem'q; in ſe quo minus aberret amplexantur: ita etiam hæc humeri pars in medio ſinuata eſt, & utrinque protuberat. In hoc tamen ab exquiſitæ rotulæ tuberibus differt, quòd perpetuò ferè ſinus rotulæ latera æqualiter exporriguntur. Hæc autem humeri pars[o] interno latere admodum inſigniter prominet, & ad amuſſim rotulæ reſpondet,[p] externo interim latere multo minus educto. Non ſanè, quod hîc Natura magis quàm rotularum artifices dormitauerit, aut minus fuerit ſolers, ſed quòd neutiquam neceſſum erat, humeri ſinus, ſeu orbitæ latera, utrinque pariter exporrigi. Vt enim rotula murum altero latere ſpectans, ideo minus in latere mu-

*Humerus. Brachium.*

*Humerũ poſt femur non eſſe omnium oſſiũ grandiorem, uti Gal. in li. de Oſſibus cenſet.*

*Superioris humeri partis deſcriptio.*

*Inferioris humeri partis deſcriptio.*

*Confer hîc integrarũ S cum A, dein cum Φ & Ψ. inſuper cum Θ.*

*b* 1 *ſi. A, B, F, H.*

*c* 1,2 *figur. A, B, C.*

*d* 2 *fig. cap. 21 A, B.*

*e* 1 *figu. D.* 1,2 *fig E.*

*f* 1 *fig. G, F.* 2 *fig. G.*

*g* 1 *fig. H, I.*

*h* 1 *figu. D.*

*i* 1,2 *fig. E.*

*k* 6 *muſ. ta. muſculus Θ notatur. caput antem m.*

*l* 1 *fig. I.*

*m Quatuor priores ca. ſequẽtis figuræ.*

*n* 1,2 *fig. K, L, M.*

*o* 1,2 *fig. L.*

*p* 1,2 *ſi. M*

ro proxima, quàm in alio, protuberare citra noxam potest (quod scilicet nullus metus sit, funem à latere quod murum proxime tangit, è rotula elapsurum) ita quoque externum humeri orbitæ latus, non ita atque internum periclitatur. Ad externum enim latus, aliud [q] caput constituí mox subiungemus, cui radius articulatur, quodq; muri uice censeri potest, prohibentis ulnam extrorsum à sua orbita luxari. Verùm est & aliud humeri rotulæ cum ueris rotulis discrimen, quod non ad omnem ipsius partem ulna similiter ac funis ad rotulam circumuoueri potest. Quamuis enim in [r] superiori mediaq; orbitæ sede, humeri os insigniter sinuatum sit, longeq; tenuissimum, & squamæ modo pellucidum, tamen nequaquam est peruium, & hoc magni cuiusdam usus gratia. Summus enim rerum Opifex quum ulnam ad hanc humeri orbitam flecti & reflecti uoluit, ita sanè rotulam parauit, & ipsi etiam ulnæ [s] sinus, tuberaq; & processus elargitus est, ut cubitum flectere & extendere possimus, & tamen in his motibus robore non destituamur: quod sanè periret, si in superiori rotulæ sede humerus esset peruius, nihilq; esset in quo ulna in extrema extensione firmaretur, sed funiculi modo, citra renixum basimq; & obstaculum obuolueretur. Exculpsit itaque Natura in superiori rotulæ huius sede duos insignes sinus, [t] unum quidem anteriori in parte, [u] alterum uerò in posteriori, qui multo amplior, profundior, & quouis modo insignior est anteriori. Sinus hi quasi squama duntaxat diremptí, ulnæ processus (quos λοξώνας priuatim uocant) excipiunt. Atque horum anteriorem, quum cubitus flectitur, anterior sinus admittit: quum uerò cubitus extenditur, posterior sinus posteriorem ulnæ processum excipit. Sunt enim hi sinus extremæ flexionis ac extensionis termini, tanta prouidentia facti, ut cubitum in acutissimũ angulum flecti sinant, & uix ultra rectam lineam eundem extendi permittant. quòd scilicet nulla prorsus in angulum extensione, sicuti sanè flexione, indigeamus. Quia uerò præsentes sinus in cubiti motibus ueluti bases & obstacula sunt, quæ ulnam non ultro ferri sinunt, Hippocrates eos βαθμίδας nuncupauit, cui etiam humeri orbita à quadã cardinum imagine γιγγλυμοειδὴς appellatur. Cæterùm istorum sinuum usum tunc demum accuratè intelligemus, quum & ulnæ descriptionem sequenti Capite absoluerimus. in præsentia autem inferior humeri pars adhuc est describenda. Ad externum itaq; humeri orbitæ latus, [x] rotundum & oblongum quodammodo habetur caput, quod similiter atq; orbita, cartilagine incrustatum & læue, radij cum humero articulationi subseruit, & in radij superiorem [y] sinum subintrat, radiusq; (ut aliàs fusius exequar) ad id caput in pronum supinumq; mouetur. Deinde capitis longitudo, quam à superiori ipsius parte ad inferiorem secundùm humeri longitudinem metior, in causa etiam est, quòd in cubiti flexione ac extensione, caput id à radij sinu (qui rotundus, non autem oblongus est) haud elabatur aberretue, atque hac etiam occasione tota capitis pars cartilagine obducta, anteriorem humeri sedem spectat, nihil prorsus in posteriora erectum, quòd in nulla cubiti extensione radius posteriorem humeri sedem adeat. Veruntamen ad externum huius capitis latus, humerus insigniter protuberat, montis rupisue imaginem ostendens, in hoc paratam, ut quamplurimi musculi hinc opportunè principium ducant. [z] Ab hac enim humeri sede, & acuta linea quæ ab hoc tubere sursum aliquousque secundum externum humeri latus conscendit, sex enascuntur musculi, quorum [a] primus is censeri posset, qui cæteris est latior, quiq; inter radium mouentes facilè est longissimus, radiumq; in supinum ducit. [b] Secundus sub illo exoritur, qui bicorni tendine brachiale extendit. [c] Tertius is est, cuius ope index, medius & anularis extenduntur. [d] Quartus, quem præcipuum parui digiti extensionis autorem ponemus. [e] Quintus, qui ulnæ exporrectus, extensionis quoque brachialis opifex est. [f] Sextus, alter radium in supinum agentium numerabitur, cuius etiam portiúncula ab illo humeri tuberculo seriatim ac infima ex parte educitur. Porrò tuber istud quoties musculorum, neruorum, uenarum, arteriarumq; hanc sedem perreptantium mentio incidet, perpetuò externum humeri tuber seu tuberculum uocabimus. est enim, uti diximus, musculorum producendorum gratia paratum, ac in posteriori ipsius sede iuxta [g] externum latus orbitæ humeri [h] sinum exigit, quo [i] quartus brachium adeuntium neruus uehitur. Sed ut externum hoc humeri latus protuberat, ita quoque & internum latus musculorum quoq; & neruorum ratione [k] insignem acutumq; processum seu tuberculum adipiscitur, nullius articulationis gratia, quemadmodum externum, cui radius articulatur, prominens. Ad [l] internum itaq; latus orbitæ humeri processus educitur, ex cuius apice, qui utcunque amplus est, [m] musculus enascitur, qui lato tendine cutem internam summæ manus adit. deinde [n] duo brachialis flexus autores, insuper ex infima processus huius (quem semper internum humeri tuberculum nuncupabimus) sede portio eius [o] musculi oritur, qui inter radium in pronum mouentes, superior habetur. postremò & quorundam digitos flectentium [p] musculorum obscura hinc pendet principij portio. Neque etiam

q 1,2 fig.P.
r 1 fig.N. 2 fig.O.
s 1,25 figur. 24 cap.C, D,E.
t 1 figu.N. u 2 fig.O.
x 1 figu.P.
y 9 fig.ca. 24 O.
z 2 figu.P, uersus 1 & 2 figu.Q. quo lineæ notatur.
a 12 musc. tab.o.
b 11 tab.A.
c 9 tab.z.
d 9 tab.o.
e 9 tab.A.
f 11 tab.m.
g 2 figu.M.
h 2 fig.R.
i 2,3 fi.cap.
u lib.4 o.
k 1,2 fig.S.
l 1,2 fig.L.
m 3 muscu. tab.n.
n 3 tab.A.
o 7 tab.Q. p 5 tabul. o. dein 6 ta. z.



etiam tuberculum id musculis producendis duntaxat famulatur, uerum etiam duobus cubitum adeuntibus neruis idoneam efformat sedem, ipsisq; propugnaculi loco censendum est. In anteriori enim ipsius sede iuxta humeri orbitam, [q] sinum leuiter exculptum ostendit, quo [r] tertius brachium petentium neruus dirigitur. In posteriori autem ipsius sede, [s] alio sinu, [t] quintum brachij neruum deducit. [u] Porrò utcunque internum humeri tuberculum grande sit, & in nobis tactu promptè deprehẽdatur, obseruetuq;, non tamen ob id Galeno credendũ est, qui id externo grandius esse prodidit, quum externum multo grandius interiori sit. nam quòd tactui non ita atque internum sese offert, non ipsius quantitas in causa est, uerùm radius, cui id articulatur, quiq; quò minus tactu id dijudicari possit, prohibet. In canibus autem, equis, ouibus, & id genus animantibus parum admodum ab hac constructione hæc humeri tubera differunt. quanquam externum humeri caput radio articulatum, tanto minus ab externo humeri orbitæ latere distinguitur, quanto illis radius cum ulna magis connatus, connexusq; est, quàm hominibus quibus admodum manifestò radius in pronum supinumq; agitur, & cum ulna laxè articulatur. Cæterùm non ambigo, hîc Aristotelis sectatores, eosq; qui de animalium motu quicquam ipsius suffragio, tum aliàs sæpius, tum maximè in libro de Communi animalium gressu repetito, freti prodiderunt, è quorum numero Galenus in tertio de Partium usu est, & Plinius, & cum pleriscq; alijs noster Erasmus Roterodamus in suo de talorum lusu parum anatomico Dialogo, non mediocriter admiraturos, quod adeò exiguam inter homines & quadrupeda in hac humeri sede, seu humeri cum cubito articulo differentiam statuam: quum interim, ut reliqua mittam, Aristoteles, & quotquot illum sequuntur, diuersum flexum in nobis & quadrupedibus enarrent, quum nos antrorsum, illa autem retrorsum hanc flexionem moliri docent. quod nõ solum falsum est, uerumetiã Aristoteles uno esse quadrupeda priuat, ipso nimirum humero, arbitratus illic cubiti cum humero articulum in illis esse, ubi cubitus brachiali iungitur. quem articulum illa animalia nobiscum habent communem, ac ipsa parem nobiscum flexionem moliuntur, ut etiam in cubiti ad humerum articulo. At illorum animalium humerus, quemadmodum & femur eorundem, & auium, pariter Aristotelem latuit, forte quòd in corporis trunco in illis aliter atque in nobis occultetur. Porrò hæc aliàs fortassis diffusius prosequuturi, nunc ad reliquas humeri partes redimus, quæ secundùm longitudinem teretes quodammodo sunt, uerùm posteriori sede magis quàm anteriori ampliores & depressæ. Anterioris enim sedis [x] medium, quodammodo secundùm longitudinem protuberat, & [y] utrinque hæc anterior sedes compressa uidetur, latera autem humeri magis, ut & anterioris sedis medium, protuberare quàm deprimi conspiciuntur. Atque hæc omnia accumbentium musculorum ratione. qui, ubi eorum naturam habueris perspectam, os suo uoto elegantèr compressisse tibi uidebuntur. Ex abundanti autem, in posteriori humeri sede iuxta ipsius longitudinis medium, [z] quædam apparet compressio, ad quam [a] neruus manum adeuntium quartus ab interno brachij latere per posteriora, in externum latus obliquè deorsum repit. Quomodo autem sedes humeri anteriores quidem & exteriores gibbæ, posteriores uerò atque interiores simæ Galeno in libro de Ossibus uisæ fuerint, & cur in secundo libro de Partium usu humerum exteriùs gibbum esse, interiùs autem simum prodiderit, nõ satis assequor. Nam nisi humerum statuerimus rectum esse, gibbus censebitur [b] anteriori superioriq; parte, simus uerò [c] posteriori ac superiori: rursus [d] anteriori inferioriq; simus, [e] posteriori & inferiori gibbus. Deinde, ni falior, interiùs, & potissimum ad inferiora, gibbus, exteriùs uero simus. At que hanc formam musculi potissimũ inducunt, cubiti flexionis & extensionis opifices. quamuis interim minor humeri sit obliquitas, quàm quæ in dissensionem uocari debeat. [f] Asperitas autem quæ in anteriori humeri sede uersus exteriora & supra medium ipsius longitudinis consistit, in hoc parata est, ut ualidior musculorum brachium mouentium hîc succederet insertio, & [g] posterior cubitum flectentium musculus hinc idoneum educeret principium. Atque hæc asperitas tanta est, ut in admodum senibus hinc insignis processus enasci conspiciatur, imprimis ad [h] musculi brachium attollentis insertionem paratus. Præter hanc asperitatem, [i] alia occurrit iuxta sinum, quo externum musculi caput uehitur, qui cubitum flectentiũ anterior est: cuius interioris capitis [k] carnosa pars, huic asperitati adnasci docebitur. Foramina notatu digna in humero nulla occurrunt, præter pauca iuxta sinuum & capitum supercilia, in hoc forata, ut hinc ligamenta ualidius educerentur, aut eadem hîc implantarentur. Sunt etiam nonnulla, sed rara foramina, in humeri longitudine conspicua, & uenis admittendis potissimum in interno ipsius latere (quà maxima uasorum fertur series) cælata, atque in amplum [l] sinum medullæ asseruandæ gratia, & ossis læuitatis occasione paratum, pertinentia.

*Tum alibi, tũ etiam libro de Ossib. Ca. 16.*

*Aristotelis & quamplurimum aliorum lapsus.*

*Mediarum humeri partium descriptio.*

q 1 figur. T. r 2 fig. cap. 11 lib. 4 r. s 2 figu. V. t 2 fig. cap. 11 lib. 4 *. u Obserua to hic integrarum fi. cubiti articulum.
x 1 fig.b.
y 1 fig.a,c.
z 2 fig.Y. a 2,3 fi.ca. 11 lib. 4 o.
b 1 figur.d. c 2 figu.X. d 1 figur.b. e 2 figu.Z.
f 1,2 fig.e.
g 8 musc. ta. r, dein L. b 10 musc. tab. Δ. dein 11 tabu. P. i 1 figur.f. k 6 muscu. tabu. o. ubi musculus ⊖ notatur.
l figura 1. capiti insertis.

# DE CVBITI OSSIBVS, VLNA NIMIRVM, & radio. Caput. XXIIII.

PRIMA VIGESIMIQVARTI CAPITIS FIGVRA.



PRAESENS figura sinistri cubiti duo exprimit ossa, anteriori facie delineata. Quòd uerò in hac, uti & in subsequentibus ferè huius Capitis omnibus figuris, sinistri lateris ossa sint obuia, quum tamen alioquin quodammodo semper dextra potiùs, quàm sinistra explanentur, fortuitò & casu accidit, quòd in lignis seu formis hic pro sinistris dextra depinxerimus. Quamuis interim in ossibus, dextrumne an sinistrum proponatur, nihil interfit.

SECVNDA. TERTIA. QVARTA. QVINTA. SEXTA.







## SEPTIMA. OCTAVA. NONA. DECIMA. VNDECIMA.



QVID DECEM FIGVRAE QVAS SERIATIM PRIMAE huius Capitis figuræ subiecimus, denotent, ac omnium characterum quæ undecim figuris inscribuntur, Index.

SECVNDA uigesimi quarti Capitis figura, utrumque cubiti os, radius nimirum & ulna, exteriori facie proponitur. Tertia, solus radius interna sede. quarta autem radius externa sede delineatur. Quinta internam ulnæ sedem, sexta uerò externam exprimit. Septima dextri radij inferiorem ostendit portionem, cui brachiale inarticulatur: atque hanc partem ueluti ex inferiori, seu aliàs ulnam spectante facie, ita delineauimus, ut sinus in conspicuo sit, quo ulnæ tuberculum caput ue hic iuxta brachiale excipitur. Octaua figura, ut et tres ipsam subsequentes, & sex priores, ad sinistrum cubitum pertinens, inferiorem radij portionem exteriori facie sic delineatam continet, ut sinus oculis pateat, cui brachiale inarticulatur. Nona superiorem radij portiunculam indicat, in qua sinus obseruatur, quem externum humeri caput subintrat. Decima inferiorem ulnæ portiunculam exhibet, partem quæ brachiale spectat ostendens. Vndecima superiorem ulnæ partem expressam offert, in qua sinus tuberaq; et processus occurrunt, quibus humeri orbita seu rotula adaptatur.

A, B 1,2 Interuallum his characteribus inclusum, Cubitus uocatur. ac A superiorem ipsius notat partem, quæ humero coarctatur: B uerò inferiorem, quæ brachiale spectat. Si quæ interim huius sedis horumq; ossium nomina desideras, ea ex præsentis libri calce non inopportunè petes.

C 1, 5, 11 Anterior processus ulnæ, humeri sinum subiens, in elatioris humeri rotulæ sedis anteriori parte cælatum. Et C quidem in prima figura internam processus notat sedem cartilagine incrustatam. in quinta uerò & undecima externam sedem indicat, asperam & inæqualem.

D 1,2, 5,11 Posterior ulnæ processus sinum intrans, in humeri posteriori sede ad elatiorem ipsius rotulæ regionem exculptum. Ac D in prima quidem, & secunda, & quinta internam processus sedem indicat, in undecima autem externam seu posteriorem.

E 1,2,5 Vlnæ sinus humeri rotulam excipiens. Hunc sinum undecima figura exactiùs ita notat. F & F

F,F. tuber quod secundũ sinus huius longitudinem fertur. G et G latus tuberis internum. H H latus

G,G. tuberis, seu, si mauis, sinus ulnæ, externum. I & K sinus huius sedes, qua in suis lateribus insi-

H,H. ma ipsius parte à læui circumferentia nonnihil intermittitur, ligamentorumq; producendorum

I,K. gratia aliquantulum asper & modicè foratus cernitur.

L 1,5,11 Processuli magnaq; asperitas in radice anterioris ulnæ processus C insigniti conspicua, & quorundam musculorum exortui & insertioni aptam sedem parans.

M 1,2, 3,4,9 Ceruix seu collum radij.

N 1,2, 3,4,9 Radij capitulum, cui sinus insculpitur, quem externum humeri caput ingreditur. Sinum

O. hunc O in nona figura indicat.

P 1,2, 5,6,10 Vlnæ ceruix. Q in ijsdem figuris, ulnæ appendix notatur.

R 1,2, 5,6,10 Vlnæ appendicis processus, quem stylo scriptorio comparamus.

S 10 Sinus appendicis ulnæ, cui cartilago quædam adnectitur, seu potius innascitur, T notãda, atq; à radij sinu, quo is brachiale continet, pronata.

T 1,2, 3,4,7,8 Cartilago cuius iam meminimus, quæ ulnæ appendicis maximã portionem à brachiali dirimit. ac T quidem in prima & octaua cartiliginis sedem indicat, qua primùm à radij appen

*dicis sinu x, y & z indicandum pronascitur. In secunda uerò partem notat, qua cartilago radij appendici adnascitur. In tertia, cartilaginis sedes indicatur, brachiale respiciens. In quarta cartilaginis sedes ulnæ incumbens.*

V 2,6,10 *Sinus in ulnæ appendice & ossis ulnæ cui appendix adnascitur, sede in hoc paratus, ut alterius brachiale extendentium musculi tendinem deducat.*

X,Y, Z *Hi tres characteres in sexta, & X ac Z in secunda triangulum circumscribunt, qui in ulna excarnis gibbusq; est. Verùm Z priuatim trianguli uerticem notat.*

a,a 1,2,6 *Prima protuberans ulnæ linea.*

b,b 1,2,5 *Secunda protuberans ulnæ linea. Verùm β priuatim in prima & quinta figuris huius lineæ se-*

β. *dem insinuat, obliquè secundùm ceruicem ulnæ ductam.*

c,c 1,2,5 *Tertia protuberans ulnæ linea.*

d 1,6 *Vlnæ latus prima linea & secunda circumscriptum.*

e 2,6 *Vlnæ latus prima & tertia linea circumscriptum.*

f 1,5 *Latus ulnæ inter secundam lineam & tertiam consistens.*

g,g 2,6 *Linea lateri illi peculiaris, quod prima linea tertiaq; continetur.*

h,i 1 *Duo hi characteres sedem utranq; notant, qua radius ulnæ coarctatur. ac h quidem sedes indicatur superior, & humero proxima. i uerò inferior, & brachiali contermina.*

k,k 1 *Tota hac sede (eo quòd radius arcuatim obliquatur) duo cubiti ossa inuicem dehiscunt.*

l 5,11 *Sinus ulnæ incisus, in quo radij capitulum uoluitur.*

m 3,4,9 *Radij capituli sedes, quæ ulnæ sinui, l insignito insidet.*

n 1,3 *Inferioris radij appendicis interior sedes notatur: in reliquis autem figuris, secunda nimirum, quarta, septima & octaua exterior sedes ostenditur, alijs characteribus ornata.*

o 7 *Sinus in radij exculptus appendice, in quo ulnæ appendix excipitur.*

p 5,10 *Protuberans ulnæ appendicis pars, radij sinum o indicatum ingrediens.*

q 1,2,3,4, 9 *Amplus abruptusq; radij processus, cui tẽdo musculi cubitũ flectẽtiũ anterioris inseritur.*

r,r 1,2,3, 4 *Acuta radij linea ipsius inferna sede, qua secundũ cubiti lõgitudinẽ ulnã respicit, extuberãs.*

s,s 1,3 *Internum lineæ r prius insignitæ latus.* t,t 2,4 *Externum lineæ r indicatæ latus.*

u 2,4 *Hac sede radius asper est, ut duo, ex quatuor ipsi peculiarib. musculis, hic ualidius insererẽtur.*

x,y,z 1,8 *Sinus in radij appendice, articulando brachiali incisus. Et z quidem notat tuberculum sinus nonnihil prominens, & sinum ipsum ueluti geminũ constituẽs, cuius partes x & y indicari possũt.*

α 1,3,4, 6,7,8 *Radij appendicis maximè prominẽs portio, quæ sinum cui brachiale articulatur superiori aut interiori sede adauget, & procerius quàm appendicis ulnæ processus stylum referens, ac R insignitus, protuberans.*

γ δ, ε, ζ, η *His characteribus in secunda & quarta figuris gibba externaq; inferioris radij appendicis regio cum ipsa ossis sede cui appendix coalescit, notatur. & singuli characteres, huius sedis priuatim sinum indicant. γ quidem primum sinum, δ secundum, ε et ζ tertium, η quartum. In secunda*

θ. *autem figura θ sinum indicat radio ulnæq; communem.*

*Cubitus.*

*a 1,2 fi. A, B. integrarũ fi. T, V.*

VNIVERSA [a] pars inter brachium & brachiale cõsistens, Græcis πῆχυς, Latinis uerò Cubitus appellatur. hæc duobus constat ossibus inuicem incumbentibus & coarticulatis, quorum [b] inferius, quod & longius est, πῆχυς quoque & Cubitus nuncupatur. Ne autem homonymia sermoni aliquid obscuritatis conciliet, quoties integræ duobus illis ossibus extructæ partis cum ligamentis, uenis, arterijs, neruis, membranis, & cute, mentio incidet, Cubiti uoce utendum duximus, inferius quidem os ulnam, [c] superius uerò Radium (uti hactenus fecimus) toto sermonis contextu nuncupaturi. Duo hæc ossa longa sunt, & omni propemodum ex parte inter se uaria. Primùm itaque inferiori humeri sedi diuersa prorsus articuli specie coarctãtur. Vlna enim ad humeri [d] orbitam rotulam'ue aptis in hoc exculpta sinibus, & idoneis donata processibus articulatur. In superiori nanque ipsius sede, qua admodum crassa solidaq;, & appendice nõ minus quàm humeri inferior sedes, destituta est, [e] duos insignes adipiscitur processus, quorum alter altero prior anterior'ue habetur. ac anterior quidem is est, qui [f] sinum in anteriori humeri sede ad elatiorẽ rotulæ regionem exculptum spectat, suisq; tuberibus illi sinui ad amussim congruit. est enim processus hic amplus

*b tota fig. 5 & 6. aut 2 fi. integrarum Y.*

*c tota 3,4 fig. aut 2 fi. integrarum X.*

*Vlna.*
*Radius.*

*d 1,2 fi. ca. 23 K, L, M.*

*Vlnæ ad humerum articulatio, & ipsius hîc processuũ & sinus descriptio.*

*e 1,2,5,11 fig. C anterior, D posterior.*

*f 1 fig. cap. 23 N.*



plus, & obtuso angulo similis, & perquam durus, ac solidus. Posterior autem processus anterioris formæ quodammodo respondet, [g] sinum subintrans, qui in posteriori illius sede ad elatiorem rotulæ regionem cælatus cernitur. cum tamen sinus iste anteriori sinu profundior amplior'q; multò sit, processus etiam posterior anteriori crasior ampliorq; meritò euasit, adhuc magis obtusi anguli speciem referens. Processum hunc Athenienses quidem ὠλέκρανον, Dores autem κύβιτον, Hippocrates uerò ἀγκῶνα, Galenus porrò iam ὠλέκρανον, iam ἀγκῶνα uocauerunt. Quæ uoces magno eorum qui latina legunt incommodo ab interpretibus cõfunduntur, non hæc solum unica cubiti uoce crebrò uertentibus, sed & ulnam, & totam partem inter brachium ac brachiale repositam, & humeri cum ulna ac radio articulũ, & internam eiusdem articuli sedem, ipsiusq; flexum: quum interim plurimum intersit, quid singulis uocibus ab illo quem uertunt autore, intellectum fuerit. Quamobrem ne rem alioquin plus satis arduam, obscuriorem reddam, id lubens à lectore cõtenderim, ut perpetuò eadem uoce toto contextu me uti patienter ferat, neque haud scio cuius copiæ gratia, aut obscuri nominis proprij occasione, omnia turbari uelit. uocentur igitur nobis hi ulnæ processus, ille quidem anterior, hic uerò posterior, quem gibberum plerique & gibbum appellarunt: non expendentes inde ipsos humeri [h] tubercula quæ ad rotulæ ipsius latera habentur, & deinde [i] inferiora femoris capita, aliosq; nonnullos ossium processus, simpliciter se gibberos nuncupasse. [k] In horum ulnæ processuum medio, quà se inuicem è regione spectant, grandis exculpitur sinus humeri rotulam excipiens, illiq; omnino respondens. Primùm enim instar semicirculi, aut paulo etiam profundius quàm semicirculus, cælatur: nostriq; C, ac Græcorum C imagini accedit. unde etiam ab eius characteris forma Græcorum ueteres hunc sinum σιγμοειδῆ appellarũt. Sinus iste non obiter tantũ C modo exculpitũ, uerũ ut ad amussim humeri rotulæ respõderet, in ipsius medio [l] tubere obtuso amploq; protuberat, quod secundũ sinus illius longitudinem fertur, & utrinq; ad [m] latera ita comprmitur sinuaturq;, ut funi chordæ'ue quæ ad trochleæ rotulam uoluitur, possit cõferri. Quemadmodũ enim teres chorda, rotulæ sinui (ut sic dicam) pariter secundùm concauum tereti inuoluitur, ita quoq; hoc ulnæ sinus tuber sinui rotulæ conuenit. & depressa sinuataq; rursus tuberis latera, rotulæ sinus extuberãtibus æquãtur lateribus. Quod ut fiat exactius, ulnæ sinus internum latus, altiùs ipso externo cauatur: quòd uidelicet internũ rotulæ latus, multo proceriùs externo promineat, extuberetq;. Vniuersus hic ulnę sinus læuis est, & cartilagine incrustatus, & unà cum suis procesibus rotulæ ita coaptatus, ut si uel minimũ quid, aut magis extuberare, aut profundiùs insculpi, aut ampliari, aut stringi illum finxeris, ilico uniuersam læseris articulationem, in hoc duntaxat affabrè constructam, ut eius beneficio cubitus flectatur, & extendatur, citra luxationis periculum. ad quod nõ solum spectatu iucundissimus ille qui mutuo ingressu perficitur ossium contextus opitulatur, uerum etiam ligamentorum articulum stringentiũ robur. Vt enim ualida articulum ambirent ligamenta, processuum [n] sedes sinum non respiciens, aspera inæqualisq; est. Quanquam denuò non ligamentorum tantum, sed & musculorum nomine processus asperi cernantur. Posterior enim posterioris processus sedes admodum inæqualiter protuberat, quodammodoq; sinuata conspicitur, ut cubitum extendentium musculorũ insertionem fortius exciperet. Ita & anterior prioris cubiti processus pars, in hoc aspera est, ut ualidior [p] musculi cubitum flectentium posterioris insertio efficeretur, & musculi [q] secundos ac [r] tertios digitorũ articulos flectentes, hinc promptius originem ducerent. Neque solum hæc anterior prioris processus regio exasperatur, uerum & iuxta eius processus radicem eorum musculorũ nomine asperis [s] quibusdam tuberculis Natura ulnam decorauit. Ad hæc, ut ualidioribus ligamẽtis hic articulus amplexaretur, in infima ulnæ sinus C literam referentis sede, [t] utrinque ad latera sinulus instar anguli cuiusdam imprimi cernitur, & ipse sinus C similis à sua circumferentia inibi desinit, asperq; redditur. non alia sanè occasione, quàm ut ex hac ulnæ parte foraminulis non peruijs obsita, ligamentorum fortium penderet exortus. Atque in hunc modum ulna humero articulatur, radius autem quà humero iungitur, utcunque tenuis est, & ex [u] oblonga tenuiq; ceruice in amplum orbiculatumq; porrigitur [x] capitulum, quod ea parte, qua humerum spectat, [y] sinum exigit rotundum, & non ampliter cauum, quem humeri [z] caput subintrat. Ad hoc caput radius in pronum supinumq; agitur, & interim quo minus cubitus flectatur, extẽdaturq; radij cum humero articulus, nequaquam obstat, quinimò radij sinus ad id humeri caput quoq; inflectitur & extenditur, ad quod præcipuè iuuat humeri capitis lõgitudo, amplaq; ipsius sedes cartilagine incrustata, quæ nunquam à radij sinu in cubiti motibus abscedit. adeò ut non oscitanter Naturæ prætereundum sit artificium, quæ ita humeri cum radio articulum adaptauit, ut & radius unà cum ulna flecti reflectiq; possit, & is interim eleganter in pronum supinumq; quiescente ad humerum ulna, ducatur.

*g 1 fig. cap. 23 O.*

*h 1,2 fig. 23 cap. P, S.*

*i 1,2 fi. ca. 30 E, F.*

*k 1,2,5 fig. C, D. dein E.*

*l 11 fig. F, F.*

*m eadem fi. G, G. dein H, H. quæ conferes cũ K, L, M 1,2 fig. cap. 23.*

*n 11 fig. C, D.*

*o 13 musc. tab. b, c, d.*

*p 8 muscu. tab. r.*

*q 5 muscul. tab. Θ.*

*r 6 muscu. tab. Ξ.*

*s 5,11 fi. L.*

*t 11 fi. I, K.*

*u 3,4,9 figur. M.*

*x eisdem figur. N.*

*y 9 fig. O.*

*z 1 figu. ca. 23 P.*

*Radij ad humerum articulatio.*

*Vlnæ ad brachiale ductus, & inferioris ipſius ſedis hiſtoria.*

Cæterum ulna à ſuo cum humero articulo deorſum[a] rectà quodammodo uerſus brachiale fertur, ſenſim gracileſcens, tenuiorꝗ tantiſper facta dum ad brachiale uſꝗ pertingat. illic enim ex[b] tenui longaꝗ ceruice rurſus nonnihil aucta,[c] appendice donatur inſtar capituli cuiuſdam rotunda, ſed uaria interim. Hæc nanque inferiori ipſius parte[d] proceſſum obtinet, quem, quia in acutum procedit, Græci diſſectores à ſcriptorij ſtyli imagine γραφοειδῆ & στυλοειδῆ appellãt: in hoc formatum, ut ſinum adaugeat, quo brachiale ad cubitum articulari docebimus: utꝗ ab ipſo[e] ligamen articulum cõtinens pronaſcatur. Verum huius proceſſus uſum paulo pòſt, uel Galeni huic proceſſui nimium tribuentis nomine, explicatius aggrediar. Inferior igitur ulnæ appendicis ſedes brachiale reſpiciens, ad internũ latus acuti illius proceſſus inæqualem quendam nanciſcitur[f] ſinum, in quem[g] cartilago firmatur, quam à radio pronatam magna ex parte ita inter brachiale & ulnam audies repoſitam, ut neꝗ brachiali neꝗ ulnæ adnaſcatur, eiusꝗ generis cartilago ſit,[h] quam priuatim in maxillæ inferioris ad ſuperiorem articulis,[i] & in clauicularum cum conterminis oſſibus nexu, contineri dudum retulimus. Porrò ſi ſinum illum appendicis ulnæ exceperis, tota ſedes brachiale ſpectans, ad eum modum cartilagine incruſtatur, quo ſinus capitaꝗ articulorum obduci læuigariꝗ ſolent. Præter hunc ſinum appendix ulnæ, in externa ipſius ſede[k] ſinum ſibi inſculptum gerit, qui oblongus, &(ut ſic dicam) teres eſt, tendini paratus, eius muſculi qui poſtbrachiali ante paruum digitum inſertus, brachialis extenſionis autor habetur. Verum præter hanc appendicem, ulnæ ſecundùm ipſius longitudinem forma & impreſſiones quædam, & ipſius inſtar linearum tubera, adhuc expendēda ueniunt:

*Qui ulna ſecũdum ipſius lõgitudinem habeat.*

Primùm itaque humilior ulnæ ſedes ad poſterioris ipſius iuxta humerum proceſſus radicem, quà cubito innitimur, aliquouſꝗ[m] gibba eſt, ſua amplitudine triangulum referens, qui excarnis & muſculis intectus, mox adempta cute conſpicitur, duntaxat neruoſam tenuitatem[n] muſculorum excipiens, quorum beneficio cubitus extenditur. Huius trianguli[o] uertex deorſum per ulnæ longitudinem exporrigitur, & lineæ modo ob hoc maxime protuberat, quòd huius lineæ latera à muſculis duobus comprimantur, ipſáue ulna muſculis illis cedat, quorum[p] alter exteriori lineæ lateri exporrigitur, poſtbrachiali ante paruum digitum inſertus, ac brachiale extendens.[q] Alter, qui interno lateri exporrigitur, & cui ulnæ os impenſius cedit, brachiali ante paruum digitum inſeritur, idꝗ flectit. Hæc ita protuberans linea, ſecundùm inferiorem ulnæ ſedem ultra medium ipſius longitudinis fertur: & præter hanc aliæ adhuc duæ cernũtur, quæ cum nuper dicta ſic ulnam efformãt, ut ipſa ab humero uerſus brachiale procedens non teres, ſed triangularis uideatur.[r] Secunda igitur protuberans linea ab interiori latere radicis anterioris proceſſus ulnæ rectà deducitur, quæ commune[s] latus cum prima linea conſtituit, quod ab illo muſculo impreſſum eſt, quem modò brachiale flectere diximus.[t] Aliud autem latus cum [u]tertia linea efformat, quæ trium linearum acutiſſima aſperrimaꝗ eſt, & ab externo latere radicis ulnæ proceſſus anterioris longiſſimè procedit, atꝗ in hoc producitur prominet'ue, ut ab ipſa ualidum pronaſceretur[x] ligamentũ, quod radium ulnæ ſecundùm cubiti longitudinem robuſtioris membranæ ritu connectit. Porrò[y] latus inter ſecundam lineam & tertiam repoſitum, muſculorum gratia comprimitur, qui internam cubiti ſedem occupãt, quibusꝗ hîc ab ulna & radio apta ſedes paratur. Horum præcipuus eſt,[z] quem tertium quatuor digitorum articulum flectere audies. Verum quia illi muſculi in ipſorum quoꝗ per ulnam progreſſu etiam ſui ortus portionem aſſumunt, hoc tertium latus inter ſecundam & tertiam conſiſtens lineas magis aſperum occurrit, quàm latus inter ſecundam lineam & primam conſpicuum, à quo nullus pronaſcitur muſculus, niſi iuxta ulnæ cum humero articulum, ubi[a] is principium ducit, qui radium in pronum ducentium ſuperior eſt. Latus tertia & prima lineis circumſcriptum, reliquis duobus minùs eſt cõpreſſum, & priuatim[b] lineam obtuſam, ſed longam & modicè prominentem, ac uiciniùs tertiæ lineæ quàm primæ deductam adipiſcitur. Hanc Natura[c] trium muſculorum gratia produxit, qui ab ipſa triplici principio originem ducunt. Ac primum quidem eius muſculi eſt, qui inter radium in ſupinum ducentium breuior habebitur. ſecundũ autem & tertium pollicis ac indicis famulari motibus, in ſecundo libro docebimus: quem eo leuiori negocio intelliges, quo conſideratius ea quæ modò narramus, in oſſibus ſpectaueris. Sunt enim hæc non minus uiſu ac cognitu iucunda, quàm cerebri & aliarum, quas hodie ſolum miramur, partium ſectio. ut interim de ſummo in artis noſtræ operibus uſu nihil dicã, dum ad has lineas ſcopum figentes, fractum ac luxatum os rite nos repoſuiſſe certiſſimò cognoſcimus. Ad hunc itaꝗ modum ulna multum etiam ultra mediũ ipſius longitudinis ſe habet. Vbi uerò brachiali propinquiùs accedit, teres omnino eſſet, niſi ſecũda linea inſigniùs inibi[d] protuberaret, ac obliquè deorſum protenſa ſedem adaptaret[e] quadrangulari muſculo, qui radij in pronum motus opifex hinc principium ſumere docebitur. Porrò ſi quid de ulna adhuc dicendũ ſuperſit, id iam unà

in

a 1,2 fig. ab A uerſus B. — b 1,2,5,6, 10 fig. P. — c eiſdem fi. Q. — d eiſdem fi. gur. R. — e 12 muſc. tab. — f 9 figu. S. — g 1,2,3,4, 7,8 fig. T. — h In margine cap. 10. — i 4 fig. ca. 22 R, S. — k 2,10 fig. V. — l 9 muſcu. tab. A. — m 6 fig. X, Y, Z. & 9 muſc. ta. V. — n eadem ta. S, T. — o 2,6 fig. à Z per a, a, uti & 1,2 fig. a, a. — p 9 muſcu. tab. A. — q eadem tabul. z. — r 1,2,5 fig. b, b. — s 1,6 fig. d. — t 2,6 fig. e. — u 1,2,5 fig. c, c. — x 7 muſcu. tab. V. — y 1,5 fig. f. — z 6 muſc. tab. z. — a 7 muſcu. tab. Q. — b 2, figu. 6 g, g. — c 10 muſc. ta. A, Ξ, Π. — d 1,5 fig. δ. — e 7 muſcu. tab. X.



*Radij obliquitas.*

in radij enarratione perſequar, qui obliquus eſt, quatenus ulna recta. Radius nanque[f] ſuprà [g] infraꝗ ulnæ committitur, in[h] medio autem ac per reliquam longitudinem ita arcuatim obliquatur, ut admodum ab ulna dehiſcat. quod partim motus ratione perficitur, ut obliquo ſcilicet ductu radius ulna ſuffultus, in pronum ſupinumꝗ promptè ageretur: partim, quò apta ſedes & fundamentũ muſculis cõſtitueretur, quos neceſſariò internam externamꝗ cubiti ſedem occupare oportuit. Quanquam magis obliqui ſui motus occaſione, quàm muſculorum gratia radium obliquari, plurimumꝗ in medio ductu duo cubiti oſſa inuicem abſcedere, illa nos doceant animalia, quibus neꝗ radius, neque radij beneficio manus extrema, in pronum ſupinumꝗ ducitur. Equus nanque, ouis, eiusꝗ generis animalia ſolidis, aut biſulcis donata unguibus, tota cubiti longitudine radium ulnæ adeò connatum aſtabilitumꝗ obtinent, ut ne tantillum quidē citra ulnam radius moueatur. In canibus uerò & felibus, & ijs animalibus quibus pedes in digitos dirimũtur, radius mouetur quidem, ſed tanto obſcurius ac difficilius, quanto nos manuũ motus perfectiores obimus. Diſtat igitur in his quoꝗ animalibus radius ab ulna, uerum longè minus quàm in homine. neꝗ etiam adeò laxam articulationis ſpeciem in illis, atꝗ in homine, eſt cernere.

*Radij ad ulnam articulatio.*

Articulatur autem radius ulnæ ſuprà infraꝗ, differenti omnino articulo. ſuprà enim ulna radium excipit, infrà uerò à radio ulna excipitur. Ad externum itaque latus anterioris ulnæ iuxta humerum proceſſus,[i] ſinus quidam inſtar quartæ circuli partis tranſuerſim exculpitur, læuis, & cartilagine incruſtatus. Huic ſinui[k] internũ latus capitis radij, cui ſinus inſculpitur humeri externum caput excipiens, appoſitè congruit, ac læue & orbiculatum hîc factum, in illo ſinu uoluitur. Infrà autē iuxta brachiale, ubi radius craſſeſcit, dilataturꝗ, & inſigni [l] appendice donatur, huius appendicis humillimæ ſedi[m] ſinus inſculpitur, illi non abſimilis, quem paulo antè in ulnam inciſum retulimus. In hunc ſinum cartilagine incruſtatum ſuperior appendicis ulnæ[n] ſedes capituli modo protuberans, cartilagineꝗ obducta, reuoluitur: hacꝗ ratione radius utriuſꝗ articuli beneficio tantummodo in pronum ſupinumꝗ agitur.

*Radij ſecundum ipſius longitudinem læuitas & aſperitas.*

Non procul à ſuperiori articulo, ubi radij[o] ceruix conſiſtit, radius[p] aſperum abruptumꝗ educit proceſſum, qui internam cubiti ſedem reſpicit, & inſertioni anterioris cubitum flectentium muſculi aptam ſedē parat. Rurſus reliquo ab humero uerſus brachiale ductu, radius non omnino teres & læuis eſt. Verum ſecundùm ipſius longitudinem humiliori ſua ſede[q] acutam & inſigniter extuberantem producit lineam, quæ tertiam ulnæ lineam reſpiciens,[r] ligamentũ admittit membranæ ualidiſſimæ ritu ambo cubiti oſſa, quà inuicem dehiſcunt, colligans.[s] Externum huius lineæ latus perinde ac[t] internum quoque, compreſſum ſinuatumꝗ eſt, ut hoc internam cubiti ſedem occupantibus muſculis, illud uerò ijs qui in externa conſiſtũt, cedat. Porrò internum latus externo aſperius eſt, quòd priuatim[u] muſculus tertium pollicis os flectens, nõ infimam ſui exortus portionem ab illo latere ſibi aſciſcat. Deinde ſuperior radij ſedes è directo dictæ nuper lineæ conſiſtens, penè teres eſt, & iuxta medium ſuæ longitudinis aliquouſꝗ[x] aſpera occurrit, ut in hanc duo muſculi ualidiorem molirentur inſertionem: quorum[y] alter radium in ſupinum agentium breuior eſt,[z] alter uerò radium in pronum ducentium ſuperior, cuius potiſſimum occaſione aſperitas illa cælatur, quòd ipſe nerueam potius quàm carneam inſertionē efficiat, longiusꝗ in oſſe producatur.

*Inferioris radij partis hiſtoria.*

[a] In radij ſede brachiali contermina, quam craſſeſcere dilatariꝗ dictum eſt, pleraꝗ examuſſim inquirenda ueniunt. Primùm enim hanc partem ita augeri oportuit, ut tandē apta conſtitueretur ſedes, cui[b] brachiale articulari queat. neceſſum etenim erat, brachialis cum cubito articulũ, in hominibus paulò minus toto ad radicem referri: ſi modò quieſcente ad humerum ulna, ſumma manus radij beneficio, & ſecundariò in pronum ſupinumꝗ agi debuit. Si nanque in radio & ulna ſinus, cui brachiale articularetur, æqualis portio exculperetur, & ipſe interim ſinus ſuperiorē brachialis ſedem imitatus neceſſariò tranſuerſim oblongus eſſe deberet, impoſſibile profectò fuiſſet & radium & ſummam manum in pronum ſupinum'ue ferri, ulna interim ad humerũ quieſcente, ac ueluti huius motus baſi ac fulcimento. Pars enim brachialis quæ ulnæ ſinui inſereretur, inarticularetur'ue, claui modo obſtaret, quo minus uel tantillum radius immota ulna moueri poſſet. Operæprecium igitur fuit, inferiorem radij partem adeò craſſeſcere, ut efficiendo ſinui, cui brachiale articularetur, apta eſſet. Verum quia tenue os nimium craſſeſcere nequaquam expediebat, Natura etiam brachialis portionem ab ulna ſuſtineri uoluit: at ita, ut uix puncto ulna brachiale contingeret. contingit autem [c] acuto ipſius proceſſu, quem ſtylo diſſectionum periti aſsimilant.

*Cartilago brachiale ab ulna dirimens.*

Ne enim ulna, reliqua ſui appendicis ſede, brachiale citra alterius corporis interuentum contingeret, Natura ab inferiori ſede[d] ſinus in radij appendice brachialis gratia exculpti[e] cartilaginem deduxit: quæ ulnæ appendicem aſcendens, illam à brachiali dirimit, itaꝗ articulum hunc aptat, ut ulna brachiale quidem ſuſtineat, uerum proximè non contingat, totusꝗ ſinus (uti ſanè oportuit) ad radium



f 1 fig. h. — g 1 figur. i. — h 1 fig. inter k & k. — i 5,11 fig. l. — k 3,4,9 fi. m. — l 1,3 fig. n Verùm in alijs figuris radij illa appendix quoque eſt obuia. — m 7 figu. o. — n 5,10 fi. p. — o 1,2,3,4, 9 fig. M. — p eiſdem fi. gur. q. — q 1,2,3,4 fig. r, r. — r 7 muſcu. ta. T, V, S. — s 1,3 fi. ſ, ſ. — t 3,4 fi. t, t. — u 6 muſcu. tab. u. — x 2,3,4 figur. u. — y 7 muſcu. tab. Q. — z 12 muſc. tabul. A & dein d, e. — a tota 7 & 8 figur. — b 5 primarum fig. ca. 25 charact. 1,2,3. — c 1,2 fig. R. — d 8 fig. x, y, z. — e 1,2,3,4, 7,8 figurarum T.

ſpectet. Atq; hæc ſanè tanto uelim inquiri diligentius, quò magis cum Galeni dogmatibus pugnant. non enim lubet in hoc negocio alioqui ſatis prolixo, paſſim Galeni loca, à quibus prudens diſſentio, ſubnectere, rationemq; cur aliter ſentiam ſubijcere, quum diligens lector etiam non admonitus, hæc abundè animaduerſurus ſit. Verum ne nimium Galeni Anatomicorum coryphæi placita, eaq; potiſsimùm quæ à ſtudioſis in publicis ſectionibus, ut expendantur requirere ſoleo, iam præterijſſe uidear, in radij ulnæq; Galeni hiſtoria portionem & particulam modò aſſumam, quæ prolixius ſæpiusq; ab ipſo inculcatur. eſt autem hæc, acutus ulnæ proceſſus, quem ſtylo comparamus. Vt itaq; præteream, quòd magnam, & (quantũ ex ipſius ſcriptis aſſequor) dimidiam ſinus cui brachiale inarticulatur portionem, ulnæ aſcribit, acuto huic proceſſui priuatum ad brachiale connexum inibi tribuit, ubi ulnæ radijq; hiſtoriã in libro de Oſſibus pertractat. Vbi autem paulo pòſt brachialis oſſa recenſet, cõnexus ſpeciem exprimit, quando [t] tertium ſuperioris brachialis oſſium ordinis os quod paruũ digitum ſpectat, ſinuatum eſſe, atque in illud acutum ulnæ proceſſum ingredi recenſet, ac ueluti duos brachialis cum ulna & radio articulos proponit: quorum unum quidem ad radium & ulnam ſimul refert, alterum uerò ad acutum ulnæ proceſſum. atq; ad hunc quidem nexum pertinere aſſerit, brachiale in obliquum ducere: ad illum uerò, in rectum, cuius opera ſummam manum extendimus inflectimusq;. Arbitror autem Galenum per obliquum motum, illum intelligere, quo manus in utrunque latus ducitur, pari nimirum motu, quo digitos inuicem adducimus & reducimus: ita enim obliquum lateralem'ue motum aliàs ferè ſemper Galenus intelligit. Quod ſi eſt, quid dici poſſet abſurdius, quàm hunc motum acuti illius proceſſus munere celebrari? quum tantum abſit ut quicquam ad illum motum auxiliari queat, ut illum nõ ſecus impediret, quàm ſi palum bacillum'ue aliquem brachiali & cubito ſimul ad latus ſic obligares, ut ſedulas matres puellorũ ſiniſtræ manus pollici & cubito pariter baculum alligare uidemus, quando pueros nimium ſiniſtra manu uti cernunt, metuuntq; ne progreſſu temporis ſiniſtra pro dextra utantur. Porrò ſi Galeni locum in ſecundo de Partium uſu excutere uolueris, inibi illum quoque duplicem articulationis ſpeciem recenſere, atque eam quæ acuto ſit proceſſu in hoc factam dicere, animaduerſurus es, ut manus eius articuli ope in pronum ſupinumq;, & deinde etiam in latus duceretur. Hanc ſententiam re ad amuſsim perpenſa, non minus quàm priorem ueritati repugnare fateberis. idq; tunc potiſsimùm, quando omnem ferè brachialis articulationem, ad radium ob hoc præcipuè referri diſces, ut radij motum, qui in ſupinum & pronum fit, extrema manus ſecundariò ſequeretur: & inſuper colliges, illos motus debere impediri, ſi acutus ille proceſſus ex Galeni ſentẽtia brachiali articularetur. Quod (ne longius in re clariſſima immorer, oues, boues q; liquidò oſtendunt. nam ipſorum brachialis ad cubitum articulatio Galeni deſcriptionibus quodammodo reſpõdens, neque in latera, neque in pronum, neque ſupinum aptè moueri poteſt. Illis nanque animalibus acutus ulnæ appendicis proceſſus oblongus eſt, & ſinum priuatim in brachialis oſſibus ſibi uendicat, nullaq; cartilago peculiaris ulnam ac brachiale interuenit, præter eam quæ oſſibus cruſtæ modo obducitur. cuiuſmodi tamen cartilago in homine ſpectatur, in quo etiam proceſſus ille non tantũ cartilaginis illius altitudinẽ excedit, quantum [s] ſuperior illius qui in radij appendice ſculpitur ſinus pars porrigi educiq; cernitur. Eminet autem illa radij pars eadem cum acuto illo proceſſu ratione, ut ſcilicet ſinum efformaret brachiali aptum, [h] hinc q; ualidiora articulum continentia producerentur ligamenta. Quum uerò huic radij ſinui non unicum tantum brachialis articulatur os, uerum inter tria brachialis oſſa, quæ radio ulnæq; coarctari docebimus, [i] duo ad ſolum radij ſinum referuntur, & [k] tertium, cartilaginem illam à radio peculiariter pronatam & acutum ulnæ appendicis proceſſum, reſpicit, radij ſinus [l] geminus eſſe apparet, eo quòd ſinus modicè [m] inibi protuberat, ubi ſecundum brachialis os primo committi, illo quod ſubſequitur Capite dicturi ſumus. Ad hunc igitur modum brachiale radio committitur. in quo præterea conſiderandum uenit, radij partem, cui appendix ipſius coaleſcit, ipſamq; appendicem [n] interna parte ſinuatam & leuiter cauam uideri, cùm ut [o] muſculo cederent radium in pronum ducentium inferiori, tum ut exactum iter [p] tendinum ſeriei aptaretur, qui cubito exporrecti digitorum flexui famulantur. Externa autẽ huius radij ſedis pars gibba eſt, quòd ita (quum extrà ponatur) iniurijs ferendis pertinacior reddatur. ne tamen muſculorum cubito exporrectorum tendines ſummam manum hàc petentes, & gibba illa ſede deducti, hinc inde aberrarent implicarenturq;, ſinus multi huic ſedi inſculpuntur, quibus tendines [q] tranſuerſis obducti ligamentis, tanquam per anulos traijci, in ſecundo libro deſcribemus. Sunt autẽ huiuſmodi ſinus numero quatuor. ac [r] primus quidem amplus eſt, [s] tendinibus paratus, qui indicem, medium & anularem extendunt. [t] Secundus [u] tendinem tranſmittit, indicem & medium à pollice in latus abducentem. [x] Tertius quodammodo geminus

*Libro de Oſſibus. Primo de Adminiſt. diſſec. Secundo de Vſu part.*

*Sinus radij, deducendis locãdisq; muſculis & ipſorum tẽdinibus apti.*

f 1,2,4,5 fi. charac. 3.

g 1,3,4,5 figur. a.
h 12 muſc. tab. h & i.
i 1,2,4,5 fig. cap. 25 charà. 1,2.
k eaſdem fi. chara. 3.
l 8 fig. x, y.
m 8 fig. z.
n 1,3 fig. n.
o 7 muſc. tab. X.
p in manu 5 & 6 muſ. tab.
q 1,2 muſc. tabulæ numeri hac ſe de poſiti.
r 2,4 fig. r.
s 9 muſcul. tab. Z.
t 2,4 fig. d.
u 10 muſc. tab. p.
x 2,4 figu. 1, f.



nus eſt, [y] bicornem tranſmittens tendinem alterius muſculi brachiale extendentium, unà cum tendine [z] muſculi pollicem uerſus indicem euertentis, extendentis'ue. [a] Quartus ſinus leuiter admodum exculptus eſt, uixq; ſinus nomen meretur: aſper tamen locus eſt, qui ligamentum tranſuerſim [b] tribus tendinibus obuolutum educit. quorum unus brachialis oſſi pollicem ſuſtinenti inſeritur: ſecundus primo oſſi pollicis, tertius autem tertio pollicis oſſi. Verum quarti ſinus ſedes, ligamenti illius gratia non duntaxat aſpera eſt, protuberatq;, uerum etiam ut [c] tendo illi ualidius implantetur muſculi longiſsimi radium in ſupinum ducentis. Et præter hos ſinus, etiam in externa articuli, quo radij appendix iuxta brachiale appendici ulnæ articulatur ſede, [d] ſinus etiam conſiſtit, quo [c] muſculi tendo uehitur. cuius potiſsimum beneficio paruus digitus extenditur. atque is ſinus & ulnæ & radio communis cenſetur. Iam de ulna & radio nihil dicendum ſupereſt, præterquam quòd ſolida undiq; conſtent ſubſtantia, illic tantum fungoſa, ubi appendices ipſis adnaſcuntur. intus [f] ſinum exigunt, medulla oppletum, atque in hoc ulna radiusq; humerum, femur & tibiæ oſſa imitantur.

y 11 muſc. tab. A.
z 10 muſc tab. o.
a 2,4 fi. v..
b 10 muſc. tab. h, m, n. et 2 ta. b, c.
c 12 muſc. tab. ⊙, b.
d 2 figu. d.
e 9 muſcu. tab. ⊙.
f qualis appareat in fi. capitis inſerta.

## DE BRACHIALI. CAPVT XXV.

PRIMA FIGVRA EARVM QVAE VIGESIMO QVINTO CAPITI PRAEPONVNTVR.



SECVNDA.



TERTIA.



QVARTA.



QVINTA.





SEXTA FIGVRA, CVIVS (VT ET QVINQVE PRAECEDENTIVM figurarum) Indicem ſequenti pagina ſubijciemus, unà earundem characteres explicaturi.

DVAE

*DVAE priores figuræ non præsenti tantũ subseruiũt Capiti, uerùm etiam tribus ordine subsequentibus, quibus summæ manus partes etiam explicantur. Vocamus autem summam extremam'ue manum, quæ Hippocrati ἀνθρώπου dicitur: ea nimirum pars quæ à cubito ad extremam usq; digitorum aciem habetur, quamq; in brachiale & postbrachiale ac digitos partimur. Hippocrati enim manus nuncupabatur, quicquid à scapulis ad extremũ usq; digitorũ pertinet: quodq; in brachium cubitum et extremam manũ subdiuiditur. Prima igitur huius capitis figura, internam ossium summæ manus sedem proponit. Secunda uerò, eorundem ossiũ externam faciem appositissimè delineatam continet. Quatuor autem figuræ has seriatim subsequentes, huic Capiti sunt propriæ, ac duntaxat octo brachialis ossa uaria facie exprimunt. Illa namq; quæ tertia inscribitur, octo brachialis ossium simul in sua sede commissorum internam faciem commonstrat. Quarta eadem ossa externa facie delineata continet. Quinta superiorem brachialis ossium partem notat, qua cubito articulantur. Sexta brachialis ossium infernam ostendit sedem, cui primum pollicis os, quatuorq; postbrachialis ossa coarctantur. Characterum uerò index erit huiusmodi.*

1,2,3, 4,5, 6,7,8 *Octo his numeri characteribus octo brachialis ossa in omnibus sex præsentibus figuris insigniuntur, si modò in illa superficie, in qua brachiale se offert, omnia in conspectum ueniant. Atque unumquodq; os suo semper charactere indicatur, suumq; nomen ita exhibet. Id enim primum uocabimus, quod 1 inscribitur. Secundum uerò, quod 2. Sic itaq; 1,2,3,4 notant superiorem octo brachialis ossium ordinem, ipsa nimirũ quatuor superiora, seu cubito proxima. Verùm 5, 6,7,8 inferiora indicant ossa, quæ postbrachiali sunt contermina.*

I,II,III, IIII *In prima & secunda figura notantur quatuor postbrachialis ossa, quibus ab inscripto etiam numero nomen imponere nihil prohibet: nisi fortè magis libeat illa à digito quem sustinent, aut cui præponuntur, nuncupare.*

A,B,C 1,2 *Tria pollicis ossa, quæ ferè & internodia appellamus.*

D,E,F 1, 2 *Tria indicis ossa. atque eadem ratio in cæteris est digitis.*

G 3,6 *Quinti brachialis ossis sinus, sedesq;, cui primum pollicis os articulatur. atq; sinus huius longi-*

a,b. *tudinem transuersim in sexta figura ab a ad b metimur. Internam uerò sedem c, externam au-*

c,d. *tem d notat. ac d quidem in quarta figura etiam est conspicuum.*

H 3,4,6 *Sedes sexti brachialis ossis, cui postbrachialis os indicem suffulciens coarctatur. h uerò in*

h. *quinto osse sedem indicat, quam idem quoque postbrachialis os contingit.*

K 3,4,6 *Sedes in septimo brachialis osse, cui postbrachialis os medium digitum sustinens coarctatur.*

k. *k uerò in eisdẽ figuris sedes indicatur, qua idẽ postbrachialis os, sextũ brachialis os cõtingit.*

L 3,4,6 *Sedes octaui brachialis ossis, cui postbrachialis os anulari præpositum coarctatur.*

M 3,4,6 *Sedes octaui brachialis ossis, cui postbrachialis os paruum digitum sustinens coarticulatur.*

N 1,2 *Ossiculum accumbens externo lateri articulationis octaui brachialis ossis, ad postbrachiale os, quo paruus digitus sustinetur.*

O 2,3,6 *Processus octaui brachialis ossis, in internam brachialis sedem protuberans.*

P 2,3,6 *Processus quinti brachialis ossis, ex quo transuersum pronascitur ligamentum, quod in octaui ossis processum O notatum insertionem tentans, tendinibus obducitur, ex cubito internam summæ manus sedem adeuntibus.*

Q 2 *Appendix postbrachialis ossis indicem sustinentis superior, quæ brachiali coarctatur.*

R 2 *Appendix postbrachialis ossis indici præpositi inferior, quæ capitulum constituit primi indicis ossis sinum subiens.*

S 1,2 *Interuallum occurrens inter postbrachialis os indici præpositum, & id quod medium sustinet. In cæteris autem postbrachialis ossibus eadem appendicum interuallorumq; est ratio.*

T 1,2 *In prima figura ex duobus sesaminis ossibus internæ secundi pollicis articuli sedi præpositis, internum os notatur: in secunda uerò figura, externum.*

V,V 1 *Duo sesamina ossicula, indicis articulo præposita.*

X 1 *Vnicum ossiculum sesaminũ, aut potius sinapis semini simile, secũdo indicis articulo appositum.*

Y 1 *Vnicum sesaminum ossiculum, tertio pollicis articulo allocatum. In reliquis digitis cum indice eadem est ratio, etiam si secundi & tertij articuli sesaminum ossiculum non appinximus.*

EXTRE



a integrarum V ad Z. & omnes huius cap. figuræ charact. 1, 2,3,4,5, 6, 7,8.



EXTREMAE manus,[a] partem cubito articulatam Græci λαγόνου, nos Celsum imitati Brachiale appellamus. ea octo ossibus duplici ordine distinctis construitur. Quę in natu grãdioribus dura sunt & paruula, intusq; parum fungosa, modicaq; medulla appendicum modo oppleta, non autem prorsus medullæ expertia, & potissimùm quæ horum maiora cernuntur. Haud parem enim omnia sortiuntur magnitudinem, ut nec formam etiam, neq; situm: quum ex omnibus nullũ sit, quod alteri omnino respondeat: & singula priuatim aliquid adipiscentur, quo promptè ab inuicẽ discerni queant. Porrò utcunq; sint uaria, nihilo minus mutuò tam concinnè adaptãtur, ad tantamq; compositionis harmoniam accedũt, ut eorum numerus non admodum inuentu facilis sit.[b] Nisi enim ualidissima cartilagineaq; ligamenta, quibus obducuntur, simul cum membranis resecueris, & accuratè abraseris, unum esse tibi omnia uidebũtur, aut cum Celso ipsa incerto constare numero opinaberis.[c] Cæterùm cuncta nerueis his cartilaginosis q; nexibus simul constricta (non autem ut nonnulli existimãt connata) duas integras superficies unà efformant, exteriori quidem regione quantum manui ex usu est, gibbam, interiori autem sinuatam, quantumq; & hoc manui expedit, concauam. Atque hæ tantũ superficies ligamentis obuinciuntur.[d] superiùs enim, quà ossa cubito committuntur, læuia sunt, & cartilagine incrustata, quemadmodum & [e] inferiùs, quà postbrachialis ossibus, & primo pollicis ossi coarctãtur. Quin etiam ubi ossa se inuicem contingunt, non undique aspera & inæqualia, ac ligamentis oppleta uisuntur, uerum omnibus apti læuesq; sinus incisi sunt, qui cartilagine læui & lubrica illiti, aliorum ossium tubercula capita'ue similiter læuia, cartilagineq; obducta, excipiunt. In medio enim contactu nullorum brachialis ossium ligamenta membranæ'ue interueniũt, nisi in inferioris ordinis ossium connexu, ubi nonnihil, sed uix animaduersione dignum, ligamẽti cartilagini ueluti in puncto intercedit, & ubi ossa inferiora non adeò conterminè inuicem atq; superiora sunt compacta.

b 8 musculata. Δ & 12. tab. I.

c conferi figuram 2. dein tertiã quartæ.

d 5 figura.

e 6 figur.

Brachiale octo ossibus construi, inter se forma differẽtibus.

Brachialis ossa quibus sedi-bus, ligamẽtis, & quibus cartilagine obducantur.

Quod etiam meritò Natura molitur, in hoc potissimum duos brachialis ossium ordines confingens, quod [f] superior cubito, [g] inferior autem alia prorsus ratione postbrachiali & primo pollicis ossi debuerit cõmitti. His nanq; ut distinctis diremptisq; coarticulatur ossibus, cubito autem unius ossis modo: sic ut iure superioris ordinis ossa, uicinius propinquiusq; ac nullius corporis interuentu inuicem coarticulentur, quàm inferioris ordinis ossa. Atque hanc brachialis ossium copiæ ratione dissectionum periti potissimam esse referunt: huic secundariò patiendi difficultatem addentes, quum arbitrentur brachiale iniurijs ferendis pertinacius fieri, quia multis componitur ossibus occursantium uim articulorum nomine cedendo exoluentibus, eo modo quo hastam sagitam'ue difficilius laxa quàm tensa penetrare conspicimus. Quanquam rursus & ad innumeras manus motuũ differentias, hanc ossium uim & copiam à Natura non postremo loco extructã esse animaduertimus. Cæterùm quibus'nam sinibus tuberibusq; brachialis ossa donentur, iam enitar persequi. In superiori brachialis sede, aut ordine qui cubitum spectat, quatuor reponuntur ossa, quibus ex ipsorum qua ordinantur serie, nomina non ab re imponemus: [h] primum perpetuò uocantes, quod superioris ordinis internum constituit latus: [i] secundum uerò, quod huic subsequitur, atq; magis ab interno abscedit latere: [k] tertium, quod secundo ad externum latus proximum est: [l] quartum uerò, quod externum latus iam omnino occupat. Pariter quatuor inferioris ordinis [m] ossa, quintum, sextum, septimũ & octauum nuncupabimus, atque in hunc modum singulorum historiam aggrediemur. Primum, secundum & tertium inuicẽ ualidissimè proximeq; cõmittuntur, & uno ordine iuncta, ac si unum essent os, superiorẽ brachialis sedem ita efformant, ut instar unius alicuius ossis lati oblongiq; capitis, in radij ulnæq; sinum, ea concinnè articulentur. Ac primũ quidem, & secundũ, in [n] sinu radij appendici insculpto reponuntur: tertiũ uerò [o] cartilagini innititur, quam à radio pronatã, magna ex parte ulnam à brachiali dirimere scripsimus. Quanquã externũ tertij ossis latus etiam [p] acutum appendicis ulnæ processum tunc cõtingit, quum in externũ latus summam manũ inclinamus. Verùm interim tertium id os sinum cartilagine oblitũ, qui uisu dignosci queat, in homine nequaquam adipiscitur, quem processus ille sibi propriũ haberet, quum etiã processus ipse nisi secundùm sinus, quo brachiale arctatur, latus perinde extuberet, ac reliquorũ sinuũ supercilia, ipseq; radij appendicis in hac regione [q] apex. Atq; id uel tactu leuiter dijudicatur, si manu in latus internũ ducta inter brachiale & ulnã, alterius manus pollicis apicẽ inserere quis fuerit adnisus. Tria igitur prima brachialis ossa, superiori sede ita simul iungũtur, protuberãtq;, ut ueluti unum brachialis caput læue & cartilagine incrustatũ constituãt, quo id cubito articulatur, multisq; & uehemẽtibus motibus, ac si uno grandi efformatũ esset osse, agitur. Quartũ brachialis os ulnam haudquaquam contingit: at superiori sua sede eam huius articuli ligamenti portionem

f omnium ferè figur. charact. 1, 2,3,4.

g omnium fig. charac. 5,6,7,8.

h quinque primarum figur. charact. 1. i earundem fig. charac. 2.

k earũdem fig. charac. 3.

l earundem fi. charact. 4.

m seriatim in omnibus fig. charac. 5,6,7,8.

n 1,8 fi. c.4. 24 x,y. o 1,2,3,8 fi. cap. 24. T. p 1,2,5, 10 fi. c.4. 24 R. q 1,2,7 fig. cap. 24. α. r Non est quòd postbasc ossa in margine ad notem, quũ numeri characteres in omnibus ferè cap. figuris sint obuij.

Brachialis ossium nomina.

Brachialis ad cubitum articulus.

Quæ quartum os sibi peculiaria uendicet.

nem admittit, quæ ab acuto ulnæ appendicis processu enascitur. Dein superiori quarti ossis sedi [s] tendo musculi inseritur, qui brachiale flectentium inferior censetur. Ex inferiori autem ipsius sede [t] musculus pronascitur, cuius beneficio paruus digitus à reliquis abducitur. Præterea & [u] musculus suæ originis portionem hinc assumit, qui duorum primum parui digitios flectentium exterior est. adeò ut quartum hoc os neque inferiori, neque superiori ipsius sede, neque etiam externo ipsius latere alteri ossi committatur, sed tantum interno ipsius latere, depresso admodum capitulo, tertij ossis externo lateri (magis tamen ad manus uolam) in eum modum coarticulatur, quo ossa per ἀρθρωδίαν cõstrui diximus. Hoc itaq; quartum brachialis os id peculiare sibi uendicat, quòd uni tantum brachialis ossi iungatur, quodq; omnium brachialis ossium minimum sit, reliquisq; minus protuberet, sinueturq;. Est enim quodammodo sphæricum, sed paulo longius quàm crassius: quia scilicet inferiùs musculos educit, superiùs autem ualidissimi tendinis insertionem, uti diximus, excipit, eaq; ratione sursum deorsumq; magis quàm in latera protuberare debuit. Vnde etiam ueteres dissectionum professores, id (uti conijcio) Rectum appellarunt, ambigentes quem in ordinem ipsum referrent. nos autem superiori ordini ascripsimus, quòd tertio huius ordinis ossi coarticuletur, ac reuera in eo ordine consistat. Nuncuparunt etiam Anatomici præsens os, cartilagino sum: non secus quàm Marinus [x] os genu articulo præpositum eo nomine donauit, quod molam patellamq; uocamus. Non sanè (quantum reor) quòd id os molle cartilagineumq; esse arbitrati sint, quum omnium brachialis ossium facilè durissimum & solidissimum sit, at quòd coctum exteriùs cartilagine obductum uisatur, propter musculorũ principia tendinumq; fines, qui post elixationem cartilaginis molliusculæ speciem referunt. Galenus hoc os octauum brachialis os uidetur recensuisse, id propriũ ipsi tribuens, quod propugnaculum [y] nerui cuiusdam sit, qui ab interna manus sede ad externam secundùm id brachialis os reflectitur. Hic neruus me non latet, uerum ad hoc osticulum in hominibus nõ reuoluitur. est enim ille neruus, quem à quinto brachium petentium, paulo pòst medium cubiti longitudinis ab interna cubiti sede in posteriorem porrigi, atq; duos surculos paruo digito, totidemq; anulari, unum autem medio deriuare, in quarto libro audies. Præsens itaque neruus quartum brachialis os non contingit, ideoq; minus secundùm illud ab interna manus sede in externam reflectitur. Porrò præter quartum brachialis os, nullum penitus occurrit, non pluribus adnexum contiguumq; ossibus. Primùm enim, præterquam quòd radio articulatur, etiã secundo brachialis coarticulatur ossi, amplo utcunq; tuberculo in secundi ossis sinum subiens. Deinde alio tubere multo ampliori, atque ab inferiori sua sede protuberante, communem sinum ingreditur, quem quintũ brachialis os cum sexto efformat. Verùm Natura præcauens, ne id os undique aliorum ossium sinus ingrederetur, & ipsum interim tyranni more nullum susciperet, insignem in ipso cælauit sinum, quo unà cum secundo brachialis osse (cui is sinus quoq; communis est) septimi ossis omnium facile maximi grande rotundumq; admitteret caput. atque ita primum os radio, & secundo brachialis ossi, & quinto, sexto, ac septimo committitur. Secundum os (quod tanto minus est primo, quanto ipsum maius est tertio) connectitur primo ossi, & septimo, uti iam diximus. tertio autem, amplo connexu per ἀρθρωδίαν constringitur: adeò ut tertium os radio, & tribus brachialis committatur ossibus, primo uidelicet, septimo & tertio, neq; etiam multum ab octauo remouetur. Tertium os modicè protuberãte, sed amplo tuberculo in sinum subit octaui ossis: hinc q; facile constat, id os & ulnæ, magisq; adhuc [z] peculiari huius articuli cartilagini, dein & secundo ossi brachialis, & quarto & octauo conterminum esse. Quintum brachialis os, quod inferioris ordinis primum recensuimus, superiori sua sede in sinum sibi exculptũ primi brachialis ossis capitulum excipit, & externo latere sinuatum quoq;, sexti ossis capitulum admittit. adeò ut quintum os duobus brachialis ossibus, primo nimirũ ac sexto coarctetur. & præterea id priuatim quoque [a] primum pollicis os sustinet. In inferiori nanque ipsius sede [b] sinum adipiscitur patulum & [c] oblongum, ac in [d] interna [c] externaq; sede magis quàm in lateribus ac medio excultum, cui primi pollicis internodij capitulum ea articulationis specie cõmittitur, quæ motum edit omnibus manifestum. aliter multo quàm brachialis ossium inter se cõnexus, cuius motus ita latet, ut uix dijudicari queat. Atque hac etiam articuli specie quatuor [f] postbrachialis ossa quatuor inferioris ordinis ossibus adnectuntur. Primum enim postbrachialis os indici præpositum, magna ex parte [g] sexto brachialis ossi coarticulatur, [h] portionem quoque quinti ossis attingens. Vbi enim quintum os sexto coarctatur, communis sinus utrique ossi exculpitur, cui capitis primi postbrachialis ossis pars articulatur. adeò ut quintum brachialis os, præter primum sextumq; brachialis ossa, etiam primum pollicis os unà cum primo postbrachialis osse contingat. Porrò secundum postbrachialis os medium suffulciens digitum, depresso, sed obliquo,

*Cui ossi committatur.*

*Cui ordini adscribendum ueniat.*

*Lib. 2 de Vsu part.*

*Primum os quot ossibus conterminum sit.*

*Quot secundum.*

*Quot tertium.*

*Quot quintũ.*

*Primi pollicis ossis & postbrachialis ossium ad brachiale contextus.*

s 4 musc. tab. 4.
t 3 muscu. tab. 5.
u 4 tab. 5.
x 1, 2 fi. ca. 32. & integrarum 2.
y 2 fig. cap. 11 lib. 4 character. 46.
z 1, 2 fi. ca. 24 T.
a 1, 2 fig. h.
b 3, 6 fi. G.
c 6 fig. a, b.
d 6 figu. c.
e 6 figu. d.
f 1, 2 fig. I, II, III, IIII cũ charact. 5, 6, 7, 8.
g 3, 4, 6 fi. H.
h 3, 4, 6 figur. h.



quo, capite [i] septimi ossis brachialis sinui leuissimè ac obliquè exculpto articulatur acutiori sui parte latereq; interno [k] sextum brachialis os modicè contingens. Duo autem reliqua postbrachialis ossa, ea scilicet quæ anularem & paruum sustinent, duntaxat octauo brachialis ossi [l] læuibus, ac in superficie tantum excauatis sinibus coarctantur. Sextum itaque brachialis os duobus committitur postbrachialis ossibus, illi nimirum quod indici præponitur, & obscurè illi quod medio subijcitur digito. Brachialis autem tribus committitur ossibus: primum enim os suo sinu excipit, & suo tubere in quinti ossis sinum subintrat. dein septimo ossi leuissimè protuberante capitulo, aut potius plana superficie articulatur, estq; inferioris ordinis minimũ, quem admodum septimum maximum. quintum autem & octauum medio se habent modo, quanquam octauum quinto paulo grandius cernatur. Septimũ os suo capite rotundo, ac impensiùs protuberante [m], in communem primi secundiq; ossis sinum subit, hacq; ratione duobus illis ossibus cõmittitur. ab interno autem latere sexto ossi articulatur, ab externo uerò latere articulatur octauo ossi ampla admodum articulatione, quæ depresso fit capite, sinuq; in superficie tantum cælato. Hanc articulationem aliqua ex parte cartilaginei ligamenti interuenit portio, quæ etsi septimum os uehemẽtius octauo ossi cõmittat, attamen id omnium brachialis ossium creberrimè uersus interiora luxatur: tum quòd grandius sit, necq; ita facile, ac cõtermina, occurrentium impetum sustineat: tum etiam, quòd ligamentũ interna sede hoc os uicinis colligans, nõ æquè crassum sit, atq; in reliqua brachialis regione. Atq; id hinc potissimũ accidit, quòd Natura ligamenti mole crassitieq;, [n] tendinibus iter occupare uoluerit, qui frequenti multitudine, hàc ad digitos flectendos ab interna cubiti sede prorepunt. Vtcunque uerò sit, septimum os quatuor brachialis connectitur ossibus, primo nimirum, secundo, sexto, octauo, & postbrachialis ossi medium digitum sustinenti. Octauum os cunei quodammodo ritu septimum & tertium subintrat, illisq; duobus cõmittitur: septimo quidem, ut paulo antè retulimus. tertium autem, in sinum sibi exculptum admittit: dein præter hæc duo brachialis ossa, duobus etiam postbrachialis coarctatur ossibus, quæ anulari & paruo subijciuntur. adeò ut & id quoq; quatuor ossibus conterminum sit. quibus subinde paruulum accedit [o] osticulum, ex illorum numero quæ sesami seminis imagini assimilata, σησαμοειδῆ Græcis nuncupãtur. Ad externũ enim latus coarticulationis postbrachialis ossis paruũ sustinentis cum octauo brachialis osse, eius generis reponitur osticulum, sedem quasi oppleturum. quæ ideo hîc quodammodo uacua relinquitur, quòd hoc postbrachialis os sua superiori parte totum octauo brachialis ossi inniti nequeat, atq; in externum latus paululum abscedat. Videtur itaque id osticulum, quando adest, priuatim hanc articulationẽ firmare, ac postbrachialis os paruum sustinens digitum nonnihil suffulcire. atque hac etiam occasione octauum brachialis os ex abundãti huic quoque osticulo, præter illa quæ nuper dixi, contiguum uisitur. Quinetiam & hoc adhuc octauum os sibi proprium uendicat, quòd ipsius interna sede, qua manus uolam quodammodo spectat, notatu dignum educit [p] processum, ab externo latere uersus internum latus inclinantem, & interno suo latere C modo exculptum: ut aptam constitueret sedem, qua tendines musculorum digitos flectentium (qui ex cubito procedũt) opportunè uehi continericq; possent. Vt uerò tanti tendinum moli sedes hæc aptior redderetur, etiam quintũ brachialis os interna sua sede [q] processum educit, uersus externum latus uergentem, & in externo latere pariter exculptum, eiusdem omnino usus quo octaui ossis processus gratia, nimirum ut tendinibus illis uia exhiberetur, ac postmodum ex processuum illorum apicibus ualidissimum [r] ligamentum enasceretur, quod transuersim tendinibus circundatum, ipsos, ne à sua sede [s] aberrent exurgant ue, contineret, amplecteretur q;. Hæc sedes tendinum nomine excauata, utcunque læuis est: quemadmodum & reliquos sinus esse dicimus, qui tanquam anuli tendines transmittũt. Cætera brachialis ossium pars extra hunc sinum, easq; sedes quibus ossa articulãtur, inæqualis, & propemodum aspera est, ut fortiora educeret ligamenta, eademq; ualidius exciperet, quibus ossa inuicem obuinciri ac colligari iam antea proditum est.

i 3, 4, 6 fi. K.
k eorundem fi. k.
l 3, 4, 6 fig. L, dein M.
m 5 muscu. tab. 6 & 6 ta. z.
n 1, 2 fi. N. o 1 fig. V, V, X.
p 2, 3, 6 fig. O.
q 2, 3, 6 fig. P.
r 4 muscu. tab. 6. s fig. capiti 1 lib. 2 inserta.

*Quot ossibus sextum os conterminum sit.*

*Quot septimum.*

*Quot octauũ.*

*Osticulum ad nexum quarti postbrachialis ossis cum brachiali repositũ.*

*Octaui ossis processus.*

*Quinti ossis processus.*

## DE POSTBRACHIALI.

### Caput XXVI.

*HVIVS Capitis figuræ ex prima secundaq; præcedentis Capitis figuris extremam manum, ac proinde etiam postbrachiale (notis I, II, III, IIII) exprimentibus petendæ sunt. Quanquam & subsequentis Capitis prima figura, ad characterem A postbrachialis os indicem sustinens exprimet, omni osse liberum.*

PARTEM

*Posthbrachialis uoce utendum.*

PARTEM ſummæ manus à brachiali ad radicem uſq; digitorum[a] deductam, Græci quidem μετακάρπιον nominarunt: Celſus autem, & Græcorũ interpretes permulti, palmam. alij rurſus pectinem, ac pectus aliquando uocarunt. uerùm quia palmæ uocabulum latiùs patet, & brachiale quoq; in palma pleriſque complectitur, ac reliquis rurſus palma idem quod uola denotat. & quum pedis pedio, pectinis & pectoris ſeu ſτῆθος nomen etiam pariter accommodetur, ego hactenus μετακάρπιον poſtbrachiale appellaui. Poſtbrachiale itaque Galeno quatuor conformatur oſſibus. Eudemo autem & Celſo, atq; (ut ex primo de Hiſtoria animalium eſt colligere) Ariſtoteli etiam, quinque: prout nimirum pollicis[b] primum os, quod quinto brachialis oſſi articulatur, hi quidem poſtbrachiali, Galenus uerò digitorum oſſibus adnumerant. Porrò nonnulli id poſtbrachiali aſcribunt, quòd in eodem ferè cum cæteris poſtbrachialis oſſibus ordine locatũ ſit: & non, ut[c] prima reliquorum digitorum internodia, nudum exeratur, ſed quodammodo poſtbrachialis oſſium ritu lateat, uulgoq; pollici tantũ duo oſſa tribuãtur. quamuis interim id pollicis os poſtbrachialis oſſibus & breuius ſit, & ipſis nõ æquè atq; illa, inter ſe conterminũ. Præterea & hinc fortaſſis primum pollicis os poſtbrachiali adiũciunt, quòd ſecundum pollicis os, primo eodem ferè[d] modo articuletur, quo prima digitorum oſſa poſtbrachialis oſſibus, quæ ſimplici ſinu illorum oſſium rotunda ſimpliciaq; excipiunt capita. Poſtremò huc fortaſſis ducti fuere, quòd nullum tendinem, qui primo pollicis oſſi mouendo famulatur, ipſi inſeri putauerint: quemadmodum etiam nulli poſtbrachialis oſſi tendo inſeritur, qui illius priuato motui præſit. Complures enim muſculi latuerunt alios diſſectionũ profeſſores, qui primo pollicis oſſi peculiariter implantantur. Galenus uerò (quem etiã ut minimum[e] tres quatuor ue eius internodij muſculos præterijſſe, in ſecundo libro auditurus es) primum pollicis internodiũ digitis, quibus ſingulis tria tribuit oſſa, connumerat, quòd id ſuprà infraq; per διάθλασιν, hoc eſt laxam, & quæ manifeſtum motum edit articuli ſpeciem articuletur: ſuprà quidem brachiali, infrà uerò ſecundo pollicis oſſi: & interim quatuor poſtbrachialis oſſa, infrà tantum quà digitis committuntur, ea articuli ſpecie coniunguntur. Suprà enim, uel Galeni ſuffragio, poſtbrachiali per σωνάρθρωσιν coarticulantur: hoc eſt differẽtia articuli, qui perquam obſcurum, & quem ſentire uix queas, motum oſtendit. Ita enim arbitror Galenum ſynarthroſeos nomine in Capite libri de Oſſibus decimo nono uſum. Quandoquidem haudquaquam exiſtimandum eſt, Galenum adeò perfunctoriè poſtbrachialis oſſa uel in ſimia, uel cane intuitum eſſe, ut aut ſutura, aut clauiritu, aut harmonia, hæc oſſa brachiali coarctari uoluerit. quamuis illa ipſius eſſet ſentẽtia, ſi illum ſui dogmatis non oblitum hîc dixerimus, quod initio libri de Oſſibus ſynarthroſeos ſpecies enumerans diffuſè exequitur. Vt ut uerò ſit, quò rectiùs nos Galeni ſententiæ accommodemus, quatuor quidem poſtbrachialis, quindecim autem digitorum oſſa, ſemper enumerabimus. Sunt itaq; poſtbrachialis oſſa reliquis digitorum oſſibus longiora, & magna ex parte teretia. Longiſſimum indici præponitur, atque ita ſenſim fiunt breuiora, ut omnium facile breuiſſimum tenuiſſimumq; paruo præponatur digito. Omnia[f] ſuprà[g] infraq; appendice donantur, & ſuperior quidem (cuius cõnexus etiam in pueris aliquando latet) brachialis oſſibus, uti antea diximus, coarctatur, ipſaq; oſſa hîc externa ſede nonnihil latiora quàm interna ſunt, ut poſtbrachiale unà cum brachiali ſuperficiem exteriùs gibbam, intus uerò cauam aptius hîc efformaret. Quin etiam appendices hæ lateribus ſe inuicem cõtingunt, & cartilagineiligamenti internẽtu inuicem alligantur. Inferiores uerò appendices grandes quoq; ſunt, & in rotundũ ac ab externa manus ſede in internum oblongũ caput deſinũt: quod cartilagine obductũ, primi digitorũ oſſis ſinum ſubintrat. Hæ appendices lateribus ſe etiã contingunt, ſed non adeò pertinaciter atq; ſuperiores, quæ brachiali coarctãtur. nihilominus tamen quà inuicem reſpiciunt, ſinuatæ ſunt, ligamentaq; cartilaginea educunt, quorum opera ualidè connectuntur. In medio autem ductu, & ſecundùm poſtbrachialis longitudinem, quoniam oſſa ſuis appendicibus multo tenuiora ſunt, inuicem dirimuntur, & digno notatu[h] interuallo inuicem dehiſcunt. atq; id magni cuiuſdam uſus gratia. in quolibet enim trium interuallorum, quæ quatuor poſtbrachialis oſſa conſtituunt,[i] duo reponuntur muſculi ex octo illis, qui primũ quatuor digitorũ os flectunt. Quemadmodum itaque ſingulos digitos, duo illorum muſculorum accedunt: ita etiam cuique poſtbrachialis oſſi duo attenduntur, atque in tribus interuallis ſex collocantur. ad internum uerò latus poſtbrachialis oſſis indicem ſuſtinentis, ſeptimus protenditur. externo autem lateri oſſis paruo digito præpoſiti, octauus exporrigitur. Verum quum hi muſculi ſuo ductu, horum oſſium longitudinem uix ſuperent, interuallaq; hæc non tantum diſtent, ut ſufficiens muſculorũ moles in ipſis collocari queat, poſtbrachialis oſſa meritò intus, ubi uolam conſtituunt, caua uidentur, ut



*Quibuſdam poſtbrachialis oſſa quatuor, quibuſdã quinque enumerari.*

*Quatuor poſtbrachialis oſſa cuiuſmodi ſint.*

*In longitudine.*

*In appendicibus.*

*In mutuo nexu.*

*Poſtbrachialis oſſium interualla.*

*Quũ poſtbrachialis oſſa muſculis cedant.*

*a* 1,2 *figur. cap.* 25 I, II, III, IIII. *& integrarum* 1.

*b* 3 *muſcul. tab. Vinus* Δ. *aliius* 11 *tab.* Λ. *alius* 9 *tab.* Λ. *I talem proponit figu.* 1 *capiti inſerta* D.

*b* 1,2 *fi.ca.* 25 A. *ad chara ct.* 5.

*c* 1,2 *fig.ca.* 25 D.

*d* 1 *fig. cap.* 27 C, D.

*e* 7 *muſcu. tab. chara.* 1, 2, 3. *dein* 6 *tab.* Λ.

*f* 2 *fig. cap.* 25 Q. *g eadem ſi.* R. *atque ita reliqua deinceps illinc pete, primã figuram ſecundæ comparans.*

*h* 1,2 *fig. ca.* 25 S.

*i* Intuere 8 *muſc. tabulam ſub.* Δ, *&* 12 *ta.m.*



ut & hîc quoque muſculorum portio tutam aptamq; ſedem nanciſceretur. In externam autem oſſium ſedem muſculi nihil prominent, neque inibi oſſium gibbum uel minimum excedunt, parem cum oſſibus ſuperficiem conſtituentes. Quinetiam ut ulnam radiumq; attenſis ipſis muſculis cedere oſtendimus, ita etiam poſtbrachialis oſſa ſecundùm longitudinem anguloſa, & lineis quibuſdam pulchrè extuberantia cernimus, pro muſculorũ uidelicet, qui ipſis exporrigũntur, ratione: uti etiam non minus ſuperiori ſede eleganter exaſperantur, ut opportunam[k] trium brachiale flectentiũ muſculorũ inſertionem excipiant. Neq; id ſolum poſtbrachialis oſſa cum radio ulnaq; exigunt cõmune, uerũ etiam intus oblongum[l] ſinum medullæ reponẽdæ aptum ſibi uendicant. Porrò poſtbrachiale iuſtiſſimè quatuor oſſibus efformatum eſſe, quatuor qui ipſis ſtabiliuntur digiti liquidò commonſtrãt. quibus quintus ueluti opponi debuit, ſi modò manus commodum futura erat apprehendendi organum. At ſatius iam quoquefuerit, digitis peculiare Caput conſecrare.

## DE MANVS DIGITIS. CAP. XXVII.

*DIGITORVM oſſium ſeriem duæ priores figuræ ad initium uigeſimi quinti Capitis repoſitæ commonſtrant: quemadmodum & tres integrum oſſium contextum exprimentes tabulæ, ad huius libri calcem locandæ. Tabula autem hîc inſerta, ac in tres ueluti figuras (ut ſingulæ duo proponant oſſa) digeſta, digitorum articulos oculis ſubijcit. Harum enim prima, duo ex primis oſſa: quorum alterum A inſigniui, eſtq; poſtbrachialis os indicem ſuſtinens. alterum B indicatur, eſtq; primum indicis os ab externa ſede, quemadmodum & illud poſtbrachialis os, delineatũ. Præſenti itaq; figura primi digitorum articuli effigies proponitur. C enim caput rotũdum notat poſtbrachialis oſſis. D uerò ſinum primi indicis oſſis caput C inſignitum excipiens.*



PRIMA FI GVRA. SECVNDA. TERTIA.

*Secunda figura primum indicis quoque os indicat, E notatum: & ſecundum pariter F inſignitum: ut horum oſſium delineatio ſecundi quatuor digitorum articuli ſpeciem oculis ſubijceret. G itaque & H duo indicant capitula primi indicis oſſis. I uerò & K ſinus ſecundi oſſis, quos duo capita primi oſſis ſubintrant. L autem ſinum ſignificat, in medio capitum primi oſſis conſiſtentem, ac in quem tuberculum ſecundi oſſis inter duos ſinus I & K notatos prominens, & M inſignitum ſubingreditur.*

*Tertia figura ſecundum indicis os N, & tertium O, proponit, tertij cuiuſq; digiti articuli ſpeciem oſtenſura, quam quia penitus ſecũdo quatuor digitorum articulo reſpondet, alijs characteribus non obliteraui mus. Verùm iſtas articulorum imagines etiam ex duabus primis uigeſimi quinti Capitis figuris petere integrum eſt.*

*a* 1,2 *fig. ca.* 25. *pollicis oſſa* A, B, C. *indicis uerò* D, E, F *indicantur. qualis ratio etiam reliquorum eſt.*



OMNES manus digitos[a] ternis conſtare oſſibus, (quæ & internodia, & articuli, & acies, ſeu etiam φάλαγγες & σκυταλίσκες & λόνδυλοι uocantur) ſuperiori Capite comprehenſum eſt. Atq; hæc oſſa dura ſunt ac denſa, non tamen (ut aliquando contrà Galeni placitum monuimus) medullæ penitus expertia. Præter id enim quòd ſuprà infraq; appendicum modo nonnihil fungoſa exiſtunt, etiã ſingulis ſinus cõtigit grandior, medullæ aſſeruandæ gratia, ut & in poſtbrachialis oſſibus, paratus. Quòd uerò digitorum oſſibus ad actionis robur in apprehendendo, & eiſdem pluribus propter uarios quimanibus fiunt motus, ac eorum quæ illis apprehendũtur differentiam indigeamus, neminem latêre arbitror. Deinde quòd neque plura oſſa, neque pauciora tribus fieri, digitis omnino ex uſu fuerit, uel hinc promptiſsimè colligitur, quoniã ſi illum excederẽt numerum, præterquam

*Singulos digitos tribus oſſibus meritò formari.*

quòd nulli auxiliarentur functioni(abundè enim omnes trium oſſium ope obimus)perfectam ualidamꝗ digitorum extenſionem uitiarent, hanc minus firmam, quàm nunc ſit, efficientia. Ex pluribus nanque conſtructa partibus læuiori negotio fatigantur,laſſantur,& à ſuo robore exoluuntur,quàm quæ paucioribus efformantur: tunc præcipuè, quum omnes particulæ ſimul coniunctæ commiſſæꝗ(ut brachialis oſſa)in uniuerſis ipſarū munijs,reſeruari nequeunt. Verum ſi paucioribus oſſibus digiti conſtituerentur, in tot tam uarias pugnantesꝗ figuras digitos agere nequiremus. ut igitur uariè mouerentur,patiendiꝗ promptitudinem declinarent, trium oſſium numerus ſufficit.

*Iuſta oſſium magnitudo.*

Quandoquidem autem prælocatum os poſtpoſito, aut uehens uecto,maius eſſe operæprecium eſt, meritò Natura quoque, primum cuiuſque digiti os grandius ſecundo,& ſecundum rurſus os tertio minus fabrefecit,non ſolum inferiora oſſa longitudine, ſed & craſſitie, & latitudine minuens, hacꝗ ratione potiſſimum digitos ex ampliori baſi ſenſim in mucronem coarctans: & digitorū formam, quam in mulieribus pulcherrimam ducimus,extruens.

*Decens oſſiū & integrorū digitorum forma.*

Quanquam rurſus mirabili induſtria non eandem figuram digitorum oſſibus, & digitis adhuc unguibus cuteꝗ obtectis largiatur. Totos enim digitos paulo minus toto teretes efformauit, quòd eiuſmodi figurā reliquis omnibus iniurijs minimum obnoxiam ſciret: ut quæ nulla extuberet eminentia,à foris occurſantibus frangenda collidenda'ue. Quòd enim digiti extrinſecus quidem accuratè gibbi ſint,intus uerò ac in lateribus magis compreſſi, alicuius etiam uſus occaſione factum putato. Interna nanque ipſarum regione digiti molliunt, ſubigunt,terunt ac apprehendūt: quæ omnia deterius fierent, digitis inibi gibbis exiſtētibus. ut interim prætercam duriuſculam neruisꝗ oppletam adipem,internæ digitorum ſedi,eorum quæ iam dicebamus officiorum cauſa,& tendinum defendendorū occaſione,ſubtenſam,atꝗ in ſecundo libro prolixius priuato Capite enarrandam. Porrò quum externa digitorum regione neque horum aliquid tentemus, neque alio quouis munere fungamur,rationi conſonum fuit, digitos ad ſolam patiendi pertinaciam examuſſim gibbos conſtrui. Quum autem digiti in lateribus minus eſſent iniurijs obnoxij, quumꝗ inuicem adducti,conſtringi,ac in ipſorum medio nullam ſedem uacuam relinquere debebant, ipſos in lateribus gibbos fieri haudquaquā ex uſu erat. Atque his quæ modò diximus pollex paruusꝗ digitus cum indice ſatis ſuffragantur, ſiquidem ille utrunꝗ latus, ſed magis internum gibbum adipiſcitur, paruus autem externum duntaxat,index uerò contrà internum: quòd his ſedibus ab aliquo non tutantur. adeò,ut non minimam Naturæ ſolertiam in totius digiti figura uideamus: à qua quantum oſſa diſcrepent, iam enitar exequi.

*Hic continuò figuras inuicem quibus digitorum oſſa exprimitur.*

Nullum digitorū os ſe offert, quod non ſuprà infraꝗ craſſius & ſpiſſius ſit, quàm ſecundùm ipſius longitudinem: id quod etiam omnibus ferè longis oſſibus commune cernitur, quæ ad articulationem perpetuò craſſeſcunt,augenturꝗ. Si enim undique pari conſtarent craſſitie,animanti pondere moleꝗ admodum incommodarent, ipſiꝗ articuli, niſi amplioribus baſibus concinnè adaptarentur, penitus infirmi eſſent. In hoc igitur primum forma oſſium à totius digiti figura differt. Si enim digitus in lateribus oſſium imitaretur imaginem, quemadmodum in macilentis ac parum obeſis uidere eſt, inter digitorum latera uacua conſiſteret ſedes, quæ liquorem digitis complecti non mediocri incommodo prohiberet. Impletur uerò hæc oſium ſedes duriuſcula illa adipe, cuius paulo prius obiter meminimus. Deinde unumquodꝗ digiti os externa ſede teres & gibbum eſt, nullibi inſigniter, neꝗ etiam in articulorum regione, extra rectam lineam protuberans, uti etiam in lateribus oſſa non admodum circa articulos prominent. ſi modò primum pollicis os hinc exceperis, quod externa ſede amplum magis planumꝗ & depreſſum,non autem aliorum modo gibbum uiſitur. Ad hæc, tertia digitorū oſſa ſede externa quidem gibba ſunt, ſed ab ipſa articulatione qua ſecundis articulantur oſſibus deorſum ducta, non ita atque reliqua oſſa extrorſum protuberant, ſed ungui quodammodo cedunt. tanto enim minus prominent, quantam ſedem ungues occupant, quo minus ſcilicet integer digitus in tertio oſſe procerius, quàm in reliquis, extrorſum exurgat. Interna cuiuſꝗ oſſis ſedes nihil minus quàm gibba eſt, ſed depreſſa prorſus, & ſinuata potius, multò aliter quàm externa digitorū ſedes: dummodo & hinc quoꝗ primum pollicis os ſecluſeris, quod brachialis oſſibus interna ipſius ſede reſpondet. Nam et ſi ſuprà infraꝗ ad articulorum ſedes in internam manus regionem magis protuberet, & in medio ductu inibi ſinuatum, exterius autem curuatum conſpiciatur, non tamen reliquorum digitorum oſſium modo, amplum depreſſumꝗ & planum eſt. at potius gibbum, magisꝗ intus quàm foris acutum. Quod ſanè Natura haudquaquam fortuitò caſuꝗ machinatur. ſecundi enim & tertij pollicis oſſis internæ ſedi, quemadmodum & tribus quatuor digitorum oſſibus[b] teretes tendines exporrigi debuerunt, qui profectò niſi oſſium interna ſedes ampla depreſſaꝗ & ueluti ſinuata eſſet, in oſſibus nequirent ſubſiſtere: non magis quàm teretia corpora inuicem nunquā inniti cernimus.

*b Manus extrema 5 muſculorum tab. & dein 6 & ſeptimæ hic ſunt conſulendæ.*



Neque etiam teretes illi tendines,ipſis duntaxat applicari debuere. imò operæprecium fuit,& ex hac oſſium ſede[c] ligamentum enaſci,ſecundùm longitudinem oſſium tendines illis oſſibus committens,ipſosꝗ ne ab oſſe exurgant declinent'ue complectens. Cuiuſmodi uerò tendines oſſibus exporrigantur, quæꝗ ligamenta ipſis obducantur, in ſecundo libro affatim recenſebimus. in præſenti autem, tantum illorum meminiſſe ſat ſit, quantum ad oſſium conſtructionis rationem enarrandam expedit. Per ſecundi itaꝗ pollicis oſſis longitudinem interna ſede eius generis ligamentum enaſci,eo libro audies, tendinem[d] muſculi deducēs,qui tertio pollicis oſſi ualidiſſimè inſeritur, ac eius articuli flexus autor eſt. Verum quia eiuſmodi ligamentū Natura nullum in primo pollicis oſſe condidit, neque periculum eſt, tendinem hac ad tertium pollicis os prorepentem aliquò aberraturū(ut qui undique[e] muſculis primo pollicis oſſi proprijs contineatur) haudquaquam neceſſum fuit, primum pollicis os aliorum oſſium modo planum depreſſumꝗ,interna ſede extrui, præcipuè quum & id muſculis ipſi attenſis inſertisꝗ inidoneum extitiſſet. Primis uerò quatuor digitorum oſſibus[f] duo inuicem incumbentes porriguntur tendines, quorum unus ſecundo inſeritur oſſi: alter uerò, qui ſuccumbit, tertio implantatur: adeò ut tribus horum digitorū oſſibus eiuſmodi uehātur tendines,eiusꝗ generis ligamentis qui tendines anulorum ritu tranſmittunt,digitorum oſſa donentur: præcipuè autem prima & ſecunda quatuor digitorum oſſa, & pollicis ſecundum. Tertijs enim non ſecundum totam longitudinem tendines exporriguntur, unde etiam neque ita ut inferiora uidentur depreſſa & plana. Æquum igitur fuit, hæc oſſa non ſecus formari, quàm ſi una pars teretis corporis diuiſi eſſent,tendines uerò ipſis exporrecti altera eius corporis pars, ut ſcilicet oſſa ſimul cum tendinibus teretem digiti imaginem conſtituant.[g] Externæ enim digitorum ſedi eiuſmodi nulli deducuntur tendines, at membranæ modo toti oſium longitudini tendines ibidem duntaxat adnaſcūtur. Latera etiam oſium nequaquam digitorum ritu compreſſa lataꝗ ſunt, neque ulla pollicis paruiꝗ digiti ac indicis oſium,hac ex parte cum reliquorum digitorum oſſibus, eſt differentia. Reſpondent enim oſium latera, teretis corporis dimidiæ partis lateri. quamuis interim ab hac figura primum pollicis os tantum diſcrepet,quanto minus reliquis digitorum oſibus interna ſede compreſſum amplumꝗ cernitur. Atque huiuſmodi digitorum oſium eſt forma, longè profectò alia quàm Galenus ipſis tribuit, eam ad digitorū imaginem deſcribens.

*c manus 4 muſcu. tab.*
*d 6 muſcu. tabul. ν deinde.*
*e 4 muſcu. tabul. ι. deinde 6 tabul. κ & λ. ac 7 ta. charact. 1,2,3.*
*f 6 muſcu. ta. γ dein δ.*
*g Manus 9 muſc. tab. et aliquot ſequentium tabul.*
*Primo de Vſu part.*

*Oſſium digitorum articulationis ratio.*

Verum iam tempeſtiuum erit, Naturæ prouidentiā in digitorum articulis contemplari: neque obiter Galeni orationi acquieſcere, qua ſuperioris oſſis caput in ſubſequentis ſinum ſubire,ac exteriora ſinuum ſupercilia inſignius quàm interiora exporrigi ſeu extuberare ſimpliciter pronūciat,eandemꝗ articulationis ſpeciem omnibus digitorum articulis aſcribit. Vt modò nihil dicam de tendinibus[h] muſculorum, qui digitos in latera ducunt, & à Galeno non minus ſecundis ac tertijs digitorum articulis, quàm primis, communes cenſentur. quum interim nunc facile ſimus oſtenſuri,neꝗ tertium pollicis articulum, neque aliorum digitorum ſecundum aut tertium articulos, primario motu in latus agi.

*Primo de Adminiſt. diſſect.*
*h 1 muſcu. tab. p, r. 3 tabu. β, ſ. 7 tabu. fig. 10 tabul. ξ, π, &c.*

*Primi pollicis oſsis ad brachiale nexus.*

Primum itaque pollicis os, quinto brachialis oſſi[i] rara peculiariꝗ committitur articulationis ſpecie, quæ & flecti, & extendi, ac dein moueri in latera poteſt: in eumꝗ modum parata eſt, ut priuatim magis motui qui in latera perficitur, quàm flexioni extenſioniꝗ ſubſeruiat. Quintum enim brachialis os amplum exigit ſinum, qui tranſuerſim ampliori tubere prominens, interiori exterioriꝗ ſede inſignius, quàm in lateribus, cælatur. Primum autem pollicis os ſuperius tranſuerſim, ſeu ſecundum internum ac externum latus inſculpitur, & interius exteriusꝗ protuberās quinti brachialis oſſis ſinui eleganter cōgruit, & quaſi mutuo ingreſſu ipſi articulatur. non tamen adeò inſigni, ut id uno tantum agatur motu, reliquorum articulorum mutuo ingreſſu, nexorum ritu. Verùm quum interna primi pollicis oſſis ſedes magis quàm externa promineat, & quinti brachialis oſſis ſinum altius inibi inſculptum, profundius ſubeat, id primū pollicis os magis flecti quàm extendi poteſt.

*i 6 fig. cap. 25 G, a, b, c, d.*

*Secundi pollicis oſſis cum primo articuli ſpecies, ipſiusꝗ motus.*

[k] Secundum pollicis os primo ea articuli ſpecie articulatur, quam διάρθρωσιν Græci uocant. Inferior enim primi pollicis oſſis pars in rotundum quaſi capitulum deſinit, rotundum ſecundi oſſis ſinum ſubiens. Sed quia caput id tranſuerſim, hoc eſt ab interno pollicis latere ad externum magis protuberat, ac ueluti tranſuerſim oblongū eſt, in lateribusꝗ uix magis quàm in centro deprimitur, ac demum ſecundi oſſis ſinus huic capiti ad amuſsim aptatur, ſecundum pollicis os flectitur potius & extenditur, quàm in latera inclinatur. quum interim æquè in latus duceretur, ſi capitulum primi oſſis ad amuſſim rotundum eſſet, & in lateribus æquè ac in anteriori ſede compreſſum. Dein articuli etiam ratione (quum capitulū in interna ſede ualde deprimatur) ſecundū os maximè ac in acutiſsimum angulum flecti deberet. uerum quo minus id fiat, duo hîc obſiſtunt[l] oſſicula ſeſami ſeminis imagini à Græcis aſſimilata. Quòd uerò ſecundū pollicis os uix extra rectam lineam extendi queat, caput primi oſſis in cau-

*k Intuere hic primæ fig. C. quod immittitur D.*
*l 1 fig. cap. 25 T.*

sa est,inibi adeò leuiter depressum,hicq; (ut & in lateribus) æqualiter propemodum atque in ipsius centro protuberans. Quàm uerò affabre,quibusq; rationibus Natura hæc moliatur,nihil sanè promptius nos edocet,quàm pollicis officia,quę post cognitam ossiũ constructionem longe plura primo intuitu spectantium animis suggerunt, quàm prolixè aliquis multas in hoc chartas obliterans,persequi possit. [l] Secundũ pollicis os tertio ossi,secus quàm primũ ipsius os brachiali,& aliter quàm secundum primo,committitur. Inferior nanque secundi ossis pars, in duo capitula bipartitur, quadamtenus orbiculata, & in medio sinu oblongo dirempta,qui non minus quàm ipsa capitula cartilagine incrustatur. Superior uerò tertij ossis sedes duos obtinet sinus,tubere quodam oblongo disiunctos. Sinus hi,duo secundi ossis excipiunt capitula.ipsum autem tertij ossis tuber sinum subingreditur in secundi ossis capitulorum medio cauatum. atque hac ratione secundum os in tertium subit, uicissimq; tertium os excipit. ac mutuo ingressu ambo ossa tam scitè coarctantur, ut duntaxat tertium os extendi flectiq; queat, nequaquam uerò, uel minimùm etiam, in latus ducatur. Quòd autem tertium os in angulum flectitur, & interim nõ ultra rectam lineam extenditur, sed potius à flexione duntaxat erigitur, capitula sinusq; articuli in caussa sunt. Capitula enim, quibus sinus ad amussim respondent,in interiora magis quàm exteriora feruntur, deprimunturq; : ac in externam sedem adeò obscure porriguntur atque consistunt,ut inibi uix capitis speciem ostendant, itaq; tertium os in posteriora inclinari prohibeant. quemadmodum etiam ipsi articulo cõducere tunc discimus,quum ipsius in flexu usum perpendimus : & unà colligimus, quibus modis articulus ipse infirmaretur, si æquè extendi,duciq; in latera posset, atque iam magna Naturæ prouidentia flectitur. Huiusmodi sanè articulationis specie reliquorum digitorum secundi tertijq; coarctantur articuli. Primus autem ipsorum magna ex parte, uti antea quoque monuimus, secundo pollicis articulo conuenit. Verum longè magis illo in latus ducitur, non tamen adeò insigniter atque flectitur. Postbrachialis enim ossium capita, in interiora multum porrigũtur, deprimũturq;: in lateribus autem non admodum latescunt. sed modicè tamen etiam inibi deprimuntur : adeò ut promptior sit flexio, quàm aut extensio, aut in latus ductio. Quanquã rursus index & paruus in primo articulo priuatim id sibi uendicent, ut magis medio & anulari in latus ducantur. id quod potissimũ ex capitis postbrachialis ossis, in lateribus compressione euenit. Quòd autem quatuor digitorum primi articuli, uix in æquè acutum angulum ac secundi & tertij articuli flectantur, nõ ipsa postbrachialis ossium capita in causa sunt, ac si minus interna sede deprimerentur: sed [m] exigua quædam officula, quæ sesami seminis imagini comparãtur, hoc præstãt, quia & articulum firmant, ac ne plus æquo laxè flectatur, prohibent. Dein primi digitorũ articuli reflectuntur extenduntur'ue magis, quàm cæteri, quòd brachialis capita etiam externa sede compressiora cernantur, quàm digitorum ossium capita: quæ in nonnullis hominibus eo magis articulos extendi sinunt, quo externa sede impensius comprimũtur. Videmus enim quosdam non prima tantum digitorum internodia insigniter extrorsum inflectere, uerum & reliqua omnia, ac potissimùm tertia. Cuius rei specimen pulchrè reddit, summæ spei accuratissimiq; iudicij adolescens, generis pręterea nobilitate ac ingenuis moribus singulariq; bonarũ literarum ac uariarũ disciplinarũ eruditione cum primis clarus, IOANNES CENTVRIO GENVENSIS, qui digitos (quos habet egregiè teretes, longos, & ad omne artificiũ quàm maximè idoneos, ac perelegãtes) in posteriora adeò mirificè intorquet, ut illis aquam, perinde atque nos uola, continere queat. Quanquam is non digitorum modò articulis, uerum & alijs totius corporis, ac potissimum costarum ad thoracis uertebras, miram laxitatem nõ mediocri robore iunctam, ostendat. Atque huiusmodi ferè digitorũ est articulatio : quæ etiam haud difficulter attestatur, digitorum ossa iuxta articulos meritò crassiora euasisse, quàm in reliqua ossium longitudine. Quòd autem tertium os inferiori sua sede, qua nulli alteri coarctatur ossi, etiam protuberet, asperumq; capitulum duobus quasi unculis donatum obtineat, ideo imprimis accidit, ut toti internæ huius ossis sedi [n] tendo qui ipsum flectit adnascatur, ac demum suo fine in ossis apicem ualidissime inseratur. est enim is tendo omnium digitorum reliqua ossa mouentium facile maximus, robustissimamq; insertionem tentans. Porrò quinq; digitos oportuisse fingi, inuentu nequaquam arduum est, si expendamus, ad quæ officia digiti nobis ex usu sint. Si enim pauciores essent, permultæ actiones imperfectiùs obirentur, pluribus uerò in nullum usum indigemus. Quòd autem si pauciores formarentur, pleræq; actiones interciderent, promptè assequemur, si singulos priuatim sermone pertractemus. Pollice nanque (quem reliquis quatuor opponi expedit, quiq; ob id Græcis ἀντίχειρ, quasi promanũ dicas, nuncupatur) deperdito, omnes cæteri potestate interciderent, quum absque huius ope illos nihil agere, uel iudices ipsi doceãt, qui furibus pollicem quo potissimum crumenæ aut loculi præscinduntur, non

*Tertij pollicis ossis cum secundo articulationis ratio.*

*Primi, secũdi & tertij articulationũ quatuor digitorũ forma.*

IOAN. CENTVRIONIS *mobiles ac elegantes digiti.*

*Tertij ossis digitorum processuli.*

*Quinq; digitos iure factos.*

*Digitorum dignitas.*

*l Immitte hîc 2 figuræ G, & H in I, K. ac M in L.*

*Hæc seriatim figuræ proponũt, huic Capiti præfixæ.*

*m 1 fi. cap. 25 V, V.*

*Hæc refer ad 1 & 2 figuræ ca. 25 apices. n 6 muscu. tab. tendines musculi ≅ & ×. dein 7 tab. c, b.*



non minus quàm aurem amputare solent. Ac eadem ferè ratione etiam Athenienses Æginetis qui classe ualebant, pollicem præcindi decreuerũt. Reliquorum uerò digitorum, index ac medius, quemadmodum post pollicem situ, ita etiam usu secundi sunt. Parua enim corpora his apprehendimus, omniumq; artium opera ipsis præcipuè confici cernimus : & si quid uiolentius operamur, illos potissimum in opus asciscimus. Anularis & paruus, minorem quidem alijs usum præbent. at is nihilominus in his cernitur, in quibus amplectendum corpus circulo comprehendimus. Si enim id humidum & exiguum fuerit, digitos ad amussim constrictos ipsi circumflecti expedit. quo in opere paruus quoque est accõmodus, operculi modo alijs adiectus. porrò si aliquod durum corpus tanta mole constet, ut digiti inuicem impensè dirempti disiunctiq; id complecti debeãt, præterquam quòd id pluribus digitis aptè comprehendi, pluribusq; suis partibus digitos accedere committiq; cernimus, promptè etiam expendimus, quantum homini ex usu fuerit digitos ad latera inuicẽ adduci abduciq; plurimum potuisse. Pollex enim intus eiusmodi corpus amplectitur, reliquis interim digitis externæ sedi circumductis, totoq; corpore in eum modum orbiculatim comprehenso. Quod si fit, quis ignorat plures quinque digitos prorsus fore superfluos, quum quinque ad id munus sufficere nouerit? Quamobrem uerò digiti inæquales extruantur, mediusq; longitudine cæteros uincat, hinc colligitur, quòd digitorum extrema ad æqualitatẽ pertingere satius sit, quoties molem aliquam grandiorem in ambitu cõprehendimus: quumq; in ipsis liquorem, aut exiguũ aliquod corpus continere studemus. Grandioribus enim corporibus ualide apprehendendis, retinendisq;, uel fortiter emittendis abijciẽdisq;, æqualis undiq; apprehensio plurimũ confert. Cõspiciuntur enim in unam circuli circumferentiã quinq; digiti cõcurrere, si quando illis corpus exquisitè sphæricũ amplectimur. Præterea ad manus accuratè occludendas, quãdo uel exiguũ corpus uel humidum ad amussim cõtinere animus est, digitorũ inæqualitas usum præstat manifestũ: atq; huic functioni non mediocriter pollicis situs conducit. Pollicẽ nanq; quũ cæteris digitis in officio opponitur, ipsis quoq; situ opponi necessum fuit. At si ex opposito prorsus locaretur, mediam brachialis regionem sibi uendicans, à pluribus sanè functionibus manum impediret: ac imprimis eas interciperet, quas seorsum alterius manus uola, aut simul utrisque uolis obimus. ac proinde ex transuerso ipsum oportuit reponi, & plurimum ab alijs disiungi adiungiq;. Quum uerò transuersa manus regio ad indicem æquè, atque ad paruum digitum, consistit, propter indicem locari pollicem potius fuit, ac (uti superius commemoratum est) inferiori brachialis ossium ordini laxè articulari. Oportebat enim manus indicibus ad inuicem conuerti, auerti autem paruis digitis. quinetiam in extremis digitorum flexionibus paruus digitus nullã sedem sinit uacuam, index uerò non paruam, quę pollicis beneficio occludi obturariq; modo operculi potest.

*Digiti cur inæquales.*

*Pollicem pulchre esse situm*

## *DE OSSICVLIS, QVAE SESAMI semini comparantur. Caput XXVIII.*

*HVIC Capiti præcipuè famulatur prima figura uigesimo quinto Capiti præposita, & internam summæ manus sedem unà cum osiculis hoc Capite describẽdis cõmonstrans: ad characteres nimirum N, T, V, V, X & Y. quorum etiam N & T, in secunda eius Capitis figura cernuntur. Item huc impensè facit secunda figura trigesimo tertio Capiti prælocanda, ad characteres μ (quod etiam inibi in prima uisitur figura) ψ, ω & ∗. Quin etiam figuræ integram ossium compagem referentes, hæc ossicula k notata proponunt.*




*Cæterũ priuatim hac tabella duo delineantur ossicula, primo pollicis in pede internodio subiecta, ac in nuper dicta figura ω & ψ insignita. ac A quidem hîc notat interioris ossis inferiorem sedem, terræ innitentem: B eiusdem ossis superiorẽ sedem, quæ caput spectat pedij ossis pollicem sustinentis. C exterioris minorisq; ossis humiliorẽ sedem indicat: D uerò superiorem.*

DISSECTIONVM professores quorundam [a] osiculorũ meminerunt, quæ quidem articulos implere, stringere, ac quò minus luxationi reddentur obnoxij, firmare docent. at interim in quibus'nam reponantur articulis, quibusq; sedibus adinueniantur, neminem scripsisse scio. Quapropter etiam non inopportunè faciam, si modò quibus'nam in locis eius generis officula repererim, hîc subiecero: unumquemq; interim admouens, ut etiam in pluribus articulis, quàm ego iam enarraturus sum, eadem inquirat. Sensim nanque & temporis successu illa in pluribus obseruaui articulis, quàm prima

*a Videntur hæc illis figuris, quæ in cap. initio recensui.*

*Quibus sedibus sesamina officula reponantur.*

 fronte

*In manu.* fronte mihi occurrêre. Primùm itaque in interna sede secundi pollicis articuli, quo primum ipsius os secundo articulatur,[b] duo reponuntur ossicula utcunque rotunda, & solida, & non multum ab orizæ seminis forma discedentia. sunt enim paulo quàm semen ipsum breuiora, ue rum, ut oryzæ semen una parte depressum uisitur, sic & horum ossiculorum pars depressa, mo diceq; cauata, & cartilagine ea parte incrustata est, qua primo pollicis ossi ambo cõmittuntur. Incumbunt enim primi ossis capitis internæ sedi ad ipsius capitis radicem, & ubi id primùm cartilagine obduci læuigariq; incipit, ac unum ossiculum latus externum interioris sedis capitis, alterum uerò internum latus eiusdem sedis occupat: & utraque per illorum, quo inuicem dirimuntur interuallum[c] tendinem ferri sinunt, tertium pollicis os flectentem. Quum uerò hæc ossicula illi pollicis ossi ualidè colligentur, externa parte gibba sunt, & ossium sedem refe runt quæ ligamenta educit, tendinumq; insertionem excipit. Ad hunc sanè modum, in primis reliquorum digitorum internodijs[d] duo quoque ossicula reperiuntur, eodem situ posita, tanto; pollicis ossiculis minora, quanto ad paruum digitum propiùs accesseris. Illius enim primo articulo, aut potius capiti postbrachialis ossis paruum sustinentis minima & quodammo do cartilaginea adnectuntur ossicula. Reliqui autem digiti medio se habent modo. Præterea in senibus & osseis (ut sic dicam) hominibus[e] unicum ossiculum aliquando in interna sede tertij pollicis articuli positũ animaduerti, quod[f] sinui capita secundi ossis dirimenti, in interna sede præponebatur. Huiusmodi etiam[g] ossiculum nõnunquam in singulis digitorũ secundis & tertijs internodijs mihi occurrit, sed adeò exiguum ut uix milij seminis magnitudinẽ æquet. adeò ut nisi in repurgãdis ossibus accuratissimè caueris, id (quemadmodum etiam à primis articulis) unà cum ligamentis abijciatur, neque unquam se spectandum offerat. Huius etiam generis[h] ossiculum notatu dignæ magnitudinis illic plerunque obseruatur, ubi postbrachialis os paruum digitum suffulciens, octauo brachialis ossi articulatur. atque ita manus extremæ os-

*In pede quæ ossicula habeantur.* sicula se habent. In pede autem[i] unum similiter inuenimus, ubi pedij os paruum digitum susti nens tesseram imitanti ossi coarctatur, illi prorsus respondens, quod postremo loco in manu recensui. In primis uerò pedis digitorum articulis huiusmodi[k] ossicula difficulter, præterquam in pollice obseruantur. in senibus tamen, quòd maiuscula sint, promptius se offerunt. In secundis autem & tertijs articulis, illa nunquam inueni, præterquam in secundo pollicis internodio, cui grande satis[l] ossiculum subijcitur. Quanquam quæ primo pollicis internodio subijciuntur, multo insigniora ossicula sint, & horum rursus internũ externo longe grandius. Hęc quà capiti pedij ossis (quod pollicis primi ossis sinum subire dicemus) cõmittuntur, leuiter sinuata sunt, & cartilagine incrustata, illius capitis gibbo pulchrè conueniũt. Inferiori autem sede, qua terram spectant, orbiculata sunt, & dimidiæ parti emundatæ pisæ non absimilia. Hæc profecto longè sunt solidissima, & præterquam quòd primo pollicis præficiuntur articulo,[m] tendinem muniunt, quo secundum pollicis os flectitur. Ipsa enim utrinque ad tendinis latus protuberantia, quo minus à pedis in terram innixu tendo comprimatur, eleganter præcauent. Atq; alterum horum ossiculorum illud est, cuius magi & occultæ philosophiæ sectatores adeò pro-

*Ossiculi magis ac occultæ philosophiæ sectatoribus familiare.* lixè meminerunt, quando in homine os quoddam esse tradunt ciceris imagini respondens, nul liq; corruptioni obnoxium, quod in terra post mortem reconditum instar seminis hominem in extremi iudicij die producturum affirmant. Est sanè utrunque os, sed potissimum exterius, mundato ciceri perquàm simile, si modò id ad mediam ciceris partem referas: aut si utrunque os iunxeris, integrum cicer effeceris, quantum scilicet ad imaginem spectat. Dein in grandioribus hominibus internum id ossiculum etiam tantum est, ut tessera ex ipso prompte paretur. In hoc tamen ab Arabum illorum commentis ossicula hæc differũt, quòd aliorum ossium modo frangantur, exuranturq; : quanquam sanè corruptioni admodum reluctantia, ac ut prius dictum est, solida sint. Dogma autem, quo ex eiusmodi ossiculo hominem, cuius nunc immensam narramus fabricam, propagandum contendunt, Theologis disceptandum relinquemus, qui sibi solis liberam de resurrectione animarumq; immortalitate altercationem & sententiam uendicant. Atque illorum etiam causa nunc de mirabilibus occultisq; dextri pollicis interni officuli uiribus nihil subijciemus, quantumuis etiam suspẽsi furis, ac interdum simul amatoris, uel ex publicis sectionibus eius ossis melior nobis suppetat copia, quàm illis tribus apud Venetos truculentissimis scortis, quæ nuper huius officuli, cordisq; pueruli uirginis masculi, comparandi gratia, infantem trucidarunt, uiuoq; cor exemerũt, ac (uti erant dignissimæ) flagitij sui grauissimas pœnas dederunt. Porrò officulum id Arabibus ac uerè occultis tene-

*Albadaran.* bricosisq; illis philosophis, Albadaran nuncupatum esse, superstitiosis quibusdam uiris notius, quàm Anatomes studiosis, est: qui & quartum brachialis os ciceri assimilare possent,

DE

*b* 1,2 figur. cap. 25 T.

*c* 6 muscu. tab. e, de in d.

*d* 1 fig cap. 25 V,V.

*e* respondet illi quod * notatur fi. 2 cap. 33.

*f* 2 fig cap. 27 L.

*g* 1 fig. cap. 25 X,X.

*h* 1,2 fi. ca. 25 N.

*i* 1,2 fi. cap. 33 μ.

*k* 2 fig. cap. 33 V,u.

*l* eiusdem fi. figur. *.

*m* 15 musc. tab. sub 18 ossicula uidentur. tendo autem 14 muscu. tab.



# DE OSSIBVS, QVAE OSSIS SACRI lateribus committuntur. Caput XXIX.

PRIMA VIGESIMI NONI CAP. FIGVRA.

SECVNDA.

TERTIA.



TRIVM PRAESENTIVM FIGVRARVM ET EARVNDEM CHAracterum (qui pro Capitis contextus serie mutuò se consequentur) Index.

*HIS tribus figuris os delineatur, dextro sacri ossis lateri cõmissum. ac prima quidem huius ossis anteriorem sedem eo situ exprimit, quo id in sceleto ab anteriori regione inspecto se offerret. quemadmodum in prima figura trium illarũ est cernere, quas huius libri calci subijciam. Secunda figura huius ossis sedem undecunq; exprimit, quæ externa est, corporisq; interiora non spectat, eo nimirum situ quo id os integram ossium compagem ex dextro latere intuenti occurreret. Tertia autem figura opposito situ internam huius ossis sedem appositissimè ostendit. Cæterùm etsi omnes harum figurarum notæ priuatim aliquid, ut mox persequar, indicent, ipsis tamen obiter integrum quod hic delineatur os, in ilium os, & coxendicis, pubisq; subdiuidere licebit. Vt scilicet in secunda figura à c, per b, ad S: ac rursus in tertia, ab S, per N, ad c lineam duci fingeres, ilium os à coxendicis osse quodammodo terminantem. Quicquid enim supra hos habetur characteres, ilium os nuncupabitur. Quod autem inter hos characteres, & in secunda*

Φ. *figura inter V, per ſ, & h, ad Φ: & in tertia inter V, per O, & ſ, ad Φ intercluditur, coxendicis ossis loco nobis erit. Reliqua uerò totius ossis sedes, pubis os appellabitur: quæ scilicet in secunda figura ad sinistrum latus characterum V, ſ, h, & Φ consistit. In tertia autem ad dextrum V, O, ſ & Φ.*

*A, B,* C, D, E, F, G *in 3 Sedes ilium ossis notatur, quæ sacri ossis transuersis nectitur processibus. ac A quidem, & B priuatim indicant sinus, quos anterior trium superiorum ossis sacri ossium transuersorum processuum protuberans pars subit. Et B rursus ossis ilium partem indicat, instar cultri acutam tenuemq;. C & C oblongum tuber ilium ossis, sacri ossis processuũ oblongo sinui congruens. D & D longus ilium ossis sinus, qui sacri ossis tuber dorsi spinæ modo protuberans admittit. E & F & G sedes ilium ossis, non ad amussim sacri ossis sinibus tuberibusq; respondens. quanq; E & F duo ueluti tubera indicentur, sinus sacri ossis obscurè ingrediẽtia. G autem sinus notatur, qui ossis sacri tuber admitteret, transuersim duos illos sacri ossis sinus*

*intercedens. At huiusmodi non admodum accuratè exprimuntur, quum hæc ossis sedes aspera, inæqualis & effractæ rupis modo uariam se spectandam offert.*

*H,I,2,3 Quicquid ad dextrum H & I in secunda figura habetur, & in tertia ad sinistrum, portionem ilium ossis indicat, posteriùs quàm transuersorum sacri ossis processuum amplitudo educta.*

*L,R,R,P in prima: Q uerò, H,R,R,P in secunda: & P,L,H,Q in tertia, Appendix ilium ossis indicatur. Cæterum L internum appendicis latus priuatim notatur. R uerò & R externum appendicis latus, interno minus compressum. P anteriùs appendicis extremũ, Q posterius appendicis extremum.*

*K,K 3 Sedes ad horum characterum sinistrum consistens latus, nono dorsum mouentium musculo principium præbet.*

*M,N,O 3 Tuber, à quo principium decimi femur mouentis musculi pendet. Amplitudo autem, quam P,L,K,K,M,N,S in tertia figura notauimus, aut quæ illis characteribus circũscribitur, principium offert septimo femur mouenti musculo.*

*T 1,2,3 Sinus in elatiori coxendicis ossis sede cælatus, & sexto ac septimo femur mouentibus musculis unà cum primo crus petente neruo uiam præbens.*

*S 1,2,3 Tuber externum latus dicti nunc sinus constituens.*

*X 1,2,3 Tuber internum dicti nuper sinus latus efformans.*

*Z,Y 2 Prima in ilium ossis dorso admodum obscurè apparens linea.*

*a,b 2 Secunda dorsi ilium ossis linea.*

*e,f,g 1,2 Sinus & acetabulum coxendicis ossis, cui femur inarticulatur. Porrò g separatim huius sinus sedem notat læui lubricaq; cartilagine non incrustatam, altiusq; quàm reliqua sinus superficies, insculptam.*

*i,i 1,2 Supercilia acetabuli in coxendicis osse cælati.*

*h 1,2 Sedes ubi supercilia intercidunt, ac ueluti sinu quodam insigni donantur.*

*c 2,3 Sedes, qua neruus cæterorum corporis maximus, atq; ex pluribus neruis conflatus porrigitur.*

*d 2,3 Processus coxendicis ossis, à quo ligamentum ad sacrum os enascitur.*

*k 1,2,3 Sinus coxendicis ossis, ad quem decimus femur mouentium musculus, ueluti ad rotulam mirabili Naturæ industria reflectitur.*

*l,m,n,o,p,q In secunda figura, l autem duntaxat in prima coxendicis ossis appendix notatur. ac l quidem posterior appendicis terminus insignitur: q uerò anterior, m autem prima appẽdicis impressio, o secunda, n tertia, p ad q usq; quarta.*

*u,u 1,2 Sedes notatur, qua dextrum pubis os, cartilaginis interuentu sinistro coalescit. Sed u in prima figura priuatim notat ossis asperitatem, à qua cartilago abscessit. in secunda uerò, externa eius ossis sedes uisitur, quæ musculorum educendorum occasione aspera est.*

*r 1,2,3 Pubis ossis foramen, omnium ossium foraminibus patentissimum.*

*V 1,2,3 Sinus superiori pubis ossis sedi incisus, quo maxima crus petens uena & arteria, ac in uiris seminaria uasa deducuntur.*

*s 1,2,3 Sinus in elatiori foraminis pubis ossis sede insculptus, ac uenæ & arteriæ, tertioq; crus petenti neruo, uiam porrigens.*

*t 1,2,3 Hac sede pubis os nonnihil crassescit, ne nimium extenuetur, & in uiris secundum penis musculum, & alterum ipsius corpus, educit.*

*Lib. de Ossibus cap. 20.* *Ilium os.* *Pubis.* *Coxendicis.* *In lib. de Articulis.*

TRANSVERSIS trium superiorum ossis sacri ossium[a] processibus, utrinque unum connectitur[b] os, cui integro nullum nomen Galenus inditum affirmat. Lata enim ipsius, & superior, ac posterior, sacroq; ossi commissa pars, Ilium os uocatur: anterior uerò eiusdem ossis pars, qua in pubis regione cum alterius lateris osse[c] committitur, ampliterq; perforatum est, Pubis os: media autem sedes ad femoris ingressum posita, Coxendicis os appellatur. adeò ut unius lateris os non secus denominetur, quàm si tribus propria circumscriptione terminatis ossibus extrueretur: posteriori scilicet, anteriori, & medio: seu ilium osse, pubis osse, & osse coxendicis. Cæterũ Celso uniuersum os, coxæ os: autori uerò Introductorij seu Medici, quemadmodũ & Hippocrati nonnunquã ἰσχίον (quod est coxẽdix) dicitur. quamuis interim & latiorem posterioremq; huius ossis partem ilium, anteriorem uerò pubis

*a 2 fi. ca. 18 à superiori L per M ad L. Sinus autem tuberaq; processuũ, N, O, P, Q, ⊕ indicantur.*
*b tota 1,2 3 fi. Integrarum uero figurar. ⊕. Quo modo autem horum ossium sedes circũscribendæ sint, ex characterũ indice petendum est.*
*c integra. fig. 1.*



pubis os uterq;, aliorum dissectionis professorum modo nuncupet. Arbitror autem sola nomina sectantium uenia etiam quum alterius tantùm ossis latæ partis mentio mihi incidet, Ilium os posse dicere, quum ilis aut ile usurpatu minus frequens sit. His itaque ossibus maxima in usu cum scapulis est affinitas. ut enim scapulæ potissimum articulandis humeris formantur, ita sanè hæc ossa in hoc præcipuè sunt accommoda,[d] ut femora ipsis articulentur, horumq; ope homo erigatur, & sedeat. Dein, ut scapula cernitur ampla, uarijsq; processibus donata (quo musculis pluribus admittendis, educendisq; aptior esset) sic hæc ossa omnem ferè constructionis rationem in eum modum fabricatam ostendunt, ut ab ipsis omnes propemodum femur mouentes musculi pronascantur, præter alios qui ab his ossibus principium ducentes tibiarum, & thoracis, & dorsi motibus famulantur. Cæterum quí nam musculi ab his ossibus enascantur, quiq; in ipsa implantentur, orationis series ossium partes enarrans, sensim edocebit. Nunc autem minimè prætereundus est horum ossium usus nequaquam infimus, quo communi ossium modo, reliquis corporis partibus instar fulcrorum subijciuntur, reliquasq; partes continent & amplexantur.[e] Duo enim hæc ossa simul cum sacro osse ueluti peluim quandam efformant,[f] quæ intestina concinnè sustinet, & uesicam, & in fœminis uterum elegantissimè continet, ac demum eas, quas amplectitur partes, tutò munit. Primùm itaq; ilium ossis,[g] sedes sacro ossi commissa, egregiè uaria est: quemadmodum sacri ossis transuersus processus ea sede, qua ilium ossibus connectuntur, admodum uarios multiplicesq; esse retulimus. Singulis nanque illorum processuum sinibus, ilium ossis tubera, & eorundem processuum tuberibus, ilium ossis sinus ita correspondent, ut uarijs partibus mutuo ingressu ilium os sacro committatur: non quidem connexu ad motum constructo arbitrarium, aut sinibus tuberibusq; læuibus & cartilagine lubrica incrustatis, uerùm cõnexu ualidissimo, & in symphysis seu unionis classem quasi referendo. quæ cartilaginosi ligamenti, aut potius puræ cartilaginis interuentu perficitur. Cæterùm ossis ilium sinuũ, & tuberum quibus id sacro ossi cõmittitur forma, ex sacri ossis descriptione læui negocio petitur. Vt enim transuersos sacri ossis processus primùm oblongo sinu donari dictum est, ita etiam ilium os,[h] oblongum tuber sinui congruens obtinet. & quia processuum sinus anterior pars, sinus'ue supercilia, satis insigniter protuberãt, porrigũturq;, ilium etiam ossi ad anteriorem oblongi sui tuberis sedem[i] sinus insculpuntur, quos protuberantes illæ processuum partes subeunt. Vbi autem humilima eorum[k] sinuum sedes conspicitur, ilium os quasi in cultri modum exacuitur, ut eandem cum quarti ossis sacri ossis[l] transuerso processu superficiem constituat. Rursus oblongo sacri ossis tuberi, quod instar spinæ in processuum sinibus eminere relatum est,[m] oblongus etiam ilium ossis sinus conuenit, tuber id ad amussim suscipiens. Porrò duobus processuum sinibus ad posteriorem dicti nunc tuberis sedem consistentibus, & tuberi transuersim in illorum sinuum medio prominenti, ilium os nõ æquè concinnè[n] respondet, quum scilicet non adeò procerè extuberet, atq; illi processuum sinus altè cælantur. Neque etiam ilium os, illorum sinuum tuberi, sedem, qua id susciperetur, parat. atque (ut semel dicam) sacrum os ilium ossi non admodum hac sede, ubi duo illi ossis sacri processuum sinus conspiciuntur, conterminum est, sed plurima cartilago ligamenti natura participans, hæc ossa intercedit, totam amplitudinem, qua inuicem ossa dehiscunt, infarciens. Vniuersa igitur ilium ossis sedes sacro commissa, aspera est, ac inæqualis, & insigniter crassa: quemadmodum & reliqua ossa illis sedibus quibus inuicem compinguntur, ampla crassaq; ideo esse nouimus, ut ualidiorem ampliorem q; connexum efficerent. Atque hæc crassa ilium ossis pars[o] in posteriora longè magis quàm transuersorum sacri ossis processuum amplitudo, porrigitur prominetq;: tum quòd ilium os amplissimum latissimumq; scapulæ modo esse oportuit, ut femur mouentes & alios plerosque musculos paulo pòst enarrandos, à se pronasci sinat: tum, ut ad posteriorem sacri ossis sedem aptum cõstitueret locum, à quo[p] quartus hominis thoracem mouentium musculus principium duceret: unà cum dorsum mouentium[q] undecimo, qui simul cum illo thoracis musculo ab interno latere ossis ilium (quà id in posteriora ferri diximus) & ab ossis sacri posteriori sede, originem nanciscitur: similiter ac[r] musculus dorsum mouentium decimus tertius, ab hac etiam ossis sacri, & ilium ossis sede, initium sumẽs. Porrò reliqua ilium ossis amplitudo planæ semicirculari figuræ non absimilis, superiori sua sede secundùm totã semicirculi circumferentiam,[s] appendicem obtinet, quæ ueteribus Spina ilium ossis dicebatur. Ipsi nanq; dorsum ilium ossis uocarunt, externam suæ amplitudinis sedem, quia hæc ampla est, &, si cum interna conferatur, quodammodo gibba. Appendicis autem sedes extrorsum prominet, ac ueluti illius dorsi spina iure censetur. Verùm & si ueteres hæc nomina rectè instituerint, & Galenus quoque eorum nominum, ut & ossis sedium differentiã, apud illos fuisse animaduerterit, nihilominus is subinde Dorsum cum Spina in tibiam & femur mouentiũ musculorum descri-
ptione

*d integrarum figur. A in ⊕.*
*e 1,3 integ. fi. ⊕ cũ M.*
*f Petuntur hæc ex 5 li. figuris, præcipuè autẽ 22, 24, 25.*
*g 3 fi. A,B, C,D,E,F, G.*
*h 3 fi. C,C. & dein seriatim confer cum 2 fig. cap. 18.*
*i 3 fig. A,B.*
*k 3 fig. B.*
*l 2 fi. cap. 18 humilius L.*
*m 3 fig. D, D.*
*n 3 figu. E, F dein G.*
*o 2,3 figu. H,I.*
*p 12 muscu. tab. Δ.*
*q 13 musc. tab. r.*
*r 14 musc. tab. T,V.*
*s 1 fi. L,R, R. 2 fig. H, R,R,P. 3 fi. P,L,H,Q.*

*Ossium sacri ossis lateribus cõmissorum usus.*
*Ilium ossis sedes sacro ossi commissa qualis.*
*Iliũ ossis pars retrorsum magis quàm sacri ossis transuersi processus exporrecta.*
*Ilium ossis appendix.*
*Spina.*
*Dorsum.*
*Lib. 2 de Administ. dissect.*

ptione confudit: quod nos, quoad licebit euitãtes, Dorſum oſſis ilium ſuæ amplitudinis externam regionem appellabimus: Spinam uerò, ſemicircularem ipſius appendicem, quæ aſpera inæqualisq́ &[t] interno[u] externoq́ latere compreſſa uiſitur. Comprimitur quidem interna ſede, ut hæc inibi amplior euadat, & carnoſam[x] tranſuerſi abdominis muſculi partem, illinc aptius educat. Externo autem latere appendix cõprimitur, ampliorq́ fit, ut potiſſima obliquè [y] aſcendentis abdominis muſculi carnea pars hinc principium ſumat, & obliquè[z] deſcendens abdominis muſculus ipſi inſeratur. His enim tribus muſculis uniuerſa ſuperior appendicis ſedes occupatur. atque ut illi ampliores carnoſioresq́ in iliũ lateribus quàm iuxta dorſum, aut in abdominis anteriori ſede ſunt, ita quoque appendicis[a] pars, quæ abdominis latera reſpicit, anteriorq́ eſt, unà cum ilium oſſis ſede, cui appendix committitur, craſſior eſt, quàm[b] pars uertebris & dorſo proxima.[c] Anterius uerò appendicis extremũ, anterior'ue ſpinæ ilium oſſis pars ideo eſt craſsiſſima, quòd præter abdominis muſculos ipſi commiſſos, duobus muſculis principium porrigat, quorum[d] alter tibiæ motorũ primus,[e] alter autẽ ſextus cenſebitur. Ab interna ilium oſſis amplitudinis ſede, primùm[f] muſculus enaſcitur, qui dorſi motorum nonus erit, qui ex[g] læui, ſed utcunque ampla ilium oſſis impreſsione (quæ ad regionem tranſuerſi quintæ lumborum uertebræ proceſſus conſpicua eſt) ortus ſui portionem adipiſcitur. Verùm præter hanc ilium oſſis compreſsionem,[h] alia magna ipſius eſt amplitudo caua, & minimum aſpera, quam[i] muſculus occupat femur mouentium ſeptimus, quem carneo amploq́ principio inſtar ſemicirculi ex interna hac iliũ oſsis amplitudine pronaſci, ac deinde ſenſim arctari, ſimulq́ cum [k] ſexti femur mouentiũ muſculi tendine,[l] primoq́ crus petẽti neruo, per[m] ſinũ ferri docebimus, ſibi priuatim in coxendicis oſſe exculptum. In elatiori enim coxendicis oſſis ſede, iuxta ſuperiorem[n] acetabuli, cui femoris[o] caput inarticulari audies, regionem, ſinus inciditur amplus, & muſculis hac deſcendentibus reſpondens, qui in mundato oſſe foraminulis quibuſdam in hoc oppletus cernitur, ut is ligamentum educat, cuius beneficio os inibi læue lubricumq́, ac ueluti ſmegmate inunctum cernitur, ut rectè ad hunc ſinum ſeptimus ille femoris muſculus, unà cum ſexti muſculi tendine, reflecti atque conuolui queat. Vtrinque ad huius ſinus latera,[p] unum inſigne ſatis prominet tuberculum hunc ſinum augens, ac quo minus hàc deſcendentes muſculi ex ſinu declinent, autor. Verùm præter hunc uſum, tuberculum ad externum ſinus latus conſiſtens,[q] nonum tibiam mouentium producit muſculum, cuius etiam uſus gratia utcunque amplum inæqualeq́ uiſitur,[r] paruum ſinulum inſtar ſciſſuræ ſibi uendicans, à quo fortis ille muſculus enaſcitur. Alterũ uerò tuber, internũ ſinus nuper dicti latus conſtituens, plurimùm ad coxendicis oſſis robur confert, quod neceſſariò craſſum ualidumq́ eſſe oportuit, tum articulationis roborisq́ nomine, tum etiam quòd id totius corporis altiſsimo ſinu, cui femur articulatur, cælandum fuerat. Atque huius etiam uſus occaſione, ilium os interna ipſius ſede ad elatiorem ſui cum ſacro oſſe connexus regionem,[s] craſſum ualidumq́ redditur, & ueluti ad ſecundi tuberculi internam ſedem continuo tubere porrigitur, quod non ſolum coxendicis oſſis robur adauget, uerumetiã principium offert[t] muſculo femur mouentium decimo, qui internam pubis oſſis ſedem occupans, femur extrorſum circumuertit. Porrò ab ilium oſſis dorſo, ſeu externa ipſius amplitudine, quæ interiori ipſius oſſis ſede aſperior eſt,[u] tres potiſſimum enaſcuntur muſculi, ſuis principijs totũ ilium oſſis dorſum occupantes. Ac primus quidem muſculus femur mouentium primus numerabitur, magna ex parte poſteriorẽ ilium oſſis dorſi ſedem ſuo principio opplens. Quantam uerò huius ſedis portionem occupet,[x] duæ admodum obſcurè in ilium oſſis dorſo prominentes lineæ indicãt, quæ ſemicirculi inſtar ductæ, ilium oſſis dorſum ueluti in tres ſedes diſterminant. prima harum extra primam conſiſtens lineam, à primo femur mouentium muſculo occupatur. Secunda uerò inter primam lineam & ſecundam conſpicua, muſculum educit, qui femur mouentiũ ſecundus cenſebitur. Tertia ſedes, quæ à ſecunda breuioriq́ linea ad coxendicis uſq́ articulum pertinet, tertio femur mouenti muſculo principium porrigit. Atque in hunc ſanè modum oſſis ſacro oſſi commiſsi ampla, & quæ ilium os dicitur, pars ſeſe habet: media uerò pars, quæ coxendicis os nuncupatur, etiam magna ex parte explicata eſt. Diximus enim ea parte os craſſius ualidiusq́ fieri, ut uniuerſum corpus uni innitens cruri, fortiùs ſuſtineret, aptaq́ ſedes fieret, cui ſinus articulando femori idoneus incideretur. Huic enim coxendicis oſſis ſedi[y] amplus rotundusq́, & omnium corporis ſinuum cui oſſa articulantur profundiſsimus ſinus inſculpitur, nõ omni ex parte læuis, lubricaq́ cartilagine incruſtatus. In anteriori enim ipſius ſede, non modica[z] portio altius quàm reliqua illius circumferentia inciditur, ac aſpera cæcisq́ foraminulis quibuſdam oppleta cernitur,[a] ligamenti producendi gratia, quod teres in medium, ſeu uerticem femoris capitis inſeritur. Deinde præſentis ſinus[b] ſupercilia in anteriori ipſius ſede leuiùs, quàm in poſteriori protuberant, quòd ſci-

licet

*Quibus muſculis appendix occupetur.*
*Quibus interna ilium oſſis amplitudo.*
*Sinus coxendicis oſſis ſuperiori ſedi inſculptus.*
*Sinus tubera.*
*Quomodo coxendicis oſſis robori ſit proſpectum.*
*Iliũ oſſis dorſi lineæ, & ipſum occupantes muſculi.*
*Acetabulum femori articulando paratũ.*

t 1,3 fig.L. u 1,2 fi.R, R. x 6 muſcu. tab.Δ. y 4 muſcu. tab.Π. z 3 muſcul. tab.Θ. a 2 figu.ab R per R ad P. b 2 fi.ab R per H ad Q. c 1,2,3 fi.P. d 3 muſ.ta. Σ. dein ſ. e eiuſdẽ ta. Φ. dein x. f 8 muſcul. tab.Ξ. g ad ſiniſtrum latus K,K. figuræ 3. h inter P, L,K,K,M, N, S fig.3. i 8 muſcul. tab.Λ. k eiuſdem tab.Θ. l 2 fig cap. 11 libr. 4 charac.57. & 10 muſ. tab.ſ. m 1,2,3 figur.T. n 1,2 fig.e, f,g. o 1,2 fi.ca. 30 A. p 1,2,3 fig. externum tuber S inſignitur, internum uerò X. q 4 muſc. tab.Φ. r S in primæ figuræ ſinulo ponitur. s 3 fig.M, N,O. t 16 muſc. tab.F,G et 13 tab.Γ. u primus 9 muſcu.tab. Π. ſecundus 10 tabu.Σ. tertium 11 tab.Σ. x 2 fig.Z, Y. una linea, altera a,b. eiuſdem figur. y 1,2 figur. e,f,g. z 1,2 fig.g.



licet femur ſedentibus magis in angulum flecti oportebat, quàm ſtantibus aut aliud quid agentibus extendi, aut in poſteriora duci. Præterea in[c] humiliori coxendicis acetabuli ſinus'ue ſuperciliorum ſede, id quoq́ animaduertendũ eſt, ſupercilia nõ cõtinuo ductu orbiculatim ferri, ſed incidi ac intermiti, ac ueluti iter parare[d] uenulæ hac in aſperam & cartilagine nõ obductam acetabuli ſedem exporrectæ, articuloq́ alimentum ſuppeditanti, à quo uiſcidus humor (quem in hoc articulo plurimum coaceruari decet) adaptetur, cuius demum auxilio articulus promptè mobilis euadat. Ne tamen ſinus huius in ſupercilio inciſi ratione, articulus luxationi obnoxius reddatur, Natura ualidum cartilagineumq́ ligamentum orbiculatim ſupercilijs adnexuit, quod nullibi intermiſſum apparet, ſinumq́ adhuc magis quàm ſupercilia adauget, & uenulæ illi uiam præbet, inter os & poſteriorem ipſius ligamenti ſedem prorepentis, ut uena ſimul tutò feratur, & ſinus ille luxandi promptitudinẽ non adiuuet, utcunque etiam hàc femur crebrius luxari cernamus. At de ligamentis uenisq́, ſuis agemus locis. Nunc autem perpendenda ueniunt cæca foraminula, paſsim in coxendicis oſſis acetabuli ſuperciliorum externa ſede in hoc parata, ut ualidiſsimum educant * ligamentum, orbiculatim femur coxendicis oſſi colligans. Quinetiam in hoc oſſe[e] ſedes animaduertenda eſt, quæ inter ilium oſſis anteriorem partem, quæ ſacro cõmittitur oſſi, & poſteriorem coxendicis regionem conſpicitur, & ut[f] neruo uiam præbeat exculpta, qui crus adeuntium quartus, omniumq́ corporis neruorum ex pluribus compoſitus maximusq́ exiſtit. Eſt quoq́ hîc obſeruandus coxendicis oſſis[g] acutus proceſſus, qui[h] ligamentum educit, in[i] tranſuerſum proceſſum quinti ſacri oſſis pertinens, & qui[k] muſculo principium porrigit, quem aut decimo femur mouẽti muſculo aſcribemus, aut priuatim undecimum femur mouentium numerabimus.[l] Neq́ etiam prætereundus uenit ſinus coxendicis oſſis poſteriori internæq́ regioni ſub dicto nuper proceſſu exculptus, ad quem mira Naturæ ſolertia ueluti ad trochleæ rotulam decimus femur mouentium muſculus reflectitur. Inſuper nõ perfunctoriè coxendicis oſſis[m] appendix indagabitur, toti infimæ ipſius ſedi, cui ſedentes innitimur, adnata. Appendix hæc oſſis, cui coaleſcit, amplitudinem ſeruat: quòd cùm roboris gratia, tum muſculorum exortus cauſa inſigniter craſſum, & utcunque amplum uiſitur. Ab hac enim appendice, ut minimum, quatuor grandes exoriuntur muſculi, quorum ſingula capita[n] priuatim in appendice impreſsionem ſedemq́ ſibi uendicãt, in emundato oſſe ſatis conſpicuam.[o] Ac primus quidem muſculus tibiam mouentium tertius erit, qui ab elatiore eius appendicis ſede principium ducit.[p] Secundus tibiam mouentium quartus habebitur, atq́ huius principium minus quàm primi muſculi latum eſt, ac magis uerſus anteriora, iuxta extimum primi muſculi latus pronaſcitur.[q] Tertius autem muſculus, mihi tibiæ motorum quintus habebitur.[r] Quartus uerò, maxima portio eſt eius muſculi, quem Galenus quintum tibiam mouentium recenſet, mihi autem femur mouentium quintus conſtituetur: qui maximam præſentis appendicis ſedem ſuo principio occupans, totius corporis muſculorum facile maximus eſt. Sic itaque media eius, quod deſcribimus, oſſis pars ſe habet, quam coxendicis os nuncupamus. Anterior uerò, quæ Pubis os dicitur, tenuis utcunque cernitur, & dextrum os ſiniſtro [s] cartilaginis interuentu quaſi unionis modo cõmittitur. quo enim homo ætate fit prouectior, eo ſemper connexus iſte minus cartilagine oppletur, minus'ue cartilaginis oſtendit. Atque id uiris pariter ac mulieribus commune eſt. Neutiquam enim ob uulgi ſententiam arbitrandum eſt, pubis oſſa uiris eſſe cõtinua, mulieribus autem in hoc cartilaginis interuentu compacta, ut partus tempore remitti atque inuicem diſiungi queant. Parturientibus nanq́ mulieribus (uti neque quadrupedibus) hæc oſſa inuicem haud diſiungũtur: uerum id mulieres in hoc oſſium coalitu peculiare ſibi uendicant, quòd ipſis non tam longa linea, atque in uiris, committuntur. Deinde coxendicis oſsium infimæ partes, dextram dico & ſiniſtram, in mulieribus mutuò longè magis diſtant, quàm uiris. Præterea infimæ pubis oſſium partes inuicem ſub ipſorum connexu diremptæ, multo etiam magis mulieribus quàm uiris ſeiunguntur ac diſtant. Adeò ut in mulierum oſſibus uacua ſedes inter coccyx os[t] & internas regiones infimarum partium coxendicis oſſium, multo amplior quàm in uiris occurrat. hæcq́ differentia tam eſt inſignis, ut uel ipſa abundè doceat, pubis oſſa in partu non recludi, etiam ſi tactus inter pariendum, idem non leui opera atteſtaretur. Quantum uerò ad hanc amplam ſedem magis adhuc partus tempore dilatandam[t] coccyx os iuuet, licet animalia, quæ caudã habent, id liquidò parientia oſtendant: tamen id quoque in mulieribus obſeruare integrum eſt, quibus id os extrorſum caudæ modo adeò porrigitur, ut etiam huius oſſis gratia ipſis ſedes in circulum inciſæ apud omnes quas unquam uidi nationes adaptentur. Atque ideo etiam pleræq́ mulieres genibus innixæ, & aliquantiſper antrorſum inflexæ fœlicius pariunt: quemadmodum contrà erectæ, aut retrorſum inclinatæ, difficilius. Atque ita excludendo fœtui Natura fœminis proſpexit. Quò au-

tem

*Sinus quo craſsiſſimus corporis neruus fertur.*
*Coxendicis oſſis acutus proceſſus.*
*Sinus ad quẽ decimus femur mouentium muſculus uoluitur.*
*Appendix coxendicis oſſis.*
*Lib.2. de Adminiſt. diſſect.*
*Pubis oſſis hiſtoria.*
*Oſſium ſacro oſſi nexorum in uiris & mulieribus differentia.*

a 2 fig.ca. 49 lib.2 P. b 1,2 fi.i,i. c 1,2 fig.h. d fig. cap. 6 lib.3 præpoſitæ u. * fig. ca.1. lib. 2 P,P. e 2,3 fig.c. f 2,3 fi.ca. 11 li.4 charact.71. g 2.3 fig.d. h 13 muſc. tab.Θ. i 1,2 fi. ca. 18 R. k 13 muſc. tabu.x. aut 12 tabu.β. ubi decimus muſc. α inſignitur. l hîc ſpecta 13 muſc.ta. r,ſ,t,u,x, y,z. m 2 fi.l poſteriorem, q autem anteriorẽ appendicis ſedem notat. n 2 fig.prima impreſſio m, ſecũda o, ter.n, quar. à p ad q. o 10 muſc. tab.Φ. p eiuſdem tab.Υ & 11 tab. μ, dein π. q 11 tab.Υ. r 11 ta.charact. &, ac 12 tab.Ξ. s integrarũ fig.e. t 1,3 fi.ca. 18 G,H,I, K. & 2,3 integrarũ N.

tem minori negocio leuiusq; uterum gererent, ilium ossa mulieribus multo ampliora sunt, ipsorumq; [u] spina in latera longè magis quàm in uiris, educitur, & etiam illa ossa extrorsum insignius cauantur: & ut semel dicam, hæc commodam gestando fœtui sedem efformant. Quòd autem nuper natis puellis partus facilioris gratia, apud nullas gentes pubis ossa aut comprimantur, aut disiungantur, neminem dissectionis studiosum latêre arbitror: quantumuis id pertinaciter uulgus nunc de his, nunc illis nationibus affirmet. Quamobrem uero pubis os maxímo totius corporis ossium [x] foramine (quod etiam propter magnitudinem ab ostij imagine θυροειδὲς nuncupatur) peruium sit, illi demum cognoscunt, qui ad amussim inter secandum dicere, qui'nam musculi à coxendicis & pubis ossibus pronascantur. illi enim arguunt pubis os amplam & aptam educendis musculis sedem necessariò oportuisse fieri. Ne uerò interim frustra animal grauaret, sed ut leue esset, eo quo diximus foramine donatur. Neque est quod hàc aliquis [y] uasa seminaria, aut maximas crurum [z] uenas & [a] arterias, aut etiam [b] neruos deduci arbitretur: quemadmodum nemo non credit, qui etiam Anatomes rudis, nudam ossium compagem intuetur. Illa enim organa aliam nanciscuntur uiam, quippe maxima crus petens uena, arteriaq;, simul cum [c] secundo crus adeunte neruo, proprium [d] sinum exigunt, in superiori pubis ossis sede insinuatũ, è regione elatioris sedis nuper dicti [e] foraminis. Porrò seminarijs uasis etiam elatiùs quàm pubis os prominet in abdomine iter paratum esse audies. Deinde ingens illud pubis ossis foramen ualida [f] membrana oppletur, quæ [g] musculum internæ foraminis sedi proximum ab illo dirimit, [h] qui externam foraminis sedem occupat. Neque profectò aliquid, foramen hoc transit, præter [i] uenam, & [k] arteriam, [l] neruumq; non ad genu usque ramorum serie digestum. Præterea hæc uasa non per foraminis medium feruntur: sed in elatiori foraminis sede [m] sinus cælatur, illis uasis deducẽdis paratus. Quòd uerò superior pubis ossium [n] pars, qua inuicem committuntur, aspera est, ideo contigit, quòd [o] rectos abdominis musculos hinc enasci Naturæ uisum fuerit. Deinde anterior quoq; ossium sedes inibi aspera est, ut neruosum caput [p] secundi tibiam mouentium musculi hinc rite pronasceretur. Ad hæc, in anteriori pubis sede [q] à coxendicis ossis acetabuli interno latere, ad pubis ossium commissuram usque, tuber & quædam ueluti prominentia conspicitur, à qua [r] octauus femur mouentium musculus principium ducit. Quemadmodum hæc anterior pubis ossis sedes protuberat, ita quoque posterior [s] acutam ostendit lineam, à qua [t] musculus femur mouentiũ decimus sui exortus [t] portionem assumit. His omnibus accedit pubis ossis [u] crassities, iuxta infimam pubis ossium connexus sedem, & magni illius foraminis internum latus, ubi pubis os quodãmodo teres crassumq; ob hoc uisitur, ut ipsius ossis robur adaugeatur: utq; hinc præter quosdam penis [x] musculos alterum corpus [y] eorum quæ penem constituunt, originem duceret. Atque in hunc modum ossa se habent, sacri ossis lateribus connexa. quæ in ætate prouectis duo tantum apparent, singula (uti relatum est) duobus donata appendicibus. In nuper natis uerò pueris utrunque os tribus constat ossibus, quæ tribus lineis cartilagine oppletis distinguuntur. Hæ lineæ à coxendicis acetabuli centro simul cõmissæ porriguntur, una quidem ad superiorem acetabuli sedem ducta, secunda ad externum acetabuli latus: tertia autem ad latus internum delata, etiam per pubis os procedit, ubi id quodammodo teres esse, & penis alterum corpus producere diximus. Verùm quum hæc non minus in agnis hœdisq; quàm hominibus sint conspicua, cuiuis uel inter edendum ea obseruare est integrum.

*Cur pubis os maximo foramine peruium, & dein ipsius sinus & tubera.*

*Ossa sacri ossis lateribus cõmissa in pueris tribus effor mari ossibus.*

u 1,3 figu. & 1,2 fi Lur. R,R.

x 1,2,3 fi.r.

y 20 fi.lib. 5 c,& iuer sus u.aut 21 fig. y ad f.

z fig.cap. 6 lib.3 r.

a fig.ca.12 lib.3 q.

b 2 fig.ca. 11 li 4 cha ract. 71.

c eiusdem fi.charact. 60.

d 1,2,3 fig. V.

e 1,2,3 fi.r.

f 2 fig.cap. 49 libr. 2 O, O.

g 16 musc. tabul.F,G.

h 8 muscu. tab. r.

i fig.cap.6 lib.3 n.

k fig.ca.12 lib.3 r.

l 2 fig.cap. 11 li.4. cha ract.66.

m 1,2,3 fi.f.

n ad dextrũ latus u secunde fi. o 5 mus.ta. A.

p 16 musc. tab.A.

q ab h 2 figure ad u. r 7 muscu. tab.a.

s 3 figu.O.

t 16 musc. tab.G.

u 1,2,3 fig. t.

x 1,2 fi.ca. 49 li.2,l, K.

y eaṽdem fig.A,B.

## *DE FEMORE. CAPVT XXX.*

### CHARACTERVM QVI DVABVS PRAESENTIS

Capitis figuris sequenti pagina proponendis adhibentur, Index.

*A* 1,2 *Caput femoris acetabulum ossis coxendicis subiens.*
*B* 1 *Sinus femoris capiti insculptus, & teretis ligamenti insertionem à coxendicis osse excipiens.*
*C* 1,2 *Appendicis, rotundum femoris caput efformantis, cum reliqua femoris portione coalitus.*
*D* 1,2 *Ceruix femoris.*
*E, F* 1,2 *Inferiora femoris capita. ac E quidem internum, F uerò externum notat.*
*G* 1,2 *Hæc linea coalitum indicat appendicis, duo inferiora femoris capita constituentis.*
*H* 2 *Sinus, qui utrisque capitibus E & F insignitis est communis, ac quem patella subit.*
*I* 1 *Sinus ac interuallum, duo inferiora femoris capita inuicem dirimens.*
*K* 1 *Ab hac sede interioris capitis primus pedem mouentium musculus initium ducit..*





*L* 1 *Hinc secundus & tertius pariter pedem mouentes musculi exoriuntur.*
*M* 1 *Huic interni capitis sedi, quinti femur mouentium musculi tendo inseritur. Reliquorum autem characterum indicem figuris subijciemus.*

PRIMA TRIGESIMI CAPITIS figura, dextri femoris os posteriori facie delineatum referens.







SECVNDA FIGVRA, FEMORIS dextri anteriorem faciem ostendens.

*N* 1,2 *Sinus in externo inferiorum femoris capitum exculptus latere, ac quartum tibiam mouentium musculum uehens.*
*O* 1 *Hac sede internum latus interioris femoris capitis compressum est, ut hàc tendines primi, secũdi, tertij & quinti tibiam mouentium musculorum porrigerentur.*
*P* 1 *Hac regione idem interioris capitis latus insigniter protuberat.*
*Q, R, S, V, X, Y* *Exterior femoris processus. uerùm singuli characteres nõ in utraq; figura simul obuij aliquid priuatim, ut modò subijciã, indicant. Q quidem in prima et secũda coalitum huius processus appendicis ad reliquum os, R in prima sinũ internæ præsentis processus sedi cælatũ.*
*T, T.* *S in prima figura exterioris processus prima indicatur impressio. Cæterũ T, T in prima, insignitur aspera linea deorsum à prima impressione ducta: V in secũda, exterioris processus secũda impressio: X uerò, tertia impressio. At Y in ambabus figuris quarta indicatur impressio.*
*a, b,* 1,2 *Interior femoris processus. Verùm b priuatim in secunda, hîc appendicis coalitum indicat.*
*c, c* 1 *Linea aspera, à radice interioris processus deorsum oblique gratia octaui femur mouentium musculi procedens.*
*d, d* 1 *Linea secundùm femoris longitudinem protuberans, & quinti femur mouentis musculi insertionem admittens.*
*e* 2 *Hac sede femur amplum est, quum interim reliqua ferè longitudine teres sit.*
*f, f* 2 *Aspera sedes, à qua octauus tibiam mouentium musculus sui exortus initium ducit.*

*Femoris superius caput.*

FEMORIS [a]os magnitudine cunctis humanæ fabricæ ossibus præstat, in auibus autẽ & omnibus ferè quadrupedibus tibiæ ossi & fibulæ (quum hæc adest) longitudine cedit. Hoc suprà quidem coxendicis ossi, infrà autem diuersa articuli ratione, ossi tibiæ coarctatur. Superiori enim parte, qua similiter atque inferiori [b]appendice donatur, robustissimum [c] caput obtinet, prolixæ quidem [d] ceruici ad interiora inclinatæ adnatum, coxendicisq; ossis [e] acetabulo exquisitè congruens. Vniuersum hoc caput læue & cartilagine incrustatum uisitur: at in sui medio nonnihil inferiùs, quàm ipsius uerticis (ut sic dicam) centrum consistit, angustum profundumq; & inæqualem cõmonstrat [f] sinum, cui teres [g] ligamentum à coxendicis ossis acetabulo enatum, ualidissimè implantatur.

*Duo inferiora femoris capita, & eorundem sinus.*

Inferiori autẽ sede femur insigniter crassum est, & in duo [h] capita omnium totius corporis ossium capitum maxima dirimitur, quæ in posteriorem femoris sedem longè magis quàm in anteriorem porriguntur, quemadmodum etiam ipsorum cum tibiæ osse articulo ex usu fuerat.[i] Hæc nanque ossi tibiæ mutuo ingressu ad eum modum articulantur, ut tibia duntaxat flecti extendiq; posśit, nequaquam uerò in latus, uel tantillum quidem, duci. utcunq; etiam id Galeno uisum fuerit, qui in tibiæ motuum examine, femoris ad coxendicis os motu deludebatur.

*Lib. 3 de Vsu part. & 2 de Administ. dissect.*

Cæterum femoris capita retrorsum ideo producuntur, quod tibiam in angulum flecti, nec extra rectam lineam extendi, aut antrorsum erigi satius erat: adeò ut motus illius ratione femoris capita in anteriori femoris sede nequaquam promineãt. & quamuis hæc, in anteriori eorundem sede, [k] sinum ostendant utrisque capitibus communem, & impense patulum, læuiq; cartilagine incrustatum, is tamen aliquo tibiæ ossis tubere excipiendo non paratus est. at os orbiculare & breui scuto non absimile apto [l] tubere sinum illum subire audies, quum secundo ab hoc Capite eius ossis sermo instituetur. In posteriori femoris sede capita hæc magno [m] interuallo inuicem dirimuntur, atq; in ipsorum medio amplum profundumq; sinum utcunq; asperum, & cartilagine nequaquam obductum exigunt. Is nanque asperum inæqualeq; tibiæ ossis [n] tuber excipit, quod in tibiæ ossis sinuum medio protuberare, ac [o] ligamentũ educere scribemus, quod ualidissimè illi sinui inseritur, unà cum alio admodum robusto à posteriori tibiæ ossis sede pronato. Iuuat etiam sinus iste, deducendo totius corporis maximo [p] neruo hac simul cum [q] uena & arteria in tibiam contendenti. Humiliora enim femoris capita, quum tibiæ motuum gratia adeò in posteriora ducantur, etiam id præstant, ut in illorum medio neruum illum simul cum uasis tutissimò deorsum repere sinant. atque etiam processuum modo aliquot musculorum pedem mouentium principia porrigant. Ab elatiori nanque interni capitis [r] sede primus pedem mouentium [s] musculus enascitur. Ab externi autem capitis elatiori [t] sede, [u] secundus, & [x] tertius quoque, pedis motibus præfecti exoriũtur. Dein si [y] musculus in poplite latitans ab osse aliquam sui exortus portionem sumit, hanc sanè ab externo hoc femoris capite mutuatur. quanquam præcipua ipsius origo ex [z] ligamento pendere docebitur, dictum nunc femoris caput tibiæ potissimùm colligans. Deinde in elatiorem capitis interni [a] regionem modicè uersus eius capitis internum latus [b] tendo inseritur, quinti femur mouentis musculi, cuius etiam insertionis occasione hoc femoris caput inibi compressam ostendit sedem, tendini excipiẽdo aptam. Canes in hac ossiculum paruum, & illis [c] quæ sesamo comparamus simile ostendunt. Atque ita anterior & inferior posteriorq; horum capitum sedes se habent. latera uerò eorundem multis cęcis foraminulis opplentur, ut ualidissima genu articulum continentia ligamenta hinc apte pronascantur. Porrò externum exterioris capitis latus, priuatim [d] sinum exigit obliquè ipsi iuxta posteriorem eius lateris regionem insculptum, ac [e] quarti tibiam mouentium musculi tendini paratum. quo minus enim tendo ille hac obliquè reflexus, à suo ductu aberret, Natura ipsi hunc sinum præparauit. At internum latus interioris capitis, etiam si ad id plures reflectãtur [f] tendines, tamen nullum eiusmodi sinum adipiscitur. Verum emundato iam osse iuxta posteriorem lateris sedem [g] compresśio apparet, qua tutò tendines deferri queant, à sua sede tuberis beneficio non reclinantes, quod in medio dicti nunc lateris latè [h] protuberat, atque secundùm ipsius posteriorem sedem tendines opportunè deferri sinit. Tendines autẽ hàc deducti, trium primorũ & quinti tibiam mouentium musculorum censebuntur.

*Duo femoris processus, seu rotatores.*

Ad femoris ossis ceruicem, cui superius femoris caput adnascitur, duo conspiciuntur processus, quorum [i] alter externum femoris latus occupat, ac omnium corporis processuum nulli alteri ossi commissorum facilè maximus est, [k] insigni etiam donatus appendice.[l] Alter minor est, & quod ad magnitudinem spectat priori neutiquam comparandus, multoq; inferiùs in interno femoris latere nonnihil uersus posteriora conspicuus, & [m]appẽdice similiter adauctus. Græci ambos τροχαντῆρας, quasi rotatores dicas, nuncupant; hunc interiorem, illum uerò exteriorem appellantes. quum tamen simpliciter

τρο-

*a tota 1, 2 fi. & integrarum A, superiùs cũ π, inferiùs cum φ articulatum. b 1, 2 fi suprà C, infrà G. c 1, 2 fig. A. d 1, 2 fig. D. e 1, 2 fi. ca. 29 c. fig. f 1 figur. B. g 1 fig. cap. 49 lib. 2 P. h 1, 2 figur. E, F. i lunge E, F, I 1, 2 fig. ad G, F, I 7 figuræ cap. 31. k 2 figur. H. l 2 fig. cap. 32 A, B, C, D. m 1 figur. I. n 7 fi. cap. 31 I. o fi. ca. 1 li. 2 X. p 10 musc. tab. ʃ. deinde η, ϑ. q ultimæ fi. lib. 3 r, u. r 1 figu. K. s 12 muscu. tab. φ. t 1 fig. L. u 12 muscu. tab. τ. x 13 tab. φ. y 14 tab. τ. z fig. cap. 1 lib. 2 T. a 1 figu. M. b 12 muscu. tab. ξ, deinde η, ϑ. c 2 fig. cap. 33 ψ, ω. d 1, 2 fig. N. e 10 musc. tab. τ. f 16 muscu. tab. tendines musculorum L, Δ, R, V, V. aut 2 tabu. q, γ, β, δ, ϑ. g 1 figu. O. h 1 figu. P. i 1, 2 figur. Q, Y. k femoræ figuræ cap. 3 hic autem Q. l 1, 2 figu. Δ. m 2 figu. b.*



τροχαντῆρας dicunt, perpetuò externum subaudiunt, quem etiam propter amplitudinẽ & quandam cum nate imaginem γλουτὸν uocarunt. Horum processuum idem usus cum reliquis ferè ossium processibus est, in hoc enim parantur, ut collis ritu musculorum insertionem probè admittant, alijsq; musculis eleganter principij sui sedem præbeant. Interior namque femoris processus, qui modicè oblongus, neque admodum inæqualis est, in hoc prominet, ut illi [n] sexti & septimi femur mouentium musculorum tendines inserantur. Ad huius processus radicem in posteriori femoris sede aspera quædã ducitur [o] linea, obliquè deorsum in posteriora aliquò usque ducta, & octaui femur mouentis [p] musculi insertioni aptata. Exterior femoris processus, externa sui sede gibbus est: interna autem, qua femoris caput respicit, sinuatus. Hîc enim asperum inæqualemq; commonstrat [q] sinum, cui [r] nonus & decimus femur mouentes musculi inferuntur. Externa autem sedes, quæ gibba est, in osseis hominibus & ætate prouectis, quatuor impressiones sedesq; commonstrat, [s] quatuor musculorum insertionibus excipiendis paratas. Ac [t] prima quidem ampla est, & gibba in posteriori processus sede apparens, cui primus femur mouentium musculus ampla insertione implantatur. Ab huius compressionis radice aspera quædam [u] linea deorsum per femoris posteriora nonnihil obliquè deducitur, cui primus ille femur mouens musculus ualidissimè etiam inseritur.[x] Secunda compresśio exterioris processus in anteriori ipsius consistit latere, magis quàm prima inæqualis & aspera, & utcunque sinuata, ac demum secundi femoris motuum autoris musculi seruiens insertioni.[y] Tertia ad superiorem processus sedem uisitur, inter primæ & secundæ elatiores consistens sedes. Hæc gibba est, & insertionẽ tertij femur mouentis musculi excipit. [z] Quarta in apice processus se offert, reliquis tribus longè arctior, & quarti femur mouentis musculi tendinem admittens. Atque horum sanè musculorum insertionem exterior processus excipit, ab ipsius uero radice in anteriori externaq; ipsius sede [a] musculo principium præbet, qui tibiæ motorum septimus recensebitur.[b]

*Femoris secundùm ipsius longitudinem forma.*

Quòd uerò ad reliquam femoris formam spectat, uniuersum femur anteriori ipsius sede, & in lateribus teres & utcunque læue est, undique ab [c] octauo tibiam mouentium musculo circundatum. cuius gratia anterior femoris sedes iuxta ipsius ceruicis radicem nonnihil ampla est, & [d] aspera, quo ualidiùs & ampliori principio musculus ille enasceretur. In posteriori autem sede femur in acutum quodammodo fertur, & [e] lineam insigniter protuberantem & asperam inæqualemq; ostendit. quæ à femoris processuum radice aliquò usque ultra medium longitudinis femoris prorepit. Huic lineæ [f] quintus femur mouens musculus pertinaciter inferitur, [g] ipsaq; duntaxat ex reliqua femoris amplitudine, ab octauo tibiam mouenti musculo, non circundatur. Porrò ad inferiorem huius lineæ [h] sedem, ac iuxta inferiorum femoris capitum radicem, femur amplum depressumq;, nõ autem teres cernitur, quo tutius hàc maxima tibiam petens uena cum arteria & neruo feratur. neque si femur hîc gibbum esset, à femore errabunda declinet. Quamuis & femur hîc ad suorum inferiorum capitum productionem latescere crassescereq; etiam debeat.[i] Cæterum femoris ductus non recto tramite à coxendicis ossis acetabulo deorsum tenditur. Verum femoris ceruix à capite ipsius ualde extrorsum obliquè, & quasi transuersim fertur, & hinc femur rursus reliquo ipsius corpore obliquè uersus interiora ad genu descendens procedit. Quam sanè figuram non obiter Natura excogitauit. est enim laudatissima, quamq; Hippocrates in libro de Fracturis in effracto femore sedulò seruandam præcipit. Quandoquidem omnes quibus à prima conformatione femur rectius, quàm homini ex usu est, contigit, uari & claudi in genu redduntur. Hoc autem quàm non modò ad cursum, sed ad ambulationẽ, firmamq; stationem noxiũ sit, quotidie uidentes discimus. Atqui si utriusque femoris ceruix non statim à coxendicis articulo, uti diximus, foràs porrigeretur, quænam sedes internis femur amplexantibus musculis reliqua esset? quæ rursus neruis, uenis, ac arterijs in uniuersum crus distributis? quæ item glandulis horum uasorum propagationi præfectis? Non enim per externas cruris regiones hæc descendere decebat, quum ita omnibus foris occursantibus leui quaque occasione lædenda, exponerentur. Si igitur uenis, arterijs, glandulis, musculis pluris ijsdemq; maximis hanc regionem inibi parare oportuit, necessum quoque fuit, ex acetabulo femur foras extrorsum'ue abscedere. Porrò si quibusdam capitis femoris ceruix minus foràs educitur, his statim inguinum sedes angustæ & inuicem compressæ reddũtur, præterea his femur simul cum genu turpiter extrorsum abducitur. Meritò itaque uniuersa femoris forma curua gibbaq; exteriori regione existit, interiori uerò subcaua. Pariter quoq;, & magis adhuc femoris posterior pars sima cauaq; uisitur, anterior autẽ gibba, quòd ad sessiones is femoris ductus admodum sit idoneus: uti etiam ad multa quæ sedentes obimus munia, quando scilicet unum femur alteri inijcimus. Vt modò taceam, quàm elegãter femur musculis cedit, posteriorem ipsius sedem occupantibus.

*n 8 muscu. tab. Vnus Θ, alter Λ. In 14 autẽ tab. c, d. o 1 fig. c, c. p 7 muscu. tab. α. q 1 figu. R. r Specta 13 musc. tabulæ x, x, y, z, α. s primus 9 musc. tabu. π. secund. 10 tabu. Σ. tert. 11 tab. Σ. quart. 12 tab. Φ. t 1 figur. S. u 1 fi. T, T. x 2 figu. V. y 2 fig. X. z 1, 2 fig. Y. a 5 muscul. tabul. Λ. 10 tab. μ. b ab f ad G figuræ 2, & à c ad G figur. 3. c 7 musc. tab. γ. & 13 tab. δ, ∂. d 2 figu. f. e 1 fig. d, d. f 12 musc. tab. Ξ, Ξ. g 13 muscu. tab. ι, ι. h 1 figur. e. i Progressus est ab A per D, c, c, d, d ad 1 figuræ 1. aut per D, f, ad H fi. 2. Aut expende integrarum fig. Λ.*

# DE TIBIÆ OSSE ET FIBVLA. CA. XXXI.

PRIMA. CAP. SECVNDA. TERTIA. QVARTA.

XXXI FIGVRA.



QVINTA. SEXTA. SEPTIMA. OCTAVA.



NONA. DECIMA. VNDECIMA.



TRI-



## TRIGESIMIPRIMI CAPITIS FIGVRA-

rum & earundem characterum Index.

*VNDECIM* præpositæ modò figuræ ad dextram spectant tibiam, ac prima utrumque in tibia locatum os anteriori facie exprimit, crassius nimirum interiusq;, quod tibiæ os uocabimus: & gracilius, quod exterius positum fibula nobis potius quàm sura nuncupabitur. Secunda figura tibiæ os simul cum fibula posteriori facie appositissimè delineatur. Tertia solius tibiæ ossis anteriorem sedem commonstrat. Quarta tibiæ ossis posterior facies oculis subijcitur. Quinta fibulam anteriori facie exprimit. Sexta fibulam posteriori sede delineatam exhibet. Septima tibiæ ossis superiorem ostendit sedem, cui femur articulatur. Octaua duas continet cartilagines, quæ sinus adaugent, quibus femoris capita excipiuntur. Nona imam tibiæ ossis & fibulæ sedem anteriori parte proponit, ut cauitas in conspectum ueniret, tali cum tibia articulationi parata. Decima solam tibiæ ossis infimam sedem posteriori ex parte delineatam offert, qua talus excipitur. Vndecima internum latus inferioris fibulæ appendicis commonstrat, quod talo articulatur. Characterum autem index erit huiusmodi.

A, B His duobus characteribus in prima figura, superior tibiæ ossis appendix notatur. In tertia uerò & secunda, indicatur linea coalitum commonstrans appendicis cum reliqua ossis portione.

C Appendix superior fibulæ in prima figura indicatur, in quinta autem coalitus appendicis cum reliquo osse insignitur.

D In prima appendix tibiæ inferior, in tertia appendicis coalitus indicatur.

E In prima appendix fibulæ inferior, in quinta coalitus appendicis ad os notatur. & quamuis eiusmodi appendices coalitusq; non in omnibus figuris notauerim, nulli tamen non obuias esse appendices arbitror.

F, G, 2, 4, 7 Sinus tibiæ ossis, quibus inferiora femoris capita articulantur.

H, I, K 7 Tibiæ ossis tuber, sinus, quibus femoris capita excipiuntur, dirimens. ac H quidem ipsius anterior sedes indicatur. I uerò media & impensius prominens. K autem posterior. Atq; hi characteres in eius tuberis sedibus, quæ sinuantur, obuij sunt. & horum K & I in secunda figura, tertia & quarta idem quod in septima, indicant.

L 8 Cartilago dextrum tibiæ ossis sinum adaugens, quo externum femoris caput excipitur.

M 8 Cartilago sinistrum, seu dextræ tibiæ ossis internum sinum augens, cui internum femoris caput articulatur.

N 8 Hac sede cartilagines, tibiæ ossis sinus augentes, uidentur crassissimæ.

O 8 Hac sede nuper dictæ cartilagines sunt tenuissimæ, ac ante sinuum centrum deficiunt.

P, P 8 His sedibus illæ cartilagines in apices terminantur.

Q 5 Fibulæ sinus leuiter ac in superficie cælatus, cui tibiæ ossis tuberculum iam R indicandum, coarticulatur.

R 4 Tuberculum, seu caput tibiæ ossis, quod fibulæ coarctatur.

S 4, 10 Sinus tibiæ ossis, quo inferiorem fibulæ sedem excipit.

T 5, 6, 11 Internum fibulæ latus, quod tibiæ ossi committitur. Cæterùm V in secunda figura superiorem connexum fibulæ ad tibiam indicat: X uerò inferiorem. Y autem interuallum notat, quo hæc ossa inuicem dehiscunt.

V, X. Y.

Z 1, 2 Hac sede fibula nõ rectà ducitur, sed introrsum nõnihil obliquatur, exterioriq; latere sima fit.

a, b 1, 3, 7 Anterior tibiæ ossis sedes, in quam musculi tibiam extendentes inseruntur.

c 5, 6 Superioris fibulæ appendicis processus, cui tendo quarti tibiam mouentis musculi inseritur.

d, e, f, g, h 9 Sedes, cui superior tali pars, lateraq; articulantur. ac d quidem & e, & f superiorem huius sedis regionem in nona & decima figuris commonstrant. Deinde rursus d notat eius regionis tuber. e uerò & f partem huius regionis utrinq; ad tuberis d notati latus altius quàm ipsum tuber insinuatam. Porrò g sedis huius internum latus indicat, quod ab externo latere constituitur processus inferioris appendicis tibiæ ossis, quem Φ in prima figura indicat. Cæterùm h in nona & undecima externum huius sedis, quæ talo aptatur, latus ostendit, ab interno constitutum latere appendicis inferioris fibulæ in prima figura E notatæ.

Φ, i Φ in prima figura processus indicatur inferioris appendicis tibiæ ossis, qui exterior est malleo-

*lus. Cæterùm i in ſecunda, tertia, nona, & decima eundem appendicis proceſsum notat.*

k 4,10 *Sinus interioris malleoli, ex quo cartilagineum ligamentum talo inſeritur.*

l 1,3,9 *Sinus aſper & inæqualis in anteriori ſede inferioris appendicis tibiæ oſsis conſpicuus, à quo ligamentum cartilagineum ad tali ceruicem pronaſcitur.*

m 2,4,10 *Hac ſede ſinus ſpectantur, qui tres tendines ad pedis inferiora protenſos deducunt.*

n 2,5,6,9 *E quidem in prima figura externum notat malleolum. is namq; aliud nihil eſt, quàm inferior fibulæ appendix. Verùm n in pleriſq; figuris hunc malleolum exprimit.*

o,p 1,5 *Vmbrata hæc fibulæ ſedes ab o ad p uſq; pertinens, ea fibulæ pars eſt, quæ nuda nulliſq; muſculis tecta ante ſectionem ſe offert.*

q,q 2,6 *Hàc ſeptimi & octaui muſculorum pedem mouentium tendines reflectuntur, quorum occaſione fibula hìc ſinuata eſt.*

r 2,6,11 *Sinus inferioris fibulæ appendicis, à quo ligamentum in talum fertur.*

ſ,ſ 1,5 *Prima fibulæ linea, ſeu primus eiuſdem angulus.*

t,t 1,2,5,6 *Secunda fibulæ linea.* u,u 1,2,5,6 *Tertia fibulæ linea.*

x,x 1,5 *Primum fibulæ latus. Verùm x & x priuatim huius lateris lineam indicant, inibi gratia muſculi pollicem extendentis modicè prominentem.*

α,α 1,5 *Secundum fibulæ latus.* β,β 2,6 *Tertium fibulæ latus.*

γ,γ 1,3 *Prima tibiæ oſsis linea.* δ,δ 1,2,3,4 *Secunda tibiæ oſsis linea.*

ε,ε 1,2,3,4 *Tertia tibiæ oſsis linea.* ζ 1,3 *Primum tibiæ oſsis latus.*

η 1,3 *Secundum tibiæ oſsis latus.* θ 2,4 *Tertium tibiæ oſsis latus.*

κ 2,4 *Aſpera tertij tibiæ oſsis lateris linea, cui muſculus in poplite latitans inſeritur.*

*Tibia.* *Fibula.* *Tibiæ os.*

IN TIBIA ſimiliter atque in cubito, bina reponuntur[a] oſſa, quæ Hippocrates perpetuò tibiæ oſſa appellat. ac horũ[b] alterũ interius eſt & craſſius, quod totius membri nomine κνήμη, & tibia nuncupatur:[c] alterum uerò exteriùs locatur, & interiori craſſitie admodum cedit, Græcis quidem περόνη, Latinis autem ſura & fibula uocatum. Ego euidentioris doctrinæ ſtudio craſſius os, tibiæ os appellabo, id à tibia, hoc eſt toto membro diſtinguens, quod his oſſibus, muſculis, uenis, arterijs, neruis, & cute hæc omnia ambienti formatur. Gracilius autem os fibula opportunè dicetur, ut id à ſura, quam Græci, quia ueluti tibiæ uenter eſt, γαστροκνημίαν nuncupant, diſtinguatur. Tibiæ itaq; oſſi & fibulæ ſuprà infraq; appendix coaleſcit, ac ſuperior quidẽ tibiæ oſſis[d] appendix admodũ craſſa lataq; eſt, anteriori tamen ſede craſſior, ac in anteriori tibiæ regione magis quàm in poſteriori † deorſum duci cernitur. Huic * duo oblongi inſculpuntur ſinus, inuicem[e] aſpero inæqualiq; tubere diſtincti, & lubrica cartilagine incruſtati. His ſinibus inferiora femoris[f] capita excipiuntur. tuber autem ſinus diſtinguens, grandem[g] ſinum ſubit, femoris capita poſteriori in ſede dirimentem. Dein tuber ex ſuperiori[h] mediaq; ipſius ſede, quæ aſpera & ſinuata, neque ulla cartilagine inuncta uiſitur, ualidiſsimum emittit[i] ligamentum, nuper dicto femoris capitum interuallo ſinui'ue inſertum. Adeò ſanè, ut media huius tuberis ſedes in hoc aſpera ſinuataq; ſit, quò fœlicius ligamenta in femur porrigat, hæc è maximè protuberante ſua ſede, ac deinde ex[k] poſteriori ipſius regione educens. Ab[l] anteriori nanq; tuberis regione, quæ minimum prominet, etiam ſi illa ſimiliter aſpera ſit, ac latè ſinuata, nullum tamen ligamentum femori inſeritur, ſed ligamenta inibi producuntur, quæ[m] cartilagines anteriori huius tuberis ſedi colligant, quas tibiæ oſſis ſinus iam augere dicam. Quum enim duo tibiæ oſſis ſinus femoris capita admittentes, quodammodo ſuperficietenus duntaxat inſculpãtur, neque ad amuſsim femoris capitum gibbis (etiam ſi Galeno ſecus uiſum fuerit) ſuis cauis reſpondeant, Natura mirabili artificio ſinuum profunditatem adauxit. quippe præter lubricas cartilagines tibiæ oſſis ſinibus & femoris capitibus cruſtæ modo obductas, utrique ſinui unam adhibuit cartilaginem, neque femori, neque tibiæ oſſi aliter quàm ligamentorum beneficio connexam. Hæc nanque orbiculatim ligamentis genu articulum amplexantibus ſolum connaſcitur, & præterea ligamenti interuentu anteriori poſterioriq; ſedi tuberis connectitur, quod tibiæ oſſis ſinus femoris capita excipientes dirimere dictum eſt. Iſtæ cartilagines exactè ſimplici cartilagine molliores ſunt, & quaſi ligamenti naturæ participes. Dein quà oſſibus applicãtur, impenſe æquales, lubricæ, læues, ac deniq; unctuoſo humore oblitæ ſpectantur. Ad hæc, in articuli ambitu[n] craſſæ ſunt, multo ante

*Tibiæ oſsis & fibulæ appendices.*

*Sedes cui femur ad tibiam articulatur.*

*Cartilagines quibus tibiæ oſſis ſinus augentur.*

*Lib. 3 de Vſu part. & in cõmentarijs in Hippo. librũ de Fracturis.*

a tota 1, & 2 figur. integrarum φ et ϒ ad A & Ω. b tota 3, 4 figuræ. c tota 5, 6 figuræ. d tibiæ oſsis appendices primum A, B 1,3 fig. dein D 1,3 fi. fibulæ autem C 1,5 figur. inſuper E & 5 figuræ. † 1,3 fig. B. * 2,4,7 fi. F, G. e 7 figu. H, I, K. f 1,2 fig. 30 cap. E, F. g 1 figu. 30 cap. I. h 2,3,4,7 fig. I. i fig. cap. 1. lib. 2 X. k 2,4,7 figur. K. l 7 fig. H. m tota 8 figura, ubi dextra L, ſiniſtra autẽ M inſignitur. n 8 figu. N.

ſinuum



ſinuum centrum[o] extenuatæ, deſinentesq;. Harum ſiquidem figura lunaris eſt, quemadmodum interioris ſinus internum latus, & exterioris ſinus externum. Præterea nullibi craſsiores quàm ad lateris ſui medium cernuntur.[p] quà enim anteriori poſterioriq; tuberis tibiæ oſſis ſinus diſtinguentis ſedibus appropinquant, tenuiſſimæ ſunt, & in acutos apices finiunt. quorum qui anteriori eius tuberis ſedi committuntur, inuicem proximi ſunt, dextraq; cartilago ſiniſtræ ibidem alligatur. Apices uerò poſteriorem tuberis ſedem accedentes, magis mutuò diſtant, neque inuicem, ut anteriores cartilaginum apices, committuntur. Ligamentum enim craſſiſſimum ex tubere in femur inſertum, poſteriores cartilaginum apices diſtinguit. Quæ quum ita ſint, leui negotio colligitur, quàm concinnè harum cartilaginum auxilio oſſis tibiæ ſinuum cauitas adaugeatur, non ſolum quidem in hominibus, uerum in omnibus quæ hactenus uidi quadrupedibus & auibus. His nanque in genu articulo eiuſmodi cartilagines reponuntur. unde etiam in menſa cuiuis harum naturam contueri promptiſſimum eſt, ſi modò exactè genu articulum quis inſpexerit: neque paſſim cum Ariſtotele, & Galeno in tertio de Partium uſu, quadrupedum genu illic eſſe exiſtimauerit, ubi tibiæ inferior pars talo coarctatur. Atque hoc ſanè modo tibiæ os femori articulatur. fibula autem non adeò altè conſcendit, ut femur contingat, uerum ſuperior ipſius appendix in interno illius latere[q] ſinum gerit leuiter admodum inſinuatũ & amplum, cui minime protuberans tibiæ oſſis appendicis[r] tuber coarticulatur, quod ad externum tibiæ oſſis latus uerſus poſteriora cõſiſtens cartilagine, ſimiliter atque ſinus fibulæ, incruſtatur. Porrò[s] ima ſede fibula tibiæ oſſi diuerſa articuli ratione quàm[t] ſuprà coarctatur. Externum enim tibiæ oſſis latus, oblongum exigit[u] ſinum, cui protuberans internum fibulæ[x] latus immittitur, quod aſperum nõnihil eſt, quemadmodum & tibiæ oſſis ſinus aſper quoque, & cartilagine neutiquam incruſtatus cernitur. Sinus enim ille fibulam læui contactu non excipit, uerùm quà hæc oſſa inuicem cõmittuntur, ualidum intercedit ligamentum, non quidem duntaxat in circuitu ipſa cõnectens, at etiam ubi mutuò ſe contingunt. Cæterùm per reliquam tibiæ longitudinem fibula à tibiæ oſſe[y] plurimùm dehiſcit. non quidem quòd hæc radij[z] modo obliquè ducatur, ac ueluti à tibiæ oſſe foràs obliquetur, ſed quòd tibiæ os ſuprà infraq; adeò craſſum ſit, & in reliqua ipſius longitudine gracile, ut fibula illis tibiæ oſſis ſedibus, quibus craſſum cernitur, commiſſa, facile à tota tibiæ graciliori ſede multùm diſtet. Quamuis tanto adhuc minus fibula à tibia dehiſcat, quanto minus recta conſpicitur. Fibula enim[a] paulo ſub medio lõgitudinis tibiæ, introrſum ac uerſus tibiæ os nõnihil curuatur, externoq; ipſius latere ſima, ſeu cõcaua redditur. Cæterùm tibiæ oſſis fibulæq; ductus, & ſecundũ ipſarum longitudinem extuberantes lineas impreſſionesq;, tum demum opportuniùs deſcribam, ubi ſupernas infernasq; eorundem oſsium partes, quibus alijs coarctantur expreſſero. Superior itaque tibiæ oſſis appendix, ad eum quem dixi modum femori ac fibulæ coarctatur.[b] anterior autem eiuſdem appendicis ſedes utcunque depreſſa aſperaq; cernitur, unà cum tibiæ oſſis anteriori ſede appendici proxima, & à pleriſque Græcorum ἀντικνήμιον uocata, quæ in hoc aſpera eſt, ut ualidiſsimos[c] muſculorum tibiam mouentium tendines exciperet. quorum etiam tendinum gratia, ſuperior fibulæ appendix inſigniter externo ipſius latere & ſuperiori parte[d] protuberat, robuſtiſsimum[e] quarti tibiam mouentis muſculi tendinem excepturus. Dein hæc fibulæ ſedes caput educit[f] ſeptimi pedem mouentis muſculi. Inferiores tibiæ oſſis & fibulæ appendices, ſimul[g] ſinum ſedemq; efformant, cui[h] talus mutuo quaſi ingreſſu articulatur. Si enim tibiæ oſſis ac fibulæ ſinus tuberaq; ſedulo perpenderis, tali cum tibia connexum ad ginglymon opportunè referes. Verùm tali hiſtoriam ſuo loco explicabimus. nunc enim ſinus tibiæ oſſis examinandus uenit, qui in infimæ tibiæ oſſis appendicis ſede amplus admodum eſt, & quodammodo[i] geminus. In medio enim amplo, ſed modicè prominente[k] tubere interſtinguitur, liquidoq; altiùs ad tuberis latera excauatur. Ad internũ huius ſinus latus inferior tibiæ oſſis appendix, ualido magnoq;[l] proceſſu deorſum fertur, qui externo ipſius[m] latere, quo ſinum reſpicit, cauus, & ſimiliter ac ſinus ipſe læuis & cartilagine incruſtatus eſt: interno autem[n] latere alterum crus reſpiciente gibbus eſt. ac quum[o] excarnis ſit, nulliſq; muſculorum partibus obtectus, in nobis tactu facilè percipitur, eſtq; interior malleolus. Proceſſus hic in infima ipſius ſede uerſus poſteriora[p] ſinum obtinet, ex quo[q] ligamentum prodit, cartilagineum tibiæ os talo colligans. Atque eiuſmodi etiam ligamenti producendi gratia, anterior appendicis inferioris tibiæ oſſis[r] ſedes, in humillima ipſius parte, etiam ſinum exigit tranſuerſim oblongum, & aſperum, & inæqualem: à quo ligamentum prodit, tibiæ oſſi[s] ceruicem tali nectens. Poſterior etiam huius appendicis ſedes, ubi primùm internũ educit malleolum,[t] depreſſa eſt, ſinusq; oſtendit, qui tranſuerſis obducti ligamentis muſculorum tendines hàc pedem adeuntes, tutò, ne ſuis ſinibus aberrent, ferri ſinunt. Sunt autem illi numero tres,[u] quintus ſcilicet pe-

o 8 figur. O. p 8 fi. P, P. q 5 fig. Q. r 4 fig. R. s 2 figu. X. t 2 figur. V. u 4,10 fi. S. X 5,6,11 figur. T. y ſecũda fi. Y inter V & X conſiſtens. z 1 fig. 24. ca. à k ad k. a 1,2 fig. Z. b 1 fig. A, B. dein 1,3,7 fig. a, b. c 6 muſ. ta. cha. 5,6, dein 8 tabulæ Ω, g, h, i, &c. d 5,6 fig. c. e 10 muſcu. ta. ϒ. 2 ta. α. f 2 muſc. ta. χ et 6 ta φ. g 9 fig. d, e, f, g, h. h totæ 3,4,5,6. fi. ca. 33. i 9,10 fi. c, f. k 9,10. fi. d. l 1 fig. φ et 2,3,9,10 figur. i. m 9 fig. g. n 2,3,9,10 figur. i. o 2 muſcul. tab. κ. p 4,10 fi. k. q fig. cap. 1. lib. 2 f. r 1,3,9 fi. l. s fig. 3 cap. 33. N. t 2,4,10 fi. m et 15 muſ. tab. chara. 1,2,3. u eiuſdẽ ta. D, E primus notatur, ſecund. O, tertius P.

*Lib. de Communi animaliũ greſſu.*

*Fibulæ ad tibiæ os nexus.*

*Vbi fibula à tibiæ oſſe dehiſcat.*

*Tibiæ oſſis ſinus et tubera, quibus talo articulatur.*

*Interior malleolus.*

*Fibulæ cũ talo articulatio.* dem mouentium, & duo digitorum flexui famulantes. Cæterum externum inferioris appen
dicis tibiæ ossis latus, nullum educit processum interno malleolo respondentem. Verùm[x] ap *x 1 fig. E, dein 2,5,6. 9 fig. n.*
pendix fibulæ externo tibiæ ossis lateri adnexa, impense hîc crassescit, deorsumq́ magis quàm
interior malleolus fertur. ac in causa est, ut rarius in externum pedis latus, quàm in internum,
talus luxetur. Tanto enim fibula hîc decliuiùs ipso tibiæ osse descendit, quanto altius tibiæ os
ad femur suprà porrigitur: adeò ut fibula ne minimum quidem longitudine à tibiæ osse uin- *y 9,11 fi. h.*
catur. Inferior hæc fibulæ appendix, externum[y] latus sinus cõstituit talum excipiẽtis. Verùm *z 6 fig. cd. 33 H.*
appendix interno ipsius latere adeò protuberat, & cartilagine incrustatur, ut eam à[z] talo ue-
riùs suscipi, quàm eundem excipere, meritò quis dixerit. etiam si externum tali latus appositè
tegat, atque in eum modum unà cum interno malleolo talum comprehendat, ut nusquam in
*Talum ante sectionem tactui non occurrere.* integris hominibus talus contingi queat.[a] Tibiæ enim ossis appendix superiorem ipsius inte-
git sedem, & internum quoque ipsius latus. fibula autem inferiori sua appendice externum ta- *a Confer figuras integram ossium compagem exprimentes, musculorum tabulis in pede.*
li latus occupat: anterior tali sedes, quæ in nuda ossium compage oculis subijcitur tendinibus
occultatur, per pedis superiora ad digitos deductis. ita etiam posterior ipsius sedes non minus
in nudis sceletis conspicua, tendinibus obtegitur in calcem insertis, & quibusdam hàc pedis
*Exterior malleolus.* inferiora subeuntibus. Ima hæc fibulæ pars talo commissa, externoq́ suo latere gibba, & nulla
*Lib. de Ossibus Cap. 22.* prorsus musculi parte[b] obtecta, exteriorem constituit malleolum, quem simul cum interiori *b 1 muscul. ta. 1. 2 tab. Ξ. & integrarum figur. φ.*
malleolo à quibusdam talum perperam appellari Galenus testatur. Atqui is error ad nos usq́
manauit. Nam, ut cæteros taceam, Erasmus noster Roterodamus in suo de talorum lusu Dia-
logo, malleolos in hominibus talos simul cum Plinio uocari innuit: quod nonnullis Galeni
interpretibus adeò arrisit, ut σφυρὰ, hoc est malleolos, subinde talos reddiderint. Externum
itaq́ exterioris malleoli latus gibbum excarneq́ est, similiter atq́ interioris malleoli internum *c 2,6 fi. q.*
latus. Posterior autem exterioris malleoli sedes amplum ostendit[c] sinum, qui transuerso obdu *d 2 muscul. tab. Ξ ligamentum. musculi autem χ et ψ.*
ctus[d] ligamento, sexti & septimi pedem mouentium musculorum tendines deducit, illos quo
minus à sua sede reclinent continens. Internum eiusdem malleoli latus in infima ipsius sede uer
sus posteriora, profundum asperumq́ ostendit[e] sinum, ex quo[f] ligamentum prodit cartilagine *e 2,6,11 figur. r.*
*Excarnis fibulæ pars.* um, hîc fibulam talo ualidissimè connectens. Cæterùm ex uniuersa fibulæ amplitudine, nulla *f fi. cap. 1 li. 2 g.*
ipsius pars nuda excarnis'ue est, præter infimæ ipsius partis externũ[g] latus, quod etiam aliquo-
usq́ supra appendicem fibulæ inferiorem excarne cernitur. quum interim reliqua ipsius ampli- *g 1,5 fi. o, p.*
tudo musculis obtegatur, ita fibulam amplexantibus, ut hæc passim ipsis cedere, ab illisq́ com *h 1,5 fi. ſ. ſ.*
*Fibula secundum ipsius longitudinem triangula.* primi uideatur. Si enim fibulam examinaueris, eam secundum ipsius in lõgitudine ductum tri *i 1,2,5,6 fi. secunda linea t, t notatur. tertia autem u, u.*
angulam esse conspicies, atque id potissimum iuxta ipsius longitudinis medium. In anterioris
enim fibulæ sedis medio, acuta & insigniter protuberans apparet[h] linea, primum fibulæ angu-
lum constituens. In posteriori autem ipsius sede, depressa est, & plana, ac utrinque ad posterio *k primum latus 1,5 fi. x, secũdum 1,5 fi. α, ter. 2,6 figu. β.*
ris sui sedis latera unam commonstrat[i] lineam, quæ insigniter satis protuberans, alium fibulæ
angulum efformat. Adeò ut ea quæ internum latus posterioris fibulæ sedis occupat, secun-
dus fibulæ angulus appellari possit: quæ uerò externum eius sedis latus habet, tertius. Atque
his tribus lineis angulis'ue, tria fibulæ continentur[k] latera. ac unum quidem inter primum & *l 1 figur. ſ.*
secundum angulos consistit, quod unà cum tibiæ ossis externo[l] latere aptam sedem præbet il- *m 3 muscul. tab. ϒ.*
lis musculis, qui à tibiæ anteriori sede in pedis superiora feruntur. Sunt autem illi, pedem mo- *n 4 muscu. tab. ϒ.*
uentium[m] sextus, deinde quatuor pedis digitos[n] extendens, simul cum[o] nono pedem mouen- *o 4 tab. Ω.*
tium, & illo qui pollicem[p] extendit, ac priuatim in primo hoc fibulæ latere[q] lineam quandam *p 5 tab. Φ.*
exigit modicè protuberantem, à qua illi musculo principium offertur. Secundum latus, prima *q 1,5 fi. x, x.*
linea & tertia terminatur, & amplum est, egregieq́ sinuatum[r] septimo ac[s] octauo pedem mo *r 6 muscul. tab. Φ.*
uentibus musculis locum præbet. Quinetiam octaui musculi gratia, latus hoc utcunque aspe- *s 6 tab. ϒ.*
rum cernitur, ut is hinc uniuersum ipsius principium pulchrè educat. Ab illis itaq́ musculis qui
primum fibulæ latus occupãt, & illis qui secundo exporriguntur lateri, prima fibulæ linea pri
mus'ue angulus educitur. Tertium latus secunda & tertia lineis circumscriptũ, à musculis com
primitur posteriorem tibiæ sedem occupantibus, & potissimum ab eo[t] qui pollicis secundum *t 14 tab. A.*
os flectit, ac ab hoc fibulæ latere carneus enascitur. Quæ quum ita sint, tertia linea à musculis
secundum & tertium latus occupantibus foràs protruditur. Secunda autem linea ab illis pro-
ducitur musculis, qui tertium & primum fibulæ latus comprimunt. Verùm secunda hæc li- *u fig. ca. t lib. 2 a.*
nea priuatim[u] ligamentum educit, fibulam tibiæ ossi tota illa sede qua hæc ossa inuicem dehi-
*Tibiæ ossis secundum ipsius longitudinem figura.* scunt, colligãs, & in[x] secundam tibiæ ossis lineam insertum. Tibiæ enim os similiter ac fibula, *x 1,2 fi. A, A.*
in suæ longitudinis medio quadantenus triangulare est. ac prima ipsius[y] linea in anteriori os- *y 13 fi. γ, γ.*
sis sede consistit, insigniterq́ prominet: unde etiam Spina Anatomes professoribus appellatur.
atque hæc adeò acutè porrigitur, ut nullibi potius concertantes pueros pedibus inuicem pe-

tere



tere uideamus, quàm ad anteriorẽ tibiæ sedem, ubi linea proximè cuti subiecta, hanc cultri mo
*z 1,2,3,4 figur. A, A.* do scindit, quoties ipsa impetu ad tibiæ os colliditur.[z] Secunda &[a] tertia tibiæ ossis lineæ, po-
*a earundẽ figur. 1, 1.* sterioris sui[b] sedis latera constituunt: ac tertia quidem internum eius sedis latus efformat, pa-
*b 2,4 fig. θ.* rum acutè educta, sed obtusa admodum, & quasi teres. Secunda autẽ linea paulo est acutior, ac
externum posterioris tibiæ ossis sedis latus efformat: estq́ illa, cui ligamentum fibulam tibiæ
ossi cõnectens inseri non ita multo antè relatum est. His tribus lineis, tria tibiæ ossis conficiun
*c 1,3 fig. ſ.* tur latera. ac[c] primum quidem prima secundaq́ linea terminatur, sinuatumq́ est ac planum,
*d 1,5 fig. x.* eorundemq́ musculorum occasione cauatur, quibus primum fibulæ[d] latus cedere dictum est.
*e 1,3 fig. x. & 1 musc. tabu. x, y, 2 tabul. θ, u.* [e] secundũ uerò tibiæ ossis latus prima tertiaq́ linea terminatur, & insigniter gibbum est, nulloq́
prorsus obtectum musculo, Græcis ὀξέα, & frequentius adhuc ἀντικνήμιον nuncupatur.[f] Ter
tium tibiæ ossis latus, secunda & tertia circumscriptum lineis, non ualde depressum est, ac mu-
*f 2,4 fig. θ.* sculis occupatur posteriorem tibiæ sedem sibi uendicantibus: præcipuè uerò[g] illo qui quatuor
*g 14 musc. tabul Ξ.* digitorum tertij ossis flexus autor habebitur, &[h] illo quem pedis motorũ quintum statuemus.
*h 15 muscu. tabu. D, E.* Ad hæc, tertium hoc latus in superiori ipsius sede asperam ostendit[i] lineam, obliquè exporre-
*i 2,4 fig. u.* ctam, cui[k] musculus inseritur, quem in poplite latitantem uocamus. Atque huiusmodi sanè fi-
*k 14 musc. tab. r.* bulæ tibiæq́ ossis lineæ & latera læui negocio arguũt, quàm suffulciendis educendisq́ muscu-
lis hæc ossa conueniant. Articuli uerò ostendunt, quàm affabrè motibus quos cruribus moli-
mur obeundis Natura hæc extruxerit, illa ad eum quem diximus modum iuxta articulorum
sedem adaugens: adeò ut citra summam Creatoris nostri admirationem, hæc nemo contem-
plari queat, & non promptè colligat, quàm uniuersam is uitiaret cõstructionem, si quicquam
eorum quæ modò scripsimus, immutatum fingeret.

## *DE PATELLA. CAPVT XXXII.*

PRIMA TRIGESIMISECVNDI Capitis figura, anteriorem patellæ faciem ostendens.






SECVNDA, POSTERIOREM patellæ sedem spectandam proponens.

CHARACTERVM SECVNDAE FIGVRAE, INDEX.

*A, B Dextri cruris patellæ tuber sinum inferiorum femoris capitum subiens.*
*C Sinus qui interno femoris capiti adaptatur.*
*D Sinus patellæ, gibbo externi femoris capitis congruens.*
*E Hac parte patella inferiori sua sede tibiæ os spectat, & ueluti in processum excedit, qui similiter atque tota anterior ipsius sedes tendinibus tibiam extendentibus innascitur, quemadmodum pulchrè ostendit octaua musculorum tabula, charactere k. qui innascitur characteribus g, h, i. Foraminula uerò hac parte, ut & in patellæ anteriori sede conspicua, etiam citra characterum operam promptè obseruantur.*

*a tota 1,2 fi. integrarum uerò figur. Ξ.* ANTERIORI genu articuli sedi[a] os quoddam præponitur orbiculare, *Patellæ situs & forma.*
*b 2 figur. cap. 30 H.* & breui scuto non absimile, quod posteriori sua sede, qua femur spectat,
*c 2 fi. A, B.* læui, lubricaq́ cartilagine, magna ex parte obductum uisitur, apto tube
*d 2 fi. C, D.* re sinibusq́[b] anteriori inferiorum femoris capitum sedi eleganter con-
gruens. Secundùm ipsius enim longitudinem[c] tubere amplo & medio-
criter prominenti extuberat, quod patulum femoris capitum sinum in
anteriori illorum sede exculptum subit.[d] Vtrinq́ ad tuberis huius latera
unus habetur sinus, prominentes & cartilagine incrustatas femoris capitum sedes excipiens.
Verùm ut exterius femoris caput antrorsum magis, quàm interius caput porrigitur, & ampli-
ori sede læui cartilagine obducitur, ita sanè exterior patellæ sinus ad tuberis sui externum latus
consistens, longè amplior latiorq́ interiori sinu occurrit. Patella igitur illa parte qua femoris
*e tota 1 figura.* os contingit, læuis & lubrica cernitur.[e] Anteriori autem ipsius sede, & in lateribus aspera, &
cæcis quibusdam foraminulis obsita spectatur: quemadmodum & in posteriori ipsius sede,
*f 2 figur. E.* [f] ubi infima sui parte tanquam acuto quodam processu deorsum ducitur, tibiæq́ ossis elatiorem
sedem respicit, aspera etiam & foraminulis illis ornata est, quò aptius firmiusq́ tendinibus tibi-
*g 8 muscul. tab. k.* am extendentibus innascatur.[g] Vniuersa enim patella, tota ipsius amplitudine sedeq́, ubi lu- *Quî patella femoris ossi connectatur.*
brica cartilagine nõ obducitur, tendinibus illis innascitur, nec femori, neq́ tibiæ aliter quàm ten

dinum

dinum beneficio commissa. Hoc enim priuatim patella sibi uendicat, quod alteri ossi ligamentorum ope non alligetur, sed tendinibus illis genu articulum transcendentibus innata, ad femoris os ualidissimè cõstringatur. Patellæ substantia in natu grandioribus impensè dura & solida est, utcunque etiam Galenus eam extrinsecus cartilaginosam esse asserat: ac Marinus quoque cum alijs Anatomicorũ præcipuis, eam separatim cartilaginosum os uocauerit, & suum quod patellæ dedicauit Caput, de Cartilaginosis ossibus inscripserit. Atq; isti fortassis animum adhibuere tendinũ cui patella innascitur substãtiæ, quæ elixa molliusculæ cartilaginis speciem obtinet, earum partium modo, ex quibus neruosa musculorum capita, aut ligamenta principium ducunt, aut in quæ eadem inseruntur, Verùm quando patella debitè à tendinibus emundatur, nequaquam cartilaginea, sed perquàm solida fortisq; cernitur, nõ quidem in solis hominibus, uerum etiam in bobus, ouibus, & cæteris quadrupedibus, quorum etiam genu articulo rerum Opifex patellam præposuit, multo quàm in hominibus longiorem & angustiorem, quemadmodum in plerisque auibus latiorem & breuiorem. Datur autẽ patella hominibus, & illis quæ modò dixi animantibus, ut genu articulus, antrorsum in angulum minus fallax extẽdatur, & duntaxat ad rectam lineã ab angulari flexu erigatur. Deinde patella præcipuè præstat, quo minus in tibiæ flexu femur ex tibiæ ossis sinibus in anteriora luxetur. Atque hunc sanè usum illi demũ nos edocẽt, quibus patella sede sua dimouetur: aut quibus ex casu in duas partes fracta, sursum multo elatius ascendit, quàm inferiora femoris capita cõsistunt. Hi nanq; infirmissimè tibiam flectunt, & periculosissimè per decliuia loca gradusq; descendunt, femore semper prorsum citra omne articuli genu robur elabente.

*Patellæ substantia.*

*Patellæ usus.*

h 2 fig. 30 cap. E, F.

## *DE PEDIS OSSIBVS. CAP. XXXIII.*



PRIMA TRIGESIMI TERTII CAPITIS FIGVRA.



SECVNDA.

TERTIA. QVARTA. QVINTA. SEXTA.

ATQVE HIS SERIATIM SVBIACENT SEPTIMA, OCTAVA, ET NONA.



DECI



DECIMA.





VNDECIMA.

DVODECIMA.





DECIMATERTIA.

TREDECIM PRAESENTIS CAPITIS FIGVRARVM earundemq; characterum Index.

*PRIMA figura integram dextri pedis ossium struem superiori facie exprimit. Secunda dextri quoque pedis ossium compagem ea sede delineatam proponit, qua stantes inniti mur. Tertia dextri pedis talus anteriori facie ita oculis subijcitur, ut ipsius superior pars in conspectum ueniat. Quarta, eiusdem tali inferior sedes ab anteriori facie exprimitur. Quinta, talus ab interno latere spectatur. Sexta talum conspiciendum offert externo latere designatũ. Septima, dextri pedis calcis os interiori sede ita exprimitur, ut externum ipsius latus magis quàm internum appareat. Octaua, calcis os ab interno latere ostenditur. Nona calcis ossis externum latus commonstrat, & perinde ac duæ præcedentes, superiorem calcis sedem depictam exhibet. Decima, pedis os cymbam referens anteriori facie, qua tarsi ossibus committitur, delineatum cernitur. Vndecimaeiusdem ossis posteriorem refert sedem. Duodecima, quatuor tarsi ossium simul nexorum anterior facies conspicitur, cui pedij ossa coarctantur. Decimatertia, quatuor tarsi ossium posterior facies spectatur, quæ calci & ossi nauiformi est contermina.*

Γ,1,2 *Talus.* Δ 1,2 *Calx.* Θ 1,2 *Cymbam referens os.*

1,2,3,4 *His numeri characteribus in prima figura, secunda, duodecima & decimatertia quatuor tarsi ossa indicantur, quibus ab inscripto numero nomina imponimus. hoc primum, illud secundum, atq; ita deinceps appellantes.*

I,II, III,IIII,V *Quinq; pedij ossa in prima figura notantur, quæ in secunda etiam citra characterum appositionem sunt conspicua.* Λ,Ξ 1,2 *Digitorum pedis ossa.*

A, B,C,D 3,5,6 *His quatuor characteribus tali tuber notatur, tibiæ ossis inferiori appendici articulatum. ac A quidem ad B primam huius tuberis costam seu latus indicat. C uerò ad D secundum, & A ad C tertium, B autem ad D quartum.*

E,E 3 *Sinus tuberis tali, secundum ipsius longitudinem insculptus.*

F,F 3 *Duæ tali tuberis partes, elatius quàm sinus E indicatus prominentes.*

G 5 *Internum tali tuberis latus, quod compressum & cartilagine incrustatum, interno malleolo committitur.*

H 6 *Tali tuberis sinus externo ipsius lateri insinuatus, qui cartilagine similiter obductus, externum malleolum excipit.*

I 5 *Sinus tali asper, cui ligamentum cartilagineum ab interno procedens malleolo inseritur.*

K 6 *Tali sinus, cui ligamentum cartilagineum ab externo malleolo pronatum inseritur.*

L,M 5,6 *Duo sinus, quos posterior tali regio uersus internũ latus spectandos exhibet, qui deducẽdis reflectendisq; musculorum tendinibus parantur, hàc pedis inferiora subeuntibus.*

N 3,4, 5,6 *Tali ceruix.*

O 3,4, 5,6 *Tali caput, ossis cymbam referentis sinum subiens, qui undecima figura k indicabitur.*

P 7,8, 9 *Calcis ossis tuber, caput ue cartilagine obuolutũ, & in tali sinum Q notandum ingrediens.*

Q 4 *Tali amplus sinus, calcis caput P iam indicatum admittens.*

R 7,8, 9 *Calcis ossis sinus, cui inferior tali capitis sedes S iam indicanda articulatur.*

S 4 *Inferior tali capitis, quod ossi cymbam referenti articulatur, sedes, calcis sinum subiens.*

T,T 4 *Asper tali sinus, ex quo cartilaginea ligamenta calci inseruntur.*

V,V 7, 8, 9 *Asper calcis sinus, cui cartilaginea ligamenta ex nuper dicto tali sinu immittuntur.*

X, Y, Z 2 *Calcis ossis sedes, quæ pede in terram firmato, deorsum spectat. Verùm Y, & Z in se cũda, & Y in octaua, & Z in nona priuatim huius sedis processum notant, musculis quibusdam educendis aptum, & propinquius reliqua calcis sede terræ innittentem.*

a,b 7,8,9 *A b a ad b superioris calcis sedis interuallum notatur, à posteriori tali regione ad posticam calcis deductum.*

c 2,8,9 *Postica calcis sedes.*

d,e 2,8 *Internum calcis latus. Verùm e priuatim sedem notat, qua tendines hàc pedis inferiora petunt.*

f,g 1,7,9 *Externum calcis latus. Verùm g separatim huius lateris regionem insinuat, cui septimi & octaui pedem mouentium musculorum tendines exporriguntur.*

h, i 7 *In septima figura anterior calcis sedes est conspicua. & h quidem eius sedem indicat, quæ talo committitur. i uerò eam notat, quæ ossi tesseram, seu cubum imitanti articulatur. Est itaq; i depressum calcis caput, sinum ossis cubum imitãtis subiens. Atq; id caput in nona etiã est conspicuũ.*

k 11 *Admodum profundè exculptus ossis cymbæ imaginem ostendentis sinus, tali caput O signatum suscipiens.*

l,m,n 10 *Anterior ossis cymbæ assimilati sedes, tres perquàm leuiter prominentes commonstrans superficies, quibus tria interiora tarsi ossa coarticulantur.*

o,p,11, & o in 10 *Superior ossis cymbam referentis sedes, qua pedis superiora spectat.*

q,r 10 et q in 11 *Inferior ossis cymbam referentis sedes, terram intuens. Verùm q priuatim huius sedis sinum indicat, quò sextus pedem mouentium musculus deducitur.*

s,t,u 13 *Tres planæ quodammodo superficies trium interiorum tarsi ossium, quibus hæc ossi cymbæ simili coarticulantur.*

x 13 *Ossis cubum referentis sinus in superficie leuiterq; cælatus, quo calci id articulatur. estq; hic sinus huius ossis unum latus.*

α, β 12 *Ossis cubũ referentis sedes, cui pedij os anularem suffulciens digitum, & illud quod minimo præponitur, planis superficiebus coarctantur. estq; hæc sedes secundum latus ossis cubo similis.*

γ 12,13 *Tertium ossis cubo assimilati latus, quod & os cymbam exprimens respicit, tertioq; tarsi ossium coarctatur.*

δ 12,13 *Quartum ossis cubo à dissectionis professoribus comparati latus, externã pedis sedem spectãs.*

ε 12,13 *Quintum eius ossis latus, in pedis superiori consistens superficie.*

ζ, η 2, Θ, ϛ in 13 *Sextum illius ossis latus, terræ innitens. Verum η peculiariter ipsius indicat sinũ, ad quem septimi pedem mouentis musculi tendo reflectitur.*

θ 13 *Processus tertij tarsi ossium, quod ossi cubum referenti articulatur, in hoc prominens, ut ipsi quintus pedem mouentium musculus inseratur.*

12 *Sedes intimi tarsi ossium, cui pedij os pollici præpositum articulatur.*

κ 12 *Huic secundi tarsi ossis sedi, pedij os indicem sustinens coarctatur.*

λ 12 *Huic tertij ossium tarsi sedi, os pedij articulatur, cui medius innititur.*

μ 1,2 *Ossiculum ad externum articulationis latus obuium, quo pedij os paruo præpositum digito, ossi cubum exprimenti committitur.*

ν, υ 1,2 *Interualla, sedesq;, quibus pedij ossa inuicem dehiscunt.*

ξ, ϛ 1,2 *Capitula pedij ossium, sinus primorum digitorum ossium subeuntia.*

ϖ 2 *Processus pedij ossis pollicem suffulciens, cui septimi pedem mouẽtis musculi tendo implãtatur.*

ϱ 2 *Processus appendicis superioris pedij ossis minimo præpositi, in hoc potissimum prominens, ut octaui pedem mouentis musculi insertionem excipiat.*

ς, τ, υ 1,2 *Tria indicis ossa. atq; eadem ratio medij, anularis, minimiq; est.*

φ, χ 1,2 *Duo pollicis ossa.*

ψ, ω 2 *Duo ossicula pedij ossi pollicem sustinenti supposita.*

* 2 *Ossiculum secundo pollicis internodio præpositum. Reliqua autem sesamina ossicula in primis digitorum articulis nullis notis insigniuimus.*

QVEM-



*Quadrupedũ cum hominis, crurib. ac pedibus similitudo.*

QVEMADMODVM canes, mustelæ, feles, cuniculi, lepores, & magis adhuc simiæ, & ursi, omniaq; quadrupeda, quibus pedes in digitos finduntur, eandem cum hominibus, femoris ad coxẽdicis os, & femoris ad tibiam articuli speciem obtinẽt: ita sanè par quoq; in posteriorum pedum ossibus illis, & huic cernitur contextus. Quippe si pollicis in illis animalibus constructionem ab homine differre, atque magis & minus ad manus nostræ pollicem accedere, ac plures interdum pauciores ue digitos obtingere, nostrumq; pedem breuiorem esse subaudias, nullo prorsus osse humanum pedem donari spectabis, cui penitus simile, tum situ, tum forma, tum articulatione, tum mouẽdi ratione in canibus & id genus animalibus non reperias. Cæterum posteriorem in illis pedem appello, totam eam crurum partem, quam terræ inniti conspicimus, quoties canẽ aut ursum anterioribus cruribus à terra subleuatis, nullíq; baculo aut alio quopiam fulcro innixis erectum cernimus. non uerò illam duntaxat partem, quæ quum quatuor insistunt pedibus, terram contingit. ea nanq; duntaxat pedum digiti est: quemadmodum & nos quoque, quum quatuor ueluti cruribus prorepere studemus, solis manuum & pedum digitis terram cõtingimus, brachiale & calcem à terra ursorum canumq; ritu subleuantes. Adeò mehercule, ut dictis iam animalibus illic pes incipiat, ubi Aristoteles proportionalem nostro genu articulum in omnibus quadrupedibus finxit. Vnde etiam liquet, quàm hoc meum de quadrupedum ossibus paradoxum, Aristotelis, omniumq; (quod sciam) philosophorũ, & inter Anatomicos facile principis Galeni de communi animalium gressu in crurum flexione, extensione, sessione, ac femorum cum spina seu dorso ductu, & corporis erectione dogmata perturbet. Ab hac itaq; ossium in illis animalibus cum homine similitudine, pedis ossium sermonem aggressus sum, quò minus aliquis hîc mox initiò à me requireret, quæ tot chartis in tertio de Partium usu Galenus persequitur. quando hominis pedem quadrupedum longiorem, & deinde latum mollemq; esse describit. adeoq; diffuse hominem in ossium compositione ab alijs animalibus distinguit, ac demum tam solicitè cur homo erigatur sedeatq; ratiocinatur, in Euripide ridendo magis quàm spectandis ossibus occupatus. Quandoquidem etsi ursis & alijs eius generis animalibus eadem quæ homini adsunt, tamen Galenus docet Naturam nonnulla homini ut bipedi, nõnulla autem ut animali ratione prædito, in pedum constructione elargiri. Arbitror itaq; posthac Aristotelis Galenicq; studiosos, hominum, & quadrupedum, & auium quoq; ossa inuicem collaturos, ac quonam pacto nos quatuor ueluti cruribus innixi progrediamur, quaq; ratione felis aut canis sedeat, aut erectus parieti innitatur, ac denique singula seorsim in quo conueniãt aut discrepent indagaturos, ut deinceps placita tantorum uirorum adeò diffuse lateq; pertractata, naturaliũ rerum studiosi rectiùs euoluant, ac tandem admoniti agnoscant, quàm manifestò huiusmodi ossium similitudo illa redarguat: quamq; Aristotelis & Galeni, multoq; minus Platonis in Anatome dogmata, nõ ex tripode sint dicta. Prolixum nanque foret, hîc omnium de talis & crurum motibus sententias recensere, atq; quid de singulis sentiam adijcere. potissimum quum hactenus pedis ossa nondum descripserim, quæ opportunè à talo (quem Græci ἀστράγαλον & ἄστριον uocant) aggrediar.

*Li. de Cõmuni animalium gressu. Lib. 3 de V. su part.*

*TALI situs, ac ipsius cum tibiæ osse & fibula articulationis ratio.*

Hominis itaque[a] talus (qui forma canum, ursorum, similiumq; animalium, quibus pedes in digitos dirimuntur, non autem bisulcorum, & solidis unguibus præditorum animalium talo respondet) sub tibiæ osse & fibula continetur, magna sui sede ab illorum ossium appendicibus comprehensus, quemadmodum in tibiæ ossis & fibulæ descriptionibus antea retuli. Ea tior nanque tali pars, quæ sursum quoties totus pes terræ innitur spectat, insigni admodumq; læui prominet[b] tubere, lubrica cartilagine incrustato, ac denique quartę rotulæ cuiusdam parti non absimili. Est nanq; hoc tali tuber rotulæ illius partis modo orbiculare ac læue, & quatuor lateribus seu costis terminatũ. ac[c] prima quidem & [d] secunda ad tuberis latera secundùm ipsius longitudinem ueluti in orbem ducuntur: [e] tertia secundùm anteriorem tuberis terminum, [f] quarta autem secundùm posteriorem terminum feruntur. Adeò ut orbiculare hoc tali tuber quadrangulare quodammodo sit, atque ob id Græcis τετράωρον, Latinis autem quatrio appellatur. Neque uerò lateribus duntaxat præsens tuber quartæ illi rotulæ parti correspondet, sed rotulæ modo, ad quam funis reflectitur, hoc tuber[g] sinu quodam in ipsius medio donatur, qui leuiter admodum cælatus, ad latera[h] utrinque magis protuberat, illi[i] sedi exactissimè conueniens, quam in ima tibiæ ossis appendicis sede talo excipiendo paratam scripsimus. Præsentis tali ad tibiam nexus beneficio pedem flectimus, & reflectimus, ac nimis quàm obscurè in latera ducimus. quanquam nos tanto perfectiorem in latera motum moliamur, quanto tali tuber, seu quatrio minus rotulæ modo exculpitur, & quò minus mutuo ingressu tibiæ ossi articulatur.

a 1,2 fig. r, & toiæ 3, 4,5,6 figurę, ac integrarũ Ω ad Φ & γ. de, in ada et b.
b 3, 5,6 fig. A, B, C, D.
c 3,5,6 fig. ab A ad B.
d 3,5,6 fig. à C ad D.
e earundem fi. ab A ad C.
f earundem figu. à B ad D.
g 3 fig. E, E. h 3 fig. F, F. i 9,10 figu. ca, 31 d, e, f.

ticulatur. quemadmodũ in canibus fit, quibus tali quatrio insignius secundùm ipsius longitudinem cauatur, magisq; ad rotulæ, cui funis aduoluitur speciem accedit, ob quod etiam firmiori mutuo ingressu canis talus tibiæ iungitur. Ad hæc, præsens tali quatrio non in his solum quæ modò diximus quartæ rotulæ parti respõdet, uerùm uti rotulæ latera, quibus ipsa ueluti in furcula, aut ut alijs placet in trochlea, suffulcitur, detrita & læuia unctaq; uisuntur: ita quoque tali tuber ad latera, quibus malleolos contingit, comprimitur, læuiq; cartilagine incrustatum cernitur, quamuis non pari modo utrinque. In interno siquidem latere,[k] parua amplitudine & superficietenus tantum comprimitur, quòd scilicet inferioris tibiæ ossis appendicis processus interiorem malleolum constituens, & hoc tali latus compræhendens, non admodum amplo[l] spacio læui cartilagine incrustetur. Externum uerò tuberis tali latus[m] ampliter sinuatum, & maiori interuallo cartilagine incrustatũ apparet, ut aptam sedem constituat, cui[n] internum exterioris malleoli latus concinnè congruat,[o] qui magis deorsum, quàm interior malleolus, exporrigitur. Quemadmodum uerò internum interioris malleoli latus asperum[p] sinum exigere scripsimus, ex quo[q] ligamentum cartilagineum talum tibiæ ossi colligans pronascitur: ita quoque eius ligamenti recipiendi gratia internum tali latus aspero[r] sinu insculpitur, perinde ac externum ipsius tali latus similiter[s] cælatur, ut ipsi[t] ligamentum inseratur ab interno exterioris malleoli latere eductum. Huiusmodi quoque ligamentorum ratione posterior tali sedes ad tuberis ipsius, seu quatrionis[u] radicem cõsistens aspera est, ut inibi ligamenta admitteret à tibia principium ducẽtia, & rursus alia in calcem porrigat. At præter eiusmodi asperitatem posterior quoq; tali sedes,[x] sinus ostendit, musculorum tendinibus, qui hàc pedis inferiora subeunt, uehendis parati.[y] Descendunt autem hàc tendo quinti pedem mouentium musculi, & musculi secũdum pollicis os flectentis, & illius tendo qui tertia quatuor digitorũ ossa inflectit. Atq; ad hunc modum talus tibiæ articulatur, & tali quoque superior ac posterior sedes, lateraq; ita se habent. Ab anteriori uerò ipsius sede, idq; magis ab huius sedis interno latere oblonga producitur[z] ceruix, quæ aliquousque progressa, in[a] caput rotundum, lubricaq; cartilagine incrustatum desinit, quod nauicularis ossis alto[b] sinui inarticulatur, contextũ efformãs, cuius beneficio modicè obscuroq; motu pedem in latera agi circunducíq; arbitramur. Inferior tali pars, duplici articulo calcis ossi articulatur, illiq; totus insternitur. ac unus quidẽ articulus in posteriori consistit regione, ubi calcis os amplo latoq; prominet[c] tubere, amplum profundumq; tali[d] sinum ingrediente. Alter uerò articulus anterior est, ac uersus internum pedis latus uergens, secus atque posterior articulus se habet. Calcis enim os oblongo[e] sinu exculpitur, qui cartilagine incrustatus, humiliorem tali capitis[f] sedem excipit. Talinanque[g] caput nauiculari ossi articulatum, inferiori sua sede qua calci innititur depresso tubere, dicto iam calcis sinui examussim adaptatur. In horum articulorum medio[h] talus, & [i] calx pariter exasperantur, profundosq; obtinent sinus, ex quibus cartilaginea pronascuntur ligamenta, talum calci ualidissimè connectentia. Atque isti asperi horum ossium sinus adeò altè cælantur, ut in mundatis ossibus, & postmodum inuicem commissis, magnum inter talum calcemq; inibi pateat interuallum, in uiuentibus cartilaginosis huiusmodi ligamentis oppletum, quæ adeò pertinaciter talum calci colligant, ut uix tantillum is supra calcem moueatur, ac sua inferiori sede tam sit immobilis, ut superiori, qua tibiæ articulatur, uersatilis uolubilisq; obseruatur.

[k] Calcis os, quod omnium pedis ossium facile maximum est, pariq; cum talo constat substantia[l] ea parte qua ingredimur leuiter teres, sed tutæ formationis gratia quoque latiusculum existit. uerum interim asperum & inæquale inibi cernitur, idq; quorundam musculorum occasione. Primũ enim in inferiori ipsius sede transuersim iuxta posteriora deorsum prominet, ac asperum educit[m] processum, à cuius anteriori sede[n] musculus principium ducit, qui quatuor pedis digitorum secundum os flectit. Dein illic[o] musculosa substantia enascitur, quatuor particulas deducens, quibus quatuor digitos pollici adducimus. Horum enim musculorum producendi gratia, hæc inferior calcis sedes, latior & inæqualis est, & processus ille ob hoc prominet, terraq; propinquius quàm reliquum calcis corpus accedit, quo minus illorum musculorum capita inter calcandum comprimantur. Superior calcis sedes,[p] quæ à posteriori tali parte ad posticam usque ipsius calcis sedem ducitur, teretis corporis speciem refert, priuatim nihil præter exiguam asperitatem commonstrans, in quam tibiæ ossis & tali ligamenta inseruntur, quæq; à musculorum exortu & insertione, & articulatione libera est. Posterior hæc calcis sedes, tibiæ ossis rectitudinem admodum excedens, in hoc in posteriora educitur, ut tibia opportunè instar perpendicularis lineæ in pedem tanquam in aliam lineam transuersim ductam fulciri possit, utq; totius corporis robustissimus[q] tendo[r] posteriori calcis parti inseratur. huic etenim depressæ & utcunque asperæ calcis parti tendo implantatur ex primo, secundo & quarto pe

*Sinus tali quibus à tibiæ osse & fibula ligamenta assumit.*

*Sinus quibus tendines deducit.*

*Tali cum osse cymbam referente articulus.*

*Tali ad calcem cõtextus.*

*Sinus inter tali cum calce commissuras apparens.*

CALCIS ossis sedes terram spectans.

*Superior calcis sedes extra tibiæ rectitudinem retrorsum ducta.*

*k* 2,8 fig. d, e. ac e sinuatam indicat sedem. *t* ultimæ li. 3 figuræ d. ultimæ li. 4 figur. w. *x* 14 musc. tab. u. *y* 14 tab. v, w. *z* 7,8,9 figur. R. *a* 2,8 fig. Y. *b* 6 musc. tab. q. *c* 1,7,9 fig. f. g. *d* 2,9 fi. Z. *e* 2 muscu. tab. n et 14 tab. r. *f* 1,7,9 fig. *g* 6 muscu. tab. o, deinde y. *h* 6 tab. w. *i* 7 figu. h. *k* 7,9 fig. i. *l* 13 figu. x. *m* 1,2 figu. e, et tota 10 & 11 fig. in integrarum autem b citra, et d, e, f. *n* 11 fig. k. *o* 3,4 fi. O. *p* 10 figu. l. m, n. *q* 1,2,12,13 fig. charac. 1, 2, 3. *r* 11, fi. o, p & 10 fi. o. *s* 10 fig. q, r. et 11 fi. q. *t* 10, 11 fi. q. *u* 3 musc. tab. r. *x* 1,2,12,13, fig. charac. 1, 2, 3, 4. in tegrarũ fi. d, e, f, g ad b, c, et h, h. *y* figurarũ 25 cap. charact. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. *k* 5 figur. G. *l* 9 fig. cap. 31 g. *m* 6 fig. H. *n* 9, 11 figu. cap. 31 h. *o* confer 1 figuræ cap. 31 E cum *o*. *p* 4, 10 fig. cap. 31 a. *q* fig. cap. 1 lib. 2 f. *r* 5 fig. I. *s* 6 fig. K. *t* fig. cap. 1, lib. 2 g. *u* post B, D figuræ 5. *x* 5, 6 fi. L, M. aut 15 muscul. tab. charact. 1, 2, 3. *y* eiusdem tabu. D, E. O, P. musculos notant. *z* 3, 4, 5, 6 figura N. *a* eandem figur. O. *b* 11 fig. h. *c* 7, 8, 9 figur P. *d* 4 fi. Q. *e* 7, 8, 9 figur. R. *f* 4 figu. S. *g* 4 fig. O. *h* 4 fi. T, V. *i* 7, 8, 9 fig. V, V. *k* 1, 2 figuræ Δ. & tota 7, 8, 9 fig. integrarum autem 2, 3 figura a. *l* 2 figur. X, Y, Z. *m* 2 figu. Y, Z. & 8 fig. Y. 9 autem figuræ Z. *n* 14 musc. tabul. o. *o* 14 musc. tab. n, m, & 15 tab. N. *p* 7, 8, 9 fi. ab a ad h. *q* 13, muscu. tabul. a. aut 14 tab. tendo ex n, o, *q* cõstatus. *r* 2, 8, 9 fi. c.



to pedem mouentibus musculis conflatus. In quadrupedibus autem, ut canibus, ouibus, & equis, posterior hæc calcis ossis sedes ex abundanti sinum quendam oblongum sibi uendicat, quo tendo is tutò uehitur, qui in illis animalibus secus ac in homine latum tendinem plantæ cuti subnatum procreat. Cæterum calcis laterũ quæ ampliter sunt depressa lataq;,[s] internum latus læue & insigniter sinuatum conspicitur, ut aptam constituat sedem musculorum tendinibus hàc pedis inferiora petentibus, atque ad internum hoc calcis latus tutissimò reflexis. Deducuntur autem hàc, præter præcipuam pedis inferiora petentem[t] uenam, & [t] arteriam, & [u] neruum[x] tendo quinti pedem mouentis musculi: & [y] tendines duorum musculorum, qui ultimos pedis digitorum articulos flectunt. Hi tendines potissimum ad posteriorem processus calcis sedem conuoluuntur, cui Natura[z] sinum insculpsit tali caput excipientem, & anteriorem tali cum calce constituentem articulum. Adeò ut is processus in internum pedis latus protuberans, internum calcis latus impense sinuatum efficiat, quemadmodum & protuberans posterioris calcis sedis[a] internũ latus hunc quoq; sinum ampliter auget. Id enim in hoc insignius prominet, ut[b] musculus ab illo enascatur, cuius beneficio pollex introrsum à cæteris digitis abducitur. Externum autem calcis[c] latus non sinuatur, sed asperum & inæquale ac excarne est, si modo humiliorem ipsius[d] sedem excipias, quæ[e] musculum educit paruum digitum à cæteris digitis in externum latus abducentem. Deinde anterior huius lateris[f] sedes aliqua ex parte læuis, modiceq; admodum in superficie sinuata cernitur, & tendinibus cedit septimi & octaui[g] musculorum pedem mouentium, qui ad posteriorem[h] externi malleoli sedem reflexi, secundum hanc calcis regionem porriguntur. Cæterum calcis anteriorum partium,[i] ea quæ è regione magni digiti habetur, & processus modo in internum calcis latus excedit, talo quemadmodum antea diximus articulatur, nulli interim alteri ossi contigua. At calcis anterior[k] pars minimo digito situ respondens, in anteriori sua facie læuis est, & lubrica cartilagine incrustatur, depresso amploq; prominens capite, quod ossis tesseram imitantis[l] sinui coarticulatur. qui similiter lubrica obductus cartilagine, duntaxat superficietenus insculpitur, eaq; commissuræ specie hic articulus perficitur, quam ἀρθρωδίαν Græcis uocari diximus.

[m] Nauiculare seu nauiforme os, posteriori quidem sede admodum profundo donatur[n] sinu: unde etiam à cymbæ imagine σκαφοειδὲς Græcis nuncupatur. Sinus iste (uti prius dictum est) tali[o] caput excipit. Anterior ossis cymbæ comparati sedes lubrica cartilagine incrustatur, & tres admodum leuiter prominentes commonstrat[p] superficies, tribus tarsi[q] ossibus, quæ ipsi articulantur, paratas, adeoq; modicè protuberantes, ut num sinus, num capita sint, penè dijudicare nequeas. Harum superficierum intima & interno pedis lateri proxima, reliquis duabus amplior est, & insigniùs quàm illæ ideo prominet, quòd tarsi os ipsi coarticulatum maius & amplius sit, & profundiùs quoque sinuetur alijs duobus tarsi ossibus, quæ reliquis duabus ossis cymbam exprimentis superficiebus committuntur. Læues has, adeoq; obscurè protuberantes superficies, dissectionum periti cubos uocãt, quoties tria tarsi ossa cubis eius ossis quod cymbam refert coarctari docent. Superior huius ossis[r] sedes gibba, & quodammodo rotulæ modo orbicularis est, eam obtinens figuram, quæ pedi hac in sede fuit optima, iniurijsq; ferendis pertinacior. Atque hæc sedes uniuersa utcunque aspera est, quò fœlicius ligamenta educat, id os talo & tarsi ossibus connectentia. Inferior ossis cymbæ similis[s] sedes utcunque sima uisitur, ut hac parte cauitatem pedi magnopere necessariam adaugeat. Verum hæc ossis pars, superiori parte asperior ac inæqualior cernitur: quòd hinc ualidiora ligamenta, quàm ex superiori enasci debuerint. Præterea inferior hæc sedes iuxta internum ipsius latus[t] sinum exigit, ad quem sexti pedem mouentis[u] musculi tendo appositissimè reflectitur. Nauiculari itaq; ossi, ut neque etiam calci, neque talo, in manu nullum proportionale os cõsistit. quæ autem adhuc in pede recensenda supersunt, extremæ manus partibus aliqua ex parte correspondent: cuiusmodi tarsi sunt ossa, brachialis ossibus conferenda.

Vocatur autem Græcis ταρσὸς quatuor pedis[x] ossium series, quorum tria nauiculari coarctantur: quartum uerò, quod tesseræ assimilatur, calci. Quamuis interim Græci subinde tarsi nomen non his solum ossibus accommodent, uerum uniuersam pedis superiorem partem eo nomine plerunque intelligant: uti Galenus in libris de Administrandis sectionibus perpetuò facit, tendines, & uenas, & arterias, neruosq; secundum tarsum ferri scribens, quæ per pedis superiora exporrigũtur, digitosq; accedunt. Latinorum quamplurimi hanc ossium struem planam quoque nuncupant. uerum quando plantæ nomen latiùs patet, non ineptè tarsi nomine, dum aptius sese offerat, mihi utendum duxi. Tarsi igitur ad [y] brachiale constructionis proportio non est obscura. ex quatuor enim ossibus tarsus, ex duplicatis autem brachiale cõstituitur. Ex pluribus nanq; & minoribus particulis apprehendendi organũ componi debuit. ex grandioribus

*Internum calcis latus quale.*

*Externum latus.*

*Anterior calcis pars.*

OSSIS CYMBAM referentis sinus.

*Anterior ossis sedes, & tres ipsius plane superficies.*

*Superior sedes.*

*Inferior.*

*Quibus pedis ossibus in manu nullum respondet.*

TARSVS.

*s* 2,8 fig. d, e. ac e sinuatam indicat sedem. *t* ultimæ li. 3 figuræ d. ultimæ li. 4 figur. w. *x* 14 musc. tab. u. *y* 14 tab. v, w. *z* 7,8,9 figur. R. *a* 2,8 fig. Y. *b* 6 musc. tab. q. *c* 1,7,9 fig. f. g. *d* 2,9 fi. Z. *e* 2 muscu. tab. n et 14 tab. r. *f* 1,7,9 fig. *g* 6 muscu. tab. o, deinde y. *h* 6 tab. w. *i* 7 figu. h. *k* 7,9 fig. i. *l* 13 figu. x. *m* 1,2 figu. e, et tota 10 & 11 fig. in integrarum autem b citra, et d, e, f. *n* 11 fig. k. *o* 3,4 fi. O. *p* 10 figu. l. m, n. *q* 1,2,12,13 fig. charac. 1, 2, 3. *r* 11, fi. o, p & 10 fi. o. *s* 10 fig. q, r. et 11 fi. q. *t* 10, 11 fi. q. *u* 3 musc. tab. r. *x* 1,2,12,13, fig. charac. 1, 2, 3, 4. in tegrarũ fi. d, e, f, g ad b, c, et h, h. *y* figurarũ 25 cap. charact. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

*Tria tarsi ossa interiora.*

*Quartum & extimum os.*

dioribus uerò paucioribusq́, ambulandi instrumentum. Tria tarsi ossium interiora planis quodammodo [z] superficiebus nauiculari ossi coarctata, proprio carent nomine: at nonnullis simul omnia χαλκοειδῆ appellantur. Quartum autem extrinsecus situm, à cubi seu tesseræ forma (quum quasi octo habeat latera) κυβοειδὲς uocatum est. Atque unum ipsius [a] latus posterius est, quo [b] calci committitur: [c] secundum anterius, quo continua superficie duobus pedij [d] ossibus coarctari docebitur. [e] tertium interius est, quo ipsi proximo tarsi ossi coarticulatur. [f] quartū pedis exterius respicit latus, uixq́ lateris nomen meretur, quum admodum obscure planum sit. [g] quintum superius est, nulli etiam nexum ossi, sed pedis superiora spectans. [h] sextum terram respicit, nulli similiter ossi commissum, cæterisq́ lateribus longè inæqualius, & priuatim oblongo quodam [i] sinu donatū, ad quē maxima Naturæ solertia septimi pedem mouentis [k] musculi tendo reuoluitur. Quia uerò aliquot huius ossis latera ad eum modum obscura & inæqualia sunt, & non ad amussim tesseræ imagini accedit, Arabes ab inæquali effigie, & quadam grandinis imagine, id grandinosum appellarūt. Alij rursus à multiplici forma illi idem nomen cum cuneum referenti capitis [l] osse indiderunt, id πολύμορφον uocantes. Hoc tarsi os (uti & antea monuimus) calci coarticulatur, terræq́ innititur: reliqua autem tria simul cum nauiculari sursum à terra subleuantur, ut pedem hac sede cauum altumq́ constituant. [m] Tarsi ossa, ut & brachialis, figura & quantitate inter se discrepant, nec superiori nec inferiori parte æqualiter porriguntur. Os enim cubum referens, & primum os interius pedis latus occupans, duobus quæ in medio habentur multò maiora sunt. atque illorum duorum rursus grandius est quod cubum referenti nectitur, quemadmodum & cubum referens intimo osse grandius quoque uisitur. Quinetiam os cubum referens posteriùs, ad calcem scilicet, uergit: intimum uerò os antrorsum uersus pollicem multo magis, quàm cætera, eminet. Ex medijs, quod intimo ossi proximum est, breue cernitur nō adeò antrorsum, atq; id quod cubum referenti committitur, productum. Omnia simul iuncta superiorem eorum superficiem gibbam orbicularemq́ efformant, inferiorem uerò cauam simam'ue, quemadmodum & pedi ex usu esse nemo nō nouit. Duo media cunei accedunt imagini. quà enim pedis superiora spectant, lata orbiculataq́ nonnihil sunt: quà uerò plantam cōstituunt, non secus acuta uisuntur, quàm si cuneorum ritu inter intimum & extimum tarsi ossa hæc inijcerentur. Deinde tarsi os ossi cubo simili coarctatum, priuatim acutius & demissius in pedis inferiora porrigitur, quàm secundū tarsi os intimo commissum, quòd ipsius huc deducto [n] processui tendo quinti pedem mouentis [o] musculi ualidissimè inseratur. Tarsi ossa, ubi lateribus inuicem cōmittuntur, tota connexus amplitudine leui lubricaq́ cartilagine non obducuntur, sed duntaxat in posteriori laterum sede ossi cymbam referenti proxima. quippe in reliqua parte nonnihil mutuo distant, cartilaginosorum ligamentorum interuentu inuicem copulata.

*Tarsi ossium formā et quantitatem uariā esse.*

*PEDII historia.*

Tarsum subsequitur pedis [p] pars, quam Hippocrates à costarum fortassis serie στῆθος, alij uerò Græci πεδίον, Latini plantam, & nōnulli pecten, uestigiumq́ appellant. Cæterū quum illæ Latinorum uoces in musculorum narratione, & in uasorum neruorumq́ descriptionibus plurimum obscuritatis (si modo illis uteremur) adferrent, conduxerit profectò, & hîc quoque à Græcis nomen mutuare. est enim & planum (quo nomine alij πεδίον uertunt) in hac significatione, qua pedis partem significat, penè inauditum. Pedion igitur manus [q] postbrachiali respondet: uerum quinque ossibus, non autem quatuor, ut postbrachiale, conformatur. In manu nanque pollicem reliquis digitis opponi decebat, atque hac ratione primum ipsius os brachiali articulo laxiori, quàm quatuor postbrachialis ossa, alligatur. quare etiam primum pollicis os digitis, non autem postbrachiali Galenum secuti ascripsimus, pollici perinde ac cæteris digitis tria ossa tribuentes. Quinq́ uerò pedij ossa pari articuli connexu tarsi ossibus una serie committuntur. Pes enim quum ambulandi sit organum, stabilitatis securitas illi maximè conuenit, quæ in uno ordine locatis indiget, non solum quidem pedij, uerum etiam & digitorum ossibus. Ac pedij ossa [r] tarsi ossibus læuibus & in superficie tantū protuberantibus capitibus coarctatur, tam obscurè prominentibus, ut meritò planis superficiebus pedij ossa tarso coarticulari dixeris. & pedij quidem os pollici præpositum intimo tarsi cōmittitur ossi, quod indicem suffulcit secundo, quod medium sustinet tertio ossi coarticulatur. duo autem reliqua ossi cubum referenti coarctantur: [s] quemadmodum octauo brachialis ossi ea postbrachialis ossa committi proditum est, quibus anularis & medius innituntur. Et quemadmodū articuli, quo postbrachialis os minimū digitum sustinens brachiali nectitur, externo lateri [t] ossiculum quoddam apponi diximus: ita etiam in pede [u] ossiculum uisitur, ad externum latus articuli positum, quo quintum pedij os cubiformi ossi articulatur. Porrò quemadmodum tarsi ossa non eadem linea anteriori parte finiunt, sic etiam pedij ossium aliud alio magis in posteriora porrigitur.

*Pedium quinque ossibus cōstare.*

*Pedij ad tarsum coarticulatio.*

*z 13 fig. s, t, u. — a 13 fig. x. — b 7 figu. i. — c 12 fi. α, β. — d 1 fig. IIII, V. — e 12, 13 fi. γ. — f 12, 13 fi. δ. — g 12, 13 fi. ε. — h 2 fig. ζ, η. 13 fig. ζ. — i 2 figur. κ. — k 15 musc. tab. V, X. — l 8 fig. ca. 6. — m Confer inuicē tarsi ossa primæ fig. cū 2. & rursus duodecimæ cum 13 figuræ. — n 13 figu. ι. — o 15 musc. tabu. D E. dein c, d. — p 1 figur. I, II, III, IIII, V. integrarum uerò fig. h, h. ad d, e, f, g, ac i, i. — q 1, 2 fi. ca. 25 I, II, III, IIII. — r Sedes in tarso seriatim notantur ι, κ, λ, α, β. — s 2 fig. cap. 25. charac. III, IIII, ad 8. — t 1, 2 fig. ca. 25 N. — u 1, 2 fig. μ.*

Pe-



*Pedij ossium interualla.*

*Ad digitos articulatio.*

Pedij ossa illic ubi tarso committuntur, lateribus sibi proxima crassaq́ sunt, & aliqua ex parte planis læuibusq́ superficiebus per arthrodian inuicem coarctantur. Quà autem à tarso ad digitos abscedunt, tenuiora fiunt, atque in illorum medio [x] interualla efformant, quibus [y] musculosa reponitur substantia, cuius auxilio primi digitorum articuli flectuntur. Atq; ut pedij ossa illi substantiæ aptiorem sedem porrigant, non adeò acuta tenuiaq́ superiori parte, atque ea qua terram spectant, uisuntur. Vbi autem digitis articulātur, omni ex parte postbrachialis [z] ossibus respondent, & appendice donata in rotundum [a] caput desinunt, sinum primi digitorum ossis subiens. Pedij os pollici præpositū, ea parte qua tarso articulatur, in ipsius inferiori sede terræ contermina, [b] processum exigit, cui septimus pedem mouentium [c] musculus inseritur. Atque simili quidem occasione pedij os minimum suffulciens digitum, quà tarso articulatur insignem commonstrat [d] processum in externum pedis latus excedentem, in quem octaui pedem mouentis [e] musculi tendo insertionem molitur.

*PEDIS DIGITI.*

*Pedem à manu summa uno osse cōtra Galeni placitum superari.*

Pedij ossa [f] digiti subsequuntur, qui ex ternis [g] ossibus omnes ad eorum quæ in manu sunt, similitudinem extructis constant: pollice tantum excepto, qui inter alios duplici tantum [h] osse extruitur, ut anterior pedis concauitatis sedes firmius terræ innitatur, ad quod etiā plurimum iuuant magna [i] ossicula, quæ quum ossa sesami semen referentia persequerer, ad primum pollicis internodium reponi dictum est. eo enim Capite non minus de manus quàm pedum ossiculis (quum utrorumque eadem sit ratio) egimus. Quòd uerò pes à summa manu uno osse uincatur, manifestum est. extrema enim manus uiginti septem constat ossibus, illis seclusis quæ sesamo comparantur. Sunt enim octo brachialis, quatuor postbrachialis, & quindecim digitorum. Pes autem uiginti sex tantum donatur ossibus, calce nimirum, talo, nauiculari ossi, quatuor tarsi ossibus, quinque pedij & quatuordecim digitorum. Atq; id Galeni nomine hîc addendum duxi, qui in secundo libro Commentariorum in Hippocratis librum de Fracturis (ubi is inquit, pedem hominis multis ac paruis ossibus nō secus ac summā manum efformari) scribit, pedi non aliter quàm extremæ manui uiginti septem adesse ossa: parum mehercule perpendens, se bis cubum imitans os enumerare, aut præter id os, alia quatuor tarsi recensere. quemadmodum sanè facit eodem in libro, quum quatuor tarsi ossa cubum referenti ossi, & illi quod cymbæ assimilatur articulari tradit. Sed hæc de omnibus humanæ fabricæ ossibus sint satis: & nunc ungues ac cartilagines, quæ adhuc reliquę sunt, recēseamus. si modò omnia, quæ corpus firmant, & suffulciunt, sustinentq́, hoc libro, uti institutū fuit, absoluenda ueniunt.

*x 1, 2 figur. ν, ν. — y 15 musc. tab. L. — z 1 fig. cap. 27 C. dein D. ac insuper illīc digitorū reliquam pertē articulationem. — a 1, 2 fi. ξ, ξ. — b 2 figu. π. — c 15 musc. tab. V, X, dein Y. — d 2 figu. ρ. — e 15 muscu. tabul. a, dein b. — f 1, 2 fig. A, Z. integrarum autem i, i ad h, h. — g 1, 2 figur. ς, τ, υ. — h 1, 2 fi φ. χ. — i 2 fig ψ, ω.*

## DE VNGVIBVS. CAPVT XXXIIII.




*HIS duabus figuris unguem ita expreßimus, quemadmodum conspici solet, quum à manu ad sceleti præparationem cocta, aut pede, diuelli consueuit. Ac dextra quidem figura characteribus insignita, internā unguis regionem, seu cauum ipsius denotat, altera interim unguis gibbum ostendente. Quin & A hîc unguis sedes indicatur, ante confectionem apparens. B uerò sedes insignitur, quæ mollis est, nullibiq́ detegitur, ac ueluti radix unguis censenda uenit.*

*Cur digiti unguibus donentur.*

*Vnguium naturam esse iustam.*

MANVVM pedumq́ digiti unguibus ideo à summo rerum Opifice decorantur, ut ipsis firmamenti uice apponerentur. Digiti enim suis partibus carneis, quibus in extremo donātur, mollia duntaxat corpora apprehendunt. Dura autem, & propter hoc carnis naturam pellentia, uiolenterq́ à se cogētia, digiti sine unguium adminiculo nequeūt amplecti. Ipsorum enim caro, quam postea duriusculam quandam adipem cuti substratam esse docebimus, tunc reflectitur subuertiturq́, & ob id firmamento indiget. Quinetiam pleraque deinde commoda ex unguibus, si neque summitatibus digitorum superiores, neque ijsdem inferiores sint, homini accedunt: quemadmodum si radere quid, aut scalpere, aut uellicare, aut excoriare, aut euellere oporteat. Cæterum summus rerum Opifex iustissime unguium (qui & munimenta uulnerantium conquassantiumq́ censentur) duritiem effinxit. Si enim duriores quàm nunc sunt, instar ossis cuiusdam procrearentur, ita quidem ad apprehendendum magis essent idonei, ut qui ne minimū reflecti reclinariq́ possent, at rumperentur promptissimè, non secus quàm alia quæ dura fragiliq́ constant temperie. Itaq́ securitati simul & robori rerum Opifex prouidens, illos mediocriter duros extruxit, ut neq; usui cuius gratia creati sunt, quicquam incommodaret, neque ipsi quum sua mollitie extrinsecus inciden-

*Vnguiũ nexus.*

tium uim cartilaginum ritu facile exoluunt, leui quaq; occasione afficiantur. Ob eandem hanc causam gibba cõstant superficie, quod hac figura iniurijs resistendis melius cõparentur. Quò minus uerò suspensi uacillent, ligamento quodam extremi digitorum ossis radici, eorum superiori termino colligantur. Quoniam autem carni cutiq; illos connasci operæprecium fuit, hæc extrinsecus uniuersæ radici circũdatur, illa interius usquequaq; subnascitur. In radicem ipsam, non modò arteriam uenamq;, sed etiam neruum porrigi Galenus attestatur, atque ungues ex his sensum, uitam & alimentum aliarum partium modo assumere scribit. Scio quidem non solum duos[a] neruulos ad unguium usque radicem ferri, sed eosdem cum[b] uenis sub unguibus quoq; ad digiti extremum repere. ungues autem interim sensus omnis expertes esse arbitror. Ac proinde non leuiter illorum, qui ungues ex ossis, nerui, cutis (quidam & carnis addunt) concretione gigni censent, sententiæ accedo. Quòd uerò uenæ, arteriæ & nerui, quemadmodum in hortis alueoli, in unguibus non dispensentur, uel hinc constat, quod pilorum modo ab radice procedentes augeantur. Satius enim erat, & hos pilorum ritu semper renouari, atque quum indies atterantur, nunquam non incrementũ admittere, quod potius in longum quàm latum & profundum assumunt.

*Li. 2 de Admin. dissect.*

*a manus 2 figuræ cap. 11 lib. 4.*
*b manus figuræ cap. 6 lib. 3.*

## DE PALPEBRARVM CARTILAGInibus. Caput XXXV.

*HAC figura superioris inferioris; palpebræ cartilaginem à reliquis partibus liberam delineauimus, ac ipsam, quum alioquin sit nota, nullis characteribus insigniuimus.*



TRIQVE palpebræ, tam inferiori quàm superiori, una contigit cartilago, utcunq; mollis & longa, in palpebrarumq; extremo quà illæ inuicem conniuent, locata & inter cutem & membranulã palpebras intus succingentem reposita. Huic cartilagini palpebrarum pili (quos cilia uocant) infiguntur, in illaq; tanquam in durius quoddã solum inserti eriguntur. Ideo enim cartilagines hæ (quas ab illa pilorum serie, remorumq; in longis nauibus, seu, ut uocant, galeris, similitudine πτερὰς uocamus) potissimum creantur, ut pilos illos erectos, neq; cæterorum pilorũ modo flaccidos dependentesq; contineant. dein etiam creantur, ut[a] musculorum palpebras mouentium implantationi subseruiant, quemadmodum opportunè in secundo libro eorum musculorum naturam explicantes docebimus.

*a fi. cap. 10 li. 2 A, b, C, D, e. ac 3 muscul. tabul. C, D.*

## DE AVRIS CARTILAGINE. Caput XXXVI.

*QVONIAM auris cartilago cuti illi obducta exquisitè libera, auris ipsius formam, ablata eius pinnula, exprimit, abs re esset hic aurem nulli non obuiam delineare.*



VIS potissimum auris in excipiendis aëris conuolutionibus gyrisq; usus censeatur, quibusq; nominibus auris sedes donẽtur, in auditus organi constructionis sermone libro septimo exequendum est. hîc autem obiter auris recensenda uenit cartilago, quæ auris formam referens in hoc formatur, ut cute uestita auris corpus instar uanni cõstituat, idemq; commodè sustineat, & erectum seruet. Est autem hæc cartilago mollis & tenuis, tanto semper à capitis osse uersus auris extrema mollior euadẽs, quãto auris orbiculo propius accedit, & quo minus sustinere aliquid debet. Ac proinde etiam in auris pinnula huius cartilaginis nulla exporrigitur portio, quòd scilicet hanc propendentem, neque erigi neque suffulciri oporteat. Porrò ad temporis os hæc cartilago durior sentitur, & ut firmiori radice hæreat, crassior. Enascitur enim ex orbiculo[a] foraminis auditus meatui in temporis osse cælati. cuius circunferentia ideo exasperatur, ut promptius auris cartilaginẽ educat. Quamobrem uerò Natura ex huiusmodi cartilagine aurem constituerit, & non duriorem aliquam osseamq; cartilaginem, aut uerum os ipsi indiderit, in secundo præsentis libri Capite executus sum, quum Naturam tanta prouidentia cartilaginis temperiem finxisse dicerem, ut hæc ossis modo sustineat quidem commodè: & interim adeò mollis sit, ut occursantium impetu non rumpatur, sed cedendo leuiter eum exoluat, atque ita extremas partes iniurijs ferendis pertinaciores, quàm si osseæ essent, reddat.

*a 2 fig. cap 12 d.*





## DE NASI CARTILAGINIBVS. Caput XXXVII.

*QVANQVAM nasi cartilagines tactu ante sectionem debitè dignoscantur, nihilo minus tamen, quartæ musculorum tabulæ nasus has literis K & L utcunq; proponit.*



ERVM opificem terminum extremumq; nasi cartilaginibus eadem ratione extruxisse, qua auris cartilaginem paulo antè procreatã diximus, quadrupedum nasi extremum ferè comprobat, quod minori amplitudine, quàm hominis nasi terminus cartilagineũ existit: qui etiam extra reliquam faciei superficiem magis, quàm quadrupedum nasus prominet. Ab inferiori itaq; nasi ossium[a] sede, qua hæc aspera & latiora, quàm superiori[b] sede sunt, duæ enascuntur cartilagines, quæ deorsum in anteriora exporrectæ, inuicemq; cõiunctæ sensim molliores euadunt, ac in nasi extremo ueluti in cartilagineum ligamentum degenerantes, totam anteriorem nasi regionem constituunt, quæ à nasi ossium inferiori sede ad nasi terminũ apicemq; pertinet. Ab osseo autem[c] septo narium foramina dirimente, quod octaui Capitis[d] ossis partem esse suprà cõmemorauimus, alia enascitur cartilago, mollis quoq;, ac ligamenti naturæ compos, quæ à tota anteriori septi illius sede antrorsum procedens, internæ duarum primarũ cartilaginum regioni secundum ipsarum longitudinem adnascitur. Hæc pari ratione in ea nasi parte, quæ ueluti ex faciei planicie porrigitur, nasi foramina interdiuidit, quemadmodũ ossium illud septum ipsa[e] foramina inibi disiungit, quà super palati regionem, à naso ad fauces usq; ducuntur. His tribus nasi cartilaginibus aliæ duæ, utrinq; nimirum singulæ accedunt, quę magis adhuc alijs cartilaginibus ligamentorũ naturæ participant, & orbiculatim singulæ unum nasi foramen constituunt. Cartilagines hæ internis suis lateribus inuicem colligantur, & aliarum nasi cartilaginum extrema integunt, solæq; motu donãtur uoluntario, cuius ope sursum deorsumq;, & introrsum extrorsumq; uelluntur, propriis in hoc donatæ[f] musculis. Harum cartilaginum latiores molliores q; partes in nasi lateribus consistunt, ac nasi alæ nuncupãtur, quòd quasi alarũ modo nares occludant, referentq;, ita homini inter respirandũ insignem usum præbentes. At quũ hę nasi cartilagines uel solo tactu cognõsci possint, nõ est quòd prolixiùs earũ naturã exequar: utcunq; etiã uel solius Gallici morbi nomine (qui has crebrò infestat) ipsarũ structuram medicis nõ oscitanter expendendã duxerim.

*a 1 fig. cap. 9. ab f ad e.*
*b eadem fi. à Z ad Y.*
*c eiusdem figur. O.*
*d 8 fi. ca. 6. A, B. A.*
*e 2 fig. cap. 12 o, o.*
*f 3 musc. ta. F. 4 tab. K.*

## DE ASPERAE ARTERIAE CARTIlaginibus, ac quid Græcis in hac γλωτὶς & ὠγλωτὶς nuncupetur. Caput XXXVIII.

PRIMA TRIGESIMI OCtaui Capitis figura totius asperæ arteriæ ab omnibus partibus liberæ anteriorem faciem exprimens.



SECVNDA FIGVRA, Asperæ arteriæ caudicis posterior facies delineatur. ab re enim fuisset, & huic figuræ, quemadmodum primæ, ramorum in pulmonem substantiam pertinentium seriem appingere, quũ illam prima figura abundè oculis subijciat.

TERTIA. IIII. V. VI. VII. VIII.



IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV.



TREDECIM QVAE SERIATIM HIC PROPONVNTVR figurarum, & earundem characterum Index.

*HARVM figurarum prima, quæ tertia inscribitur, primam laryngis cartilaginem, quã quia scutum refert, scutiformẽ quoq; uocabimus, ex dextro latere expressam ostendit. Figura autem quæ Quarta ordine est, eiusdem cartilaginis internam seu posteriorem faciem proponit. Quinta, eadem cartilago externa seu anteriori facie delineatur. Sexta, secundæ laryngis cartilaginis anteriorem commonstrat faciem. Septima secundam laryngis cartilaginẽ ex dextro latere expressam continet. Octaua secundam laryngis cartilaginem posteriori ex facie depictam offert. Nona laryngis tertia cartilago ex dextro latere delineatur. Decima, tertiæ cartilaginis anterior sedes occurrit. Vndecima, eandem cartilaginem posteriori facie oculis subijcit. Duodecima, laryngis operculi inferiorem sedem ostendit, qua id laryngis amplitudinem spectat. Decimatertia superiorem laryngis operculi sedem continet, quæ palatum respicit. Decimaquarta, unam asperæ arteriæ trunci cartilaginem C modo extructam anteriori externa ue facie uidendam obijcit. Decimaquinta, eandem cartilaginem posteriori facie proponit, quæ internam asperæ arteriæ amplitudinem spectat.*

*A, B* 3, 4,5 *Duo elatiores scutiformis cartilaginis processus.*

*C, D* 3, 4,5 *Duo humiliores eiusdem cartilaginis processus.*

*E, F in* 8, *in* 7 *uero duntaxat E. Secundæ cartilaginis sedes, quibus inferioris scutiformis cartilaginis processus coalescũt.*

*G, H* 3, 4,5 *Hac sede scutiformis cartilago arctissima breuissimaq; uisitur, subinde lineam ostendẽs quæ dextram cartilaginis partem à sinistra instar duarum cartilaginum dirimit.*

*I* 6,7 *His sedibus secundæ cartilaginis regio spectatur, laryngis internam amplitudinem respiciens. Reliquis autem sedibus, quæ his tribus figuris conspiciuntur, exteriorem laryngis regionem seu amplitudinem constituit.*

*K, L* 6,7 *Inferior secundæ cartilaginis sedes, perfectum efformans circulum. ac K quidem huius partis anteriorem notat regionem, quæ tactu sub scutiformi cartilagine percipi potest. L uero posteriorem inferioris huius sedis regionem indicat, deorsum processus instar eductam, ac in octaua etiam figura L insignitam.*

*M* 7,8 *Linea spinæ modo in posteriori secundæ cartilaginis sede protuberans.*

*N, O* 8 *Sinus in posteriori secundæ cartilaginis sede, ad lineæ illius M notatæ latera incisi.*

*P, Q* 6, 7, 8 *Duo secundæ cartilaginis tubercula, seu capita, sinus tertiæ cartilaginis subeuntia.*

*R, S* 9, 10,11 *Duæ tertiæ cartilaginis partes.*

*T* 9,10, 11 *Hæc tertiæ cartilaginis regio uacua est, ac duntaxat membraneis ligamentis tunicisq; laryngis occupatur.*

*V, X* 9, 10, 11 *Tertiæ cartilaginis sedes, quibus secundæ cartilagini articulatur.*

*Y, Y* 9,10 *Tertiæ cartilaginis processus, qui lingulam laryngis efformant.*

*Z* 9,10,11 *Tertiæ cartilaginis regio, illi ollarum uasorum ue parti assimilata, qua manus lauaturis aquam affundimus.*

*a* 12,13 *Laryngis operculi basis, quæ scutum imitanti laryngis cartilagini continuatur.*





b 12,13 *Apex, seu in posteriora introrsumq; uersus dorsum maximè procedẽs laryngis operculi regio. Præter quindecim figuras modò explicatas, huc comprimis faciunt figuræ Capiti uigesimo primo libri secundi præponendæ, quibus laryngis musculi explicabuntur. inter cæteras autẽ illas opportunè non minus quàm si hic locarentur inspicies, quæ illarũ figurarum tres postremæ habebuntur, quibus laryngis lingulæ seu rimæ imago, quàm fieri potuit accuratissimè, delineatur.*



d tota 1 et 2 fi. dein fig. ca. 9 lib. 4 H, I, K, L, M, M.

*Vbi asperæ arteriæ natura pertractabitur.*

SICET sextus liber cordi respirationisq; organis dedicandus,[a] asperæ arteriæ naturã diffuse pertractabit, in præsentia tamen ipsius cartilagines explicandæ ueniunt, ut omnes, quibus corpus sustinetur, partes, hoc libro absoluamus, ac ne quicquam osseum cartilagineumq; hîc nõ expressum, à musculorum enarratione in sequẽti libro nos remoretur. In sexto igitur libro docebimus, asperam arteriam à faucibus in thoracis amplitudinem deduci, & multiplici ramorum sobole in pulmones diffundi, ut aërem illis reddat, & eundem rursus educat. Necq; solum hanc respirationis instrumentum ponemus, uerùm etiam principalissimum uocis esse organum attestabimur, exactè ipsius substantiæ naturam sermone tunc pertractaturi. Constat enim partim cartilaginibus, partim membraneis uinculis, simplicibusq; membranis seu tunicis, ac demum musculis ipsius capiti peculiaribus. Ac caput quidem hoc asperæ arteriæ (quod laryngem potius quàm guttur mihi appellandum putauerim) primùm tribus constituitur cartilaginibus. quarum[b] prima maxima amplissimaq; & anterior est, foris quidem gibba, intus autẽ lima, scuto quodammodo similis, non rotundo, sed prælongo, quali ueteres in prælijs usos, & Turcarum aliquot adhuc, in nauibus præsertim, uti cernimus. Atq; hanc ob causam dissectionũ periti eam θυρεοειδῆ, uulgus autem scutalem & peltalem appellarunt. ac proinde nos quoque illam scutiformem, aut cartilaginem scuto similem in sermonis contextu perpetuò uocabimus: nisi etiam hanc primam cartilaginem appellare uisum fuerit. Ista in homine superiori sede amplior quàm inferiori conspicitur, secus multo quàm in bobus & porcis, quibus inferiori sede latior, superiori autem multo strictior est, minusq; in acutum quàm hominis larynx, antrorsum exporrigitur. Quòd tamen ad imaginis speciem spectat, hominis cartilago superiori & inferiori sede sibi respondet.

b tota 3,4, 5 fig & figurarũ ca. 40 lib. a, g & h.

PRIMA LARYNGIS CARTILAGO.

[c] Suprà enim [d] infraq; ex suis lateribus binos educit processus, utrinq; singulos. ac horum quidem duo superiores procerius inferioribus educti, membraneis uinculis ossis [v] referentis humilioribus [e] lateribus [f] alligantur. Inferiores autẽ scutiformis cartilaginis processus, [g] lateribus secundæ cartilaginis uersus posteriorem ipsius sedem uniuntur, coalescuntq;. Scutiformis hæc cartilago uiris quàm mulieribus antrorsum magis prominet, tactuiq; magis exponitur: & subinde gemina, idq; potissimũ in uiris obseruaẽ. In ipsius enim[h] medio, ubi cartilago hominis brevissima est, maximeq; antrorsum extuberat, secundùm suam longitudinẽ crebrò linea ducitur, quæ ad amussim à membranulis emundata, duas cartilaginis partes mutuò commissas etiam ante sectionem fuisse arguit. Atque id sanè hominibus peculiare obtigit. Boum enim cartilago simplex est, & plurimum ab hominis cartilagine forma uariat: quam sedulo ab architectis spectari uelim. mirũ nanque est, quàm boum scutiformis cartilago propugnaculi formæ accedat, quamq; affabre id speculatoribus in ipsius elatiori sede (ob priuatos ipsi incisos sinus) accommodum sit, & quàm aptè bombardarum ictibus retorquendis comparatum. haud secus profectò, quàm si machina quæpiam esset portatilis, quæ duobus processibus suis humilioribus tanquã duobus palis terræ infigi, ac exercitui præponi possit. [i] Secũda cartilago minor prima, maiorq; tertia est, ac maxima sui portione in posterioribus laryngis sedibus reponit, quà cibi [k] uia (quam stomachum cum Græcis uocabimus) deorsum à faucibus fertur. Quantum enim scutiformis cartilago à perfecta circuli figura deficit, hoc ipsa superiori posterioriq; eius parte supplet. Ima enim ipsius [l] sede perfectum conficit circulum, cuius anteriorem partem sub scutiformis cartilaginis radice, tactu in antica laryngis sede percipimus. Interna huius cartilaginis [m] amplitudo exactè leuis est, posterior autem ipsius sedes stomachum spectans, longa extuberat [n] linea, secundum cartilaginis longitudinem, quasi spinæ modo exporrecta. Hæc duos huius cartilaginis [o] sinus dirimit, in quibus duo figuntur [p] musculi, recto ductu à secunda cartilagine in tertiã inserti. Superior huius cartilaginis sedes, qua posteriorem laryngis regionem efformat, in duo desinit [q] tubercula oblonga, & utrinque singula, quæ tertiæ cartilaginis [r] sinibus inarticulari mox audies. Secunda autem hæc cartilago primæ adeum modum committitur, quem suprà exposui, quando humiliores primæ cartilaginis processus ipsi connasci dicebam. Vt uerò firmior eorum processuum fieret connexus, secunda cartilago inibi, qua processus ipsi coalescunt, modicè [s] extuberat, crassiorq; est, & in hac protuberante parte sinus uisitur, qui

SECVNDA LARYNGIS CARTILAGO.

c 3,4,5 fig. A,B. d earundem fi. C,D. e 1,2 fi. cap. 13. E,F. f 2,3 fig. ca. 21 lib. 2 C. g 8 fig. E,F. & 7 fig. E. h 1,2,3 figu. G,H. i tota 6,7, 8 fig. & figurarũ ca. 21 li. 2 i. de in k. k 2,3,5 fig. cap. 21 lib. 2 H. & 14, 15 lib. 5 figur. A,B,C, D. l 6,7 fig. K, L. m 6 figu. I. n 8 fi. L,M. 7 fig. M. o 8 fi. N,O. p 6,7 fi. ca. 21 lib. 2 P. q 6,7,8 fi. P,Q. r 10 figur. V,X. s 8 fig. E,F.

qui primæ cartilaginis processum ualidissimè excipit.[t] Inferior cartilaginis secundæ pars, ubi laryngis posteriora constituit, nonnihil tenuis uisitur, deorsum magis, quàm reliqua ipsius inferioris partis sedes, porrecta. idq́, ut[u] musculi ex remotiori sede initiũ ducerent, qui rectà per cartilaginis secundæ longitudinem expansi, tertiæ cartilagini inseruntur. Huic cartilagini nullum nomen inditũ est, ac iccirco peculiari nomine nobis Innominata nuncupabitur. Si tamen quis sedulò eius effigiem inspexerit, atque alicuius rei formæ illam conferre, tandemq́ hinc ipsi nomen indere uoluerit, haud aliud illi conformiùs adinueniet, illo Turcarũ anulo, quem sagittantes dextro pollici imponunt, ut eius anuli beneficio arcus neruum robustiùs trahant. Is enim anulus illa parte, qua pollicis interiora respicit, anteriori secũdæ cartilaginis sedi similis uisitur: qua uero externam pollicis sedem tegit, posteriori secundæ cartilaginis regioni utcunque conuenit: quemadmodum ex hac anuli effigie, quem margini adhibeo, est cernere.



TERTIA laryngis cartilago.

[x] Tertiam laryngis cartilaginem Græci ἀρύταιναν & ἀρυταινοειδῆ uocarũt, quòd quum integra adhuc est, & membrana tunicæ ue asperam arteriam intus succingente adhuc obducitur, illi ollarum parti simillima sit, qua aquam manus lauaturis affundimus. Illi nanq́ ollarũ oris sedi aptius congruit, quàm ligneis illis conchis, quibus nautas sentinam exhaurire, ac olitores irrigare hortos conspicimus. siquidem & eiusmodi situlis seu uasculis Græci hanc cartilaginem contulisse uidentur, non quidem toti uasi, sed ipsius mucroni. Vtcunque sit, tertiam laryngis cartilaginem unicam simplicemq́ omnes dissectionum professores descripsere, quum interim membranis suis liberata, sit gemina: & duabus constituatur[y] cartilaginibus, ligamentorum duntaxat beneficio & laryngem succingentis membranæ, inuicem admodum laxè commissis. Ac harum una quidem dextro secundæ cartilaginis[z] lateri, altera uerò sinistro innititur,[a] sinum læuem & altè satis cælatum obtinens, quo secundæ cartilaginis tuberculum excipit. itaq́ articulatur, ut ad internam laryngis amplitudinem, ac rursus extra illam moueri possit, hæcq́ cæteris laryngis cartilaginibus maximè mobilis existat. Vtriusque cartilaginis basis ampla est, & anteriori sede in longum[b] processum finit, in interiora laryngis exporrectum. Superiores uerò harum cartilaginum[c] partes sensim à basi inuicem[d] dehiscẽtes, ac dein tenuiores molliores q́, & adiposæ reditæ, mutuò uniuntur, & dextræ cartilaginis superior pars sinistræ cartilaginis parti coniuncta, eam laryngis[e] sedem extruit, quæ illi uasorum parti congruit, qua aquam manibus affundi suprà commemorauimus. Atque hæc quidem laryngis sedes adeò mollis flexilisq́ est, ut uomentibus in internam laryngis amplitudinem antrorsum reclinetur, asperamq́ arteriam adeò exquisitè integat, ut ne minimum quidem ex uomitu arteriæ ipsi illabatur. Cæterum & si tertia hæc cartilago gemina sit, duabusq́ cartilaginibus extruatur, ob id tamen eam duarum cartilaginum loco non enumerabimus: sed unius tantum aliorum Anatomicorum more nobis habebitur, tertiaq́ nuncupabitur, quò minus illorum placita qui cartilagines numerarũt potius, quàm descripserunt, plus æquo turbare uidear.

LARYNGIS operculum.

His tribus igitur laryngis cartilaginibus, [f] alia quædam mollis, & substantia tertiæ cartilaginis superiori parti prorsus similis, accedit, quæ laryngis perelegans efficitur operculum, accuratè prohibens, ne quid cibi aut potus in laryngem defluat. Enascitur autem hoc laryngis operculum ampla & antrorsum curuata[g] basi, ab interiori scutiformis regione iuxta partem ipsius elatiorem. hinc introrsum[h] procedens, trianguli imaginem exprimit, cuius basim operculi à scutiformi cartilagine exortus, aut ipsius cum ea cartilagine cõnexus efformat. Trianguli uerò uertex, ea pars est, quæ introrsum ueluti ad stomachi regionem producitur. Corpus hoc quà palatum respicit, gibbum est ac mollius: quà autẽ laryngi innititur, cauum simumq́, ac multo quàm superiori parte durius. In extremo autem ipsius, quo stomachum spectat, insigniter molle est, pinguiq́ obductum membrana ligamenti quodammodo naturam refert. quà uerò scutiformi cõmittitur cartilagini, etiam multa abundat adipe, neq́ inibi adeò durum atq́ in sui medio cernitur. Plericq́ corpus hoc præcipuũ uocis organum esse putarunt, id temerè γλωττίδα & ἐπιγλωττίδα uocitantes: quum tamen hæc nomina penitus pugnãtes, diuersasq́ prorsus partes, ueteribus illis Anatomes professoribus significauerint. γλωττὶς enim laryngis[i] rimam indicat, quam duo tertiæ cartilaginis[k] processus in media laryngis amplitudine pingui membrana obducti constituunt, & quam præcipuum uocis organum esse in quinto libro demonstrabimus. Illi nanque eiusmodi rimam γλωττίδα seu lingulam uocarũt, ab ea lingularum similitudine, quam ex duabus arundinũ laminis inuicem compactis tibijs accommodari uidemus.[l] Cæterum ἐπιγλωττὶς nuncupatur laryngis operculum, dictæ nuper laryngis lingulæ impositũ, & ne quid inter edendum in eam decidat cauens. Quòd uerò id nostri seculi medicos lateat, non ipsi tantum in causa sunt, nihil præter autorum sensa, citra omnem sectionis usum, sectantes: uerum & Celsus etiam hæc perperam (uti sanè quæ ad Anatomen spectant permulta) intelligens, illud laryngis operculum lingulam appellauit,

Laryngis lingula, seu rima et præcipuum uocis organũ.

t 6,7,8 fi. l.
u 6 fi. cap. 21 lib. 2 p.
x tota 9, 10, 11 fi. cap. figurarum ca. 21 li. 2 l.
y 9, 10, 11 fig. R. S.
z 6, 7, 8 fi. Q. P.
a 10, 11 fig. V, X.
b 9, 10 fig. Y.
c 9, 10, 11 figur. Z.
d 10, 11 fig. T.
e 3, 9, 10, 11 fig. cap. 21 lib. 2 l.
f tota 11, 13 fig. & 3, 4, 5, 6, 11 figu. cap. 21 lib. 2 L.
g 12, 13 fi. a.
h eiusdẽ fig. b.
i 11 fig. cap. 21 lib. 2 c deins 12, 13 fig. d.
k 9, 10 fig. Y, X.
l Confer L cum c fi. 11 cap. 21 li. 2.



lauit, non expendens id Græcis ἐπιγλωττίδα fuisse appellatum, quòd illi laryngis rimæ, quam lingulæ fistularum assimilamus, incumbit: aut ignorans aliam in laryngе præter operculum illud, sedem partem ue esse, quam lingulæ conferri possimus. nam operculum hoc etiam humanæ linguæ imagini satis accedit. Quinetiã Celsi errore Theodorus Gaza delusus, in Aristotele ἐπιγλωττίδα lingulã uertit, quum interim Aristoteles laryngis intelligat operculũ: non autẽ eam partem, seu sedem, quam ueteres lingulam uocarunt, & quæ principalissimũ uocis instrumentum meritò censetur. Vt modo prætereã, quoties apud Galenum, tum Interpretũ, tum etiam Græci exemplaris scriptorum uitio, γλωττὶς pro ἐπιγλωττὶς, ac rursus diuerso ordine, legatur. Verum hæc latius suo loco exequar. hîc nanque tantum de laryngis cartilaginibus sermonem instituisse sat fuit, quanto ad musculorum in secundo libro tractationem indigemus. Ac proin de etiam reliquas asperæ arteriæ[m] cartilagines, quæ C nostri formæ magna ex parte conueniunt, unà cum omnibus quæ ad asperam arteriam pertinent, in sexto libro prosequar. Nunc autem tempestiuũ erit, rationem ac modum subijcere, quo ossa & cartilagines ad disciplinam parentur, aut per Anatomen discantur, ad eam uidelicet methodum, qua semper post partium descriptionem, illarum secandi artificium (prout id suo loco aptius fieri putauero) subijciam.

m tota 14, 15 figur.

Lib. 3 de Partibus animalium, cap. 3.

Præcipuè in 8. Lib. de V. su part.

Reliquæ cartilagines esse ræ arteriæ C similes.

## QVO ARTIFICIO HVMANI CORPORIS OSSA & CARTILAGINES INSPECTIONI PRÆPARENTVR. Caput XXXIX.



CONSVEVERVNT medici Hippocraticæ arti dignè incumbentes, neque ad solos syrupos scribendos, hominibusq́ imponendum nati, non mediocri labore ossa, quæ ad disciplinam asseruantur, extruere, siue ea inuicem iuncta, siue singula separatim erant inspecturi. Solent enim suspensum, uel aliàs mortuũ cadauer, magna ex parte primùm carnibus liberare, & uiscera nullo soluto corporis articulo, exsecare. Postea oblongæ arcæ ita dissectum corpus immittebant, uniuersam arcam calce opplentes, ac nonnihil aquæ dein aspergentes. Deinceps ubi arcam ad hunc modum octiduo obseruassent, eam undique angustis foraminibus perforatam, rapido illigabant fluuio, ut calx unà cum marcescentibus iam carnium reliquijs temporis successu defluerет, ac undique ab ossibus abscederet. Post dies aliquot, exemptum cadauer passim cultrorum beneficio emundabatur, mente adhibita, ne aliquis ossium connexus in eo opere dissolueretur, ligamentaq́ ossa colligantia (quorum interuentu hærerent) integra custodirentur, ac demum omnia præter ossium articulos niterent. Emundatum cadauer, eo situ quo id aut sedens, aut erectum, hacq́ aut illa forma compositum spectari uolebant, soli exponebatur, ut ligamenta solis æstu resiccata, ossiũ articulos in eo positu continerent. Verum hęc præparandi ratio præterquàm quòd molesta, sordida, ac difficilis est, nullos ferè ossium ostendit processus, appendices, capita, sinus, & eius generis reliqua in ossibus præcipuo studio spectanda: quòd scilicet hæc omnia insigniter nigricantibus ligamentis adhuc obducantur. adeò sanè, ut hic osium mundandi modus ad doctrinam penè nihil accõmodet. Quemadmodum neque ridicula musculorum, tendinum, ligamentorum, neruorum, uenarum & arteriarum uidendi ratio (qua hactenus medicinæ candidatis nostræ artis professores imposuerunt) quicquam commodi adfert, sed duntaxat studiosorum animos cohibet, ne eorum, quæ iam dicebam, organorũ demonstrationem à Rabinis illis expetant. Hi nanq́ asserebant, illa solum è corporibus in aquarũ gurgitibus (si dijs placet) emaciatis, non autem è nuper mortuis discenda esse. quasi uerò quicquam eruditione dignum, in corporibus ad eum modum adaptatis, prorsusq́ hac ratione corruptis disci possit, & non hæc omnia in homine nuper mortuo melius multo à nobis ostenderentur, quàm ipsi iecoris, aut intestinorum, aut cordis superficiem studiosis commonstrare solent: quamuis illam quoq́ satis ineptè proponebãt, interim à cæteris corporis partibus abstinẽtes.

Ossium in calce macerandorum, ac dein in flumine emundandorum ratio.

Cæterum quo nam pacto aliæ corporis particulæ sint aggrediendæ, suis locis affatim prosequemur: ossa autem, ut modò subijciã, leui negocio adaptabis, si discendi saltem cupidus, & quod in dissectionum studioso Galenus imprimis requirit, laborum patiens ac industrius fueris. Alicunde itaque nactus cadauer, qualecunq́ id sit (quamuis tamen morbo emaciatum longe aptius censebis) uas unum carnibus, uisceribus & cuti reponendis, & sanguini admittendo, ad manũ esse curabis, unà cum magno grandiq́ lebete, cuiusmodi illi sunt quibus lixiuium mulieres igni adhibent. is nanque coquendis ossibus est aptissimus. Huic igitur ossa inijcientur. Præterea & ampla papyrus in assere distendetur, ut huic asseri cartilagines nõ elixandæ applicari, seriatimq́ imponi possint.

Ossium per coctionem parandi modus. Tum alibi sæpius, tum maxime lib. 3 de Administ. dissect.

possint. Mox acutiori cultro orbiculatim per frontem & tempora & occipitium, sectionem tentabis, ad caluariam usque penetrantem. Ad huius deinceps sectionis orbiculum, serra caluariam diuides, parum solicitus, etiam si cerebrum uities, aut paulo humilius elatius ue caluariam diuidas. quandoquidem nunc duntaxat ossa ac cartilagines intueri seruareq; propositum est. ª Dissecta igitur caluaria, cerebrum solis manibus ex ipsa euulsum, uasi iniiciendum est, ac caluariæ pars à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamen prius ab illa uerticis cute. Iam utranque aurem proximè à temporum osse abscctam, seorsum in asserem, cui cartilagines adhibentur, collocato, unà cum palpebris & nasi extremo, quod cartilaginibus constat, quæ uiciniſsimè ab illis quibus cõmittuntur ossibus simul cum cute sunt resecandæ. Deinceps maxillam inferiorem à suis cum capitis ossibus connexu liberabis, ac cartilagines, quas priuatim in ipsius cum capite articulis haberi diximus, cultellulo à ligamentis articulum continentibus dissecabis, eas chartæ illi cui prompte hærebunt seriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis si uoles musculorũ applantationibus) liberas, ac tandem in cacabum reiicis, cauendũ est, ne os v referens aut laryngem corrumpas, sed integram laryngem cum eo osse, & lingua, & stomachi asperæq; arteriæ portione simul è faucibus auferas, ac asseri illi non aliter emundatã cum auribus imponas. Iam à pectoris ossis mucrone ad pubem usq; sectionẽ molieris, ad omentum usq; penetrantẽ. cui deinceps aliam sectionem, quæ transuersim à dextro ilio ad sinistrum pertingat, adiunges, & absque delectu omnia quæ peritonæo cõtinentur, laniorũ more euelles, ea uasi iniiciens. Abdominis cutem unà cum musculis obiter ab ossibus dissecabis, & sanguinẽ spongijs excipiens, eum in uas exprimes. modò à iugulo ad pectoris ossis usque mucronem, adeò profundam duces sectionem, ut illa ad pectoris usque os penetrante, simul cum cute musculos thoraci instratos, à costarum ossibus, earundemq; cartilaginibus, adimere possis, & simul clauiculæ nudæ, carnibusq; liberæ appareant. Quippe hæ acutiori cultello à pectoris osse ueniũt liberandæ, & cartilagines his articulis propriæ (quemadmodum inferioris maxillæ cartilagines aggressus es) accuratè sunt adimendæ, & dein chartæ seriatim adhibendæ. Pectoris os unà cum costarum cartilaginibus studiosè à costarum ossibus liberabitur, sectionibus acutiori & nõ admodum crasso cultro per cartilagines inibi ductis, ubi costarum ossa in has degenerant. Atque id promptè obitur, si modo memoria non exciderit, primæ costæ cartilaginem à pectoris ossis medio magis in latus quàm secundæ costæ cartilaginem ferri. Neq; tantum cartilagines pectoris ossi coarctatæ à costis sunt dirimendæ, uerum etiam omnes spuriarum cartilagines, quæ uel intercostalium musculorum interuentu superioribus cartilaginibus hærebunt. Disiunctis hunc in modum cartilaginibus, pectoris os à iugulo attolles, & id uenis & arterijs à iugulo ad illud porrectis & membranis quoque liberabis, quæ thoracis amplitudinem interſepiunt. Postremò cartilagines à septo transuerſo resecabis, & ipsas simul cum pectoris osse non aliter mundatas, in chartam repones, dein scapulas unà cum clauiculis à thorace dissecaturus. Iam longa sectione in altera manu à summo humero per brachium & cubitum ad pollicem usque ducta, scapulam, humerum, cubitum, & extremam manum cute & carnibus enudabis, non admodum anxius, etiam si aliqua tendinum carnisq; portio ossibus adhuc appensa relinquatur. Adeò ut etiam suffecerit, relicta summę manus cute, illam aliquot sectionibus hîc atque illic scindere, quo postea leuiori negocio manus elixetur. Modò clauicula à summo humero secabitur, mente adhibita, num præter scapulæ processum, quem summũ humerum appellamus, & clauiculã, inibi aliud tertium os occurrat. Hoc ubi præstiteris, ac peculiarem eius articuli cartilaginem chartæ adhibueris, clauiculam in cacabum cõijcies, scapulamq; ab humero, & deinde humerum à cubiti ossibus separabis: & cubitum cum extrema manu cõnexum seruans, simul omnia in cacabum quoque locabis. Priusquam tamen scapula cacabo indetur, opportunè feceris, si cartilaginem scapulæ sinum, quo humeri caput excipitur, aliquando augentem, à scapula diremeris, chartæq; cum cæteris cartilaginibus applicueris. Atque id similiter in alterius lateris manu est præstandum, ac ilico ad thoracem denuò accedendum, ex quo primùm pulmones cum corde & septo transuerſo execabis: & priusquam cor in uas conijcias, cordis basim per transuersum à reliquo cordis corpore diuides: & deinde basim rursus à uasis, quæ ab ipsa prodeunt, sic auferes, ut ita uenæ arterialis & magnæ arteriæ orificia illæsa habeas, ac postmodum (si uisum fuerit) in cartilaginum numero illa seruaturus, chartæ applices. Vbi igitur reliqua quæ in thorace inueniũtur, in uas reieceris, cadauer in pronum uertes, & utcunq; licebit, ceruicem reliquumq; dorsum, unà cum tota thoracis amplitudine carnibus emundabis, studiosè cauens ne costam aliquam (utpote fragilem) rumpas: aut nimiùm uicinè carnem dissecãs, processum aliquem uities. Atque id adhuc magis cauendum est, quum iam singulas costas seorsum à uertebris thoracis liberaturus es. Etenim resupi-

ª Ita diuides, ut septima fig. cap. 6. à sexta si liberata cernitur. Verùm non est ut tibi modò in ossib. cartilaginibusq; probè instituto, hoc capite aliquid admodum.



resupinato cadauere, cultello acutiore costæ capitulũ, à uertebræ corporis sinu uenit separandum, & deinde ligamentis sensim diuisis, à transuersis quoq; uertebrarum processibus costæ sunt adimendæ, obiterq; emundatæ in cacabum mittendæ. Crura ad eum modum, quo manus aggressus es, attrectabis, femur uniuersum carnibus emundans, mox & tibiam, & pedem uniuersum. Quũ tamen genu nudas, ex tendinibus anteriorẽ genu sedem occupantibus, patellam execabis, & in cacabum nõ secus ac femur cõijcies ilico, atq; id à coxẽdicis osse tibiaq; liberaueris, & cartilagines resecueris, quæ tibiæ ossis sinus femoris capita excipientes augent. quippe & illas non inopportunè chartæ agglutinabis, ac deinceps tibiæ os, unà cum fibula & pede, cacabo indes. Id ubi in utroque crure præstitum erit, & ossa sacri ossis lateribus coarctata aliquantulum repurgata fuerint, cartilaginea ligamenta uertebrarum corpora intercedentia adamussim ueniunt execanda, & chartæ seriatim accommodanda. Ligamentis igitur, quæ uertebrarũ corporibus in superficie obducũtur, acutiori cultro ademptis, inter ossis sacri summum & cartilagineum ligamentum, os sacrum ac infimam lumborũ uertebram interueniens, sectionem tentabis, quæ ligamentum id, seu cartilaginem, ut Galeno uisum fuit, ab osse sacro diuidat. Rursus inter infimæ lumborum uertebræ corpus, & elatiorem dictæ nuper cartilaginis regionem, eandem duces sectionem, hacq; ratione integram auferes cartilaginem. quam ubi chartæ imposueris, sequentes tantisper excindes, dum ad secundam usque ceruices uertebram deuentum erit. Quũ itaque uiginti tres cartilagines ligamenta ue cartilaginea ad hunc modum chartæ applicaueris, dorsum in tres quatuor ue partes cautè & leniter diuidendum uenit, ne impetu id tentans, casu aliquem uertebræ processum confringas. Quare etiam cauendum est, ne primam uertebram à capite negligentius liberare studeas. Licebit enim cum capite ceruicis uertebras cacabo imponere, ut & thoracis uertebras cum lumborum uertebris, modò illas à sacro osse prius disiunxeris. Os sacrum autem, unà cum ossibus ipsi commissis (quæ ilium, coxendicis & pubis ossa constituunt) nihil prohibet cacabo indere, quum scilicet ilium ossa adhuc cruda à sacro difficulter & arduè separẽtur, & pubis ossium cartilago etiam tunc uitietur: quam aliàs integrã asseruabis, si pubis ossa non dirempta cacabo iniecceris. Ossibus adhunc modum cacabo immissis, aqua is uniuersus implebitur, ut ossibus altè in aquam subsidentibus, nulla ossis pars emineat. Hoc enim imprimis toto coctionis tempore obseruandum est, ne os aliquod aqua non tegatur, multoq; magis, ne id ex cacabo prominens fumum excipiat, cuius etiam occasione grandem cacabum esse conuenit. Vniuersæ coctioni nullum peculiare adhibetur artificium, sed, ut in cæteris elixationibus, spuma sedulò auferenda est, quo ius clarius reddas, ipsaq; ossa minus sordida extrahas. Pari etiam ratione pinguedo omnis (quæ plurima supernatare solet) est haurienda, ac in uas aliquod uel uulgi nomine reponẽda, quod illi in obliterandis cicatricibus, & neruis tendinibusq; producendis multum tribuit. Coctioni nullum tempus præfinitur, quum id ex ætatum ratione plurimum uariet. Duabus enim aut tribus horis plusquam satis sit, puerulorum ossa coquuntur præcipuè, quum in illis studendum sit, ne inter mundandum ossa, appendices decidant: quarum coalitus in prouectioris ætatis hominibus uix unquam, quantumuis coxeris, dissoluitur. Is itaque coctionis scopus est, ut ossa cultrorum beneficio, uti inter edendum fit, aptè mundari queant. ut autem id facias opportunius, pedetentim nonnulla ossa inter elixandum forpice eximes, eaq; solus purgabis: nisi fortasse studiosus adsit sodalis, qui unà manus operi adhibeat. Summoperè enim cauendum est, ne imperitior aliquis ossium supercilia, processus, capita & sinus radendo uitiet, aut alicunde cartilaginem læuem, & crustæ modo ossibus obductã imprudens auferat. hæc nanq;, quum carnem, ligamenta, tendines & membranas ossa ambientes adimis, præcipuè seruanda uenit. Neq; uerò officium id hac duntaxat ratione inepto alicui, & Anatomes parum studioso minus cõmitti uelim, uerùm ut, quum unumquodq; os priuatim purgas, sinus ipsius & capita, & potissimũ ligamentorum naturam, & tendinum insertionem, musculorumq; exortum accuratè contempleris. Non enim facile dixerim, quantum cognitionis partium eo opere tibi paraturus sis. Quando igitur hunc in modum seriatim ossa ex bulliente iure extrahis, ac mundata terræ, aut sportulæ alicui imponis, non admodum anxiè expendito, quodnam os prius tibi occurrat. Summam tamen manum cum cubiti ossibus extrahens sedulò obseruabis, ne uiolentius brachiale à cubiti ossibus seiungas, sed cultro articuli ligamenta sensim diuidens, brachiale à cubiti ossibus accuratè liberes. Idem facito in postbrachialis ossium à brachiali separatione. Id enim caueri uelim, ne brachialis ossa inuicem dirimas, unde etiã ilico atque id integrum à cubito, & pollicis primo osse, & postbrachiali disiunxeris, obiter duntaxat tendines ligamentaq; ipsi obnata diuelles, id studens, ne ossa in interna externaq; ipsorum superficie penitus ligamentis emundentur, ut ligamentorũ beneficio brachialis ossa inuicem hæreãt. Brachiali enim ita igni

adhibito ligamenta ſenſim reſiccata, ipſius oſſa firmiter continent, leuioríq; negocio in oſſium connexu brachiale, cubiti & poſtbrachialis oſſibus cõmittitur: niſi forte in iungẽdis oſſibus peritior, brachialis oſſa mutuò dirimere, ac ligamẽtis emũdare, poſtmodumq; æneis filis inuicem committere audeas, aut etiã diſiuncta aſſeruare uelis. Mox ubi brachiale in eum modum igni appoſueris, chartam aſſumes, cui poſtbrachialis & digitorum oſſa, non prætermiſſis ſeſaminis oſſibus, exactè emundata imponas: quo minus hæc illi chartæ inuoluta, neque alterius manus oſſibus confuſa, in committendis oſſibus negocium augeant. Conduxerit igitur, manuum pedumq; oſſa ſeparatim in quatuor chartas recludere. Priuſquam tamen huius illiuſue manus, aut pedis oſſa chartæ implicas, antea ſemper indagandum eſt, num aliquod os nõ mundatum ſuperſit, ne quum putamina & ius abijciendum curas, unà aliquot oſſa oſcitãter ſimul auferenda porrigas. et ſi forte unguem aſſeruare uiſum ſit, illum dum pedis manuumq; digitorũ oſſa expurgas, auelles. Nõ minus enim humanos ungues, quàm auium & quadrupedum ungues, à pedibus calenti aquæ impoſitis, elixatione recedere conſpicimus. Porrò quum ulnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ à radio profecta, magna ex parte ulnam à brachiali dirimit. Hæc nanq; ab ulna liberabitur, ut radio adhuc connata, in oſſium connexu, rurſus ulnam & brachiale intercedat. Quinetiam quando caput purgas, accuratiſsimè caueto, ne membranam, quæ auditus organi foramen ſuccingit euellens, oſſicula illa negligenter eximas, quæ eius organi conſtructionem ſubintrant. quippe illa ſtylo quopiam in foramen miſſo, ſunt ſtudioſe euellenda, & pariter excutiẽda. Hæc oſſicula ad reliquã oſſium colligationem, aliquò recondes, & uertebras omniũ poſtremo è iure eximes, quemadmodũ & ſacrum os: niſi forte poſt aliquam elixationem, coccyx os à ſacro liberare lubeat, quòd ſcilicet huius oſſicula, ob cartilaginea ligamenta, quæ ipſa connectunt, ſi diutius coquantur, ab inuicẽ ſeiungi ſoleant. Si tamen coccygis oſſis preſcindendi gratia, os ſacrũ exemeris, id denuò cacabo eſt immittendum, coccyxq; os priuatim in chartam reponendum, aut in ſportulam conijciendum, in quam minuta locabis oſſicula: cuiuſmodi dentes ſunt, ſi forte ipſorum aliquis exciderit, aut aliqua oſſis portio oſcitanter effracta fuerit. Verùm ut pubis oſſium cartilaginem ſerues, priuſquam ilium oſſa à ſacro liberas, pubis oſſa anteriori poſterioriq; ſede leuiter ſunt emundanda, ac dein inuicem ſolis manibus ſeiungenda, ut ipſa intercedens cartilago ab altero oſſe abſcedat, uniq; duntaxat commiſſa maneat, leui negocio poſtmodũ in oſſium connexu, cum altero pubis oſſe iungenda. Oſſa hac ratione purgata denuò numerabis, non quidem manuum & pedũ oſſa, quæ iam ſeorſum chartis prius inuoluiſti, uerum recenſebis caluariæ partem, quam ſerra à reliquo capite ademiſti: in qua conſiderabis, num portiunculæ temporum oſſium, quæ inſtar ſquamæ uerticis oſſibus applicantur, atque ſerra à cætera temporum portione auferri ſolent, ex elixatione deciderint, ne forte illas cum oſſium ſpolijs autiure reijcienda cures. Solent enim facile à uerticis oſſibus decidere, ſi caſu ſerræ ſectio multum ſupra aurem ducta fuerit. Deinde num dens aliquis ex ſuperiori inferiorí ue maxilla exciderit, perpendes, & uigintiquatuor uertebras totidemq; coſtas enumerabis, duas clauiculas, duas ſcapulas, duos humeros, duas ulnas, & radios duos, ſacrum os, à quo iam antea coccyx os ademptũ eſt: duo grandia oſſa ſacri oſſis lateribus nexa, femora duo, tibiæ oſſa duo, & fibulas duas, item patellas ſimiliter duas. Atque ubi omnia enumeraueris, magnopere cõduxerit, oſſa denuò mundæ & bullienti aquæ indere, ac mox exempta ſeorſum aſpero rudiq; linteo abſtergere, & ſi quæ ligamentorũ, aut membranarum, aut muſculorum inſertionis exortus ue ſint reliquiæ, eas defricare abſtergereq; cõuenit, ſtudio interim adhibito, ne lubrica, & cruſtæ modo oſſibus adhibita cartilago ſimul auferatur. Interea uerò dum hæc in orbem igni appoſita leuiter deſiccãtur, aurium cartilagines cute detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idem quoq; in palpebrarum & narium cartilaginibus moliendum eſt, ac deinceps acutis cultellis os ν referens, à muſculis ipſi cõmiſſis, quàm licebit exactiſsimè crudum emũdabis. Purgato illo oſſe, laryngis cartilagines ſimiliter crudas accuratè carnibus membranisq; liberabis, ſimul cum una atq; altera aſperæ arteriæ trũci cartilagine, C imagini cõparatę. Iam pectoris os, ipſiq; cõnexas cartilagines ſedulo emundabis, quod eo minus promptè perfeceris, quo id pluribus obducitur membranis, pingueq; eſt, & interim coquendum neutiquam uenit, uixq; calente aqua aſpergendũ. Quum uerò cartilagines carne ſpolias, cauendum eſt, ne membranam cartilaginibus proximè obductam, illiq; correſpondentem auferas, quæ quòd os ambit, περιόστεον Græcis uocatur. Quippe hac membrana à cartilaginibus diſcerpta, illæ infirmiùs pectoris oſſi cõmittuntur, & cõtractæ breues intortæq; euadũt. Et quo minus cartilagines hæ contrahantur, pectoris os ad ignem non eſt exiccandum, ſed alicubi tantiſper, dum oſſa nectere propoſueris, in loco non nimis humido reponendum, ne rurſus cartilagines plus æquo flacceſcãt, ac poſtea deformem thoracis oſſium fabricam cõſtituant.

Quan-



Quando quidem nihil prorſus eſt, quod æquè elegantem ſceleti ſtruem uitiat, atq; pectoris os cum cartilaginibus, ſi modo illæ negligentius obſeruentur, & non iam compactis oſſibus potius, quàm antea, exiccari permittãtur. Reliquas autẽ cartilagines chartæ adhibitas, licebit igni nonnihil admouere, at ita, ne nimium conuellantur: quum ſatius ſit, & has quoq; poſt compactionem ſiccari. Iam integrũ tibi eſt oſſa & cartilagines ad eum quem mox dicam modum contexere, aut diſſoluta aſſeruare: quod longè etiam præſtiterit, ſi modò aut cõnexis, aut diſſolutis carendum eſſet. Oſſa nanq; diſiuncta, & in oblongam arcam ſeriatim poſita, quouis tempore ſeorſum conſpici, ac omnia quæ ad oſſium cognitionem ſpectãt, edocere poſſunt. quæ autem erecta cõmiſſaq; ſunt, ſinus, capitaq; oſſium non admodum accuratè cõmonſtrant, ſed ut uerè dicam, ad oſtentationem potius quàm ad diſciplinam conducunt. Quanquam rurſus ad diſciplinam illa oſſa accommodatiſſima ſunt, quæ ſubducuntur ex Italicis monumentis, penus modo (ut hîc ferè omnia) extructis, & ſub impluuio aliquo, aut alioquin aëri ita expoſitis, ut hæc pluuialem aquã quandoq; excipiãt. Præter id nanq; quòd monumẽta eiuſmodi humida ſunt, etiam aqua ſubinde accedit, cuius beneficio omnia quæ oſſibus adnaſcũtur promptiſſimè marceſcunt, adeò ut illa oſſa poſt aliquot annos exempta, & obiter abluta, ſint integerrima, nihilq; modo in oſſibus ſpectandum commonſtrent, ſi in arcam ſeriatim citra connexum reponãtur. ad coniungendum enim prorſus ſunt inutilia, cùm propter egregiam duritiem, tum propter deperditas coſtarũ totiuſq; corporis cartilagines. quæ ſi forte reperiũtur, ob putredinem ſunt friabiles, & undiq; ab oſſibus liberæ. Rurſus ad hunc uſum ſunt inutilia, quæ è terra apud alias nationes effodiuntur, & cumulatim in cœmiterijs aſſeruãtur. Præter hoc enim, quòd illa carie ob terræ ſiccitatem afficiũtur, omnia eiuſdem hominis oſſa nunquam uelut in dictis nuper monumentis reperies, uel Pariſijs etiam in Innocentũ cœmiterio. Vbi, ſi modò alibi, quamplurímos oſſium quæ è terra fodiũtur, habes aceruos: qui mihi quando primum oſſa cum MATTHAEO TERMINO, in omnibus medicinæ partibus inſigni medico, & dum uiuã mihi colendo ſtudiorũ ſodali doctiſsimo diſcerem, adeò nobis uberem ſuppeditarũt copiam, ut longo indefeſſoq; ſpectandi uſu edocti, etiam obuinctis oculis cum ſodalibus interdum deponere auſi fuerimus, unius mediæ horæ ſpacio nullum os ex tot aceruis porrigi poſſe, quod, cuiuſmodi eſſet, tactu non diiudicaremus. atque id eo nobis faciendum erat ſtudioſius, quo diſcendi cupidi, magis præceptorũ opera, in hac medicinæ parte deſtituebamur. Porrò quod ad coctorum oſſium connexum erectionemq; attinet, ea mox poſt emundationem (ne nimium indureſcant) committenda ſunt. nam ſtatim à coctione, oſſa ſolis ſubulis, quibus ſuppinguntur calcei, citra negotiũ perforantur, æneisq; filis mutuò alligantur: quod quiſque prout manum nactus eſt induſtriã, & ea quæ hactenus toto libro deſcripſimus, minus obaudiuerit, ſuo marte perficiet. Ac primũ quidẽ aliquot paratis ſubulis, æneo filo partim craſſiore, partim tenuiore, filum igni indetur, quo poſtmodũ magis ſequax, & quantumuis uariè intortum, minus rumpatur. His addentur duæ tenaculæ, ſeu forcipes: unus quidem quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum iam abſecabitur. Auſpicaberis autẽ oſſium colligationem à pedibus, ac primum calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbã referẽs talo, & tria interiora tarſi oſſa cymbam referenti, deinde his cõmittes pedij oſſa, hisq; ſeriatim digitorũ oſſa, cum oſſiculis ſeſamo cõparatis. quæ ideo cautius & tenuiori ſubula perforabis, quo duriora ſolidioraq; ſunt, & ex ſubulæ impetu prõptius diuiſa diſſiliunt. Vbi utrunq; pedem iunxeris, tibiæ oſſis tuber, quod ſinus femoris capita excipiẽtes dirimit, cultro aliquo oblongo, ſed arcto perforandũ eſt. quod excipiendo duriori baculo ſufficiat, qui femori etiam intruſus clauirítu ita tibiam femori committat, uti aſſeres abſq; glutine necti cernimus. Eſt enim in femoris inferiori ſede aliud foramen moliendum, illi è directo conſiſtens, quod in tibia fieri uolebam, ut idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiusq; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamen, femur tibiæ oſſi utrinque craſsiori filo committendum eſt, non prætermiſſis cartilaginibus tibiæ oſſis ſinus augentibus. quæ quum hæc oſſa iungentur ſimul cum illis conſtricta, in articulo genu ſeruabuntur. Mox fibula tibiæ oſſi ſuprà infraq; alligabitur, & patella ſimul femori ac tibiæ firmabitur. Hoc ubi in utroque crure præſtitum erit, ſacri oſſis lateribus ilium oſſa craſſiori filo ſunt nectenda, ac deinde pubis oſſa interueniente etiam illorum cartilagine iungenda. Iam ad manum erit orbicularis aſſer, in quem oſſa erigentur. conuenit autem huius aſſeris orbem tantum eſſe, ut pedes illi eo ſitu, quo oſſa erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius aſſeris medio foramen in hoc paratur, ut quum oſſa in erectam arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat: quæ foramini illi indita, orbem conuolui ſinat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circunferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod inſtar teli, aut haſtæ, aut falcis (utcunque uiſum erit) paratum, ſceleti manus ſuffulciat. Extructo

*Quæ oſſa ad diſciplinam utiliſſima.*

*Emũdata oſſa quomodo iungenda.*

*Huiuſmodi inſtrumenta ferè ſeriatim proponit tabula cap. 7 lib. 2 ad char. S, T, V, X, Y.*

in hunc modum orbi pedes impones, & astantis alicuius ope super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis, ac deinde femorum capita in coxendicum ossium acetabulis indes, ut rectè filo aut uirgula interuallū metiaris, quod ab orbe ad humiliorē sedem foraminis pertinet, in sacro osse dorsalis medullæ gratia incisi. Hoc etenim interuallum edocebit, qua mensura ferrū fabricandum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarumq; uertebrarū foramini dorsalem medullam transmittenti inditum, uniuersa ossa pulchrè sustinebit. Ferrū nanq; ita aptandum est, ut ualidè orbis medio clauis affligatur, & ab orbe ad infimam usq; nuper dicti foraminis sedem, teres aut quadratum sit. ab illa autem sede sursum latius quàm crassius esse conuenit, ut postmodum ad dorsi inflexum obliquari queat, uertebræq; ipsi ita adaptentur, ut immotæ ad id neutiquam circunuertantur. Atq; ideo ferrum inibi primùm tenuius fiet, ubi sacrum os ne deorsum subsideat, suffulciendum uenit. Nisi enim hoc os firmetur, sustineaturq;, unà cum ipso reliquæ uertebræ sensim descendent, temporisq; successu sceleti crura turpiter obliquabūtur. Accuratè igitur ab orbe ad sacri ossis foraminis infimā sedem, longitudo metienda uenit. De reliqua autem ferri longitudine non adeò curandum est, quum hæc si fortè longior sit, post ossium cōpactionem facilè præscindatur. Et etiā si ossa arcę imponenda duxeris, magnopere iuuerit ferrum plus minus duabus palmis lōgius quàm uniuersum sit sceleton, fieri, ut ipsius portio extra uerticem eminens, superioris arcæ fundi foramini possit indi, in ipsoq; conuolui. Ferro itaq; orbi perpendiculatim affixo, acutiori cultello ossis sacri foramen dorsalis medullæ nomine incisum, sensim ita exculpes, ut ferrum ipsi commodè intrudi possit. Nam quum hoc foramen natura arctius sit, & insigniter obliquū, nequaquam ferrum admittit, nisi quemadmodū iam diximus, sic augeatur, ut à ferri mucrone os sacrum ad eam usq; ferri sedem protrudere ualeas, quam nō amplius teretem, quadratam'ue faciendam innuimus. & si casu hæc sedes os sacrum minus aptè suffulcitura uidebitur, operæprecium erit eam ferri sedem lima exasperare, ac dein nodum illi exæneo filo obuoluere, qui os sacrum cōmodè sustineat. Osse sacro in hunc modum suffulto, crassiori filo femoris capita coxendicum acetabulis innectes, diligenter perpendens quantum hæc aut extrorsum aut introrsum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta committas, aut patellæ, interiora potius crurum, quàm anteriora respiciāt. quod sanè futurū est, nisi ad amussim capita suis sinibus iunxeris. Vtcunq; tamen feceris, in hoc connexu filum prorsus intorquendū non est, priusquam pedes orbi & tibijs eo situ commiseris, qui tibi apparebit elegantior. Hunc à baculi, quo manus stabilientur forma, potissimum petes: alium quippe situm messoria falx, alium telum, & alium rursus hasta, aut Neptuni tridens, aut aliud quoduis instrumentū expetit. Modò uertebræ omnes seriatim accommodandæ sunt, quo cuiusq; situm ordinemq; inuentu non arduum obserues. hunc nanq; uertebrarū forma, & articulationis ratio promptè ostendunt. Quum primum itaq; ordinatim omnes in mēsam reposueris, quinq; lumborū uertebras inuicem duobus nexibus cōmittes, qui in corporum lateribus facti, unà cartilagineū ligamentum contineant, quod uertebrarum corpora interuenire dictum est. atq; huiusmodi ligamenta seriatim à charta cui illa applicasti, sunt assumenda, eo semper relicto, quod eas intercedit uertebras, quas inuicē non alligas. quemadmodum in præsentia est ligamentū seu cartilago, sacrum os & infimam lumborum intercedens uertebrā, idq; quod supremam lumborum & infimam thoracis uertebras interuenit. Iunctis enim lumborū uertebris, sex inferiores thoracis inuicē, & postmodum sex superiores unà cum ceruicis humiliori cōnectentur. Reliquæ enim ceruicis mutuo nō sunt colligandæ, sed eas interueniēs cartilago corpori inferioris uertebræ duntaxat est glutināda. quandoquidem ceruicis uertebrę etiam non nexæ, sed ferro tantū inditæ, suā seruant sedem: neq; thoracis uertebrarū modo immotæ, postmodum costas sustinere debēt. Illico igitur atq; uertebras ad eam, quam præcepi rationem, priusq; ferrum illis trajiciatur cōmiseris, lumborum uertebras ita cōnexas ferro impones, idq; sedulo ad eorum situm inflexum'ue obliquabis, ac infimā uertebrā unà cum sacro osse ita cōmittes, ut iam prius lumborū uertebræ mutuò uinxisti. Mox his inferiores thoracis adiunges, perpetuò quam licebit accuratissimè ferrū, uti necessum erit, complicans, & infimam thoracis uertebram supremæ lumborū adnectens. His pari modo superiores thoracis uertebræ addentur, & harum infima supremæ earum quæ iam ferro appositæ fuerāt, alligata, latiusculum & longum nigroq; colore intinctum adaptabis baculum, qui posteriori ferri parti appositus, quàm licebit demissè inter ferrum & uertebras intrudetur, ut huius baculi beneficio uertebræ ad ferrū firmius contineantur, neq; ulla ratione uersatiles sint, ne postmodum uniuersus thorax in hoc illud'ue latus turpiter conuolui queat. Vt autē caluaria ferro applicetur, necessum est uerticē foramine quodam perforari, ad amussim ferri amplitudini & crassitiei correspondente, ne quando ipsi ferrum traieceris, caluaria quauis occasione quoquouersum circumuertatur. prout enim faciem anteriora exacte aut latera spectare



ctare uolueris, foramen id aut transuersim, aut obliquè insculpere cultro quopiam oportet. quemadmodū & illic ubi caluaria denuo perforanda est, ut ligulis ea sectio quàm serra in caluaria molitus es, cōmittatur, & quū usum fuerit, caluaria à ferro adempta, rursus dissolui queat. summopere nanq; cōducit, internā caluariæ amplitudinē qua cerebrū cōtinetur intueri. quod ut fiat, utraq; caluariæ pars tribus foraminibus sibi mutuò correspondentibus candenti ferro, aut cultri mucrone est perforanda. ac unum quidē foramen opportunè in occipitio perficitur, & utrinq; in temporibus unum. At inferiorem maxillā æneo filo cum superiori cōmittes, nexu suis capitibus in sinus superioris maxillæ facto. Verum quū hic cōnexus nō adeò firmus sit, ut accuratè dentes mutuò applicet, sed inferior maxilla dependeat, elegāsq; sit, hanc superiori modò iungi, modò disiungi, præter dictū nexum, maxillæ inferioris acuti processus etiā perforandi sunt, & funiculus ipsis illigandus, qui subiugalibus traiectus ossibus & uertici incumbens, nunc uersus frontem, nunc uersus occipitium tendi possit, dentesq; ita collidi queant. Vtcunq; uerò sit, potissima ferri cura esse debet, ne illud ineptè nunc in posteriora nunc in priora obliquatum, corpus indecorè erigat. quò minus autē id fiat, magnopere conduxerit dorsi ductum cognouisse. Porrò nunc tempestiuū erit costas uertebris & suis cartilaginibus alligare, quod sanè ut ad amussim & sedulò facias, primùm omnes dextras costas à sinistris discernes, coniectura uel à sinu sumpta, quo uena, neruus & arteria costis exporrigitur. dein à superiori costarum sede, quę latior spissiorq; inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferè modū ((( ))) costas mensæ seriatim impones, ut dextræ sinistris respondeant curans. Promptū enim erit singulas suis sedibus ponere, si ea modò memoriæ non exciderint, quæ ad internoscendas costas suprà cōmemorauimus. Ex hac costarū serie primā utriusq; lateris costam suę cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde sodali pectoris os cum suis cartilaginibus in sua sede tenendū porriges, ac deinceps primas costas primæ thoracis uertebræ trāsuersis processibus alligabis. Insuper secundas costas suæ cōmittes uertebræ, & postmodū ipsarū cartilaginibus, atq; ita seriatim omnes: obseruās interim, ut illas costas toto interuallo prorsus dehiscere sinas, quę ante sectionem cartilaginibus inuicem diremptæ fuerāt. Nunc humeros spissiori filo scapulis nectes, & deinde tenuiori filo clauiculas summis humeris, mox scapulas costis, & clauiculas pectoris ossi. Quum tamen humeros scapulis aduincies, expendendū est, quo'nam situ manus collocādas duxeris. Hic enim multū refert, quomodo scapulæ sinui caput humeri cōmittatur. in quo etiā connexu cartilago neutiquam prætereunda est, cuius auxilio scapulæ sinus interdū adaugetur, atq; ita etiā cartilagines maxillarū & clauicularū articulis peculiares nō neglectæ suis articulis nectentur. Cæterū cubiti ossa humero uinciēda nō sunt, priusquam extrema manus tota fuerit nexa. radius itaq; suprà infraq; ulnæ est colligādus. deinde si brachialis ossa disiuncta, suisq; ligamentis libera sunt, ea inuicem sunt cōmittenda, aliàs autē suorum ligamentorū interuentu abundè continētur. Inferiori ipsorū sedi primum pollicis os, & quatuor postbrachialis ossa, ac deinde his digitorū ossa, unà cum sesaminis officulis adnectes. Postremò autē brachiale radio iunges, & deinde ulnam humero. Atq; ubi id in utraq; manu præstitū erit, summas manus baculo illi alligabis, quem ualidè orbi infixū instar falcis, aut aliter extruendū dixi. Erectis nunc ossibus, & ex osse v referenti, & auditus organi officulis, ac asperæ arteriæ, auriumq; & palpebrarū cartilaginibus, & ungue cordisq; cartilaginibus, monile licebit confingere, his omnibus catenulæ, aut exiccato cruris aut manus neruo adnexis. Hinc liquet, quàm leui negocio humani corporis ossa, oppido quàm medico exoptāda, parari queant: quo in opere nihil ipso cōnexu, non aggredienti, difficilius uidebitur. qui tamen mihi primum experienti satis pulchrè successit, exemplo ab illis sumpto, quos effractas scutellas & lapideos cacabos cōpingere interdū uideram. Coctionis autem rationē, emolliēdi in medicina uis docuerat. Lutetia nanq; ob belli tumultus Louaniū reuersus, atq; unà cum GEMMA PHRYSIO, æquè celebri Medico ac pauciſſimis conferendo Mathematico, ossium uidendorū nomine ad eum locū quo magna studiosorum cōmoditate omnes ultimo affecti supplicio in publica uia rusticis proponi solent, obambulās, in eiusmodi incidi afflictatū cadauer, quale latronis erat, quod Galenus se spectasse commemorat. Vti enim hoc aues carne liberarāt, ita sanè illud quoq; ipsas emundasse coniicio, quia homo ille ante annū stramine duntaxat obustus, & quasi tostus, paloq; alligatus, ita suauē escam auibus exhibuerat, ut nuda undiq; essent ossa, eaq; solis ligamentis hærerēt, musculorum exortibus & insertionibus duntaxat asseruatis. quod in suspensis nunquam usu uenit, quum præter oculos (& si uulgus aliter arbitretur) uolucres nihil ob cutis crassitiem dilaniēt. ac proinde integra in his cute, ossa intus carie afficiuntur, prorsusq; ad disciplinam sunt inutilia. Asscatum itaq; & nulla ex parte humidum sordidum'ue corpus intuens, haud quaq; insperatam ac subinde expetitā mihi occasionē prætermisi. quinimò Gemmæ beneficio palum cōscendens,

*Lib. 1. de Administ. dissect.*

femur à coxendicis osse diuulsi. trahentiq; mihi, unà cum brachijs ac manibus, scapulæ quoq; subsecutę sunt. deerãt tamen alterius manus digiti, & patella utraq;, unà cum pede altero. Quũ itaq; crura & brachia (relicto cũ totius corporis trunco, capite) clam repetitis uicibus domum detulissem, ut thoracẽ qui catena alte firmabatur nanciscerer, extra ciuitatẽ me uesperi excludi passus sum: tantoq; obtinendorum ossium desiderio & studio ardebam, ut media nocte in illa corporum multitudine quod expetebã diuellere nõ horruerim, haud mediocri labore ac industria, sine arbitris, palum cõscendens. Verũ detracta ossa procul illinc deferẽs, in secretiori loco condidi, frustatimq; altera die per aliã ciuitatis portã domũ detuli. Porrò quũ ligamenta rescindere cœpissem, nihil ob egregiã eorum duriciẽ promoui, ac illa feruẽte aqua emollire coactus sum: utq; uoti compos redderer, omnia ossa tandẽ tacite ita coxi, illisq; emũdatis illud sceleton extruxi, quod Louanij apud longe amicissimum mihi GISBERTVM CARBONEM, insignẽ ac uario disciplinarũ genere instructũ medicũ, meumq; à puero studiorũ commilitonẽ asseruatur. Atq; id sceleton adeò præproperè paraui, & manũ ac pedem, duasq; patellas nõ minori labore & industria aliunde conquisiui, ut omnibus persuaserim id me Lutetia aduexisse, quo omnẽ subreptorũ ossium suspicionẽ delerem. quamuis eius urbis Prætor postmodũ adeò medicinæ candidatorũ studijs fauit, ut quoduis corpus à se impetrari gauderet: ac ipse nõ uulgariter Anatomes cognitione afficeretur, mihiq; illic Anatomen administranti sedulò astaret. Quum igitur primum tentantibus nobis adeò promptè negociũ successerit, quid nunc futurũ existimandum, postquam cõponendi quoq; rationem alijs descripsimus? & præter subiungendas nunc tabulas, in plurimis Academijs, uel nostra opera, sceleta uisuntur? Verùm non hominis solum ossa, sed, uel Galeni nomine, simiæ & canum, ac Aristotelis etiam gratia auium pisciumq; & reptilium inuicem connexa, aut saltem disiuncta apud medicinæ & naturalis philosophiæ studiosum esse oporteret. Nisi fortè hanc philosophiæ partẽ ad nos nihil pertinere arbitremur, satisq; esse nobis persuadeamus, si nostris syrupis, citra Anatomen imponere mortalibus, & loculos opplere possimus.

## DE OSSIVM NVMERO. CAP. LX.

PARVM dubito plerosq; alicubi à me ossium quoq; numerũ desideraturos: quibus nullum aliud consiliũ dari uelim, quàm, ut ex singulis huius libri Capitibus illũ petant. prolixius enim esset, hîc omnia recẽsere. Quãuis ne tantillum laboris subterfugisse uidear, non enumeratis appendicibus, & ossibus ita ut in prouectioris ætatis hominibus se habent, cõstitutis, ad hunc modum ea recẽsere nihil impediet. Caluariæ ossa uiginti sunt, octo quidem capitis, & maxillæ superioris duodecim: ita tamen, ut iugalia priuatim nõ enumerentur, quum quorundam illorum uiginti ossium partes seu sedes tantũ sint, propriaq; circũscriptione destituantur. auditus organi ossa quatuor sunt, duo scilicet ad singulas aures. dentes sunt triginta duo. maxillæ inferioris os unicum. ossis ν referentis osticula sunt ferè undecim. Vertebræ uiginti quatuor. sacri ossis ossa sex. coccygis autem quatuor. costæ uiginti quatuor. Pectoris ossis tria numerauimus ossa, alijs autẽ septena recensentur. sed age hac enumeratione tria tantum sint; & aliàs ex tuo arbitratu, quot uisum tibi fuerit. scapulæ duæ: totidem clauiculæ. & humeri duo. ulnæ duæ. radij duo. brachialis ossa sedecim, utriusq; scilicet manus octo. octo item postbrachialis ossa, in utraque manu quatuor. digitorum ossa triginta: utriusq; manus nimirũ quindecim. sesamina osticula in singulis manibus ut minimũ sunt duodecim, ac proinde iam uiginti quatuor illa in manibus recensеamus. Ossa sacri ossis lateribus commissa, duo. femora duo. duo tibiarũ ossa. fibulæ duæ. duæ patellæ. duæ calces. tali duo. naucularia ossa duo. tarsi ossa octo, in utroq; pede quatuor. decem pedij ossa, in utroq; pede quinque. uiginti octo digitorum pedis ossa, cuiusq; nimirum pedis quatuordecim. pedis sesamina osticula similiter atq; in manibus uiginti quatuor, quãuis nonnulla sint prorsus cartilaginea. Ac proinde si hæc ossa in unum numerũ reijcies, uniuersa erunt (si rectè addo) trecẽta & quatuor. quibus si pectoris ossa quatuor adhuc adijci uelles, & maxillæ inferioris duo ossa statueres, essent trecenta & septem. Verum si priuatim omnes appendices (quũ ossa sint propria circũscriptione in pueris terminata) enumerare lubeat, facile dictum nuper numerũ semel, ac rursus dimidio duplicares. quod uel hinc colliges, si uertebras, femora, tibiæ ossa, atque alia quæ multis appendicibus donantur, in memoriã reuocaueris. Rursus si ossa ut in pueris uisuntur subduxeris, Dij boni quantũ ossium aceruum cumulabis? quum omnes uertebræ, aut tribus aut duobus constent ossibus: & ossa quæ sacro coarctantur, tribus, idq; generis reliqua: adeò ut cuiq; suo arbitratu ossium numerum confingere sit integrum.

HVMA



HVMANI CORPORIS OSSIVM SIMVL COMPACTORVM ANTERIOR I EX FACIE EXPRESSIO.



# HVMANI CORPORIS OSSIVM CAETERIS QVAS SVSTINENT PARTIBVS LIBERORVM, SVÁQVE SEDE POSITORVM EX *latere delineatio.*



*VIVITVR INGENIO, CAETERA MORTIS ERVNT.*



# CORPORIS HVMANI OSSA *POSTERIORI FACIE PROPOSITA.*



# CHARACTERVM, QVI TRIBVS VNIVERSVM SCELETON EXPRIMENTIBVS FIGVris adhibentur, Index.

*TRIBVS* præcedentibus figuris (quas integras nuncupare soleo) ijdem ferè inscribuntur characteres. quanquã si quis illarum alicui peculiaris tantum fuerit, ex numero prompte obseruabitur, quem singulis characteribus modò in Indice subijciã, quo potißimùm institui oßiũ nomina simpliciter ascribere: primùm ea collocaturus, quibus toto sermonis contextu præcipuè utor: dein Græca, mox (si quæ alia sint) Latina probatioribus recepta autoribus, idq; ita ut ordo hic uim quandã habeat. His succedẽt Hebræa, sed & aliqua ex parte adhuc Arabica ex Hebræo Auicẽnæ interprete propemodum omnia, insignis medici mihiq; familiaris amici Lazari Hebræi de Frigeis (cum quo in Auicenna uersari soleo) opera desumpta. Atq; illis nominibus ideo Latinas literas subiungendas duxi, quòd horum pleraque in Arabum libris Latinitate donatis occurrant: ac proinde etiã merito post hæc locũ habebunt alia in Latinis Arabum interpretibus passim obuia, simul cum ijs quæ in scholasticis (ut dici gaudẽt) doctoribus, nostræq; ætatis manualium medicorum libris leguntur, non minus sanè quàm nomina Latinis recepta autoribus sedulò expendenda. Os itaque Græcis nominatur ὀστέον, Latinis uerò os. Hebræis autem עצם hezem. Cartilago autem χόνδρος, חשחוסים hascechußim. Cæterùm oßium nomina opportunè auspicabimur à capitis oßibus, seu caluaria, quæ Græcis dicitur ἐγκέφαλος, λόγχος, λύτος, ἰνωλέα, σκαφίον. Calua, cerebri galea, atque ita nonnulli totam capitis oßium sedem uocant cerebrum amplexantem, octoq; oßibus efformatam. aliqui uerò eam duntaxat, quæ crinibus ornatur. cuius circulus περικρανίον & περικεφάλαιον nuncupatur. תיק החומח tkeck hamoah, קדרות המוח chederath hamoach. theca & olla capitis, testa capitis, & scutella capitis, asoan.

Suturæ, quibus capitis ossa inuicem committuntur, generatim uocantur ῥαφαὶ, שלבים scelauim. senan, direzan, adoren, complosa.

*A* 2,3 Sutura coronalis, στεφανιαία. חבלילי hachlilij, קשתיי chasctbij. arcualis, sutura puppis.

*B* 2,3 Græcorũ maiusculum Λ referẽs sutura, λαμβδοειδὴς, & υ ab similitudine ὑψιλοειδὴς. למבדיי Lambdij. laude, hypsili, sutura proræ.

*C* 3 Sagittalis sutura, ὀβελιαία, ῥαβδοειδὴς. Instar teli, ueru, aut uirgæ secũdum capitis longitudinem prorepens sutura. חציי checij, שפודיי scfodij. nerualis, idq; potißimùm ubi hæc coronali committitur: qui locus etiam zeudech, idq; imprimis Mesuæ uocatur.

*D* 2,3 Hæc compago ueræ suturæ imaginem non exprimens cum sua cõiuge uocatur, suturæ squamarum modo inuicem cõmißæ, λεπιδοειδεῖς κροταφίαι, temporales, squamæformes. קלפיים chelaphijm. corticales, mendosæ. Reliquæ autem caluariæ suturæ proprijs destituuntur nominibus. cuiusmodi uerò illæ sint, non est quòd hic prolixius denuò repetam.

*α* 2,3 Hoc os unà cum suo coniuge, uerticis ossa uocatur, itemq; βρέγματος, κορυφῆς. sunt quibus syncipitis ossa nuncupantur. עצם הקרקר hezem hachodchod. nerualia, paria, arcualia: quanquã alij ita iugalia nuncupent ossa. parietalia, quo nomine nonnullis temporum ossa dicuntur. ossa rationis, seu cogitationis.

*β* 1,2,3 Frontis os, μετώπου, quibusdam sincipitis. עצם המציח hezem hamezzech, coronale, os puppis capitis, os inuerecundum, os sensus communis.

*γ* 2,3 Occipitis seu occipitij os, ἰνίος. עצם העורף hezem haoreph. laude os, pyxis os, os proræ, os memoriæ. Sunt qui & basillare (quòd magnam capitis portionem cõstituat) nuncupent, etiamsi id nomen cuneiformi oßi priuatim inditum fuerit.

*δ* 2,3 Id os cum suo pari, temporum ossa, κροταφῶν, κορσῶν, κορῆῶν λεπιδοειδῆ. aliqui etiam λιθοειδὴ, lapidea, lapidosa. חצרעים hazedahim, עצמות האבניים hazzamoth haaunijm. auriũ: etiamsi id nomẽ duobus oßiculis accommodari possit auditus organi constructionem ingredientibus, & in scamno

*ϕ*·* cui secunda figura cubitis innititur, ϕ & * expreßis. Quandoquidem ϕ oßiculum notat incudi aut molari denti aßimilatum, * uerò id quod malleolo aut femoris oßi comparamus. Quum itaq; ea oßicula priscis Anatomes professoribus fuerint incognita, non mirum est illa etiã nominibus destitui. Cæterũ temporũ ossa quibusdam tymparũ, mendosa, parietalia, dura, armalia dicũtur.

*ε* 2 In temporis osse processus styli acus ue imaginem referens, συλοειδὴς, ϗραφοειδὴς, βελονοειδὴς, πλῆκτρον. calcar capitis. ביחר חרבין chemo marhezz. os calaminum, sagittale, clauale, acuale.

*ζ* 1,2,3 Temporis oßis processus, uberis papillã referẽs, μαστοειδὴς, mamillaris, עצם פטמיי hezẽ potmij.

*ζ* 1,2,3 *E* 2,3 Os cuneo comparatum, σφηνοειδὴς, Galeno πρὸς τὸν ὑπερῶαν ὀστοῦ (etiam si palatum uix contingat) circũscribitur, πολύμορφον. Cuneiforme palati os, basillare, quanuis sic etiam appellent occipitis os, מרושב החמוח moscau hamoach. Baxillare, paxillum, os colatorij, os cribratum, cauilla: quanquam & ita talum quoque uocent. *n* 2 Sedes caluariæ, quam lapidosam dicimus.

*θ* 2 Cuneiformis oßis processus, uespertilionũ alis aßimilati. πτερυγοειδεῖς, עצם בצפריי hezzẽ chenaphij.

*F* 1,2,3 Hæc sedes simul cum sua coniuge in altero latere, uocatur ossa iugalia. ζυγώματα, ζυγοειδῆ, ζυγώδη. עצמות חזוג hazamoth hazogh. Ossa paris, paria, quæ nomina illi etiam temporũ aßcribũt oßibus, ansæ oßium temporum, arcualia ossa.

Superioris maxillæ duodecim oßibus nullum inscripsimus characterem, quòd priuatis destituantur nominibus, quanquam interim septum narium, nonnullis cristæ os nuncupetur. Cæterum superior maxilla dicitur γένυς, mandibula. חלחי העליון balechi hahelioi. quæ nomina & inferiori maxillæ G in trib. figuris notatæ accõmodãtur, quã Halyabatis interpres priuatim Faucẽ uocat.

*G.* Dentes, ὀδόντοι, שניים scinaijm, plurimum in utraque maxilla sedecim figuntur, quorum quatuor medij, anteriores q; incisorij uocãtur. τομεῖς, ἀγκαπῆρες, κύνες, γελασῖνοι. risorij, quaterij. חמחחבים hamechatechim quadrupli. Verũ duo medij, priuatim duales illis appellãtur. Qui utrinq; incisorijs proximus est, caninus uocatur, sũtq; ita utriusq; maxillæ duo canini. κωόδοντες. כלביים או מיתלעות chelauijm aut metalehoth. mordentes, hos quidã quoq; risorios uocauerunt. Quinq; autem utrinque insequẽtes, molares appellantur. μυλῆται, γόμφοι. molares, maxillares, paxillares, Cicero Genuinos, quo nomine alij eos appellant, qui post pubertatem ferè crescunt, ac Græcis σωφρονισῆρες, μεγαπῆρες, ὀψιγονοι uocantur: nostris dentes sensus ac sapientiæ, dein cayseles. נגראיד naghuid. neguegidi, nanged, alhalm. Molares uerò, Hebræis dicuntur טוחנות tochanoh.

*H* 2 Os υ referens. ὑοειδὴς, ὑψιλοειδὴς, λαμβδοειδὴς, παραπάτιον, φαρύγγειον. os υ aut Λ imaginem exprimens. עצם לאמיי או למדיי hezem lhami aut lamdij. Linguæ os, gutturis os, os laudis, os morsus Adam. Auicennæ Interpres Capite de Gutture habet: Alsaic os habẽs quatuor latera, duo inferiùs, duo superiùs, quod non obiter Anatomes studioso obseruandum uenit.

*I,K, L, M, & N* His characteribus, in tribus figuris ferè conspicuis dorsum notatur, quod ῥαχὶς, ἄκανθα, νῶτον, spina, tergũ, hominis carina, שדרה scidra nuncupatũ, multis extruitur uertebris, κατὰ μύλους, חוליות chulioth. Verticulis, oßibus fusi, quæ in posteriori sede acutũ educũt processum, qui ἄκανθα, Siminea, adsenascem senasem uocatur. Cæterùm ab I ad K indicatur ceruix. τράχηλος, αὐχὴν, collum. צואר או גרון zauor uel gharron. Tenon athlas, quod nomen alij septimæ ceruicis uertebræ duntaxat tribuunt. Porrò à K ad L uertebræ insigniuntur thoracis, θώρακος, aliquando & νώτου, μεταφρένου. pectoris, interdum dorsi simpliciter. חזה chaze. interscapilij. Ab L ad M uertebræ lumborum. ὀσφύος, ἰξύος, λοιῶν. renum. מותנים mothnaim. alchatin. Ab M ad N os sacrũ proponitur. ἱερὸν, πλατύ. latum, עצם פי הטבעת hezen pi hatabahath. lumbare, ossa cluniũ, clauiũ, alagas, agit, abbans, abbaũ, uetula, osamiũ, osanũ, quæ nomina coccygi oßi ab alijs aßcribũtur. N inscribitur coccyx os. κώκκυξ, κατὰ μύλιον, ἀξόπυγιον. עצה haaze. caudæ os, alhosos, dein reliqua, quæ oßi sacro ex quorundam interpretum sententia tribuimus nomina.

*O* 1,2,3 Pectoris os. στέρνον. quo nomine nonnulli superiorem oßis partem appellant, inferiorem tunc σπόδος nuncupantes. עצם החזח hezem hehace. thorax, aßer, cossos, scutum cordis.

*P* 1,2,3 Mucronata pectoris cartilago, ensi cõparata. ξιφοειδὴς, ensiformis. עצם ברל יי רחב hezẽ bedelij rachauch. גרוני gheroni, אלחנגרי alchangri, quibus nominibus uniuersum pectoris os donatur. Malũ granatũ ensifoidis, cultralis, epiglottalis cartilago, scutũ, clypeus oris stomachi, medium furculæ inferioris. 1,2,3, & cæt. usque ad 12. In tribus figuris duodecim thoracis costæ tam ueræ ac legitimæ, quàm nothæ spuriæue indicantur. πλευραὶ. צלעות zelaboth.

*Q* 1,2,3 Clauiculæ. κλεῖδες. claues, iugula, sunt qui & has humeros appellarunt. סכם scechẽ. Furculæ, aut priuatim furculæ inferiores, quas ab humiliori pectoris oßis sede, ita distinguunt.

*R* 1,2,3 Scapula. ὦμος, ὠμοπλάτη, ἐπινώτιον, πλάτη. Scapula, Latinis plerunque etiam humerus nuncupatur, scoptulum opertum, scoptula. בתח chatheph. Spatula, clypeus & scutum pectoris. Cæterùm λ in tribus figuris, superior scapulæ insignitur processus, quem summum humerum ferè uocamus, ἀκρώμιον, aliquãdo aũt Hippocrati & ἀκρωμίον ὀστέον, Galeno etiã κορακοειδὴς dictus. אגרסי הרטום agrassó chartom, פי העורב pi haboreub. Rostrum porcinum, caput ascapulæ. alacharam, manchar, algorab, destructũ. Processus autem scapulæ interior inferiorue, in prima figura μ indicatus

tus, dicitur ἀγκυροειδὴς, & Galeno interdum κορακοειδὴς, σιγμοειδὴς. Anchoræformis, C literã refe
rẽs ꝓcessus. עין הבהח haijn hacateph. Oculus scapulæ, quo etiã nomine scapulæ spina nũcupatur.

S 1,2,3 Humerus, seu brachij os, βραχίων. Brachiũ, sunt quibus ulna uocetur. קנה חזרוע chane hazeroha,
עצר hazad. Paruum brachium, adiutorium brachij, canna brachij, aseth.

T, V 1, 2,3 Tota hæc sedes, cubitus nũcupatur. πῆχυς, ὠλφή, ὦλφω. Cubitus, ulna, quæ nomina etiã infe
riori huius sedis ossi tribuũtur. זנרין zandin, זרוע zeroha, שתי עמורים scete hamudim. Assaid,
aseid, alsahad. X 1,2,3 Superius in cubito os, radius nobis appellatũ. λεκὶς. עמור חעליון
hamud haelion. Focile minus brachij, canna, arundo minor brachij.

Y 1,2,3 Cubiti inferioris os, ulna nobis dictum, eisdemq; cum toto cubito uocibus donatum. παρατωλέκιον.
עמור התחתון hamud hatachthon. Focile maius brachij, cãna, ac arũdo maior et inferior brachij.

υ. Huius processũ υ in secũda insignitum Græci nuncupant ὠλεκρανον, κύβιτον, ἀγκῶνα, Latinorũ qui
ξ. dam Gibberũ. Additamentũ necatũ. Processus autẽ ξ insignitus, ac stylũ referens, συλοειδὴς.

Z, Z 1, 2,3 Brachiale. καρπός. Palma quibusdam. רכג rasegh. Rascha, raseta, ascam, ossa rasete.

Γ 1,2 Postbrachiale. μετακάρπιον, ἀνδρῶν, sũd, κλὲς, κλεῖον. permultis palma, pectus manus, pectẽ. חיך
מסרקנת masrech chaph haiad. alselanuat. Δ, Δ 1,2,3 Digiti. δακτυλοι. אצבעות hezbahoth.

Θ 1,2,3 Ossa sacri ossis lateribus commissa, quorũ utrinq; unũ est, in tres ueluti sedes (etsi continuũ sit)
ο. à dissectionis professoribus distinctũ, ac prima quidẽ ο insignitur, ilium os nuncupata. λαγόνων.
ϖ. עצם תכסל hezem hachesel. Alharta, anchæ, interdũ lũbare. Secũda sedes mediaq;, ac ϖ insi
gnita, coxendicis os nuncupatur. ἰσχίου. עצם חיריך hezem haiarech, coxæ os, quibus nominibus
pleriq; totũ os etiã uocatur. Althauorat, pixis os, femoris os, sed ualde perperam. Tertia se-
ρ. des, anteriorq;, ac ρ insignita, pubis os uocata est. ἤβης, pectinis. גבי חערוה gabe haherua,
אלעאנא belhaua. Penis pudibundũ, fenestratum os, quod etiã illi femoris os subinde appellitãt.
Verũ uniuersum os Hebræis dicitur עצמות גבי חערות hazamoth ghau haherua.

s 1,2,3 Coalitus pubis ossiũ, uerùm priuatim cartilago hic insignitur, eorũ ossiũ unionẽ interueniens.

Λ 1,2,3 Femur, seu femoris os, femen. μηρός. פחר חיריך pachad, haiarech. Os coxæ, coxa, agis, anchæ os.

τ 1,2,3 Exterior femoris processus, qui rotator, & natis ferè nũcupatur, προχαντὴς μέγας, γλουτός. Malũ
υ. granatũ testiculorũ, tharuca, trachametra maior. Minor uerò interioriq; ꝓcessus, υ insignitur.

Ξ 1,2,3 Patella. μύλη, ἐπιμυλὶς, μυλακρὺς, κόγχη, κόγχος, ἐπιγονατὶς. Mola, scutiforme os, genu rotula. חארבוכה
עין ארבתן hayn aut maghen haharcuba. Oculus genu, polus, adaicon, rasga, alrasafe, aressatu.

Π, Σ 1,2,3 Hæc pars uniuersa Celso Crus nũcupatur, quanq; Galeno σκέλος dicitur, quicquid à coxẽdicis
osse, ipsis ue inguinibus, ad extremũ usq; digitorũ pedis pertinet: femur nimirũ, tibia, & pes ipse.
Nominatur itaq; secus pars hæc Π & Σ intersepta, tibia. ὑπήμη. שוק scoch. quibus nominib. hu
Φ 1,2,3 ius quoq; sedis grandius exteriusq; os obuiũ est, quod tibiæ os ferè nũcupamus. πελεκήμιον, & in
terdum κωπηκνήμιον appellatũ, קנה הגדול chane hagadol. Focile maius, & arundo, & canna ma
ψ 1,2,3 ior, seu domestica cruris. Cæterũ exterius graciliusq; os insignitũ, ac fibula nobis dictũ, appel
latur περόνη, πτερονήμιον. Sura. קנה חקטן chane hachatõ. Focile minus, cãna, et arũdo minor cruris.

Φ, χ 1,2,3 Malleoli, σφυρὰ, τὰ σφυρὰ, latinorũ aũt nõnullis malè tali appellãtur, שתי קצורות חבולטים משני חקנים
sete chezzauoth haboletim miscene hachanim. Clauiculæ, cauillæ, cahabin. Ac φ quidẽ interio
rem indicat malleolũ, χ autẽ exteriorẽ. Ω, 1,2,3 Talus, ἀστράγαλος, ἄστριον, Latinis Interpre
tibus quibusdã parũ rectè malleolus appellatur, fortassis huc quorundã nõ Anatomicorũ sen
tentia ductis, qui πρὸ σφυρῶν malleũ, neutro aũt genere τὰ σφυρὰ talos potius significare cõtendũt.
Balistæ os, cauilla, chahab, alsochi. חסרסול hacharsul, עקום haarcchom.

a 2,3 Calx. πτέρνα, λαλκάνεον. Calcis os. עקב haacheu. Alrip, calcar pedis.

b 1,2 Os cymbã scapham ue referẽs, σκαφοειδὲς. Nauiculare, nauiforme. עצם השוה או ספינה קטנה hezẽ
hascaue, aut sephinachotena. c, c 1,2,3 Hæc pedis pars quatuor efformata ossibus, nobis tar
sus, ut & Græcis, ferè nũcupatur. רסג rasegh. Raseta pedis, & ossa rasetæ pedis. Tria autẽ
d, e, f. interiora d, e, f insignita, priuatim χαλκοειδῆ quibusdã appellãtur. extimũ uerò ac g notatũ, uoca
g. mus os cubũ tesseramue referẽs. κυβοειδὲς, πολύμορφον. Cubiforme, quadratũ. ברדי chardij, עצם נפרר
hezem nipirat. Grandinosum, nerdi. h, h 1,2,3 πέλμα. planta, planum, uestigium & solum.
μετάταρσος, sũd. Pectus, & pecten. מסרק חרגל masrech hareghel. Alselameet.

i, i 1,2,3 Pedis digiti. k 1,2,3 Charactere k ossicula notãtur sesamina. σησαμοειδῆ. חלתסמיניאת helthesaminiath. Alsemseminiæ.

LIBRI PRIMI FINIS.

# ANDREAE VESALII
## BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER SECVNDVS, LIGAMENTIS OMNIBVS, & Musculis, uoluntarij atque è nostro arbitratu pendentis motus instrumentis dedicatus, ac propemodum figuras omnes ipsi proprias, ante Capitum contextum, uti nunc subijcitur, spectandas offerens.



IN PRAESENTIS Libri initio ꝓponenda sedecim tabularum series, omnibus ferè Secundi libri Capitibus communis erit, neq; minus in Libri calce, quàm hic modò in fronte collocari potest. Primæ enim quatuor decim, integros exprimunt homines, ac harum ordine prima, anteriorem uiri faciem delineatam continet, secunda latus ostendit. tertia, quarta, quinta, sexta, septima, octaua, anteriorem faciem quoq; ꝓponunt, in hoc illud ue latus, ꝓ musculorum, qui indicantur, natura & situ magis repositam. Sex uerò octauam consequentes, posteriorem corporis faciem referunt, omnes propemodum ita effigiatæ, ut quod in priori conspicuum est, in subsequenti resectum, ab insertione pendeat. Deinde omnes tabulæ ita inuicem congruunt, ut uni quæ anteriorem faciem exprimit, alia succedere possit, posteriorem exhibens. Integrum namq; erat tertiæ subiungi nonam, mox quartam, dein decimam, insuper quintam, illi uerò undecimam, postmodum sextam, ab hac duodecimam, deinceps septimam, quã sequeretur decimatertia, cui rursus succederet octaua, & huic decimaquarta. Vnde etiam non inopportunè feceris, si utraq; serie has musculorum tabulas intuearis, atq; quid singulæ potissimùm exprimant, ex ipsarum earundemq; characterum indicibus illis, quam per typorũ rationem licuit, proximè appositis requiras, quo à Capitum contextu non ad quatuor decim primas solùm, uerum & ad decimamquintã & decimamsextam, si quando usum erit, recurras, musculorumq;, quorum tum mentio incidit, delineationem ex sententia spectes. Perpaucis enim Secundi libri Capitibus peculiares figuras sum præpositurus, ijs nimirũ duntaxat, quorum musculi priuatis figuris cõgruè exprimi nequiuerunt. Dein primi Capitis fronti tabella adhibetur, ligamentorũ differentijs ostendendis præcipuè apta, & secundi Capitis initio eæ præponentur figuræ, quas musculorum cõpositioni intelligendæ idoneas duxi. Porrò non sufficerit in una tabula musculũ aliquem intueri, etiamsi illum charactere insigniuerim, sed ut uideas, ubinam quisq; emineat, alteriue succumbat, passim tibi is uenit inquirendus, & potissimùm spectandus, ubi totũ se uidendũ offert, quod ferè fit, ubi peculiariter uni musculo plures characteres adhibentur, præcipuè quum extra aliorũ ordinẽ maiusculo charactere, Græcis peculiari inscribitur. Quare etiã quum illũ in ea tabula inspexeris, non prætereas, quin unà præcedentem tabulam et sequentẽ intuearis, ut discernas, cui is quẽ spectas, musculus incumbat, cuiq; substernatur. At non est, quòd prolixiùs in tabulis exercendi rationem præscribam, quum cuiuis pro suopte ingenio et Anatomes peritia, scopos, utendiq; modum sibi præfigere queat. Quòd uerò in integras tabulas musculorũ effigies ita digesserim, neq; singulis Capitibus singuli articuli cũ suis musculis appicti sint, ea potissimũ occasione factũ puta, quòd illi si priuatim articuli pingerentur, à nemine nisi Anatomes peritissimo possent distingui. Nunc autẽ quum omnia cohærent, cuiuis obuiũ est, qua sede quisq; musculus reperiatur, adeò sanè, ut prorsus operæprecium fuisset integras ad hunc modum tabulas delineari, quantumuis etiam seorsim articuli fuissent expressi. Insuper si singulis Capitibus suos musculos adhibere, uel aliqua ratione utile fore sperassem, non hoc usu studiosi caruissent, quando præter sumptum nullus labor mihi impendendus erat. Ex his namq; integris tabulis necessariò sculptis, particulas singulas articulosue seorsim transcindendos dare, non maioris mihi esset operæ, quàm ex iam proponendis tabulis, nunc caput, nunc brachium, nunc crus aut thoracẽ, ut ut uisum esset, abscindere, et sculptori offerre. Ad hæc, idem semper labor lectori in uertendis folijs impendisset, quum eadem pagina & musculorum effigiem, & characterum declarationem seu indicem, ac deinde musculorum descriptionem continere nequeat.

# PRIMA MVSCVLORVM TABVLA.






## PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*PRAESENS tabula anteriorem corporis faciem magna ex parte notans, corpus exprimit, à quo cutis cum adipe carneaq; membrana, & omnibus in superficie extantibus neruis, uenis & arterijs, si quæ sunt, resecui. Hanc tabulam unà cum sequenti, characteribus liberam relinquere propositum erat, quo minus illis commaculata spectaretur. Quandoquidẽ tertia ferè prima est, quam ad disciplinam parauimus, præsens namq; (uti nec consequens) aliquid oculis subijcit, quod non in musculosis & quadratis, ut sic dicam, hominibus, eruditos pictores, sculptoresq; indies etiam præcipuè exprimere obseruamus. Quæ enim membranea in tertiæ tabulæ facie & ceruice uisuntur, & fibræ etiam in musculis ductæ, potiùs pictorem, ac sculptorẽ & plastem (quorum studijs quoq; opitulari uisum est) perturbant. Quanquam his sanè non satisit, musculos in superficie repositos ad amussim tenere, imò præter ossium accuratissimam cognitionem, summa diligentia cuiusq; musculi munus perspectum ipsis esse debet, quo sciant, quando musculũ aliquẽ aut breuiorẽ, aut longiorem, aut protuberantẽ magis, aut cõpressum depingere debeãt, hoc axioma perpetuò ob oculos habentes, musculũ, dum os mouet, idq; (ut sic dicã) ad suũ uentrem retrahit, breuiorem, multoq; prominentiorem fieri, & ad ipsius uentris mediũ colligi, quum autem è conuerso musculus os dimittit, ipsumq; os aliò agitur, quàm ab eo musculo duceretur, musculi uentrem (cui duntaxat illi artifices animum accommodant) produci ac subsidere, minimumq; protuberare. Cæterùm quandoquidem hæc affatim in musculorum descriptionibus perstringam, characterum præsentis figuræ indicem aggrediar, in quo uix ullum musculum priùsquàm expressurus sum, sed unicum duntaxat characterẽ singulis in altero latere adhibens, quos hic obiter spectare licet, asscribam. In facie itaque nullus hic in conspicuo est musculus, quòd illi tenues exactè & membranei sint, neque etiam obiter adempta cute secus, quàm in præsentia modò occurrant.*

*A Glandulæ quàm plurimæ notãtur, quæ sub aurium radice, ad posteriorem inferioris maxillæ sedem repositæ, cauitatem hic opplent, tutæq; uasorum distributioni præficiuntur. Sunt autem hæ quas in pueris humorũ influxus crebrò molestant, ac quæ strumis (quas χοιράδας Græci appellant) subinde infestantur. Hac sede, qua glandulæ reponuntur, etiam citra characteris adminiculum, præscissæ hic auris foramen obseruatu est facillimum.*

*B Sinistri lateris musculus, ab inferiori maxilla, in os υ imaginem referens insertus.*

*C Musculus à pectoris osse pronatus, ac in os υ literæ simile cum suo coniuge insertionem tentans.*

*D Musculus gracillimus, à superiori scapulæ costa, in os υ referens insertus, ac in quarta musculorum figura, V & V, in quinta autem, R & S notatus. Sedes quæ utrinq; ad literæ D latera uisitur, cauaq; est, neruos continet sexti paris neruorum cerebri, interioribus uenis iugularibus, & arterijs soporalibus concomitatos.*

*F Musculus à pectoris osse & clauicula, in mamillarem occipitij ossis processum, carnea insertione implantatus.*

*G Portio est musculi, scapulam mouentium secundi, cuius effigiem monachi in suis cucullis imitati sunt. Præsentis musculi aliud nihil hic est conspicuum, quàm quod clauiculam, & summi humeri sedem clauiculæ connexam inseritur, uerùm in nona figura totus apparet musculus, Γ & Δ insignitus.*

*H Sedes hæc iugulares uenas exteriores transmittit, quare etiam citra omnem musculi distinctionem, in uiuis duntaxat caua apparet. V ena autem resecta, & mucosis quibusdam membranulis ademptis, ille occurrit musculus, quem D insigniui, & etiam unus qui à prima thoracis costa, in anteriorem transuersorum processuum ceruicis uertebrarum sedem insertus, C in octaua musculorum tabula notatur.*

*I Clauiculæ anterior sedes, quæ excarnis occurrit.*

*K Musculus brachium attollens, cuius principium à clauicula, summo humero, et scapulæ spina enascitur, atq; hic ipsius pars spectatur, à clauicula & summo humero pronata.*

*L Musculus brachium pectori adducens.*

*M Pectoris os excarne apparens, nam musculis pectori brachium adducens ad ossis latus, primùm*

carneus esse incipit, & quamuis dexter sinistrum neruoso, & membranæ modo tenui exortu contingat, ob hoc tamen in uiuis adhuc hominibus pectoris os non prorsus occultatur.

N N sub axilla latitat, partem notans musculi brachium deorsum uersus dorsum detrahentis, ac sequenti tabula Γ indicandi.

O, O Hæc digitorum imago, musculi aliquot insertiones indicat, qui in octo superiores thoracis costas insertus inspirationi famulatur, atq; in octaua musculorum tabula F & F insignitur.

P, P Præsens uerò digitorum effigies, exortus est musculi abdominis obliquè descendentis, quem pluribus characteribus hic notare non libuit: quemadmodum neq; recto etiam abdominis musculo notam adhibui, quod prorsus adhuc sub obliquorum neruosis tenuitatibus, & musculo brachium pectori adducente reconditus sit, utcunq; etiam tubera quæ secundùm abdominis longitudinem porrecta conspicis, recti abdominis musculi sint: quæ quo minus extuberent, obliquorũ tendinum tenuitatibus non inhibentur: quemadmodum neq; cutis crassities in non admodum obesis obstat, quo minus eadem spectentur.

Q Anterior cubitum flectentium musculus.

R R sub axilla reconditur, notans dicti iam musculi, interioris capitis carnosam partem, peculiaris musculi ritu extuberantem.

S, S Musculus posterior cubitum flectentium, quem duobus insigniui characteribus, ne sedes illis characteribus notatas, diuersos esse musculos quis arbitraretur.

T Musculus ab inferiori scapulæ costa enatus, cubitiq; extensioni subseruiens.

V Superior musculus eorum qui radium in pronum agunt. Cæterùm quum præsentis figuræ cubitorum & manuum extremarum non eadem sit facies, haud inopportunè dextro et sinistro lateri V ac subsequentes aliquot characteres pariter adhibui.

X Musculus ante indicem postbrachiali insertus, idq; flectens.

Y Musculus latum tendinem in summam manum producens. Sedes autem quæ utrinq; ad huius tendinis latus in cubiti longitudine protenditur, nulloq; charactere insignitur, flexionis secundi quatuor digitorum articuli autor est, quem quintæ figuræ ☉ indicat.

Z In dextro cubito indicatur musculus ab interno humeri tuberculo principium ducens, qui recto brachialis ossi insertus, brachiale flectit.

a In utroq; cubito musculus notatur, radium in supinum ducens: qui ab humeri osse natus, inferiori radij appendici implantatur.

b In utroq; cubito musculus insinuatur, bicorni tendine brachiale extendens.

c In utroq; cubito indicantur duo musculi, ex ulna originem ducentes, quorum unus tendinem brachialis ossi offert pollicem sustinenti: alter in binos dissectus tendines, unum primo pollicis ossi, alterum secundo & tertio inserit.

d In sinistra manu hic occurrit tendo musculi, pollicem uersus indicem euertentis.

e In sinistra manu spectantur tendines, in exteriorem indicis sedem exporrecti.

3, 4, 5, 6 In sinistra manu notatur transuersum ligamentum, in cubiti externa sede conspicuum. uerùm numeri characteres seorsùm indicant, quot in hac manus superficie sinus anuliq; dissecantibus apparere possunt. Sunt autem omnes quatuor radio proprij, illisq; tendinibus adaptati, in quorum regione numerum conspicis. In dextro cubito etiam 6 spectatur, idem quod in sinistro indicans.

h In sinistra manu, sedes musculi indicatur pollicem indici proximè adducentis. Modò post sculpturam f & g incuria elapsa, nihilq; illis insignitum obseruo, quod & in alijs tabulis interdum (citra incommodum tamen) usu uenit.

i In dextra manu musculus pollicem ab indice plurimùm abducens: atq; ad huius latus portio eius musculi uisitur, qui primum pollicis os flectentium est prior.

q Musculus paruum digitum à cæteris abducens, ad cuius dextrum latus is se offert, qui sub illo magna ex parte occultatus primũ parui digiti flectit internodium, id in externum latus ducens.

k Tunica testem ac ipsius uasa seminaria inuoluens, quæ hàc in uiris prorepunt. Mulieribus enim hæc uasa cum reliquis generationi famulantibus organis in corporis alto reconduntur.

l Ad sinistri testis latus l occultatur, notans glandulas cauitatem hic in inguinibus replentes, qua insignis uena cum arteria crus adit. Glandulis enim resectis hic magnus exurgeret sinus, cuiusmodi in inguinum abscessibus fieri cernimus.





m Musculus à pubis osse in femur procedens, in octaua figura Σ notatus.

n Hàc prorepunt duo musculi, quorum alter femoris motorum sextus habebitur, atq; in octaua tabula ☉ notabitur: alter uerò septimus, in eadem tabula Λ indicandus.

o Ab ilium osse pronatus musculus, qui tibiæ insertus, illius motorum primus est.

p A pubis ossium commissura enatus musculus, ac tibiam mouentium secundus.

q Sextus inter tibiam mouentes musculus, cuius carnosa substantia hic conspicitur: tendo autem ipsius adeò tenuis est, ut subiectorum illi musculorum circunscriptionem nõ obliteret. Quapropter etiam priuatim hic se non ostendit, quemadmodum neq; in secunda musculorum figura. in tertia tamen & quarta, quadãtenus oculis subijcitur, in hac quidẽ charactere 3, in illa uerò Φ notatus.

r Præsens musculus etsi cum alijs inibi ad superficiem repositis nuper dicto membraneo tendine sexti tibiam mouentium musculi obducatur, attamẽ se se ostendit, quemadmodum neq; in musculosis integra adhuc cute conspectum fugit. Notat autem r priuatim septimum tibiam mouentium musculum.

ſ Musculus supra coxendicis ossis articulum principiũ ducens, & inter tibiæ motores nonus. Verùm & hic membraneo obtegitur tendine musculi tibiam mouentium sexti.

t Musculus, femoris os uniuersum quodammodo amplectens, tibiæq; ducum octauus.

u Sedes hæc u notata, ad sinistrum spectatur genu, estq; quarti tibiam mouentis musculi pars.

x, y Tota hæc tibiæ ossis regio excarnis est, nulloq; obtegitur musculo.

z Musculus pedis motorum ordine sextus, ac per transuersum ligamentum in anteriori tibiæ sede positum, & ∂ indicandum, descendens, pedijq; ossi pollicem sustinenti insertus.

α Musculus quatuor pedis digitos extendens, qui sub musculo z insignito, maxima sui portione occultatur.

β Quatuor digitos extendentis musculi portio, quæ pedi in anteriora attollendo suppetias ferens, pedem mouentium nonus censetur.

γ Pollicem extendens tendo. Carnosa enim musculi pars in alto alijs subijcitur musculis.

∂ Transuersum ligamen in anteriori tibiæ sede locatum, & quatuor ultimò notatis musculis uiam porrigens.

ε Exterior malleolus, seu fibulæ excarnis pars.

ζ Musculus fibulæ exporrectus, qui sub pedis inferiora reflexus in pedij os pollicem sustinens insertionem molitur, ac pedem mouentium septimus numerabitur.

η Musculus, ab externo femoris capite pronatus, & pedem mouentium secundus.

θ Hunc characterem & aliquot subsequentes in dextro crure reposui, quò d illis indicandi musculi in eo sint conspectiores. Verùm θ notatur musculus ab interno femoris capite pronatus, pedemq; mouentium primus.

ι Tendo totius corporis gracillimus, ab illo enatus musculo, qui ab externo femoris capite principium ducens, pedem mouentium tertius habetur.

κ Maximus suræ musculus, à commissura fibulæ ad tibiam enatus, pedisq; motorum facilè robustissimus, & quartus.

λ Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.

μ Portiuncula quoq; hic uisitur, pedem mouentium quinti. uerùm hæc, ut & musculi paulò antea in dextro potissimùm crure commemorati, dilucidiùs multo in dextra sequentis tabulæ tibia conspiciuntur.

ν Transuersum ligamentum à tibia in calcem pertinens.

ξ Musculus pollicem in internum latus agens.

ϖ In dextro pede musculus notatur, pollicem alijs digitis adducens, seu illum in latus externũ mouens. Apparent ad hæc, sub tendinibus musculi quatuor digitos extendentis, ac α notati, tendines indicem, medium & anularem in externum latus abducentes.






# SECVNDAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*SECVNDA tabula primæ, quòd ad sectionem spectat, omnino correspondet, et in latus uersa eosdem cum illa commonstrat musculos, unà cum ossium sedibus in superficie prominentibus, ac ut sic dicam, excarnibus. Quum itaq; hæc spectatu sit dignissima, pari cum præcedente modo singulos musculos uno charactere annotabo. Facies itaq; propemodum uniuersa, & caput quoq;, quum paulo minus toto osseum sit, literis nisi pauciss imis in hũc modum insignientur.*

A *Temporalis musculus. Quicquid supra semicirculum hunc quo temporalis musculi primus exortus circunscribitur, consistit, prorsus excarne est: nisi hic fortassis accuratè nimium singula animaduertens, frontis os secundum naturam non excarne esse, uerùm tenui musculosa compage obduci, additum uelis, quam simul cum frontis cute totaq; adeò carnosa membrana resecuimus.*

B *Os iugale. Foramen illud ad ossis huius terminum sese offerens, auditorius est meatus.*

C *Musculus à mandendo μασητὴρ, & mansorius nuncupatus.*

D *Musculus buccarum motibus subseruiens, ac ex una maxilla in alteram pronatus.*

E *Musculus sinister ab inferiori maxilla in os υ imaginem referens productus.*

F *Musculus à pectoris osse in os υ referens insertus.*

G *Musculus sinister, à superiori pectoris ossis sede principium ducens, & in humiliorem cartilaginis scuti imaginem representantis regionem insertus. Is enim quum sub musculo F insignito latitet, non prorsus in latere conspectum fugit.*

H,H *Musculus à superiori scapulæ costa ad os υ imagini simile properans, qui ablato adipe & iugulari externa hinc diligenter execta, iuxta humilius H est conspicuus. Deinde superius H indicat etiam glandulas ad auris radicem repositas.*

I *A pectoris osse & clauicula principium sumens musculus, et in mamillarem temporis ossis processum insertus.*

K,L *Musculus scapulam mouentium secundus. ac K quidem notat superiorem ipsius partẽ, quæ scapulam sursum trahit. L uerò inferiorem, cuius beneficio scapula deorsum agitur. Ad dextrum latus L hic quoq; dextri musculi portio sese offert, uerùm in nona musculorum tabula utriusq; lateris musculus literis Γ & Δ est spectatissimus.*

M *Musculus brachium attollens. præsens musculus lõgè accuratiùs in quarta figura Ξ, & in decima Δ indicabitur. quod ideo additum uolui, ne quis hunc musculum multis donatum impressionibus, plures esse ex uera hac integraq; delineatione sibi persuadeat. Quamuis interim hæ impressiones (si quis alius modò musculus) peritos sculptores pictoresq; ludant. quos nõ hic solum, sed & in toto externo brachij latere uelim esse attentissimos, quòd male musculum quem iam notabimus, ueluti in cubiti exteriora protrahant.*

N *Quanquam ex subsequentibus characteribus nonnullos in utroq; brachio repositos cernis, tantisper tamen sinistro duntaxat animum adhibebis, donec & dextri meminero. N itaq; notatur posterior cubitum flectentium, qui in uiuis altiùs supra brachium attollentis musculi insertionem enasci uisitur, quàm re uera principium ducit. licet hic non nimis inferiùs incipiat, sed quod pictoribus animaduertendum est, fortassis etiam elatiùs quàm deceat.*

O *Musculus cubitum extendens, qui ab humeri capitis ceruice principium adipiscitur.*

P *Musculus cubitum quoq; extendens, cuius origo ab inferiori scapulæ costa pendet.*

Q *Hac sede duo dicti nuper musculi cubitum extendentes in unum coëunt, non amplius duplicis musculi imaginem repræsentantes. Quòd autem hic insignius quàm reliquo progressu extuberant, præter ipsorum partem summè carnosam tertius cubitum extendentium in causa est, qui hic sub illis occultatus ab humero seu brachij osse pronascitur, atq; in duodecima figura X, in decima tertia autem d indicabitur.*

R *Hac parte cubiti extensionis autores in posteriorem ulnæ processum, & articuli ligamenta implantantur, nerueam suæ insertionis partem in triangularem hanc sedem porrigentes, quæ ex carnis ulnæ est portio.*

S *Musculus ab humero enatus, qui in inferiorem radij appẽdicẽ insertus, radium in supinũ ducit.*

T *Musculus bicorni tendine brachiale extendens.*

V Musculus indicem medium, & anularem præcipuè extendens.
X Musculus parui digiti extensionis primarius autor.
Y Musculus postbrachiale extendentiũ inferior. a Musculus flectentiũ brachiale inferior.
b,c Duo hic indicantur musculi, quorum superior b insignitus brachiali inseritur: inferior autẽ cui c inscriptum est, in duos diducitur tendines, unum primo pollicis internodio inserẽs, alterũ duobus superioribus eiusdem internodijs implantans.
1,2,3,4,5 & 6. His numeris notatur transuersum ligamentum in exteriori sede cubiti repositum, quod in tot rursus anulos diuiditur, quot numeros scripsimus. 1 enim indicat ligamentũ radio ulnæq; commune. 2 ligamentum ulnæ propriũ. 3,4,5 & 6 uerò insinuant quatuor ligamẽta radio peculiaria.
d Sedes musculi, aut ipse etiam musculus indici pollicem proximè adducens.
e Tendo musculi pollicem ad indicem euertentis. Verùm modò tempestiuũ est & dextro brachio animum accõmodare, ac partim easdem notas quas in sinistro spectasti, partim uerò nouas intueri. Idem igitur significant N ac N, P, S, T, a. seduix hic musculi a insigniti linea conspicitur. dein b,c & 4,5,6, & d ac e idem in dextra, quod in sinistra manu referunt. At priuatæ dextræ manus notæ sunt huiusmodi.
Z Anterior cubitũ flectentiũ musculus. f Musculus superior radium in pronum mouentiũ.
g Musculus superior brachiale flectentium. h Latum producens tendinem musculus.
i Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, qui extrorsum brachium circumuertit.
k Musculus quo brachium retrorsum ad dorsum elatiùs quàm iam signando musculo ducitur.
l Præsentem musculum nona tabula O, & detectum adhuc magis decima Θ ostendent. At quũ externum secundum ue ipsius latus nullibi atq; in hac tabula opportuniùs ostendetur, hic aliquot characteres adijcere erit operæprecium. Est itaq; musculus hic cuius beneficio brachium agitur deorsum, triangularis quodammodo figuræ, cuius internum latus spinarum apicibus exporrigitur (qui præsenti musculo principium offerunt) ab l ad m pertinens. Exterius uerò latus, quod à sacro osse sursum obliquè in priora ad insertionem properat ab m ad n usq; pertinet. n enim insinuat huius musculi partem suæ insertioni proximã, quæ citra alterius musculi dissectionem conspici nequit. Atq; hoc latus est, quod in prima tabula N notat, in sequenti uerò V, & rursus longè accuratiùs dextrum septimæ tabulæ brachium O litera hanc insertionem commonstrat. Tertium latus ab l ad n porrigitur, quod transuersim ductum humiliori basis scapulæ angulo insternitur. Atq; l etiã indicat huius musculi partẽ musculo cui L inscripsimus subiectã.
m. n.
Δ Ne paruum o in umbra ad pectoris sedes plus satis lateret, Δ inibi positum habes, musculum indicans, quo brachium pectori adducitur.
o,o,o Huiusmodi triangulorum quasi ritu procedentes formæ, insertiones musculi sunt eius qui in octo superiores thoracis costas manus modo insertatur.
p,p,p Exortus abdominis musculi obliquè descendentis, qui mutuò cum dicti iam musculi & aliquot o insigniti insertionibus ingrediuntur. Quod autem in uniuersa abdominis sede conspicitur, obliquus ille est musculus: quanquam rectus abdominis musculus nonnihil propter obliquorum tendinum tenuitatem (quemadmodum & ante sectionem) extuberet.
q Principium notatur primi tibiam mouentium musculi, quem sequenti figura Σ notatum cernes. Hic autem in dextro femore q etiam indicatur.
r Musculus latum producẽs tendinem, quo omnes femur amplexantes musculi circundantur, quiq; tibiam mouentium sextus habetur. Huius tendo quum non insignem exigat spissitudinem, aliorũ musculorum inspexionem minus adhuc ipsa cute occupat: unde etiam hic occurrit musculus, mox t notandus.
ſ Portio musculi tibiam mouentium noni, quem in quarta tabula Φ exprimam.
t Musculus tibiam mouentiũ septimus, membraneo tendine sexti tibiam mouẽtis musculi obtectus.
u Musculus sinistrum femur mouentium primus. Qui uerò dextrum femur agit, etiam magna ex parte hic se offert.
x Regio maioris exterioris ue processus femoris.
y Conspicua secundi femur mouentis musculi pars. Reliqua autem primo femur mouenti musculo u superiùs indicato, & illo quẽ latũ producere diximus tendinẽ, quemq; hic r notaui occultatur.

α Quartus



α Quartus tibiam mouentium musculus, qui hic externo ipsius latere est spectatissimus, ac nullibi in dextro crure apparet.
β In utroq; femore tertius notatur tibiam mouens musculus.
γ In dextro tantum femore indicatur secundus tibiam mouentium musculus.
δ In dextro crure bis δ posui, musculum indicaturus, quem ego quintum femoris motorem enumeraturus sum. In sinistro autem crure δ iuxta poplitem ponitur, quintum quoq; notans musculum.
ε & ζ In dextro femore indicatur quintus tibiam mouentium Galeni musculus, noster autem femur mouentium quintus. ac ε quidem huius musculi posteriorem partem indicat, ζ uerò posteriorem anterioris partis portionem. Hæc non ambigo abstrusa obscuraq; uideri, attamen si Caput tibiam mouentibus musculis, & Caput femur agentibus dedicanda perlegeris, erunt longe facillima: præcipuè quum hos musculos in alijs musculorum tabulis propemodum denudatos uisurus es, uidelicet in septima ad characterem β, in octaua ad Φ & c, in duodecima ad Ξ & Σ. Omnia enim singulis locis haud ueniunt repetenda: imò uereor morosiorem quempiam & rõdendi studio natum, mihi detractaturũ, quòd ea in harum tabularum indicibus præmoneam, quæ in sermonis seu Capitum contextu diffusè ac explicatè persequar. Quanquam etiam hæc & cõtextus ipse studioso homini uix sufficient: ut eos modò mittam, qui omnia oscitanter aggredientes, cõpendia summo ipsorum dispendio quærunt, et Galeni anatomicos libros tanquam ad ipsos non pertinentes relinquunt.
η Musculus hic extuberans, tibiam mouentium octauus censebitur.
κ,θ Excarnis tibiæ pars, uerùm interior malleolus priuatim κ notatur.
λ In utroq; crure suram constituens musculus, qui mouentium primus numerabitur.
μ Musculus in utroq; notatur crure, pedem mouentium secundus.
ν Gracillimus totius corporis tendo, à musculo enatus qui pedem mouentium tertius habetur.
ξ Maximus suram constituentium musculus, ac pedem mouentium quartus. Quamuis o & ι, & eiusmodi aliquando characteres nõ inuenis, ob hoc quicquam nõ notatum fuisse minime arbitrandum est, quum illi characteres (quantum ad sculpturam spectat) nostro o & i non absimilia sint.
ϖ Musculus tertios quatuor digitorum flectens articulos.
ϱ Portiuncula eius musculi, qui pedem mouentium quintus erit.
ς Transuersum ligamen ab interno malleolo in calcem pronatum.
τ Musculus pollicem in internum latus ab alijs abducens digitis, qui sanè hic est manifestissimus.
υ Ligamentum musculo secunda quatuor digitorum internodia flectenti obnatum, & lati tendinis uicem in planta gerens.
φ In utroq; crure musculus notatur in anteriori tibiæ sede locatus ac pedem mouentium sextus.
χ Musculus fibulæ exporrectus, qui pedis motorum septimus numeratur.
ψ Musculus nuper dicto substratus, pedemq; mouentium octauus. huius tendo, ut & septimi, sub Σ est conspicuus.
ω Musculus quatuor digitos extendẽs, ad latus autem sinistrum Ω occurrit huius musculi portio, bicorni tendine in pedij os ante paruum digitum inserta, quam pedem mouentium musculorum nonum appellabimus, quiq; aptiùs in quarta musculorum tabula Ω indicabitur.
Θ Tendo musculi pedis pollicem extendentis.
Λ,Δ Transuersum ligamentum tibiæ ossi & fibulæ commune, in sinistro crure Λ indicatur, in dextro autem Δ.
Ξ Exterior malleolus, seu fibulæ ossis excarnis sedes.
Σ Transuersum ligamentum à fibula in calcem pertinens.
Π Musculus abductionis parui digiti à reliquis autor.

TERTIA
*MVSCVLO-*
RVM TA-
BVLA.





# TERTIAE MVSCVLORVM TA-
## BVLAE CHARACTERVM INDEX.

*PRAESENS tabula anteriorem corporis faciem exprimens, in hoc à prima mu-*
*sculorum tabula differt, quòd musculos ex carnosa membrana constitutos, & aliquot etiam fa-*
*ciei musculos ab adipe liberatos commonstret, quodq; magis ad musculorum disciplinam, quam*
*priores duæ, sit comparata.*

A *Rectæ secundùm frontem ductæ lineæ, frontis & narium cutis musculum notant.*

B *Temporalis musculus, ubi interdum, sed perquam raro, carnea membrana fibris etiam car-*
*neis enutritur.*

C *Musculus palpebram attollens.*

D *Musculus palpebram deorsum trahens.*

E *Mutuus palpebræ musculorum secundùm palpebræ longitudinem connexus.*

F *Musculus media sui parte nasi alam, altero uerò superius labrum petens. Quemadmodum sanè*
*uarium musculorum fibrarum in labijs implexum indicare non licuit, ita quoq; characterũ copia*
*faciem alioquin satis obscuram non sum occupaturus.*

G *Malum, ac iugalis ossis anterior sedes, quæ prorsus excarnia sunt.*

H *Musculus à malis pronatus, & superiori labro proprius.*

I *Masseteris musculi principium, lato quem iam describam, musculo non obtectum.*

Γ *Musculus carnosa constans membrana, & præcipuus buccarum labiorumq; & anterioris colli*
*cutis motuum dux, qui hic corpori in utroq; latere hæret, reliqua carnosæ membranæ parte, quæ*
*carnea non efficitur, à corpore resecta. Quod autem ad præsentis musculi fibrarum progressum*

K,L. *attinet, K ad L usq;, musculi principium notat, è regione ossis pectoris, ac mediæ clauiculæ se-*

M. *dis ossi pectoris proximæ incipiens, cuius fibræ recto tramite sursum ad M exporriguntur. Ab*

N. *L uerò ad N, principij pars notatur, è regione reliquæ sedis, clauiculæ & summi humeri sede*
*incipiens, cuius fibræ obliquè sursum in anteriora porriguntur. Deinde et si ea musculi pars non*

O. *sese spectandum offerat, quæ in posteriori ceruicis sede consistit, nihilominus O ad auris radi-*
*cem positum, transuersas fibras illinc prorepentes utcunq; ostendit. Quare etiam in musculi late-*
*ribus describendis, primũ latus tibi fingendum est ab N ad O, secundum ab O ad H. K uerò*
*per L ad N, tertium indicabit latus. A K autem ad M quartum habes latus. Intensiùs e-*
*nim nigricans linea, à K ad M ducta, dextri musculi cum sinistro interstitij loco habenda est.*

P *Brachium attollens musculus, quem hic in anteriore corporis facie L, N et Q propemodum*

Q. *circumscribunt, is enim inferiùs, quàm Q consistat, sua insertione prorepit.*

Δ *Musculus brachium pectori adducens, qui in sequenti tabula simul hic uenit inspiciendus, ibidem*
*namq; ab initijs liberatus, Δ perinde notatur, ijsdemq; ferè characteribus inibi atq; hic ita cir-*
*cumscribitur. K ad L usq; principij ipsius pars, à clauicula principium ducens. K uerò ad R*

R. *principij pars est, ex media latitudine ossis pectoris pronata. Quinetiam R notat musculi mem*
*braneam partem, quæ ad mucronatæ cartilaginis latus, obliquè descendentis musculi abdominis*

S. *neruosæ tenuitati exporrigitur. S autem significat carneam musculi partem, à sextæ & septi-*
*mæ costarum cartilaginibus, propter obliquè descendentem abdominis musculum peculiariter*
*pronatam. Q præsentis musculi insertionis index est, qua inter brachium attollentem (qui P no*
*tatur) & priorem cubitum flectentium Z indicandum, in humerum inseritur. Porrò si latera*
*ipsius, & fibrarum insertionem intueri animus sit, sequentem etiam inspicito tabulam, quæ præ-*

T. *sentis musculi insertionem, Q & T notatam exhibet, quo ad hunc modum huius illiusq; tabula-*
*rum characteribus simul iunctis, quinque musculi latera metiaris. Primum à K ad L. Secun-*
*dum à K ad R. Tertium ab L ad Q. Quartum ab R ad T, quod subsequens ostendit ta-*
*bula, in præsenti interim lata musculi insertione occultata. Atq; hinc etiam quintũ quoq; latus,*
*à Q ad T pertinens, in quarta tabula duntaxat est conspicuum.*

V *Musculus brachium deorsum trahens.*

5,6,7,8 *His numeris, insertiones musculi thoracem mouentium secundi notantur, quæ costis inseruntur,*
*quarum regio quum his numeris exprimitur, elatissimam insertionem in quintam fieri costam*
*promptè colligis.*

⊙ *Abdomitis musculus obliquè descendens, qui cum suo coniuge uniuersam abdominis sedem co-*

*operit*

operit, magnam quoq; thoracis sedem integens. Exortus præsentis musculi numeris indicatur, quibus secundi thoracem mouentis musculi insertiones significantur. Cæterùm R ad X albam ostendit lineam, quam aliter simplici colore exprimere non datur, & omnium exemplarium tabulas suis coloribus distinguere esset quidem operæprecium, ut membranea pars à carnea promptissimè distingueretur, uerùm sumptus quibusdam esset non admodum mediocris.

X Penis sua cute, quẽ præputium uulgo uocant, liberatus, in quo ducitur recta linea, duorum ipsum constituentiũ corporũ coitũ indicans, quæ subsequens tabula sub q ostendit dissecta, uerũ horũ naturã omnium lucidissimè tabula docet quadragesimonono Capiti præsentis Libri prælocanda.

Y Vasa seminaria sua adhuc tunica, quam peritonæum educit, intecta.

Z Musculus anterior cubitum flectentium. a & a Posterior cubitum flectentium.

b In interno brachij latere b occultatur, notans musculum cubitum extendentem, qui ab humiliori scapulæ costa principium sumit. c Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

d Musculus radium in supinum ducens, ac inferiori radij appendici implantatus.

e Superior radium in pronum mouentium musculus.

Λ Musculus brachiale flectentiũ alter, postbrachiali ante indicẽ insertus. A c f ipsius notat principiũ, g tẽdinis ex musculi uentre exortũ, h sedẽ, qua tẽdo negligẽtiùs secãti desinere putaretur.

f,g,h.

Π Musculus latum summæ manus producens tendinem, cuius caput i indicatur, tendinis autem

i,k,l. ipsius principium k. A t l locum insinuat, ubi tendo primùm dilatescere incipit.

m Musculus alter inferiorq; brachiale flectentium.

n Hic obscurè uidetur portio musculorum, quorum alterum brachiali, alterum uero pollici tendines offerre dicã, ac inter digitos mouentes, uigesimi secundi et uigesimi tertij loco habiturus sum.

o Excarnis primi pollicis internodij sedes. p Musculus ab indice pollicẽ remotissimè abducẽs.

q Insignior duorum primum pollicis os flectentium.

r Musculus minimum digitum maximè à reliquis amouens, ac in sequenti tabula u insignitus.

Σ. In dextro crure primus notatur tibiæ motus opifex, cuius initium s insignitur, t tendinis illius

s,t,u. principium, u eiusdem insertio. Cæterùm character 2, insertionem secundi notat tibiam mouentis musculi, 3 uerò, insertionem tertij.

2,3.

Φ Sextus tibiam mouentium musculus, cuius principium notat, x, y uerò sedem, ubi carnosus esse desinit, membranaq; modo toti femoris amplitudine obducitur. Haud licuit aliter ipsius tendinem membranam'ue exprimere, quàm hic modo in utroq; femore obseruatur, in quo tenuissimam ipsius partem, interiori femoris sedi obductam, ueluti laceram membranam dissecuimus, ut sectio aliquantisper membranæ naturam commonstraret. Quicquid enim ad externum inæqualis illius lineæ sectionis'ue latus habetur, ipsa adhuc est sexti musculi membrana seu tendo.

α Musculus tibiam mouentium nonus.

β Octauus tibiam mouentium, magis in sinistro crure, quàm in dextro, à sexto tibiæ motuum autore detectus musculo. Septimo uerò tibiam mouenti, characterem non adhibui, quod uniuersus sexto adhuc obtegatur. Quanquam Φ illum quoq; insinuare possit, quum sexti musculi membrana non eam attingat crassitiem, qua subditorum musculorum effigiem obliterare queat.

γ In inguinum regione indicantur musculi, quos femur mouentium sextum & septimum recensebimus. Cæterum γ glandulas quoq; insinuat inguinũ unà cũ sinu, ex quo uasa crus petentia resecui.

δ Musculus femoris motorum octauus.

ε Musculus tibiæ motus opificum secundus, cuius tendinem character 2 commonstrat.

ζ,η Excarnis tibiæ ossis pars, uerùm η priuatim internum notat malleolum.

Ψ Sextus pedem mouentium musculus, cuius exortum θ indicat, κ autẽ principiũ sui tendinis, cuius

θ,κ. ductus citra characterũ appositionẽ manifestus est, quanq; ξ insertionis quasi ipsius sedẽ ostẽdat.

λ Musculus septimus pedem mouentium.

μ Musculi pollicem extendentis tendo. ν Musculus quatuor digitos extendens.

ξ Musculus pollicem à cæteris digitis in internum latus abducens.

ο Transuersum ligamen in anteriori tibiæ sede positum, ac facta sectione in latera reflexum.

ϖ Tendo bicornis musculi pedem mouentium noni.

ρ Primus pedem mouentium. s Pedis motorum quartus.

τ Longissimus gracillimusq; tendo, à tertio pedis motus autore productus musculo.

υ. Musculus tertium quatuor digitorum os flectens. φ Pedem mouentium quintus.





QVARTA MVSCV-
LORVM TABVLA.



Q CHA

# CHARACTERVM QVARTAE MVSCVLORVM TABVLAE INDEX.

PRAESENS tabula quamplurimos præcedentis tabulæ musculos sectionis serie ademptos commonstrat, & deinde plerosq; qui prioribus figuris nondum in conspectum uenêre, uidendos offert. quod omnes ad octauam usq; musculorum tabulam subsequentes tantisper præstabunt, dum ossa anteriori facie nuda conspiciantur.

Γ Musculus temporalis, cuius principium semicirculo non absimile A, B & C circunscribitur.

D Ossis iugalis externa sedes, quæ excarnis est.

Δ Masseter. E huius musculi principium à malo exortum. F principij ipsius portio auri proxima. Cæterùm ab E ad F totus ipsius principij ductus secundũ iugalis ossis longitudinẽ metitur.

E, F.

G. G infima musculi insertionis sedes notatur. Porrò si triangulo hunc assimilare lubet, E, F & G tres angulos tibi proponere finges.

H Neruulus minoris radicis tertij paris neruorũ cerebri, hâc frontis musculosam compagẽ petẽs.

I Neruulus dictæ modò radicis ad superius labrum, & externam alæ nasi sedem propagatus.

K Cartilago in quam sinistrum nasi os desinit.

L Ala nasi sinistra dictæ modò cartilaginis extremo alligata incumbensq;. Inter K & L nariũ cute iam ablata cum quibusdam membraneis ligamentis, in conspectum uenit interior alæ nasi musculus nimisquam tenuis.

M Musculus à superiori maxilla in inferiorem insertus, ac buccas mouentium unus.

N Musculus sinister inferiori labro peculiaris, cuius sanè corpus minori negocio, quàm multiplex ipsius fibrarũ intersectio delineari potest, quod etiã in musculo M notato usu uenit. Auris autem foramen citra O appositionem sese ostendit, uti etiam auris radici subditæ glandulæ hunc characterem quodammodo exprimentes.

O Vix conspicua est eius musculi portio, qui inferiorem maxillam deorsum uellit.

P Hac sede os reponitur ν imaginem referens.

Q Musculus à temporum ossis processu styli formam imitante enatus, ac ossi ν simili insertus.

R Musculus sinister ab inferiori maxilla in os ν referens, insertionem tentans, cuius coniunx nonnihil quoq; hic se spectandum præbet.

S, T Dexter & sinister ossis ν imaginem exprimentis musculi, à pectoris ossis summo pronati.

V, V Musculus gracilis & longus, qui à superiori scapulæ costa ossi ν referenti implantatur.

Θ Musculus capitis motibus subseruiens, qui ab osse pectoris principium X notatum sumit, deinde aliam partem Y indicatã, à clauiculæ sede pectoris ossi proxima. Cæterùm Z insertionem ipsius insinuat, qua uniuersum mamillarem capitis processum amplexatur.

X, Y.

Z.

a Clauicula magna ex parte anteriori ipsius sede excarnis.

b Musculi scapulam mouentium secundi insertio.

c Musculorum hic magnã obscuritatẽ pariũt uasa caput adeũtia, & nerui in brachiũ excurrẽtes.

d Musculus à clauicula in primam thoracis costam inserens, ac thoracem mouentium primus.

Ξ Musculi brachium attollentis anterior pars, posterioren decima ostendit tabula adhuc in sua sede repositam, ac Δ præcipuè insignitam. Proximè autem sequens tabula anteriorem hanc partem ab exortu liberam reflexamq;, ac γ notatam commonstrat. Porrò in præsenti figura e, f, et g conspicuam hic musculi brachium attollentis partem, trianguli ritu describunt.

e, f.

g.

h Musculi brachium pectori adducentis insertio, quam in dextro brachio Q & T notaui, & ipsi musculo Δ quoque imposui, quo hi characteres ad præcedentis tabulæ notas referantur, ad quam quoq; K, L & R spectant.

Q, T, Δ.

K L, R.

i Pectoris os liberum ab initijs musculorum brachia pectori adducentium.

2, 3, 4 Secunda, tertia & quarta thoracis costæ, ad quas reliquæ seriatim subsequuntur, atq; in harũ interuallis exteriores musculi intercostales sunt obuij. Lineæ autẽ incostis ductæ, atq; ad characterum sinistrã consistentes, ossa costarum ab earundem cartilaginibus determinant, sunt enim illæ notæ cartilaginibus inscriptæ.

k Musculus scapulam mouentiũ primus. l Musculus thoracem mouentium secundus.

m In dextra axilla m latitat, musculum notans, quo brachium deorsum trahitur.

n Dextri lateris rectus abdominis musculus, hic altiùs quàm obliquè ascendentis musculi neruosa tenuitas conscendens. o Abdo-



o Abdominis musculus obliquè descendens, quem hic in posteriora ab abdomine reflexũ finximus.

Π Abdominis musculus obliquè ascendens, ac totam, uti conspicis, sui lateris abdominis sedem amplectens, quem quodammodo circunscribunt o, n, p, q, & linea secundùm inferiorem abdominis sedem ad ilium os, & coxendicis, & pubis ducta.

p, q Portio obliquorum abdominis musculorum descendentium, quæ ad albam in abdomine apparentem lineam est relicta. Cæterùm q priuatim significat penis constructionem, qui ad pubis os, quà primùm flaccidus, deorsum denuo propẽdet, dissectus est. Duo itaq; uelut insigniores circuli, duo ipsius sunt corpora, circulus autem sub illis consistens, meatus est urinæ seminiq; communis.

r Vasa seminaria, quæ hic priuatim enarrare non proposui, quemadmodum etiam neq; testis musculum, cui ut à uasis distingueretur, ſ asscripsi. Verum hũc 22 figura Libri quinti ↓ edocebit.

ſ.

t Musculus cubitum flectentiũ anterior, cuius interioris principij carnosæ parti nullum adhibui characterem, quum is hic, uti neq; in sequẽti tabula, adhuc auferri possit. Interuallum autẽ inter duo ipsius apparens principia, humeri seu brachij os existit.

u Musculus cubitum extendens, cui ab humiliori scapulæ costa principium præbetur.

x, x Posterior cubitũ flectentiũ musculus. y Musculus superior radium in pronum ducentium.

æ Radiũ in supinũ agentium longior. β Musculus quatuor digitorũ secũdos flectẽs articulos.

Σ Musculus ulnæ exporrectus, & brachiale flectens. γ ipsius caput. δ ipsius insertio.

e Musculus alter brachiale flectens, hicq; deorsum dependens.

ζ Musculus primum parui digiti internodium uersus exteriora flectens.

η Hic musculus propendet, paruum digitum à reliquis in externum latus abducens.

θ Transuersum ligamẽ in interna brachialis sede obuium, tendinibusq; hâc repentibus obductum.

ι Musculus maior, primum pollicis os flectentium.

κ Propendet hic musculus, cuius beneficio pollicem ab indice maximè remouemus.

λ Latus summæ manus tendo unà cum ipsius tendine, à summis quatuor digitorũ acicbus in dextra manu dependens. Præterea hic in utriusq; manus uola tendines occurrunt mucosis membranis induti, atq; ad digitos protensi.

μ Secundus femur mouentium musculus. ν Primus femur mouentium musculus.

ξ Ossis sacri ossis dextro lateri cõmissi sedes, à qua primum & sextum tibiã mouẽtes resecuimus.

ο Charactere & sedes insignitur maioris exteriorisq; femoris processus.

Φ Nonus tibiã mouentium musculus, cuius initium supra coxendicis articulum incipiens o notatur,

o, π, ρ. π uerò tendinis ipsius principium, ρ sedes indicatur, qua præsentis musculi tendo subditis connascitur tendinibus.

s Musculus femur mouentium septimus. τ Musculus femur mouentium sextus.

υ In sinistro femore musculus ν insignitur, femur mouentium octauus.

φ Quinti femoris motui seruientium. χ Secundus tibiam mouentium.

ψ Octauus tibiam mouentium. ω Septimus tibiam mouentium musculus, in dextro femore insignitus, quòd ibidem is sit conspectior.

2 Primus tibiam mouentium musculus. 3 Sextus tibiam mouentium. 4 Sextus pedem mouentium musculus, unà ut duo præcedentes, ab insertione pendens. Cæterùm in sinistro crure etiam obseruatur primi tibiam mouentium, & huius sexti pedem mouentium insertionis portio,

5, 6. huius quidem insertioni charactere 6, illius uerò 5 insignito.

7 Septimus pedem mouentium musculus.

8, 9 Excarnis tibiæ ossis pars, à cuius externo latere sextus pedem mouentium musculus ablatus est. Verùm 9 priuatim interiorem notat malleolum.

Ψ Musculus quatuor pedis extendens digitos. 10 ipsius exortus insignitur. 11 uerò ipsius sedes,

10, 11. qua portionem suam emittit, quam noni pedem mouentis musculi loco numerabimus, & hic Ω notauimus. 12 Musculi Ψ insigniti sedes, quatuor tendines, quibus quatuor digiti extenduntur, pullulans. Ω uti & iam paulò ante scripsi, musculus notatur inter pedis motores nonus,

Ω, 12.

13. qui bicorni tendine insertionem 13 notatam tentat.

14 Musculus pollicem extendens. 15 Musculus pedem mouentium octauus.

16 Musculus pedem mouentium secundus. Reliquos autem in posteriori tibiæ sede non notabimus, quòd eadem hic cum tribus tabulis præcedentibus sit ratio.

# QVINTA MVSCVLORVM TABVLA.





## CHARACTERVM QVINTAE MVSCVLORVM TABVLAE INDEX.

A FORAMEN quo neruulus tertij paris neruorum cerebri, frontis musculum petit.
B Temporalis musculus. C Hic magna ossis iugalis portio excecta est, ut temporalis cum
D. massetere, quem D insigniuimus, coitus in conspectum ueniret.
E Foramen quo surculus tertij paris neruorum cerebri, ad superius labrũ, & alas nasi deducitur.
F Amplus musculus à superiori maxilla in inferiorem productus, ac buccarum motibus seruiens.
G Nerui utrinq; ad hunc characterem occurrentes, labro inferiori exporriguntur. Cæterùm superior characteris sedes, fungosam labrorum substantiã insinuat ad utrunq; labrum conspicuã.
H,I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahens. Singuli characteres singulos eius musculi uentres notant, in quorum medio excarnis musculi pars consistit.
K Portio musculi caput mouentis, ac à pectoris osse & clauicula, mamillari processui insertus.
L Os υ imaginem referens. M Primus & secundus linguæ musculi, ab osse hyoide pronati.
N Laryngis cartilago scutum referens, & iam narrandis musculis adhuc obtecta.
O Dexter duorum musculorum ab osse υ referente, in cartilaginem scuto similem insertorum.
P Dexter musculorum, qui à pectoris osse scutum imitanti laryngis cartilagini inseruntur. Adhuius musculi exterius latus, cõgeries uisitur soporariæ arteriæ, interioris uenæ iugularis, & sexti cerebri neruorum paris. Q Asperæ arteriæ anterior sedes.
R,S Musculus ossi υ imaginem exprimenti proprius, & à scapulæ superiori costa enatus. singuli characteres singulos ipsius indicant uentres. Pars autem in horum medio consistens, eius musculi pars est, tendinis substantiæ non absimilis.
T Portio musculorũ secundi paris caput mouentiũ. V Tertius scapulã mouentiũ musculus.
X Quoniã hic locus nihil aliud peculiariter, quã septima tabula in homine ostendisset, & quia Galeni sententiæ, quũ hæc pingeremus, plus æquo fauimus, musculum hic ex cane delineatum cernis, quo homines prorsus destituuntur, & Galeno tertius thoracem mouentium habetur, sequenti tabula integer Γ notandus.
Y Dextri lateris clauiculam hic à pectoris osse auulsimus, adhuc summo humero connexam, & sibi
Z. adhuc musculum seruantem, qui thoracis motorum primus numerabitur, hicq; Z insignitur.
a Summus humerus, seu scapulæ elatior processus. b Interior demissior ue scapulæ processus.
c Ligamẽtũ huius articuli peculiariũ quartũ ab interiori scapulæ processu summũ humerũ petẽs.
d Ligamentũ teres ab apice interioris scapulæ processus, in anteriorẽ sedẽ externi capitis humeri insertũ, ac huius articuli primum. e Aliud teres ligamentũ, ex eminentissimo scapulæ acetabuli sede, ad externum quoq; humeri caput procedẽs, atq; huius articuli ligamentorũ secundũ.
f Hac sede duo ligamenta d & e insignita, suis lateribus uniũtur, & uelut transuersum efformãt ligamentũ, transmittens caput externum musculi cubitum flectentiũ anterioris, ac mox ζ notãdi.
g Pectoris os, cui septem superiorum costarum cartilagines utrinq; connecluntur.
h Prima thoracis costa, reliquæ dein etiã unà cũ interuallis citra characterũ opẽ sunt conspicuæ.
Γ Musculus scapulam mouentium primus. i & k huius musculi principiũ notant, quandã manus speciem perinde, ac musculus ipsi succumbens, & m insignitus repræsentans. l tendinẽ præsentis musculi indicat. Porrò i, k & l simul huius musculi trianguli speciem quodammodo ostendunt.
i,k,l.
m Musculus qui à scapulæ basi pronatus, octo superioribus thoracis costis inseritur.
Δ Dexter rectorũ abdominis musculorũ. n carnẽ recti abdominis musculi principiũ triangulo nõ
n,o. absimile. o principium eiusdẽ musculi nerueum, penè uniuersum efformans musculum. Toto in-
p,q. teruallo à p ad q pertinente, recti musculi internis suis lateribus inuicẽ contigunt. Tota autem sede supra q, aut supra umbilicũ consistente, tanto magis musculi mutuò seiungũtur, quãto altius conscendũt. Cæterùm q notabit etiã obliquorũ abdominis musculorum neruosæ tenuitatis, ad
r. transuersum abdominis musculũ hac in parte cõnexũ. r Hæc linea carneã recti musculi partem finit, quæ ultima ipsius insertionis in homine est portio, uti in 4 tab. ad characterẽ n est cernere.
s. Intercapedine igitur a b r ad s, hic notatur recti simiæ abdominis musculi tendo seu membrana,
t. excarnis ue musculi pars. t autẽ indicat carneã musculi sedẽ primæ costæ & secundæ thoracis
u,u,u. insertam. u, u, u Inscriptiones, seu neruea delineamenta, transuersim recto musculo impressa, quibus obliquè ascendentis musculi neruosa exilitas pertinacissimè connascitur.

x *Linea hæc portiunculam notat obliquè ascendentis musculi, qua is transuerso abdominis musculo inibi adeò ualidè committitur, ut inter dissecandum, nisi relicto eiusmodi signo, à transuerso liberari nequeat.* y *Transuersus abdominis musculus.*

α *Obliquè ascendens abdominis musculus ab abdomine reflexus.*

β *Vasorum seminalium portio. Cæterùm tres illi quodammodo circuli ad rectorum musculorum radicem seu iuxta n, & o ac p conspicui idem notãt, quod in mox præcedente tabula, abfecti nimirum penis constructionem ac naturam.*

γ *Reuersa est musculi brachium attollentis anterior pars.*

δ *In sinistro brachio insertionis pars adhuc reliqua est, musculi brachium attollentis.*

ε *Excarnis humeri pars, inter duo capita apparens musculi cubitum flectentium anterioris.*

ζ *Cubitum flectentium musculus anterior.*

η *Musculus cubiti extensionis autor, cuius principium ab inferiori scapulæ costa pronascitur.*

θ, θ *Posterior musculus cubitum flectentium.*

ι *Superior musculus eorum, qui radium in pronum agunt.*

κ *Radium mouentium longissimus, cuius auxilio radius in supinum ducitur.*

Θ *Quatuor digitorum secundum os flectens musculus.* λ *ipsius principiũ sub musculo radio peculiari, & ι notato, reconditum.* μ *musculi huius in quatuor carneas partes distributio, quæ postmodum in singulos tendines degenerant.*

ν, ξ *Transuersum interioris brachialis sedis ligamentum, longa sectione diuisum, & utrinq; in latus reflexum. Verùm præterea* ν *musculum priorem primum pollicis os flectentium commonstrat,* ξ *autem musculum, cuius ope primum parui digiti internodium extrorsum flectitur. Porrò quod ad quatuor tendinum, secundum quatuor digitorum os flectentium seriem attinet, omnia sunt conspicua, quamuis interim indici, & paruo, huius indicationis gratia* o *inscripserim.*

ϖ *Nonnihil hic sese offert musculus, quatuor digitorum tertium flectens os.*

ϱ *Portio musculi tertium pollicis internodium flectentis, qui in sinistro cubito est conspectior.*

* *Musculus ulnæ exporrectus, quo brachiale flectitur.* ς *Secundus femur mouentiũ musculus.*

τ *Apparet hic obscurè femoris caput coxendicis ossis sinum subiens, & ligamento obductũ, sed* τ *in hoc præcipuè adhibetur, ut ceruix, seu collum femoris hic indicaretur.*

υ *Femoris magnus exterior'ue processus.*

φ *Femur mouentium septimus.* χ *Femur mouentium sextus.*

ψ *Femur mouentium octauus.* ω *Quintus femur mouentium musculus.*

Λ *Septimus tibiam mouentium musculus.* 2 *ipsius amplum principium à radice magni femoris processus enatum.* 3 *hic in tendinem latum desinit cum octaui & noni musculorum tibiam mouentium tendinibus commixtum unitumq;.* 4 *hæc linea illum in anteriori femoris sede terminat, ubi octauus musculus ipsi primùm subijci incipit.* Ξ *Octauus tibiam mouentium musculus.*

Π *Octauum quoq; tibiam mouentium musculum indicat, sed priuatim sinum ostendit, cui nonus tibiam mouentium musculus insidebat, qui hic propendens* s *insignitur. Maximã itaq; sinus sedem octauus musculus constituit, uerùm septimus eius tantam portionem efformat, quanta à linea 4 insignita ad umbram septimi musculi usque protenditur, ita sanè, ut ab utrisque musculis sinus iste consurgat.*

b *Hic propendet musculus tibiam mouentium secundus.*

Σ *In hac tibia, tibiæ os anteriori sede prorsus excarne cernitur. Superest enim hic duntaxat ex*

Φ. *omnibus musculis illi adnatis, musculus pedis pollicem extẽdens, & modò Φ insignitus, cuius ten-*

7. *dini 7 inscriptum conspicis.* 8 *Septimus pedẽ mouentiũ musculus.*

9 *Octauus pedem mouentium.*

Ψ *Carnea moles in superiori pedis sede reposita, quæ in quatuor carneas partes digesta, quatuor educit tendines, & pollicem, & tres ipsi proximos digitos in latus externum mouet.*

Ω *Hic prosternitur musculus quatuor extendens digitos, unà cum ipsius portione, quam noni pe-*

&. *dem mouentium musculi uice recensuimus, ac cui iam & inscriptum cernis. Musculis posteriorem tibiæ sedem occupantibus nullos adhibui characteres, quòd ipsorum eadem cum præcedentibus tabulis adhuc sit series & copia. Atque hac etiam occasione excarnes tibiæ ossis & fibulæ sedes, innotatas conspicis, quòd scilicet ex prioribus tabulis iam pridẽ has didiceris.*

SEXTA



# SEXTA MVSCVLORVM TABVLA.



# SEXTAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*SEXTAE tabulæ caput in posteriora reflexum est, & maxillam inferiorẽ in summo mento diuisam, & utrinq; in latera deductam refert.*

*A Hic iugalis ossis portionem exsecui. Verùm A præterea insinuat, temporalis musculi in acutum inferioris maxillæ processum insertionem.*

*B Acutus maxillæ inferioris processus.* *C Sinistra maxillæ inferioris pars.*

*D Musculus in ore delitescens, qui internæ inferioris maxillæ sedi, ubi latissima est, inseritur.*

*E Gurgulio à palati fine propendens.*

*F Glandula sinistra amygdalæ non absimilis, ac eminentissimè laryngis sedi apposita.*

*G Lingua, uerùm superior characteris pars, laryngis operculo est contermina.*

*H Hac sede plures capitis & ceruicis motibus famulantes musculi confunduntur.*

*I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahens, hic ab exortu pendet.*

*K Tertius hominis scapulam mouentium.*

*L Glandula sinistro laryngis radicis lateri adnata.* *M Aspera arteria.*

*N Hæc congeries, est uasorum & neruorum lateribus asperæ arteriæ exporrectorum. quanquã & musculi dorsum mouentium primi aliqua ex parte se ostendant.*

*Γ Quoniam hanc pectoris colliq; sedem, illi similem delineare oportuisset, quam sequens ostendit tabula, non absre fore duxi, ex cane hunc Galeni musculum exprimere, qui à transuersis uertebrarum ceruicis processibus originẽ O notatam ducens, ad quartam usque costam carnosus fertur,*

*P,Q. ubi P notatus, in membraneum cessat tendinem Q insignitum, & deorsum ad aliquot costas adhuc pertinentem.*

*R Musculus à scapulæ basi principium ducens, thoracemq; mouentium secundus. Pectoris os citra characterũ impositionẽ conspicuũ est, quemadmodũ & costæ, & earundẽ interualla unà cũ exterioribus musculis intercostalibus. Quo tamẽ melius singula expendas, significet S tertiæ costæ*

*S. os. T tertiæ costæ cartilaginem. V musculum exteriorem intercostalium, in tertiæ & secundæ*

*X. costarum interuallo repositum, cuius fibræ deorsum in priora feruntur. X uerò denotabit exteriorem intercostalium musculum, inter secundæ & tertiæ costarum cartilagines conspicuum, cuius fibræ sursum in anteriora prorepunt.*

*a Arteria & uena, sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora propagatæ.*

*Δ Transuersus abdominis musculus, quem costarum ductus seu fines, & ossis sacri ossis sinistro late*

*b. ri commissi regio, abundè hic circunscribunt. Cæterùm b sedem notat, qua obliquè ascendentis musculi tendo, abdominis transuerso pertinacissimè adnascitur, priusquam rectum conscendat.*

*c. c autem indicat asperitatem, quam musculorum obliquè ductorum cum transuersis musculis connexus inibi molitur, uti recti musculi supra umbilici sedem, uersus pectoris os mutuò dehiscunt.*

*d Foramen uasis seminarijs uirorum uiam præbens.*

*e Vena & arteria, in rectos abdominis musculos, conterminasq; sedes excurrentes.*

*f Hic sinistri lateris rectus abdominis musculus, à pubis osse dependet.*

*g Spina ossis ilium, carnosis partibus duorum obliquorum abdominis musculorum liberata.*

*h Scapulis & sinistro brachio mentem accommoda, ibidem nanq; h superiorem notat scapulæ an-*

*i gulum, cui musculus K insignitus inseritur, deinde & superiorem quoq; scapulæ costam h eadem opera tibi indicare poterit.*

*k Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.* *k Musculus brachium mouentium quintus.*

*l Interior scapulæ processus, anchoræ imaginem referens.*

*Θ Musculus anterior cubitum flectentium, cuius exterius caput, quod à scapulæ acetabuli superci-*

*m,n. lio nascitur, m notat, n uerò indicat internum caput ab interiori scapulæ processu enatum. Quo tamen huius capitis neruea m partem à carnea exquisitiùs discernas, huius tabulæ dextrum brachium spectabis, in quo n neruea m partem denotat, o autem carneam. At non hæc duntaxat*

*o. tabula eas commonstrat partes, imò priores ad unum omnes. Cæterùm p duorum capitũ coitum*

*p. indicat, q uerò tendinis, quem musculus hic educit, principium.*

*q.*

*r,r Musculus posterior cubitum flectentium.*

*ſ Musculus cubiti extensionis autor, cuius principium ab humiliori scapulæ costa enascitur.*

*Λ Musculus*



*Λ Musculus radium mouentium longissimus, cuius altissimam partẽ, quæ hic oculis subijci potest,*

*t,u. t indicat. u autem præsentis musculi insertionẽ notat, quã in inferiorẽ radij appendicẽ molitur.*

*x Musculus superior duorum, qui radium in pronum ducunt.*

*Ξ Musculus tertium quatuor digitorum os flectens, & α quidem huius musculi caput insinuat. β au-*

*α,β. tem sedem indicat, qua musculus in quatuor partes carneas discinditur, qui singulos postmodum porrigunt tendines. Porrò qua ratione ad tertium usq; digitorum internodiũ tendines huius musculi porrigantur, & incumbentis musculi tendines transeant, hic in utraq; manu est conspicuum.*

*γ,δ. Sit tamen doctrinæ gratia γ tendo tertium medij digiti os accedens, δ autem tendo, qui secundum os flectit.* *ε Musculus secundum quatuor digitorum flectens articulum.*

*ζ,ζ Hos characteres referre oportet ad quatuor musculos, quorum beneficio quatuor digiti adducuntur pollici, atq; hi interno lateri tendinum tertium os flectentium exporriguntur.*

*η,θ Musculus tertium pollicis os flectens η notatur. θ autem ipsius tendinem proponit, inter musculos primum pollicis os flectentes, & eos qui secundum pollicis os flectunt, prorepentem.*

*κ Musculus maior primum pollicis os flectentium, hic ab insertione dependet.*

*λ Musculus minor primũ pollicis os flectens, qui sub maiori κ indicato recondebatur. Inter λ uerò & κ, primum pollicis os nudum excarneq; apparet.*

*μ Musculus primum parui digiti os uersus exteriora flectens. Tuberculum uerò ante huius musculi initium apparens, ulnæ est sedes, qua ualidiorem ligamenti exporrigit portionem brachiale cubito colligantis.*

*ν Tertius femur mouentium musculus.*

*ξ Magnus femoris ossis processus.*

*o Musculus femur mouentium septimus.*

*ϖ Musculus femur mouentium sextus.*

*ϱ Musculus femur mouentium octauus.*

*ſ Quintus femur mouentium musculus.*

*Π Octauus tibiam mouentium musculus, uniuersum femoris os quodammodo amplectens. τ insinua-*

*τ. tur amplum huius musculi principium, à radice magni femoris processus, & ipsius collo enatum. Deinde Π priuatim indicat sinus illius portionem, quo nonus tibiam mouens musculus cõtinetur, atq; hic sinus in dextro crure est conspicuus, quemadmodũ & carnosæ musculi partis terminus,*

*υ. qui instar semiglobi extuberans hîc υ insignitur.*

*φ Dependet hic musculus tibiam mouentium septimus, cuius cauitas argumento est, qui octauum tibiam mouentium amplexetur musculum, & qui horum tendines unà coëant. Quod ut commodiùs expenderes, in dextro genu septimus musculus adeò ab octaui musculi tendine dissectus est, ut &*

**. molæ pars ibidem in conspectum ueniat * notata.*

*χ,ψ Hæc sedes ad undecimam musculorum tabulam potissimùm refertur, quæ ostendit portionem quarti tibiam mouentis musculi ex femoris osse pronatam. atq; hic χ notat quarti musculi sedem ipsius insertioni proximam. ψ autem eam partem abscetam ostendit, cui coxendicis ossis appendix principium præbet.*

*Σ In sinistra tibia totum externum tibiæ ossis latus conspicuum est. Id dico latus, quod ad externã sedem excarnis etiam ante sectionem partis habetur, quam & dextra tibia totam oculis subijcit. Cæterùm Σ priuatim notat ligamentũ tibiæ, os & fibulam, quà hæc inuicem dehiscunt, in-*

*ω. tercedens. ω autem externum notat malleolum, & partem fibulæ excarnem.*

*Φ Musculus pedem mouentium septimus. 2 ipsius exortum indicat. 5 tendinis principium, quod ante*

*2,5. riori & posteriori parte, ac dein interiùs, quà fibulam spectat, carne adnutritur. 4 itaq; partẽ*

*4,3. notat anteriorem carneam, 3 uerò posteriorem.*

*ψ Octauus musculus pedem mouentium, magna sui portione sub septimo occultatus. 6 huius musculi tendo, ad posteriorem exterioris malleoli sedem reflexus.*

*6.*

*Ω Musculosa moles, cuius beneficio pollex & tres ipsi proximi digiti in externũ latus ducuntur.*

*7 Hic procumbit musculus pollicem extendens.*

*8 Musculus paruum digitum in exteriora abducens, hac sede obuius est.*

*9 Secundus musculus pedem mouentium*

*In dextræ tibiæ posteriori sede nullas adhibui notas, quòd musculos hac sede delineatos, omnes quæ hactenus præcesserunt, tabulæ ostenderint. Vnde si & hic pariter notas requires, opportunè has à prima, secunda & tertia tabulis petes. Verùm quia in sequenti tabula dependet, cuius*

*χ pollex introrsum mouetur, huic in præsenti tabula χ inscripsi.*

SEPTI-

SEPTIMA MVSCVLORVM TABVLA.





# SEPTIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*SEPTIMA musculorum tabula laxato fune, à quo inter pingendum pendebat, in posteriora tantùm procidit, quantùm uidendo septo transuerso sufficit. quod etiam in præsenti tabula ad sinistram ea forma appictum cernis, qua exectum, parietiq; suo lentore hærens nobis apparuit. Quo minus autem dextra scapula effractæ alæ ritu in deorsum decumberet, illam funiculo ita suspendimus, ut ipsius cauum in conspectu sit.*

*A Gurgulio indicatur à palati termino propendens, inferiori interim maxilla prorsus amota.*

*B Aliquot ceruicis uertebrarum corpora.* *C, D Primum par dorsum mouentium.*

*E Stomachi seu gulæ pars sub aspera latitans arteria, quam F notauimus. Cæterùm uasa, quæ*

*F. utrinq; ad huius latera habentur congeries est, quam soporales efficiũt arteriæ cum internis iugularibus uenis, & sexto neruorum cerebri coniugio.*

*G Musculus alter secundi paris dorsum mouentium.* *H Scapulam mouentium tertius.*

*I Musculus brachium mouentium quintus.*

*K. Musculus brachium mouentiũ sextus, cuius insertio K insignitur, reliquaq; ipsius forma ex scapulæ imagine deprehenditur. quanquam si præsentis musculi triangularem figuram uolueris constituere, licebit K, L & L simul conferre.*

*L, L Musculus thoracem mouentium secundus.* *M Brachium agentium tertius.*

*N, N Musculus cubitum extendentium, cuius initium superiori N insignitum à scapula educitur.*

*O Portio tendinis musculi, brachium mouentium quarti.* *P Cubitum flectentium posterior.*

*Q Radium in pronum constituentium superior.* *R, R Anterior cubitum flectentium.*

*S Radius.* *T V lna.* *V Ligamentũ inter radiũ & ulnã, quà inuicẽ dehiscunt intercedẽs.*

*X Radium in pronum mouentium inferior musculus.*

*Y, Y A dextro radio (qui cũ uniuersa extrema manu magis quàm sinistra attollitur) dependet, longior radium in supinum ducentium.* *a Minor primum pollicis os flectentium.*

*1, 2, 3 Tribus his characteribus musculi notantur secundum pollicis os flectentes.*

*b Dependet musculus tertium pollicis internodium flectens.* *c Musculus tertij quatuor digitorum ossis flexus autor, quem sedulò intuebere, quòd illius tendinibus musculi attendantur,*

*d. quatuor digitos pollici adducentes, quorũ is qui indicem mouet, d insignitur, perinde ac reliqui tres ab insertione hærẽs. Quinetiã tendinum secundum quatuor digitorum os flectentis musculi*

*e. portiones adhuc seruantur. ac portioni quidem indici propriæ e inscripsi, tendini autẽ tertium*

*f. indicis os flectenti f. Cæterùm in dextra manu dictorum musculorũ conspiciuntur insertiones.*

*g. b. ac g in indice insertionem indicat musculi indicẽ pollici adducẽtis. b insertionẽ musculi secundum*

*i. os flectentis. i insertionẽ eius, qui tertij ossis flexioni præficitur. Præsentis tabulæ thorax, quòd ad intercostales spectat musculos, præcedentis tabulæ thoraci respondet, unde etiam alijs characteribus non uenit obliterandus.*

*Δ Septum transuersum, cuius membraneus circulus in septo extra corpus expanso circunscribitur*

*k, l, m, n. k, l, m, n quod uerò exteriùs hos characteres ambit, atq; foris (ut ita dicam) existit, fibrisq; in-*

*o, p. terstinguitur, carneam septi partem esse putato.* *o, p Duo ligamenta, seu tendines septi, uerte-*

*q. brarum in lumbis consistentium corporibus inserti.* *q Septi scissura, qua septum uertebrarum incumbit corporibus, ac magnam arteriam, uenamq; cõiugis expertẽ transmittit, aut illis cedit, quarum orificia q in corpore huius tabulæ positum indicat, quemadmodum & arteriæ ramos in*

*r. septum excurrentes.* *r Foramen stomacho uiam præbens, qui etiam r in corpore insignitur.*

*ſ. ſ Foramen uenæ cauæ caudici paratum, qui in corpore ſ notatus conspicitur.*

*t Musculus femur mouentium sextus.* *u Musculus dorsum mouentium nonus.*

*x Femur mouentiũ septimus.* *y Sacrum os hìc insignitur, neruiq; aliquot ab ipsius medulla educti, obuij sunt.* *æ Femur mouentium octauus.* *β Quintus femur mouentium.*

*γ Tibiam mouentium octauus.* *ε Musculus pollicem à cæteris digitis amouens.*

*ϑ Dependet & hic quoq; ab insertione musculosa moles, pollicem & tres ipsi proximos digitos in externum latus ducens. Quæ uerò in præsentis tabulæ tibijs occurrunt, illis respondent, quæ prioribus tabulis fuere obuia.*



OCTAVA
*MVSCVLO-*
RVM TABVLA.



# CHARACTERVM OCTAVAE MVSCV-
## LORVM TABVLAE INDEX.

*HAEC tabularum anteriorem corporis faciem exprimentium postrema est, musculos adhuc in anteriori hac sede obuios, exsectionisq; serie reliquos proponens. Vt uerò interiores intercostalium ostenderet musculos, & eos qui in interna thoracis sede pectoris ossis attendũtur lateribus, os illud unà cum costarum cartilaginibus exectum, ad dextri cruris latus euersum, atq; sub dextræ manus indice propositum cernis.*

A,B *Musculi collum, superiorem ue dorsi partem flectentes, dorsumq; mouentium primũ coniugium.*
C *Musculus à prima enatus costa, ac secundi dorsum mouentium paris alter.*
D,D *Exteriores musculi intercostales, in ossium interuallis conspicui.*
E,E *Interiores musculi intercostales, in ossium interuallis obuij.*
F,F *Musculus octo thoracis costis insertus, ipsiusq; motorum secundus.*
G *Vtrinq; scapula modò sectionis serie, nuda excarnisq; est, ac sua sede dimota.*
H *Musculus dependet, brachium antrorsum circumuertens, scapulæq; cauum occupans.*
I *Musculus superiori scapulæ basis angulo insertus, ipsamq; agentium tertius.*
Γ *Posterior cubitum flectentium, cuius principij elatior exteriorq; pars L insignitur, demissior*
L,M. *uerò interiorq; pars M. Insertio autem præsentis musculi N indicatur.*
O *Radius.* P *Vlna.* Q *Tendinis musculi pars cubitum flectentium anterioris.*
R *Musculus ab insertione dependet, radium in pronum mouentium superior.*
S *Musculus ab ulna dependet, radium in pronum ducentium inferior.*
T,V *Sede T insignita ligamẽtũ, brachiale ad cubitũ nectẽs, crassius apparet, utetiã sede V notata.*
X *Musculi ab insertione propendent, secundum pollicis internodium flectentes.*
Δ *In postbrachiali dilucidiùs exprimi nequierunt octo musculi, quatuor digitorum primos articu-*
Y. *los flectentes. Cæterùm dextra manus in latus picta est, ut musculum Y insignitum offerret, qui primum indicis os introrsum flectit.*
Θ *Sextus femur mouentium musculus, cuius initium è uertebrarum procedens corporibus a insigni-*
a,b. *tur. b uerò ipsius sedes, ubi tendinem educere incipit.*
Λ *Septimus femur mouentium musculus.* Ξ *Musculus dorsum mouentium nonus.*
Π *Sacrum os, ex cuius anterioribus foraminibus nerui prosilire hic uidentur.*
Φ *Quintus femur mouentium musculus. Verùm* Φ *priuatim huius musculi partem notat posterio-*
c. *rem, c autem anteriorem.*
e *Pubis ossis anterior sedes, hoc latere ex sectionis serie, carne denudata.*
Ψ *Musculus femur mouentium nonus, anteriorem pubis ossis foraminis sedem occupans.*
Ω *In sinistro genu tendines, septimi tibiam mouentium musculi g insigniti, & octaui h indicati, &*
g,h,i. *noni i notati, à genu reflexi sunt, ac patellam ipsis innatam, ac k insignitam oculis subijciunt.*
k,l. *In dextro autem crure octauus tibiam mouentium musculus, solus ab insertione ac integer depen-*
*det, l notatus, & patellam sibi innatam seruans, cui k inscripsimus.*
m *Tibiæ ossis anterior sedes, omni prorsus musculo libera.*
n *Fibulæ etiam anterior sedes, ex dissectionis serie musculis omnibus denudata.*
o *Ligamentum notatur inter tibiæ os & fibulam inibi repositum, ubi hæc ossa inuicem dehiscunt.*
* *Qui hic spectantur musculi, illi sunt, quos sexta musculorum tabula expressit literis* Φ *&* Ψ. *se-*
*ptimus nimirũ & octauus pedẽ mouentiũ. In superiori pedis sede modò nulli adhuc reliqui*
*sunt musculi, ossaq; duntaxat ligamẽtis obducta, in conspectũ ueniunt. Cæterùm musculi, qui hæ-*
p,q. *ctenus in tibiæ posteriori sede fuêre obuij, sectionis serie auferri incipiunt. ac p, q notant primũ*
s,t. *ac secundum pedem mouentiũ, à quarto eiusdem motus autore musculo, t insignito, ad characte-*
*rem s propendentes, quo priuatim notatur tendo tertij pedem mouentis musculi.*
u *Musculi pars hic occurrit, quatuor digitorum tertium articulum flectentis.*
x *Hic obscurè se offert pedem mouentium quintus.*
œ *Pectoris ossis posterior, seu cor spectans sedes.*
1,2,3,4. 5,6,7 *His characteribus septem uerarũ costarũ indicantur cartilagines. Reliquæ autem qua-*
*tuor cartilagines, octauæ, nonæ, decimæ & undecimæ costarum cartilagines sunt.*
β *Musculus humanum thoracem mouentium sextus.*

# NONA MVSCVLORVM TABVLA.





## NONAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*PRAESENS tabula omnium posteriorem corporis faciem exprimentiũ, prima habebitur, hic ordine nona. Si tamen anterioribus seriatim ac uicissim posteriores subsequi uelles, posset hæc omnium esse aut tertia, aut quarta. nullum enim absectum habet musculum, præter eos, quos carnea membrana constituit, tertiaq; tabula obuij sunt. Præterea transuersa in cubiti externa sede, iuxta brachiale reposita ligamenta hic dissecuimus, quod prima & secunda tabulis abundè conspicua fuerint, hancq; tabulam ad disciplinam prorsus parauerimus.*

A *Temporalis musculus.*

B *Os iugale.*

C *Maßeter. Auris uerò foramen cum ipsi subiectis glandulis, citra characterum subsidium est obuium.*

D *Musculus caput mouentium, à pectoris osse, & clauicula enatus, in mamillarem capitis processum inseritur.*

Γ,Δ *Musculus secundo loco inter scapulam mouentes recensendus. Atq; huius principium ab occipitij osse pronatum,*

E,F. *E ac F insignitur. E uerò usq; ad G musculi principium ab occipite, ad*

G. *octauæ usq; thoracis uertebræ spinam, à mediarum uertebrarum apicibus quodammodo enatũ.*

H,I. *H, I insertio, quam musculus in scapulæ spinam, & summum humerum, latiusculamq; clauiculæ sedem molitur.*

*,* ** hac sede præsens musculus, quasi membraneum semicirculum obtinet, seu carnosæ ipsius fibræ, in semicirculi cessant circunferentiam.*

K. *K hac parte ceruix collumue, thoracis elatißimæ parti committitur. Lineæ autem laterá ue musculum circunscribentia in hunc modum colliguntur. Ab E ad F prima protenditur, ad occiput transuersim ducta. Quod autem huius extremum F notatum, non tantùm ab auris radice distare hic uideatur, quantùm F remouetur ab E pictura, in causa est oculum fugiens, quod & sinistrum brachium in anteriora porrectum liquidò commonstrat, quod fortè ὀπτικὸς ignarus, plus æquo breuius esse arbitrabitur. Porrò secunda linea præsentis musculi ab E per K ad G metitur. Tertia autem ab F ad H. Quarta ab H ad G. Atq; his lineis musculus terminatur. Insertionis autem linea ab I ad K pertinens, nulla prorsus separationis nota existit.*

L *Musculus brachium attollens, eiusq; motorum secundus.*

M *Musculus gibbam scapulæ sedem occupans, brachiumq; mouentium quintus.*

N *Musculus ab humiliori scapulæ costa pronatus, & brachij motus opificum tertius.*

O *Musculus brachium agentium quartus, sequenti tabula Θ insigniendus.*

P *In præsentis tabulæ dextro latere P, indicat portionem abdominis musculi, quem obliquè descendentem uocamus.*

Q *Nonnihil in dextro brachio occurrit, brachium flectentium musculus.*

R *Posterior cubitum flectentium musculus.*

S *Musculus cubiti extensionis autorum, cuius principium ab humeri pendet ceruice.*

T *Musculus cubitum extendentium, cuius principium ab humiliori scapulæ costa pronascitur.*

V *Vlnæ sedes triangula, nullis obtecta musculis, excarnisue, ac præcipuè insertionem excipiens neruosæ cubitum extendentium musculorum insertionis.*

X *Musculus radium in supinum agentium, qui in inferiorem radij appendicem inseritur.*

Y. *Musculus bicorni tendine brachiale extendens.*

Z *Musculum Z insignitum, autorem extensionis indicis, medij ac anularis recensebimus, cuius*

a,b. *initium a indicatur. Sedes uerò, qua carneus esse desinit, b insignitur.*

Θ *Musculus qui nobis extensionis autor parui digiti recensebitur. Commixtionem tendinum musculi Z insigniti, ac musculi Θ indicati, quæ ad digitorum fit radicem, ita hic delineauimus, quemadmodum crebriùs nobis occurrit.*

Λ *Musculus brachiale extendentium, cui principium offertur ab humero c insignitum. Insertio-*

c,d. *nem uerò d indicatam, in postbrachialis os, paruum sustinens digitum molitur.*

Ξ *In utroq; cubito Ξ insignitur musculus, brachiale flectens, octauoq; brachialis ossi insertus, ac in nulla musculorum tabula æquè atq; hic conspicuus. Quemadmodum & musculi latum manus*

q. *tendinem producentis initium, hic ad characterem q̃ est obuium, una cum exortu musculi brachiale flectentis, qui post brachiali insertus, Λ in tertia musculorum tabula ornatur.*

e *Musculi hac obliquè prorepentes, illi sunt, quorum alter unum tendinem brachialis ossi, pollicem suffulcienti inserit, alter uerò unum tendinem primo pollicis ossi offert, alium secundo & tertio pollicis ossi inserens.*

f *Musculus tribus pollicis ossibus externa sede insertus, & pollicem uersus indicem euertens.*

g *Musculus pollicem indici proximè adducens.*

h *Musculus parui digiti à reliquis abductionis autor.*

Π *Primus femur mouentium musculus, i, k, l, m & n circunscriptus. Quandoquidem i usq; ad k,*

i,k,l,m,n. *sui principij partem notat, quæ ex ossis ilium spina enascitur. k autem ad l, principij partem indicat, ab osse coccyge, infimaq; sacri ossis sede pendentem, ubi etiã sinister musculus dextro contiguus est. m indicat elatiorem ipsius insertionis partem, n autem insertionis infimã notat partem, quæ quia inter musculos tibiam mouentes hic penitus se insinuat, reconditq;, omni ex parte non est conspicua.*

o *Secundus femur mouentium musculus, magna ex parte primo obtectus.*

p *Sextus tibiam mouentium musculus, in latum illum degenerans tendinem, qui femur amplexantibus musculis obuoluitur, attamen non ad eam pertingit crassitiem, ut subditos ipsi musculos obscurare possit.*

q *Musculi, quem p notaui, carnosæ partis terminus.*

r *Septimus tibiam mouentium musculus, membraneo tendine sexti tibiam mouentium musculi obtectus.*

ſ *Quartus tibiam mouentium musculus, septimi posteriori attensus sedi.*

t *Tertius tibiam mouentium musculus, in utroq; crure (quemadmodum & subsequentes aliquot) notatus.*

u *Musculus, quem quinti tibiam mouentium loco habemus.*

x *Apparet & hic quoq; portio musculi, femur mouentium quinti.*

y *Musculus secundus tibiam mouentium.*

α *Musculus tibiam mouentium primus.*

β *Octauus tibiam mouentium musculus.*

γ *Nonus tibiam mouentium musculus.*

δ *In hoc sinu tibiam accedens arteria, una cum maxima cruris uena, & neruo quoq; totius corporis crassissimo uehuntur.*

ε *Musculus primus pedem mouentium.*

ζ *Secundus pedem mouentium musculus.*

η *Septimus pedem mouentium musculus.*

θ *Octauus pedem mouentium musculus.*

ι *Excarnis fibulæ pars, ipsé que adeò exterior malleolus.*

κ *Aliqua ex parte portiunculæ hic occurrit, musculi pedem mouentium noni.*

λ *Musculus paruum digitum à cæteris abducens.*

μ *In sinistra sura tendo, tertij partem mouentium musculi notatur.*

ν *Interior malleolus.*

DECI-



DECIMA MVSCV-LORVM TA-BVLA.



# DECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*HAEC omnium tabularum decima, posteriorem uerò faciem exprimentium secunda, sectionis serie quartam tabulam subsequi posset. In hac itaq; iam præcedentis tabulæ musculi aliquot adempti dependent, multiq; in illa nõ obuij, hic sese cõmonstrant. Atq; inter reliquos prorsus ablatus est, quem nona tabula Γ & Δ insigniuimus, quòd uidelicet nusquam aptè formam ipsius, dependens ostendere potuisset.*

Α *Dexter primi paris caput mouentium musculus.*

Β,Β *Secundi paris caput mouentium dexter.*

C *Scapulam mouentium tertius musculus.*

D *Clauicula.*

E *Musculus humani thoracis motorum tertius, sequenti tabula F notandus.*

Γ *Musculus scapulam mouentium quartus, cuius quatuor latera circunscribuntur G, H. I, K. G, I. H, K.*

L *Musculus brachium mouentium quintus.*

M *Scapulæ spina, ac summus humerus.*

Δ *Musculus brachium mouentium secundus, quem in posteriori corporis sede prompte circunscri*

P. *pseris, si P musculi insertionem esse cognoueris. P namq; ac N & O, trianguli modo, dictam*

N,O. *musculi partem terminant, anteriori interim parte Ξ, in quarta tabula musculorum insignita.*

Q *Brachium mouentium sextus musculus.*

R *Musculus brachium mouentium tertius.*

& *Hac sede aliquot dorsum mouentes musculi exporriguntur, unà cum humanum thoracem mouentium quarto.*

Θ *Hunc musculum, secunda tabula Γ insignitum proponebat: est autem is, cuius beneficio brachiũ*

S,T. *deorsum, uersus dorsum uellitur, idq; mouentium quartus. S & T, musculi huius principij indi-*

V. *cant longitudinem, V partem ipsius insertioni proximam, quæ hic ostendi nequit, uerùm in se-*

X. *ptima tabula O insignita, utcunq; fuit obuia. X autem musculi latus ea sede indicat, ubi ab iliũ osse non amplius enascitur. Circunscribes uerò præsentis musculi latera ab S ad T, deinà T*

Y *per X ad V, insuper ab S ad V. Cæterùm Y notabit inferiorem scapulæ basis angulum hic extuberantem, & tertio musculi latere intectum.*

Z *Obliquè descendentis abdominis musculi portio.*

a *Musculus ab humiliori scapulæ costa principium ducens, & cubiti extensionis opifex.*

b *Musculus à ceruice capitis humeri iuxta scapulam originem ducẽs, ac cubiti extensionis autor.*

c *Portio anterioris cubitum flectentium musculi.*

d *Portio posterioris cubitum flectentium musculi.*

e *Musculus radium in supinum agentium longissimus.*

f *Musculus bicorni tendine brachiale extendens.*

g *Hac sede ligamentum conspicitur membraneum, superiorem radij partem humero colligans.*

h,h *Hac sede ulna, carne omni, musculisue libera cernitur.*

i *Musculus brachiale flectentium, qui octauo brachialis ossi inseritur.*

Λ,Ξ,Π *Tres isti characteres, tria notant musculorum principia ab ulna pronata. Primum Λ insignitum, illud est, quod radio ante mediũ illius longitudinis insertum, musculus habetur, radium in su*

k,l. *pinum agentium breuior. Secundum Ξ indicatum, illud est, quod in duas portiones, k & l notatas dirimitur. k enim eam significat portionem, quæ tendinem brachialis ossi, pollicem proximè*

m. *sustinenti offert. l uerò inferiorem insinuat portionem, quæ dein bipartita, unam, quæ m in-*

n. *scribitur, primo pollicis ossi inserit: alteram n indicatam, in secundum & tertium pollicis internodium implantat. Porrò tertium principium, Π insignitum, illud demum est, quod in duas quoq;*

o,p. *partes, o & p indicatas discinditur, quarum superior, o notata, tribus pollicis ossibus inseritur. Inferior uerò p indicata, indicem, ac medium à pollice abducere creditur.*

q *Propendet ab insertione musculus, brachiale unico tendine extendens. Dein præcipuus exten-*

r. *sionis parui digiti autor, r insignitus, quemadmodum & musculus indicem medium, ac anularem potiſsi-*



ſ. *potiſsimùm extendens, ac ſ indicatus.*

t *Musculus pollicem indici proximè adducens.*

Σ *Secundus femur mouentium musculus, cuius exortũ, semicirculi formæ quodammodo respon-*

u,x. *dentem, u et x notant, quanquã u in anteriora magis adhuc deberet exporrigi, si præsens tabula in*

y. *latus magis uerteretur. Cæterùm y huius musculi indicat insertionem, ut etiam u, & x, & y uniuersum musculum circunscribunt.*

α *Magnus exteriorq; femoris processus.*

β *Quartus femur mouentium musculus.*

γ *Ligamentum à transuerso quinti ossis sacri ossis processu, in acutum coxendicis ossis processum pertinens.*

δ *Ligamentum à dicta nuper sacri ossis sede, in posteriorem elatioremq; appendicis ossis coxendicis sedem insertum.*

ε *Musculus femur mouentium decimus, qui hàc à posteriori pubis ossis sede reflexus, alium ueluti musculum supràinfraq; ipsi attensum commonstrat.*

ζ *Quoniam hæc sedes sequenti tabula perinde, atq; hic erit conspicua, neruum cæteris omnibus corporis neruis summè animaduertendum, ab hac tabula nõ resecuimus. est aũt is, quem quartum femur pètentiũ numerabimus, eũ secunda tertiaq; figuris, Capiti undecimo Libri quarti præponendis, charactere 71 indicaturi. Præsens etenim neruus, cuius ductum seriemq; tantopere expendendã putauerim, is profectò est, secundùm quem ex caluariæ amplitudine, in dorsi uertebrarum foramen, quod dorsali medullæ transmittendæ paratur, humor in pedes confluit, quem nõnulli haud infrequenter instar tepentis, alij instar frigidæ aquæ demanare, ac in crus profluere sentiunt. Arbitror autem huius nerui distributionẽ eo animaduertendã accuratiùs, quo sæpius hac mea ætate affectus innumeri, sese mihi ex humorũ ad neruũ hunc defluxu obtulerint. Quinetiam eundẽ in poplite ν notatũ cernis, quanq; ν priuatim huius nerui grandiorẽ indicet portionẽ,*

θ. *quæ & si in alias quamplurimas soboles dissemínetur, præcipua tamen ipsius parte pedis, inferiora inter calcem, & interiorem malleolum petit. θ uerò præsentis nerui in poplite bipartiti, minorem insinuat ramum, maxima sui parte in musculos digestum, tibiæ latus, & anteriorem eiusdem sedẽ occupantes, qui me Hercule nõ minus quoq; accuratè, quàm quiuis corporis neruus est obseruandus, si non ob aliud, saltem propter urentia medicamina, quæ subinde hic ægris adhibentur. Præter hoc enim, quòd appositionis sedem adamussim Medici hinc cognoscent, etiã expendere erit iucundissimum, qui ulcus eorum medicamentorum ui inustum, humorem secundùm hunc neruum decurrentem expurget. Nam quod inuritur ulcus, huic nerui ramo, θ indicato uicinum est, & quum paulò inferiùs sit, quàm superior fibulæ consistat appendix, neruus contingi nequit. Atq; eiusmodi sanè pleraq; crebro sermoni adijcerem, nisi ridiculum arbitrarer, reliquas medicinæ partes huic Anatomicæ misceri, aut ego etiã eiusmodi aliqua non essem priuatim suo tempore, uti iam cœpi, exaraturus. Quòd autẽ hic quædam interiecerim, nerui illius occasione factũ est, idq; potiſsimùm, quum locus uacuus ante undecimam tabulam seruandus esset.*

Κ,κ *In utroque femore κ occurrit, musculum notans femur mouentium primum, qui in sinistro crure integer à sua sede reflexus est, insertione duntaxat corpori commissus, quæ in dextro crure, solùm inibi reliqua est, ubi ualidiſsima spectatur, ubi autem leniter, membranæq; tantùm ritu inse-*

λ *rebatur, λ asscriptum cernis.*

μ *Septimus tibiam mouentium musculus, non amplius membraneo ſexti musculi tendine obtectus.*

Φ *Tertius tibiam mouentium musculus, cuius caput ν insignitur, sedes uerò tendinem primùm edu-*

ν,ζ. *cens ζ. Insertionem autem tertia musculorum tabula proponebat, charactere 3 insignitam.*

Ψ *Quartus tibiam mouentium musculus.*

ϖ,ϖ *Quintus tibiam mouentium.*

ϱ *Quinti femur mouentis musculi portio.*

ς *Secundus tibiam mouentium.*

τ *Portio octaui tibiam mouentis musculi, resecto iam interim primo tibiam mouenti, qui aliàs hic in orbe occurreret. Quod uerò ad musculos in tibia pedeq; repositos attinet, omnia præcedenti conueniunt tabulæ, ut & duodecimæ, quam inibi characteribus primùm occupabimus.*

# VNDECIMA MVSCVLORVM TABVLA.





## VNDECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

A,A SINISTER primi caput mouentium paris musculus.

B,B Secundum par musculorũ caput mouentium, in sinistro tantùm latere characteribus insignitum.

* Musculus hic obscurè occurrit, cuius beneficio inferiorem maxillam deorsum agimus.

C Musculus scapulam mouentium tertius.

D Clauicula.

E Pendet hîc musculus, à scapula ossi υ referenti insertus.

F Humanum thoracem mouentium tertius.

G Brachium mouentium quintus.

Γ Musculus scapulæ gibbum sub illius spina occupans, ac brachium mouentium sextus, cuius initiũ

H,I. ab H ad I metitur, insertionis uerò sedes K indicatur, atq; ita totus trianguli modo H, I,

K. K circunscribitur.

L Musculus ab humiliori scapulæ costa initium ducens, brachiumq; mouentium tertius.

M Hic musculus brachium mouentium secundus, ab exortu liberatus, antrorsum tota parte reflectitur, quam proximè præcedens tabula, O, N & P circunscribebant. Atq; ita interna musculi sedes, qua humeri articulo incumbit, in conspectum uenit, & trianguli uertex etiam quodammodo proponitur, ad cuius similitudinem huius musculi initium describebant. N enim ea musculi pars est, quæ basi scapulæ fuit proxima, O autem illa, cuius initiũ à summi humeri cum clauicula articulo pẽdet. Dein si D eam musculi partẽ essẽ finxeris, cui clauicula initium largitur, promptè assequêris musculi suo exortu liberi principiũ insigniter obtusum angulũ referre, uti figura modò inserta comprobat, qua interna musculi sedes exprimitur, articulo maximè contermina. Atq; hîc A, B, C musculi indicant principiũ, ab A quidem & B principij portionem à summo humero, & scapulæ spina pronatam, à B uerò ad C reliquã principij partẽ, quæ clauiculæ debetur. Postremò D musculi insertionis sedes insignitur. Quod autem ad trianguli obtusum attinet uerticem, nulli non obuium est B humilius poni, quàm A & C, quibus characteribus triangulum terminari promptè animaduertis.



P Dictus nuper musculus ab omnibus, unde principiũ ducit, sedibus liberatus, ac ab insertione dun taxat in dextro brachio pendens, pulchrè ostendit hanc transuersim in humerum fieri.

Q Humanum thoracem mouentium quartus.

R Musculus dorsum mouentium undecimus.

S Dorsum mouentium decimusquintus, seu octaui dorsum mouentium paris alter.

T,T, V Characteribus T, T duas costas earum, quæ iam sectionis serie deteguntur, insigniuimus,

V uerò earundem costarũ interuallũ, ut intercostalium hic musculorũ exterior obseruaretur.

X Musculus thoracem mouentium secundus.

Δ Humanum thoracem mouentium quintus.

a,b Obscurum impensq; membraneum musculi obliquè ascendentis abdominis initium, à spinarum apicibus inter a ac b pronatum.

c Musculus ab insertione hîc dependet, brachium mouentium quartus.

Θ Musculus cubitum extendens, cuius initium d insignitũ, à ceruice capitis humeri educitur, quod

d,e. scapulæ articulatur. e autem sedem indicat, qua præsens musculus ab altero cubitum extendentium, mox f indicando, non amplius distingui nequit.

f Cubitum extendentium musculus, ab humiliori scapulæ costa pronatus, ac cum musculo Θ insignito coiens.

g Musculus cubitum flectentium posterior.

b,h Longior musculus radium iu supinum ducentium.

Λ Musculus bicorni tendine brachiale extendens, cuius initium i insignitur: sedes uerò, quaten-

i,k,l. dinem educit, k, tendinum autem ipsius insertio, l.

m Musculus radium in supinum ducentium breuior.

n Radius.

o Vlna.

o *Vlna. Atq; in horum ossium medio ligamentum occurrit, tota sede illa ossa intercedens com-*
*mittens q;, qua inuicem debiscunt.*

Ξ *Secundum principium trium principiorum, quæ ab ulna originem seriatim sumunt. Ac p qui-*
p, q. *dem eius principij pars est, quæ tendinem brachiali offert. q autem tendo, primo pollicis ossi in-*
r. *sertus. r uerò is tendo, qui secundo & tertio pollicis inseritur ossibus.*

ſ *Musculus pollicem indici proximè admouens.*

Π *Tertium principium eorũ, quæ ab ulna pronascuntur, hic quoq; ab insertione pendens. Ac t qui*
t, u. *dem notat eius portionem, quæ indici ac medio tribuitur, u uerò eam, quæ pollici est peculiaris.*

Σ *Tertius femur mouentium musculus, cuius initium z, y, x circunscribitur. Quod uerò ad horũ*
x, y, z. *characterum latera, superius q; spectatur, ilium ossis dorsum est, primo secundo q; femur mouen-*
α. *tibus musculis liberum. Cæterùm α tertij illius musculi insertionem proponit.*

Φ *Quartus femur mouentium musculus, à tribus humilioribus sacri ossis ossibus initium ducens, &*
β. *illic primùm tendinem educens, ubi β conspicitur.*

γ *Magnus femoris processus.*

δ *Secundus femur mouens musculus.*

ε *Septimus tibiam mouentium musculus. Quid uerò ζ indicetur, ad characterem Ω paulò pòst*
ζ. *commemoraturus sum.*

η *Ligamentum ab osse sacro, in coxendicis ossis acutum pertinens processum.*

θ *Musculus decimus femur mouentium, hàc ab interiori pubis ossis sede reflexus, ac ueluti inter*
ι, κ. *duos musculos ι & κ insignitos prorepens.*

λ *Caput tertij tibiam mouentium musculi, quod primum eorum censetur, quæ à coxendicis ossis ap-*
*pendice pronascuntur.*

μ *Caput quarti tibiam mouentium, quod quatuor ut minimùm capitum à coxendicis ossis appendi-*
*ce pronatorum secundum numeramus.*

Ψ *Musculus, quem quinti tibiam mouentium loco habemus, cuius initium ν insignitur, quod tertium*
ν, ξ. *eorum capitum habetur, hinc à coxendicis osse eductorum. ξ uerò præsentis musculi ostendit si-*
ο. *num, cui tertius tibiam mouentium alioquin insidet. ο hic quintus musculus, in tendinem desinit,*
*anteriori tibiæ ossis sedi implantandum.*

Ω *Subsequenti tabula musculum explicabo, quem femur mouentium quintum recensemus, characte-*
ϑ, ϑ. *ribus Ξ, Σ & Π inibi indicandum. In præsenti autem idem musculus, characteribus ϑ ac ϑ,*
*tum ζ ac Ω insignitur, singulis q; peculiaris musculi pars indicatur. Vtrumque enim ϑ, po-*
*steriorem notat musculi partem, ζ uerò ϑ Ω anteriorem. Cæterùm ζ priuatim indicat e-*
*ius anterioris partis anteriorem portionem. Ω autem posteriorem significat portionem ante-*
*rioris partis.*

ϖ *Quartus tibiam mouentium musculus hic ab ipsius parte, quam femoris os educit, ac ϱ insigni-*
ϱ. *tur, pendet.*

ς *Musculus tibiam mouentium tertius, ab insertione pendens.*

τ *Musculi tibiam mouentium octaui portio. Tibiæ autem nullum adhibui characterem, quòd se-*
*quenti tabula ijdem, qui hic modò proponantur musculi, illic characteribus ex sectionis serie oc-*
*cupandi.*

DVO-



DVODECI-
MA MVSCV-
LORVM TA-
BVLA.



# DVODECIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

Γ *SINISTER primi caput mouentiũ musculorũ paris musculus, cuius principiũ A notat,*

*A B, C. Buerò & C insertionem, quam in occipitis os molitur. D autem sedem indicat, qua dexter mu-*

*D, E. sculus à sinistro primùm abscedit. Postremò E insinuat internũ insertionis dextri musculi latus. Quare si illum musculum in trianguli formã agere usum fuerit, illum circunscribes lineis, A B, A C, B C. Quinetiam si interuallum inter dextrum musculum & sinistrum consistens, quoq; trianguli modo spectare uolueris, circunscribes id, à B ad E, dein à B ad D, & ab E ad D.*

*F, F Sinistri lateris musculus secundi paris caput mouentium.*

*G Scapulam mouentium tertius. H, H Brachium mouentium quintus.*

*I Summus humerus à connatis ipsi musculis liber. Cæterùm neq; costas, neq; earundem interualla characteribus insigniuimus, quòd hic eadem, ut in præcedenti tabula, ad T, T, V sit ratio.*

*Δ Humani thoracis motorum quartus, cuius initium K insignitur, L uerò sedes, qua primùm à lon-*

*K, L. gissimo dorsum mouentiũ musculorũ N mox notãdo, nõ amplius pertinaciter (quemadmodũ infe-*

*M, M. riùs à K ad L usq;) adnascitur. Tendines autem præsentis musculi aliquot, M, M indicantur.*

*N Dorsum mouentium undecimus. O Dorsum mouentium decimus quintus.*

*P Scapulæ gibbum musculo liberatum cernitur, qui brachium mouentium sextus habetur, hicq; ab*

*Q insertione propendens Q insignitur.*

*R Musculus brachium mouentium tertius. S Secundus thoracem mouentium.*

*T Musculus cubitum extendentium, qui ab humiliori scapulæ costa initium ducit.*

*V In sinistro brachio musculus, cubitum extendentium exterior ab ea sede propendet, qua cum interiori T notato impensè cõmiscetur. In dextro aũt brachio propendẽs ea pars resecta cernitur.*

*X Hac sede ab humero carnea exoritur portio, quam tertij musculorum cubitum extendentium loco habemus, sequentiq; tabula d notabimus.*

*Y Musculus cubitum flectentium posterior.*

*Θ Musculus radium in supinum ducens, qui ab humero multo superiùs, quàm externum illius consti-*

*a, b. tit tuberculum, inibi exoritur, ubi a asscripsimus, ipsius insertionem b indicantes.*

*Δ Musculus alter, cuius ope radius in supinum agitur, atq; huius initium c indicatur, insertio au-*

*c, d. tem d insignitur.*

*e Neruea portio, seu insertionis terminus musculi superioris radium in pronum agentium.*

*f Radius. g Vlna. h Ligamentum radium ulnamq;, quà inuicem dehiscunt committẽs.*

*i, k Hanc sedem sinuum uehendis musculis paratorum, & cartilaginis ulnam à brachiali dirimentis nomine, pluribus ornassem characteribus, nisi illa superiori Libro pulchrè fuissent obuia.*

*l Hac sede musculis tẽdinibusq; libera, aliter ligamẽta, quibus ossa cõpingũtur, proponi nequeũt.*

*m Post brachialis os anularem suffulciens digitum, quod ideo priuatim notauimus, ut ossa postbrachialis, ab ipsorum interuallis, musculisq; illa occupantibus interstingueres.*

*n Hic musculus reponitur, pollicem indici proximè adducens.*

*o Musculus bicorni tendine brachiale extendens, ab insertione propendet.*

*p Hic bona transuersi abdominis musculi pars occurrit.*

*q Ilium ossis dorsum nunc prorsus excarne spectatur.*

*r Femoris caput, coxẽdicis ossis acetabulũ subiens ipsum ue ligamentũ, præsentẽ ambiẽs articulũ.*

*ſ Ligamentum à sacro osse in acutum coxendicis ossis processum desinens.*

*t, u Dependet hic tertius femur mouentium musculus, t notatus, unà cum quarto, qui u insignitur.*

*x Magnus exterior ue femoris processus.*

*α Decimus femur mouentium musculus, cuius præcipuam partem F notandam, ex decima sexta tabula opportunè petes, ad characteres F, G, H. Præsens autem tabula eam musculi partem cõmonstrat, quæ ad peculiarem ipsi in coxendicis osse cælatum sinum reflexa, ad magnum femoris ducitur processum.*

*Musculus gracilis, ab acuto coxendicis ossis enatus processu, elatioriq; musculi α insigniti, sedi exporrectus.*

*γ Musculus similiter gracilis, inferiori exporrectus parti eius musculi, quem α notauimus.*

Ξ *Musculus*



*Ξ Musculus femur mouentium quintus. Verùm Ξ priuatim notat posteriorem huius musculi par-*

*δ, ε. tem, cuius caput partim nerueum, ac δ insignitum, & partim carneum, ε notatum, à coxendicis*

*ζ. ossis appendice enascitur, hincq; prodeuntium capitum, numero quartum censetur. ζ Hac sede po-*

*η. sterior hæc quinti femur mouentis musculi pars, admodum carnea est, ueri muris, ut ita dicam, effigiem præ se ferens. η Hic posterior quinti musculi pars, in tendinem degenerat, interiori capitum femoris insertum.*

*Σ, Π Π & Σ, anteriorem quinti femur mouentium musculi indicant partem, ac Π quidem eius partis posteriorem portionem, Σ uerò anteriorem. Quo autem hæc non admodum sanè obuia promptiùs percipias, eosdem illos Græcorum maiusculos characteres in sequenti tabula repositurus sum, illic dependentes musculi partes notans.*

*Musculus tibiam mouentium septimus.*

*κ, ϰ Musculus tibiam mouentium octauus.*

*λ Ampla depressaq; femoris ossis sedes, supra radicem inferiorum ipsius capitum, posteriori insede consistens.*

*μ, ν Quartus tibiam mouentium musculus, hic ab insertione pendens, ac μ quidem partem illius indicat, à coxendicis osse enatam, ν uerò partem, cui femur principium præbet.*

*ξ Tibiam mouentium quintus musculus.*

*Φ Primus pedem mouentium musculus.*

*Ψ Secundus pedem mouentium musculus. Cæterùm huius musculi (ut & primi) principium par-*

*ϖ, ϱ, τ. tim carneũ, ac ϖ insignitũ uisitur, partim nerueum, acϱ indicatũ. τ autem sedes significatur, ubi*

*s. primùm duo isti primi pedem mouentium musculi contigui fiunt. s Hactenus musculi illi in sura extuberant, hicq; carnei esse desinunt, uerùm hæc tubera nona tabula etiam accuratè expri-*

*υ. muntur. υ Tendinis, qui è duobus præsentibus musculis educitur, principium.*

*ω Initium musculi pedem mouentium tertij, cuius tendinem proponit character &, in sinistra po-*

*&. situs tibia.*

# DECIMAE TERTIAE MVSCVLORVM TABVLAE, QVAM SEQVENS pagina proponet, characterum Index.

*A, B, C, D, E, F, G Dextra portio secundi caput mouentium paris, in quo singuli characteres aliquid priuatim insinuant. A enim indicatur musculus secundi paris, acuto principio ex transuersis quintæ & quartæ thoracis uertebrarum processibus enatus. B musculi huius sedes, qua carneus esse desinit, ac uelut in tendinem degenerat. Porrò B quoq; musculum significare debet, qui à septimæ ceruicis uertebræ spina enascitur, & cum musculo A insignito commiscetur, congressus autem sedi, C inscriptum est, quod non modò congressum utriusq; musculi notabit uerùm etiam ubi uterq; exactè carneus efficitur. D utriusq; musculi insertionem notat. E secundi paris tertius in altero latere musculus indicatur, cuius etiam principium in alto latitat, insertione interim ipsius ad F conspicua. Postremò G ac G, secundi paris carnea moles insignitur.*

*H Musculus dorsum mouentium quintus.*

*I Portio musculi dorsum mouentium sexti.*

*K Decimus quintus dorsum mouentium, seu eorum musculorum octaui paris alter.*

*Γ Vndecimus dorsum agentium musculus, cuius principium à sacro osse pendens L insignitur,*

*L, M, ipsius uero ansulæ tendines ue M, M. Atq; ita elatissimum M, præsentis musculi superio-*

*M. rem significat terminum.*

*ϰ Character ϰ loco N positus, musculum dorsum mouentium nonum indicat, seu quinti paris alterum.*

*O, O Musculus hic ab exortu propendet, thoracem hominis mouentium quartus, simiarum uerò canumq; septimus.*

# DECIMA TERTIA TABVLA.





P, P Hæ costarum asperitates, earum tubercula referunt, in quæ quartus thoracem mouentium musculus inserebatur. Quod autem ad costas, earundemq; interualla attinet, eadem hic atq; in aliquot præcedentibus tabulis est ratio.

Q Scapulam mouentium tertius.

R Scapula posteriori parte prorsus excarnis.

S Thoracem mouentium secundus.

V Tertium ligamentum peculiare articuli humeri.

X Dependet musculus brachium mouentium quintus.

Y In utroq; brachio posterior humeri pars, excarnis prorsus, musculisq; libera cernitur.

a Posterior cubitum flectentium musculus.

b, c, d Musculi cubitum extendentes. Ac b is insignitur, qui ab humiliori scapulæ costa initium ducit, c ille, qui ab humeri capitis ceruice exoritur. d autem carnosa pars, quæ ab humero, ad medium ferè longitudinis eius originem sumit.

e Radius.

f, g Musculus radium in pronum ducentium superior, cuius insertionem priuatim g insigniuit.

h Dependet hic musculus, radium in supinum mouentium breuior.

i Vlna, radium autem e superiùs notaui. k autem, ligamentum in utroq; cubito indicat, radiũ ulnæ

k. tota ea sede colligans, qua hæc ossa inuicem dehiscunt. Quod uerò ad brachialis postbrachialisq; ac demum digitorum ossa spectat, omnia hic præcedentibus correspondent tabulis. Verùm musculum hic resecuimus, pollicem indici proximè adducentem. Ac in sinistra manu tres cõspici

1, 2, 3. untur musculi, secundùm pollicis internodium flectentes, characteribusq; 1, 2, 3 insigniti. Insuper musculus primum indicis os introrsum flectens, hic priuatim l indicatur.

l.

m Ilium ossis dorsum, quemadmodum et coxendicis ossis exterior sedes, prorsus excarne occurrit.

n Coccyx quoq; os excarne, seu musculis ipsi adnatis liberum cernitur.

o Ligamentum à sacro osse, coxendicis acuto processui insertum.

p Femoris caput.

q Magnus exterioraq; femoris processus.

r Hic ab insertione propẽdet decimus femur mouentiũ, internã ipsius sedẽ, quæ ossibus undiq; attẽ

s, t, u. ditur, cõmonstrans. Atq; ita s, t, u huius musculi tẽdines notãt, qui ad coxẽdicis os reflectũtur.

x, y, z Tribus his characteribus, carnosa indicatur pars, uaginæ quasi modo decimum femur mouentiũ musculum inibi deducens, quà ad coxendicis os reflectitur. Atq; ita x huius carnosæ partis supremam indicat sedem, y mediam, z autem infimam.

α Portio femur mouentium noni.

β, γ In dextro femore duæ musculorum notantur insertiones, in paruũ femoris factæ processum. Ac β quidem insertionẽ indicat musculi femur mouentiũ sexti, γ autẽ musculi femur agentiũ septimi.

δ, δ Musculus tibiam mouentium octauus, uniuersum femur propemodum ambiens.

ε, ε Aspera femoris indicatur linea, cui quintus femur mouentium musculus inseritur.

Ξ, Π, Σ Quintus femur mouens musculus, ab interno femoris capite propendet, in quo Ξ posteriorem ipsius notat partem, Π uerò & Σ anteriorem. atq; hic rursus priuatim Π posteriorem indicat portionem partis anterioris, Σ uerò anteriorem portionem.

Φ Musculus in pedem mouentium classe tertius enumeratus, ac principium Φ indicatum à femoris

ζ. externo ducens capite, tendinem autem illic educens, ubi ζ insignitur.

η, η Musculus, quem in poplite latitantem uocamus.

Ψ Quartus pedem mouentiũ musculus, cuius initium θ indicatur, ipsius autem sedem, qua tendo duo

θ, κ. rum primorum pedem mouẽtium musculorũ, illi primùm pertinacissimè adnascitur, κ notauimus.

λ. λ uerò tendinis insignitur insertio, qui è duobus illis primis pedem mouẽtibus & tertio cõsurgit.

μ Hac sede tibiæ os excarne conspicitur, quemadmodum & magna portio exterioris capitis duorum humiliorum femoris capitum.

ν Tendo musculi pedem mouentium octaui.

ξ Tendo septimi pedem mouentium.

Ω Præsenti charactere indicatã uolui figuram, ad dextrũ integri hominis hac decimatertia tabula expressi crus repositã, lapidiq; innitẽtem, quo tandẽ inferior pedis sedes oculis subijciatur, et sectionis serie musculi in hac apparentes, sensim in sequentibus tabulis proponantur. Significe-

ϖ. tur itaq; primùm ϖ ligamentum, seu membranea substantia, primo digitos mouentiũ musculo obnatam, latiq; tendinis uicem in planta subeuntem.

ρ Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

ς Musculus abductionis parui digiti à cæteris opifex.

τ, τ Primus secundusq; pedem mouentium musculi, in integro quidem homine à quarto pedem moueu-

DECIMA QVARTA MVSCVLORVM TABVLA.





*tium propendentes, in illa autem figura, quam Ω proponit, sua sede repositi.*

υ *Tendo tertij pedem mouentium musculi.*

φ *Portio quarti pedem mouentium musculi, quem in integro homine Ψ insignitum cernis.*

χ *Tendo ex primo, secundo & quarto, pedem mouentium musculis conflatus, calcique insertus, quā φ χ hic priuatim cauitatem proponat, inter anteriorem præsentis tendinis partem, & posteriorem sedem aliorum musculorum conspicuam, qui hanc tibiæ sedem occupant.*

ψ, ω *Excarnis nullisque musculis, uel ante sectionem obtecta tibiæ ossis pars.*

* *Hic portiones occurrunt musculorum, qui posteriorem tibiæ sedem sibi uendicant, præter tres primos pedem mouentium musculos.*

## DECIMAE QVARTAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

*HAEC tabularum posteriorem corporis faciem exprimentium ultima est, scapulis & brachijs carens, et genua flectens, ut plantam altero crure spectandam proponeret. Ad genua uerò ne alia quæpiam integra delineanda esset tabula, caput unà cum duabus primis ceruicis uertebris reponitur, quartum musculorum caput mouentium par ostensurum.*

A, B *Tertium musculorum caput mouentium coniugium, à secundæ ceruicis uertebræ spina occipiti insertum.*

C *Mamillaris temporum ossis processus, tam in integra figura, quàm illa quæ ad genua spectatur, conspicuus.*

D *Hic character cum aliquot subsequentibus, figuræ ad genua locatæ proprius est, transuersum primæ uertebræ ceruicis indicans processum.*

E *Spina secundæ ceruicis uertebræ, atque ita etiam E secundam ceruicis denotat uertebram.*

F, G *Quartum caput mouentium musculorum par, à prima ceruicis uertebra, occipiti insertum.*

H, I *In ceruice integrioris figura insinuatur, quintum par musculorum caput mouentium, quod ab occipitio iu transuersos primæ ceruicis uertebræ processus implantatur.*

K, L *Sextum musculorum caput mouentium par, à spina secundæ uertebræ, transuersis primæ processibus insertum.*

M *Musculi scapulam mouentium tertij pars, illic conspicua, ubi à transuersis aliquot ceruicis uertebrarum processibus prodit.*

N *Dorsum mouentium musculorum tertius.* O *Dorsum mouentium septimus musculus.*

P *Character P in lumbis reponitur, notans nonum dorsum mouentium musculum.*

Q *Vndecimus dorsum mouentium musculus, hic ab ultima ipsius insertione pendens, ac sinum R in-*

R, S. *signitum ostendens, quo decimotertio dorsum mouentium musculo cedit, ipsius autem principium S indicatur.*

T *Decimustertius dorsum mouentium musculus, cuius principium V notatur, finis uerò X, quod*

V, X. *etiam principum decimiquinti dorsum mouentium musculi indicat.*

Y *Decimusquintus dorsum mouentium, cuius superius extremum a insignitum, sub septimo dorsum*

a. *agentium reconditur.*

*Hanc decimamquartam musculorum tabulam, propter thoracis formam, costarumque ductum sedulò intueri operæprecium erit, quum costarum ductum, ut & reliquæ musculorum tabulæ, appositissimè ostendat. In ossium autem compage hactenus nunquā costas adeò concinnè inuicem ad nexui, ut illæ naturalem situm, quod ad obliquum ipsarum ductum spectat, nanciscerentur. Nimis enim ingens interuallum, inter elatissimam ossis ilii sedem, & duodecimæ thoracis costæ mucronem, in ossium cōpactione mihi semper relinquitur. In musculorum autem tabulis, costarum ductū inter pingendum obseruare fuit promptissimum, quum in suo naturali situ tota sectionis serie semper consistant. quinetiam exteriores intercostalium musculos hic quoque se spectandos offerre, etiam me tacente, neminem latêre arbitror. Atque ita etiam ilium ossa, & coxendicis & pubis & femoris ossa adeò sunt conspicua, ut si hic notas desideres, illæ à tribus integris Primi libri figu-*

b. *ris petendæ ueniant. Quanquam in pubis osse b occurrit, membranam indicans in pubis ossis foramine obuiam.*

c *Musculus sextus femur mouentium, ab insertione propendens.*
d *Musculus septimus femur mouentium.*
e *Hîc musculus propendet femur mouentium nonus.*
f, g *Carnea pars, seu suboles, priuati musculi, decimum femur mouentem musculum deducentes, atq; hîc ab insertione pendentes.*
Γ *Musculus quem in poplite latitare dicimus, cuiq; Galenus ferè totũ poplitis flectendi munus per*
h, i. *peram concredidit. h ipsius ab externo femoris capite exortus, i insertio eiusdem in tibiæ os insignitur.*
k, k *Septimus pedem mouentium musculus.*
l *Tendo octaui pedem mouentis musculi, cuius insertio in pedij os paruum sustinens facta, m in-*
m. *signitur.*
n, o, p, q *A sinistri pedis calce quatuor humi prostrati pendent musculi, pedis motorum opifices. n enim et*
r. *o, duos primos pedem mouentes insinuant, p autem tertium, q uerò quartum. Cæterùm r ad dextri calcis internum latus repositum, tendinis illius insertionem indicat.*
Δ Δ *Figuram notat, externo lateri integrioris figuræ dextri pedis hic appositam, quæ sectionis se rie dextrum integrioris figuræ pedem subsequitur, qui succedit figuræ, quam in præcedenti musculorum tabula Ω indicabamus.*
ſ *Ligamentum pedis, à digitorum terminis pendet, quod musculo secundos quatuor digitorum articulos flectenti, ⊙ hîc notato obnatum fuerat, latiq; in extremæ manus uola tendinis uicem gerebat.*
t *Dependet musculus, pollicem à cæteris digitis abducens.*
u *Musculus hic à sua insertione dependet, qui minimum digitum à reliquis in externum latus abducit.*
⊙ *Musculus secundum quatuor digitorum os flectens, x ipsius principum à calce enatum, α illius*
x, α. *in quatuor tendines partitio. Cæterùm qua ratione huius musculi tendines diuidãtur, subditosq; transmittant tendines, in hoc dextro maioris figuræ pede expressum habes, ut tamen sese hæc offerant, attentissimis oculis internam quatuor digitorum sedem intuebere, quanquam & figura Δ notata, hæc etiam commonstret, in qua musculus ille ab insertione propendens, ⊙ quoque insignitur.*
β *Carnea hæc moles illa est, cuius beneficio primum pollicis internodium flectitur, atq; hæc eodem*
β *indicata, in figura illa dependet, quam Δ insigniui.*
Λ, Λ, Λ *Musculus secundum pollicis os flectens. γ in dextra tibia huius musculi notatur principium.*
γ, δ. *δ hac sede præsens musculus, ab interno ipsius latere tendinẽ educit, qui in carnea ipsius substan-*
ε. *tia aliquousq; incœperat, iuxta characterem ε. Deinde utraq; figura plantam referens, tendinem hunc quoq; δ notatũ habet, quà pollici iam est proximus.*
Ξ, Ξ, Ξ *Musculus quatuor digitorum tertium os flectens, ζ ipsius principium aliquantisper altiùs ad-*
ζ, η. *huc, sub musculo in poplite latitante, ac Γ notato. η tendo illius, ab interno etiam latere car-*
θ. *nosæ suæ substantiæ enatus, atq; in pedis planta in quatuor alios tendines inibi, ubi θ occurrit, diuisus, qui quatuor digitis postmodum offeruntur.*
κ, κ *Hic sese ostendit portio musculi, quem inter pedis motores quintum numeramus.*
λ *Musculosa caro, quæ in quatuor portiones deducta, tendinibus exporrigitur, qui tertium quatuor digitorum os flectunt. Est autem musculosa hæc caro, cuius opera quatuor pedis digiti ad pollicem ducuntur. Vt uerò & tendines illos, et portiones has musculosæ substantiæ accuratiùs*
ν. *cognoscas, tendinem tertium indicis os flectentem, ν notatum conspicis, musculum autem indicem*
μ. *pollici adducentem, μ.*

DECI-



# DECIMAQVINTA MVSCVLORVM TABVLA.



# DVARVM DECIMAEQVINTAE MVSCVLORVM TABVLAE FIGVRARVM, EARVNdeḿque characterum Index.

*DVAE præsentis tabulæ figuræ in ea effigie seruantur, in qua dextra tibia simul cũ pede decimæquartæ tabulæ, sese exhibuerunt. Atq; prior figura in sectionis serie figuram sub sequitur, quam præcedens tabula Δ notatam ostenderat. Posterior autem huius tabulæ figura, succedit priori. Notæ autem harum figurarum ita se habent.*

A 1 *Tibiæ os.*
B 1 *Fibula.*
C 1 *Musculus dependet, qui in poplite latitat.*
D, E 1 *Musculus quintus pedem mouentium, ac D quidem ipsius notat principium, E uero tendinem, ab interno musculi latere pronatum.*
F 1 *Sinus cui tendo insidet, secundi pollicis internodij flexionis opifex.*
G 1 *Sinus quo tendo uehitur musculi, tertium quatuor digitorum os flectentis.*
H 1 *Musculus pedem mouentium septimus.*
I 1 *Musculus pedem mouentium octauus.*
K 1 *Insertio sexti pedem mouentis musculi.*
L 1 *Musculosa congeries, primum quatuor digitorum os flectens.*
M 1 *Ossicula ad primum pollicis internodium reposita, quæ à sesami seminis imagine nomen inuenerunt, quæq; ab Arabibus dimidiati ciceris formæ assimilantur.*
N 1 *Pendet hîc musculosa substantia, quæ singulis quatuor digitorum internis lateribus portionem exporrigit, digitos pollici adducentem.*
O 1 *Musculus pollicis secundum os flectens.*
P 1 *Musculus tertium quatuor digitorum os flectens.*
Q 1 *Portio tendinis, secundum pollicis internodium flectentis, illi tendini commixta, qui indicis tertium internodium flectit. Sequentes modò characteres, sinistræ figuræ hac ratione peculiares sunt.*
R 2 *Tibiæ os.*
S 2 *Fibula.*

T 2 *Ligamentum membraneum, fibulam tibiæ ossi illic committens, ubi hæc ossa inuicem dehiscunt.*
V 2 *Musculus pedem mouentium septimus. X hàc septimi musculi tendo, sub osse cubũ tesseram ue*
X, Y. *imitante reflectitur, & latescit quoq; Y tendinis huius in os pedij pollicem sustinens insertio.*
a 2 *Musculus sub septimo occultatus, & pedem mouentium octauus, cuius insertionem b notat, quæ*
b. *in pedij os paruum suffulciens digitum perficitur.*
1,2,3 *Tribus his characteribus in posteriori sinistra ue figura, tres sinus indicantur, musculis à poste-*
*riori tibiæ sede inferiora pedis subeuntibus exsculpti. Atq; 1 sinũ notat, quo quinti pedem mouen*
*tis musculi tendo uehitur, 2 sinum tendini tertium, quatuor digitorum os flectenti insinuatũ. 3 ue-*
*rò, sinum indicat nomine tendinis cælatum, cuius beneficio secundus pollicis articulus flectitur.*
c 2 *Musculus dependet humi quintus pedem mouentiũ, in priori figura D & E notatus, ac in secun*
d. *da figura ad insertionem d insignitus.*
e 2 *Musculosa moles, primum quatuor digitorum os flectens, hic pendet à pedij ossibus, quæ iam nu*
*da excarneaq; spectantur.*



## DECIMA SEXTA *MVSCVLORVM* TABVLA.

*PRAESENTEM tabulam li cuisset statim tertiæ musculorum tabulæ sub ijcere, sed quoniam corporis duntaxat pars existit, huc eam reponere magis uisum est, qua sinistri femoris, tibiæ, pedisq; interna facies nullo liberata musculo exprimitur, unà cum osse sacro, & osse sinistro ipsius lateri commisso, ut decimus femur mouentium musculus alicubi in conspectum ueniret, qui in integris tabulis ea parte conspici nequiuit, quæ internam pubis ossis & coxendicis quoq; sedem occupat. Huius autem tabulæ characteres, ut sequens pagina proponit, se habent.*

A Os



A Os sacrum.
B Ossis sacri latus, cui sinistrum ilium os committebatur.
C Ligamentum à sacro osse, in coxendicis ossis appendicem pertinens.
D Sinistri pubis ossis pars, quæ dextro pubis ossi committebatur.
E Notatur quartus femur subiens neruus.
E, F, G, H. *Decimus femur mouentium musculus, cuius tres ueluti partes, E, F, G insignitæ, inscriptionibus quodammodo distinguuntur, quibus ab interna pubis ossis sede, & interna quoque coxendicis ossis regione, musculus iste carneus pronascitur. Ad sedem uerò H indicatam, musculus arctior redditur, & ad sinum sibi in coxendicis osse insculptũ reflexus, ad magnum femoris perfertur processum.*
I Conspicua est portio, sexti femur mouentis musculi.
K Portio septimi femur mouentis musculi.
L Primus tibiam mouentium musculus, cuius sedes, qua iuxta internum femoris caput, in tendinem
M. cessat, M indicatur.
Δ Secundus tibiam mouentium musculus. N & O musculi huius principium ab ossis pubis com-
N, O. *missura pronatum. M quoq; & si in primo ponatur musculo, huius secundi musculi etiam sedem notat, qua in tendinem desinit.*
P Nonus musculus tibiam mouentium, parua ipsius portione hic conspicuus.
Q Octauus tibiam mouentium musculus.
R Tertius tibiam mouentiũ musculus, cuius tendo, quemadmodum & primi & secundi, tibiam mouentium musculorum quoq; M indicari potest, & promptissimum etiam est intueri, ubinam musculorum tendines, in anteriorem tibiæ ossis sedem inserantur.
S, T Quintus femur mouentium musculus, uerùm S posteriorem eius musculi partem notat. T autem quinti femoris musculi anterioris partis posteriorem indicat portionem.
V, V Quintus tibiam mouentium musculus.
X, Y Excarnis tibiæ ossis pars, uerùm Y interiorem notat malleolum.
a Primus pedem mouentium musculus.
b Secundus pedem mouentium musculus.
c Tendo tenuissimus, idemq; summè gracilis, qui à tertio inter pedis motorum musculo educitur.
d Musculus suram constituentium maximus, pedemq; mouentium quartus.
e Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.
f Portio musculi inter pedem mouentium quinti.
g Tendo sexti pedem mouentium musculi.
h Tendines digitos extendentes.
i Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

*Absolutis itaq; sedecim musculorum tabularum (quas in præsentis Libri initio collocandas duxi) indicibus, proximum modò erit Capitum contextum aggredi, ac à ligamentorum natura initium sermoni statuere.*

## QVID LIGAMENTVM, AC QVIS ligamenti usus & differentia. Caput I.

*FIGVRA sequentem paginam occupans, & omnem propemodum ligamenti differentiam semel commonstrans, uniuersum femoris os exprimit, unà cum tibiæ osse & fibula, quibus ea ligamenta adhuc connata hærent, quæ primi Capitis contextu intelligendo subseruiunt.*

A, B, C, D Femoris os.
B Femoris ossis caput sinum coxendicis ossis subiens.
C, D Femoris ossis humiliora capita, quæ tibiæ articulantur.
E, F, G, H Tibiæ os.
F Eminens superioris appendicis tibiæ ossis processus, qui sinum subingreditur, quem duo humiliora femoris ossis capita efficiunt, & qui ligamentum mox X insinuandum educit.

G Sinus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

G *Sinus inferioris appendicis tibiæ ossis, quo complures uehuntur tendines eorum musculorum, qui anteriorem tibiæ sedem occupant.*

H *Interior malleolus.*

I, K *Fibula, uerùm K exterior malleolus priuatim insignitur.*

L, M, *Musculus notatur in sura maximus, pedemq; mouentium quartus, atq; inter reliquos corporis musculos intensissimè liuens. Verùm M huius musculi tendinem, calcis ossi insertum, particulatim indicat. N autem portiunculam tendinis primi & secundi pedem mouentium musculorum ostendit, quæ quarto pedem mouenti musculo connascitur, ac simul cum illo unita, calci inseritur.*

O *Teres ligamentum, femoris os coxendicis ossi iungens.*

P, P *Ligamentum orbiculatim femoris cum coxendicis osse articulum amplectens.*

Q *Ligamentorũ portiones, ex magno externoq; femoris processu in musculorum substantiam absumptæ, ac potissimùm in tibiam mouentium septimi.*

R *Portiunculæ ligamentorum quoq;, à radice interioris minorisq; processus femoris pronatæ, & in oclauum tibiam mouentem musculum præcipuè degenerantes.*

S, S *Membraneum ligamentum, reliquis etiam omnibus articulis commune, quod uniuersum genu articulum ambit, ea tantùm parte excepta, cui mola præponitur.*

T *Ligamentum genu articulo proprium, quod externo ipsius lateri attenditur.*

V *Ligamentum hoc, etiam genu articulo peculiare censetur, atq; externo ipsius lateri attensum uisitur.*

X *Ligamentum ex tibiæ ossis processu F notato, in femoris os insertum.*

Y *Ligamentum superiorem fibulæ partem, tibiæ ossi connectens.*

Z *Ligamentum inferiorem fibulæ partem, tibiæ alligans.*

a *Membraneum ligamentum, fibulam tibiæ ossi toto ductu, quo inuicem hæc ossa dehiscunt, committens.*

b, c *Hic ligamentũ notatur, tendines anuli ritu amplectens, qui à tibiæ anteriori sede, in pedis superiora porriguntur. Vt uerò ipsius natura exactiùs oculis subijceretur, id sectione secundùm longitudinem ducta, diuisum, atq; una parte in latus reflexum finximus.*

d *Ligamentum à tibiæ osse ad calcem insertum, & tendines hàc ad pedis inferiora descendentes continens.*

e *Ligamentum à fibula ad calcem porrectum, & tendinibus hac pedis inferiora petentibus obductum.*

f *Ligamentum cartilagineum, ab interno malleolo, in tali internum latus insertum.*

g *Ligamentum quoq; cartilagineum, fibulam talo colligans.*

*Huc sanè & tabulam retulissem præsentis Libri trigesimo Capiti proponendam, quæ primæ ceruicis uertebræ ad secundam, & primæ secundæq; ad caput connexum exprimit, nisi quam modò proposui, utcunq; omnem ligamenti differentiam & usum commonstraret.*



CAPITIS PRIMI figura.

PRIMVS



PRIMVS Liber omnia, quæ ad humani corporis ossium cartilaginumq; enarrationem spectare duximus, enarrauit, præsens uerò ossium cartilaginumq; ligamenta, & ea mouentes musculos prosequetur. Ossium enim & cartilaginum natura primùm fuit perdiscenda, & post illa mox ad ligamentorum musculorumq; concisionem properandum, quando quidem hæ corporis partes, cæteris omnibus ueluti fundamenta ac bases subijciuntur. [a] Ligamentum itaque, quod nerui generatim dicti nomine comprehendimus, Græcisq; σύνδεσμος nuncupatur, proprio, non autem communi significato, corpus est similare ex osse aut cartilagine, aut quauis duriori membrana principiũ ducens, omnis propemodum sensus expers, durum, sed tamen cartilagine mollius, album, uariosq; in colligando, continendo, obtegendo, & musculis constituendis homini usus præstans. [b] Nisi enim ossium & cartilaginum articuli, ligamentis tenerentur, nihil sanè prohiberet ossa, aut cartilagines in quolibet motu luxari, & à sua naturali sede alia aliò permutata egredi. Quod ne contingat, summus rerum opifex Deus omnes ossium cartilaginumq; articulos ligamentis circundedit, ualidis quidem, at remissionis interim, tensionisq; non paruæ capacibus: Mirãda profectò est Creatoris industria, qui ex coarticulatis inuicem ossibus, corporis substãtiã enasci uoluerit, cuius beneficio ossa simul ad amussim tutoq; colligentur, & articulata contineantur, neque promptè per uiolentos motus à se inuicem rumpantur, quodq; demum hæc substantia ex continuis indefessisq; motibus, noxæ suscipiendæ contumax, ob duritiem euasserit. Porrò ut ossa cartilagines q; à musculis tracta ocyus sequantur, mollẽ rursus ligamenti substantiam confingi oportuit, atq; hac ratione inualidam. Atqui contrarium est ualido & duro, infirmum, debile ac molle. Quæ fuerit igitur rerum Opificis solertia, qui corpus quoddam fabrefecit, usus & naturæ utriusq; abunde compos, & ab iniurijs remotum, ex humanæ fabricæ resectione discas, integrum est. Comperies enim omne ligamẽtum adeò durum, ut tutò simul colliget, & quantum suo articulo ex usu est, illum moueri non prohibeat, neq; facilè abrumpatur, atq; hic præcipuus primarius q; ligamenti usus est, à quo etiam nomen mutuatur. Nam ligamentum ex osse in os (ut humeri & genu articulorum ligamenta) aut ex cartilagine in cartilaginem (ut laryngis cartilagines mutuò nectentia) aut ab osse in cartilaginem (ut quæ costarũ cartilagines pectoris ossi committunt) insertum, commissorum ossium ac cartilaginum commune uinculum efficitur, hoc solo nomine, ut illa inuicem colliget, siue hæc manifesto siue obscuro, & qui uix perpendi possit, motu agantur. [c] Secundo usu ligamentum, tendines suis, quibus uehuntur, finibus continet, ne ex ipsis declinent, aut ab illis eleuentur. huius autem generis ligamenta in homine esse quàm plurima, in manus pedisq; musculorum enarratione docebimus. In externa nanq; cubiti sede, quâ brachiale illi articulatur, eius classis ligamenta [d] sex uisuntur, in interna autem brachialis regione [e] unicum & perquam ualidum, deinde etiam in interna digitorum manus ac pedis sede, unicum in tota ferè ipsorum longitudine consistit. In anteriori uerò tibiæ sede, quà pedi articulatur, [f] unum quoque est amplum & ualidum, & [g] alia deniq; inter tibiam & calcem, ac inter fibulam & calcem obseruantur, quæ omnia in hoc præcipuè creata sunt, ne tendo in musculi contractione è proprio sinu assurgat. Nisi enim huiusmodi ligamentũ anteriori tibiæ sedi iuxta pedem prepositũ, inter reliquos, quibus uiã prębet, tendines, illos qui digitorum extensionis authores sunt, transmitteret, & cõtineret, quoties digitos tenderemus, tendines illi antrorsum à tibiæ & pedis articulo prominerẽt nihilo minus sanè, cẽ si funiculũ uni digito alligatũ ad genu usq; protẽderes, illoq; digitum eleuare, conareris, funiculus nanq; ille uersus genu attractus, plurimũ à pedis cũ tibia articulo abscederet. At si aliũ funiculũ transuersim infimæ tibiæ sedi obligaueris, atq; sub illo, eũ quo digitũ extendi uolebã, traduxeris, funiculus ille rectus, etiã si ꝓtrahatur, nõ amplius à tibia abscedet, & tibiæ pediq;, trãsuersi uinculi occasione toto ductu exporrectus, digitũ eleuabit. Atq; hãc Naturę solertiã aurigas imitari intuemur anulis illis, quos equorũ iugis cõnectunt, ut habena oblõgiori p anulũ traiecta, equos, quibus nõ insident, opportunius reflectãt. Quia uerò ligamẽta hæc perinde, ac ille anulus habenę, trãsuersim tẽdinibus obducũtur, aut potius orbiculatim amplexãtur, Græcis ἐγκάρσια fuere nũcupata, nos autẽ illa nũc Transuersa, nũc Anularia appellamus. Interior eiusmodi ligamentorũ superficies anulis, ꝑ quos funes traijciũtur,



*a* undiq; in figura Capitis huius initio prælocuta ligamenta occurrunt.

*b* O.P.S.T. V.

*c* b, c.

*d* i tab. charact. 3, 4, 5, 6. tab. autẽ 2 cha. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

*e* 4 ta. *f* 1 tab. d. 2 ta. n. g 2 ta. e. de in 2. uerùm sufficerit semper unũ atq; alterũ in singulis exemplis annotasse.

*Quid ligamẽtum.*

*Ligamentũ usus in colligando.*

*Ligamenti substantia.*

*Ligamenti in tendinibus continendis usus.*

tur,penitus reſpondent,eſt enim ut plurimùm,ut et ipſe tendo,ſecundùm cauum orbicularis,
læuis,& uelut uiſcido humore ceu ſmegmate quopiam perfuſa.Quippe hæc ligamenta nō ſo-
lùm tendinibus extrinſecus obducuntur, uerùm etiam uelut ſtratum ipſis fiunt.ipſa namque
oſſis duritiem correctura,inter os & tendines ſeſe inſinuant, undiquaq; in orbem tendines,ci-
tra omnē prorſus connexū amplexantia,&,ut anulus habenam, tranſmittentia. Horum liga-
mentorū ordini aſſcribendę ſunt mēbranæ,tranſuerſim alicui integræ muſculorū congeriē ob
ductę,ne illi inter ſe implicentur,ſuá ue ſede aberrent.huiuſmodi enim mēbranas in tota cubi-
ti,femoris,& tibiæ longitudine muſculis præeſſe recenſebimus.Inſuper & trāſuerſum primæ
ceruicis uertebræ[h] ligamentū,dentem in ſuo ſinu continens,ac ne ille aliquando dorſalem me-
dullam cōprimat,inſtar ualli prohibens,in horum quoq; numero recenſeri poteſt.Rurſus niſi
ridiculos et fictos penitus arbitrarer cerebelli[i] proceſſuū,qui uermibus comparantur,motus,
inter hæc ligamēta quoq; connumerarem, tenuis cerebri mēbranæ partes, quæ anteriorē cere
belli ſedē cerebri[k] natibus,& poſteriorē[l] dorſali medullę cōnectunt.Quandoquidem illas mē
branæ partes Tendinū nomine Galenus dignatus eſt,arbitratus illas in hoc formatas eſſe, ne
proceſſus uermiū modo conficti à ſua ſede reclinarent. Verùm quia his proceſſibus nullū pe-
culiarem motū tribuo,neutiquam tenuis mēbranæ partes illorū motibus præeſſe concedam,
ſed huc quoq; referā membranas,ſeu ligamenta potiùs ex oſſibus pronata,& quoſdam oſſiū ſi
nus ideo ſuccingentia, ut, & ſi muſculū tendinémue ſinui incūbentem, anuli modo orbicula-
tim nō amplexentur,nihilominùs tamen ſinū ita ſubungāt,& uiſcido quoq; humore ſic oblinē
tur,& læuia ſint,ut pinguis rotulæ modo,muſculū & tendinē ſibi ſuperuehi ſinant,& quomi
nus is atteratur,præſtent.[m] Reperies autē non ſine ſumma uoluptate huiuſmodi ligamentū, in
poſteriori coxendicis oſſis ſede ſinui obnatū,ad quem muſculus reflectitur, qui internā pubis
oſſis ſedē occupans,femur extrorſum circūagit,deinde etiā in ſuperiori coxendicis oſſis[n] regio
ne,qua[o] duo muſculi deſcendūt,primarij femoris flexus opifices.Huc quoq; ſpectant ligamen
ta,cartilagineā ligamentorum naturā ſeruantia,quæ acetabulorū & oſſis ſinuū cauitatē augēt,
cuiuſmodi ad coxendicis ſinus ſuperciliū obnaſcitur.Et fortaſſis huc reponendę eſſent ligamē
toſæ[p] cartilagines,quas in genu articulo,& in humeri ad ſcapulas articulo haberi in Primo li-
bro retulimus. Videtur nāq; et genu cartilaginibus Galenus Ligamentorū nomē indidiſſe, li-
cet ad colligationē nimis quàm parū conducāt.Porrò tertius ligamentorū uſus cēſebitur,quo
illa inſtar indumēti & propugnaculi, corporib.quibuſdā obducūtur,in quorū albo inprimis
omnia ſecūdi uſus ligamēta cōpræhendimus,& priuatim mucoſas quaſdā mēbranulas,tendi
nibus tunicæ ritu circūdatas,[q] cuiuſmodi in manu præcipuè obſeruātur. Tēdines enim muſcu
lorū,qui ex cubito ad digitos procedūt,mēbranulis proprijs obtegūtur, & potiſſimùm ea ten
dinū portio,quę in brachialis ſinu,& manus uola,ad digitorū uſq; radices habetur. Cæterùm
hę mēbranæ à tēdinibus,ipſiſq; muſculorū peculiaribus mēbranis potiùs,quàm ab oſſe prin-
cipiū ducunt,unde etiā membranarū ordini nō ineptè aſſcribūtur. Quandoquidē ſi huius ge-
neris mēbranas inter Ligamenta cū Galeno enumerauerimus,reliquæ propemodū corporis
mēbranæ huc quoq; referentur,quoniā quibuſdā obducūtur corporibus,& uelut uincula eo-
rū exiſtunt.Eſſent autē ex harum numero,peritonæū præcipuè,mēbrana coſtas ſuccingēs,in-
terſepientes thoracis cauitatē mēbranę,dura cerebri mēbrana, unà cū omnibus,quos educūt,
proceſſibus.Nō enim minùs hæ mēbranæ ab oſſibus,quàm cætera ligamēta,enaſci cōſpiciun
tur,& interim in ſe aliquid colligāt,continent,et amplexantur,proximiſq; oſſibus aſtabiliunt.
Quartus etiā ligamentorū uſus haberi poterit, quo ſepti alicuius ac interſtitij uice illa muſcu-
los intercedūt,& muſculis durū oſſis modo renixū præbēt,cuius notæ[r] ligamentū illud profe
ctò eſt,quod inter ulnā radiūq; ſecundùm cubiti longitudinē porrectum muſculos internam
cubiti ſedē occupātes ab exterioribus interdiuidit. Deinde quū muſculi huic ligamento atten-
ſi,ut os ipſis concreditū moueāt,in ſe contrahuntur,tūc ligamentū id ipſis firmamentū offert,
abſq; quo nō æquè ualida eorundē fieret functio.Huius etiā generis[s] illud eſt,quod tibiæ fibu
lam mēbranæ cuiuſdā ualidioris ritu,ubi inuicē oſſa hęc dehiſcūt, connectit,poſtmodū pręter
ligamentū ſpinarum interuallū occupās,& dextros muſculos à ſiniſtris dirimēs.his quoq; ad-
numerari poſſent mēbranæ,quæ pubis oſſiū foramina occupāt,muſculoſq; anteriori forami-
nū ſedi attenſos ab illis,qui poſteriori cōmittuntur,quaſi oſſis modo diſcernūt.[u] At quintus li
gamentorū uſus neutiquā infimus eſt,in huius enim ordinē ea ligamentorū portio reponen-
da uenit,quæ muſculi conſtitutionē ingreditur,muſculoq; nō infimā ſubſtantiā ſuppetit. Qua
autē ratione ſerieq; id fiat,ſequenti Capite,quod muſculorū conſtructionē enarrabit,opportu
niùs proſequemur. Hîc uerò ſuffecerit addidiſſe,muſculū etiā ad oſſiū cartilaginūq; colligatio
nē plurimū auxiliari,quia capite ſuo ex uno oſſe, aut cartilagine principiū ducit, & ipſius fine
in aliud

*Lib.8 de Vſu par.*

*Ligamenta aut mēbranæ ſinibus obductæ, ad quos muſculi reflectuntur.*

*Ligamenta, oſſium acetabula augentia.*

*Li.2 de Admi.ſectio.*

*Vſus ligamētorum, quæ inſtar propugnaculi ſunt.*

*Lib.1 de Admi.diſſect.*

*Ligamentorum uſus, quæ inſtar interſtitij ſunt.*

*Ligamentorum uſus, quo muſculi conſtructionem ſubeunt.*

*Quæ ligamenta unicum tantùm præſtant uſum, quæ plures.*

*h fi.cap.30 K.* — *i 12 fig.li.7 B,D,c,d,H, I.* — *k 10 fi.li.7 E,F,G,H.* — *l 9 fi.lib.7 H, aut E ad H.* — *m ſpectant tabulæ α,β,γ.dein 13 ta. ſ,t,u,x,y,z.* — *n 1 fig.ca.29 lib.1 T.* — *o 8 ta.Θ,Λ.* — *p 8 fi.cap.31.lib.1* — *q 4 tabulæ manus uola.* — *Has oſtendunt priores figuræ 5,6,7 librorum.* — *r 7 tab.V. dein S,T.* — *s huius ca. fi.a.* — *t 14 ta.b,b.* — *u Q,R.& 1 fi.ca.2.C.*



in aliud os, uel cartilaginem implantatur. Atque hac ratione ligamentorum uſus commiſcerē
promptū erit. Sunt enim primi duntaxat uſus omnia,quæ femoris os coxendicis oſsi, & tibiā
femori colligant.nullum enim aliud homini quàm colligandi officium præſtant, niſi etiam for-
ſitan aliquis tertio ligamentorum uſu, ipſa oſsibus obduci aſſereret. Secundi duntaxat uſus
nullum reperies,quū omnia tertio uſu inſtar propugnaculi,aut ab oſſis iniuria uindicis inſtar,
tendinibus ſint. Verùm ex his reperies nonnulla, quæ aliud nullum beneficium, quàm ſe-
cundi & tertij uſus conferunt,neque oſſa aut cartilagines inuicem nectunt, qualia omnia ſunt,
quæ uni ſolummodo oſsi propria continuá ue cenſentur.ut[x] quatuor illa, quæ in externa cu-
biti ſede,radij appendici aſſcribuntur, &[y] unum ulnæ proprium, deinde præter cætera huius
generis quædam ad calcis os ſpectant,quemadmodum ſuo loco diffuſe explicabitur.Alia ex ſe
cundi uſus ligamentis,etiā primi ligamentorū uſus uicem ſupplent,tendinē nanq;,quem tranſ-
mittunt,tuentur,& etiam oſſa inuicem ligant,ſuntq; illa,quæ duobus oſſibus communia con-
ſpiciuntur,ex uno oſſe in aliud pronata,ut[a] illud ſex tranſuerſorum cubiti ligamentorū, quod
radio & ulnæ commune dicemus.deinde tranſuerſum quoq;[b] ligamentum, anteriorē tibiæ ſe-
dem iuxta pedem occupans,& ad fibulam tibiamq; relatum,quod duo illa oſſa colligās, pluri-
mos etiam tendines unà tranſmittit.Præterea & tranſuerſum internæ[c] brachialis ſedis ligamen
tum,pluribus quoq; oſsibus commune exiſtit. Tertij duntaxat uſus illa ſunt,quæ tendinibus
ſecundùm ipſorum longitudinem obuoluuntur,niſi etiam primi uſus ſint, quòd tendines uici-
nis ſedibus commiſſos ſeruent,aut ligent.Quanquam rurſus ex his quędam & quinti uſus uicē
gerant,[d] quandoquidem mucoſæ membranę tendinibus tertium quatuor digitorū os flecten
tibus,in brachiali & uola obductę,etiam muſculis gracilibus quatuor digitos pollici adducen
tib.principiū prębent.In quinti ſolūmodo uſus numero propemodū habēdæ ſunt[e] mēbranę,
in pubis oſsium foraminibus obuiæ. Id autem quod in[f] cubito &[g] tibia habetur, etiam primi
uſus ligamentum exiſtit, quum & ad oſſium connexum egregiè auxilietur. Quamuis etiam
hæc omnia & ad quinti uſus ligamentorum claſſem reij ci poſſent,quòd non obſcurè etiam mu
ſculis principiū porrigant.Qui enim internam & externam pubis oſsis foraminis ſedem obtē
gunt muſculi,ab illius quoq; foraminis membrana partim enaſci dicentur, uti etiam ab eiuſmo
di ligamento in tibia nōnulli muſculi originis portionem aſſumunt.Porrò uti neq; ligamento-
rum uſus idem eſt,& plures inter ligamenta eius gratia conſurgunt differentiæ,ita quoq; in or
tu illa uariant,quum alia è ſolis cartilaginibus principium ducant, ut laryngis ligamenta, alia à
ſolis oſsibus,ut genu,cubiti,humeri,& reliqua ferè corporis ligamenta.Alia autem & cartilagi
ni & oſsi communia ſunt,ut quæ pectoris os illi inſinuatis cartilaginibus adnectunt. Pari ra-
tione quædam ligamenta ſolas nectunt cartilagines, ut laryngis, naſiq; cartilaginum ligamen-
ta,quædam oſſa duntaxat,ut humeri, coxendicis,genu,& reliquorū ferè articulorum ligamen-
ta.Quædam cartilaginem oſsi committunt,in quorum numero ſunt ligamenta, coſtarum car
tilagines pectoris oſſi nectentia.Alia aliam partem quampiam oſsi aut cartilagini committunt,
ut corporis membranæ ad unam ferè omnes, atq; hæc ſemper duabus partibus ſunt commu-
nia.Alia uerò uni duntaxat oſsi priuata cenſentur,ut ſex cubiti exteriorum ligamentorum,quæ
tranſuerſim ducuntur quinq;.nam primum quod ulnæ radioq; commune eſt, non ad unicum
tantum os referetur.Inſuper & quæ pubis oſsium foramina opplent membranæ, huc quoque
ſpectant,ſi modò illæ(quum non ligent)in ligamentorum numero habeantur.Subſtantia de-
mū alia conſtant molliori,magiſq; membranea,ut omnia ferè quę in orbem articulos ambiunt,
quanquam in illis rurſus quædam ſit differentia.Digitorum enim internodia mollius ambit li
gamentum,quàm humeri articulum,et huius denuo duritiem, coxēdicis articuli ligamentum
longè ſuperat.Alia autem dura ſunt,mediamq; inter ligamenta, quæ articulos ambire dixi, &
cartilagines,naturam ſortiuntur,unde etiam Græci hæc νευροχονδρώδη σύνδεσμα, quaſi ligamenta
cartilaginea dicas,appellant.Huius generis omnia propemodum ſunt,quæ extrinſecus articu
lis non obtenduntur,ſed inter oſſa ipſa latitant,quale illud eſt[h] quod ex medio capitis femoris
in coxendicis acetabulum fertur,&[i] ea quæ uertebrarum corpora intercedunt,&[k] id quod ex
media tibiæ ſede,quà hæc femur reſpicit,inter femoris capita ducitur, &[l] quædam malleolos
talo nectentia, & quod ſacrum os iliumq; oſſa interuenit, & generatim omnia, quæ inter oſſa
ſedem habent. Vnde etiam & ſitu ligamenta inter ſe pugnant,quū alia extrinſecus oſsibus ob-
ducantur,ut molliora illa. Alia autem inter ipſa oſſa,ubi ſe inuicem reſpiciūt, continguntq;,ſi-
tuentur,quemadmodum cartilaginea propemodum uniuerſa. A forma quoq; ligamenta diffe
rentiam mutuantur,ſunt enim quædam prorſus lata,membranea & tenuia,uti illud, quod ſe-
cundùm cubiti longitudinem inter ulnam radium'que conſpicimus,& illud quod pari modo
inter fibulam & tibiam,ubi hæc mutuò dehiſcunt,obſeruatur,& etiam pleraq; in orbem articu

*x 2 ta.cha. 3,4,5,6.* — *y 2 ta.charact.2.* — *a 2 tabu.1.* — *b 2 tab.Δ.* — *c 4 tab.θ.* — *d uide 6 tabulæ γ,ſ.& 7 tabu.d,f.* — *e 14 tabulæ b,b.* — *f 7 tab.V.* — *g a.* — *h O.* — *i fi.cap.14 li.1 R.* — *k X.* — *l f,g.*

*Ligamentorum differentiæ.*

*Ab uſu.*

*Ab ortu.*

*A partibus quas connectunt.*

*A partibus quib. committuntur.*

*A ſubſtātia.*

*A ſitu.*

*A forma.*

los circundantia, eaq; tandem omnia, quæ tendinibus musculis que obuoluuntur. Alia autem crassa sunt, & ex his quædã teretia, ut[m] ligamentũ ex dente secũdæ ceruicis uertebræ, in occipitis os procedens, &[n] id quoq; quod transuersim denti obducitur, ac primę uertebræ est peculiare, deinde &[o] ligamentum femoris caput coxendicis ossi committens, quod in articuli medio locatum teres etiam uisitur. Alia ampla lataq; sunt, ut tertium peculiariũ humeri articuli ligamentorum, præter membraneum quoddam, in orbem articulum ambiens. Insuper genu articuli peculiaria omnia, crassa quidem sunt, non tamen prorsus teretia, ut & cartilaginea illa talum tibiæ & fibulæ colligantia. Rursus quædam continua, & nullo foramine peruia cernuntur, ut ligamentorum maxima multitudo, [q] quædam uerò aliquid transmissura perforantur, ut ligamenta anuli modo tendines transmittentia, & membrana pubis ossis foraminum, neruo cum uena & arteria uiam præbens, ut & membraneum ligamentum inter tibiæ os & fibulam consistens. Quàm iustè uerò hæc singula rerum Conditor distribuerit, seorsum semper in propriis Capitibus recensere conabor, ubi perpetuò, si quid peculiariter alicui ligamento in colore, substantia, forma, eiusq; generis differentijs obtigerit, subiungam. Commune autem omnibus est, quòd obtuso admodum sensu (nollem enim dicere nullo) participent, ne propter crebrum frequentemq; motum, & continuũ affrictum dolore uexentur. Qua etiam ferè ratione (quum scilicet natura sicca sunt) ne ocyus exsiccentur, ligamenta quæ articulis sunt peculiaria, mucoso quodam lentoq; humore, ut & articulorum cartilagines, oblinuntur. Cuius sanè naturam accuratissimè, si non ob aliud, saltem ad luxatorum restitutionem perdiscere debemus. Quod quum aliàs non semel, tum etiam in Libro de Articulis Diuus Hippocrates nobis insinuauit, quum macilentos non natura, neq; debita arte redditos, eiusmodi humore ob excrementicios, qui ipsis colliguntur, succos abundare docuit. Præter hoc, quòd rerũ Opifex unctuosum hunc humorem instar olei ossium, quà inuicem coarctantur, cartilaginibus oblinit, ut huius beneficio, promptè mobilis simul & attritu contumax articulus redderetur.

*m figu. 30 cap. I.*
*n eiusdem fi. H.*
*o 2 fi. cap. 49 P.*
*p 15 fi. V.*

*Ligamentis communia.*

*Viscidus ligamentorum humor.*

## QVID MVSCVLVS. CAPVT II.

PRAESENTI *figura musculi structuræ ratio, qua omnes ferè dissectionis proceres musculum formari tradunt, ut cunque exprimitur. Quod enim inter* Φ *&* Ω *continetur, nerui cuiusdam est portio suprà infraq; abtruncata: uerùm hæc characterum indice opportunius explicabuntur.*

Φ, Ω.



PRIMA SECVNDI CAPITIS FIGVRA.

- *A Nerui in plures surculos distribuendi portio.*
- *B Nerui A notati soboles musculi constitutionem subiens.*
- *C Ligamentum quod ab osse ad musculum constituendum pronascitur.*
- *D Ligamenti & nerui ad musculum efformandum congressus, ac prima in fibras distributio, musculiq; caput.*
- *E Sedes qua fibrarum maxima est diuisio, & qua musculi uenter consistit.*
- *F Diuisionis fibrarum concursus commixtioq;, & tendinis musculi initium.*
- *G Tendinis pars, quæ mouendo ossi inseritur.*

SEQVENTEM *paginã occupans figura musculorũ humeri os, & cubiti ossa, & extremã summæ manus sedẽ ambientiũ fibras à carne liberas cõmonstrat, unà cũ quarto brachiũ adeuntiũ neruo, ut hic quàm fieri posset, cõmodissimè musculi fabricæ natura oculis subijceretur.*

- *H Humeri ossis caput, quod scapulæ articulatur.*
- *I Quartus brachium petens neruus.*
- *K Principium musculi cubitum extendentis, qui ab humeri capitis radice exoritur.*
- *L Principium alterius cubitũ extendentis musculi, qui ab humiliori scapulæ costa pronascitur.*
- *M Sedes qua quartus brachium accedens neruus, duobus cubitum extendentibus musculis propagines offert.*
- *N Cubitum extendentiũ musculorum finis, seu eorundem in posteriorẽ ulnæ processum insertio.*

O *Posterioris*



- *O Posterioris ulnæ processus pars, quæ ex carnis perpetuò cernitur.*
- *P Quartus brachium petens neruus inibi cõspicuus, quà posteriore sedi exterioris tuberculi humeri innititur, ac musculis hinc ab humero principium ducẽtibus ramos offert.*
- *Q Initium est cubitum flectentium musculorum posterioris.*
- *R Caput oblongi musculi, qui radij appendici iuxta brachiale insertus, radium in pronum ducit.*
- *S Musculus bicorni tendine brachiale extendens.*
- *T Musculus brachiale extẽdentiũ alter, qui è regione minimi digiti postbrachiali implantatur.*
- *V Musculus ulnæ exporrectus, & brachiale flectens.*
- *X Musculus indicem, medium & anularem extendens.*
- *Y Musculus quo minimum digitum præcipuè extendi docebo.*
- *Z Carnea pars eius musculi, qui in tres deductus tẽdines, unum brachialis ossi pollicem sustinenti inserit, secundum primo pollicis ossi, tertium secundo pollicis ossi & tertio.*
- *a Musculus cuius beneficio pollex indici adducitur.*



SECVNDA FIGVRA.

MVSCVLVM motus uoluntarij, ex nostroq; arbitratu pẽdentis proprium esse instrumentum, omnibus concessum uidetur dissectionis proceribus, atq; ab omnibus idem musculi cõstructionis modus enarratur. Qui equidem probabilis apparet, ac magnum Conditoris nostri artificium commonstrat, attamen quum in paucissimis musculis, aut potius in nullis illum obseruem, secus propemodum atq; illi, de musculorum cõstructione sentire cogor. Quæ autem omnium ferè sit sententia, nunc quàm potero breuissimè, & simul explicatissimè subijciam, eorum placita in continuam orationis seriem, quæ ueritati proximè sit consona, & quæ eorum sententiam clarius edoceat, congesturus. Definiunt itaque musculum, partem esse instrumentalem ex neruo, ligamento, carne, uenis, & arterijs confabricatam, motusq; uoluntarij peculiare organum, in cuius fabrica ad hunc ferè modum Naturæ opus recensent. Musculum sanè huiusmodi instrumentum efformari operæpretium erat, si demum ipsius ope membra, & grauiora ossa motu arbitrario moueri oportebat. Quum bina enim corpora sint similaria, quibus in præsenti sermone (qui de musculi constitutione est) indigemus, ligamentum scilicet, & neruus sua propria uoce dictus, ligamentum uerò sit durum, neruus autem mollis, miranda Creatoris est industria, qui in singulis motui uoluntario præfectis partibus, utroq; utitur, neq; in ligamenti locum neruum aliquando transponẽs, neq; in nerui regionem ligamentum. Concessum enim est omnibus, neque durum ad sensum (utpote quod non facilè afficiatur) neq; molle ad motum (quum imbecillius sit) esse idoneum. Ergo neque per neruos solos mouetur aliqua particula, neque per ligamenta. Neruus enim sensitiuus quidem est, quatenus mollis: inualidior autem, quàm ut moueret, & transferret totum membrum. Ligamentũ uerò tutò quidem colligare, & interim membrorum motibus nõ obstare

*Quid musculus, ipsiusq; cõpositionis ratio secundũ aliorum anatomes Procerũ sententiam.*

*Ligamenti et nerui in musculo necessitas.*

*Hæc ex prima figura seriatim petes.*

ſtare poterat, ipſum tamen motus uoluntarij organum per ſe nequiuit produci, quum originẽ ex oſſe aut cartilagine, nõ autem nerui modo, ex uoluntarij motus fonte obtineat. Nemo enim ambigit huiuſmodi fontis ſeu principij corpus molle oportuiſſe fieri, quando quidem neq; ex molli perfectè durum, neq; ex duro molle quicquam enaſci poſsibile eſt. Propter has igitur neceſsitates Natura neq; ſolis ligamentis uti ad motus uoluntarios potuit, quoniam neque ſenſu, neq; motu prædita ſunt, ut quæ animæ principatus ſedi non continuentur. neq; neruis etiã ſolis utendum fuerat, cùm hi propter mollitiem tenuitatemq; transferre tam magna pondera minimè ualerent. Permixtum igitur ex ambobus oportebat aliquod creari motus organũ, quod omnino neruo eſſet durius, & ligamento mollius, & ideo quoq; participare ſenſu, minus quidẽ quàm neruus, magis autem quàm ligamentum. Inſuper decuit & id quoq; in medio roboris et imbecillitatis, aliorumq; contrariorum, quæ ligamentis & neruis inſunt, exiſtere. Atq; hac occaſione motus inſtrumentum, utriſq; ipſum componentibus ſubſtantijs cõmunicat, non tamen exactè alteram, neq; ſolam, neq; eam impermixtã obtinet, ſed ex ambabus cõmiſcetur. Verùm quum nihil alicui per totum confundi poteſt, non confractum prius in minimas particulas, neceſſarium fuit utrunq;, neruum uidelicet & ligamentũ, in fibras tenues diſcindi, deinde ſibi inuicem eas copulari ad uoluntarij motus organi generationem. Perficitur enim nerui ac ligamenti in fibras diſtributio in hũc modum. Neruus accedit ligamentum, ac ſimul cõmixta in fibras duas quodam modo digeruntur, illæ rurſus ſingulæ in alias, & hæ iterum in plures tantiſper diuiduntur, donec in tenuiſsimas membraneasq; fibras procedant. poſtquam hę ad extremum diffuſionis peruenere, rurſus ut diuiſæ fuerunt, mutuo concurſu coaleſcentes, & commixtæ in unum colliguntur. Et quemadmodum[a] prima diuiſio muſculi caput conſtituebat, ita hæc[b] poſtrema collectio finem muſculi efformat, quem Græci ἀπονεύρωσιν, quaſi eneruationem dixeris, et ut nos quoq; tendinẽ muſculorum, appellant.[c] Medium uerò, in quo diuiſionis ſeries cõſiſtit, muſculi uentrem nuncupamus, ſimilitudinem à mure, & lacerta, & piſcis muſculi, aut alioquin communi piſciũ forma mutuantes. Muſculi nanq; ſeu lacerti caput, muris lacertæq; capiti conferimus, tendinem autem caudę, & uentrẽ uentri. Cęterùm ſi Natura ſolummodo ita neruum & ligamentũ diuiſiſſet, nec medias regiones, fibrarumq; interſtitia molli infarſiſſet ſubſtantia, quæ fibris, thori ac texturæ alicuius, & firmę ſedis loco eſſet, haudquaquã muſculi uel tantillo temporis ſpacio fibras illas infractas incorruptasq; ſeruarent. Eſt autem ſedes ea ac thorus, ſimplex caro fibris obducta, quę nõ aliter fibris cõmittitur, quàm in calathis aliſq; piſcellis, in quibus lacharum rerum periti coagulant. Finge igitur fibras ex neruo & ligamento diffuſas, iuncis reſpondere, lacti uerò ipſi ſanguinem, et caſeo carnem proportionari, nam ut ille ex lacte, ita hæc ex ſanguine paratur. Quanquam tanto ueriorem tibi confinges imaginem, quo per caſeum plures crebrioresq; iuncos funiculoſue porrectos, & nõ ſolum ad caſei latera attenſos imaginatus fueris. Ne autem caro hæc, reliquaq; muſculi ſubſtantia, ſanguine nutrimentoq; indiga relinqueretur, & ſuus innatus calor non refocillaretur, uenas ac arterias, tanquam riuulos quoſdam muſculis immiſceri fuit neceſſarium. Deinde quoq; membranam uniuerſum muſculi corpus integentem à ligamentis, quæ muſculi caput & finem oſsibus committunt, produci oportebat. Commemorata iam muſculi conſtructio, ad amuſſim nulli prorſus conuenit muſculo, quũ nullum in uniuerſo corpore adinuenias, qui parem ligamenti, ſeu ex oſſe aut cartilagine exortus ſui, & nerui portionem ſibi aſſumat. Quod ſanè innuebat Galenus, quũ Muſculum inter ligamentũ & neruum natura medium eſſe aſſereret, alibi tamen animaduertens non parem nerui portionẽ, ligamenti portioni in quibuſdam muſculis miſceri. Nam ut cæteros taceam,[d] tendo poſteriorem in calcis ſedem inſertus, ſolus craſsior eſt[e] quatuor femur petentium neruorũ radicibus, utcunq; eas ſimul collegeris. Deinde ſi nunc omnes tibiæ inſertos tendines ac reliquos pedis oſſa accedentes perpenderis, quę nunc cum tendine illo, in calcem inſerto erit proportio, ut illa ſcilicet mediam tendinũ portionẽ neruo, & mediam ligamento formari oſtendat? Profectò ſi tendines neruis hîc comparabuntur, neutiquã nonageſimam tendinũ portionem neruis conſtare fatebimur. Deinde ſi fortaſsis aliquis muſculus parẽ ligamenti & nerui portionẽ ſibi uendicare reperiretur, eſſet profectò[f] temporalis, &[g] ſeptum tranſuerſum, quippe in hoc[h] duo ſatis inſignes nerui implantantur, illum uerò etiã[i] quinq; neruorũ propagines adire docebo, quamuis interim in neutro ne trigecupla nerui cum ligamẽto uideatur proportio. Sed quid tantopere Galeni præcepta tanquam oracula ſubuerentes, & ipſius libros de Muſculorũ motu exoſculantes, de illis dicemus muſculis, qui latiſsimo oriuntur principio, ac ſenſim in anguſtũ uerſus ipſorũ inſertionẽ deſinunt? cuiuſmodi inter reliquos brachiũ[k] attollens eſt, deinde is qui brachiũ pectori admouet, & femoris motibus famulantes propemodũ omnes, in quorum exortibus neruũ, qui ut Galenus cenſet, cum ligamento diffundi poſsit, confingere nequimus.

*Muſculi natura inter ligamentum & neruũ eſſe medium.*

*Ligamẽti & nerui permixtio.*

*Muſculi caput. Finis ſeu cauda & tendo. Venter.*

*Cárnis in muſculo uſus.*

*Venæ ac arteriæ in muſculo neceſsitas. Muſculi mẽbrana.*

*Muſculum non æquè nerui, ac ligamẽti natura participare. Li. 1 de Motu muſculorũ.*

a 1 fi. D.
b 1 fi. F.
c 1 fi. E.

d 14 ta. ten do muſculorum n, o, q.
e 2 fig. cap. u li. 4 cha. 57, 60, 66, 71, licet uera proportio ex neruorum tabulis, ut neq; uenarũ, peti nequeat.
f 4 ta. r
g 7 ta. Δ.
b 2, 3 fi. ca. u li. 4 n.
i 2 fi. ca. 2. li. 4 Ω, B, b, c, d.
k 4 ta. Ξ. 10 ta. Δ.
l 3 ta. Δ.



mus. Nam ſtatim in eiuſmodi muſculorũ origine multò maior fibrarũ eſt copia, quàm in muſculi reliqua parte, ſi quidem in illis muſculis, & præcipuè qui femoris motibus præſunt, fibræ ab ipſo ortu nõ amplius in plures diuiduntur, imò ſenſim ad inſertionẽ properantes inuicẽ colliguntur, muſculos triangularis figuræ efformantes. Vnde etiã conſpicuũ euadit, ſi modò illa, quam Anatomici proponunt, nerui ac ligamẽti diuiſio cõmixtioq; in muſculis fieri oporteret, ſingulis fibris in ortu neruulũ debere miſceri, quod neutiq; accidere ipſa neruorũ ſeries cõmonſtrat. Quandoquidẽ in pleriſq; muſculis duntaxat neruulum admodum gracilem, neq; magis quàm uenã diuiſum, ad ſuperficiem muſculi nunc interiorẽ nunc exteriorẽ, uenę ac arteriæ modo exporrigi, membranæq; muſculi adhærere conſpicies, neutiq; autem in fibras per muſculi ſubſtantiam diffundi. Quod inter pleroſq; corporis muſculos in[m] illis liquidò condiſces, qui ab ilium oſſe femoris os accedunt. ex quibus etiã quoſdam reperias, quorũ ne ſuperficiei quidem neruus, uti neq; uena & arteria, uix ut contiguus omnino ſit, attendatur. Neq; id hîc ſolum obſeruabis, imò etiã in quadrato[n] muſculo radiũ in pronum mouente, cui nunq; neruum, uenam & arteriam exporrigi intuitus ſum: præter illos neruos, uenas ac arterias, quæ cum tendinibus digitos flectentib. ad extremã manum prorepunt, quæ etſi à muſculo illo nõ multum diſtent, ipſum tamen nõ contingunt. Adde neq; neruulũ obſeruari inſertum in graciles[o] muſculos, qui quatuor digitos oblique pollici adducunt, ut neq; in[p] illos, qui primi quatuor digitorũ oſsis flexionibus præſunt. Adiunge præter hos, abdominis etiã[q] muſculos (quos prius, quia omnibus notiores ſunt, recenſere decuerat) nullam nerui cum ligamento proportionẽ oſtendere, quum nequaq; in ſingulis muſculorũ, qui obliquè & tranſuerſim fibras porrigũt, principiorũ ſedib. neruus implantetur, et quoniã ipſorũ eneruatio ſeu tendo multò latior ſit, q; muſculorũ origo. Non eſt itaq; muſculus inter ligamentum & neruũ natura medius, neq; etiã illa, quã imaginantur, ligamẽti & nerui fit cõmixtio. Nam etſi fortè neruũ in muſculi alicuius caput inſeri animad uerſurus ſis, nunq; ſanè nerui ſoboles ligamẽti fibrarũ modo, ad tendinis uſq; principiũ diffundi, aut aliquo pacto ligamenti fibris uniri, uereq; permiſceri reperies. Neque id profectò in ullo muſculo perpendes facilius, q; in illis[r] qui ab interno humeri tuberculo principiũ capiunt. illorum etenim capita ſunt acuta, & neruorũ inſertiones in ipſorum ſubſtantia, nõ ſolum autem in ſuperficie adipiſcuntur. Atq; id etiã in[s] illo animaduertes, qui à fibulę ſuperiori appendice principiũ ſumens, ad pedem prorepit, ſic & in[t] illis, qui ab inferioribus femoris capitũ radicibus ad calcem feruntur. Non enim omnes muſculi, nerui implantationẽ (etiã ſi quando in ipſorũ ſubſtantiã neruus porrigitur) in capitis exortu adipiſcunt. ſed ſubinde multò inferiùs, q; caput habetur, & in medio ſui quodãmodo ductus & longitudinis, quod[u] anterior flectentiũ cubitum muſculorũ oſtendit, nerui primùm[x] propaginẽ aſſumens, ubi duo ipſius capita in unũ coëunt. Idem in nõnullis femoris os amplexantibus obſeruatur, & in abdominis muſculis, & pleriſq; qui in collo habentur, & in omnibus ferè qui coſtis inſternũtur. Verùm utcunque nerui, uel in muſculi ſubſtantiã ſeſe inſinuent, ſiue ipſius tantũ ſuperficiei attẽdantur, ferè ſemper ſua ſerie & propaginibus, ſecundùm muſculi ductũ porrigũntur. Rurſus tendo elixus neq; ſapore, neq; colore, neq; ſubſtantia à ligamento uariat, niſi fortaſſis illum molliorẽ, nõ quidem omnibus ligamentis, ſed tantũ quibuſdam eſſe quis contenderet. utut tamen ſit, tendo muſculi capitis molliciei nequaq; cedit, quãuis id ſtatim in ortu purũ eſſe ligamentũ, nemo inficias ire poſſit. Neque etiã mirandũ eſſet, tendinẽ ligamento oſſa colligãti ut plurimùm molliorem, minusq; cartilagineũ eſſe, cùm ligamentorũ, quæ oſſa mutuò colligant, in duritie eadẽ nõ ſit ratio. Adde etiã, tendinẽ elixũ cum neruo nõ proportionari, hic enim elixus aut crudus, ſi per tranſuerſum diuidatur, ex multis quaſi funiculis conſtructus apparebit nõ aliter, q; ſi chordam aliquã craſſiorẽ diuiſiſſes. tendo autẽ ſolidior, & ut ligamentũ ſimilaris magis, cõtinuusq; uiſetur, præcipuè ſi craſſum aliquẽ tendinẽ ex illis, qui pedẽ aut tibiã, aut extremã manum adeunt, examini adhibueris. In latis enim & quodãmodo membraneis tendinibus ſeries fibrarũ eſt manifeſtior, quo etiã nomine à ueris membranis inter diſſecandũ diſtinguũtur,[y] quemadmodũ in peritonæi cum obliquorũ & tranſuerſorũ abdominis muſculorũ neruoſis tenuitatibus collatione eſt cernere. Et quamuis id in quouis animãte inter edendũ intueri integrũ ſit, in bubula tamẽ carne id feceris aptiſſimè, cùm pars aliqua menſæ apponetur, quã inſignis perreptat neruus, qui plerunq; cum uena & arteria inter glandulas conſpici conſueuit. Inuẽto neruo nunq; tendo deeſſe poterit, qui modò propoſita nõ edoceat. Deinde id, quo alij tendinẽ neruo miſceri, atq; ex ligamẽto & neruo equaliter, aut plus minus confuſis fieri, maximè probare contendũt, priusq; num ita, ut illi proponũt, res ſe haberet, perpẽdendũ erat, priuſq; aliquid inferrẽt. Dicũt nanq; tendinẽ capite muſculi ob id craſſiorẽ eſſe, quòd is non capitis ſolũ muſculi ſubſtantia, ſed & neruo quoq; cõſtet.[a] Quaſi uerò quis rectè dicere poſſit, exortus muſculorũ ſurę ſimul collectos, quod ad neruea

*Neruum ſingulis muſculis, ut alijs diſſectionum profeſſoribus uiſum fuit non miſceri.*

*Omnium muſculorum capitib. neruos nõ inſeri, aut alioquin attendi, etiam ſi aliàs ipſorũ ſubſtantiæ neruus inſeratur.*

*Tendinem ligamento, non autẽ neruo reſpondere.*

*Exacme muſculi caput, tendine nõ ſemper eſſe tenuius.*

m 9 tab. n. 10 tab. Σ. 11 ta. Σ.
n 7 tab. X.
o 6 tab. ſ. 7 ta. d.
p 8 ta. Δ.
q ſeriatim abdominis regio 3, 4, 5, 6 tabularum.
r 3 ta. n. A. m. & 9 ta. q.
s 6 ta. Φ.
t 11 ta. Φ. r. u.
u 6 ta. Θ. x 2 fig. cap. uli. 4, 5, 5.
x 2 fig. cap. uli. 4, 5, 5.
y cõfer abdomen 6 tabulæ cum abdomine 1 figuræli. 5.
a collige id ex 14 ta. n, o, q.

attinet ſubſtantiam,minores eſſe illorum muſculorū tendine,qui calci inſeritur.aut quaſi[h] brachium attollens muſculus,pauciores fibras in ortu haberet,quàm ipſarum collectio ad inſertionem oſtendit.Erat itaque id prius probandum,quàm falſa concluſio inducenda.Quemadmodum & hæc quoque inefficax aſſumptio eſt,tendo ſenſu exactiſſimo participat, neruo igitur & ligamento conſtat.Quaſi uerò muſculorum capita,& præcipuè ligamentoſa,& prorſus excarnea,minus ipſis tendinibus ſentiendi ui pollerēt,& læſa conuulſionis periculum minus,quàm tendines inducerent,etiam ſi capitibus mox in exortu neruus non inferatur, ſed tantum attenſus occurrat,iſq; etiam ſubinde notabili interuallo à capite remotus.Hac occaſione & huiuſmodi pluribus,quas recenſere prolixū foret,efficitur, ut aſſerere cogar nullam prorſus aliam nerui in muſculos,quàm uenæ & arteriæ diſtributionem eſſe,& pari etiam ratione neruum,qua uenam arteriamq; muſculum accedere. Neque ullam aliam in uena arteriaq; cum neruo differentiam ſtatuo,quàm quòd ad finem ſeu inſertionem muſculi neruus nunquam,ut aliquando illa uaſa,implantetur,quanquā etiam pauciſſimos prorſus muſculos eius generis enumerare poſſimus. Sunt autem inter alios[c] recti abdominis,qui & à uenis & arterijs ſub pectoris oſſe deorſum deductis, ramulos aſſumunt,&[d] temporalis etiam ab inferioribus ſuis ſedibus[e] uaſa admittit,quum is tamen interim ex elatioribus principium deducat. Præterea ut uena nutriendo muſculo ſubſeruit,& arteria ipſius innatum calorem recreat,ita quoq; neruum animalem ſpiritum continuè ipſi deferre,neruumq; illo ſpiritu muſculum nunquam indigum relinquere arbitror,ut neq; uena alimento muſculum deſtituit.Deinde ſpiritus animalis ui, & debitæ peculiariſq; muſculi conſtructionis gratia,muſculum contrahi laxariq; ſentio, neq; aliter ſuo munere fungi,quàm oculum,reliquaq; ſenſuum organa.quæ ſingula propriam ſingularemq; fabricam obtinent,& animali ſpiritu(quē per neruos cerebrū ipſis porrigit)imbuta,ſuis funguntur munijs.Nō enim alius animalis ſpiritus oculo,aut linguæ aut auditus organo,quàm muſculis diffunditur. Verùm ſuæ conſtructionis ratione,& accedente ſpiritu, oculus uidet, lingua guſtat,auditus organum ſonos percipit,& ſanè muſculus ipſe uoluntarijs motibus præeſt. Atq; hac etiam ratione omnia,quibus neruus attenditur,ſentiendi ui pollent, niſi propria eorū ſubſtantia id prohibeat.Ceterùm ut quamplurimos muſculos arteria non contingit,quorundam autem ſuperficiei tantū attenditur,& aliquando adnaſcitur,interdum uerò etiam in muſculorū ſubſtantiā penitius ramos exporrigit,& interim omniū calorē temperat,tam eorū ſcilicet quos nō proximè contingit,ꝙ illorū quorū ſuperficiei adnaſcitur, ac penitius in ipſorū ſubſtantiam diffunditur,ita profectò & neruis uſu uenit,qui ſuam facultatē tam illis muſculis exporrigunt, quibus uix attenduntur,ꝙ quorū ſuperficiei adnaſcuntur,& in quorū ſubſtantiā aliqua ramorū ſerie digerūtur.Quanquā neruos propinquius uenis ꝙ arterijs aſſimilare queas. Pauciores enim muſculi uenę,ꝙ arteriarū attactu inſertioneq; deſtituūtur,licet etiā quoſdā prius recenſuerim,quos neq; neruo,neq; uena contingi obſeruabis,qui nihilominus interim, ut neq; alimēto & uitali facultate,ita quoq; ſpiritu animali nō priuātur.Eſt itaq; muſculus,uoluntarij motus inſtrumentū,uti oculus uiſus,& lingua guſtus,ex ligamēti natura in fibras cōplures diuiſa,& carne has cōtinente firmanteq; fabricatū,uenarū,arteriarū & neruorū ſurculos in ſe interdū aſſumēs,ac neruorū beneficio animali ſpiritu nunq;,dū ſanū eſt animal, deſtitutū. Atq; hanc carnē, pręcipuū motus organū eſſe exiſtimo,& nequaq; duntaxat fibrarū thorū & fulcimentū.perinde ſanè,ac cerebri,cordis,iecoris,pulmonū,lienis,renū & uentriculi propriā ſubſtantiā,primariū ſuarū functionū autorē eſſe ſuo loco dicemus.Quòd uerò muſculorū carni,aut carni ſimpliciter,nullum adipem intexi,omnes hactenus falſò prodiderint,obeſi boues, quos Brabanti ſale cōdiunt,atteſtātur,in quorū muſculorū fibris per carnē adeps attenditur. Adde etiā obeſarū mulierū muſculos, qui femur extendunt pinguitudine,adeò oppletos uideri,ut ambigas, num caro adipi,an adeps carni cōmiſceatur.Neq; hîc de muſculorum ſuperficie ſolùm loquor,uerùm de intima ipſorū ſubſtātia,et maximè carnea,quā pręcipuā muſculi partē eſſe aſſerui. Tendines aūt & eneruationes illæ,quas caro deſtituit,in illis tantū muſculis habētur,qui longo ductu feruntur. Breues enim tēdine carent,& undiq; carnoſi ſunt,ut laryngis omnes,ſi[f] duos rectos exceperis, quatuor tertiam cartilaginem primæ iungentium, illi enim in inſertione nerueam naturā obſcurè exprimūt. Deinde inter eos,qui oſſa mouēt(etiā ſi Galenus ſæpius aliter inculcet)[g] qui primū pollicis flectūt articulū, &[h] qui pollicē indici maximè admouet.Inter magnos aūt huius generis eſt quadratus[i] muſculus,ſcapulā dorſo ad mouens,&[k] muſculus, qui à ſcapulæ baſi enatus,octo elatioribus coſtis implantatur. Verùm de muſculis tendine carentib. tendinumq; generib. iā agemus,muſculorū differētias aggrediētes, quibus ne præſens Caput nimium excreſcat,iam peculiare tribuemus,poſt differētias de muſculorum functionib. ac numero aliquid ſubnexuri,priuſq; priuatam ſingulorū muſculorum enarrationē auſpicabimur.

DE

*Muſculorū capita maximè carnis expertia,non minus,quàm tendinem ſentire.*
*Quid nerui muſculis uerè præſtent.*
*Qualiter muſculi ſuum munus obeant.*
*Quid uerè muſculus ſit.*
*Caro præcipua muſculi ſubſtantia.*
*Adipem etiā carni paſſim attendi.*
*Tendines quando muſculis dentur.*
*Muſculi tendinib. deſtituti.*
*Li.1. de Motu muſcul.orū*

h confer A, B,C,cum D in figura in dici 11 tabulæ inſerta.
c obſerua 6 ta.f.a.
d 3 ta.r.
e fi.ca.6 li. 3 æ. & fig. ca.11 g.
f 6,7 fi.ca. 21 P. Obliqui autē 7, 8 fi.R.
g 6 ta.κ,λ.
h 11 ta.ſ.
i 10 ta.r.
k 7 ta.L.



## DE MVSCVLORVM DIFFERENTIIS.
### Caput III.

DIFFERENTIAS muſculorum nō paucas recenſere promptiſsimum eſt,ab illorū uidelicet ſubſtantia, ortu, inſertione,quam mouent particula,forma,foraminibus, colore,ſitu,fibrarum ſpecie,& muſculi capite,uentre,tendine,ac denique ex mutuo muſculorū cōcurſu, aut unius muſculi uelut in plures ſeparatione. Quæ à ſubſtantia petuntur differentiæ,ex uenis,arterijs,neruiſq; imprimis pendent. Nullum enim corporis muſculum reperias,qui non aliqua ligamenti portione in fibras deſecta,& carne illas continente firmanteq; conſtituatur. Verùm præter hæc alij neruum, arteriam & uenam in ſuum corpus quoque diffundi ſinunt,ut[a] ſeptum tranſuerſum,& maximus totius corporis[b] muſculus, qui femur mouentium quintus erit, præterea abdominis omnes ac præcipuè[c] recti.In alios neruus nullus, neque uena, neque arteria inſeritur, ex quorum claſſe[d] muſculus eſt,qui latum in manu educit tendinem. deinde præter alios quàmplurimos,quadratus[e] muſculus radium in pronum uertens,&[f] graciles illi,qui digitos ad pollicem in latera agunt. Solus neruus quibuſdam propaginibus in illorum[g] muſculorum capita diſtribuitur, qui à radicibus capitum femoris principium ſumunt,atque ad calcem ducuntur.horum nanq; ſubſtantiæ neque uena, neque arteria penitius inſeritur. Latus in collo[h] muſculus, qui genas mouet, uenis abundat & neruis,tamen arteria interim deſtituitur. Qui uerò ſolam nanciſcitur arteriam,nullus occurrit. Cæterùm adeps, quem interdum muſculorum fibris per carnem digeſtis attendi diximus,in macilentis non reperitur.In obeſis autem illi muſculi adipe potiſsimum abundant,[i] qui ilium oſſibus obducuntur,ac clunes, & ueluti ſedentibus puluinaria conſtituunt.In ortu magis adhuc muſculi uariant, nam omnes, & ſi Galenus non ſemel aliter affirmet, ab oſſibus ſuum principium nequaquam mutuantur, uerùm alij ab oſſe ipſorum ligamenti originem ſumunt,ut[k] qui à femoris oſſe & coxendicis oſſe ad tibiam procedunt, & plurima muſculorum multitudo. Alij à cartilagine ipſorum ortum obtinent, ut omnes laryngis muſculi, quos laryngis proprios nuncupabimus, deinde intercoſtales muſculi,[l] qui inter coſtarū cartilaginum habentur interualla. Alij à membrana quapiam enaſcuntur, cuiuſmodi ſunt oculi omnes[m] muſculi, à dura membrana uiſorium neruum inuoluente nati,deinde duo[n] muſculi ſtomachum retro amplexantes,& in ſcutiformis cartilaginis latera inſerti,his nanque ab externa ſtomachi tunica principium pendet. Idem & de[o] circulari ani, & ueſicæ ceruicis muſculo cenſendū uenit. Alij à membrana tendines obuoluente enaſcūtur,ut quatuor graciles[p] muſculi,quatuor manus digitos ad pollicem in latus ducentes. Alij ab alio quouis ligamento originem exigunt,cuiuſmodi ſunt[q] duo pollicis primum internodium flectentes, qui à tranſuerſo[r] ligamento tendines in brachialis interna ſede tranſmittente enaſcuntur. Tales etiam ſunt,[s] qui in ſuperiori pedis regione locati, pedis digitos extrorſum ad latus mouent,qui à ligamentis tibiam talo, & talum calci, & nauiformi oſſi, calcemq; cubiformi oſſi colligantibus enaſcuntur. Alij ueluti ex altero muſculo prodeunt, ut[t] qui à circulari ani muſculo, ueluti digiti duo,meatum urinarium,quà ſub penis corporibus ferri incipit, amplexātur. Alij rurſus ex nullo principium ducūt,uerùm membraneæ partes aliqua ſui ſede carneæ, ac muſculoſæ ſeu muſculi fiunt. Huius ordinis ſunt omnes[u] muſculi ex carnea membrana conſtituti,qui in collo & facie in hominibus habentur, deinde & teſtis[x] muſculus in rubicundo teſtium uaſorum ſeminalium inuolucro,inſtar carnoſioris lineæ innatus. Quinetiam ſepti tranſuerſi ortum, ex peritonæi,& tunicæ coſtas ſuccingentis partibus, ipſius centro adnatis pendere fateamur, neceſſe eſt,niſi illius ortum cōtra aliorum muſculorum rationem, ubi coſtis inſeritur, eſſe dicamus. Cæterùm non omnes muſculi ab una duntaxat parte originem ſumunt, permulti enim ex pluribus oſſibus enaſcuntur, nam dorſum mouentibus muſculis plures ferè uertebræ principiū præbent. Sic & abdominis[y] muſculus obliquè deſcendens,à pluribus coſtis exorditur.[a] Qui brachium pectori admouet, ex pectoris oſſe, & quarundam coſtarum cartilaginibus,& ipſa demum clauicula enaſcitur,quemadmodum & is[b] cuius auxilio brachium attollitur, ex ſcapula quoque & clauicula procedit. Pariter etiam[c] recti abdominis muſculi,à[d] cartilagine pubis oſſa interueniente,& ab ipſis oſſibus enaſcuntur.adeò,ut quidam muſculi ex pluribus oſſibus, alij ex oſſe cartilagineq; non ineptè principium habere dicentur. Alij ex eiuſdem oſſis pluribus proceſſibus enaſcuntur,ut[e] prior flectentiū cubitum, qui ab eminentiori ſede ceruicis ſcapulæ & proceſſu ipſius interno, quem anchoræ aſſimilauimus,educitur. Ab inſertione uerò integrum eſt dicere,alios in os,ut qui femur, & tibiam caputq; mouent, inſeri.alios uerò in cartilaginem,ut



*Vnde muſculorum differētiæ petantur.*
*A ſubſtantia.*
*Ab ortu.*
*Ab inſertione*

a 7 ta.Δ.
b 12 tab.Σ, Ξ.
c 6 ta.f.
d 3 ta.π.
e 7 ta.X.
f 6 tab.ſ.7 ta.d.
g 12 tab.Φ, Υ,ω.
h 3 ta.Γ.
i 9 ta.π.10 Ξ,11 Σ.
k iſti in ſedibus,quas occupāt, in tabulis ſunt citra notarū opem cōſpiciendi.
l 6 ta.X.
m 1,2 figu. ca.11.
n 2,3,5 fig. ca.21 I.
o 1,2 fi.ca. 49 M. dein 4 fi.N.
p 6 tab.ſ.7 ta.d.
q 6 ta.κ,λ.
r 4 ta.θ.
s 6 ta.Ω.
t 1,2 fi.ca. 49 H,I.
u 3 tabu.A. dein Γ.
x 22 fi.lib. 5 Υ.
y 3 ta.Θ.
a 3 ta.Δ.
b 4 tab.Ξ. 10 ta.Δ.
c 5 ta.Δ.
d integrarū fi.li.1,5.
e 6 ta.Θ.

ryngis omnes,& qui palpebrarum motuum autores ſunt,& qui narium alas mouent. Alios in
cutem,ut labrorum muſculos,alios in aliud quiduis,ut oculorum muſculos in duram oculi tu-
nicam.& penis quatuor muſculos,in penis corpora,& urinæ meatum, dein teſtis muſculũ, in
uas ſemen à teſtibus ſurſum deferẽs. Ad hæc muſculos recto inteſtino proprios,in eius inteſti-
ni exteriorem tunicam, & circularem ueſicæ colli muſculum, ad meatus urinæ corpus applan-
tari inſeriꝙ cernimus. Cæterùm & ab inſertione muſculi iſto quoꝙ modo differunt. Quidam
à pluribus partibus enati in unicam inſeruntur, ut muſculus brachium pectori admouẽs, & is
qui brachiũ attollit, ex pluribus orti ſedibus, duntaxat in humeri os inſeruntur. Ita etiam [f] qui f 10 ta. Θ.
brachium deorſum trahit, ex plurium uertebrarũ ſpinis oritur, attamen in unicum humeri os
tantummodo deſinit. Pari etiã ratione & ſcapulæ motuũ autores muſculi ad unum omnes,ex
pluribus oſſibus initium ſumunt, & uni tantum ſcapulæ implantantur. Quidam uerò ex uno
oſſe exorti in plura inſerũtur.[g] Muſculus enim qui à ſcapulæ baſi prodit,reſpirationiꝙ ſubmi- g 7 ta. L.
niſtrat,in octo ſuperiores thoracis coſtas inſeritur. Eius quoꝙ generis ſunt,[h] qui quatuor pedis h 5 tab. Θ. 6
& manus digitos extendunt, deinde [i] qui naſi alas ſimul ſuperius labrum mouent, in cutem ta. Ξ. 14 ta. Θ, dein Ξ.
cartilaginemꝙ implantãtur,quemadmodum & ſeptum tranſuerſum,quod alicubi oſſi,alicubi i 3 ta. F.
cartilagini innaſcitur. Quidã etiam à pluribus enati oſſibus in plura quoꝙ inſerũtur,ut [k] muſcu k 11 ta. F.
lus à ceruicis uertebrarum ſpinis enatus, qui in aliquot ſuperiores thoracis coſtas implãtatur,
thoracemꝙ mouentium in homine tertius habebitur. Præterea dorſum mouentes muſculi ad
*Ab ea quæ mouetur particula.* unũ omnes,in hunc ordinẽ ferè referũtur. Item his differentijs illæ cõſentiunt,quæ ab ea quam
muſculus mouet,particula deſumi poſſent,quum omnes muſculi eius,cui inſerũtur, partis uo
luntario motui præſint. Porrò ab inſertione & ortu ſimul alia ſumitur differẽtia,quũ alij muſcu
li ab illo oſſe oriantur, quod mouendo ab illis oſſi,cui etiã inſeruntur,alligatũ eſt,proximumꝙ
uiſitur,ut [l] tres muſculi ex ilium oſſe in femoris os inſerti,[m] ſeptimus & [n] octauus tibiam mouen l 9 ta. Π. 10
tium,qui à femoris oſſe enati tibiæ implantãtur. Alij uerò à ſuperiori aliquo oſſe, & nõ illi,cui tabulæ Ξ. 11
inſeruntur,proximo originem ducũt,ut muſculi tibiæ motibus famulantes,qui à magnis oſſi- tab. Ξ.
bus ſacro oſſi connexis principiũ obtinent, ex quorum numero ſunt uniuerſi tibiã mouentes, m 5 tab. Λ.
ſeptimo & octauo tantũ exceptis. Iſtis reſpondent, qui ſecundũ cubiti aut tibiæ longitudinem n 5 ta. Π.
*A forma* extenſi digitos adeunt. Forma etiã omnium muſculorum haud eadem eſt. Quidã enim ſunt,
quos muri aut lacertæ (ſi ipſis pedes tantũ abſectos finxeris) ac piſci muſculo,& alijs multis pi-
ſcibus appoſitè cõferas,ut ſcilicet muſculi caput,lacertæ,aut piſcis,aut muris capiti,uentrem au
tem corporis trunco, tendinem uerò caudæ aſsimilare queas. Eſt autem huius ordinis muſcu
lus,[o] qui ab interno humeri tuberculo enatus, ac radicis poſtbrachialis oſſis, quo index ſuſti- o 3 ta. Λ.
netur,inſertus,brachialis flexioni ſubſeruit. Talis etiam eſt,[p] qui primus in tibiæ anteriori ſede p 1 ta. Z.
occurrit,& in pedij os,cui magnus digitus articulatur, inſertus ad pedis eleuationẽ famulatur.
Sunt & alij eius generis nõ pauci,uerùm nullus æquè ac duo nuper dicti muris effigiem expri
munt. Qui autor eſt maximæ pollicis abductionis à cæteris digitis,& alius qui paruũ digitum
à cæteris maximè in latus amouet, tam in pede,quàm in manu, ad nuper dictã quoꝙ figurã ele
ganter accedũt. Vnde etiam arbitror, inter reliquos corporis muſculos (quaſi nulli eſſent alij)
illos,[q] qui ad pollicis primum articulũ habentur, Bruxellenſibus,& alijs quibuſdã nationibus q 1 ta. I.
mures nuncupari,alijs uerò ita appellari cubitũ flectentium [r] anteriorem. Italorũ autem uulgus r 1 ta. Q.
in quibuſdã corporis partibus,neſcio quem,piſciculum eſſe fingit,eo nomine indicans muſcu
*Muſculi nomen unde deſumptum.* los piſcis imagini non abſimiles. Vtcunꝙ ſit,ab eiuſmodi murium,aut muſculi piſcis,aut lacer
tarum ſimilitudine,omnes muſculi à Græcis & Latinis ſuum nomen ſortiũtur,etiã ſi quamplu
rimi muſculi illorum animaliũ effigiem nulla ex parte referãt. Quandoquidem alij figura trian-
gulari conſtẽt,ut brachium [s] attollens muſculus,& is qui ſcapulam pectori adducit,& qui bra s fig. indici
chium decliuè ad dorſum uellit. Alij quatuor conſtent angulis,ut ſcapulam dorſo admouens 11 tabulæ inſerta.
[t] muſculus,& [u] qui ad brachiale poſitus, radij motus in pronum autor eſt,qui ambo etiã quo- t 10 ta. Γ.
dammodo quadrati ſunt,ut & latus ſub colli & genarum cute occurrens [x] muſculus,qui ex car u 7 ta. X.
nea membrana cõſtituitur. Alij etiam quinꝙ angulos exprimunt,ut is [y] qui brachium pectori x 3 ta. Γ.
adducit,quamuis illum alij non ita exactè illius latera perpendentes,triangularem eſſe aſſerue- z 3 & 4 tabulæ Δ.
rint.[a] Qui ex ſcapulæ baſi natus,octo ſuperioribus coſtis inſeritur,ſi obiter ſpectetur,quadran a 7 ta. L.
gularis apparebit, at ſi ipſius in coſtas inſertiones quis perpenderit, tot angulos illius inſertio-
nis lateri tribuet,quot digitis implantari uidet. Atꝙ huius etiam figuræ eſt,abdominis [b] muſculi b 3 ta. Θ. &
obliquè deſcendentis exortus,& quorundam thoracem mouentiũ inſertio. Sed plures anguli charact. 6,
etiam tribuũtur muſculo, latum tendinem ſub manus cute producenti,& alijs omnibus in plu- 7,8.
res tendines ceſſantibus. Verùm angulis his poſtpoſitis,mirabilis formæ eſt [c] muſculus, ſingu c 12 ta. Δ.
lis coſtarum radicibus tendines exporrigens, quem aloës radici, aut palmiti nõ ineptè aſſimila-
ueris,



ueris,ut radicis quidem truncus,muſculi carnoſa eſſet pars,tendines autẽ ſurculi, quos genicu
latim ab humiliori tantũ parte radix pullulat. In palmite uerò lignoſa pars,muſculo conferetur,
folia autẽ ab altero duntaxat latere educta,tendinibus. Quinetiam huius quoꝙ ordinis eſt,lon
d 13 ta. Γ. giſſimus dorſum mouentiũ [d] muſculus,qui in apices tranſuerſorũ proceſſuum thoracis uerte-
e 7 ta. Δ. brarum potiſſimùm inſeritur.[e] Septi quoꝙ trãſuerſi figura admodũ rara eſt, accedit autẽ raiæ
(quem βάτον Græci appellãt) piſcis effigiei, ſi modò illi prius caudam ſecundùm longitudinẽ
diuiſam finxeris. Anulis uerò reſpondent, qui fæcium excretionibus præficiuntur, tam is ſcili-
cet [f] qui ad anum ſpectat, quàm [g] qui orbiculatim ueſicæ ceruicem ambit. Piramidem uerò &
f 1,2 fi. ca. 49 M. turbinem [h] muſculus refert, inter oculi muſculos ordine ſeptimus, oculiꝙ radici inſertus.[i] Mu
g 4 fi. cap. 49 N. ſculus quem palpebram deorſum agere credimus, noſtro C ſimilis uiſitur. In tibiæ etiam po-
h 2 fi. cap. ſteriori ſede iuxta calcem,[k] muſculorum imagines occurrunt, laniorum ſecuri non admodum
11 O. abſimiles,ut muſculus ſecundum pollicis os flectens, & qui tertium quatuor digitorum os fle
i fi. cap. 10 ctit, & unus qui ſub planta tendinem porrigens, ad pedis in poſteriora reflexionem iuuat. Ho
D, & ta. 3 D. rum nanque muſculorum uenter, ſecuris ferro, tendo autem, capulo obſcurè reſpondet. Iam ſi
k 1 fi. ta. 15 utriuſꝙ lateris [l] muſculum, qui ſecundus inter ſcapulæ motores habebitur, cõſideraueris, non
D,E,O,P. à ſatanæ qui Ieſum in deſerto tentauit, ſed ab horum muſculorum forma Franciſcanos, Iaco-
l 2 ta. K, L. bitas, & præcipuè Benedictinos ſuæ cucullæ imaginem mutuaſſe contendes, quantùm ſcilicet
9 ta. Γ, Δ. eius dorſum ſcapulasꝙ integit. Verùm ne in muſculorum figuris recenſendis, & potiſſimùm
eorum, qui ad femur tibiamꝙ pertinent, in monachos alicubi præter ſententiam religionemꝙ
impingam, duntaxat cõmemoratis à figura differentijs adijciam, quoſdam muſculos amplio-
m 7 ta. L. rem multo habere inſertionem, quàm ortum. qualis [m] ille eſt, qui à ſcapula pronatus octo tho-
n 6 ta. Δ. racis coſtis inſeritur, dein [n] tranſuerſus abdominis muſculus, quemadmodũ & [o] obliquè deſcen
o 4 ta. Π. dens. Alij latum obtinent principiũ, & ſenſim coarctati in acutum feruntur, ut [p] muſculus bra-
p 4 tab. Ξ. 10 ta. Δ. chium ſurſum agens, & [q] alius qui id deorſum ad dorſum trahit, præterea omnes ab ilium
q 10 tab. Θ. oſſe in femur inſerti. Alij ortum inſertioni æqualem nanciſcuntur, ut [r] qui ſcapulæ baſi inſer-
r 10 tab. Γ. tus eam dorſo attrahit, dein & [s] intercoſtales omnes, præterea quadratus [t] muſculus in cubito,
s 6 fi. X, V. 11 ta. V. iuxta brachiale reconditus, radiumꝙ in pronum circumuertens. Ex enarratis muſculorum
t 7 ta. X. differentijs liquidò conſtat, alios eſſe longos & graciles, ut eum [u] qui ab ilium oſſis appendi-
u 3 ta. Σ. cis anteriori parte in tibiam fertur, totiusꝙ corporis longiſſimus eſt, & etiam gracilis.[x] Mu-
x 5 ta. R, S. ſculus à ſcapula ad hyoides os productus, pro ſua proportione ſimiliter longus & gracilis eſt,
y 22 fig. lib. 5 ψ. quemadmodum & teſtium [y] muſculi. Alij autem ampli & longi quoque ſunt, ut abdominis
a 3 ta. Θ. [a] obliquè deſcendentes muſculi, & ſeptum tranſuerſum. Alij breues & ampli, ut intercoſtalis,
quorum amplitudo ſecundùm duarum coſtarum interualli à dorſo ad pectoris os ductum
procedit. Tanto autẽ longiores uiſuntur, diſtãtia à ſuperiori coſta ad inferiorẽ ſpectante, quan
to ipſorum ductus à coſta ad coſtam recto obliquior eſt, ac in latus magis declinat. Huc quoꝙ
referri poſſent inſertionis principijꝙ formæ, nam aliud principium uelut puncto tantum fit, ut
b 3 ta. Π. [b] muſculi latum tendinem in manu producentis principiũ, & principia eorum [c] muſculorũ, qui
c 10 ta. Γ. 11 ta. λ, μ, ν. à coxendicis oſſis appendice pronati, in tibiæ oſſa inſerũtur. Quidã uerò inſtar ſimplicis lineæ
d 10 ta. Θ. principium obtinent, ut [d] is quo brachium deorſum, uerſus dorſum trahitur, & [e] is quoꝙ qui
e 10 ta. Γ. ſcapulæ baſi inſertus, eam dorſo attrahit. deinde cum alijs cõpluribus,[f] qui inter trahentes ſur
f 9 ta. Λ, Δ. ſum ſcapulam prior maiorꝙ recenſebitur. Alij rurſus muſculi nõ lineæ ſimplicis modo, uerùm
g 9 ta. Π. 10 ta. Σ. 11 tab. Σ. latæ ſuperficiei ritu enaſcuntur, ut [g] tres qui ab ilium oſſe femur adeunt, & [h] muſculi cauam gib
bamꝙ ſcapulæ ſedem occupãtes, quorũ ope brachiũ circumagitur. Quinetiã hæ lineæ ſuperfi-
h 7 ta. Γ. 11 ta. Γ. G. ciesꝙ, in rectas circulares & angulares rurſus ſubdiuidi poſſent. At ne hæc curioſiùs, quàm de-
i 4 tab. Q, T. cet, aliquis me perſequi arbitretur, ad alias differentias orationem reflectam, ſi prius addidero,
inſertiones ſimiliter alias rectæ lineæ inſtar, & ſecundùm oſſis longitudinẽ fieri, cuiuſmodi eſt
k 11 ta. P. muſculi brachium pectori admouẽtis [i] inſertio. aliàs per tranſuerſum & lata apprehenſione, ut
l 6 ta. Θ, q. m 7 tab. Δ. [k] muſculi brachium attollentis inſerti. Velut punctum autem inſeritur,[l] tendo prioris muſculi
dein r, ſ, ac q. flectentiũ cubitum. Cæterùm & ad formã quoꝙ foramina fortaſſis ſpectãt, quæ quibuſdã mu *A foraminibus.*
n 1,2 fi. ca. 49 M. ſculis inſunt, ut [m] ſepto tranſuerſo bina obtigerũt foramina, quibus uenam cauã ſtomachumꝙ
tranſmittit, quà autẽ magnæ cedit arteriæ, & uertebris uiã præbet, uix foramine peruiũ eſt, ſed
o 4 fi. cap. 49 N. ſectione quadã inibi diuiſum dici debet. Verùm hæc ſepti foramina cum Hippocrate Galenus *Li. 5 de Adminiſtrandis ſectionibus.*
malè animaduertit, qui etiam alibi [n] orbicularem recti inteſtini muſculum, & [o] illum qui ueſicæ
p ſpecta hunc in epitomes figuris, hic autem 8 ta. C. ceruicẽ ambit (quia anulum referũt) perforatos eſſe recenſuit. Eſt & unus quoꝙ perforatorũ is
[p] muſculus, qui à prima thoracis coſta pronatus, anteriori tranſuerſorum ceruicis uertebrarum
proceſſuum ſedi inſeritur, ac uenam in brachium cum arteria tendentẽ tranſmittit. Alij forami-
ne nullo ſunt peruij, ut corporis reliqui omnes, niſi fortaſſis quis intercoſtales ideo perforatos
eſſe

eſſe dixerit, quòd uenas, neruos & arterias, ad muſculos coſtis inſtratos tranſmittant. Quan
quam etiam perforati dici poſſint [q] muſculi, qui ſecundo digitorum quatuor manus & pedis
oſſi tendines, qui id flectant, largiuntur, quū illi tendines longa ſectione diuiſi, ſubditum ipſis
*A magnitudine.* tendinem ad tertium digitorum os per ipſos cōſcendere ſinant. In magnitudine autem muſcu
li uariant, quòd alij maxima conſtent mole, ut maximus corporis [r] muſculus, qui toti prope-
modum femoris longitudini implantatus, femoris motorum quintus numerabitur. Deinde
magnus quoque eſt femur mouētium [s] primus, inſuper & tibiæ motorum nonnulli, præci-
puè autē [t] ſeptimus et [u] octauus, ſic & pedis motus autorum [x] quartus, à fibula principium ob
tinens. Minimi uerò ſunt, [y] qui in tertiæ cartilaginis laryngis baſi reponuntur, & qui primam
cartilaginem ſecundæ copulant, dein proprij laryngis ferè omnes, ut & penis muſculi. Reli-
qui in horum medio conſiſtunt, nunc maioribus, nunc minoribus accedentes. Omnibus mu
*A colore.* ſculis ferè communis obtigit color, ubi enim carne uacant, neruoſorum corporum modo al-
bent, quod in principijs & eneruationibus præcipuè accidit, ubi autē carne abundant, carnis
quoque modo rubent, cui fibræ nerueæ permiſcentur. Porrò ea parte qua rubent, interdum
candorem unà obtinent, quod illis muſculis uſu uenit, qui tendinem, priuſquàm caro deſinat,
in ſui etiam uentris medio educere uidentur. Eſt autem talis, [a] qui à fibula enatus inter calcem
& fibulam, ſuo tendine inferiora pedis ſubit, atq; in os pedij pollici præpoſitum inſeritur, pe-
diſq; motorum ſeptimus erit. Sunt etiam & eius generis in tibia nonnulli, quemadmo-
dum & in cubito. alij tale quid in ipſa inſertione oſtendunt. [b] Muſculus enim brachium ſur-
ſum trahens, propter ipſam inſertionem, interna quidem ſede, qua os reſpicit, candicat, exter-
na autem magis rubet. Alij muſculi aliqua ſui parte prorſus liuidi plumbeiue conſpiciuntur,
ut ſuræ [c] muſculorum facilè maximus, qui pedem mouentium quartus recenſebitur, deinde &
nonnulli ab ilium oſſe enati, & præcipuè [d] qui ex illis articulum proximè integit, femurq; mo-
uentiū tertius erit, [e] præterea & ex tibiæ motoribus aliquot, præcipuè autem ſeptimus & octa-
uus, ubi nonus illis incumbit. Liuor iſte muſculis accidit, peculiaris ipſorum membranæ gra-
tia, quæ interdum adeò craſſa eſt, ut prorſus non uideatur pellucida, unde quum craſſa ner-
ueaq; ſit, & caro ſubtus rubeat, aut nigricet potius, facilè color ex nigro & albo permixtus cō-
ſurgit. Quamuis nō idem carnis rubor in omnibus hominibus occurrat, uti ſanè neq; ſangui
nis, quo caro enutritur, natura eadem eſt. Porrò albam hanc muſculi ſubſtantiam, quę adhuc
*Neruea muſculorū pars.* excarnis eſt, in ſermonis contextu nerueam, quaſi diceremus ligamētoſam, appellabimus, hac
*Carnea.* uoce illam à carnea diſtinguētes, uerùm quæ in harū partium media eſt, non inopportunè liui
*Liuida.* da nobis uocabitur. Par etiā ſitus omnibus muſculis non contigit, quoniā alij ad corporis ha
*Differentia à ſitu.* bētur ſuperficiē, cutiq; accūbunt, ut omnes ex carnea mēbrana cōſtituti, et alij innumeri, quos
ferè ſemper inter articulorum motores primos recenſebo. Alij penitus reconditi deliteſcunt,
ut in poplite latitans [f] muſculus, pubis oſſium foraminibus proximè [g] attenſi, ſub ſtomacho
[h] latitantes. Alij rurſus ſecundum membri longitudinem locantur, ut omnes in tibia repoſiti,
illo tantùm excepto, qui in poplite occultatur, obliquum'que ſitum ſibi peculiariter uendicat,
ut & [i] illi qui radij medię propemodum longitudini inſeruntur, proprijsq; radij motibus ſub-
ſeruiunt. Tranſuerſim autem fertur, [k] qui iuxta brachiale locatus, radium in pronum mouet.
Quin etiam diuerſum muſculorum ſitum, ſeu potius fibrarum ductum, abdominis muſculi
eleganter oſtendunt, quū [l] alij obliquè deorſum in priora ferātur, [m] alij ſurſum obliquè in prio-
*A fibrarū genere.* ra, [n] alij rectà ſurſum, [o] alij prorſus orbiculatim tranſuerſimq;. Fibrarum genus omnibus ferè
muſculis unum duntaxat ſimplexq; eſt. Niſi enim [p] muſculo brachium pectori adducenti, &
etiam illi qui [q] ſecundus inter ſcapulam mouentes eſt, duplex, & genarum labrorumq; [r] muſcu
lis multiplicius adhuc fibrarum genus tribuerimus, ſingulis prorſus muſculis, unicum tantū
fibrarum genus, muſculorum ductui & formæ magna ex parte reſpondens aſſcribetur. Mu-
ſculi autem, quos ab aliorum numero uidebamur ſecludere, ita ſe habent. Muſculus brachiū
pectori admouens, fibras quaſdam ex ſuperioribus deorſum, uerſus exteriora ductas exigit,
quaſdam uerò ab inferioribus ſurſum, etiam uerſus exteriora. Qui ſcapulam mouentium ſe-
cundus eſt, quaſdā à ſuperioribus deorſum in priora, ſeu extroſum protenſas quoq; obtinet,
alias autē ab inferioribus ſurſum ſimiliter in priora, aut extrorſum. Vnde illis duobus duplex
fibrarum genus accidit, quæ in illo cuius ope brachium pectori admouemus, in aliqua ſui ſe-
de, idq; potiſſimum iuxta inſertionem, inſtar x ſe interſecant, ſeu decuſſatim feruntur. Illi au-
tem, qui inter ſcapulam mouentes ſecūdus cenſebitur, nulla obtigit fibrarum interſectio. Rur
ſus ſi labra mouentium muſculorum, qui ab inferiori maxilla, & malis ortum ducunt, inſpe-
xerimus, uariam profectò fibrarum iuxta inſertionem differentiam intuebimur. Quemadmo
dum & latum muſculum, qui carnea conſtat membrana, fibras rectas, obliquas & tranſuerſas
exi-

q 5 ta. Θ 14 ta. Θ.
r 13 tab. Ξ, Π, Ξ.
s 9 tab. Π.
t 5 tabu. Λ.
u 6 tabu. Π.
x 13 tab. Υ.
y 6, 7, 8 fi. cap. 21 V.
a 6 tab. Φ.
b 4 ta. Ξ.
c 13 tab. Υ.
d u tab. Ξ.
e ſeriatim ſpectas 5 tabulæ Λ, Π, 4, 5.
f 14 tab. Γ.
g 16 ta. F, G. 8 ta. Υ.
h 6 ta. A, B.
i 7 tab. Q.
k 7 ta. X.
l 3 ta. Θ.
m 4 ta. Π.
n 5 ta. Δ.
o 6 ta. Δ.
p 3, 4 ta. Δ.
q 9 ta. Γ, Δ.
r 3 ta. Γ, H, F. 4 ta. M, N.



exigere conſpicimus, & prout etiam diuerſæ fibræ his muſculis obtingunt, ita quoq; diuerſis
famulantur motibus, pro harum illarúmue fibrarum tenſionis remiſſioniſq; ratione. Ad hęc,
quid de lingua dicemus, omni fibrarum genere intertexta: aliud ſanè nihil, quàm & muſculis
diuerſas adeſſe fibras, & has ſeorſum ſuis ſubſeruire motibus. Nequaquam enim hanc fibra-
rum in eodem muſculo contrariam ſeriem inficiari poſſumus, & præcipuè in illis muſculis,
ubi mutua perficitur fibrarum interſectio, ſeu ubi fibræ decuſſatim feruntur. Nollem enim
adeò aliorum Anatomicorum (qui omnibus muſculis ſimplex & unicum prorſus fibrarum *Galenus cum alibi ſæpius, tum maximè ubi cor, nō eſſe muſculum probare nititur.*
genus aſſcribunt) placita turbare, ut muſculo brachium eleuanti, & multis femur mouenti-
bus, diuerſas fibras cum nuper dictis muſculis aſſignarem, [s] ita uidelicet ac ſi aliud fibrarum
genus in muſculo brachium eleuante conſtituam, quod à clauiculis pronatum, deorſum ad
infimum muſculi angulum, quo humero implantatur, obliquè retrorſum tēdit, et aliud quod
à ſcapulæ ſpina, deorſum etiam obliquè antrorſum fertur, & aliud rurſus quod à coniunctio
ne ſummi humeri ad clauiculam recto tramite deſcendit. Atq; idem ferè de omnibus muſculis
ex lato in acutum coarctatis, aut triangularibus affirmari poſſit. Verùm licebit per me ipſis
unum fibrarum genus aſſignare, ſi modò interim has differentias, à fibrarum ductu petitas,
uti nunc ferè propoſui, ſubintellexeris, ac etiam fibras nō æquè in omnibus muſculi partibus
collectas, & tenues eſſe didiceris. In muſculis enim acuto capite enatis, & in craſſum tendinem *A fibrarum compactione.*
finientibus, in uentris muſculi medio, ubi is craſſiſſimus eſt, fibræ tenuiſſimæ, inuicem pro-
pter carnis interuentum magis diſtant, quàm in capitis & tendinis initio. Alijs autem muſcu-
lis in principio & origine, plures & magis diſſitæ, laxioreſq; obtingūt fibræ, quàm in fine, ut
omnibus ferè, qui ex lato principio inſtar trianguli in acutum feruntur, & ampla ſuperficie
principium ducunt. Alijs muſculis in ortu fibræ magis conſtringuntur, quàm in ipſa inſer-
tione, quod illi accidit [t] muſculo, qui à ſcapulæ baſi enatus octo thoracis coſtis inſeritur. Quin
etiam id in [u] ſepto tranſuerſo uſu uenit, cuius fibræ plures, magiſq; inuicem remotæ ſunt in
ipſa inſertione, quàm in capite, uel reliquo ipſius corpore. Alijs propemodum æqualis unde-
cunque fibrarum eſt ratio, ut [x] illi qui ad brachiale locatus, radium in pronum ducit, [y] interco-
ſtales & laryngis primam cartilaginem ſecundæ [a] nectentes, & muſculi orbiculares, qui recto
inteſtino, & ueſicæ ceruici obducuntur. Alij rurſus muſculi toto ipſorum corpore rectà ferri
uidentur, obliquas tamen habent fibras, ut dorſum mouētium [b] ſextum par, cuius muſculi tē-
dines in apices tranſuerſorū proceſſuū præcipuè inſerūtur. Verùm illis etiā muſculis aliquid
priuatim euenit, qui duobus donantur uentribus, ex quorum albo illi ſunt, [c] qui inferiorem
maxillam deorſum trahunt, atque [d] illi qui à ſcapulis ad hyoides os porriguntur. His enim in
fibris accidit, ac ſi duo, unus poſt aliū ſcilicet, poſiti eſſent muſculi, qui acutum caput, & tere-
tem tendinem oſtenderent. In muſculorum capitibus exortibuſq; quamplures conſurgunt *A muſculorum capitibus*
differentię, quarum prima à forma craſſitieq; muſculorum deſumi poſſet, quam ſuperiùs cō-
memorauimus. Secunda uerò à ſubſtantia ad hunc modum accipi poterit, quòd alij penitus
carnei in exortu appareāt, fibris duntaxat raris & incompactis interſtincti, ut [e] qui ab ilium oſ
ſe femur accedunt. Alij neruei in ortu apparent, et rurſus quidam ex his illicò in ipſius oſſis cō
tactu carnei euadunt, ut [f] maximi in ſura muſculi origo, & in externa internaq; cubiti ſede plu
riū muſculorum principia. Quidam uerò longo ductu neruei permanent, priuſquàm carnē
adipiſcātur, ut inter reliquos tibiā mouentes, [g] qui tertium caput à coxendicis oſſis [h] appendi-
ce aſſumit, & tibiæ motorum quintus cenſebitur, dein [i] muſculus brachium deorſum ad dor
ſum trahens. Alij unico quidem capite oriuntur, atq; id haud ſecus, quàm ſi duo obtinerent.
Alia nanq; principij pars aliquouſque neruea apparet, alia prorſus carnea, quod [k] rectis abdo
minis euenit muſculis, quà ex pubis oſſibus enaſcuntur, dein [l] duobus ex radice capitum fe-
moris principium ducentibus, & calci inſertis. Alij duo exigunt capita, & unum nerueum
prorſus eſt, longoq; ductu tale permanet, alterum uerò, ut rectorum abdominis muſculorum
principia, carneum nerueumq; ſimul uiſitur. Atq; id in [m] arteriori cubitum flectentium muſcu
lo cernere eſt, cuius caput à ſcapulę ceruice enatum, prorſus nerueū cernitur, quod uerò ab an
choram imitante proceſſu enaſcitur, nerueum carneūq; exiſtit. Atque hic muſculus illico com
monſtrat, quoſdam muſculos plura habere capita, in ipſo exortu inuicem neq; continua, neq;
contigua, hoc nanq; ultimo commemorato euenit muſculo. Alijs unicum eſt caput, ut uniuer
ſis qui tibiam cubitūq; amplexantur, quibus omnibus aut in inferiori, aut ſuperiori parte capi
ta ſunt, ſepto tamen tranſuerſo caput in medio cōſiſtit, non autē in altero extremorū. In uentri *A uentribus.*
bus muſculorū differentiæ, prǫcedentibus differentijs ferè omnes explicatæ ſunt, quū muſcu-
lorū formas, & fibras recenſerem. Neq; hîc aliud addendum eſt, quàm uentrem muſculi illic
propriè reponendū eſſe, ubi fibræ muſculi inuicē minus compinguntur, ac copioſiore carne
continentur

s figu. indici tabulæ 11 inſertæ ab A ad D. dein à C ad D. inſuper à B ad D.
t 7 ta. L.
u 7 ta. Δ.
x 7 tab. X.
y 6 tabulæ V, X.
a 4, 5 fig. ca. 21. N, O.
b 13 ta. Γ.
c 5 ta. H, I.
d 5 ta. R, S.
e 9 tabu. Π. 10 ta. Σ. 11. Σ. 8 ta. Λ.
f 13 ta. Υ.
g 11 ta. Υ.
h 2 fi. cap. 19. li. 1 l, q.
i 10 ta. Θ.
k 5 ta. Δ. & Π, O.
l 11 ta. Φ, Υ, & Ψ, P.
m 6 tab. Θ. & m, n, o.

continentur. Vnde quibuſdam muſculis, in ipſo exortu uentres potiſſimum habẽtur, ut qui
ab ilium oſſe in femoris os inſeruntur, alij ad finem, ac ad inſertionem magis, quàm ad caput,
ut ſeptum quod carnoſius in extremis, atq; ipſis adeò inſertionibus, quàm alibi conſpicitur.
Alijs muſculis uentres ſtatim ab ortu incipiunt, ut ſuram[n] conſtituentibus. Alijs muſculis uẽ
ter longiùs ab ortu cõſpicitur, ex quorum numero is eſt,[o] qui brachium deorſum ad dorſum
trahit, &[p] unus inter tibiæ motores, qui à coxendicis oſſis appendice enatus, ſuum caput diu [n 14 tab. m,]
neruoſum nanciſcitur, tibiamq; mouentium quintus mihi habebitur. Alijs uenter per uniuer [o, p, q.]
ſum muſculi corpus permanet, ut intercoſtalibus, & illi qui ad brachiale repoſitus, radium [o 10 tab. θ. p 11 tab. r.]
in pronum agit, & laryngis non pauci. Atque ita aliqui muſculi uentrem ad ipſam uſque in-
ſertionem ſeruant, ut nunc poſtremò commemorati. Aliorum uentres longè admodum
ab inſertione diſtant, ut[q] muſculi illius, qui à femoris externo capite natus, in calcem tenuiſſi-
mo longoq; tendine fertur, & illi omnes qui ex cubito tibiáue procedentes, digitorum moti-
bus famulantur, &[r] is qui membraneum tendinem, muſculis ſecundùm femoris longitudi- [q 13 ta. s, ſ.]
nem protenſis obductum educit. Alij rurſus geminum uentrem oſtendunt, cuius generis
muſculi ſunt, quos paulo ante inferiorem maxillam deorſum trahere, & quos à ſcapulis in [r 3 ta. φ.]
hyoidis os pertinere dicebam. Deinde[s] recto abdominis muſculo ex abundanti quędam tranſ
uerſim ductæ impreſſiones inſunt, quæ illos muſculos ita exornant, ac ſi pluribus uentribus
efformarentur. Huiuſmodi uerò impreſſiones ſeu lineamenta, & circũſcriptiones, quas Græ [s 5 ta. Δ. σ u, u, u.]
ci πολυγραφὰς uocauere, ſunt ueluti albæ quædam lineę, in muſculi alicuius ſubſtantia impreſſę,
[*Muſculorũ impreſſiones*] quarum quum frequens nobis mentio incidet, non abs re feceris, ſi has in rectis muſculis atq;
ijs etiam,[t] qui ſub ſtomacho latitant, in muſculorum tabulis intueri non grauaberis. Quæ à
tendinibus ſumi poſſent differentiæ, iam ferè ex commemoratis etiam pendẽt. Quidam enim [t 8 ta. A, B.]
[*A tendinibus.*] in tendinem eneruationémue prorſus nõ deſinunt, ut labrorum[u] muſculi, &[x] rectum inteſti
num, &[y] ueſicę ceruicem ambiens, & laryngis omnes, illis tantum exceptis,[z] qui recto donan-
tur ſitu, ac ſecundæ cartilagini tertiam committunt, hi ſiquidem in inſertione nerueum quid [u 3 ta. r, H, F.]
cõmonſtrant. At non ſolùm illi qui aliud præter os mouent, tendinibus deſtituuntur, uerùm [x 1 fi. cap.]
(etiã ſi ſecus in Primo de Muſculorũ motu Galenus ſentiat) eorũ quibus oſſa mouẽtur, quàm [49 M.]
plurimi tendinibus carent, neque in inſertione magis nerueum quid, quàm omnes muſculi in [y 4 fi cap. 49 N.]
ſuis uentribus commonſtrant. Eſt autem eius claſſis in manu,[a] qui pollicem indici proximè ad [z 6, 7 fig.]
ducit, dein duo[b] qui primum pollicis os inflectunt, ac[c] qui ad brachiale poſitus, radij motus [cap. 21 P.]
in pronum autor eſt. Intercoſtales etiam muſculi tendine priuantur, ut & ille grandis[d] muſcu [a 11 ta. ſ.]
lus, qui à ſcapula ortus octo ſuperioribus thoracis coſtis inſeritur, deinde[e] is qui à clauicula in [b 6 ta. x, λ.]
primam fertur coſtam. Atq; ita etiam inſignis[f] muſculus inter mouentes dorſum nõ infimus, [c 7 ta. X.]
qui ab ilium oſſe in uertebras lumborum, & infimam coſtam ducitur, flexioniſq; dorſi autor [d 7 ta. L.]
eſt, nullibi nerueum quid oſtendit. His accedit ſeptum tranſuerſum, in inſertione nullibi ner- [e 4 ta. d. f 8 ta. z.]
ueam ſubſtantiam exprimens,[g] præterquam ubi lumborum uertebris exporrigitur. Neque
etiam in homine recti abdominis muſculi,[h] ubi coſtarum cartilaginibus implantantur, tendi-
nem commonſtrant, ut[i] neq; in ſimijs & canibus, quibus ad primam uſq; coſtam conſcendũt. [g 7 ta. o, p. h 4 ta. n.]
At in illis quà pectoris oſſi exporriguntur, in medio ductu nerueam naturam habent, ac ſi in- [i 5 tab. abr]
ter illos prorſus reponendi eſſent, qui duos uentres exigunt. Neq; etiam complures muſculi, [adt.]
in occipitij os capitis motuum gratia inſerti, tendinem magis in inſertione, quàm in ipſorum
uentre oſtendũt. Porrò alij muſculi tendines habent, ut eorũ qui aliud, quàm os mouent,[k] ſex
oculi muſculi, ſeptimus enim in nerueam ſubſtantiam non deſinit. Ex muſculis oſſa mouenti-
bus omnes, qui ex cubito extremam adeunt manum, tendinibus ornantur. Tendinum autẽ [k fi. ca. 11.]
quidam, lati membraneiq; ſunt, ut ſex oculi muſculorum tendines, &[l] obliquorum, &[m] trãſuer
ſorum abdominis. Alij omnino teretes, ut[n] qui ex cubito procedentes, digitos flectunt. Alij
paulo minus teretes, & latiores nõnihil, quàm profundiores, ut[o] tendo in calcem inſertus, & [l 3 ta. θ. 4. ta. n.]
[p] tendo in latum ceſſans tendinem, priuſquam brachiale attingit. Et alij tendines breues ſunt, [m 6 ta. Δ.]
ut[q] circumuertentium brachium muſculorum tendines, & radium mouẽtium,[r] qui circa me- [n 6 ta. γ, d.]
diam radij longitudinem inſertionem habent. Alij autem longiſſimos edunt tendines, ut[s] mu [o 13 ta. λ.]
ſculus ab externo femoris capite natus, & gracilem tendinem, priuſquam genu articulũ pror [p 3 ta. k, l.]
ſus ſuperauit, educens. quin etiam is qui latum in manu educit tendinem, & omnes qui ex cu- [q 7 ta. r. u ta. r. G.]
bito & tibia procedentes, digitorum motibus ſubſeruiũt, & præter nonnullos tibiæ inſertos, [r 7 tab. Q. dein 12 tab.]
is etiam,[t] qui ex ilium oſſe natus, in maximam membranam omnibus femoris amplexanti- [A.]
bus muſculis obductam deſinit, ac tibiæ oſſi, fibulæq; inſeritur. Muſculi qui tendines educũt, [s 13 ta. φ, ſ.]
illos alicubi ab extremo porrigunt. Temporalis tamen, ex ſui corporis medio tendinem emit- [t 3 ta. φ.]
tere, Galeno in Libris de Vſu partium dicitur. Quid autem hac de re ſentiam, Capite de Mu-
ſculorum



[u 8 ta. k.] ſculorum maxillam mouentium inferiorem ſcribam.[u] Priuatim etiam robuſtiſſimo tẽdini, ad
[x 2 fi. tab. 15 X.] tibiæ extenſionem auxilianti, os ipſa nimirum patella innaſcitur. Sic &[x] tendo ex tibia inter fi
bulam calcemq; ductus, & ſub cubiformi oſſe, priuſquam in pedij os, quod pollicem ſuſtinet,
inſeratur, protenſus, quà ſub illo oſſe reflectitur, inſtar oſſis, duriorisúe cartilaginis indure
ſcit, modicè ibidem dilatatus. Rurſus unus muſculus plures educit tendines, ſingulos quaſi
[y 5 tab. θ. 6 ta. Ξ.] ex priuatis ſui uentris carnoſis propaginibus educens, ut[y] qui in cubito locati ad quatuor di-
gitorum manus flexionem auxiliantur. Alij unum quidem educunt tendinem, at is poſtmo-
[a 14 ta. Ξ. dein θ.] dum in plures diſcinditur, ut[a] muſculi ex tibia enati tendo, qui in pedis planta, tertijs quatuor
digitorum oſſibus tendines exporrigit. deinde[b] qui bicorni tendine in poſtbrachialis oſſa in-
[b 11 ta. Λ.] ſeritur, atq; ad brachialis extenſionem iuuat.[c] Qui autem indicem mediũ, & anularem manus
[c 9 ta. Z.] extendere creditur, in harum differentiarum medio conſiſtit. Hic namque neque plures edu-
cit tendines, neque etiam ipſius tendo in plures diuiditur, ſed medium quid inter iam dictos
[d 14 tab. m, o, q.] exiſtit. Rurſus plures muſculi unum efficiunt tendinem,[d] tres enim ſuræ maximi, tendinem u-
num in calcem inſerunt. Inſuper & cubitum extendentes[e] muſculi, in unum coëunt, unamq; ſi
[e 13 tab. c, d, e.] mul inſertionem efformant.[f] Præterea & tres tibiam extendentium maximi, in unum quoq;
[f 8 tab. g, h, i dein k.] tendinem, cui patellam innaſci diximus, colliguntur. At de muſculorum numero & concurſu
aliquid nunc ſubijciendum uenit, & ſi quid ex muſculorum differentijs omiſſum ſit, quum ſe-
orſum ſingulos percurrã, in Libri huius progreſſu explicabitur. Quemadmodum & hæc eſſe [*A mutua muſculorũ in officio oppoſitione.*]
poſſit, muſculos quoſdam habere, qui ſuo motui opponuntur, alios, ut flectentibus digitos
opponuntur, qui eoſdem extendunt. Sicqui caput inclinant, contrarios exigunt, qui idem rur
ſus in poſteriore releuent. At quidam motus ſui nullũ habent cõtrarium, teſtium nanque[g] mu
[g 22 fi. lib. 5 4.] ſculis nulli, qui teſtes deorſum trahant, opponuntur. Neque etiam anum ſurſum[h] uellentes,
[h fi. ca. 51 B, C.] qui eundẽ priuatim deorſum trahãt, oppoſitos adipiſcuntur. Vt neq; etiam circulares illi, qui
[i 2, 3, 4 fig. cap. 21 K.] recti inteſtini finem, & ueſicæ ceruicem amplexantur, & poſtmodum muſculi à nobis inuen-
ti, laryngis operculũ, quod ἐπιγλωττὶς Græcis dicitur, ſurſum atq; in anteriora mouent, nul-
los quoq; oppoſiti motus ſocios obtinẽt. Sic etiam à muſculorũ munere differẽtia pendet, quũ [*A munere.*]
alij rectis præſint motibus, ut qui quatuor & manus & pedis digitos extendũt. Alij duntaxat
obliquis ſubminiſtrant motibus, ut radij motores omnes. Alij utrinque motum præſtant, ſi
[k 4 ta. θ.] enim à pectoris oſſe, & clauicula enatus[k] muſculus, ac in mamillarum occipitij oſſis proceſ-
ſum inſertus, qui in dextro eſt latere, unà cum ſiniſtro contrahitur, caput flexionem rectiſſimã
experitur, ſi uerò is ſolus, quieſcẽte ſiniſtro agit caput ſiniſtrorſum, in anteriora circũuertitur.

## *DE MVSCVLORVM NVMERO, Caput IIII.*

ARDVVM difficileq; eſſe, muſculorum numerum perſequi, ac ſemel, quot
uniuerſi corporis ſint recenſere, præcedens de Muſculorum differen-
tijs Caput liquidè ſatis commonſtraſſe reor, non ſanè quod illum deſcri
bere prorſus impoſſibile ſit, ſed quòd uaria eadémque non admodum
abſurda, de muſculorum numero unicuique ſententia eſſe poſſit. Ali-
[d 3, 4 ta. Δ.] quis nanq; unum dicet eſſe muſculum,[a] qui brachiũ pectori adducit eo, [*Alijs aliũ numerũ propter fibras ſtatui.*]
quòd nulla ſui parte ſibi non continuus contiguúsque ſit. Alijs uerò du
orum muſculorum loco illum fortaſſis cenſendum contendet, quòd omnes fibræ ipſius non
parem ductum obſeruent, ipſeq; muſculus utcunq; contrarios motus obeat. Eius enim pars,
cui clauicula, & media pectoris oſſis pars clauiculæ proxima, principium præbent, deorſum
obliquè, uerſus muſculi in brachium inſertionem ſuas fibras porrigit, & brachium pectori ela
tius, quaſi ad guttur clauiculamq; trahit. Inferior autem pars, quę à reliqua pectoris oſſis ſede,
& quibuſdam coſtarum cartilaginibus enaſcitur, ſurſum obliquè ad brachium fibras dirigit,
brachium'que humiliori pectoris ſedi adducit. Vtriſque autem muſculi partibus in ſe colle-
ctis, brachium pectoris medio admouetur. Præterea ad hanc muſculorum continuitatem, &
unius inſtar partis circumſcriptionem, & nullam, ut inter duos digitos manus, ſectionem, ſed
diuerſum fibrarum ductum, ac latum muſculi principium, diuerſumq; eiuſdem munus non
[b 9 ta. r, Δ:] ſolum, quem nunc recenſuimus, muſculum quis referre poteſt, uerùm & illum,[b] quem inter
ſcapulam mouentium ſecundum recenſebo, qui continuus quidem eſt, attamen ſuperiori
ſua parte ſurſum, uerſus occipitium ſcapulam attrahit, inferiori uerò deorſum uerſus dor-
ſum. media autem ſede, aut utraque ipſius parte, rectà retrorſum ſcapulam mouet. Dein
huius muſculi fibræ ſupra ſcapulæ ſpinam conſpicuæ, deorſum in exteriora feruntur. quæ

 autem

autem ſub ſcapulæ ſpina uidentur, ſurſum in exteriora contendunt, uerùm nullæ interim
decuſſatim ſe mutuò interſecant. Item [c] qui humerum attollit, unus quidem continuitate eſt, *c 4 ta. Δ. 10*
uerùm apud Anatomicorum præcipuos non defuiſſe uidentur, qui duos hunc eſſe dicerent, *ta. Δ, & pri*
unum à clauicula, alterum à ſcapula oriri contendentes, ac motibus, non autem continuitati *uatim figu-*
animũ adhibentes. Quinetiam præter alios pleroſque his adnumerari poſſint, femoris moti- *ra indici 11 tabulæ inſer*
bus famulantes omnes, [d] qui triangulæ figuræ proximi ſunt, & interim nullam diſiunctionis *ta.*
aut incontinuitatis notam referunt, uerùm fibras ueluti ex baſi ad conum tendentes, & ideo *d 9 ta. Π 10*
non pari prorſus ductu delatas ſibi uendicant. Fibrarum etiam ductus diuerſitas, alijs [e] qua- *ta. Σ. 11 tab. Σ. 8 ta. Λ.*
tuor intercoſtales muſculos in uerarum coſtarũ interuallis conſtituit, propter diuerſam illarũ *e 6 tab. V,*
inter coſtarum oſſa & cartilagines ſeriem, nihilominus tamen continuitas ſeruatur, unde etiã *X. dein 8 tabulæ E, E,*
alijs duo tantummodo in toto interuallo recenſentur. Sed & muſculorum dorſum mouen- *& interior*
tium [f] quamplurimi, uarium muſculis aſſcribi numerum indicant, quum alius continuitatem *pectoris ſe-*
perpendens, unum utrinque ſtomacho ſubiectum eſſe dicet. alius fibris & explantationibus *des humi poſita.*
implantationibusꝙ attẽdens, tot muſculos recenſebit, ex quot oſſibus is enaſcitur, & in quot *f 8 ta. A, B.*
*Ab impreſſionibus.* inſeritur. Alius non oſſibus, ſed quibuſdam leuibus impreſſionibus, inſcriptionibusꝙ at- *14 ta. O.*
tendens tot muſculos enumerabit, quot inſcriptiones uiderit. Idem maximè in [g] ſecundo ca-
put mouentium pari uſu uenit, quod ex pluribus enaſcitur oſſibus, & multas oſtendit fibras, *g 13 ta. A, B, C, D, E, F.*
& præterea in hominibus uarias priuatorum muſculorum deſcriptiones adeò; ut id par qui-
buſdam neutiquam duorum muſculorum loco haberi poſſit, ſed plurium, neque id quidem
*A capitibus.* adhuc eodem numero omnibus. Cæterùm & muſculorum capita numerum turbant. Non
enim dubito, [h] muſculum à pectoris oſſe & clauicula enatum, ac poſtmodum in mamillarem *h 4 ta. Θ.*
capitis proceſſum inſertum, duorum muſculorum numero nonnullis Anatomicorum pro-
ceribus cõpræhenſum fuiſſe, quòd eã principij partẽ, quam à pectoris oſſe educit, ab illa quæ
à clauiculis prodit, nonnihil diremptam putarint, quodꝙ una aliquantulum neruoſior altera
ſit, etiam ſi reliquo ductu muſculus non ſeparetur, neque diuerſam fibrarum naturam ha-
beat. Pari etiam ratione certiſſimum eſt non defuiſſe, qui [i] primum & ſecundum pedem mo- *i 12 tab. Θ.*
uentes muſculos, à radicibus femoris capitum originem ducentes, ſeorſum ſingulos poſue- *dein Υ. inſuper ϖ, ρ.*
rint eſſe duplices, quòd unam originis partem nerueam, alteram carneam, ut & [k] rectiabdo- *k 5 tab. Δ.*
minis, exigant. Alij tamẽ eam originis diuerſitatem non tanti, ut eius gratia muſculorum nu- *dein n, o.*
merus ipſis excreſceret, fecerunt, et ſingulos unius loco habuerunt. At hoc poſtremum magis
adhuc uſu uenit, in anteriori flectentium cubitum [l] muſculo, qui nullis, quod ſciam, duorum *l 6 tabu. Θ.*
numero habitus fuit, etiam ſi duo diſtincta capita habuerit, & magis quàm nuper dicti direm *dein m, n ac o.*
pta. Quamuis in communem conueniant muſculi uentrem, qui unicum tantum educit ten-
dinem, adeò ut ad capita reſpicientibus, non idem omnibus placitum fuerit. Quanquam id il-
lis conſtitutum fuiſſe uidebatur, ut unum dicerent muſculum, cuius capita in eundem muſcu
li uentrem porriguntur, quod iam dictis fit muſculis, atꝙ plurium muſculorũ uice eos habe-
rent, qui etſi in unum coëunt tendinem, uentribus tamen non continuantur. Quod exactiſſi-
mè in ſuræ [m] muſculis obſeruatum eſt, quum muſculos ualidum illum calcis tendinem conſti- *m 14 ta. n, o, q.*
tuentes, tot numero eſſe uolunt, quot uentres, qui tres uiſuntur, duo nimirum à femore pro-
ducti, quos etiam quatuor alijs enumeratos dixi, & tertius qui liuidus eſt, & pedem mouen-
tium quartus. Idem quoꝙ maximis tibiam extendentibus [n] muſculis, ſeptimo uidelicet, octa- *n 5 ta. A. Π. charact. 5.*
uo & nono tibiam mouentibus contingit, qui etſi unum tendinem tibiæ inſertum unà produ
cant, tamen quoniam uentribus non continuantur, plurium muſculorum loco cenſentur.
*A tendinibus.* Ceterùm tendinum ratio talis eſt, ut omnes unum numerent muſculum, qui uno enatus capi
te, unicum educit tendinem, etiam ſi ille poſtmodum in plures diuidatur, quemadmodum
[o] muſculo accidit, qui tertios quatuor digitorum pedis flectit articulos. Ita etiam muſculus u- *o 14 tab. Ξ.*
num caput habens, et adhuc carneus in plures tendines diſſectus, qui eiuſdem motus autores
exiſtunt, unius muſculi loco compræhendebatur, quemadmodum [p] muſculus quatuor ma- *p 5 ta. Θ.*
nus digitorũ, ſecundos flectens articulos, & is etiam [q] qui tertios inflectit, à quo nos illum ſuo *q 6 ta. Ξ.*
diſtinguemus loco, [r] qui pollicis tertium internodium flectit, quòd is ab illo prorſus ſit diſtin- *r 6 ta. x.*
ctus, & ſi alibi fortè illi continuus cernatur, id obſcurè admodum in primo tantum eſt exortu.
In dictorũ modò claſſe etiam ferè, præter aliquot alios muſculos habetur, [s] qui indicem & me- *s 9 ta. z.*
dium atꝙ anularem manifeſtè extendit. Verùm ſi tendines in diuerſa ſpecie oſſa inſerantur, diſ
ſectionum periti muſculũ, qui tendines educit, plurium muſculorum numero recenſent. Quẽ
admodũ nonnulli [t] muſculũ, qui pollici duos tendines, et unum brachialis oſſi pollicẽ ſuſtinen *t 10, 11 tab.*
ti exporrigit, duorũ loco enumerarunt, etiã ſi omnes iſti tendines ad euerſionẽ faciant, pollicis *Ξ.*
quidem tendines ad pollicis motum, brachialis autẽ, ad brachialis. [u] Verùm tale quid in ante- *u 4 ta. Υ, Ω*
riori



riori tibiæ ſede magis adhuc eſt conſpicuum, ad medium enim longitudinis tibiæ, à muſculo
quatuor pedis digitos extendente, carnoſus educitur muſculus, qui in pedij os minimo digi-
to præpoſitum inſeritur, atque ad pedis eleuationem in anteriora iuuat, quum digitorum in-
terim tendines, digitos extendant. Adeò ut alicui uidebitur, duos hîc enumerandos eſſe mu-
ſculos, alteri uerò unicum, prout hic exortus continuitati, ille uerò diuerſis tendinibus, & in
uaria oſſa inſertionibus differentibusꝙ functionibus animum adhibuerit. Neꝙ minorem in *A mutuo connexu.*
*x 4 ta. S, T.* numero obſcuritatem parit, mutuus muſculorum connexus. [x] Qui enim à pectoris oſſis ſum-
mo enati, in os υ referens inſeruntur, internis ſuis lateribus adeò inuicem adnectuntur, ut quis
hos duos eſſe, alius autem unicum non ineptè dixerit. Quod etiam illi commonſtrant, [y] qui à
*y 1, 2 fi. ca. 49 H, I.* circulari ani muſculo enati, ueſicæ meatum, ubi primùm ſub penis corporibus exporrigi inci
pit, tanquam duo digiti, amplexantur. Numeri etiam muſculorum obſcuritatem auget eorun *A concurſu.*
dem concurſus, ex quorum albo ſi quis alius, ille profectò eſt, qui à coxendicis oſſis appendi-
*z 10 ta. Υ. 11 ta. ϖ, ρ.* ce enatus, ualidus deorſum fertur, & ad mediã femoris lõgitudinem nerueus factus, alteri car-
noſæ parti connaſcitur, cui femoris os initium præbet. Atꝙ ambæ partes, ea ſcilicet quæ à co-
xendice ducitur, & ea quam femori aſſcribimus, unum tendinem ſimul efformant, elatiſſimæ
fibulæ parti robuſtiſſimè inſertum adeo, ut & unum & duos muſculos ab aliquo hunc recen-
ſeri nihil prohibeat, dummodo à uera deſcriptione non declinetur. Erit autem is tibiam mouẽ
tium quartus, in hominibus & ſimijs conformatione plurimum differens. Simiæ enim mu-
ſculo à femore nihil adnaſcitur, ſed is unicus, ualidus & latus eſt muſculus, qui ob hoc etiã Ga *Secundo Li. de Adminiſtrandis diſſectionibus.*
leno ſemper Latus nũcupatur. Atꝙ hinc fit, ut toto ſermonis progreſſu accuratè mihi de mu
ſculorũ numero cõſtituendum ſit, ad quos iam tempeſtiuum eſt accedere, ne prolixiùs in ge
nerali muſculorum explicatione hæſiſſe uidear. Cæterùm ne quid obſcuritatis ſequens pariat
oratio, & præcipuè quum cutis motores pertractaturus ſim, aut quoties crebra Carnoſæ mẽ
branæ mentio incidet, nunc cutis & membranæ eius naturam proſequar.

## DE CVTE, CVTICVLA, ET MEMBRANA

*per uniuerſum corpus cuti ſubiecta, præterea & adipe inter cutem membranamꝙ carnoſam repoſito.* Caput V.

*PARTES hoc Capite deſcribendæ aliter delineari nequeũt, quàm uigeſima Quinti libri figura utcunꝙ exprimuntur, iuxta r, ſ, t, dein & in uigeſimaquinta figura eiuſdem Libri, iuxta dextram mamillam. Verùm iſtæ partes tales omnino ſunt, quas citra omnem figuram nemo non nouit, ſi modò aut ipſe ſectionem aliquando aggreſſus fuerit, aut ſecanti aſtiterit.*

CVTIS, omnium corporis partium eſt indumentum, corpori inſtar nati- *CVTIS quid*
ui tegumenti obductum, non duntaxat omnium hominis partium, ſed
uniuerſæ ſubſtãtię, quam generationi & corruptioni ſubiectam ſcimus,
duritie mollitieꝙ media. Eſt enim cutis, ueluti ſanguine prẹditus neruus, *Cutis ſubſtantia.*
ac inter neruum carnemꝙ quiddam planè mediũ perinde, ac ſi ex mixtis
utriſꝙ conſtitueretur. Cæterùm neruus omnis, exanguis eſt & frigidus.
caro, multo ſanguine prædita calidaꝙ. Media inter utrunꝙ eſt cutis, nec
planè exanguis, ut neruus, nec ſanguine abundans, ut caro. Cutis hæc in homine, Herophilo *Cutis differentiæ*
ἀνθρωπὴ dicta, boum & equorum tergoribus, ex quibus coria adaptantur, reſpondet, & non *A connexu.*
pari ratione omnibus ſubiectis ipſi partibus adhæret, cõnectiturꝙ. Secus enim in manus uo-
la & pedis plãta ſubditis partibus adnaſcitur, aliter rurſus in frõte ſibi ſubditæ muſculoſæ ſub
ſtantiæ, & aliter in labris, palpebris, auribus, naſo, ano ac pudẽdo, & aliter per uniuerſum cor
pus, ſubſtratis partibus cutis committitur, ac inter ſecandum, diuerſa ratione à ſubditis aufer-
tur. Deinde in omnes cutis regiones non æqualis eſt neruorum diſtributio, nec cutis etiã un- *A neruorum copia.*
decunꝙ eadem craſſities. Internæ enim manuum cuti, plurimæ neruorum fibræ porrigũtur,
uerticis uerò cuti pauciſſimæ. Quinetiam faciei cutis mollior & tenuior, uerticis autem, & plã *A mollitie.*
tæ pedum durior uiſitur. Quæ internam ſummæ manus ſedem inueſtit (niſi labore calloſior
euaſerit) exquiſitiſſimè in duritie mollitieꝙ inter reliquam cutem, & omnia prorſus corpora,
media eſt, quàm proximè æquali ad pondus temperamento accedens. Vtcunꝙ uerò ſit, cutis
homini pro magnitudine corporis tenuior, quàm animantibus quadrupedibus obtigit, quã-
quam etiam homini profectò in uertice, dorſo, cruribus & pedis planta craſſa ſit admodũ, ſed
non omnibus æqualiter. Quinetiam aliæ cutis partes prorſus immobiles ſunt, & circumactu *A motu.*
pertinaces, ut uolæ & plantæ cutis, aliæ uerſatiles quidem ſunt, ſed nullo aguntur motu uolũ-
 tario,

rio, ut tota corporis cutis, ea excepta quæ mouetur, est autem hæc frõtis & faciei uniuersa, & quæ anteriorem colli sedem, lateraq; complectitur. Atq; hæc motu participat, aut propriis in hoc famulantibus musculis, ut frontis, colli, genarum & labrorum, aut uicinæ ipsius cutis gratia, ut malarum cutis, quæ musculis destituta, simul cum proxima ipsi cute mouetur. Quod quidem alia cutis sedes pilosa sit, ut uerticis, axillarum, pudẽdorum, in uiris menti, alia autem penitus pilis orbata, ut interna manus, & plantæ cutis, omnibus conspicuum esse arbitror. *A pilis.*

*A foraminibus.* Quemadmodum neminem latêre scio, cutẽ maximam totius corporis partem esse, perpetuo contextu efformatam, nisi quòd tenuibus foraminulis, ad fuliginosorum excrementorum propulsionem, & pilorum generationem paratis, peruia sit, atq; etiam in palpebris, naso, auribus, ore, ano, pudendo, & ubi unguibus uiam præbet, interpelletur, perforataq; cõspiciatur. Ad hæc, ex cętera cutis regione, interna summæ manus cutis (ut & pedis plantam inuestiens) maximè continua, minimeq; perforata uisitur, quod & nuper natorum cuti aliquibus adscribe re libuit. Verùm hæc singula haudquaquam ociosè, neq; frustra facta esse, suis locis, quum de ijs partibus, quæ cute obtegũtur, priuatim agendum erit, demonstrabo.

ΕΥΤΙΟΥΛΑ *quid.* Cuti, quam λέπυρα Græci uocãt, alia cuticula tenuis admodum, & prorsus exanguis obducitur, supernascituráq;, propemodum ceparum tenuioribus ac pellucidis respondens inuolucris, nisi quòd alicubi & præsertim in uola, & pedis planta, crassior duriorq; uisitur. Hanc quum cutis uelut quædã efflorescentia sit, ἐπιλεμμίδα Græci appellant. Si uerò aliquando attritu in scabie, aut in uulneribus ex unguentorum applicatione, aut ignis admotione, aut feruentis aquæ infusione, aut ex lõgo itinere auferatur, & interdum uesiculę ac papulæ instar à cute abscedat, promptissimè aliterq; ac uera cutis renascitur, quæ sola sanguinis & uitalis spiritus compos est, ob quod uenarum arteriarúmq; alicubi, & neruorum tenuissimæ partes, finesq; ad eam confluunt, ipsamq; simul concretæ quibusdam efformare creduntur. Neq; sanè audiendus est Aristoteles, cutem sensu destituens, non secus, quàm si carnis cuti subditæ duntaxat beneficio tactus sensus perficeretur, quum cuti proprios, certaq; serie neruos exporrigi ex Anatome condiscamus, illi præcipuè, quæ in facie est ac brachio, cubito extremaq; manu, deinde & cruribus & pedibus. Per reliquum autem corpus, etiam si non ordinata serie nerui ad cutem deducantur, attamen complures in illam desinunt, sub ipsaq; & potissimùm ad thoracis latera exporriguntur, membrana cuti subdita (ut & uenæ ipsæ) suffulti, quemadmodũ etiam in Quarto libro, qui Neruis dicabitur, enarraturus sum explicatius. Atq; ita musculorũ (quos Carnem Aristoteles appellabat) gratia cutis nequaquam sentit, uerùm uti diximus propriorum neruorum occasione. Et quanuis uerticis cutis obscuriori sensu sit prædita, attamen sentit, utcunq; etiam incommodissimum Naturæ fuerit, sursum ad uerticem neruos distribuere, ipsaq; etiam cutis hîc non admodum sensu indiguerit. Deinde quis non quotidiana experientia edoctus, cutem à subditis musculis aut ossibus quoq; auulsam, & postmodum scalpello ictam, unguibusq; compressam sentire nõ didicit? Neq; est, quod Aristotelis sectatorum quispiam hîc, nescio quam, Terrestreitatem mihi astruat, quũ nerui à dorsali medulla enati ipsa cute duriores sint, & his adhuc ipsi tendines, quos potissimùm facilè affici, nemo inficiatur. Imò si non minus ratione, quàm experientiæ simul fides habenda erit, ausim asserere, musculorum uentres quamplurimos (ut quorundã femur amplexantiũ) obtusius quàm ipsam faciei manusq; cutem affici. Atq; etiam mihi ridendi uidẽtur, qui cutẽ ob hoc sentire posse auersantur, quòd nullum hîc sit medium, quasi uerò etiam neruũ propriis membranis prorsus denudatum, aut etiam in medio diuisum grauissimè affici non uideremus, quoties ipsius denudatæ substantiæ acriores pulueres inspergũtur. Etsi medium etiam præter rationem in tactus sensu desideraremus, nonne in promptu est ipsa cuticula cuti obnata, & interim (ut putamus) sensu priuata?

CARNOSA *membrana.* At nunc membranã quoque aggrediamur, cuti per uniuersum corpus subditam, quæ cuticula longè robustior crassiorq; est, & fibris quibusdã raris, his, qui substernuntur illi, musculis adhęret, connascituráq;, cuti uerò pertinacius committitur. Siquidem quamplurimæ uenæ, & paucissimæ tenuissimæq; arterię, cutem nutrientes, & neruorum propagines cuti sensum communicantes, hanc membranam transeũt, ipsaq; inter cutem, et illam prorepentia hac suffulciuntur, membranamq; cuti copulant, præter continuã quandam, sibiq; proximam fibrarũ membranearum seriem, cuius etiã beneficio mẽbrana ualidissimè cuti connascitur. Hæc non eandem in uniuerso corpore crassitiem obtinet, uerùm quibusdã corporis sedibus, carnosis fibris adaugetur, & crassior reddita, adeò carnosa efficitur, ut musculi nomine donetur. Huiusmodi regio, in tota[a] colli amplitudine habetur, & in[b] fronte, et in reliqua propemodum facie, quibusdã autem animalibus undecũq; ferè carnosis oppletur fibris, et præsertim illis, quæ totius corporis cutẽ (ut nos frontis) mouent. Audio & homines fuisse, qui in thoracis regione, & alibi etiã in corpore cutẽ mouere

*Præsens membrana cur carnosa dicatur.*

a 3 ta. r.
b 3 ta. A. ac in eius tabulæ facie.



uere ualuerint, quibus procul dubio membrana hæc, similis equorum asinorumq; carnosis membranis contigit. Porrò huic membranæ, quam aliarum membranarũ nomine ὑμένα Græci appellant, non perperam Carnosæ adiectum arbitror, quum inter reliquas corporis membranas, hæc sola carnosa appareat, uerèque talis censenda sit. Quod Arabes paulo exactiùs perpendentes, primi omnium, quod sciam, hanc membranam Carnosam appellauisse uidentur. Atque id sanè penitius huius nostræ ætatis Medicorum præcipuis indagandum fuerat, qui panniculum carnosum à Barbaris quibusdam non malè me Hercules eo nomine appellatum, octo abdominis musculos esse cõtendunt, & contra Galeni sententiam, ac rei ueritatem, cuti membranam in uniuerso corpore, & in ipso demum abdomine (de quo duntaxat sapere uidentur) subtendi inficiantur. Alij et si per uniuersum corpus à me hanc membranam demõstrari conspexerint, adeò ineptiunt, ut hanc non fateantur eam esse, cuius Galenus tum alibi sæpius, tum in Tertio de Administrandis sectionibus meminit, eo quòd ego adipem (de quo mox sermonem instituam) inter cutem & hanc membranam ostendo, sæpe trium etiam digitorum crassitudine, quodq; hominis membrana tantùm à cute semper abscedat, quãta adipis est crassities. Debebant profectò eiusmodi homines, ad cathedræ ostentationem solùm nati, accuratè perpendere, Galenum de suis simijs, nõ autem hominibus locutum esse, quibus nullus adeps inter membranam & cutem interuenit, ipsaq; membrana non fibris duntaxat cuti continuatur, sed prorsus undique citra alterius corporis interuentũ ipsi contigua est. Atq; ob hoc non adeò arduum est, hominis cutem solam, illæsa membrana diuidere, quàm in simijs, canibus, & illis animalibus, ex quibus Galenus Anatomen descripsit. Huic membranæ ea parte, qua musculorum proprias respicit membranas, lentor ille mucosus, quem cuti Aristoteles tribuit, obducitur, ob hoc fortassis, ne ipsa subiectorum musculorum motum præpediat. Id enim membranis omnibus commune est, quæ corpus, quod situm locumq; aliquando mutat, continent, ambiuntúe, ut mucoso quodam lentoq; humore oblinantur. E' quarum numero peritonæum, succingẽs costas membrana, cordis inuolucrum, & ipsa demum ligamẽta sunt, quæ anuli modo tendinibus obducũtur. Sunt itaq; tria uniuersum hominis corpus perpetuò cingentia, nimirũ cuticula illa, cutis, & mẽbrana hæc carnosa. Quibus & quartum hominem ambiens accedit, ipsa uidelicet pinguedo, seu adeps πίμελη Græcis nuncupatus, qui nisi extremè homo emacietur, undique propemodum inter cutem, & quam nuper diximus, membranam copiosissimè continetur. Ex uenis enim compluribus & arterijs (si quæ reperiantur) mẽbranam perreptantibus, atque inter illam cutemq; propagatis, plurimus sanguis resudat, mẽbranæ frigiditate, caloriscq; (ut credimus) inopia, in adipem seu pinguedinem, aut ut alij etiam in cornutis animalibus uocant, axungiam degenerans. Est namq; hæc adipis ad uniuersi corporis membranas, ligamenta, & (ut semel dicam) ad omnia sanguine indiga, frigidaq; corpora, generationis ratio, uidelicet quòd ex uenis emanans sanguis, frigoris ui congeletur, illisque adhæreat corporibus. Sed id interim à Natura cautum est accuratissimè, ne adeps nascatur, ubi noxia inutilisúe esse possit. Non enim Natura adipem cerebri membranis obduxit, non testium inuolucris, non internæ sedi cordis inuolucri, quamuis tamen cor hac non destituerit, non internæ ligamentorum sedi, quæ tendinibus transuersim obuoluuntur, neque etiam palpebrarum, aut frontis, aut penis cuti adipem subiecit, neque etiam adeò multum, summæ manus pedisq; externæ sedi. Quemadmodum profectò copiosissimum clunibus obduxit, ut illi adipe, puluinaris uice uterentur. Atq; adeps humidis frigidisq; animalibus (ex quorũ numero homo & porcus sunt) plurimus colligitur, siccis uerò & calidis, nullus aut perquàm exiguus, ut leonibus, & canibus uenaticis, ipsiq; etiam simiæ. Quanquam præter hominẽ, & porcum et ericium, nunquam aliud terrestre occurrerit quadrupes, quod inter cutem & carneam membranam, adipem nanciscatur, utcunque etiam oues, et glires illi subinde reperiantur prępingues. Albet autem adeps, quòd membranæ cutisq;, & alia, quibus adhæret, corpora alba, neq; carnis modo rubra sint. Omnia enim, quæ in nostro corpore ab aliquo emutantur, mutantis alterantisq; colorem etiam sortiuntur. Et ridiculum prorsus est, ob hoc adipem album arbitrari, quòd aëreæ substantiæ compos sit, quum osse, & cartilagine, & ligamento, & tendinibus uix aliquid cãdidius occurrat, quibus nihil æquè terreum, in corpore reperias. Adipi inter cutem membranamq; collecto, eum usum asscribere possumus, quem uesti carniq; simplici tribuimus, ut corpus scilicet calefaciat frigoris tempore, & si Soli homo exponatur, uestis quoque modo refrigeret, calorem quo minus penetret, inhibens.

*Ex Auicenna Hebræo.* קרום חמיבסה חגרלגולת או חסריריה *cherum hamechase hagulgholeth, aut hachedera. Panniculus carnosus.*

*Contra Gal. 4. de anat. a.*

*Quibus copiosior adeps.*

*Vbi adeps copiosior sit.*

ADEPS *seu pinguedo.*

# QVI CVTICVLAE, CVTIS, ADIPIS, ET carnosæ membranæ natura per sectionem obseruari debeat. Caput. VI.

VTI præcedente Libro, postquàm ossium cartilaginumq́ historiam absolui, rationem modumq́ tradidi, quo quis hæc ad disciplinam opportunè sibi parare queat, ita quoque hoc Libro omnium, quæ seriatim tradentur, secandi artificium post cuiusque enarrationem subiungam, ut quis in uno corpore omnem musculorum ac ligamentorum Anatomen rectè aggressurus, & ordine absoluturus sit. Partium uerò quæ in sequentibus Libris describentur Anatomen, prout illic commodiùs fore putauero, suis locis subijciam. Nunc autẽ cuticulę, cutis, adipis, & membranę naturã hunc in modum aggredi possis. Nouacula acutiori, in abdomine, aut quacunque uisum fuerit corporis parte, cutem ad adipem usque recta sectione, & deinde transuersa (ut saltem unum, aut plures angulos moliaris) incides, tam leuiter ac moderatè cuti nouaculam admouens, ut solam ipsam, illæsa interim carnea membrana, diuidas. Quod sine negocio in homine facies, & præcipuè pinguiori, quum subinde, & potissimũ in mulieribus adipis crassities, duorum digitorum latitudinem in thorace & abdomine superet, in coxis autem ac clunibus etiam palmæ latitudinem, in mulieribus non nimium obesis uincere, in publicis sectionibus uidimus. Ac proinde sectiones ducendę sunt eo accuratiùs, quo macilentius obtigerit corpus. Deinde etiã conandum est, ut hanc sectionem citrà negocium obire assuescas, cùm propter musculos ex carnea membrana conformatos, tum ad discẽdam neruorum seriem, quam inter cutem membranamq́ hanc ferri dicemus, & propter innumeras quoque uenas, quæ in hoc diligentiùs erunt discẽdæ, quòd nullas in morbis incidamus, nisi carnea membrana suffultas. Postquam igitur cutem ad adipem usque (nõ tacta interim carnea membrana) dissecueris, hamulo aut unguibus, in aliquo ex sectionibus angulo cutem attolles, & diligenter transuersis acutiori nouacula, ad cutem ductis sectionibus, cutem ab adipe, quo usque libuerit, separabis. Cuti deinde reflexæ ardentem candelam admouebis, ut cuticula ignis ui uesiculæ instar abscedat, seorsimq́ cutem, & cuticulam intuearis. Dum uerò cutem ab adipe liberas (quod nisi laborum patiens, discendiq́ cupidus fueris, non diu indefessè facturus es) neruulos indagare conuenit, & uenas, quæ super mẽbranam in adipe prorepentes cutem adeunt, deinde ipsa quoque membrana fibris illis frequẽtibus cuti commissa, sedulò inspicienda est. Iam si obesum ad manum sit cadauer, adipem à mẽbrana liberare contendito, quod eadem prorsus ratione, qua cutem ab adipe seiungebas, præstandum est. Cauendum´que, ne membrana oscitanter cum adipe auferatur, in quo nostræ ætatis Anatomici aberrarunt, eam membranam in homine reperiri inficiantes, atque ita hac potissimùm occasione necessariò, ut reliquos corporis musculos, & uenas & neruos, ita etiam ignorantes musculos, ex carnea mẽbrana constitutos, & per illã exporrectas uenas & neruos. Ablato adipe, leuẽ sectionẽ per carnosam membranã ad subiectos ipsi musculos usq́ induces, & parua opera, solis ferè digitis per transuersum hinc inde actis, aut buxeo cultello, aut, si uoles, nouacula, illam à subditis partibus separabis, atque aliam membranæ à cute separationem esse discẽs, quàm membranæ ab illis, quibus incumbit corporibus, auulsionem, quam Herophilus ἀλήγειν nuncupauit. Hæc enim factu facilis est, ocyusq́ perficitur, illi operationi penitus respondens, qua bobus, uitulis, ouibus, leporibus cutem citra negocium auferri uidemus, imò auulsio hæc adeò prompta est, ut solo flatu hœdis, agnis, & etiã iunioribus uitulis, membranam hanc cum cute, à subditis corporibus separari indies cernamus. Verùm cutis ab adipe aut à membrana separatio, nisi frequentissimis sectionibus, acutissimisq́ nouaculis completur. Quod etiam & lanij nos docent, quoties sub axillis cutem auferre conantur, carnosam membranam corporis bouis adnexam (ne nimium carnis auferant) relinquentes. Neq́ ista tantum uel apud lanios discuntur, uerùm etiam cuticulæ natura, quum lanij obustos prius porcos deradunt, aut potius, quum calidæ aquæ ipsos immergentes, pilos unà cum cuticula descalpunt.

DE



# DE INSTRVMENTIS, QVAE SECTIONIbus administrandis parari possunt. Caput VII.

## ANATOMICORVM INSTRVMENTORVM DELINEATIO.



CHARACTERVM SEPTIMI CAPITIS FIGVRAE INDEX.

*PRAESENTI figura mensæ cuidam incumbentem finximus asserem, quo in uiuorum sectionibus opportunè utimur, dein huic asseri omnia propemodum accõmodauimus, quibus in dissectionum administrationibus, adeoq́ tota Anatome quis posset uti. Quo autem singula leuiori opera assequaris, huic etiam figuræ characteres, ac demum eorum indicem adhibere non grauatus sum. Indicetur itaq́*

A, A *Mensa, cui reliqua omnia modò seriatim indicanda supersternuntur.*
B, B *Asser uiuis sectionibus administrandis idoneus.*
C, C *Varia foramina, quibus laqueos pro animalis mole adhibemus, quũ femora et brachia uincimus.*
D, D *Eiusmodi anuli, summis manibus pedibusq́ ligandis adaptantur.*
E *Huic anulo maxilla superior, libera inferiori, catenula alligatur, ut caput immotum seruetur, ac interim neq́ uox, neq́ respiratio uinculorum occasione præpediantur.*
F, F *Diuersa nouacularum genera, quibus spongia accumbit.*
G *Cultelli ad earum speciem formati, quibus calami adaptantur.*
H *Vulgaris qui mensæ adhibetur culter.* I. *Grandis ac ualidus culter.*
K *Cultri è buxo parati.* L *Hamuli.* M *Varij styli unà cum siphone.*
N, N *Obliquatæ acus cum filo crassiore, quibus literarum fasciculos colligamus.*
n *Minores acus, quas uulneribus suendis accommodamus.*
O *Serra* P *Forficula.* Q *Malleus ligneus.*
R *Arundines inflandis pulmonibus, & alijs quibusdam partibus idoneæ.*
S *Filum æneum, ossibus nectendis aptum.* T *Subula forandis ossibus parata.*
V *Varia subularum ferra.* X *Forpex intorquendis filorum extremis comparatus.*
Y *Forpex, quo intorti, & ossa iam committentis fili reliquias præscindimus.*



QVANDOQVIDEM in nouaculæ hamuliq; mentionem incidimus, atque in sequentibus, horum ac similium, quæ ad sectionem pertinẽt, instrumentorum non infrequens sermo occurret, non abs re erit, obiter hîc instrumenta, quibus in administratione uti possis, subiungere, etiam si id in Primi libri calce fieri quoque potuisset. Sunt uerò hæc pauciſſima, paratuq; facillima, quanquam tamen adhuc operosiora, pluráque, quàm ipse nunc publicæ etiam sectioni adhibeo, enumeraturus sim. [a] Primùm ita- *Nouaculæ.* *a F.*
que plures comparandi sunt cultri, quibus tonsores in radendis pilis utuntur, & quos uulgò nouaculas uocamus. atque ex his quasdam acutas esse conuenit, quasdam autem retusiores, uerùm harum maior semper, quàm ipse uelis, futura tibi est copia. Eligendę sunt minores & leuiores, quamuis etiam grandes aliquot adesse nihil prohibeat, plures autẽ coëmendę sunt, aut à tonsoribus petendæ, quòd leui quâq; occasione in membranis, aut tendinibus, ligamentisq; fundendis corrumpantur, atq; quum fragili admodum constent ferro, promptè exiliant, præcipuè si nouas, & acuendo non detritas, operi adhibueris. Quibusdam ex his, & potiſſimùm minoribus, illud ferri tuberculum non inutiliter aufertur, quod cultrum extra manubrij rectitudinem extendi prohibet, atque id tunc inprimis tentandum est, quum nullæ reperiuntur nouaculæ obliquo constructæ manubrio, quales illi sunt, quibus nostrates & Gaili tonsores utũtur. Italis enim rudes, & magnis erectisq; capulis seu manubrijs cultri in usu sunt, quorum capuli subinde in obliquis sectionibus incommodo esse solent, unde etiam quo minus manũ
*Parui cultri quibus calami aptantur.* ex sententia inflectas, obstaculo sunt. [b] His paruos cultellos, quibus calami aptantur, acutiores *b G.*
simul retusioresq; addendi sunt, & ex his nonnullos orbiculato cuspide, nonnullos uerò oblongo acutoq; esse cõuenit. Inter reliquos potiores sunt, prorsus ferrei, alijs enim quũ trãsuersa ligamenta scindere conamur, capulus facilè frangitur, ipsumq; ferrum imbecillius, emollita ex calidæ aquæ lotione resina in capulis firmatur. Prorsus respuẽdi sunt incuruati, ac falcibus
*Vulgares cultri.* similes, quoniam solo propemodum mucrone inter dissecandũ utimur, qui introrsum in curuis illis cultellis reflexus, difficulter transuersis [c] ligamentis subijcitur. [d] Præterea non inutiliter *c 1 tab. cha. 1, 2, 3, 4 & 6. A, B, C.*
adhibentur duo cultri ex illis, quos mensæ apponimus, quorum alter altero longè sit maior, *d H, I.*
sed retusior, & ferreus potius, quàm chalybeus, aut saltem non impensè fragilis. [e] Si uisum fue- *e K.*
*Buxei.* erit, poteris his quoq; adijcere duos è buxo, aut ligno Indico, quo in morbis curãdis utimur, confictos, atque ex his alterum tenuem, & oblonga cuspide scindes, alterum uerò latum, & orbiculari cuspide esse sines, uerùm rarò admodum illis utor, quum retusiores nouaculę semper
*Hamuli.* ad manum sint. [f] Licebit etiam hamulos duos effingere, illos referentes, quos Capitis initio ap- *f L.*
pinximus, consueui autẽ illos parare ex furculis, quæ mensę in dies apponi solent. Si enim furculam acceperis, atque utraque furculæ crura, lima magis extenuaueris, & deinde eorum apices obliquè nonnihil instar semicirculi inflexeris, hamulum tibi elegantem paraueris, cuius mucrones lima ex sententia acuere est integrum, atque ita unum hamulum retusiorem, alterum uerò acutiorem adaptare nihil impedit. Quanquam tamen hamulis relictis, ungues subinde operi in eleuandis quibusdam corporibus utiliùs adhiberes, nisi siniſtræ manus umbra
*Styli.* sectionẽ obtenebraret. [g] Insuper stylos oblõgos, breues & crassiores, ex argento aut æneo filo *g M.*
tibi dissecari curabis, & quosdã ex mollissimo maximeq; sequaci plũbo ab Aurifabro quopiã educi trahiq; instar filorũ sines, hi enim ad uarios usus, & præsertim ad obliquorum ductuũ
*Sipho.* naturam inueniendam mirè conferunt. Conduxerit etiam siphonem adesse, si fortassis illum per penem uesicæ indere liberet, ut in eo manuali artificio reddereris expertior. Et quemadmodum nucleum siphoni affingimus, ita quoque quibusdam stylis illum adhiberi, & quosdam etiam siphonis modo incuruari conduxerit. Neque profectò mediocriter utiles fuerint styli aliquot, instar mediæ canalis extructi, ita nimirum, ut siphones parantur, in quorum cauitatem sectio molitur, ex qua è uesica calculus euellitur, aut ad eam stylorum formam, in quibus piloſi serici textores seriatim sericum in pilos secant. Conferunt enim eiusmodi styli in illis sectionibus, in quibus membranam longa sectione diuidimus cauentes,
*Acus.* ne quid subditorum aut membrana amplexorum lædatur. [h] Acus habere conuenit, sed ob- *h N deinn.*
liquatas potius, quàm rectas, quod ilico præstabitur, si communes acus prius ignitæ, instar C literæ aut (obliquentur. Conduxerit autem & magnas & paruas adesse, quæ scilicet filũ funiculosq; graciles transmittant, & præter obliquatas illas, eiusmodi tibi quoque ad manum sint, quibus in consuendis uulneribus utimur, ut cutem aliquando simul suere ualeas,
*Filum.* quum metuis te absente, aliquid à spectatoribus discendi cupidis uiciandum. His acubus filum adaptandum est sericum, quo uulnera cõsuuntur, aut peculiare aliquod, si fortassis quæpiam consuta dissolui turbarique ab alijs, quum abes, uererere is. Cæterùm ad uasa religan-

da



da utêris communi illo, quo literarum fasciculos colligamus, quod præstantissimum ex Germania in Italiam adfertur, apud alias autem nationes imbecillius & crassius fit, & minus con-
*i O.* tortum & læue. [i] Serra uerò, quam interdum operi accõmodamus, ea conducet, qua gangræ *Serra.*
na, aut eius generis affectibus uitiata membra præscindimus, non autem orbicularis, ut quidam etiam Mathematici suis Anatomicis libris appinxerunt, nescio, ex quarum linearum ductu arbitrati, orbiculare caput serra instar falcis messoriæ incuruata ferrandum esse. Etsi fortas-
*k P.* sis serra ad manum minime sit, ab illis opportunè petetur, qui pectines cõficiunt. [k] Forficula, *Forficula.*
nisi abscindendis post ligationem funiculis accommoda est, quod etiam quouis cultro obi-
*l Q. m I.* tur. [l] Malleus, si ipsius usus aliquando ad [m] grandiorem cultrum impellendum, quum aliorũ *Malleus.*
animalium effringis caluarias, erit, quiuis etiam aptus est. Non inopportunè quoq; ex arundi-
*n R.* nibus oblõgi [n] calami aptabuntur, quibus minister aliquis, hoc illúdue corpus inflare possit. *Canulæ.*
*o B, B.* [o] Asseres, quibus uiuas sectiões cõficimus, paratu quoq; faciles sunt, & illos describemus, ubi
uiuorum prosequemur Anatomen, quemadmodum quoq; ad finem Primi libri ea recensui
*p S, T, V, X, Y.* [p] instrumenta, quibus in compingendis ossibus rectè quiuis uti queat. Sed nunc ad musculos eo ordine, quo in uno corpore omnes dissecari commodè possint, nos accingamus.

## DE MVSCVLO FRONTIS CVTEM mouente. Caput VIII.



CARNEAM membranam, quæ uniuersæ cuti subijcitur, quibusdam corporis sedibus carneis fibris augeri, & alicubi in musculi naturam degenerare, prius commemoraui. Nunc autem pertractabitur, quonam pacto id sub frontis cute accidit, quam προμετωπίδιον Græci uocant, quẽadmodum & ipsi insinuatas lineas, σολίδας & ἀμαξυγὰς appellant. Homini quidem ut plurimùm nullæ cutis partes, quiescentibus ossibus mouentur, præterquam frontis, faciei, & anteriorem colli sedem ambiens cutis. Vt *Quæ cutis sedes homini moueantur.*
enim supercilia attollantur, & interdum demissa oculi sedem angustam reddant, ipsamq; corrugata muniant, frontis cutis uniuersa, quæ depilis est, simul cum nasi cute, motu uoluntario opportunè agitur, quod carnosæ membranę, totius frontis & nasi cuti subtensæ fit beneficio,
*a Hanc non aliter quam in 3 Tabulæ fronte delineare licuit, ad A.* [a] hæc nanq; carneis fibris augetur quàmplurimis, & musculosa reddita, plures neruorum pro- *Frontis musculosa substãtia.*
pagines mutuatur. Deinde frontis nasiq; cuti mẽbrana hæc tenacius, & citra adipis alicuius,
aut perquam modici interuentum connascitur, quàm per reliquum corpus cuti adnecti consueuit. Quod etiam alijs imposuit Anatomicis, arbitrantibus frontis cutem, carnosam musculosamq; substantiam esse, quum cutis non magis hîc, quàm alibi carniformi substantia donetur, sed duntaxat præsens membrana carnosior reddatur, cuti ipsi (quemadmodum iam diximus) pertinacius, quàm in abdomine, aut dorso, aut cruribus connata haud secus, quàm si membrana, unum corpus cum cute esset efformatura, quãdoquidem sic rectè idem motus amborum, membranæ scilicet, & cutis perficitur. Porrò huius musculosæ compaginis fibrę, mu- *Fibrarum series.*
tuò ad latera accumbentes, à nasi summo usq; ad mediam frontis sedem (quæ inter primas capillorum radices, & supercilia consistit) & ad huius quoq; loci latera, carnosiores uisuntur, omnes sursum recto tramite procurrẽtes, si modò interim perquàm raras exceperis, obliquo ductu exporrectas. Atq; hæc sanè recta fibrarum series, non perfunctoriè à Medicis uenit perpendenda, nein fronte transuersas potius, quàm rectas moliantur sectiones. Accidit enim, *In frõte trãsuersas sectiones nõ tentandas.*
quum transuersim quandoq; sectionem inibi, & maximè iuxta supercilia, ubi carnosiores esse fibras dixi, aliquis tentat ad palpebrarum radices, tum supercilia, tum contiguam ipsis cutem deorsum conuolui, & oculos, quibus incumbunt, aggrauare, ut neq; aperiri ex sententia queant, neq; liberè suo munere fungi.

## MVSCVLI FRONTIS CVTEM MOVENTIS administratio. Caput IX.

*a 3 tia. A.*



DICTAE modò musculosæ [a] substantiæ administratio, duplex tibi erit. Vna quidem, qua cutem simul cum carnosa membrana, à membrana cal- *Duplex administratio.*
uariam cingente, obidq; à Græcis περικρανίου nuncupata, auferes. Altera autem, qua cutem à musculosa substantia (quantumuis id difficiculter fiat) separabis, carneam membranã capiti affixam relinquens. Vt uerò utranque in uno cadauere ex sententia perficias, detonsis crinibus à uertice, rectà per frontem & superciliorum medium ad nasi usque

extremum

extremum ſectionem nouacula per cutem duces, deinde aliam in ſincipite, ſecundùm coronalis futurę ductum, ad tempora, & aurium radices uſq; moliere. Ductis ſectionibus, in altero latere, hamulo, aut ſummis digitis, cutis propter ſectionum angulos (qui in elatiſſima frontis ſede, & ipſo ferè uertice erunt) eleuanda eſt, ac ſimul cum carnea membrana ad ſupercilia uſq; auellenda, eodem prorſus modo, quo carneam membranam à ſubditis muſculis ſeparari ſuperiùs relatum eſt. At in alio latere, uarias eaſdemq; tranſuerſas ſectiones experieris, donec relicta ad caluariam carnea membrana, cutem commodè ab ipſa, ad ſupercilia uſque adimas, iam in palpebrarum[b] muſculos incidens. Neque id tam factu arduum eſt, atque alij uidentur innuere diſſectionis proceres, quum uti antea teſtatus ſum, membrana non eo pacto cuti connaſcatur, ut unum ex ambobus ſimul confuſis corpus conſurgat.

*Prior.* *Poſterior.* [b] 3 fi. C, D.

## DE MVSCVLIS PALPEBRARVM. Caput X.



*QVAMVIS tertia muſculorum tabula ad characteres C, D, E, hos muſculos utcunq; exprimit, hic tamen iſtam peculiarem locauimus figuram, in qua A primùm indicat palpebræ muſculum, b uerò & C, muſculi illius principium, D ſecundum muſculum, cuius initium e notatur. Mutuus autem duorum muſculorum connexus, F inſignitur.*

*Palpebrarũ conſtitutio.*

PALPEBRAM utranque tam inferiorem, quàm ſuperiorem efformat mẽbrana, quæ à caluariam ſuccingente membrana principium ducit, & unum continuum cum adhærente albáue oculi[a] tunica corpus exiſtit, deinde & cutis quoque cum carnea membrana. Atque hæc ſimul ad palpebrarum fines, & ubi[b] cartilago cilia erigens conſiſtit, firmiſſimè uniuntur adeò ſanè, ut quatuor hęc, cutis nimirum, duæ membranæ, & cartilago illa, quam tarſum uocauimus, ſimul unita, palpebram, corpus quoddam rarum, & nulli alteri in homine parti reſpondens conſtituant. Cæterùm per reliquã palpebrarum regionem, cutis carnoſæ membranæ, ut in cęteris ferè omnibus corporis partibus, quod ad connexum attinet, committitur, at nullus interim adeps, ſed unctuoſus dũtaxat quidam humor, inter cutem membranamq; iacet. In ſuperiori quoque palpebra ſecundùm uniuerſam ipſius amplitudinem ex abundãti, carnea mẽbrana muſculoſis adaugetur fibris, acue lut duos efficit muſculos, in medio cutis & eius membranæ, quam adhærenti albæúe oculi tunicæ continuam eſſe diximus, repoſitos. Moueri enim oportebat ex noſtro arbitratu ſuperiorem palpebram, alioqui in nullum uſum nobis accommodaturam. Etenim fruſtra palpebras Natura largiretur, ſi aliquando extrinſecus illato, uerſus hominis oculos ſcarabæorum & cancrorum oculis longè molliores, quòd percuſſurum ipſos, & læſurum eſſet, ex noſtro arbitratu eas non clauderemus. Duos itaque tenues, latos, membraneos, ac ſubſtantia propemodum omni ex parte ſibi ſimiles, Natura miro quodam artificio muſculos produxit, unum ſanè in maiori oculi ponens angulo, alterum in minori.[c] Qui portionem maioris anguli occupat, ex media anguli ſede inibi ad naſi latus incipit, ſuo principio etiam ſuperciliorum partem naſo proximam contingens. Huius finis amplus, quemadmodum totus etiam muſculus, cartilagini, in quam pili firmantur, applantatur, mediam ipſius ſedem, quæ maiorem reſpicit angulum, uniuerſam occupans.[d] Alter uerò muſculus totũ minorem angulum amplectitur, ductum quodammodo circularem obtinens. A medio nanq; inferioris palpebræ ortus, per minorem angulum circunducitur, & in ſuperiorem palpebram aſcendens, in reliquam cartilaginis dimidiam ſedem ſeſe inſerit, priorique muſculo, non ad cartilaginem tantùm, ſed etiam per reliquam ſuperioris palpebræ longitudinem[e] committitur adeò ſanè, ut niſi fibris ambos diſtinxeris, uterque unus eſſe apparebit. Fibræ enim ſecundi, noſtro C, quum palpebra ſurſum ducta eſt, reſpondent, ea autem conniuente, acutum magis efficiunt angulum. Prioris uerò muſculi fibræ minus obliquæ conſpiciuntur, & uelut ex duplici ducuntur principio, nimirum ex angulo maiori, & ſupercilij parte naſo contermina. Horum muſculorum beneficio ſuperior palpebra & attollitur, & deprimitur. Prior enim ipſam ad ſuperiora contrahit, poſterior, qui minorem perreptat angulum, ipſam deorſum agit. Simul nanque ſemper attrahitur, tam altera tarſi pars, cui contractus muſculus non implantatur, quàm reliqua. Huius autem cauſa eſt, tarſi durities, ſi enim eſſet membranoſus, uel carnoſus, uel quomodocunque libet mollis, præterquam quòd cilia non reſeruaret erecta, motam partem, reliqua

*Duo palpebræ muſculi.* *Superiorem palpebrã cur moueri oportuerit.* *Vnus muſculus.* *Alter.*

[a] 18 fi. cap. 14 li. 7. 10. [b] 1 fi. ca. 35 lib. 1. [c] A. deinc C, b. & 3 tab. C. [d] D. deinc. & 3 tab. D. [e] F. & 3 tab. E.



reliqua haudquaquàm ſequeretur. Id quod prœuidens Creator, durum cartilagineumq; tarſum ipſi palpebræ innexuit, in quem utriuſq; muſculi fines inſererentur. Quemadmodum enim ſi baculum aliquem obliquum & retortum, utra uoles parte appræhenſum, attraxeris, ſequitur totus, pari modo tarſus quoque utrunque muſculum alternatim uniuerſus ſequitur. Quod uerò iam dicti palpebræ motus, eodem ritu cum reliquis totius corporis motibus, qui ex oppoſitis perficiũtur muſculis, celebrentur, omnibus conſpicuum eſſe debet, uno ſcilicet muſculo in ſe contracto, altero uerò à propria functione quieſcente, & longiore reddito laxatóque. Si enim uterque muſculus conuelleretur, & ad ſeipſum, ſibi continuam tarſi partem alliceret, ſurſum quidem pars eius, quæ magnum reſpicit angulum, reuelleretur, deorſum autem traheretur ea, quæ paruo uicinior eſt, ac ita non magis aperiretur oculus, quàm clauderetur, eaq; uideretur palpebra, quam in Præſagiorum Libris Retortam uocauit Hippocrates. Cuius ſanè oraculi gratia non oſcitanter palpebrarum muſculos à ſtudioſis obſeruari uelim, eſt enim, ut omnium propemodum infacie motuum, eorum quoque ſpeculatio ardua. Quod uel Galenus facilè atteſtatur, qui in Libris de Affectorum locorum cognitione, tres palpebræ muſculos ſecus atque alibi recenſuit. Duos enim illos, quos iam enumeraui, innuit palpebram deorſum trahere, & tertium à fronte natum, ductus palpebræ ad ſuperiora autorem ponit. Neque adeò adhuc palpebrarum motus admirandus uenit, atque pelliculæ illius, quam in auibus, & teſtudinibus, alijſq; plurimis animalibus ex maiore oculi angulo, quoties oculus conniuet, toti oculo obduci conſpicimus, & quæ aperto oculo rurſus ad maiorem oculi angulum collecta, quid ſimile commonſtrat, noſtræ[f] carunculæ in maiori oculi angulo repoſitæ. Quæ itaq; ad ſuperioris palpebræ motum pertinent, ſic ſe habent, inferiori interim palpebra optimis rationibus & minori & immobili. Porrò muſculorum palpebram mouentium adminiſtratio eiuſmodi ferè eſt, qualem præcedenti Capite deſcripſimus, optimè tamen cultellis paruis, quibus in aptandis calamis utimur, & hamulis negocium perfeceris. Cutem enim omni induſtria à carnea mẽbrana ad tarſum uſq;, in utraq; palpebra oportet adimere, ac nequaquam perfunctorie cutis cum carnea membrana connexum intueri, adipiſq; hîc abſentiam, ut pars leuior, muſculoq; ſequacior redderetur, perpendere, id nanq; utiliter affectuum gratia, quos ὑδλακώδεις Græci uocant, & alios qui in palpebras non infrequentes procumbunt, fluxus perdiſces.

*Difficilè eſſe palpebras mouentiũ muſculorum cognitionem.* *Adminiſtratio palpebram mouentium muſculorum.* [f] 19 fi. cap. 14 li. 7.

## DE OCVLORVM MVSCVLIS. Caput XI.




PRIMA *OCVLI MVſculorum figura.*

SECVNDA *OCVLI MVſculorum figura.*

PROPOSITARVM IAM FIGVRARVM ET EARVNdem characterum Index.

*QVONIAM in integris muſculorum tabulis, oculi muſculos depingere non dabatur, ipſeq; oculus ex caluaria ad muſculorum oſtenſionem euellendus ſit, hic ipſorum delineationem repoſuimus. Ac in harum prima quidem, oculus ſimul cum ſuis muſculis in ipſorum ſede adhuc repoſitis, una facie delineatur. Secunda uerò, ſex primos oculi muſculos ab inſertione humi proſtratos commonſtrat, ſeptimo adhuc ad uiſorium neruum aſſeruato. Cæterùm notarum Index ſequenti proponetur pagina.*

A 1,2. *Anterior oculi ſedes, in qua iris conſiſtit.*
B 1,2 *Viſorius neruus inibi reſectus, quà primùm ex caluaria in oculorum ſedem delabitur.*
C,D,E 1 *Tres in hac facie muſculi occurrunt, nondum ſcilicet aliquo muſculo ſua ſede liberato.*
F,G 1 *Interuallorum inter ſex primos muſculos conſiſtentium, & adipe oppletorum duo in hac facie apparent.*
H,I,K, *L,M,N Primi ſex oculi muſculi, uerùm H muſculum notat, quo oculus ſurſum agitur, I quo deorſum, M & N quibus circumagitur, K quo ad maiorem oculi angulum ducitur, L quo ad minorem angulum fertur.*
O *Septimus oculi muſculus, nulla ex parte à uiſorio neruo liberatus, ac ab adipe ipſum alioquin integente omnino detectus.*

*Oculos motu uoluntario mouendos.*

QVONIAM neq; ex lateribus, neq; ex poſterioribus, neq; ſuperioribus, uel inferioribus ſedib. neque omnino aliter, quàm ſecundùm pupillæ rectitudinem, oculorum uiſio perficitur. pauciſſima utique uideremus, ſi oculi immobiles penitus eſſent. Qua de cauſa ipſos ita corporis noſtri Conditor creauit, ut plurimum circumduci poſſint, & præter hoc, collum ad motus promptum reddidit, ideóque potiſſimùm duo facti ſunt oculi, etiam notabili ſpacio diſſiti. Cæterùm ſi eos moueri motu uoluntario oportebat, ipſis

*Oculorũ motus*

quoq; muſculos largiri neceſſum fuit. Sed quum oculorum motus ſint tres, unus, quo hi intrò, uerſus naſum adducuntur, & quo extrorſum ad paruũ angulũ aguntur. ſecundus, quando ſurſum tenduntur, uerſus ſupercilia, & deorſum trahuntur uerſus malas. tertius, quo obſcuro admodum motu circumuertuntur, meritò totidem numero duces motuum, muſculos fabrefieri oportuit, atq; ſingulis motibus, qui in geminos diuidi poſſent, binos muſculos aptari neceſſum fuit. At ex his[a] duos quidem in lateribus, ſingulos ſcilicet ad utrunque angulum,

*Muſculi ſex primi.*

[b] alios autem duos, unum quidem infrà, alterum uerò ſuprà, [c] quintum uerò ac [c] ſextum, ut circumuerſionis motui præeſſent, uariè locari oportuit. Cæterùm ex his ſex numero muſculis primi quatuor, quemadmodum rectis oculi motibus præſunt, ita quoq; rectum ſitum obtinent, & omnes omni ex parte ſibi ſimiles ſunt. Capita enim ipſorum, uelut ex [d] dura cerebri membrana neruum uiſorium obtegente, & è neruo *ſecũdi paris neruorum cerebri, ſtatim in nerui uiſorij à caluaria elapſu, originem ducunt. Deinde ipſorum uenter amplior, quàm profundior, attamen teres propemodum uiſitur, & poſteriori oculi regioni, neruoq; uiſorio, ſecundùm ipſius à caluaria in oculi uſq; radicem ductus longitudinem, incumbit, & quum propter mediam oculi ſedem (ubi is latiſſimus eſt) uenter pertigerit, in latam membraneamq; enervationem finit. Quæ ultra mediam oculi ſedem terminatur, & duræ oculi [f] tunicæ, tanquam in mouendo oſſe, recta (ſed ſecundùm corporis latitudinem ducta) linea inſeritur, iuxta [g] iridem, maiorem oculi circulum, in anteriori oculi parte conſpicuum, & nigrum ab albo (ut ita loquar) dirimentem. Porrò muſculi, circunductionis oculi opifices, forma quidem ac ortu prioribus illis reſpondent, at minores ſunt, & ductu inſertionemq; ab illis uariant. Prior nanq; à dura cerebri membrana, uiſorium neruum ambiente, è regione minoris anguli originem ducit, & in humiliorem oculi ſedem, neruoſa ſua tenuitate inſeritur, obliqua linea iuxta iridem, reliquorum quatuor modo. Alter uerò à uiſorij nerui membrana, è regione maioris anguli enaſcitur, & duræ oculi tunicæ, neruoſam ipſius tenuitatem, obliquiori linea, ad ſuperiorem oculi ſedem inſerit. Atque hinc fit ſex iſtos oculi muſculos ſolo ſitu, & in duram oculi tunicam inſertione, idq; adhuc modicè, uariare. Primi enim quatuor, uti modò dicebam, prorſus recti ſunt, rectaq; linea inſeruntur, alij duo obliquiores uiſuntur, obliqua linea inſertionem molientes, qui etiam ſi circumuerſioni conducant, attamen & ſurſum deorſumq; oculum agunt. Atque omnium neruoſarum tenuitatum ductus, inter duram oculi tunicam, & [h] adhærentem medius conſiſtit. [i] Efformant itaque ſimul omnes muſculi, dum proprium adhuc ſitum ſeruant, turbinatam figuram, cuius conus ipſorum eſt exortus, baſis uerò, eorundem inſertio. Breuiſſimo enim ductu neruo connectuntur uiſorio, quum in illorum, quam unà conformant capacitate, multus cõtineatur [k] adeps duriuſculus, & albus admodũ, atque is rurſus alteri cuidam obuoluitur muſculo. Eſt enim præter commemoratos ſex oculi muſculos, alius muſculus grandis, undecunq; ab illis & eo, quem diximus, adipe circundatus, ac ſolus ſimilem figuram, quam priores ſex ſimul efformabant, conſtituens. Nam muſculus iſte principium quoq; à dura membrana, neruum uiſoriũ inuoluente aſſumit, at paulò anteriùs, quàm ſex priores. illorum enim origo ab oculi corpore remotior eſt, quàm eius, quem

*Adeps muſculis oculorum interpoſitus.*

*Septimus oculi muſculus.*

a 2 ſi. unus K. alter L.
b 2 ſi. unus L alter H.
c 2 ſi. M & N.
d Specta a & 3 fig. 17 ca. 14 li. 7.
e 1,2 ſi. cap. 2 lib. 4 K.
* 1,2 ſi. ca. 2 li. 4 K.
f figuræ 16 & 17 cap. 14 lib. 7.
g earundem ſi. x.
h 18 ſi. cap. 14 li. 7 n,n. aut ſpecta illic 1 figuræ G, M, Q.
i tota 1 ſi.
k 1 ſi. F, G, l 2 ſi. O.



quem nunc enarramus, muſculi. cuius principium ſimiliter carnoſum eſt, ut etiam reliquum totius muſculi corpus, quod orbiculatim uiſorium neruum ambiens, ac à principio in priora porrectum, inſtar turbinis tantiſper dilateſcit, dum poſteriorem oculi ſedem contingat, illicq; circuli modo implantetur. Atque hanc inſertionem muſculus molitur, non quidem neruo uiſorio proximã, ſed ferè ubi oculus ampliſſimus fieri incipit. Quemadmodum uerò inter hunc muſculum, & ſex priores adipem repoſitum dixi, ita etiam inter neruum ipſum, & præſentem muſculum eo interuallo, quo is à neruo abſcedit, adeps colligitur. Muſculus hic nullam prorſus inſcriptionem obtinet, niſi fortaſſis unam in inferiori ipſius ſede, ſecundùm ipſius longitudinem protenſam. Vnde etiam miror, hunc non unius muſculi loco à cæteris Anatomicis enumeratum fuiſſe, ſed ab alijs duorum, ab alijs trium: quum interim muſculum hunc uix obiter omnes deſcripſerint. Ac proinde etiam uereor, ipſos non admodum aptè muſculi huius uſum expreſſiſſe, dum hunc priuatim, retentionis oculi in ſua ſede autorem eſſe aſſerũt, nullum præterea illi uſum aſſcribentes. Quum tamen aptiùs ſex priores muſculi id munus ſibi uendicare poſſint, ut quorum externa ſuperficies, membranæ oculi ſedem in caluaria exculptam ſuccingenti, fibris multis connaſcatur. Quinetiam ſex iſti priores propinquius ipſi capitis oſſi, ubi neruus ex caluaria elabitur, pertingunt, illico enim atque neruus emergit, ex ipſius dura membrana principium mutuantur, omni ex parte ſeptimum occultantes. Quanquam fortaſſis non deſuturi ſint, qui originem horum muſculorum non à dura cerebri membrana, uerùm ab illa quæ os ſuccingit, pendêre cõtendent, quum interim ſeptimus muſculus, multis interuallis undiquaque ab os ſuccingente membrana diſtet, quod profectò factum nõ fuiſſet, ſi modò huius beneficio oculum in ſua ſede retineri, ac quodammodo ad cerebrum trahi oporteret. Et ſi fortaſſis ipſius naturam accuratè rimatus fueris, illum inſtar tegumenti uiſorio neruo obduci concedes, & poſtmodum etiam oculum rectis motibus agere fateberis, prout nimirũ has illas uè ſui corporis fibras contraxerit, laxauerit ue.

*Septimi officium.*

*Oſtendit hæc prima figura.*

## OCVLI MVSCVLORVM ADMINIſtratio. Caput XII.

*Adminiſtratio in oculo à caluaria reſecto, & oculum eximendi modus.*

RECTIVS muſculorum oculum mouentium adminiſtrationem, illo ex caluariæ[a] ſinu euulſo, perficies. Euellitur autem prompte uniuerſus, integra adhuc caluaria, ſi omni ex parte oblongo cultello, ad os ſemper ductis in circuitu ſectionibus, à ſuo ſinu ipſum liberaueris, & tandem neruum uiſorium, ubi primùm ex caluaria procedit, abſecueris. Si uerò caluaria fortè ad cerebri inſpectionẽ prius fuerit diſſecta, ipſumq; cerebrum auulſum, cõduxerit duabus lineis caluariam ſerra diuidere, una quidem linea à regione maioris anguli, uerſus uiſorij nerui foramen facta, altera autem à minori angulo ad prioris ſectionis, iuxta foramen illud, terminum. Si enim ad eum modum ſerram in oculorum uſq; ſedem penetrãre coẽgeris, totam ſuperiorem partem ſedis oculorũ, inſtar cuiuſdam trianguli auferes, ac deinceps undique oculo à pinguedine liberato, illum adimes, aut ſi uiſum erit, oculum ab oſſe undecunque liberatum ſolius uiſorij nerui interuentu, caluariæ appendere ſines. Euulſum miniſtro tenendum porriges ſic, ut ſummis dextræ manus digitis nerui uiſorij finem (quem & eleuabit) ſiniſtra autem manu uelut in pugnum coacta, in indice ac pollice anteriorem oculi partem comprehendat. Mox adipem oculo, ut minori moleſtia humectatus moueretur, circumpoſitum, & glandulas, uenarum & arteriarum diuiſionem intercedentes adimito. Dein conſideratis muſculorum ductibus, &, quam ſimul omnes conſtituunt, forma, ſex capita primorum à neruo uiſorio acutiori cultello liberato, ac ſingulos deinde muſculos leuiter ſecando, ad mediam uſque oculi regionem deducito, unumquenq; ſupra læuam miniſtri manum, quaſi ſtellam effigiaturus extendens. hac nanque ratione cuiuſq; implantationem, formam, & uſum leui negocio cõdiſces. Porrò nihil æquè diligẽter præcauendũ uenit, ac ne [b] adhærentem albam ue oculi tunicam à [c] cornea prorſus abradas, nimiumq; oculum emungas, priuſquam ſex muſculorum inſertionem intuitus fueris. aliàs enim (niſi fortè exercitatior ſis) eam uiciabis, neruoſam alicuius muſculi tenuitatem unà cum adhærente membrana incurioſe abſecans. Iam ubi adipem in media horum muſculorum amplitudine coaceruatum, unguibus, aut cultello à ſeptimo oculi muſculo adempſeris, illum quoque aggredi integrum eſt. Primum itaq; quî neruum ambiat, circulatimq; in oculi radicem implantetur, examina, ipſum à neruo prorſus ad duram uſque oculi tunicam radendo. Cæterùm ſi caluariæ adhuc hærentem oculum adminiſtrare animus ſit, muſculorum capita primùm liberans, ad eum quem iam

*Hæc quaſi oſtendunt duæ cap. 11 figuræ.*

*Adminiſtratio oculi muſculorũ, quum is adhuc caluariæ hæret.*

a 1 ſi. ca. 9 li. 1 T, V, & alij multi characteres.
b 18 ſi. cap. 14 li. 7 n,n.
c 17 ſi. cap. 14 lib. 7 x.

modum, muſculos attrectabis, capita ſcilicet à neruo adhuc fixo ad inſertionem uſque (quæ nō procul ab iride conſiſtit) deducens. Commodiùs tamen, minoriq; moleſtia priorem ſectionem obibis. In utroque tamen adminiſtrandi modo, oculi ſitus ſemper perpendendus eſt, quem[d] caruncula indicabit, maiorem angulum in homine occupans, & (ut creditur) pituitam in genas defluere præcauens. Hæc nanque (dummodo cognoſcas, an dextrum, an ſiniſtrum oculum in manus aſſumpſeris) oculi regionem, quæ magnum ſpectat angulum perpetuò commonſtrabit, à qua ilico reliqua oculi latera opportunè petes. Intereſt autem, oculi regiones, propter obliquos muſculos, potiſſimùm cognoſcere. Aut ſi lubet, neglecta caruncula, poteris cultello carneam membranam, priuſquam oculum à caluaria reſecabis, punctim in aliqua parte radere, hincq; oculi regiones ſemper augurari.

*d 19 ta. ca. 14 lib. 7 a.*

## *DE BVCCARVM, LABRORVM, ET naſi alarum muſculis.* Caput XIII.

LIBRO ſuperiori,[a] duo narium oſſa in[b] duas deſinere cartilagines, atq; horum extremo ſecundùm latera alias[c] duas molles, & latas cartilagines (quas alas uocant) accumbere alligariq; ſcriptum fuit. Nunc uerò muſculos, qui eas mouent, ſimul cum buccarum genarum'ue labrorumq; motoribus exequemur. Cæterùm quum buccarum & labrorum motus dicimus, illi intelligentur, quos quieſcente etiam inferioris maxillæ oſſe obimus. Alijs ſiquidem muſculis maxillæ os, alijs uerò buccæ labraq;, motu aguntur uoluntario. Duorum itaque primorum, qui buccas & labra mouent muſculorum, in utroque latere[d] ſinguli habentur membranei, admodumq; ampli. Hi enim ex omnium uertebrarum ceruicis ſpinarum regionibus, deinde ſcapularum, & clauicularum, & pectoris oſſis ſedibus originem ducunt, uſque ad faciei medium protenſi. Sunt autem hi aliud nihil omnino, præterquam membrana (quæ meritò carnoſa nobis dicitur) carnoſis fibris adaucta, hæc enim in tota paulò antè commemorata ſede, muſculoſa penitus reddita, aliquò uſq; uerè carnoſa efficitur. Cæterùm carnoſæ hæ fibræ à nullo prorſus oſſe originem (ut fortaſſis quiſpiam ab alijs Anatomicis luſus arbitraretur) ducunt, neque etiam quis muſculum hunc ab aliquo oſſe principium petere, non perperam dicturus eſt. Is nanque non aliud exiſtit, quàm carneæ fibræ nuper dictæ membranæ intenſæ, & multis neruorum ſurculis concomitatæ, qui quòd à ſubditis membranæ corporibus in illam excurrant, ipſam firmiùs ſubſtratis ſibi partibus connectunt, quàm in reliquo ferè corpore illis, quibus obducitur, muſculis hæc affirmari ſolet. Prorepunt autem primùm eiuſmodi neruorū ſoboles in membranam, ſecundùm totam colli longitudinem, ſeu à thorace ad occipitium uſque ex ea ſede, qua ſpinarū ceruicis uertebrarum conſiſtit regio. Item ſecundùm ſcapularum ſpinarum ductum, ſummos humeros, clauiculas, & eminentiorem pectoris oſsis regionem, neruiculi quoque inſtar tenuiſſimorum filorum, à ſubditis muſculis membranæ exporriguntur. Atque hi neruorum ſurculi omnes, ſecundùm carnearum fibrarum ductum (qui perquam uarius eſt) reflexæ excurrunt. Fibræ enim[e] à pectoris oſſis ſede, mediaq; clauicularum regione pectoris os ſpectante ſurſum, uerſus faciem conſcendentes, ſecundùm colli longitudinem recto tramite protenduntur.[f] Quæ autem ex reliqua clauiculæ ſede, & ſummi humeri, & ſcapularum ſedibus ad ceruicis uſq; ſpinam incipiunt, obliquè ſurſum contendunt, tantoq; obliquiores uiſuntur, quanto ceruicis ſpinæ ſunt propinquiores. Omnes enim fibræ à ceruicis uertebrarum ſpinarum ſedibus prorepentes, unà cum eius partis neruorum[g] ſurculis tranſuerſim feruntur, atque ideo magis, quo muſculus occipitio uicinior exiſtit. Porrò eiuſmodi fibrarum ductus, in ceruice admodum conſpicuus eſt, nullaq; fibrarum interſectio, ut neque etiam in ſummo mento, & in inferioris maxillæ iuxta aurem regione ſeſe offert.[h] Verùm ubi iam labra cōtingunt, fibræ inter ſe adeò confunduntur, ut rectas, & obliquas, & tranſuerſas iam amplius diſtinguere prorſus arduum impoſſibileq; ſit, atque id præcipuè ſecundùm totā inferioris labri regionem accidit. Labri enim ſuperioris lateri ad alas uſque narium duntaxat fibræ porriguntur. Poſterius itaque huius muſculi initium, à ſpinæ ceruicis ſede omnino promitur, deinde ſecundùm occipitij oſſis baſim fertur,[i] mox ſub aurem, ut ipſius radicem perreptando contingat. Imò interdum hic adeò aſcendit, ut & auris huius beneficio quibuſdam hominibus (non etiam ſtupidis, aut aſinis) moueatur, uti inter alios quoſdam hîc Patauij uidere eſt, in lepidi ingenij Iurium Doctore non minus egregiè erudito, quàm iucundè faceto, Claudio Symionio Foroiulienſi, dein in nō minus audaci, quàm forti & ſtrenuo, Petro Rauaſcherio Genuenſi. Cæterùm præſens muſculus ab aure in faciem ductus,

*Alterius lateris primus muſculus, uel ſimul omniū primus ac ſecundus.*

*Li. 4 de Adminiſtrãdis ſectionibus.*

*Nōnullis hominibus aures moueri.*

*a 1 ſi. 9. ca. li. 1 Ξ, Ξ. b 4 ta. K. c 4 ta. L. d 3 tab. muſculus r notatur circūſcriptus H, I, O, N, L, K, M. e 3 tab. à K ad L. f 3 ta. ab L ad O. g Hanc neruorum ſeriem, aliquo pacto oſtendit colli figuræ 3 cap. 11. lib. 4. h iuxta H, M 3 ta. i 3 ta. ab O ad H.*



ctus,[k] illum quem à mandendo maſſetera uocabimus, muſculum contingit, & paulò ualidiùs oſſi in malis, quàm alibi in reliquo ipſius ductu connaſcitur, hinc ad naſi uſque radicem pertingens. Atque hunc ductum muſculus adeò ſeruat exquiſitè, ut duo hæc latera muſculi diffiniantur,[l] unum quidem, ſecundùm ſpinæ longitudinem protenſum,[m] aliud autem, ab occipitij medio ad ſuperius labrum prorepens. Reliqua uerò duo ipſius latera (ſortitur enim quatuor) haud æquè ſunt diſtincta.[n] Quod enim à ſpina ad ſummū uſque pectoris oſſis, ſecundùm ſcapulam & clauiculas exporrigitur, inæquale eſt ac uarium. Quandoquidem non inſtar rectæ lineæ carnoſarum fibrarum hic apparet principium, ſed inſtar obliquæ, admodumq; inæqualis, nunc paululum ſub ſcapulæ ſpina & clauicula incipiens, nunc paulo ſuperius, & nunc è regione.[o] Quartum autē latus, quod à ſummo mento, ad ſuperiorem pectoris oſſis ſedem protenditur, uix ob id diſtingui poteſt, quòd hominibus utriuſq; lateris muſculi hîc adeò coëant, ut duo muſculi unus eſſe uideantur, quodq; hac in parte carnoſiores longè, quàm in reliqua ipſorum ſede exiſtant. Cæterùm hi muſculi buccas, & totum inferius labrum deorſum retrahunt, & ad latera ſimul cum ſuperiori labro abducunt, aut, ut dicam uerius, reliquam faciei cutem, quæ à muſculoſa frontis & naſi ſubſtantia, & palpebræ muſculis non mouetur, circumagit, ad hoc opitulante[p] lato quoque, & quodammodo orbiculari muſculo, à tota ferè ſuperioris maxillæ longitudine in inferioris longitudinem, ad gingiuarum radicem inſerto. Eſt autem hic muſculus ſimiliter membraneus, & uaria fibrarum ſpecie intertextus, totam eam buccarum ſedem cōplectens, quam inflare poſſimus. Neq; ſanè aliud corpus id uniuerſum, quod inflatur, cenſendum eſt, quàm cutis, cui immediatè ſuccumbit[q] primus iam commemoratus muſculus, deinde prout obeſiores homines ſunt, adipis maior minor'ue copia, & poſtmodum quidam ſuperioris labri[r] muſculus, &[s] alius labri quoq; eiuſdem, & alæ naſi communis, quos poſtea deſcribemus. præterea orbicularis & amplus quoque muſculus, cuius naturam explicare iam contendimus. Huius itaque muſculi internam ſuperficiem, oris amplitudinem ſuccingens tunica oblinit, ipſiq; adeò connaſcitur, ut nullo prorſus modo illacera à muſculo, aut muſculus ab illa auferri queat. Imò ſecundus hic buccarum muſculus, uix aliud eſt, quàm carnoſarum fibrarum implexus admodum tenuis, ac quodammodo membraneus. Cognoſces autem eam, quam diximus, utriuſque iam commemorati buccarum muſculi, & potiſſimùm primi functionem promptiſſimè, ſi inferiore maxilla ſuperiori adducta, immotaq;, plurimùm ad quamcunque partem ſedem'ue, labra & buccas duxeris, atque etiam obſeruaueris, quî etiam anteriorem colli cutem primi muſculi beneficio, unà cum buccis deorſum uellere poſſis. Rurſus ſi immota colli cute, totam buccarum ſedem, quam inflare integrum eſt, nunc in oris amplitudinem uolueris, nunc autem extrorſum, nunc ſurſum, nunc deorſum, nunc prorſum, nunc retrorſum duxeris, ſecundi muſculi functionem & motus, quos illius, & aëris in ore ui obimus, plurimùm admiraberis. Et ſi demum in corpore illum inſpexeris, non niſi cum ſummis rerum Opificis, quas proloqueris, laudibus, uarium illum, & quem neutiquam explicare poſſes, fibrarum implexum, & undecunque in hunc procurrentes neruulorum ſoboles intuebere. Toti itaque faciei cuti, ut mobilis reddatur, præter ſecundum hunc muſculum, & labrorum & naſi proprios, quos ſtatim enarrabimus, muſculos, membranam carnoſam in muſculi naturam degenerantem rerum Opifex ſubiecit. Si modò malarum cutem duntaxat dempſeris,[t] illi enim membrana, quam carnoſam uocamus, ſubnaſcitur quidem, uerùm hîc nullis carneis enutrita fibris. Nihilominus tamen quum cutis, quæ malis obtenditur, inferior pars buccis continuetur, ſuperior uerò ſubiectæ frontis muſculoſæ compagini uniatur, ſimul cum reliqua faciei cute, malarum quoque cutem mouemus. Quàm uerò ad hoc latorum muſculorum, qui carnea membranea conſtant, munus homini neceſſarium ſit, condiſcimus, quoties labrorum ſubſtantiam deflectere, ac à ſuo ſitu auertere cogimur, aut os diſtendere & contrahere, ſtringere & laxare, quocunque edentium, bibentium, uel differentium, uel aliam quandam functionem obeuntium uſus uocauerit. Atque harum omnium functionum autores, Galenus in Quarto de Sectionibus adminiſtrandis libro, hos tantùm muſculos eſſe, inſinuare uidetur. Sed priuatim[u] neruis huc concurrentibus mouendi officium, nulla (ut tamen decebat) habita muſculorum mentione, tribuit. Sunt autem nerui eiuſmodi utrinque bini, quorum unum ex foramine inferioris maxillæ, ad inferius labrum elabi ſuo loco docebimus, alterum ex oculorum ſede per peculiare foramen deductum, in malarum regionem decumbere audies. his duobus, in alio latere totidem, ab eiſdem ſedibus ſui lateris procidentes reſpondent. Verùm quum eiuſmodi nerui muſculis indigeant, & omnes labrorum motus, illis latis & tenuibus tantùm peragi nequeant, ipſiq; alios exigant auxiliares, meritò Natura alios[x] quatuor muſculos mouendis labris conſtruxit. Quorum principia, euidentia

*Secundus alterius lateris, ſeu omnium 3 & 4.*

*Malarum cutem muſculo deſtitui.*

*k 4 tab. Δ. l 3 ta. quaſi ab O ad N. m 3 ta. ab O ad H, M. n 3 ta. quaſi ab N per L ad K. o 3 ta. ab M ad K. p 4 ta. M. 5 ta. E. q 3 ta. r. r 3 ta. G, H. s 3 ta. F. t ſedem hãc 3 tabulæ G indicat. u 4 ta. I. 5 ta. G. & 2 fi. ca. 2. li. 4 O, V. x alterius lateris unus G, H 3 ta. alter 4 ta. N notatur.*

quidem & manifesta sunt, anteaquam labrorum extremis permiscentur, concreta uerò illis, omnifariam redduntur obscura, & inseparabilia à reliqua labrorum substantia. Vniuersa enim labrorum cute, & oris amplitudinem succingente tunica, toti musculosæ naturæ commixtis, ac musculis, ut quispiam dixerit, ibidem corruptis, unà cum [y] fungosa, quam postea explicabimus, substantia, hominis labra procreantur. Quatuor itaq; sunt musculi, quoniam labris quatuor principia motuum esse oportebat, utrinque uidelicet duo, quorum moles, organis illorum beneficio mouendis congruit. Primorum enim duorum, qui superiori labro communes sunt, utrinque [a] unus habetur, qui à maxillæ superioris osse, ubi mala consistit, carnoso principio enatus, deorsum obliquè in priora fertur, quousq; in sui labri latus sese inserat. inferiorum quoque utrinq; [b] unus obseruatur, superiori musculo latior, sed breuior. Exoritur nanque carneus & hic quoque, ab inferioris maxillæ humiliori parte ad menti quasi latera, hinc sursum obliquè in priora protensus, latusq; permanens, in mediam sui labri sedem implantatur. Sunt itaque omnes quatuor lati, ac quodammodo, quod ad fibras attinet, duplici donati initio, ipsorumq; fibræ circa insertionem, x literæ modo sese intersecant pertinaciter, uti admonuimus, labrorum cuti immixtæ. Quatuor his musculis duodecim motus ut minimùm obimus, quatuor quidem obliquos, in utroque labro duos, & alios octo rectos, in utroque labro quatuor. Duo quidem ad amussim recti fiunt, quando labra plurimùm à se inuicem distant, hoc quidem à duobus musculis sursum agentibus ad nares tenso, altero autem deorsum ad mentum ducto, dum duo inferiores musculi laborant. dein quando ad se se labra retrahuntur, & inuicem coëunt, uno ex superiore loco deorsum, altero ex humiliore sursum protenso. Cæterùm ab internis horum musculorum fibris, labra introrsum conuertuntur & subimplicantur, ab exterioribus uerò foras euelluntur, ut ita & duo alij in singulis labris recti cõsurgant motus, qui paulo minus toto ad obliquos quasi referendi sunt. Quatuor uerò obliqui motus, unico duntaxat laborante musculo, reliquo interim laxato, celebrantur. Si enim dexter superioris labri musculus remisso sinistro contrahitur, dextra labri pars obliquo motu, sinistra dependente, attollitur. atque hac ratione reliqui tres obliqui motus labrorũ peraguntur. Vt uerò ualidiùs adhuc superius labrum moueretur, atque secundùm totam ipsius substantiam musculis participaret, illi alia portio [c] musculi elargitur, qui narium [d] alas extrorsum sursumq; agit. A malis enim iuxta proprium superioris labri [c] musculum, carneus quidam, sed tenuis membraneusq; enascitur musculus, qui in ipso modicè uersus priora descensu, in duas portiones partitur, unam nasi alæ radici, alteram superioris labri parti, quam Latini Mustacem, Græci uerò [greek] uocant, inserens. Portio nasi alæ exporrecta eam extrorsum sursumq; mouet, quæ labro propria est, id quoq; sursum uellit, & tantus huius portionis cum alæ portione est connexus, ut superius labrum, immota ala, sursum uehementer mouere nequeas. Verùm præter hunc alæ musculum, [f] alius in interna narium amplitudine habetur, ad suæ cauitatis externum latus, sub tunica narium amplitudine obducta, reconditus. Est autem hic tenuis & membraneus, interiori alæ regioni insertus, illumq; intrò trahens. Musculus hic neruulum habet ab [g] illo, quem per [h] foramen in magno oculi angulo incisum, ad narium amplitudinem, à tertio cerebri neruorum coniugio diffundi commemorabimus. Atq; huiusmodi alarum musculos efformari decebat, qui in repentinis aëris inspirationibus & expirationibus, earum motibus opportunè præficerentur. Sunt itaque hoc Capite nobis enumerati duodecim musculi, si omnes utriusque lateris iunxerimus, duo quidem lati ex carnea constantes membrana, duo admodum uarij ex una maxilla in aliam pronati, & quatuor labris proprij, & totidem alarum nasi. Nisi fortassis illum, qui labrum superius & alam simul adit, subdiuidere constitueris, atque ex utriusque lateris musculo duos, propter dissectionem in progressu, & in diuersas partes insertionem, fingere, atque ita quatuor decim musculos statuere uisum sit. Sic etiam nihil obstat, & duos qui carnea membrana efformantur, unum dicere, quum hi adeò in anteriori colli parte continuentur, ut [i] diuisionem nullam notatu dignam ostendant. Rursus si fibris motibusq;, cùm in hoc, tum in propriis labrorum musculis animum accommodare uelis, ob idq; in plures musculos hos diuidas, maior sanè tibi, quàm nobis hactenus, horum musculorum numerus excrescet.

*Labrorum constitutio, dein quatuor musculi labris proprij, seu in altero latere tertius, et postea quartus, uel omnium 5, 6, 7, 8.*

*Alarum nasi musculus, hic autem in altero latere 5. aut omnium 9 & 10.*

*In altero latere 6. aut omnium 11 & 12.*

*Musculorũ epilogus.*

y 5 ta. G.

a 3 ta. G, H.

b 4 ta. N.

c 5 ta. F.

d 4 ta. L.

e 3 ta. G.

f ad regionem K tab. 4.

g 2 fig. ca. 2 li. 4 P.

h 1 fi. 12 ca. lib. 1 C.

i 3 ta. ab M ad K.

M V-



# MVSCVLORVM BVCCAS, LABRA, & nasi alas mouentium administratio. Caput XIIII.

a 3 tab. r.



ORVM musculorum administrationem à [a] latis ac ex carnea constantibus membrana musculis opportunissimè auspicaberis, & primùm acutiori nouacula in cute rectam sectionem, à summo mento, mediaq; inferioris labri sede (ubi cutis in ruborem desinit) ad pectus usque, secundùm colli longitudinem duces ita quidem ad amussim, ut sola cutis ad subiectum usque musculum, carneam'ue membranam diuidatur. Deinde alia ducenda est sectio, ad utriusque labri extremum, secundùm ruboris finem sic, ut orbicularis linea os uniuersum obducatur. His alia per nasi longitudinem addetur sectio, & si prius frontis musculorum compagem, & palpebræ musculos aggressus fueris, nulla præter has (nisi sub aure ad medium usque occipitij) in facie sectio est ducenda. Aliàs enim ex summo narium, sub inferiori palpebra & aure, uersus occipitium transuersam moliri deberes sectionem. Cæterùm à fine sectionis ad pectoris usque os ductæ, transuersa una sub clauiculis, & summo humero, & scapularum spina ad dorsum usque perficietur. licebit & his transuersam ex faucibus, seu ex gutturis regione, usque ad spinam adijcere. His tentatis sectionibus, hamulo cutis leuabitur, ac in altero latere acutiori nouacula, cutis à subiecto membraneo musculo, omni industria liberabitur. Quod nullibi feceris molestiùs, quàm ubi laqueus ceruicem compresserit, hîc enim laquei occasione, cutis membraneo musculo pertinacissimè connata reperitur, & etiam cutis instar cornu adeò inibi mox indurescit, ut uix nouaculam admittat. Quanquam musculorum sectioni corpus opportunius adhibebitur, ex quo uenæ prius sectæ, uniuersum sanguinem in aquam calentem effuderint. quandoquidem tunc non toties uenæ sanguine inanitæ, dum musculos diuidis, uenient colligandæ, atque adeò frequenter spongijs abstergendæ. Ex altero autem cadaueris latere, unà cum cute (quod factu facillimum est) musculum latum tenuemq; auferes, atque utrinque musculi naturam, & fibras neruosq;, ac munia (si hinc inde suas, quas prius enarrauimus, partes attraxeris) intuebere. Fibrarum autem huius musculi seriem, nequaquam oscitabundus in tota humiliore inferioris maxillæ sede præteribis, quin prius eas strumarũ, uel ut uulgò dicimus, scrophularum gratia diligenter examinaueris, quo in eo absessus genere, quum usus expetet, fœlicius ac magis industriè tumentes glandulas exseces. Administratio enim sectionis in hoc affectu extra fibrarum ductum tentata, admodum obscœnè hinc inde colli cutem aut tendit, aut corrugat. Vbi hæc igitur sedulò obseruaueris, eius lateris musculum, quem subditis corporibus adempta cute affixum reliquisti, omni ex parte adimes, atque administrationem ad proprios labrorum musculos cõuertes, qui in conspectum ueniunt, quamprimum adipem, qui his præcipuè in buccarũ regione incumbit, permiscetur q; una cum lato, qui ex carnea cõstituitur membrana, musculo ademeris. Liberabis itaque ab inferiori maxilla primùm [b] duorum, qui inferiori labro elargiuntur capita, sensim ea ad insertionem usque, ut fibras examines, deducens. Atque hîc labra fungosæ cuiusdam [c] substantiæ interuentu, maxillæ ossi connata reperies, quæ labris opitulatur, quoties distrahuntur, tenuesq; fiunt, & quoties contracta incrassantur, ac corrugantur. Quippe eiusmodi substantia omnino & inanitur, & repletur prompte: inanita quidem submittitur, repleta uerò attollitur. Præter hanc substantiam occurrent & [d] nerui duo, maioris tertij paris neruorum cerebri radicis ramuli, ex maxilla inferiori in eos, quos iam dissecas, musculos diffusi. Cæterùm posteaquam inferiores liberati fuerint, à malis [e] duos quoque superiores dissecabis, atque illis ad superius usque labrum deductis, quatuor musculorum functiones, capita huc illuc trahens spectabis. Postremò [f] musculo alæ nasi, & superiori labro communi à malis derasò, ac ad alam usque & labrum deducto, eius quoque usum contemplabere. Hîc uolens prætermitto [g] neruum minoris gracilioris'ue tertij paris neruorum cerebri radicis propagínem, ex superiori maxilla excidentem, ac nuper dictis musculis communicatum. Siquidem neruorum omnium seriem, quàm dabitur, accuratissimè in Quarto libro prosequar. Atque eadem ratione nullam neque uenarum neque arteriarum mentionem facio, etiam si lato musculo [h] externa iugularis suffulciatur, quoniam Tertius liber Venis arterijsq; dedicabitur. Integrum itaque est, ut consideres membranosa ligamina, narium alas alijs nasi cartilaginibus colligantia, & deinde mutuum earum cartilaginum connexum. Nam de narium [i] tunica in Neruorum distributione similiter pertractabitur. In præsentia autem sufficerit adhuc sermoni adiecisse, tunicam illam, quæ narium amplitudinem

*Primi ac secũdi duodecim præcedentis Capitis musculorum administratio.*

*Corpus musculorum sectioni opportunius.*

*Administratio 5, 6, 7, 8.*

*Labrorũ fungosa substantia.*

*Administratio 9 & 10.*

b 4 tab. N.

c 5 ta. G.

d ad latera G 5 ta. 6.

e 3 tab. à G ad H.

f 3 ta. F.

g 4 ta. I.

h fi. ca. 6. li. 3 T, V.

i 2 fi. cap. 2 li. 4 humilins P.

tudinem ambit, aliquousque cultello à subditis partibus abradendum esse, ut commodè tenuem membraneumq́ᵏ musculū, intrò alam mouentem intuearis. His omnibus resectis, secundus alterius lateris præcedente Capite enarratus mihi[l] musculus, externa ipsius superficie longè spectatissimus est, ut tamen ipsius naturam quoque examussim obserues, undecunque unguibus, hamulisq́ est diuellendus, ac postmodum à maxillis, & dentium gingiuis derasus, à tunica oris cauitatem obtinente uenit liberandus. Et quo huius musculi rarior magisq́ admiranda est cōstructio, fibrarumq́ mirabilis implexus, eo studiosiùs illum in multas particulas non mediocri delectatione discerpes, atque ad buccarum motum, non autem maxillæ inferioris, illum auxiliari speculaberis.

*Administratio 11 & 12.*
*Administratio 3 & 4.*

k 4 ta.K.
l 4 ta.M.

## DE MVSCVLIS INFERIOREM MAXILLAM MOVENTIBVS. *Caput XV.*

*Inferiorē maxillam superiori quiescente moueri.*



INFERIOR[a] maxilla homini, quiescente interim immotaq́ superiori, motu agitur uoluntario, quemadmodum & animalibus ad unum omnibus, si fluuiatilem crocodilum exceperis, cui unico superior maxilla mobilis uisitur, inferiori interim cum temporum ossibus adeò unita, ut ne tantillum quidem moueri queat, ipsaq́ duos sinus nanciscatur, quibus superior singulis utrinque tuberculis latis, nec[b] nostris admodum dissimilibus inarticulatur, magna ex parte lacertarum testudinumq́ inferiori maxillæ eleganter respondens, quemadmodum etiam totus crocodilus imagine (non autem magnitudine, & geniculatis caudæ tuberibus) lacertæ similis uisitur. Cæterùm inferior hominis maxilla tribus ducitur motibus, ac unus quidem in mandendo perficitur, quo ad latera, & prorsum & retrorsum maxilla agitur, ac circumfertur, alius in ore claudendo, tertius uerò in ore aperiendo fit. Motus hi omnes proprijs obeuntur musculis, ex quibus[c] qui uarijs motibus maxillam præcipuè circumagunt, & prorsum retrorsumq́ mouent, à mandendo μασητῆρες Græcis appellantur, quo etiam nomine Græcorum plerique temporum[d] musculos nominarunt, quòd illi ad manducandum quoque sint utilissimi, ac maxillam mordentibus, molientibusq́ quippiam adducant. Deinde ita temporalis quoque nominatur, quòd inuicem temporalis & masseter adeò connascantur, ut Galeno etiam in Libris de Vsu partium, ac si temporalis & masseter unus essent, imposuerint, quum temporalis partem, masseterem arbitratus, temporalem musculum, ex sui medio tendinem, contra aliorum musculorum rationem, educere protulit, & post modum (ne ab aliorum Anatomicorum in musculis numero aberrasse uideretur) masseterem etiam quendam enumerauerit secus multò, atque in Quarto de Administrandis sectionibus, ubi masseterem cognoscens, nihil de illa tendinis mirifica, falsaq́ & ficta productione comminiscitur. In eo itaq́ Libro Galenum secuti, atque cum ipso uocis fugientes æquiuocum,[e] musculos qui potissimùm claudunt temporales toto sermonis progressu,[f] illos autem, qui maxillam præcipuè antrorsum retrorsumq́ agunt, masseteres seu mandibularios uel mansorios appellemus.[g] Qui autem in ore occultari dicentur, & si eisdem ferè præsint munijs, in ore delitescentes nominemus, quemadmodum &[h] qui ductus maxillæ ad inferiora autores censentur, os aperientes, ita nanque fictis quodammodo nominibus, rerum fœlicior parabitur memoria. [i] Masseter itaque ille est musculus, quem ad posteriorem maxillæ inferioris sedem, sub[k] osse iugali possimus manu amplecti. Dum enim pollicem inter auris radicem, & inferiorem maxillā inseris, medium uerò digitum genæ admoues, illumq́ in oris amplitudinē protrudere tentas, totam masseteris externam superficiem contines, quam rursus tactu dignosces, si adductas prius maxillas, adhuc ualidiùs comprimere adnisus fueris, quia tunc masseter in se magis collectus, pollicem & indicem feriet, sese dilatans ac contrahens. Præterea & hunc quoque musculum in equis uides spectatissimum, is enim cum[u] illo, quem in ore latitare docebimus, illi sunt musculi, quos crebrò in equis amplecti consueuimus, obseruaturi, num carneus aut nerueus equus nobis proponatur. Atque id eo dico diligētiùs, quo minus aliquem mecum aberrare uelim, aliquot enim Galeni in Libris de Vsu partium locis deceptus,[x] masseterem, quem modò describam, aliquando temporalis[y] musculi mediam partem esse arbitratus sum, ac latum in genis[a] musculum, quem ab una maxilla in aliam duci prius retuli, masseterem esse existimaui. Attamen eo usque nunquam à ueritate reclinaui, quin tunc duos temporales musculos, semper in altero latere studiosis commonstrarem, unum superiorem, qui uerè est temporalis, alterum inferiorem, qui masseter est, appellans. Masseter enim nerueo,[b] & amplo ualidissimoq́ principio ab ea malarum[c] sede exoritur, qua infima pars futuræ

*Maxillæ inferioris motus*

*Maxillæ musculorum nomina.*

*Libro 11.*

*Masseter seu alterius lateris primus.*

a figuræ ca. lib. 1.
b 1, 2 fi. ca. 10 lib. 1 B.
c 4 ta. A.
d 4 tab. r.
e 4 tab. r.
f 4 tab. a.
g 6 tab. D.
h 5 ta. H, I.
i 3 ta a. 2, 9 ta. C, 5 ta. D.
k 3, 5 fi. ca. 6 li. 1 V, X.
u 6 tab. D.
x 4 ta. r.
y ta. a.
a 4 tab. M.
b 4 ta. E.
c 1 fi. cap. 9 lib. 1 d.



futuræ illius consistit, quæ maxillæ superioris[d] os, totum minorem oculi sedis angulum occupans, mediamq́ ossis iugalis sedem efformans, maximo eiusdem maxillæ[e] ossi cōiungit, quod dentium præsepeola continere, ac narium amplitudinem magna ex parte constituere, superior Liber declarauit. [f] Deinde à malis hoc masseteris principium in posteriora ducitur, è tota inferiori interioriq́ ossis iugalis sede ad aurem usque pronatum. Ex tota enim longitudine ossis iugalis, quæ à malis ad aurem usque pertinet, masseteris musculi principium enascitur, quod impensè nerueum in malis esse dicebam, quemadmodum etiam illic, ubi ab exterioris iugalis ossis superficiei inferiori parte prodit, nerueum liuidumq́ conspicitur. ubi autem ab interiori iugalis ossis sede originem ducit, carneum est, quemadmodum etiam totus musculus, non multo post initium, carneum crassumq́ se spectandum offert. Masseter hoc enatus principio deorsum tendit, totamq́ inferioris maxillæ[g] amplitudinem, in externa posterioriq́ ipsius sede conspicuam amplectitur, illi ualidissimè partim carneus, partim nerueus latissima insertione implantatus. Ex tota autem insertionis amplitudine nulla insignior, nullaq́ ualidior est ea, quam in maxillæ inferioris asperitatem molitur, in infima ipsius sede ueluti processulis aliquot extuberantem. in hac etiam[h] sede masseter est angustissimus, & ueluti trianguli alicuius obtusiorem angulum exprimit. Totus enim masseter quodammodo triangularis est, una enim ipsius linea, secundùm totam principij amplitudinem, seu iugale os porrigitur. secunda à malis, seu anteriori principij parte, ad infimam maxillæ inferioris sedem retrorsum ducitur, illam quam nuper diximus, asperitatem contingens. Tertia autem linea ab aure, seu posteriori principij sede, in anteriora deorsum fertur, ad demissiorem secundæ lineæ sedem, angulum cum illa linea adeò obtusum constituens, ut ferè hîc aliud latus masseteri possit asscribi, atque illum quadranguli formam referre, quis non ineptè astrueret. Vtcunque uerò sit, obtusus hic angulus, seu si ita uelis, quartum masseteris latus, multò strictius est amplo illius principio, unde etiam ilico fibrarum ipsius ductum uariare necesse est.[i] Fibræ nanque ab anteriori principij parte originem ducentes, deorsum in posteriora feruntur,[k] quæ autem à posteriori principij sede prodeunt, obliquè deorsum in anteriora repunt, omnes ex amplo principio ad obtusum, quem recensui, angulum protensæ, maxillæq́ inferioris amplitudini, citra tendinis productionem insertæ. Galenus in Quarto de Administrandis sectionibus attestatur, nonnullos dissectionum Professores amplo huic principio (quod ipse Geminum appellat) & diuerso fibrarum ductui attendentes, binos ab utroq́ latere masseteres collocasse, ut unum anterior principij pars constitueret, alterum uerò posterior. Rursus non defuere, qui triangularem præsentis musculi circumscriptionem expendentes, tres in uno latere masseteres enumerarunt, unumquemq́ angulum singulos masseteres esse arbitrati, tale enim quid Galenus nobis innuere uidetur. Quanquam arbitrer illos, qui tres masseteres utrinque collocarunt, non tribus illis angulis animum adhibuisse, uerùm[l] hunc, quem describo, masseterem unum appellarunt, & [m] secundum temporalem, [n] tertium uerò, quem in ore delitescere dico, posuerunt. Deinde qui duos recensuerunt, non mihi, ut Galenus asserit, principijs mentem adhibuisse uidentur, sed masseterem hunc nostrum unum posuere, alterum uerò temporalem cum illo, qui in ore delitescit. quod uel ex Hippocratis oratione, ubi eos musculos Masseteres nominat, colligere promptissimum est. Præterea nisi in ore delitescentis musculi munus masseteri accommodauerimus, neutiquam opportunè manducantium maxillæ inferioris in latera motus nobis explicabūtur. Quare etiam satius erit, masseteris musculi functionem tunc primùm persequi, quum temporalem, & in ore delitescentem plenè describero. [o] Temporalis musculus principium[p] à uerticis, & temporis, & frontis ossibus, & osse cuneum imitante, & eo osse, quod minorem sedis oculi angulum amplectitur, ac maxillæ superioris ossium mihi primum habetur.[q] Instar semicirculi enim primùm, & præcipuè à uerticis ac frontis osse multò elatiùs enascitur, quàm commissura squamæformis constitit, temporis os, uerticis ossi commitens. hinc sensim crassescens, & carnosior redditus arctatusq́, in cauitatem ibi in capitis ossibus exculptam descendit, à temporis osse, & cuneum imitante, & frontis, & illo quod minorem oculi sedis augulum constituit, enatus. Quum uerò ad iugale os usq́ pertingit, admodumq́ crassus, sed angustus interim euasit, superiori quoq́ iugalis ossis sedi adnascitur,[r] masseteri adeò continuus, ut uix immeritò temporalē & masseterem, unum esse musculū quis cōtenderet. Cæterùm uniuersum temporalis musculi corpus, ad iugale usq́ os carneū est, exteriori sede, propter propriæ membranæ crassitiem, perquam liuidū, idq́ potissimùm ad exortus sui initium, & ipsius ad os iugale connexum. Interna autem sede, qua ex ossibus ampla illa lataq́ explantatione enascitur, carneus est, & acutum maxillæ inferioris[s] processum cōtingens in bre-

*Temporalis seu alterius lateris secundus.*

d eiusdem fi. r.
e eiusdem fi. A.
f 4 ta. ab E ad F, à D.
g 1 fi. ca. 10 lib. 1 E.
h 4 tab. G ubi musculū circumscribes E, F, G.
i 4 ta. ab E ad G.
k 4 tab. ab F ad G.
l 4 ta. Δ.
m 4 ta. r.
n 6 tab. D.
o 4 ta. r. 3, 5 tab. B. 2, 6 9 A.
p 3, 4 fig. ca. 6 li. 1 R, R. unde hæc ossa petes.
q 4 tab. A, B, C.
r 4 ta, Δ.
s 1, 2 fi. ca. 10 lib. 1 C. aut 6 tab. B sub A.

uem, sed insigniter ualidum, neruumq; finit tendinem, sua amplitudine acutum illum maxillæ processum amplectentem, illiq; processui ualidissimè insertum. Ad tendinem hunc omnes temporalis musculi fibræ, ex semicirculo uelut ad circuli centrum procurrunt, tendinemq; hunc efformant illorum musculorum ritu, [t] quos gibbum, & cauum scapulæ implere docebimus, & qui ex ilium osse pronati, femoris motibus famulantur, & is cuius beneficio brachium attollitur, adeò profectò, ut satis mirari nequeam, quidnam Peculiare illud sit, tantopere in temporali musculo à Galeno decantatum. Neque satis assequor, quamobrem is Naturam tot laudibus efferat, quòd ab aliorum musculorum forma hîc declinauerit, tendinem educens non ex musculi extremo, ut aliàs semper, sed ex musculi medio. Ego ex tot Galeni in Naturam laudibus aliud nihil colligo, quàm illum arbitratum fuisse, musculum temporalem à nobis descriptum, unà cum massetere unum esse, atque tendinem, quem temporalis acuto maxillæ processui inserit, à temporali & massetere produci. Quod si fieret, ex media musculi sede tendo is enasceretur, temporalis scilicet musculi fibris deorsum ad tendinis generationem deductis, masseteris uerò musculi fibris sursum proreptantibus, & tendinem illum constituentibus. At quid attinet illis Galeni laudibus prolixius immorari, quas ad Naturæ dedecus potius, quàm honorem, (si quis examussim sua perpendat) contexuit? præcipuè quum Natura non solùm ab aliorum musculorum tendinis productione hîc non aberrauerit, & si aberrasset, necessariò colligeretur, eundem musculũ maxillam, & sursum & deorsum ducere. pars enim musculi sub tendine posita, necessariò deorsum traheret, quemadmodum superior sursum alliceret. Rerum igitur Opifici hymnos canamus, qui musculum ex tantillo spacio, tanto muneri præfectum produxit, ex quo insignem illum procreauit tendinem, acutum inferioris maxillæ processum amplexantem. Quo autem temporalis musculus robore polleat, & quo nam pacto pro ipsius mole ualidissimum omnium musculorum munus illi concreditum sit, condiscimus, quoties aliquid ui mordemus, & aliquid impetu dentibus confringere adnitimur, aut ingens aliquod onus histriones quosdam leuare conspicimus. Vt enim uarios hominum in mordendo conatus taceam, nuper Patauij histrionem uidimus, qui ferreum uiginti quinque librarum palum dentibus à terra subleuatum, & aliquandiu in ore erectum, retrorsum à tergo punctim paricti iniecit, quem triginta nouem pedum interuallo ab histrione destitisse metitus ipse sum. Quanquam Turcum nuper Venetijs longè maius robur in mordendo ostendisse audio, qui trabem à quinque uiris illi allatam perinde, ac baculum aliquem, uarijs modis omnium admiratione contrectauit. Vtcunque tamen temporalis musculus sit ualidus, [u] multisq; neruorum propaginibus donatus, ac suæ nobilitatis gratia ossuosis uallis interceptus, aptisq; sinibus inclusus, nihilo minus tamen illi alterum quoque [x] musculum, similiter robustum & neruosum, ac in ore delitescentem Natura associauit, eiusdem cum musculo temporali functionis autorem. Atque huius principium perquàm neruosum, ex tota cauitate sinu'ue exoritur, qui in ossis cuneum referentis [y] processibus, quos uespertilionum alarum imagini comparamus, insculpitur. hunc siquidem sinum unà cum ossis processibus, musculi huius principium ambientibus (ut tutò principiũ id custodiretur) Natura fabrefecit, simul etiam processus hos longiùs educens, ut commodè ab ipsis principium illud enasceretur. Cæterùm ilico atque cauitatem illam ossis cuneum imitantis excedit, carneum, amplum & crassum, ac forma massateri perquàm simile efficitur, interior enim iste musculus [a] posteriori ac interiori parti maxillæ, ubi hæc latissima est, implantatur, ualidam amplamq; insertionem molitus. Vt uerò commodiùs præsens musculus à maxilla susciperetur, neque is nimium oris amplitudinem occuparet, leuem, sed amplam cauitatem maxillæ insculptam esse diximus, quando ipsius constructio in Primo libro enarrabatur. Porrò musculus hic, quum eodem cum temporali fungatur munere, ac simul is temporali commissus unitusq; aliqua ex parte sit, nonnullis Anatomicorum in ore delitescens, temporalis pars habita est. alij uerò, etiam si inuicem committantur, quum tamen diuersis prodeant principijs, & in uarias eiusdem ossis sedes implantentur, duos ipsos statuunt. Nos autem ita illos distinguimus, ut utrinque unum temporalem, & unum massaterem, & unum in ore delitescentem enumeremus. Atque his tribus primario usu hoc munus committitur, ut sursum maxillam inferiorem trahant, illamq; superiori iungant. Verùm massateri id priuatim committitur, ut massaterum [b] anterioribus principij partibus contractis, inferior maxilla prorsum ducatur, mentumq; in anteriora promineat. Posterioribus uerò principij sedibus tensis, retrorsum ac uelut ad aures maxilla retrahatur adeò, ut duo hac ratione motus massaterum beneficio peragantur, quibus manducantes indigemus. Atque huic etiam motui suppetias fert temporalis musculus, prout has illas'ue sui principij fibras tendit

*Li. 1. de Vsu partium.*

*Musculus in ore delitescẽs, seu alterius lateris tertius.*

*Masseteris, temporalis, et in ore delitescentis munus.*

[t] 1 tu. t. 7 tu. t. 9 tab. n. 10 tu. 2. 11 tu. 2. 8 tab. A.

[u] 2 fi. ca. 2. li. 4 Q. B, b, c, d.

[x] 6 tab. D.

[y] 5 fi. ca. 6 li. 2 P, dextra cha. 2, 3, 4, 5.

[a] 2 fi. ca. 10 li. 1 D.

[b] 4 tu. E.



dit, aut remittit. deinde massaterum, & in ore delitescentium musculorum opera, in latus maxilla ducitur. Dextro enim massatere duntaxat, & sinistro in ore delitescente musculo contractis, maxilla in dextrum latus agitur. At sinistri lateris massatere, & dextri lateris in ore delitescente musculo, unà contractionem molientibus, inferior maxilla in sinistrum latus fertur. Atque his functionibus in ipsa sectione nihil æquè promptum cognitu, iam admonitus reperies. Enarrationi adhuc superfunt alij duo, utrinque [c] singuli, & graciles & oblongi, originem ducentes ex prominẽtibus ossium temporum [d] processibus, qui scriptorij styli imaginem referunt. Atque hinc membraneo latiusculoq; capite exorti, statim carnosi teretesq; fiunt, ac uersus priora maxillæ, ubi summum mentum habetur, procurrentes, [e] interiori eius parti adnascuntur, & dexter musculus sinistro hîc ad insertionem unitur, in ea sanè inferioris maxillæ sede, ubi uel horum musculorum gratia, maxilla exasperatur, & processulos inæqualiter extuberantes gerit. Præsentes musculi, dum in se colliguntur, os aperiunt, quemadmodum hactenus commemorati illud claudunt. Cæterùm utrique os aperienti musculo peculiare aliquid, & nulli uniuersi corporis musculo, præterquam [f] uni, quem contra Galeni placitum ossi [v] referenti asscribam, commune obtinet. [g] His enim in medio itinere, quod ab exortu usque ad insertionem emetiuntur, pars carnosa aboletur, & exanguis & neruosa efficitur, ceu tendo, uel ligamentum quodpiam carniformibus fibris neutiquam enutritum, ita sanè, ac si quis ex duobus musculorum uentribus, in quorum medio tendinis species cerneretur, utrunque musculum conflari diceret, uerùm hîc non perperam, neque ociosè à consueto musculorum artificio Natura declinauit, atque ideo encomio tibi celebranda uenit. Propria nanque exortus eorum musculorum regio, non erat post aures ad capitis basim, unde nunc à stylos imitantibus processibus explantantur, sed ad anteriores colli partes. sic enim maximè secundùm rectitudinem proprij principij, uterque maxillam deorsum traheret. At si ibidem ab ipsis ceruicis uertebris producerentur, angustiam non paruam tum ipsi etiam primi maximè tulissent, tum omnibus alijs partibus inibi repositis præbuissent. in nulla enim propemodum totius corporis regione adeò exigua, tantum organorum aceruum (quorum interim nullum transponi expedit) reperias, atque hîc in faucibus. Neque enim stomachum, neque laryngem, multo autem minus circumadiacentes eis musculos, neque uenas, neque arterias, neque neruos, neque glandes cum uasorum diuisionibus præfectas, tum ad humectandam laryngem homini opitulantes, neque aliud quiduis hîc in inferioris maxillæ amplitudine, citra noxam, uel sola imaginatione, sua sede mutare posses. Iure itaque musculi inferiorem maxillam deorsum tracturi, nequaquam à ceruicis uertebris explantantur, sed à longis illis processibus stylos & gallorum calcaria exprimentibus. Et ubi regio potissimum frequentibus organis erat oppleta, hi musculi meritò excarnes facti, ibidem in ipsorum medio, non absimilem tendini partem commonstrant. si enim iuxta has in faucibus angustias crassiores essent, præ loci angustia iter ipsis præcluderetur. Si uerò omni ex parte adeò, ut hîc, fuissent graciles, ad nimiam peruenissent imbecillitatem, quum nullus musculus absque fibris carne amplexis constare possit, quam si haberent, & illius tendinis crassitiem superarent, quid his tanto interuallo, & per tot præcipitia ductis cogitari possit infirmius? Quocirca quoniam eos in his angustijs oportuit fieri, ad patiendum pertinaces & graciles, Natura iure totam eorum, quæ inibi esset carnem, ademit, solos & nudos producens tendines. quando uerò primum extra angustiam constituuntur, tunc iam sensim carnem rursus assumunt, musculorumq; uentrem, ut antea circa exortum sibi uendicant.

*Musculus maxillam deorsum trahẽs, ac alterius lateris 4. aut omniũ 7. & 8.*

[c] 5 tab. H, I. 4 tab. O. 6 tu. 1. 11. tu. * d 3, 4, 5 fig. ca. 6. lib. 1 i. e 2 fi. ca. 10 li. 1 H.

[f] 5 tu. R, S. 8 5 tu. H & 1 musculi uentres indicãtur, in medio autẽ ipsius neruosa pars consistit.

## *MVSCVLORVM INFERIOREM MAxillam mouentium administratio. Caput XVI.*

[d] 4 tu. r. but in 5 tabula ad C. inter B & D.

EORVM qui maxillam inferiorem mouent, musculorum administrationem debitè absoluturus, illam à [z] temporali opportunè aggredieris. Capite itaque in latus reclinato, grandiori, quem administrandis sectionibus parasti, cultro, & admoto etiam malleo, [b] iugale os ad aures & malas excindes, & id acutiori cultello undequaque à musculo temporali, cui ualli ritu hoc proponitur, & massetere, cui principium exporrigit, liberabis, exactè tum temporalis musculi ad illud os connexum, & massateris exortum considerans. Ablato iugali osse temporalis musculi principium, quod secundùm capitis longitudinem semicirculi instar exoriri dicebatur, undecunque nouacula, aut cultello proximè ab osse abrades, quousque totum musculum à caluariæ, & maxillæ superioris ossibus

*Temporalis administratio.*

bus ademeris. Iam temporali musculo deorsum & extrorsum reflexo, intuebere neruosissimum ipsius tendinem, acutum maxillæ inferioris processum, quasi in se occultatum, amplexantem: deinceps quî is musculo in ore delitescenti, & masseteri committatur, spectabis. postremò, si aperto ore, musculi temporalis initia sursum trahere non detrectaueris, ipsius mu
*Masseter.* nus prompte etiam condisces. Nunc integrum est,[c] masseterem à iugali osse & malis liberatum, ab humiliori maxilla similiter cultello deradere, atque illius insertionem non oscitanter perpendere, animum adhibens, à massetere nullam portionem conferri ad musculi temporalis tendinem, maxillæ processui insertum. Integrum quoque erit, masseteris officium indagare, posteaquam sectionis serie, maxillam inferiorem carne denudaueris. Omnibus enim membris, quorum motum in mortuis animalibus examinare instituimus, commune est, ut uniuersam carnem ab illis ossibus, quorum motus indagatur, auferamus, ac illi duntaxat musculi, quorum beneficio ipsa mouentur, intacti maneant. Proinde maxilla inferiori his, quæ illi inferiùs adnascuntur, corporibus liberata, si masseteris musculi principia huc atque illuc traxeris, facillimè his maxillam in latera, ac prorsum retrorsumq; agi, & demum ad superiora etiam allici spectabis.[d] Musculum in ore delitescentem ad amussim, nisi inferiori maxilla
*Musculi in ore delitescentis.* in menti regione per medium dissecta, administrare poteris, ac proinde grandiori cultro operi adhibito, ipsam à summo mento auspicatus, per medios dentes incisorios diuides. diuisam utrinque manibus apprehendes, ui utranque ipsius partem in latera reflectens, ac illam ueluti ex superioris maxillæ[e] sinu luxans. Mox oris tunicam circa maxillæ extrema, cutis instar separabis, quousque musculus in ore reconditus sese ex omni parte offerat. quem si uisum fuerit, aut ossibus commissum relinques, aut ab ipsis derasum abijcies, ipsius quoque functionem non oscitanter expendens. Verùm sectioni non obfueris, si musculi eius administrationi tantisper superfederis, donec linguæ & ossis υ imitantis musculos unà cum
*Musculi maxillã deorsum trahentis.* illo aggredieris, ne modò hunc uidere studens, illos imprudenter laceres.[f] Musculum qui os aperit, ad maxillæ inferioris longitudinem protensum reperies, atque, ut diximus, maxillæ in interna summi menti sede insertum. Hic nullam peculiarem administrationem exigit, si prius masseterem, &[g] glandulas cum uenis & arterijs, quæ auribus subijciuntur, resecueris.
*Musculi eius obliquus motus.* Huius initium, si uersus stylum imitantem processum protrahetur, maxillam deorsum uellere uidebitur, atque id nonnihil obliquè in unum latus, si unius tantum musculi initium traxeris. Vtroque autem attracto, rectus, neque in alteram partem inclinans, perficietur maxillæ ad inferiora ductus. At horum musculorum perinde, ac in ore delitescentium sectio, tunc demum opportuniùs perficitur, quum linguæ, & ossis hyoidis, & laryngis musculi unà aggrediuntur.

LIGAMENTA *maxillæ articulorum.* Ligamenta maxillam inferiorem superiori alligantia, ligamentis alios articulos membranæ instar ambientibus respondent, nihil sibi quicquam peculiare uendicantia. Tamen si ligamento orbiculatim dissecto, articulum dissolueris, in huius articuli pe-
*Peculiaris cartilago articulorũ inferioris maxillæ cũ superiori.* culiarem incides cartilaginem, quæ neutro ossi connata, sed solùm in illorum medio posita, ligamento articulum ambiente adnascitur, & uim ossium in magno, uehementiq; maxillæ inferioris motu excipit, & moderatur. Lineamenta uerò musculorum, quæ in Quarto de Sectionibus administrandis libro Galenus post aures obseruari docuit, neutiquam hactenus in hominibus reperi, quanquam in canibus aures mouentium musculorum naturam, formam, ortum, functionemq; optimè assecutus fuerim. dein hos musculos nonnihil, sed minus quàm obscurè, simiam ostendere obseruaui. Interdum etiam quibusdã raris fibris carneis, membrana, quam carnosam uocamus, supra aures augetur, & modicè auri proximam cutem, & ipsam quoque aurem motu agit arbitrario.

*Musculosa in temporibus lineamenta.*

## DE MVSCVLIS OSSIS υ IMAGINEM *referentis. Caput XVII.*



*Musculi huic ossi commissi, aut communes aut proprij.*

OS [2]HYOIDES in faucibus superiori laryngis sedi prælocari, & radici linguæ fundamenti uice, super quod moueri eam oporteat, & plurium musculorum uelut anchoram esse, iam antea diximus. Ex musculis uerò qui ossi committũtur, alij quidem ipsi sunt proprij, & solius huius ossis gratia constructi, qui omnes ex alijs ossibus principium sumentes huic ossi υ simili inseruntur. alij autem ex osse hoc procedentes, alijs organis famulantur. Qui igitur ossi ipsi peculiares proprijq; sunt, hoc potissimùm præstant, ne os non admodum stabili firmatum basi, hinc inde ad latera, uel sursum aut

*a tota 1, 2 fi. ca. 13 li. 1 & 1 fi. ca. 21 li. 2 A.*



aut deorsum, uel prorsum aut retrorsum conuellatur. Sunt porrò hi ad minimum numerum redacti septem, ad maximum autem octo, utrinque nimirum quatuor, ut uniuersi quatuor constituant paria.[b] Primus cæteris ualidior & crassior, bifidusq; aut geminus est, scutiformi laryngis cartilagini, & asperæ arteriæ in collo exporrectus. Lato nanque & carneo principio ex eminentiori pectoris ossis sede, ad partem magis internam exoritur, rectaque sursum tensus, ac parem semper ipsi origini latitudinem seruans, in[c] anteriorem hyoidis ossis partem inseritur, carnoso innexu totam amplitudinem medij ossiculi, cui hyoidis ossis latera firmantur, apprehendens. Huic musculo secundùm ipsius longitudinem in medio linea incisa est, cuius occasione, ex duobus musculis ille constare non inepte dicitur, ac duorum musculorum, seu unius paris uice enumeratur, qui hyoides os deorsum, si quando uiolentiùs à superioribus musculis sursum uellitur, retrahunt, &[d] scutiformi cartilagini, & asperæ arteriæ, propugnaculi loco haberi possunt.[e] Tertius igitur & quartus, utrinq; unus his duobus oppo nuntur, & ampli, breues, ac omni ex parte carnei, à maxilla inferiori, sub summo mento interiùs enascuntur. Hinc procedentes, ac admodum modicè arctiores redditi, & deorsum protensi, hyoidi ossi duobus primis contermini inseruntur,[f] eandem prorsus insertionis latitudinem, in anteriori ossis sede cum illis exigẽtes. Ac proinde hi os sursum opposito duobus inferioribus, seu primis motu, deinde & modicè in exteriora protrahunt, quemadmodum & humiliores quoq;, in exteriora os perquàm obscurè promouent.[g] Quintus uerò ac sextus, ab utroque latere singuli admodum graciles, teretesq; sunt musculi, qui ab ossis temporis[h] processuum radicibus, quos stylum & galli calcaria referre diximus, explantati hyoidis ossi inseruntur, ad latus amplitudinis, quam primi quatuor musculi occuparunt. est autem hæc regio, ubi ossis latera cum medio ossiculo coëunt. Musculi hi toto ductu illis[i] musculis exteriùs attenduntur, quos maxillam inferiorem deorsum trahere retuli, qui etiam ab eisdem stylum imitantibus processibus, sed paulo humiliùs, quàm hi hyoidis ossis musculi exoriuntur. Porrò his duobus ossis υ referentis musculis, ne id aut in dextrum, aut in sinistrum reuellatur, munus cõcreditum est, & præterea illud quoque sursum nonnihil introrsumq; contrahunt. At[k] septimus & octauus, præsentis ossis musculi, utrinque etiam singuli graciles longiq; uisuntur, nullus enim uniuersi corporis his simul & gracilior & longior occurrit. Deinde uterque eneruationem quandam sibi cum musculis, maxillam deorsum trahentibus priuatim uendicat,[l] in medio nãque ipsius ductu carneus esse desinit, tendinis aliquousq; naturã ostendens, à qua denuo carneus euadit, ac ueluti duos musculi uentres nanciscitur. Principium etenim carneum, ex elatiori scapulæ cosa, iuxta ipsius ceruicem, & processus anchoram imitantis[m] radicem obtinet, & sub[n] musculo scapulam ad occipitium trahenti occultatus, sursum obliquè protenditur, sub[o] musculo à pectoris osse & clauicula, in mamillarem capitis processum inserto, qui hunc hyoidis ossis musculum adeò comprimit, ut carnosus sub illo esse desinat, tendinisq; speciem ostendat perinde, ac si digniori illi caput mouenti musculo cederet, aut ipse durior factus, in contractione impetum mouentis musculi faciliùs exolueret. Nam simul atque illum superauit, rursus carneus apparet, quousq; in eam hyoidis ossis regionem implantetur, in[p] quam sextum & septimum, insertionem moliri dictum est. Galenus Quarto de Administrandis sectionibus libro ipsos scapularum proprios esse arbitratur, horum ope illas sursum ad guttur agi asserens, quàm uerò id ueritati consonum sit, obseruari peroptarim, mihi enim hyoidis ossis, non scapularum proprij uidentur, nec quicquam his cum scapularum motu commune esse existimo. Quippe minores sunt, minusq; firmi (quum ipsi hyoidi committantur) basi stabiliuntur, quàm qui scapulam (cui brachium, cubitus & extrema manus appendent) attollere obliquo motu possint. Deinde substantia formaq;, cæteris hyoidis ossis musculis, nequaquam autem scapularum motuum autoribus, respondent. Quod Veteres pulchrè norunt, ex quorum sententia Galenus in Libro undecimo de Partium usu, hos musculos hyoidi ossi asscribit, licet rursus sui oblitus, in Decimotertio de Partium usu eosdem inter scapulæ motores commemoret, facilè in illis, ut in alijs pleriſque scapulæ musculis aberrans. Quin etiam hyoides os his musculis omnino indiget, si demum id contrario motu agi debuit, quem quintus & sextus musculi perficiunt. Videntur sanè mihi postremo loco enumerati musculi, deorsum ac utrinque ad latera hyoides os detrahere. & nisi his illa cõcrederetur actio, hyoidis ossis situs prorsus fallax esset. Adde musculis his, ubi scapulæ committuntur,[q] neruulum applantari, nequaquam autem ubi hyoidi inseruntur. Erunt itaque mea quidem sententia octo musculi, solius hyoidis ossis occasione efformati, in hoc scilicet, ne hinc inde ex sua sede id turbaretur, fundamentumq; plus satis infirmum linguæ, & ipsi quoque laryngi efficiatur. At musculi quos hyoidi ossi non proprios esse dixi, ex ipso originem mutuantur, atque horum quatuor laryngi, & alij

*Proprioru primum par, seu alterius lateris.*

*Secundum par.*

*Tertiũ par.*

*Quartũ par.*

*Quartũ par, scapularũ motibus non subseruire.*

*Musculi hyoidi ossi non proprij.*

b 4 tab. S, T. 1 tab. C. 2 ta. F.

c consule 1 figuram ca. 3 lib. 1 ad * A, B. & c.

d stabu. Nidem Q. e 4 tab. R. 1 ta. B. 2 tab. E.

f cõfer 1 tabulæ B cum C.

g 4 tab. Q. in 3, 4, 5 fig. ca. 6 lib. 11.

i 4 tab. O. 5 ta. H, I.

k 5 ta. R, S. 4 ta. V, V. 1 ta. D. 2 tab. H. inter R & S ta. 5.

l 1 fi. ca. 12 li. 1 F.

m 4 tab. b. aut 9 ta. r. o 4 ta. o.

n 4 tab. b. aut 9 ta. r. o 4 ta. o.

p 4 ta. P.

q à ramo i notato fig. 2 cap. 21 li. 4.

& alij linguæ porriguntur.[r] Primi duo laryngem adeuntes, lati & carnosi sunt, & ab inferiori hyoidis ossis sede enati, ac postea anticæ scutiformis cartilaginis parti, secundùm ipsius longitudinem attensi, tandem humiliori eius cartilaginis sedi secundùm latitudinem inseruntur. [s] Alij duo paulò minus teretes sunt & graciles, deinde toti carnosi, ex[t] mediaq; ossis hyoidis interna sede enati, implantantur radici laryngis[u] operculi, quod ἐπιγλωττὶς Græcis dicitur. quod uerò horum sit munus, & quos ex his Galenus prætermiserit, in musculorum laryngis enarratione docebitur. Linguæ autem[x] musculorũ sermo, mox post subsequens Caput instituetur.

r 1 fig. cap. 21 F.
s 2,3 fig. K.
t 2 fi. ca. 13 lib. 1 D.
u 2,3 fi. cap. 21 L.
x 1,2 fi. ca. 19 H.

## PROPRIORVM HYOIDIS OSSIS musculorum administratio. Caput XVIII.



Secundi paris administratio.

COMMODE horum musculorũ sectionem administraturus ceruici (ut in posteriora pendente capite, ea exporrigatur) truncũ aut oblongum lapidem subijcies, & uenis, arterijs, glandulisq; in harũ distributionibus locatis utcunq; resectis, minoribus cultellis sectionẽ auspicabere præcauẽs, ne anguloſus lapis posteriorem ceruicis sedem occupãtes musculos comprimendo uiciet. Ac primùm quidem ab inferiori maxilla, quæ adhuc integra est (nisi illam[a] musculi maxillam attollentis, & in ore[b] delitescentis occasione fregeris) obliquos & latos musculos, qui[c] tertij & quarti loco habebantur, derades eos usque ad regionem, qua hyoidi ossi implantantur, dissecans. Deinde[d] primi & secundi capite à pectoris osse liberato, utrunque uersus os hyoides deducito, illos à[e] musculis separans, qui duobus his hyoidis ossis musculis substrati, à pectoris osse in scutiformem laryngis cartilaginem pertinent. Quum enim horum ossis hyoidis musculorũ originem aggredieris, studendum est, ne initia[f] musculorum à pectoris osse & clauicula, ad mamillarem capitis processum ascendentia uicies, aut etiam ex eadem sede natos, nuperq; dictos scutiformis cartilaginis musculos unà auferas.[g] Quintum & sextum summis digitis, aut exiguo cultello à conterminis partibus, usque ad stylum referentes capitis processus deduces, illorumq; initia illinc liberabis.[h] Septimum & octauũ uix, nisi secundo scapulam mouentium[i] musculo, & illo qui à pectoris osse & clauicula mamillarem processum petit, abscctis, aggredi promptum est. nihil tamen prohibet ipsos à uicinis partibus exiguo longoq; cultello buxeo, aut solis digitis liberare, ipsorumq; capite apprehenso, id à scapula cultello diuidere. Quanquam hos, donec musculos scapulam mouentes aggredieris, interdum seruandos duco, ut quemadmodum non semel tentaui, tu quoque experiaris, num musculi illi scapulam omni prorsus carne liberã surſum agere possint, contemplerisq;, quàm bellè primo quôque tensionis impetu rumpentur. Cæterùm proprijs octo hyoidis ossis musculis hac ratione ab ipsorũ principijs pendentibus, integrũ erit cuiusq; musculi munus indagare, quolibet musculo ad suum principium leuiter acto. Musculorum hyoidi ossi non propriorum sectio, in eum locum reseruabitur, qui earundem partium, quibus illi inseruntur, Anatomen pertractabit.

Primi paris.
Tertij paris.
Quarti paris.

a 5 ta. H,I
b 6 ta. D.
c 4 ta. R.
d 4 ta. S,T.
e 5 ta. P.
f 4 ta. e.
g 5 ta. Q.
h 5 ta. R, S.
i 9 ta. r, s.

## DE LINGVAE MVSCVLIS. Caput XIX.

PRIMA DECIMINONI CAPITIS FIGVRA.




TER.






## TERTIA FIGVRA, CVIVS SICVT ET DVARVM PRAECEdentium ac omnium characterum Index modò subijcitur.

*PRIMA figura linguam unà cum ipsius musculis, à reliquo liberatam corpore, ex dextro latere communi strat, musculorũ dextri lateris naturam ac situm, quàm fieri licet, proximè exprimens.*

*Secunda figura eadem, quæ prima, oculis subijcit, uerùm ut primi linguæ musculi, ac item noni natura aliquo pacto hic magis, quàm in prima conspiceretur, tertium & septimum, linguæ musculos surſum refleximus, quinto interim deorſum ab ipsius insertione propendente.*

*Tertia figura nouem linguæ musculos abscctos habet, ac lingua secundùm longitudinem diuisa cernitur, linguæ ligamento hic ab utrisq; linguæ corporibus diremptο, & corporum superficie, quæ ligamento continuatur, hic apparente. Atq; eum in modum hominis (ut semel dicam) linguæ constructio est expressa, quo nobis hanc picturis assequi datum fuit.*

*A,A, A 1,2,3 Linguæ portio ante consectionem in hiante ore conspicua, & tunica adhuc obtecta ipsi, ac toti ori, & stomacho, item & asperæ arteriæ communi.*

*B,B 1 Hæc linea dictæ nuper tunicæ partem notat, secundùm inferioris maxillæ latera ab ore dissectam. Linguæ enim portio supra lineam consistens, illa adhuc obtegitur tunica, quæ autem sub linea cernitur, hic (uti etiam nunquam) illa tunica non succingitur.*

*C 1 Iam dictæ prius tunicæ portio, quam hic à palati intimo unà cum lingua præscidimus.*

*D,D 1,2 Primus linguæ musculus.* *E 1,2 Tertius linguæ musculus.*

*F 1,2 Quintus linguæ musculus.* *G 1,2 Septimus linguæ musculus.*

*H 1,2 Nonus linguæ musculus.* *I 3 Linguæ ligamentũ, cui linguæ corporũ fibræ continuantur.*

*K,K 3 Dextri linguæ corporis fibrarũ species.* *L,L 3 Sinistri linguæ corporis fibrarũ species.*



*Linguæ magnitudinem ipsam esse, illamq; musculis egere.*

LINGVAE moles ori exquisitè congruit, in omnẽ enim eius sedem commodè pertingit, quod sanè, si minor esset, ipsi negaretur. neque rursus præ oris angustia impeditur, quamuis tamen id facillimè contingit, si aliquando in magnitudinem præter naturam excreuerit. Quoniam uerò promptè ipsam impetu atque ex nostro arbitratu moueri in omnem partem conueniebat, hanc musculosam fieri summus rerum Opifex uoluit. Insuper quoniam deorsum oportebat eam detrahi, & surſum uersus palatum agi, atque ad latera circunduci, postremò prorsum, retrorsum, atque ipsam hinc inde reflexam, & in se collectam moueri, operæpretium fuit multos illi elargiri musculos, qui uarijs motuum autores existerent. Linguam autem sortem & magnam, ad basim stabilitatis gratia, tenuem uerò, ad terminum mucronemq; ue, ut celeriter moueretur, meritò factam esse neminem latet. Verùm qui, qualesq;, & quot numero ipsam agant musculi, cognitu est quàm difficillimum. Adeò enim inuicem connectuntur, ipsorumq; fibræ mutuò tam uariè coëunt, ut iustum numerum, formamq; musculorum, & motuum linguæ differentias cognoscere, non iniuria arduum censeatur. Imò linguæ constructionem hactenus à nemine ad amussim perspectam fuisse, neq; etiam ocyus fore metuo adeò, ut fateri cogamur eò Conditoris nostri in effingendo ex terra Adamo artem industriamq; processisse, ut tota hæc nõ inueniatur, quantumuis longo temporis spacio, idq; à Viris illustribus fuerit indagata. Quousq; tamen in linguæ constructione Galenus eximium Naturæ miraculum artificiumq; perspexerit, minimè constat, ea siquidem Libri de Administrandis sectionibus pars, in qua linguæ musculos proculdubio recensuit, nobis unà cum Libris de Musculorum resectione interijt, aut potius apud cõmunis utilitatis inuidiosissimos homines, nullum sui usum præbens supprimitur, à tineisq; ac blattis corrodenda & secanda (quum ipsa sectionem docere deberet) latitat. In Libris autem de Partium usu per transennam, leuiterq; duntaxat de linguæ motu, absq; peculiari alicuius musculi

*Difficilè esse musculorũ linguæ cognitionem.*

*Quid lingua in muſculis rarum habeat.*

enarratione meminit. Ego quantum hactenus aſſecutus ſum, linguã rarum quippiam, ac proprium præter cæteros muſculos ſortiri obſeruo, ad radicem enim proprios quoſdam, ac ſuis fibris utcunque diſtinctos exigit muſculos. Atq; ex his quorundã fines illic terminare uidentur, ubi lingua in longitudinem ferri incipit, cum ſua radice quodammodo angulum conſtituens. eſt autem is locus, ubi [a] corpus laryngem in ciborum uoratu obturans oſtenditur. Alij muſculi hîc neutiquam ceſſant, ſed mixti inuicem, raram corporis partem efformant, nempe duorum ueluti oblongorum muſculorum concurſum, qui ligamentum quoddam tenuiſsimum, membraneum, ac ad linguæ craſſitudinem latum, in ipſorum medio plerunque adipiſcuntur. Sic ſanè, ut uniuerſum linguæ corpus ante ſectionẽ nobis apparens, ex duobus illis muſculoſis corporibus, ligamento hoc, accurrentibus uenis, arterijs & neruis, atque hæc omnia integente duplici membrana, conformetur, una quidem muſculis omnibus communi, quæ eſt interior. Altera autem eius tunicæ pars cenſetur, quæ uniuerſam oris amplitudinem ſuccingit, & eadem continuaq; cum interna aſperæ arteriæ ac ſtomachi tunica exiſtit, priuatimq; tertij paris neruorum cerebri præcipuas [b] portiones, ſibi inſertas uendicat, quarum beneficio lingua guſtatorium organum efficitur. Rarum uerò id atque peculiare, quod duo hæc muſculoſa corpora obtinere diximus, ad hunc quaſi modum ſeſe habet. Quum cæteri corporis muſculi unicum ferè fibrarum genus, aut rectum ſcilicet, aut obliquum, aut tranſuerſum duntaxat obtineant, hæc interim corpora obliquas, tranſuerſas, rectasq; fibras ſimul adepta mihi uidentur, quæ inuicem adeò coëunt, commiſcenturq;, ut in his aliquod fibrarum genus ſectione aſſequi propemodum ſit impoſſibile, imò muſculoſa hæc corpora quippiam nõ abſimile cordis [c] ſubſtantiæ, in ea fibrarum cõtrariarum comixtione adipiſcuntur, quanquam non adeò atq; cor, ſolida conſtent ſubſtantia. Sed carnoſæ fibræ in pinguioribus, & iam ætate prouectis animalibus, pinguedinem in lingua adnatam obtinent, & fibræ multò quoque rariùs in lingua conſeruntur, quàm in compactiſſima cordis ſubſtantia. Atq; hæc uel inter edendum cuiuis euadunt perſpicua, quàm ſcilicet à muſculorum carnis natura, formaq; & guſtu, linguæ pars, quæ in delicijs haberi ſolet, uariet. Verùm ex quibuſnam muſculis hæc lingue pars formetur, ac unde muſculi linguæ, quos inter diſſecandum obſeruaui, originem ducãt, nunc opportunè ſubijcietur.

*Linguæ pars ante ſectionem cõſpicua, quibus cõſtet particulis.*

*a 2 ſi. ca. 21 L.*

*Hæc ferè tertia ſi. ſeriatim proponit literis K,K, L,L, I,I.*

*b 2 ſi. cap. 2 li. 4 Y,Y.*

*c 11 ſi. lib. 6 I,I.*

*Inter manifeſtos linguæ muſculos duo primi.*

[d] Duo quidem ſunt recti, & impenſe craſſi, obſcureq; ab inuicem, ac ſi plures duobus eſſent, aliquot locis diſcreti, qui ex media, ſuperioriq; [e] oſſis υ imaginẽ referentis ſede, carnei, ſed utcunq; fungoſi principium ducũt, ac ſecundùm linguæ longitudinem protenſi, ipſius medio rectà inſeruntur, quam cõtracti rectà intrò, & uelut ad poſteriora uellunt.

*Tertius & quartus.*

[f] Tertius & quartus, ex [g] duobus ſuperioribus oſſis hyoidis oſſiculis oriuntur, quæ ad ipſius latera haberi, ac ipſorum fine ad ſtylos uſque imitantes capitis proceſſus deſinere diximus. Quanquam etiam interdum hi muſculi ab [h] humilioribus oſſis hyoidis lateribus, quæ ſuperioribus ſcutiformis cartilaginis proceſſibus colligãtur, principium ſumant tunc nimirum, quum ſuperiora hyoidis oſſis latera non planè oſſea, cum ligamentorum natura aliquid cõmune adipiſcuntur, quod nõ infrequenter, & potiſſimùm in mulieribus obſeruatur. Muſculi igitur illinc exortum adepti, & obliquè quodammodo procedentes, linguæ lateribus implantantur. Si horum alter uno remiſſo laxatoq; tendatur, lingua, & potiſſimùm ſua radice, in latus deorſum uellitur, at ſi ſimul uterque agat, lingua in neutram partem inclinans deorſum, uerſus interiora quoque mouetur.

*d 1,2 ſi. D, D.*

*e figuræ ca. 13 lib. 1, ſed præcipue 2 figuræ D. et 1 ſi. C.*

*f 1,2 ſi. E.*

*g 1,2 ſi. ca. 13 lib. 1 I,K.*

*h earundem ſi. E,F.*

*Quintus & ſextus.*

[i] Quintus ac ſextus, ſimiliter carnoſi & utcunq; craſſi, duobus nuper dictis opponuntur, ac à temporum oſſium [k] proceſſibus, qui ſtyli acusq; imaginem referunt, explantati, linguæ ad nuper [l] dictorum fines innaſcuntur. Hi quoties ambo conuelluntur, uerſus interiora linguam ſurſum agunt, at ſi alter duntaxat in ſe colligatur, lingua ſurſum tracta ad alterũ latus inclinatur.

*i 1,2 ſi. F.*

*k 3,4,5 fig. ca. 6 lib. 1 i.*

*l 1,2 ſi. E.*

*Septimus & octauus.*

Sunt & [m] alij duo linguam ad inferiora contrahentes, ac ad latera inuoluentes, qui ex inferioris maxillæ lateribus, intus ad dentium molarium radicem utrinq; lato, & utcunq; mucoſo principio enati, linguæ ſecundùm ipſius longitudinem uſque ad ligamenti finem, quo faucibus illa colligatur, ſeſe inſerunt, non quidem prorſus in linguæ medium, ſed [n] duorum, quos primos enumerauimus, muſculorum latera. Horum altero tantùm ſuas fibras colligente, conſpicua ante ſectionem linguæ pars, in contracti muſculi latus conniuet, at utroq; laborante, pertinaciter lingua faucibus recto motu adigitur.

*m 1,2 ſi. G.*

*n 1,2 ſi. D, D.*

*Nonus.*

Poſt hos [o] carnea quædam moles ab [p] interna quoque inferioris maxillæ ſede, ex menti regione enaſcitur, ab illis præcipuè proceſſulis, ipſorumq; lateribus, qui inæqualiter in interna inferioris maxillæ ad ſummum mentum ſede extuberant. Præſens moles ſurſum retrorſumq; ad fauces ducta, in linguæ radicem, amplam inſertionem molitur, quemadmodũ etiam lato principio originem ſumit. Hæc moles linguam ad mentum contrahere uidetur, nunc exquiſitè ad labrorũ medium, nunc autem ad latus, prout nimirum has illaſue fibras laxat, & intendit, fibræ enim ipſius rectæ, ſecundùm totam illius amplitudinem,

*o 1,2 ſi. H.*

*p 2 ſi. ca. 10 li. 1 H.*

ab



ab anteriori ſede retrorſum ductæ conſpiciuntur. deinde præter fibras, uelut quaſdam inſcriptiones quoque rectà progredientes exigit, quaſi harum occaſione, plurium muſculorum numero etiam habenda eſſet. Enarratos iam muſculos, qui undique attenſum habent adipem, inter diſſecandum ad linguam porrigi in ſcholis oſtendi, & horum plurimos circa ipſorum fines inuicem confundi, ac [q] duo, quæ prius innuimus, muſculoſa corpora conſtituere. hæc triplex fibrarum genus obtinere ſuperiùs dictum eſt, quæ inuicem adeò permiſcentur, ut eas internoſcere ſit quamdifficillimum. Inter reliquas tamen obliquas tranſuerſasq;, in corporum medio plurimæ reperiuntur, quæ mihi utrinque in proprium linguæ [r] ligamentum longè tenuiſſimum, & membranæ nõ abſimile, tanquam in ipſorum firmamentum deſinere uidentur, rectæ uerò pauciores ſeſe offerunt, omnes propemodum in externa eorum corporum ſuperficie excurrentes. Tranſuerſarum fibrarum beneficio linguæ corpus ante ſectionem apparens, in ſe contrahi incraſſariq;, & rurſus egeri tenuariq; arbitror. id enim in ligamentum fibrarum inſertio, tibi diſſecanti utcunque commonſtrabit. Rectis uerò fibris, lingua in ſemicirculum, ad palatum faucesq; conuolui ſpectatur, prout nimirum aut ſuperiores, aut inferiores tenſæ fuerint. Porrò obliquis fibris, in latera linguam agi omnino coniector ſic ſanè, ut alij interim muſculi linguæ moueant radicem, alij uerò linguæ corpus, ante conſectionẽ in hiante ore conſpicuum. Ligamentum uerò, cui fibræ firmantur linguæ, oſſis uice datum eſt. Haud enim decuiſſet, linguæ ſecundùm ipſius longitudinem os, aut cartilaginem quantumuis etiam in minutiſſimas diuiſam uertebras, innaſci, quum tam uarijs diuerſisq; motibus, inter mandendum loquendumq; moueri linguam oportuerit, ipſaq; interim nullum corpus ſuffulciat, ac quouis etiam ſerpente agilior fluctuoſiorq; eſſe debeat.

*q 3 ſi. K, K. L, L.*

*r 3 ſi. I, I.*

*Muſculoſa ſubſtantia linguæ partis ante ſectionẽ cõſpicuæ.*

## LINGVAE MVSCVLORVM ADMINIſtratio. Caput XX.

MVSCVLORVM linguæ ſectio communis cum reliquis erit. Deducta igitur, quantum licet, utraq; maxilla, & [a] oris tunica, cutis modo à ſubditis organis, quàm licet, exquiſitiſſimè cultello undecunq; detracta, omnium primi ſecabuntur [b] obliqui, quorum principium à proceſſibus ſtylum imitantibus pendet, quod iam ab oblongis illis oſſiculis uenit liberandum. Iam hos ad linguæ radicem ſtudioſè ſecutus, eam [c] carneam molem, quam nono loco recenſui, ab inferiori maxilla liberabis, atque quàm poteris, accuratiſſimè ipſius inſcriptiones, & ipſi immixtum adipem, deinde illius etiã exortus, & implantationis latitudinem ſpectabis. atq; hæc perfeceris promptiſſimè, ſi modò ad dentium inciſoriorum radicem, & ſub mento uiciſſim ſectionem tentaueris. Mox poſt hos aggredieris, [d] qui ab internæ maxillæ ſedis lateribus enaſcuntur, & linguam ad latera mouent. poſt hos autem, aliorum [e] duorum obliquorum, ab oſſis hyoidis lateribus originem ducentium principia liberabis. Poſtremò autem [f] illi ab hyoide oſſe auferentur, quos primos recenſuimus, quiq; maximam linguæ radicis partem conſtituere uidebuntur. In huiuſmodi adminiſtratione exiguum cultellum, liberandis muſculorum capitibus operi accommodabis, ad reliquam uerò ſeparationem buxeum cultellum, quòd mucoſi admodum ſint muſculi, adhibere nihil prohibet.

*a 1 ſi. ca. 19 C.*

*b 1,2 ſi. ca. 19 F.*

*c earundem ſi. H.*

*d earundem ſi. G.*

*e earundem ſi. E.*

*f earundem ſi. D, D.*

*Adminiſtratio quinti & ſexti.*

*Noni.*

*Septimi & octaui.*

*Tertij & 4.*

*Primi & 2.*

Cæterùm linguæ reliquum corpus ad hunc modũ aggredi conſulo, ante omnia id ambiens craſſior membrana, toti communis ori deradetur, firmiùs enim connaſcitur, quàm ut citra coctionem, cutis modo à lingua auferri poſſit. Deinde & illa membrana, quæ muſculis omnibus eſt cõmunis, quamq; fruſtra ſeparare contenderes, relicta, ſectio ad linguæ medium ſuper id, quod diximus, [g] ligamentum, & ſecundùm linguæ longitudinem ducetur, non ſuperficialis tantùm, ſed quæ ad medium uſq; linguæ penetret, aut etiam uniuerſam diuidat. Mox hamulis & cultellis, fibrarum corporis linguæ naturam ſedulò inquires, ac quî fibræ ligamento committantur, eæq; inuicem uarient, & commiſceantur, perſpicies, num ſcilicet eo, quo dictum eſt modo, aut diſſimili ſeſe habeãt. Ego nanque, ut mihi linguæ cõſtructio apparuit, hæc trado, lubens, ſi quid notius uerius q; occurreret, impertiturus. Porrò [h] neruos à ſeptimo præcipuè pari neruorũ cerebri, & à ſexto, linguę muſculis motus principiũ præbẽtes de induſtria, ut & cæteros neruos, in Quartum librũ reijcio, atq; iccirco etiã hîc, niſi de ligamento linguã faucibus colligante, pauciſſima recenſenda ſuperſunt. Eſt autem id ligamentum, quod ad palatum reflexa lingua, apertoq; ore ſub ipſa conſpicitur, magni uſus gratia efformatum. Niſi enim id eſſet ligamentum, lingua nimium aliquando retrorſum in ſe colligeretur, nec facilè exerta intrò retraheretur, præterea neq; ſedem obtineret ſtabilẽ & tutã, ut quæ undiq; eſſet ſoluta. Vtroq; enim munere ligamentũ fun-

*Reliqui linguæ corporis adminiſtratio.*

*g 3 ſi. ca. 19 I, I.*

*h 2 ſi. cap. 2 li. 4 π, dein g.*

*Ligamentum linguam faucibus colligans.*

 gitur,

gitur, nimirũ ut & basis linguæ sit firma, & linguæ finis prompte quoquouersum pertingat. At uerò si ligamentum in modicã linguæ partem procederet, minus quidem, quàm si omnino factum non fuisset, sed proximè, & propemodũ similiter linguę in cõmodare tur. si rursus idem ad plurimum linguæ spaciũ pertingeret, neutiquam ad palatum, neque ad superiores dentes, neque ad alias multas oris sedes lingua extenderetur. Tam igitur exacta est uinculi commensuratio, ut siue adieceris, siue abstuleris aliquid, quantumuis exiguum, uicietur totius linguæ functio. quod indies in artis operibus experimur, quoties id ligamentum præscindimus, aut propter nimiam humiditatem laxum resiccamus.

## DE LARYNGIS MVSCVLIS. CAP. XXI.

*QVONIAM in integris musculorum tabulis in præsentis Libri initio seriatim positis, omnes laryngis musculi oculis subijci nequierunt, nõ abs re fore putaui, in huius Capitis fronte priuatim laryngis musculos, hac figurarum copia exhibere.*




TREDECIM VIGESIMIPRIMI CAPITIS FIGVrarum, & earundem characterum Index.

*PRIMA figura ossis v imaginem referentis, & hic suis musculis omnibus liberati anterior facies exprimitur, una cum anteriori laryngis, & asperæ arteriæ caudicis (qui in collo consistit) sede, nullo interim laryngis musculo resecto. Qui uerò musculi hic sint conspicui, characterum index dilucidè explicabit.*

*Secunda figura eadem, quæ prima ex dextro latere commonstrat, quanquã hic non tantam asperæ arteriæ caudicis portionem asseruauerimus, dein etiam hinc superiora ossis v referentis latera resecuimus.*

*Tertia secundæ penitus respondet, nisi quòd hæc ex posteriori facie eadẽ, quæ illa ex latere cõmonstrat, uerùm & hic quoq; ex industria superiora ossis hyoidis latera adhuc delineantur.*

*Quarta anteriorem laryngis sedem, cum portione caudicis asperæ arteriæ proponit, resecto iam hyoide osse, cum musculis ab illo, & à pectoris osse, laryngi oblatis. Seruantur itaq; adhuc ex communibus laryngis musculis, quintus & sextus, ac dein musculi laryngis operculo proprij.*

*Quinta*



*Quinta figura à quarta sectionis ordine nihil uariat, eadem quæ quarta, ex sinistro latere eleganter spectanda offerens.*

*Sexta laryngem à reliquo asperæ arteriæ caudicis liberatam, ita posteriori facie exprimit, ut neque stomachi, neque communis alicuius musculi portionẽ adhuc reliquerim, interea tamen nullam laryngis cartilaginum sua sede dimouimus.*

*Septima laryngem ex dextro latere ita expressam continet, ut ipsius operculum iam resectum sit, unà cum musculis primæ cartilagini secundam nectentibus. Dein primæ cartilaginis in hoc latere inferior processus, à secunda liberatus est, ipsaq; prima antrorsum, atque à secunda sic reflexa occurrit, ut media primæ cartilaginis sedes, in posteriori regione nuda cernatur.*

*Octaua à septima in hoc differt, quòd hic rectos musculos illorum quatuor, qui tertiam cartilaginem secundæ nectunt, rescidimus, ipsaq; secunda cartilago magis detecta appareat.*

*Nona rursus ab octaua in hoc uariat, quòd præter musculos nuper dictos, etiam quatuor tertiam secundæ iungentium obliquos, & dein duos in tertiæ cartilaginis basi positos abstulimus, seruatis duntaxat cum tribus cartilaginibus illis musculis, qui tertiam primæ alligant.*

*Decima ex anteriori laryngis sede se spectandã præbet, ablata iam prima cartilagine, & duntaxat cum secunda & tertia apparentibus musculis, tertiam primæ committentibus.*

*Vndecima laryngis musculis ostendendis non seruit, uerùm hanc, ut & duas sequentes, ostendendæ laryngis linguæ gratia delineauimus. Exprimitur itaq; hic larynx, à reliquo asperæ arteriæ trunco, & suis communibus musculis libera, quæ asseruato adhuc ipsius operculo, posteriori suæ sedi incumbit, superioremq; faciem commonstrat.*

*Duodecima in hoc ab undecima differt, quòd hæc inferiorẽ laryngis sedem delineatã contineat.*

*Decimatertia hoc à duodecima habet peculiare, quòd laryngis rimam seu lingulam, magis coarctatam occlusamue repræsentet. Cæterùm characterum index erit eiusmodi.*

A *In prima, 2 & 3 figuris hyoidis notatur os, non prorsus suis membranulis liberum.*
B *In prima, 2 & 3, humilius hyoidis ossis latus, superiori scutiformis cartilaginis alligatum pro-*
C. *cessui, qui C in 2, 3 & 4 indicatur.*
D *In prima & tertia superius notatur hyoidis ossis latus, à secunda figura inibi resectum, ubi E*
E. *asscriptum cernis.*
F *Musculus ab hyoidis ossis inferiori sede enatus, ac humiliori primæ cartilaginis sedi insertus. In prima figura dexter & sinister est conspicuus, in secunda dexter duntaxat.*
G *Musculus ex posterioris ossis summo, ad humiliorem primæ cartilaginis sedem deductus. Prima dextrum & sinistrum quoq; exprimit, at secunda dextri tantummodo portionem.*
H *Gula, seu stomachus, in 2, 3 & 5 conspicuus.*
I *Musculus ex posteriori sede stomachi, cartilaginis scutum referentis, lateri insertus. Ac tertia dextrum & læuum ferè uniuersum ostendit, & potissimum utriusq; initium, Secunda dextrũ & minimam sinistri portionem. Quinta uerò, sinistri insertionem exprimit, ut etiam prima & quarta utriusq; insertionem proponit.*
K *Duo musculi dissectionum ignorati Professoribus, & ab osse v referente enati, ac in laryngis operculi radicem inserti. hi occurrunt in secunda figura & tertia & quarta.*
L *Ἐπιγλωττὶς, seu (ut nos uocamus) laryngis operculum, in secunda figura, & dein in 3, 4, 5, 6, & 11 conspicuum.*
M *Glandulæ laryngis radici, ad asperæ arteriæ latera adnexæ, in 2, 3, 4 & 5.*
N *Musculus à prima cartilagine ad secundam protensus, exterior ue primam cartilaginem secundæ iungentium. Dextri musculi & sinistri pars in prima uidetur, uterq; autem integer in quarta apparet.*
O *Musculus à secunda cartilagine in primam protensus, alterius ue lateris interior, secundã cartilaginem primæ connectentium. in quinta solus sinister exprimitur.*
P *Musculus ab infima secundæ cartilaginis sede, posteriori in parte principium ducens, & tertiæ cartilagini insertus. Sexta dextrũ & sinistrũ ostendit, septima dextrũ, & quodãmodo sinistrũ.*
Q *Sedes iam dicti musculi, in octaua & nona.*
R *Musculus à latere secundæ cartilaginis, in tertiã cartilaginis insertus. Septima & octaua dextrum duntaxat ostendunt.*

S Sinus secundæ cartilaginis, in octaua & nona notatur, cui inferior primæ cartilaginis proces-
T. us, T in octaua & nona insignitus connascitur.
V Musculus in basi tertiæ cartilaginis situm obtinens. Sexta utriusq; lateris musculum repræsentat, Septima dextrum, & sinistri portiunculam, Octaua etiam dextrum.
X In nona figura sinus indicatur, cui musculus insidet, tertiæ cartilaginis basim in altero latere occupans, ac V charactere iam expressus.
a Musculus ex tota primæ cartilaginis lõgitudine enatus, ac tertiæ insertus, aut musculus primæ
b. cartilagini tertiã copulans. Decima dextrũ a insignitũ, & sinistrũ b insignitũ indicat, ablata interim prima cartilagine. Septima uerò octaua & nona, integrum dextri lateris musculũ a notatum exprimunt, & elatiorem sinistri sedem, quam ob hoc quoq; b litera in illis figuris notaui.
c Lingulæ seu rimæ, in medio laryngis obuiæ superior sedes, in decima figura conspicitur.
d Inferior facies lingulæ, quam in decimatertia magis, quàm duodecima apertam expressimus.
e,e Duo sinus, utrinq; unus, qui clausa lingula seu rima, in humiliori ipsius sede ad latera euadũt conspicui, in duodecima & decimatertia.
f Callus in medio rimæ apparens, ubi ipsa potissimùm conniuet in decimatertia.
g Ne fortasse aliquid obscuritatis cartilagines literis nõ insignitæ adferãt, illas quoq; adnotabimus. g itaq; prima est cartilago, in anteriori parte se offerẽs, in 1 figura, dein in 2,4,5,12,13.
h Prima cartilago, in tertia figura & 6,7,8,9, posteriori facie se offerens.
i Secunda cartilago anteriori facie conspicua, in prima,2,4,5,7,8,9,10,12,13.
k Secunda cartilago posteriori facie spectatur, in sexta,7,8,9,11,12,13.
l Tertia cartilago occurrit in secunda,3,6,7,8,9,10,11.



TRES laryngis[a] cartilagines Libro superiori descripsi, tertiam cartilaginẽ, etiam si[b] duplex sit, ne aliorum dissectionis Professorum placita prorsus interturbarentur, unius loco enumerans. Præterea his cartilaginibus[c] corpus similiter cartilaginosum, sed adiposæ membranæq; substantiæ etiam compos, incumbere retuli, quod ἐπιγλωττὶς nuncupatur.[d] ἐπιγλωττίδα uerò, corpus quoddam, aut potius laryngis sedem, in medio ipsius locatam esse recensui, rimulæ seu fissuræ lingularum, quibus tibiæ inflantur, perquam similem. Nunc autem harum cartilaginũ musculos persequar, in Quarto libro ipsorum[e] neruos priuatim enarraturus. Quando itaq; ex pluribus cartilaginibus larynx, ut aptè clauderetur, aperiretur q;, constructa est, & quia spiritus, retentionis uocisq; occasione, motu uoluntario, & ex nostro pendente impetu moueri eam oportet, meritò musculos cartilaginum motores Natura ipsi communicauit, quorum quidam laryngi duntaxat proprij sunt, quidam alijs quoque partibus communes.[f] Proprios humana larynx duodecim nanciscitur, atq; horum quatuor primam cartilaginẽ, quam scutiformem uocamus, secundæ, quæ innominata est, iungunt, quatuor secundam tertiæ cõnectunt, duo tertiam primæ copulant, & duo in basi tertiæ cartilaginis, quâ secundæ coarticulatur, sedem habent. Communes Galenus octo numerauit, tamen sex tantũ explicauit, qui soli scutiformi cartilagini, non autem alijs duabus committuntur. Ego præter eos sex, alios duos obseruaui, non quidem scutiformi cartilagini nexos, sed ipsi laryngis operculo, quapropter etiam hi inter eos, qui Galeno Communes nuncupantur, referendi neutiquàm ueniunt. Cuiusmodi uerò ipsi sint, unà cum reliquis iam ordine prosequar, sumpto sermonis initio à proprijs, qui omnes, ut lingulã laryngis aperiãt, claudant ue, à rerum Opifice sunt procreati. Quatuor itaq; primam secundę iungentiũ, ad inferiora laryngis utrinq; duo habẽtur,[g] in priori parte ipsius uersus latera locati. atq; hi breues sunt, sed lati, tenues ac carnosi, unus alteri incumbit, ac utriq; se inuicẽ fibris ad x literæ similitudinẽ intersecãt. Exterior nanq;, ab inferiori primæ cartilaginis sede fibrarũ originẽ ducit, quæ deorsum obliquè in priora procedentes, secundæ cartilaginis parti, priora laryngis spectanti inserũtur. Interior huic subiectus, ac in ortu fibrarũq; ductu exteriori omni ex parte similis, à secundæ cartilaginis sede, quæ primæ subijcitur, originẽ ducit, primæ cartilaginis humiliori sedi implãtatus. huius fibræ ex postica parte, obliquè in anticam ascendunt. Quatuor isti musculi, utrinq; nimirum duo,[h] intercostalibus musculis apprimè respondẽtes, primã secundamq; cartilaginẽ inuicem adducunt, laryngis rimulam clausuri. Ad hunc sanè modum quatuor illos musculos interdũ, neq; id infrequenter locatos in scholis ostendi, aliquando tamen unicum utrinque duntaxat reperi, ductum fibrarum[i] anterioris nobis enarrati musculi seruantem, sed interim paulò crassiorem.

*Duodecim proprios esse laryngis musculos. Cõmunes sex. Lib. de Vsu par. Duo laryngis operculi.*

*Propriorum 1,2,3,4.*

a Spectandæ sunt fig. cap. 38 li. 1. b 9, 10, 11 fi. ca. 38 li. 1 R, S. c tota 12, 13 fi. ca. 38 li. 1. d conspicitur in 11, 12, 13 fi. e 2 fi. cap. 2 li. 4 m. n, 8.

f Paulo post singuli seorsim adnotabuntur.

g 1, 4 fig. uarius N. alter 5 fi. O.

h 6 tab. V, X. sed potius confer 8 tabulæ D cum E.

i 3 fi. N.

Rursus



Rursus autem, quum alterum duntaxat adesse obseruaui, nõ semel ac præcipuè in uiris, duos graciles, sed carneos animaduerti musculos, qui ex media longitudine[k] spinæ secundæ cartilaginis enati, ac tandem deorsum obliquè ducti, in processus inferiores primæ cartilaginis[l] insertionem moliebãtur. atq; hi manifestò primam quoq; cartilaginem secundæ propinquiùs accommodabant, rimulã illam, seu lingulã hac functione arctantes. Ex quatuor uerò musculis secundæ tertiã committẽtibus, duo quoq; utrinq; habẽtur, ac[m] unus quidẽ exactè in tota posteriori secũdæ cartilaginis sede, secundũ ipsius longitudinẽ, qua stomachũ spectat, locatẽ, qui carneo principio ab inrima secũdæ cartilaginis[n] parte enatus, ac deinde rectà sursum procedẽs, tandem[o] per latescit, donec tertiæ cartilaginis radici, qua secũdæ coarticulatẽ, neruosa utcunq; implantatione inseratur. Huic musculo per secundæ cartilaginis longitudinẽ, quà fertur,[p] sinus excultus tantus quidẽ, ut musculo utriusq; lateris ablato, secunda cartilago in acutam[q] lineã, & ueluti dorsi uertebrarũ spinam, inibi desinere uideatur.[r] Alter musculus nunc dicto cõtiguus, & omnino carneus, à secundæ cartilaginis sede enascitur, quæ primę cartilaginis internã regionẽ respicit, primæq; cartilaginis inferiorẽ processum[s] admittit. Ex hac itaq; sede præsens musculus, carnosum latumq; principiũ ducens, ac sursum obliquè protensus, tertiæ cartilagini inseritur, totã sui lateris tertiæ cartilaginis radicis sedem occupãs, à priori musculo nõ amplexã. Hi quatuor tertiã cartilaginem utrinq; ad exteriora laryngis retrorsum euertunt, lingulã, aut ipsam, si uoles, laryngem aperientes. Atq; duo quidẽ primi posteriorẽ cartilaginis secundæ sedem occupantes, recto motu id præstãt, reliqui autẽ, ut obliquo situ præditi sunt, ita quoq; tertiã cartilaginem in posteriora obliquè reuellunt. Nonus & decimus, qui tertiã primæ copulãt, etiã utrinq; sunt[t] singuli lati, &, ut cæteri laryngis, carnei. enascuntur autẽ inuicẽ continui ex[u] media primæ cartilaginis sede, secundũ totã ipsius internæ sedis lõgitudinẽ. Dexter (idẽ de sinistro subaudi) uelut triplex sui principiũ ostendit, propter quasdã ipsius inscriptiones, adeò illi impressas, ut harũ occasione triplex musculus esse uideatur, hic à principio obliquè sursum ascẽdit, & dextræ tertiæ cartilaginis partis anteriori sedi implãtatur. Duobus his tertia cartilago primæ adducit, illorumq; beneficio duæ tertiæ cartilaginis[x] partes, contractis nimirũ musculis cõniuent, ipsaq; lingula horum potissimùm auxilio cõprimitur. Hi sanè musculi omnium totius corporis cum temporalibus, pro ipsorũ mole, ualidissimo fungũtur munere, quũ tot musculis expirationem molientibus, in spiritus retentione opponãtur, quanq; & huc quoq; reliqui laryngem arctãtes musculi faciant.[a] Vndecimus ac duodecimus, in basi tertiæ cartilaginis cõsistunt, ea nimirũ regione, quà[b] stomacho larynx cõmittitur, tertiaq; cartilago secundæ cartilagini coarticulatur. Sunt autẽ ab utroq; latere singuli, qui ex radice tertię cartilaginis, quà hæc primæ proxima est, principiũ sumunt, & secundùm basim tertiæ cartilaginis modicè sursum protensi, ad tertiæ cartilaginis medium (ubi duæ ipsius partes inuicẽ colligãtur) finiunt, se mutuò inibi cõtingentes. Sunt itaq; præsentes musculi breues, & exteriùs quodãmodo pyri modo rotundi, intus uerò omni ex parte cartilagini tertiæ cõnati, & ubi se inuicem contingũt, latiores crassioresq; sunt, quàm statim in ipsorũ exortu. Ambo musculi tertię cartilaginis basim cõstringentes, atq; duas eius cartilaginis partes inuicẽ comprimẽtes lingulã claudũt, arctãtq;. Et hi sanè argumẽto sunt, tertiam cartilaginẽ necessariò esse geminã, quũ si simplex esset, ab illis musculis cõstringi haud possit, uti neq; à[c] duobus tertiã primæ iungentibus occludi, neq; à[d] quatuor secundæ tertiam nectentibus aperiri potuisset. Ex duodecim igitur laryngis peculiaribus musculis, octo laryngem arctant, quatuor scilicet primã secundæ nectentes, & duo tertiam primæ cõmittentes, ac demum duo in basi tertiæ cartilaginis repositi, quatuor uerò ipsam reserant illi nimirũ, qui tertiam secundæ cõmittunt. Alij autem musculi, quos cõmunes uocamus, utriusq; etiam motus duces sunt, per quem spiritalis meatus lingula ue amplificatur, & cõprimitur. Horũ primi duo utrinq;[e] singuli, ex tota propemodũ inferiori[f] hyoidis ossis sede principiũ ducunt, ac lati & carnei, & internis lateribus inuicẽ proximi, cõtiguiq; uisuntur. Hinc deorsum protensi, & mutuò internis lateribus abscedẽtes, singuli in sui lateris inferiorẽ primæ cartilaginis sedem implantantur, tanta latitudine atq; ipsorũ originũ est latitudo. Toto autẽ descensu, qua anteriori primæ cartilaginis sedi exporriguntur, ipsi fibrosis tantùm nexibus in eum modũ hærent, quo incũbentes inuicẽ musculi mutuò cõmittuntur. Porrò ad præsentiũ musculorũ insertiones, quæ non minus, quam eorũ origines carneæ existunt,[g] alij duo musculi æquè propemodũ ampli primæ cartilagini implantãtur, ab interiori[h] regione ossis pectoris in iugulo carneis, sed nõ latis principijs

*Propriorum 5,6,7,8.*

*Propriorum 9 & 10.*

*Propriorum 11 & 12.*

*Propriorum epilogus.*

*Communium primus & 2.*

*Communium 3 & 4.*

k 8 fi. ca. 38 li. 1 M. l 3,4,5 fig. ca. 38 li. 1 C, D. m 6,7 fi. P. n 6,7 fi. ca. 38 li. 1 L. o P, Q. 6,7 fi. ca. 38 li. 2 committitur V & X figuræ 10 et 11 eiusdem ca. p 8,9 fi. Q. & 8 fi. cap. 38 li. 1 N aut O. q 8 fi. ca. 38 lib. 1 M. r 7,8 fi. R. s 8,9 fig. T ad Q. t 8,9,10 fi. unus a. alter b. u 4 fi. ca. 38 li. 1 G. H. x 9,10 fig. ca. 38 li. 1 Y, Y. y 4 ta. r. a 6,7,8 fi. V. b 2,3,5 fig. H. c 7,8,9,10 fi. a, b. d 7 fi. P, R. e 1,2 fi. F, 5 ta. O. f 1,2 fi. A. g Alter 1,2 fi. G. 5 ta. P. h 7 fi. cap. 19 li. 1 f. aut o.

cipijs ortum ducentes, qui ſurſum ſecundùm anteriorem aſperæ arteriæ ſedem protenſi, ac ſenſim latiores redditi, illi, quam diximus, primæ cartilaginis ſedi inſeruntur.[i] Quintus ac ſextus communium laryngis muſculorũ, tranſuerſi ſunt, & ipſorum utrinque habentur ſinguli[k] ſtomachum amplexantes, hi enim ex ſtomachi poſtica parte, uertebras ceruicis reſpiciente, ſecundùm ſtomachi longitudinem principium ſumunt, adeò inuicem continui, ut utrorumq; muſculorum idem unitumq; principium eſſe propemodum dixeris. Hinc ampli & carnoſi, uerſus priora tranſuerſim protenſi, lateribus primæ cartilaginis, ſecundùm ipſorum laterum longitudinem implantantur, tota amplitudine, qua ſtomachum contingunt, impenſe ipſi connati continuiq;. Hi quos poſtremò recenſuimus, muſculi ad poſteriora contrahunt primæ cartilaginis latera, ſecundæ cartilagini eam ita applicantes, ut laryngem quoque, ſeu lingulam illam coarctent. Qui uerò ab oſſe hyoide procedunt, primam cartilaginem à poſterioribus ſurſum quodammodo abducentes, laryngem dilatant. Verùm his contrariam functionem adipiſcuntur muſculi, à pectoris oſſe, primæ cartilagini inſerti, illi nanque humiliores, primæ cartilaginis ſedes contrahunt, eaſdemq; deorſum uellunt, nonnihil unà contrahentes ſtringentesq;[l] aſperam arteriam, ne quicquam, quum uocem edit homo, reduplicetur, neq; plurimum dilatetur.

*Communium functio.*

*i 1,2,3,4,5 fi.I.*

*k 2,3,5 fig. H.*

*l 5 ta.Q.*

*Duo muſculi laryngis operculi.*

Præter hos ſex, alios[m] duos animaduerti propemodum teretes, ac ex media interiori oſſis hyoidis ſede explantatos, & utrinque ſingulos radici eius[n] corporis, quod laryngis cenſetur operculum, inſertos. Hi liquidò admodum (ſi modò quis ipſorum nouerit adminiſtrationẽ) uiſui ſeſe offerunt, Galeno tamen, quum in nullis, quæ hodie extant, Operibus ipſorum meminerit, incognitos fuiſſe opinor, non enim (quod fortè quis arbitraretur) in communium laryngis muſculorum numerum ſunt reijciendi. Quamuis enim hos octo Galenus eſſe dixerit, & interim ſex tantùm deſcripſerit, omnes tamen octo, primæ cartilagini committi poſtmodum ſermoni ſubnexuit. Porrò his duobus id munus concreditum eſt, ut laryngis operculum, cibis potuq; depreſſum denuo eleuent, ipſorum nanque principijs uerſus hyoides[o] os tractis, operculum illud erigi conſpicitur. Veruntamen muſculos, qui his duobus oppoſito munere fungerentur, nullos obſeruaui, neque id mirum eſt, quum cibus & potus, ſuo põdere euerſum eleuatumq; laryngis operculum facilè comprimant, & ipſum mole ſua etiam grauatum, laryngi promptè applicetur. Quamuis non hi ſolum muſculi oppoſitis deſtituantur, ſed &[p] illi quorum beneficio rectum inteſtinum, & teſtes ſurſum allici dicentur. Corpora enim, quæ ex ſua natura plus ſatis deorſum tendunt, nec peculiarem motum in ductu, qui deorſum fit, exigunt, ad eam actionem minimè propriſs indigent muſculis. Larynx rarũ aut peculiare ligamentum prorſus nullum obtinuit, præter membranea articulos orbiculatim cingentia, deinde in ipſius medio[q] lingula conſiſtit, cuius etiam ſuperiori Libro mentio incidit, quæ conformatur ex cartilaginum articulatione, & præcipuè cartilaginis tertiæ partibus, quæ primã cartilaginem acutis proceſſibus ſpectant, mox & eas colligante ligamento, & pingui totam laryngem ſuccingente tunica. cuius ſanè naturam, ac conſtructionis artificium ut propriſs manibus ex diſſectione, uti modò ſubijciam, diſcas, optarim.

*m 2,3,4 fi. K.*

*n 2,3,4,5 fi.L.*

*o 2,3 fig.A.*

*p fi.cap. 5t B,C inteſtini muſculi notantur, figura autem 22 li. 5 ueſtis.*

*q ſpectatur 11,12,13 figuris.*

*Laryngis ligamenta.*

## LARYNGIS MVSCVLORVM ADMINISTRATIO. Caput XXII.



EABRICAM laryngis hunc in modum in boue primùm, aut in uitulo, deinde in homine auſpicaberis. Ex alia quapiam laryngе emundatas cartilagines operi adhibebis, ut hæc uelut oſſium (quæ muſculorum ſectioni perpetuò adeſſe oportet) uicem gerant, deinde diſſectis hyoidi oſſi pro priſs[a] muſculis, ſtatim tibi occurrent[b] duo ab oſſe hyoide, ad primam cartilaginem procedentes muſculi, quorum principia paruo cultello ab oſſe liberans, paulatim muſculos à cartilagine radendo, ad ipſorum uſq; inſertionem ſequeris. Cæterùm pari ratione à pectoris oſſe ad primam cartilaginem[c] ductos, primùm ab oſſe ſeparabis, ac poſtea ipſos ab aſpera arteria leuiter diuellens, ad primam uſq; cartilaginem, cui inſeruntur, illos deduces. Vbi quatuor hos diligẽter intuitus fueris, ſectionem per palati tunicam, fauciumq; intima duces, ac laryngem cum ſtomacho è faucibus eximes, ad eum prorſus modũ, quo lanij boum laryngas execare conſueuerunt. Liberatã poſtmodũ laryngẽ cum aſperæ arteriæ & ſtomachi portione, omnino ab animante auferes, ac abiecta lingua, uniuerſam laryngẽ Sodali, ac tecũ Anatomes ſtudioſo tenendã porriges. Qualis mihi in laryngis conſtructione diſcenda ſedulò fuit, præſtãtis ingenij luuenis, ANTONIVS SVCCHA, noſtræ communis Bruxellæ, adeoq; totius Belgicæ, ob ſingularem medicinæ ac mathematum cognitionem, magna & rara ſpes. Hac itaq; ratione accommodata larynge, mox[d] muſculos ex ſtomachi

*Adminiſtratio primi & 2 communium.*

*a 4 ta.S,T. R.Q.V,V.*

*b 5 ta.O.*

*Communium tertij & 4.*

*c 5 ta.P.*

*Communium 5 & 6.*

*d 2,3,5 fig. ca.21 I.*



ſtomachi poſteriori parte ad primæ cartilaginis latera productos inſpicito. quod ut fiat promptiùs, ipſos longa ſectione, ubi capita ſeſe contingunt, diuidito, & hamulo, aut ſummis digitis alterius capite apprehenſo, totum à ſtomacho ad primæ uſque cartilaginis latera accuratè ſeparato. Licebit modò ſex horum muſculorum, laryngi cõmunium actionem d ſcere, dummodo ipſorum capita huc illuc, uerſus ſua principia attraxeris. quo facto, omnes illico à prima cartilagine liberabis, atque ad[e] duos, quos operculi laryngis radici implantari dictum eſt, ſectionem conferes. Linguæ[f] tunicam, quæ cum palati tunica & laryngis & ſtomachi interiori ipſiuſq; demum operculi cõmunis eſt, ad operculi radicem orbiculari linea incides, ac hamo exceptam cutis modo excoriabis. Mox enim illorum muſculorũ fines in promptu erunt, quos poſtea quam ad hyoides os, leniter ipſos ab adipe illis proximè accumbente ſeparando deduxeris, ab oſſe ipſos diſſecabis. Vt autem illorum functionem diſcas, laryngis operculum digito deprimes, ipſorumq; capitibus uerſus hyoides os attractis, operculum euerti, atque antrorſum tendi eleuariq; conſpicies. Modò & hos quoque muſculos & ſtomachum, ipſumq; ſi libuerit, operculum à larynge in totum adimes, ut tres laryngis cartilagines, cum duodecim ipſi propriſs muſculis ſolæ relinquantur. Quum tamen reliquam aſperæ arteriæ partem à ſecunda cartilagine abſecas, inſpicito[g] glandulas hominis laryngi appoſitas, & ut in Sexto libro exequar, utcunque carneas. In boue autem, harum loco carneam prorſus reperies ſubſtantiã, ad ſecundæ cartilaginis latera repoſitam, & muſculo cuipiam ſimilem, qui ſeptimus & octauus cõmunium laryngis muſculorum in boue cenſeri poſſit, quum interim homo eius ſubſtãtiæ, ſeu muſculorum uice, quemadmodum nuper dixi, grandes inſignesq; obtineat glandulas. Cæterùm nunc tempus eſt, ut ad amuſſim[h] lingulæ ſeu rimæ formam intuearis. cernes enim laryngem ſuperiori parte & inferiori amplam eſſe, in medio autem rimam oblongam habere ea, quam diximus, ſubſtantia conformatã. Vt uerò hanc propriſs manibus ſubinde diſtendas, aperiasq;, priusquàm muſculorum ſectionem auſpiceris, dextrę manus pollice, medioq; digito, laryngis latera comprehendes, indice interim interiori tertiæ cartilaginis amplitudini inſerto. ſiniſtræ autem manus pollicem ac indicem, inferiori laryngis orificio immittes, ac duobus illis ſiniſtræ manus digitis, ſecundam cartilaginem à prima abducere conaberis, dextræq; manus indice, tertiam cartilaginem extrorſum euertes. Liquidiſſimè enim hac ratione inſpicies, quî lingula aperiatur. Si uerò ſiniſtra manu ſecundã primæ adduxeris, & dextræ manus pollice ac indice, tertiam cartilaginem uerſus interiora protruſeris, ac inuicem duas ipſius partes conniuere feceris, lingulam ad amuſſim claudi intuebere. Scribo autem hæc paulo fuſiùs, ut Galenus aliquando intelligatur, nec poſthac laryngis operculum, uocis principaliſſimum organum, qui hodie ſeſe Galenicos profitentur, contendant, & idem corpus, γλωττίδα uel lingulam, & ἐπιγλωττίδα, ſeu laryngis nobis uocatum operculum eſſe opinentur, ignorãtes profectò lingulam in medio eſſe laryngis, ac tibiarum linguis, quibus illæ inflantur, quàm ſimillimam exiſtere. Quum itaq; lingulam tuis manibus, utcunque uiſum fuerit, & clauſeris, & aperueris, proprios laryngis muſculos diſſecabis, à[i] quatuor primæ cartilagini ſecundam nectentibus auſpicatus. Leui itaq; ac tranſuerſa ſectione, exteriorem muſculum à ſcutiformi cartilagine liberabis præcauens, ne interiorem ſimul conuulneres, hoc ablato, interiorẽ ſimiliter à ſecunda cartilagine abrades, mentem adhibens illi, quam dixi, fibrarum interſectioni. Neq; hoc duntaxat ad amuſſim, num ſcilicet unus duo ue ſint, rimaberis, ſed etiam, dum ſtomachum à larynge liberas, diligenter expendes, num[k] eos, quos interdum obſeruari dicebam, muſculos reperturus ſis, qui à ſecundæ cartilaginis ſpina, in primæ cartilaginis humiliores proceſſus inſerũtur. Quatuor itaq; ſecundam cartilaginem primæ iungentibus à larynge reſectis, in altero laryngis latere[l] proceſſum inferiorem primæ cartilaginis, à ſecunda liberabis, ac primam hac ratione à ſecunda antrorſum reflectes,[m] duos inſpecturus muſculos, tertiam primæ colligantes. Vbi hos utcunque examinaueris, integrum erit exiguo, ſed acutiori cultello primam cartilaginem, à reliquis duabus adimere, aut ſi uoles, ad duos muſculos illi tertiam nectentes appenſam ſeruare, ac poſtmodum te ad[n] quatuor tertiam ſecundæ nectentes conferre. quos licebit à ſuis principijs, quæ ex ſecunda cartilagine ſumunt, liberare, atque ad tertiam, cui inſeruntur, deducere. Poſtremò[o] qui in tertiæ cartilaginis ſunt baſi, auferes ſimiliter quoque eorum principia primùm liberans, ac ad finem uſque, quo ſe mutuò contingunt, deradens, huiuſmodi enim adminiſtratione perpetuò integrum erit, muſculorum functionem diſcere, dum ſcilicet ipſorum principia ad locum, unde originem ſumunt, attrahuntur. Ablatis muſculis cartilagines inuicem ſeparabis, nec fieri poterit, quin tunc accuratè lingulæ ſubſtantiã perſpectiſſimam habeas, quemadmodum & naturam illius quoque, & uſum, & formam, ex adminiſtrationibus nimirum, quas propriſs manibus iam es aggreſſus.

*Duorũ laryngis operculi.*

*e 2,3,4 fi. ca.21.K.*

*f 1 fi.ca.19 C.*

*Laryngis rimula ſeu lingula quo modo ſecanda.*

*g 2,3,4,5 fi.ca.21 M.*

*h Quemadmodum cernere eſt in 11,12,13 fig. ca.21.*

*Adminiſtratio proprioriũ 1,2,3 & 4.*

*i in ca.fi.4 N, dem 5 fi. O.*

*k fig.capiti 21 inſertæ C,D.*

*l ut T ab S fi.8,9 cap. 21.*

*Proprioriũ 9 & 10.*

*m 7,8,9,11 figu.cap. 21 a,b.*

*n 7 fi. cap. 21 P,R.*

*Proprioriũ 5,6,7 & 8.*

*o 7,8 fi.ca. 21 V.*

*Proprioriũ 11 & 12.*

DE

# DE MVSCVLIS BRACHIVM MOuentibus. Caput XXIII.

*Alius uicinitatis quàm sectionis ordo.*

VICINITATIS quidem ordo, ante musculos brachium mouentes, capitis & dorsi, & scapulæ motuum duces oportuisse describi indicabit, si demum partes iam dissectis uiciniores prosequi instituti esset. Verùm quum integris adhuc brachium mouentibus musculis, scapulam mouentes administrari nequeant, multoq; minus illis nondum ablatis, aut capitis aut dorsi administrare datu sit, operæpretium me facturum duxi, si brachij & dein scapulæ motores, ante caput mouentes musculos, sectionis nomine aggrediar. Quanquam si secus cuipiã uisum fuerit, Capita facilè ita transponẽtur, ceu ego, in horum Librorum epitome sectionem non moratus, sed uicinitatem potiùs secutus, præstiti adeò, ut cuiuis integrum fuerit, modò hoc, modò illud Caput aggredi, prout sibi musculorũ tradendorum seriem proponet. Brachium itaq; antrorsum ad pectus, & retrorsum uersus dorsum, & sursum ad ceruicẽ caputq;, & deorsum ad thoracis latera mouetur: & præter hos motus quodammodo in gyrum quoque agitur, aut ita circunuertitur, ac si baculum aliquem, in utrasque manus non flexas, sed secundùm longitudinem tantùm mutuò appositas acciperes, ac deinde alternatim, prorsum retrorsumq; actis manibus, baculum uolueres. Quemadmodũ enim baculum siue deorsum porrectum, siue sursum siue antrorsum prominentẽ, illo modo mouere possis, ita quoque brachium, siue id pectori admotum, siue sursum actum, aut deorsum propendens seruaueris, semper circumuerti poterit adeò, ut brachium triplici motuũ genere agatur.

*Brachij motus quot.*

*Primus brachium mouentium.*

Brachium itaque pectori[a] unicus adducit musculus, originem sumens[b] ex media pectoris ossis latitudine, & ipsi insertis cartilaginibus, deinde quoque priuatim[c] ex septimæ & octauæ costæ cartilaginibus, & [d] ex media clauiculæ sede, qua hæc pectoris os spectat. Principij pars à clauicula procedens, omnino carnosa apparet, quæ uerò ex pectoris ossis secundùm dextrum sinistrumq; medio enascitur, alteriusq; lateris musculi initio contigua est, neruosior membranosiorq;, & minus crassa uisitur. Attamen, quæ ex ossis pectoris latere, ipsiq; inarticulatis cartilaginibus pronascitur, penitus iam carnosa existit. quæ uerò priuatim ex septimæ octauæq; costarum cartilaginibus, iuxta mucronatam cartilaginem exoritur, membranea, & tenuis aliquousq; conspicitur. Musculus ex his principijs prodiens, & paulatim crassior carnosiorq; reditus, sensim arctatur, atque in acutum tantisper procedit, quousque amplo & neruoso, admodumq; robusto, sed breui[e] tendine, humero secundùm ipsius longitudinem implantetur. Fit uerò tendinis huius insertio, [f] subter humeri capitis ceruicem, in interiore ipsius regione, non nihil interim in priora uergens. [g] Huius musculi fibræ inuicem uariant, & paulò ante tendinis productionem, adhuc in carnea musculi parte, deinde & secundùm totam tendinis amplitudinem, ad x literæ similitudinem sese decussatim intersecant. Quæ enim ex clauicula, & media pectoris ossis longitudine clauiculæ proxima enascuntur, ex superioribus deorsum obliquè in exteriora procedentes, superiorem tendinis partem, secundùm totam ipsius amplitudinem efficiunt, carnosæq; toto ductu, præterquam in musculi in humerum insertione, permanent. Sed quæ ex reliqua ossis pectoris sede, ac ex septimæ & octauæ costarũ cartilaginibus priuatim originem mutuantur, obliquè sursum protensæ, inferiorem tendinis partem, secundùm ipsius latitudinem constituunt, & citiùs carnem ipsarũ, qua implentur, suffulciunturq;, quàm superiores amittunt. Superiùs enim ad insertionem usque, musculus carneam naturam reseruat, inferiùs autem multò ante insertionem, liuidus neruosusq; conspicitur, quod superiores fibræ procul dubio, propter breuiorem ductum adeptæ sunt. Id nanq; omnibus commune esse diximus musculis, ut tanto breuiori donentur tendine, quo succinctiori ductu, pro motus ipsorum ratione feruntur. Cæterum superiora inferioraq; in tendine uoco, non quæ humeri caput propinquiùs accedunt, aut remotiùs ab illo reclinãt, sed ad tendinis, quæ secundũ latitudinem perficitur, insertionem, has positionis differentias in præsenti refero non secus, ac si hanc chartam, subdita altiorem superiorem ue dicerem. Est itaq; musculus hic quodammodo quinquatris, sed inæqualibus costis cõstitutus. [h] Vna nanque, secundùm mediam clauiculæ longitudinem ducitur, secunda ad ossis pectoris longitudinẽ procedit, tertia secundùm insertionis longitudinẽ fertur, quarta à media clauiculæ sede, ad insertionis partem, humeri capiti propinquiorem proficiscitur. quinta uerò à remotiori ab humeri capite insertionis parte, ad pectoris ossis mucronatam cartilaginẽ protenditur. Atq; hæc costa, illa demum est, quæ anteriorẽ cauitatis axillæ sedem efformat, posteriorem uerò ille constituit. [i] musculus, quem brachiũ deorsum dorso admouere audies. Cæterùm ut brachiũ pectori adducens musculus, differentes fibras, ac latum

a 2,3,4 ta. Δ. 1 ta. L.
b 3 tab. à K ad R.
c 3 ta. ab R uersus S.
d 3 tab. à K ad L.
e 3 ta. Q. 6 tab. Q. T in brachio.
f iuxta f. e fig. 1 cap. 23 lib. 1.
g Hic conferes 3 tabulæ musculum Δ cum musculo Δ 4 ta bulæ.
h prima costa 3, 4 tab. K, L. secunda à K ad R tertia 4 ta. Q, T. quar. ab L ad Q. quin. ab R. ad T.
i 3 ta. V. 10 ta. o.



tum & amplum, uariumq; principium sortitur, sic quoque alijs atque alijs pectoris regionibus brachium admouet. Si enim superiores ipsius fibræ, à clauicula, & superiori pectoris ossis sede eductæ contrahantur, uersus pectoris superiora, & ad clauiculam brachium adducitur, sin inferiores fibræ tendantur, præsens musculus humilioris brachij ad pectus adductionis opifex fit, siquidem ad[k] mucronatam cartilaginem, & spurias costas, quæ ueris uiciniores sunt, brachium allicietur. At si utræque laborauerint fibræ, in neutram partem brachium inclinaris pectori adigent. Quia igitur hic musculus amplum, atque ex uarijs natum ossibus principium obtinet, & fibras sese intersecantes, cõtrariaq; serie ductas, & ad hæc motus etiam differentes adipiscitur, nihil obstiterit fortassis, ipsum geminum pronunciare, ac duorum musculorum loco cum aliquot etiam dissectionis Proceribus enumerare, quanquam unius duntaxat uice mihi toto orationis contextu habebitur. Verùm quum inferior musculi pars, quæ humiliores fibras producit, uersus inferiora brachium pectori adducit, meritò quoque minor, & secundùm profundum tenuior superiori euasit, quæ sursum magis membrum agit, & cui uehementior ualidiorq; functio concredita est. Præter hunc musculum (pace interim Galeni dixerim) nullus alius brachium pectori admouet. Nam quem inter brachij musculos primùm enumerat, quemq; iuxta mamillas exiguum, ad humeri articulum ascendere, ac ad spurias costas brachium adigere scribit, in homine neutiquam reperies. Non enim nos fugere posset, quum hunc obliquè sub cute, in aliorum superficie extantem, sursum ad articulum humeri prorepere Galenus recenseat, & illum in membraneam desinentem exilitatem, articulo inseri affirmet, propter humeri ossis [l] sinum, [m] exterius caput musculi flectentium cubitum anterioris amplexantem. Nec quispiam me illum oscitanter cum cute auferre arbitrabitur, qui aut humeri articuli musculorum sectionem aggressus fuerit, aut administranti adstiterit. Et quomodo, quæso, musculus aliquis ex mammarum regione incipiens, & aliorum superficiei incumbens, etiam si uel fibræ cuiusdam crassitiem duntaxat æquaret, à quopiam in homine ignorari posset? si demum [n] inter illum, quem modò recensui, musculum, & illum, quem brachium attollere audies, ad articulum conscenderet. Nam etsi eius musculi pars, cuti subiecta admeretur, illa pars necessariò (utcunq; quis uel ultro illum resecare proposuisset) semper sese offerret, quæ inter duos illos musculos sese insinuans, articulo proxima esset. At quorsum attinet, mihi hîc oscitantiæ excusationem prætexere, quum uerbulo Galenum simiarum, me autem pro uiribus, hominum constructionem describere, uel hic brachij musculus, cum cæteris innumeris attestetur? homines enim hoc priuantur, uerùm in simijs & potissimùm caudatis (quorum mihi maior copia, quàm non caudatarũ accidit) ad hunc modum obseruatur. Cute detracta, [o] is quem nos in homine primùm occurrere diximus, pari modo in simijs cõspicitur, nullo prorsus alio tectus musculo. Verùm sub huius humillima [p] costa seu latere, super obliqui abdominis musculi (quem descendentẽ uulgò dicimus) principium, gracile membraneumq; musculi initium reperitur, longè sub papillæ regione consistens. Initiũ hoc carnosum euadens, sed gracile interim permanens, sub magno illo brachium pectori adducente musculo, sursum obliquè ad articulum porrigitur, eam prorsus, quam Galenus tradidit, insertionem tentans. Neque huius musculi insertio, ut neque ipsius ductus, nisi magno illo musculo penitus eleuato, in conspectum ueniunt, atque id non perfunctoriè, ut Galenum intelligas, etiam si hominum duntaxat medicinam nonnulli sese profiteri iactitent, uenit obseruandum. Nisi enim hunc Galeni musculum, suo progressu ita occultatum, & tantùm membraneo principio modicè admodum extare cognoueris, erroneus omnino, atque admodum difficilis Quintus de Administrandis sectionibus liber statim in ipsa fronte uidebitur, quum Galenus passim illum in aliorum, ac proinde etiam in eius, quem nos brachium pectori attrahere diximus, superficie, sub cute exporrectum minùs rectè tradiderit. Quamuis interim sedulò studiosos horter, ut meæ sententiæ non ita promptè, propter Galeni obseruantiam, ascribentes intueantur, num & homo quoque cum simijs illum musculum communem sibi uendicet, & rursus num caudatis simijs in aliorum superficie (ut Galenus testatur) extet. Præter hunc, Galenus alium describit[q] musculum, quem altioris brachij ad pectus ductionis autorem esse existimat. Iste profectò in homine nequaquam me fugit, at minime tamen, ut Galenus autumat, brachium pectori uersus elatiora admouet, imò scapulæ gratia, ut scilicet eam ad pectus ducat, creatus est, quod & ipsius origo, & ductus, illiusq; tendinis insertio, luce clariùs, & præcipuè in homine demonstrant. [r] Principium enim sumit sub [s] musculo, quem ego brachium pectori accommodare retuli, & ille huic omnino substernitur. [t] Enascitur autem carnoso principio à secunda, tertia, quarta & quinta, nonnunquam (sed perquàm rarò) & sexta, superioribus thoracis costis, non quidem (etsi Galenus non semel aliter affirmet) ubi pectoris ossi coarctantur, & ex ipso pectoris

*Musculus brachium pectori adducẽs, quo simia abundat. Li. 5 de Administrandis sectionibus, & 13 de Partium usu.*

*Musculũ qui scapulam antrorsum agit, à Galeno male pro brachij motore haberi.*

*Li. 5 de Administ. sect.*

k 1 fi. ca. 19 lib. 1 h.
l 1 fi. ca. 23 li. 1 H, I.
m 6 tab. m musculi o.
n 3 ta. inter Δ & P, in linea ab L ad Q.
o 3 ta. Δ.
p Inter R. & Stabulæ 5.
q 5 ta. r. 4 ta. k.
r 5 tab. ab i ad k.
s 3 ta. Δ.
t Hæc petes ex 4 tab. I, dein chara. 2, 3, 4 & k.

ctoris oſſe, ſed antea quàm coſtarum oſſa in cartilaginem pectoris oſſi inarticulandam deſinere incipiunt, nec prorſus recto tramite, recta'ue linea enaſcitur, ſed quaſi digitis quibuſdam, ex coſtarum oſſibus longiùs exortis procedit. Hinc ad exteriora porrectus anguſtior, ſed craſſior efficitur, quouſque ad humeri cum ſcapula articulum, in latum nerueumqʒ [u] tendinem, carne mixtum finiat, quo [x] proceſſus anchoræ imaginem referentis interno lateri implantatur, illic neruoſior euadens, ubi is proceſſus ex ſuo appendice [y] neruoſiorem interni capitis partem emittit, eius muſculi, quem inter cubitum flectentes anteriorem recenſebimus. Nequaquam autem tendo iſte, articuli ligamentum in homine contingit, ut ſanè, ſed admodum adhuc obſcurè, in caudatis ſimijs, quibus anchoram imitans proceſſus modicè extuberat, deinde nullam ſcapulæ regionem uacare, præter hunc proceſſum reperias, cui tendo ille commodè implantari poſſit. Ad hæc, ſi muſculi huius naturam ad amuſſim perpenderis, procul dubio cùm alterius alicuius uſus gratia, tum etiam præcipuè huius muſculi inſertionis occaſione, illum ſcapulæ proceſſum à Natura productum aſtrues, quandoquidem proceſſus is, muſculo illi non mediocriter aptam inſertionis ſedem exporrigat. Huius muſculi fibræ ſeſe non decuſſatim interſecant, quemadmodum [z] muſculi, qui nobis brachium adducere dictus eſt. Quum itaqʒ hoc ſitu ac figura muſculus iſte à Natura creatus ſit, quî obſecro, ad altiora, quàm primi muſculi [a] ſuperior pars, brachium pectori admouebit? Eius enim principium, longè à prioris muſculi ſuperiori principio ſuperatur, quum hoc à clauicula, & ſuperiori pectoris oſſis ſede, inſigniter etiam deorſum obliquè feratur, illud uerò ex ſecunda coſta & tertia, primùm, ut uel elatiſſimè procedat, longeqʒ inferiùs habeatur, ac minus obliquum ductum (qui etiam ad [b] ſuperiora ferè pertinet) moliatur. Quamobrem ſi hæc omnia haud ſegniter perpenderis, & Galeno conceſſeris muſculi [c] inſertionē, quæ è regione humeri capitis perficitur, nonnihil articuli ligamentum apprehendere neceſſariò fateberis eam, quam muſculus iſte moliretur brachij adductionem, neque humiliorem, neque altiorem fieri ea, quam à primo muſculo effici dudum dixi. Quum itaque ſolius ſcapulæ gratia, non autem brachij, muſculum hunc procreatum in hominibus certiſſimè noui, ipſius denuò in ſcapulam mouentiū muſculorum enarratione ſermo inſtituetur, ac proinde etiam in præſentia reliquos brachij motores aggrediar.

*Secūdus brachium mouentium.*

Vnum igitur [d] muſculum, omnium adductionum brachij ad pectus autorem eſſe cenſeo, & [e] qui brachium ad ſuperiora attollit, pariter quoque unum ſtatuo. Eſt porrò hic muſculus carnoſus, uaria quoque, ſed continua principia ſortitus, ac uelut ex diuerſis muſculis (ſi lato ipſius principio, & uarijs inſcriptionibus attenderis) conformatus. [f] ex media enim clauiculæ parte, ſecundùm ipſius longitudinem, quæ ſcapulam ſpectat, principium ducit, muſculo brachium pectori adducenti [g] contiguus. Deinde ex ſummo humero, [h] ubi is clauiculæ committitur, [i] & tota quoque ſcapulæ ſpina muſculus hic [k] exoritur. Ex tota hac clauiculæ, ſummi humeri, & ſcapulæ ſpinæ regione, principium nerueum continua linea enaſcitur, quod uix bene pronatum, ilico carnoſum, craſſumqʒ admodum & extuberans efficitur. Mox à principio muſculus carnoſus permanens, [l] in anguſtum ſenſim, tanquam in trianguli uerticem tantiſper porrigitur, donec humero tendine amplo, & ex carne neruoſaqʒ ſubſtantia mixto, robuſtoqʒ, ad humeri oſſis latitudinem, non modicè ſub ipſius ceruice [m] inſeratur. Ipſius inſertio, quæ intus, quàm extra neruoſior eſt, non ad amuſſim ſecundùm tranſuerſum perficitur, ſed modicè obliqua ab anterioribus, deorſum in poſteriora nonnihil uergit, nihilqʒ minus quàm decliuis recta'ue (etſi Galenus ſecus atteſtetur) eſt, qui ipſi eandem inſertionis formam tribuit, cum [n] muſculo brachium pectori adducente, quam ſecundùm rectum, ac humeri longitudinem perfici diximus.

*Li. 5 de Adminiſt. ſect.*

Totus itaque muſculus, ſi quis illum obiter intueatur, trianguli imaginem præ ſe fert, ac proinde à Δ ſimilitudine, illum Græci δελτοειδῆ appellarunt. Quemadmodum etiā ob id, quòd humeri ad ſcapulam articulo, quem ὦμον Græci uocarunt, inſternitur, illumqʒ quodāmodo cōtegit, ἐπωμίδα eundem muſculum nominarūt, ego autem toto ſermonis cōtextu, muſculum appellabo brachium attollentē. Cæterùm coſtæ, muſculum hunc deſcribentes ita ſe ſe habent. [o] Prima à media clauiculæ longitudinis ſede, ad ſummum humerum cōtendit, & hinc per ſcapulæ ſpinam, ad eiuſdem uſqʒ baſim. Secunda, à clauicula obliquè, deorſum ad inſertionis internū latus ducitur, aut ea eſt, quæ hunc muſculū, & brachium pectori reducentem muſculum intercedit ea regione, qua inuicem ambo committuntur. Tertia uerò coſta, à ſcapulæ baſi, ubi eius ſpina eminere incipit, ad externū latus inſertionis obliquè, deorſum in priora contendit. Cæterùm ueteres Græci, qui ſuos pueros corporis fabricā ſedulò edocebant, omniaqʒ, ut uerisſimile eſt, ad quaſdam ſpecies puerorum gratia referebant, hac triangulari figura non contenti, uidentur & exortum præſentis muſculi cuidā trianguli uertici aſſimilaſſe, quem muſculus nō antea oſtendit, quàm ſuo principio undiqʒ liberatus, in planum ponatur.

*Δ notat trianguli, de quo hîc agitur uerticem.*



A

u 5 ta. l iuxta tab. — x 5 tab. b. aut 1 fi. cap. 21 lib. 1 E, f, F. — y 6 ta. n muſculi Θ. — z 3,4 ta. Δ. — a 3,4 ta. K, L. — b 5 tab. ubi ad l. quem ductū conferes cū K, L ad Q 3 tabulæ. — c 5 ta. L. — d 3 ta. Δ. — e 4 ta. Σ. 10 ta. Δ. deinde ta. K. 2 tab. M, 3 ta. P, 5 ta. γ. 9 ta. L. 11 ta. M, P. et præcipue figura eius ta. indici inſerta. — f 4 ta. abc ultra f. — g 3 ta. linea ab L ad Q. — h ultimarū fi. li. 1 Q ad λ. — i 2 fi. ca. 11 li. 1 à K per I ad G. — k 10 tab. ab N per M ad O. — l figuræ indici 11 tab. inſertæ A, B, C concurrunt ad D. — m 11 ta. dependet P. — n 4 tab. Δ ad Q, T. — o figuræ indici 11 tabulæ inſertæ A per B ad C primam notat. 2 ab A ad D. 3 à C ad D. Aut conſule 4, 10, 11 tabulas, ne hîc in notando nimius ſim.



ponitur. Quum enim ita extenditur, principij pars, quæ brachium pectori adducenti muſculo proxima eſt, & deinde quæ ad baſim ſcapulæ habetur, ambo magis prominent, & attolluntur ea parte principij, quæ à ſummo humero pendet, quaſi ualdè obtuſum trianguli uerticem hæc pars exprimeret. Hunc autem triangulum efformabis, dum alicui longę coſtæ duas alias breuiſſimas adijcies, duæ enim hæ obtuſum angulū efformabunt, cui præſentis muſculi exortus effigies à Veteribus comparabatur. Huius fibræ inuicem non aliter uariant, quàm quòd anteriores, quę clauiculę debentur, deorſum obliquè in poſteriora ferantur, poſteriores uerò, quæ à ſcapulæ ſpina pendent, obliquè in priora deſcendant. Quæ autem à ſummo humero, & ipſius cum clauiculæ articulo pronaſcuntur, rectà deorſum procurrunt, nullo tamen interim pacto muſculi brachium ad pectus ducentis fibrarū ritu, ſe inuicem decuſſatim interſecāt, nihilominus tamen ob inſcriptiones nonnullas obliquè ductas, fibræ implicari parumper cōſpiciuntur. Si itaque muſculi pars, quę à clauicula principium ducit, tenſa fuerit, brachium ſurſum ad anteriora colli, & faciem attolletur. Si uerò fibræ à ſummo humero, & clauiculæ ſede ipſi commiſſa, originem mutuantes contrahantur, brachium rectà, & in neutram partem uergens aſſurget. At ſi poſterior muſculi pars, ex ſcapulæ ſpina prodiens in ſe colligatur, ad poſteriora ceruicis, ipſumqʒ occiput, brachium agetur. Muſculi huius initia, ex tota amplitudine illorum, quæ diximus, oſſium non exoriuntur, ſed duntaxat inſtar craſſioris lineæ, undecunque à prominentiori illarum ſede adeò, ut parua omnino initij craſſities occurrat. Neque id prorſus negligendum eſt, quum præter hunc muſculum, qui brachium motu proprio attollat, nullus ſit, neque etiam brachium hoc donatum muſculo, alio egeat, qui eodē cum illo fungatur munere. Quanquam non ignorem, Galenum hîc alios quoſdam deſcribere, at id tam uerè, ut ſibi in Decimotertio de Partium uſu, & Quinto de Adminiſtrandis ſectionibus minimè conſtet, cuius loca ſi omnia proſequerer, in nimiam prolixitatem præſens Caput excreſceret. Quapropter unumquenque diſſectionis, & Galenicæ doctrinæ (quam omnes amplecti debemus) ſtudioſum ſedulò hortor, ut hæc noſtra cum Galeni lectione, diligēti interim inſpectione, & ſectione, quam ſuo loco ſtatim proſequar, adhibita, conferre haudquaquā dedignetur, hocqʒ adhuc addi ſinat, cercopithecis prorſus eandem eſſe ſpeciem muſculi brachiū attollentis, cum hominum muſculo. nam & in illis animalibus hunc muſculum, uel Galeni gratia, non ignauiter aggreſſus ſum. Canes autem, equi, boues in hoc articulo, non ſolùm in oſſibus, ſed maximè in muſculis & ligamentis, ab hominis conſtructione uariant.

*Tertius brachium mouentium.*

[p] Muſculus brachium rectà ad deorſum agens, cōtrario munere illius [q] muſculi fungitur, qui omnibus ſuis contractis fibris, brachium pectori admouet, ſeu in anteriora agit, hic quoque carnoſus ſimiliter & craſſus eſt, & inter cæteros huius articuli muſculos utcunque teres. Oritur autem carneo principio, ex inferiori ſcapulæ baſis [r] angulo, à baſi quidem modicam principij partē aſſumens, ſed inſignem ab inferiori ſcapulæ coſta, ex media enim coſtæ illius longitudine, baſi ſcapulæ propinqua, & ab externa gibbâue humilioris baſis eius anguli ſede, continua carnoſaqʒ origine enaſcitur. Ad medium igitur longitudinis, inferioris coſtæ muſculus hic, à ſcapulæ oſſe abſcedit, & modicè ſurſum in priora tenſus, humerum ſeu brachij os accedēs, in ualidum breuemqʒ, ſed latum ceſſat tendinem, illi ferè forma reſpondētem, [s] quem muſculus brachium pectori adducens, humero inſerit. Neqʒ ſolum forma (quam ad latitudinem & craſſitiē ac inſertionem, ſecundùm humeri longitudinem refero) præſentis muſculi tendo, illius tendini reſpondet, qui ad pectus mouet, uerùm in eandem ferè regionem, illi duo muſculi implantantur, in eorum medio interuallū demittentes, cui [t] tendo [u] muſculi inſeratur, quem deorſum uerſus dorſum, ad ilia brachium mouere paulò poſt ſubijciam. Quamuis interim tendo muſculi ab inferiori ſcapulæ coſta pronati, paulò uiciniùs humeri capiti implantetur, quàm illius tendo, quem brachium pectori adigere relatum eſt. Neque hîc rurſus me fugit, præſentē muſculum inter brachium circumuertentes, à Galeno perperam recenſeri, atqʒ ab illo [x] muſculum triangularem, & ſcapulæ gibbum occupantem, & mihi in circumuertentium brachium claſſem ponendum, ab ipſo autorem ductus brachij ad dorſum poni. Verùm ſtudio, quum mihi res ſecus habere uideatur, ab ipſius dogmate recedo, uti profectò & tu quoqʒ es facturus, ubi affectu exuto, & iam admonitus ſectionem aggredieris, aut debitè adminiſtrantibus aſtabis. Nollem enim mihi hîc fidem ex Libro dari, quum certa ſemper lege orem, ne qua fides Libris in ijs partibus habeatur, quæ nondum per ſectionem uiſæ ſint.

*Li. 13 de Partium uſu, Li. 5 de Adminiſtrandis diſſectionibus.*

*Quartus brachium mouentium.*

Brachium deorſum trahitur, à [y] magno quodam, latóque admodum muſculo, qui à ſpinarum apicibus, quæ à ſexta thoracis uertebræ ſpina, ad oſſis ſacri uſque medium habentur, [a] principium ſumit, non quidem id pluriū brachij motuum opificum modo craſſum, ſed omnino inſtar amplæ membranæ tenue continuumqʒ, ac recta linea à dictarum modò ſpinarum apicibus pronatum.

p 13 tab. S. 7 ta. M. 8 K 9 N. 10 R. 11 L. 12 R. — q 3,4 ta. Δ. — r 1,2,3 fig. ca. 11 li. 1 Y. ſedes autē, unde muſculus prodit 1 fi. p, & 2 fi. T. — s 4 tab Q, T muſculi Δ. — t 7 ta. O. — u 10 ta. Θ. — x 11 ta. r. — y 2 ta r. 10 tab. Θ. 1 N, 3 V. 4 m. 7, 9 O. 11 C. — a 10 tab. ab S ad T.

Verùm ubi musculos dorsum mouentes, id principium perreptauit, eamq; costarum regionem contingit, quæ maximè in dorso, uersus posteriora extuberat, carnosum densumq; efficitur, & uniuersus musculus ad eum modum auctus, in [b] angustum tantisper procedit, donec tendinem latum, ualidum, sed breuem humero inserat, subter ipsius ceruicem, & secundùm ipsius longitudinem, in medio [c] tendinis brachium pectori admouentis, & tendinis [d] qui brachium rectà ad dorsum agit. Hic itaque musculus etiam triangularis est, sed planè inæqualibus conformatur [e] costis, ac duas quidem longissimas exigit, unam, quæ secundùm dorsi longitudinem porrigitur, alteram, quæ ab osse sacro, per ilia & inferiorem thoracis partem, sursum ad tendinis insertionem conscendit, atque alterum axillæ cauitatis uallum constituit. Tertia uerò præsentis musculi costa, à sexta thoracis uetebræ spina, [f] super angulum scapulæ, quę basis humilior pars ostendit, ad insertionem tendinis uehitur, atque hęc trãsuersim quodammodo repens, reliquis duabus costis multò breuior est. Ac pro trianguli costarum inæqualitate, etiam huius musculi fibræ differunt, quæ enim per ilia, et spuriarum costarũ extrema sursum porriguntur, prolixissimæ, ac minus obliquæ sunt. quæ uerò ab inferiorum uertebrarũ thoracis spinis enascuntur, breuiores sunt, & transuersim magis prorepũt. Musculus iste motus brachij deorsum opifex est, non quidem id simplici motu, sed compositò, pro fibrarũ uarietate, præstans. quandoquidem prout superiores fibræ, aut inferiores in se colliguntur, contrahuntúrue, ita quoq; deorsum, nunc ad superiora, nunc ad inferiora, brachium uersus dorsum deprimitur. Porrò musculus hic, dum scapulæ humiliorem [g] transcendit angulum, fibris quibusdam scapulæ cõmitti, atque ipsi aliqua insigniori apprehensione adnasci, Galenus scriptum reliquit. Deinde huius insertionis beneficio, non modò brachium duntaxat, ab hoc musculo moueri asserit, imò etiam illum detractionis scapulæ ad inferiora autorem esse cõmemorat. Profectò etsi quàm maximè uerear, Galeni placitis obuiam ire, & lubens hoc Capite, saltem unicũ musculum citra controuersiam plenè describere optem, haudquaquam tamẽ, ut res sese habet, hîc subticere queo. Præsens enim musculus, dum humiliorem scapulæ basis angulum integit, scapulæ ossi, nisi musculorum, qui ab illo pronascuntur, interuentu, contiguus uisitur, neutiquam autem ossi connatus, ut neque etiam, cui incumbit ibidem musculorum regioni, aliqua peculiari insertione committitur, connasciturq;. Non enim aliter inibi subditis adnectitur musculis, quàm musculis dorsum mouentibus, & thoracis & abdominis, qui huic musculo non minus, quàm illi scapulam occupantes substernuntur. Quum itaque musculus hic, nullam in scapulam moliatur insertionem, proprio etiam motu unà cum brachio eam nequaquam, ut Galenus opinabatur, deorsum uellit. Etsi illum tota ea sede, qua angulo scapulæ superuehitur, scapulæ innasci darẽ, idtantũ me Hercules transuersis perficietur fibris, illis inquam, quæ in elatissima suæ originis sede habentur, atque à sextæ, septimæ, octauæ, nonæ & decimæ thoracis uertebrarum spinis dependent, quæ sanè non deorsum scapulam mouerent, sed rectà ad dorsum. Huius enim musculi eminentior pars, altiùs à spinis, quàm Galenus arbitratur, principium ducit, nam aliquousque illi [n] musculo substernitur, quem scapulam mouentium secundum numeramus, quemq; Galenus inter posteriores scapulam mouentes, Demissiorem uocat, amplum hũc brachij musculum, ibidem principij sui uerticem assumere astruens, ubi ille demissior scapulæ musculus cessat. At quum suo rursus loco de scapulæ motoribus sermonem instituemus, ad brachij musculos iam reflectenda est oratio, inter quos Galenus alium enumerat musculum, eiusdem functionis cum nuper dicto, gratia efformatum, ut scilicet brachium deorsum trahat, atque hunc quidem latum amplumq; esse recensет, sed tenuem interim. Membranam enim, quam nos carnosam uocamus, fibris carneis augeri narrat, quum primùm ilia contingit, ac fibras has sursum tensas, carnosiores tãtisper effici, donec membrana ampli & tenuis [i] musculi naturę, quem buccas mouere diximus, respõdeat, humeroq; implantetur. Deinde hunc musculum Galenus omnes, qui illum præcesserunt consectionum Proceres, in hominum potius corporibus, quàm cum Galeno in simijs se exercitantes latuisse, atque ab ipso in simijs inuentum nusquam non iactitat. ego profectò in simijs, & canibus, plurimisq; quadrupedibus ipsum obseruaui, non tamen in omnibus æquè latum carnosumue. At in simia (ut id priuatim dicam) ad hunc modum mihi apparuit, membrana carnosa, secundùm spinæ totius longitudinem firmiùs subditis organis, quàm alibi connascitur haud aliter, quàm si ex spinarum apicibus principij sui portionem, aliorum ligamentorũ modo educeret. Verùm in ea sede, qua membrana è regione quinq; lumborũ uertebrarum consistit, iliiq; os contingit, carneis, sed tenuibus rarisq; fibris adaugetur, quæ sursum obliquè uersus axillam prorepentes, ac ex lata basi sensim in arctum collectæ, musculum amplum at tenuẽ exprimunt, qui in mucronem desinens obscurè, uixq; admodum in humerum implantatur, tendini

*Li. 13 de Partium usu, & 5 de Administrandis dissectionibus.*

*Musculus alius quo simiæ et canes abundant. Li. 1 & 5 de Administ. dissect. & 13 Li. de Vsu partium.*

b 2 tab. l, m uersus n. 10 tab. S, T, X uersus V.
c 4 ta. Q, T musculi Δ.
d 7 tab. M.
e 10 ta. prima costa ab S ad T. à T per X ad V. 3 ab S ad V.
f ad eadem Y ta. 10.
g ad eadem Y tab. 10.
h 9 ta. Δ, uerum hic de parte ipsius Δ insignita tantum agimus.
i 3 ta. r.



k 3, 4 tab. Δ: tendini eius [k] musculi continuus, qui brachium pectori adducere commemoratus est. In canibus manifestam insertionem in humerum non ostendit, & uidetur musculi brachium pectori adducentis tendini aliquo pacto admisceri, aut potius propriæ eius musculi membranæ adnasci. In equis quoq;, bobus, & ouibus, & id genus animalibus, admodũ euadit conspicuus, unde etiam consulo illum in boue potissimùm perpendi, quod fiet promptissimè, si excoriati bouis axillam inspexeris. Apparebit nanque is amplus, & conterminis musculis rubicundior, & cæteris partibus albis apparentibus, ex illo maximam portionem ablatam esse cõperies, quam lanij cuti adnatã relinquunt eo, quòd carnosam membranam unà cum cute auferre, inter excoriandum consueuere, atq; ideo etiam tantam præsentis musculi partem, quanta nondũ prorsus, & insigniter carnosa apparet, auferunt. Quapropter etiam iuuabit, excoriantes lanios uidere, qui longè acutiori cultello, maioriq; mora in axilla cutem adimunt, quàm in reliquo corpore, ubi membranam unà cum cute à subditis corporibus separant. Non inutile quoq; erit, excoriatã cutem iubere tibi exporrigi, ut & cuti eorum musculorum portionem adhuc adnatam contẽpleris, obseruesq; huic musculosæ carni paulò rectiores fibras intertextas esse, quàm

l 10 ta. ⊙. amplo illi [l] musculo, quem brachium deorsum ad spinam mouere testamur. Atq; hæc in simia, & quæ proximè nominata sunt, animantibus didici, at in homine me reperisse nequeo affirmare, quantumuis rectè cutem ab adipe, & quum obesius accidit corpus, adipem à membrana carnosa, & membranam à subditis illi musculis, per totum thoracem abdomenq; non diuulsam, laceram ue semper dissecẽ. Liberaui enim subinde ab adipe cutem, et adipem postmodum à membrana, & denuo membranam ab his, quibus incumbebat musculis, ac deinde manibus membranam tetendi, sed hactenus illam nullis carnosis fibris, secundùm thoracis latera nutritam auctamq; obseruaui, nec etiam spectatorum aliquis, quotquot mihi secanti unquam astitêre, membranam hanc musculosam fieri, asserere ualuit. Præterea si mẽbrana, quam musculum fieri Galenus astruit, brachium deorsum traheret, proculdubio aut humero, aut articuli saltem ligamento necteretur, quod & si de simijs fortassis, & bobus dici possit, qui alium, quàm homines, motum, propter crebrum in terram prioribus pedibus innixum exigunt, in hominibus tamen nullam insertionem membranæ carnosæ in humerũ fieri, audacissimè pronuncio. Nam præterquàm quòd membrana in homine fibras carneas sub axillis nullas commonstrat, integrum est eam per totam axillæ regionem, ab huius loci musculis, & articulo nõ minùs liberare, quàm in inguinibus, & poplite, quod haudquaquam perficeretur, si membrana tendinem in os brachij insereret. Porrò quum omnibus dissectionum studiosis integrum sit, num hæc, quæ de membrana in hominibus proposui, ueritati sint consona, proprijs manibus inquirere, aut alijs dissecãtibus iam admoniti astare possint, his prolixiùs immorari haud conuenit. Addam tamen & hoc, si musculus iste eum, quem Galenus narrat, ductum, situm, & fibrarum seriem nanciscetur, quòd non alio planè fungeretur munere, quàm inferiores

m 10 tab. ⊙. eius [m] musculi fibræ, quem nos brachium deprimere asseruimus. Nequaquam enim, ut Galenus arbitratur, huius membranæ carnosæ musculi beneficio, brachium rectà deorsum, & in neutrum latus inclinans duceretur, quum prorsus obliquas, ex Galeni etiam descriptione, fibras nanciscetur. Cæterùm in nullam partem uergens brachium deorsum uellitur, quum et

n 3, 4 ta. Δ. o 10 tab. ⊙. inferior [n] musculi adducentis ad pectus pars, & inferiores fibræ deprimentis [o] musculi simul agunt, accedente unà quoq; brachij pondere. Atq; duæ iam dictæ musculorũ partes, illę sunt, quæ axillæ cauitatem efformant, quasq; in Libro de Articulis Hippocrates Tendinum nomine nuncupauit, quemadmodum & Veteres, qui etiam Tendines nuncuparunt, musculos occipitis ossi connexos, acin medio foueam efformantes, & Græcis ἴνας quoq; appellatos. Qui brachium circumagũt, tres mihi constituuntur musculi, omnes ex scapula ducentes originẽ, & latis tendinibus, articulum continentibus membranis implantati. [p] Primus itaq;, qui ordine brachium mouentium quintus haberi potest, scapulæ [q] sinum occupat, qui inter superiorem scapulæ costam, & eiusdem spinam, seu magni illius processus radicem uisitur. Procedit enim à scapulæ basi, et omnino carnosus totam, quam diximus, scapulæ cauitatem implet, ossi semper ualidè, ac si ab ipso toto progressu enasceretur, cõnatus. Quum uerò ad superiorem ceruicis scapulę sedem pertingit, sub' ligamento ualidissimo, summum humerum interiori scapulæ processui (quem anchoræ assimilamus) colligante, in anteriora contendit, et in amplum ualidumq; cessans tendinem, articulum humeri ad scapulam superat, eius articuli ligamento pertinacissimè, obliqua quodãmodo insertione implantatus. Est itaq; musculus hic oblõgus, & exteriùs gibbus, intus autẽ illi respondet cauitati, quam implet, deinde fibras secundùm sui longitudinẽ exporrectas habet, quæ si brachiũ attollentis [s] musculi fibris cõferantur, transuersæ prorsus existũt. Huius musculi Galenũ nõ meminisse opinor, nisi fortè inter brachiũ attol-

p 12 tab. H, H. 13 X. 6 K. 7, 10 L, 11 G. q 3 fi. ca. 22 li. 1 b, c. r 5 ta. c inter 4, b.

*Axillarium ualli.*

*Quintus brachium mouentium.*

s 4 tab. z, 10 ta. Δ.

lẽtes(quos uarios,necꝙ ſemper eoſdẽ recenſet)illũ reponat,quãuis ipſi ad ſuperiora cõtractio, quàm obſcurè uerſus anteriora molitur,præcipuè demãdata nõ ſit. Deinde Galeni deſcriptionum nulla illi cõgruit, etiãſi ſcapulæ eminentiori cõſtæ quendam exporrectum obiter narret, quem ſi quis hunc noſtrũ eſſe dixerit,nõ tamen ipſi inſignem cum brachium attollente muſculo connexum (imò uix contactum) tribuere poterit.[t] Sextus brachiũ mouentium muſculus admodũ eſt carnoſus,ac concauã internamꝙ ſcapulæ ſedem opplet,ex[u] baſi totius ſcapulę carneã originẽ deducens,& in trianguli[x] uerticẽ,ad ſcapulę formã tantiſper arctatus,dum in interiorẽ articuli regionẽ pertingat,cui amplo tendine,quaſi in ſemicirculũ implãtatur. Huius muſculi ſuperius latus[y] illi admodũ continuum exiſtit,quem poſtremò recenſui,adeò ſanè,ut niſi diligenter animũ adhibueris,uterꝙ unus eſſe tibi appareat. illumꝙ muſculum ad[z] elatiorẽ ſcapulæ coſtã,inflexionẽ in anteriora feciſſe,atꝙ ita etiam portionẽ gibbæ ſedis ſcapulę occupare aſſeres.[a] Septimus uerò brachiũ mouentiũ muſculus ille eſt,quẽ Galenus in Decimotertio de Partium uſu(nam in Quinto de Adminiſtrandis ſectionibus omnes à ſcapula in humerũ porrecti muſculi mirè cõfunduntur)brachium retrorſum,ad dorſum agi credidit,[b] illũ enim, qui uerè id munus præſtat,quemꝙ inter huius Capitis muſculos tertio loco recenſui,Galenus circumuertentis ad exteriora uice deſcripſit. Cęterùm hic ſeptimus muſculus, cuius ope brachiũ ad exteriora circumagi ſcio,uniuerſum ſcapulæ gibbum,[c] quod ſub ipſius ſpina habetur, implet.[d] Exoritur enim carnoſus ex ſcapulæ baſi, deinde arctior ad ſcapulæ formam[e] redditus, tandem articuli ligamento,tendine amplo at breui,tanquam in ſemicirculum extrinſecus inſeritur ita,ut trium muſculorum brachium circumagentium tendines, in orbem quaſi uniuerſum articuli ligamentum amplexentur,& qua ratione ſinguli ſuis fungantur munijs,facilè demonſtrent. Ligamenta uerò ſcapularum ceruici, caput humeri colligantia,ubi brachium mouentium muſculorum ſectionem abſoluero,peculiari Capite pertractabo.

*Sextus brachium mouentium.*

*Septimus.*

t 7 tab. r. 8 tab. H. — u 7 ta. ab L ad L. — x 7. ta. ab L, L uerſus K. — y 7 ta. I. — z 1 fi. ca. 11 li. 1 ab A per a ad z. — a 11 ta. r. 1 tab. i. 9 M. 10, 12 Q. — b 13 ta. S. — c 2 fi. ca. 11 li. 1 inter G, I, H, D, T, Y. — d 11 tab. ab H, I ad K. — e 11 tab. ab H, I ad K.

## *MVSCVLORVM BRACHIVM MOVENtium adminiſtratio.* Caput XXIIII.

SI hactenus ad brachium mouentes uſque muſculos,cæteros,& pręcipuè[a] latum illum,qui buccarũ motibus præeſt,diſſecueris,cutis quoꝙ ex parte ſuperiori ſcapulæ,& pectore ablata erit,ac proinde cutis ab abdomine & uniuerſo thorace,uſꝙ ad femora,& oſſis ſacri mucronẽ nunc dũtaxat adimetur. & hanc quidem aut lanij more integram excoriabis, unica tantùm linea à pectore ad pubis uſque os ducta,aut per uaria fruſta,prout commodior apparebit ratio,eam diſſecabis. Ego autem interdũ,quando hominis ſectionem mihi adminiſtrare ſoleo, ſub inferiori maxilla per utrunꝙ[b] os iugale, robuſtum funem traieci ad capitis uerticem,laquei modo uinctum,idꝙ aut ad frõtem, aut ad occipitium magis,prout aut erecto,aut depreſſo capite cadauer ſuſpendere animus fuit. Longiorem enim laquei finem,trochleæ cuidam cameræ trabi affixæ tranſpoſui,illoꝙ corpus tanquam ſuſpenſum, modò altiùs,modò demiſſiùs detrahi, atꝙ in omnem partem,prout negotio competebat,circumuolui curabam,& quum rurſus lubebat, in mẽſam inclinari ſinebam, facilè enim ſub trochleæ regione menſa accommodatur. Atꝙ hoc modo in omnibus muſculorum tabulis delineandis,cadauer ſuſpenſum fuit, quemadmodum Septima tabula utcunꝙ oſtendit,quamuis dum illa delinearetur, funis ad occipitium reflexus erat propter muſculos, qui in collo illic ſunt conſpicui. Et ſi fortaſſis maxilla inferior,ex diſſectionis ſerie ablata ſit, aut etiam iugalia oſſa fuerint effracta,[c] nihilominus ſinus temporalibus muſculis exculpti,laqueũ ſatis ualidè amplectẽtur. Cauendũ enim eſt,ne ceruici laqueus circũponatur, niſi iam aliquot occipitij oſſi cõnexi muſculi fuerint reſecti. Atꝙ eiuſmodi corporis ſuſpenſio ideo maximè cõducit,quòd moleſtè admodũ corpus humanũ in menſam procũbens,modò in pectus,modò in dorſum conuolui poſſit. Et licet fortaſſis opportunè cadauer uertatur, tamen muſculi tunc adeò producuntur,aut ex innixu lateſcunt,cõprimunturꝙ, ut diſſecti propriam formã & ſpeciem uix retineant. Quocunꝙ modo igitur uiſum fuerit,aut ea,qua dixi,ratione ſuſpenſo,aut in menſa repoſito cadauere,cutem unà cum adipe abſꝙ ulla membranæ carnoſioris læſione, ab uniuerſo thorace abdomineꝙ auferes. Quod profectò,niſi laboris ſis ſtudioſus,diſcendiꝙ cupidus,moleſtè ac difficulter perfeceris, cum tot ſectionibus cutis prorſus aliter liberãda ueniat,quàm ſi carnoſam membranã unà cum cute adimeres. Ablata cute unã rurſus lineã,à media pectoris regione,ad pubis uſꝙ os,in membrana carnoſa duces,& deinde aliam à pubis oſſe tranſuerſim,ſecundùm coxendicis articulum,ad ſacri oſſis uſꝙ ſpinam,& tertiam à ſummo humero,aduſꝙ mediam brachij regionem,ſecundùm ipſius longitudinẽ. His ductis ſectionibus,

*Quî corpus in horum muſculorum adminiſtratione erectum ſeruare poſsit.*

*Muſculi, quẽ carnoſa membrana in ſimiarum & canũ axillis conſtituit, examen.*

a 3 ta. r. — b 3,5 fi. ca. 6 li. 1 V, X. — c Id uidere eſt ad 6 ta. A.



bus,membranam carnoſam hamulo aut unguibus apprehendes, & ab uniuerſo thorace & abdomine,ad ſpinam progrediens,eam auferes,ipſam interim glandulis,quæ in axillis habẽtur,adhuc connexam ſinens. Auulſa itaꝙ ad axillæ uſꝙ cauitatem membrana, hæc ad lucem extendenda eſt,ac diligenter aduertendum,num ea ſub axillis in carnoſum degeneret muſculum,à lumbis,& ſpurijs coſtis incipientem. Si fortè(quòd non futurum ſcio) hanc carnoſis fibris auctã inſpexeris,ea qua poteris diligentia,illã ab axillis ſepara animum adhibens,num humero tendine aliquo inſeratur,aut his partibus(ut in reliquo thorace ſolet)fibroſis tantùm nexibus adhæreat. Atque ſedulò cauebis,ne eò ruditatis uenias,ut adeps, qui in thoracis lateribus,totoꝙ dorſo occurrit, carnis loco tibi imponat. Vidi enim quoſdam, tam rudes, ac in ſimilaribus partibus dignoſcendis adeò negligenter uerſatos, ut primo intuitu, adipem dorſi, carnem eſſe arbitrarentur, quòd multò magis illum hîc,quàm alibi propter incubitum rubere cernerent. Quando enim cadauer una atꝙ altera die dorſo incubuit, tota incubitus ſedes, quaſi inflammatione obſeſſa rubet,atꝙ ideo & eius ſedis adeps. Hac itaque adminiſtratione, num membrana hæc muſculus efficiatur,& an cutis mouẽdæ,an brachij gratia talis facta ſit, promptè examinabis. Mihi autem hęc membrana in hominibus neque muſculoſa effici,neꝙ humero tendine inſeri, imò ne ipſum quidem contingere uiſa eſt. Cæterùm ubi uniuerſam membranam,à corporis trunco, & media brachij regione liberaueris, brachium pectori adducentem[d] muſculum aggredieris,ante omnia perpendens, num alicubi promineat ille gracilis muſculus, quo caudatæ ſimiæ donantur, quiꝙ à mamillarum regionibus, ſurſum obliquè fertur. Verùm quum iſte in hominibus non ſit,iam muſculi brachium pectori adducentis caput, à clauicula,& tota oſſis pectoris regione,ipſiſꝙ inſertis cartilaginibus, nouacula aut cultello abrades,ac hamulis aut ſummis digitis apprehenſum,ad humerum uſque à ſubiectis corporibus,aut digitis aut buxeo cultello ſeparabis. Dum uerò muſculi huius caput nouacula liberas, accuratè ſtudendum eſt, ne quid aliud unà cum illo auferas. In canibus enim ac ſimijs, uerarum coſtarum cartilaginibus[e] muſculus obtenditur, quem ferè[f] recti abdominis muſculi partem eſſe dicemus, & qui à Galeno reſpirationis gratia creatus dicitur,ac uice proprij thoracis muſculi,à recto diſtincti habetur,quemadmodum in muſculorum thoracẽ mouentium enarratione dicturi ſumus latius. Nunc enim in hoc admoneo,ut etiam ſi ego in homine minùs hũc reperiam, ſtudioſi tamen illum obſeruare conentur,atque commilitones inter diſſecandum ſeſe admoneant,eiuſmodi muſculum ex Galeni ſententia hîc latere,ac proinde non oſcitanter muſculum brachium pectori adducentem oportere ſuo principio liberari, aut obiter liberatum abijci. Neque huic ſolùm animus accommodandus eſt,uerùm et illi,qui in ſimijs ſub muſculo brachium ad pectus mouente occultatus, ad articuli ligamentum exporrigi aliter,atque in hominibus dicebatur. Atque ita non mirandum eſt, me quum hominis fabricam oſtendo,etiam perpetuò aut ſimiam,aut canem publicæ ſectioni adhibere. Cæterùm magnum hunc pectori brachium adigentem, in præſentia humero adhuc appenſum relinquens, ad reliquos brachij accedes, quos commodè adminiſtrare nequis, niſi priùs ab lato[g] muſculo, qui ab occipitij oſſe procedens,per totam ceruicem extenditur,&[h] toti ſcapulæ ſpinę,ſummoꝙ humero,unà & huic proximę clauiculæ[i] ſedi inſeritur,tum hinc per ſcapulæ gibba,& baſim deorſum protenſus,donec mucrone ſuo octauæ thoracis uertebræ ſpinæ committatur. Eſt enim muſculus iſte ab occipitio,ad octauam uſque thoracis uertebram,ſpinarũ apicibus quodammodo cõnexus, ab ipſiſꝙ principium ſumit. At de hoc muſculo unà & cæteris ſcapulam mouentibus, poſtea agemus. nunc autem obiter eius mentio incidit, quòd poſteriores brachium mouentes conſpici aptè nequeant,niſi ille à ſpina & occipitio, ad ipſius uſꝙ inſertionẽ,ſectione liberatus fuerit. Adminiſtratur uerò nouacula aut cultello, ſecundùm ſpinæ dorſi longitudinem facta ſectione,quæ muſculum illum duntaxat ad ſubiecta uſque uulneret, deinde altera ſecundùm occipitium eſt ducenda, quæ ibidem etiam muſculi principium,ab occipitij oſſe liberet. At ſi fortaſſis ſubiectum aliquem muſculum illis ſectionibus uitiare metuis,buxeum cultellum exterioribus muſculi lateribus ſubdes,illi ſcilicet lateri, quod ab occipitio ad clauiculam fertur,& deinde illi,quod à ſummo humero ſeu clauicula,ad octauę thoracis uertebræ ſpinã deſcẽdit. Cultello enim lateribus indito,& ſurſum deorſumꝙ acto,à ſubditis muſculis illum ſcapulæ muſculum abſcedere coges,atꝙ ipſius neruei principij craſſitiem facilè tunc cõiecturabis, muſculumꝙ à ſubſtratis corporibus iam liberatum,paruo negocio ad ipſius inſertionem perduces. Verùm rurſus ſub hoc,ut in peculiari huius muſculi enarratione ſumus dicturi,obſeruandum eſt, ne unà cum illo muſculus ab occipitio in ſcapulam procedẽs auferatur,quem Galenus unà cum illo,quem nunc diſſecaſti,ſcapulam quoque ſurſum trahere prodidit. Neꝙ hoc eo dico, quaſi homines illum cum ſimijs communem

*Primi brachium mouentium muſculi adminiſtratio.*

*Li. 6 de Adminiſtrandis conſectionibus.*

*Admi. ſecundi ſcapulam mouentium, ut reliquos brachij ſcitè aggrediaris.*

d 3 ta. Δ. — e 5 tab. ab r ad ſ & t. — f 5 ta. Δ. — g 9 ta. r, Δ. ubi muſculus iſte plene circumſcribitur. — h 2 fi. cap. 21 lib. 1 G, I, K. — i 1,2 fi. cap. 22 lib. 1 ab I uerſus Q.

 haberent,

haberent, uerùm ut nō perfunctoriè, an illo quoq; homines donentur, animaduertas, & simia administrationi simul adhibita, hæc nostra cum Galeno (si modò diligens Naturæ sis admirator) conferas, neque etiam canibus hîc confidas, qui quemadmodum equi, & boues, & cætera, quę clauiculis carent, animalia, plurimùm in brachium & scapulam mouentibus musculis, à simijs uariant. Quæ adhuc alium habent musculum, ab externa sede transuersorum processuum quatuor primarum ceruicis uertebrarum enatum, & in scapulæ spinam insertum, quo

*Admi. secundi brachium mouentium.* homines quoque carent, esset tamen & iste quoq;, si reperiretur, iam dissecandus. In simijs igitur, tribus illis musculis abscisis, in homine uerò, primo duntaxat liberato, [k] musculum cuius (*k 4 tab. z, 10 ta. Δ.*) beneficio brachium attollitur, à suo principio separabis, eius caput ab uniuersa scapulæ spina, summo humero, & clauiculæ media sede, nouacula aut cultello proximè semper ossi adiecto, abscecans, donec illum transuersam in humerum insertionem moliri conspexeris. Brachium tamen attollens musculus, postquam eius triangularem figuram, et pręcipuè illius capitis, quod abscectum, iam obtusum trianguli uerticem ostendet, perpenderis, non solùm in superficie undique est intuendus, sed summa diligentia inquirendum uenit, num tota illa moles articulum exteriùs integens, quamq; nos unius musculi loco habemus, plures musculi sint mutuò sibi incumbentes, quemadmodum Galenus in Quinto libro de Administrandis consectionibus uidetur innuere, immeritò uti aliàs sæpius, ueteribus dissectionis Professoribus (qui in hominum cadaueribus sese exercebant) nescio quam, oscitantiam imponens. Examinabis itaque uniuersum musculi principiū, atq; quomodo crassescat, carnosusq; sensim musculus efficiatur, considerabis, ac deinde tendine etiam (qui simplex est) examinato, per transuersum in omnibus musculi sedibus illum diuides, ut aliquando fatearis illum nihil minus, quàm duplicatum esse, neq; illam referre speciem, quàm [l] tres primi ab ilium osse enati, & femoris motibus famulantes (*l 9 ta. π. 10. ta. z. u. ta. z.*) musculi pulchrè exprimunt, si simul mutuò incumbentes, uniusq; musculi loco enumerati perpendantur.

*Quarti administratio.* Cæterùm duobus primis brachium mouentibus musculis, ab humero abscectis, [m] musculum, qui deorsum brachium mouet, à subditis illi partibus ad insertionem usque liberabis (*m 10 ta. θ.*), quod factu est facillimum, si secundùm spinæ longitudinem, à qua principium assumit, lineam duxeris, quæ membraneum ipsius principium duntaxat persecet. Quum itaq; principium liberaueris, hamulo aut digitis id apprehendes, uniuersum musculum buxeo cultello, aut etiam nouacula retusiori, à subditis musculis separans. In hac administratione, [n] (*n 10 ta. Y.*) qualiter musculus iste basis scapulæ humiliorem angulum transcendat, scapulæq; adhęreat, contueberis, & deinde si principium ipsius uariè ad originis locum protenderis, manifestè quo modo hic musculus brachium detrahat, & nihil minus quàm scapulam moueat, addisces. Porrò quum lineam illam moliris, qua eius musculi principium à spinarum apicibus liberas, cauendum sanè est, ne unà quoq; disseces [o] initium abdominis musculi obliquè ascēdentis (*o 11 ta. 4, b.*), et deinde [p] illius, qui transuersim à spinis quoque uertebrarum enatus, in decimam & undecimam (*p 11 ta. Δ.*), thoracis costas inseri dicetur. Quapropter si tuis manibus parum fidis, idem in hoc musculo tentabis, quod in illo experiendum probauimus, qui [q] secundus scapulam mouentium nobis numeratur (*q 9 ta. r, Δ.*), ut scilicet protensam manum, aut buxeum cultellum externo musculi lateri subdas, atq; illum transuersim sursum deorsumq; actum, tantisper moueas, donec ad spinarum usque apices musculum, à subditis organis diuisum esse conieceris, hac nanque ratione principij sui membranei crassitiem promptè cognosces, & quàm altè cultellus aut nouacula ad hoc separādum immitti debeat, exquisitè intelliges. Verùm omnino opportunè feceris, si stylū aliquem longiorem, rotundoq; ornatum tuberculo, sub musculi principio rectà protenderis, & sensim cultello sub musculo ad styli latus demisso, principium diuiseris, cultelli semper acie extrorsum ducta, & leuiter obliquata, sursumq; semper cum stylo protusa ad eum ferè modum, quo chartam diuidimus. Nisi etiam eo artificio uti uelis, quo in eruendis è uesica calculis utimur, quum siphonem instar dimidiæ canalis effictum, uesicæ ceruici indimus, ut dein in eius cauitatem sectio moliatur eo prorsus modo, quo pilosi serici textores, sericum in pilos diuidunt, his enim rationibus omnia pulchrè diuiduntur, quę secundùm styli longitudinem dissecanda

*Tertij administratio.* subinde in posterum audies. Quando [r] igitur musculum, quo brachium decliue agitur, ad humerum perduxeris (*r 10 ta. θ.*), tendinem ipsius ab humero liberabis, ac demum [s] musculo retrorsum brachium trahenti te acccingens (*s 11 tab. r.*), ipsius initium similiter ab humiliori scapulæ costa abscindes, & accuratè indagabis, num Galenus uerius huic circumuertendi munus attribuerit, quàm [t] musculo gibbam scapulæ sedem occupanti, quem'que ego in circumuertentium (*t 13 tab. S.*)

*Septimi.* albo recensui. Poteris itaque hunc tam diu humero appensum relinquere, donec illum, qui scapulæ gibbum opplet, à scapula ad articuli usque ligamentum abraseris, ut eo uerius singula expendere ualeas.

*Quinti.* [u] Musculum, qui scapulæ cauitati incumbit, quæ inter spinam & (*u 12 ta. H, H.*)

superio-



superiorem ipsius costam uisitur, à scapula derades duabus lineis, una per spinæ scapulæ superius latus, altera secundùm elatiorem eiusdem costam, ductis, & deinde, quî humeri articuli ligamento musculus committatur, examinato.

*Sexti.* Brachium circumagentium [x] (*x 7 tab. r.*) musculus, qui internam scapulæ sedem sibi uendicat, nisi priùs scapulam sectionis serie à clauiculis solueris, non commodè se spectandum offert, et integris adhuc scapulam mouentibus musculis, importunè scapulā à clauicula separaueris, aut etiam unà cum clauicula à thorace eam abstuleris. Quandocunque igitur scapulam à clauicula, sectionis serie liberatam uideris, aut scapula in totum à thorace ablata fuerit, eius musculi, quem ordine brachij motorum sextum retuli, administratio facillima erit, quandoquidem ocyus tum uniuersus ex scapulæ eraditur cauitate, quod ubi præstiteris, huius simul & aliorum officium absque negocio examinabis. Quanquam interdum etiam [y] quinti nobis enumerati musculi sectionem, donec scapulam à clauicula solueris (*y 7 ta. I.*), reseruandam censeo, quum is in scapulæ cauo thoraci proximo prorsus recondatur.

## DE LIGAMENTIS HVMERI AD *scapulam articuli.* Caput XXV.

PRIMO Libro [a] rotundum magnumq; humeri caput, & non admodū latum, neq; insigniter profundū scapulæ [b] acetabulū (propter uarios, quos brachio obimus, motus) meritò extructa esse retuli. Ne autē laxus adeò articulus male custodiretur, & quouis ferè motu sua sede humerus excideret, [c] processus quosdam scapulæ, & uaria deinde ligamenta inuicem ossa colligantia, Naturam produxisse subiunxi. Cæterùm quum iam articulum munientes processus, ac plerosq; hunc stringentes [d] musculos absolui, tempus sanè exigit, ut articuli etiam ligamenta nunc percurram. Superiori itaque Libro scripsimus, quî superior humeri pars, quodāmodo in duo inæqualia capita distingueretur, in interius scilicet, quod amplum, & semiglobi instar rotundum est, & propter illi obnatam cartilaginem læue, articulationiq; idoneum, exterius autem asperum inæqualeq; uisitur, leui quodam patuloq; sinu, ab interno orbiculatim distinctum. Et rursus propter alium [e] sinum, in anteriori parte exterioris capitis exculptum, ac [f] exterius caput musculi cubitum flectentium anterioris transmittentem, exterius hoc humeri caput ueluti geminum conspicitur, utrinque ad sinus illius latera magis, quàm in reliqua parte extuberans. Atque hęc omnia, præsentis articuli ligamentorum occasione potissimùm sunt fabricata, interius quidem caput, articulationis gratia, exterius uerò, ut ligamentorum insertionem susciperet, aut ex se eadem porrigeret.

*Ligamēta humerum scapulæ connectentia.* Sunt autem tria robusta, quæ humerum in scapulæ acetabulum connectunt ligamenta, præter commune, omnes articulos instar membranæ, nunc tenuioris nunc crassioris ambiens uinculum.

*Cæteris articulis commune.* [g] Quod itaque amplum & membranosum est, omnibúsque articulis commune, orbiculatim ex supercilijs ceruicis scapulæ principium assumit, ac totum articulum ambiens, in radicem interni capitis humeri primùm inseritur, & deinde totius exterioris capitis amplitudini, ac utriusque ceruici implantatur.

*Tria propria.* Aliorum uerò trium [h] duo quidem ad amussim instar neruorum teretia uisuntur, [i] tertium uerò nonnihil amplum.

*Primum.* Enascitur autem [k] primum ex [l] apice interioris processus scapulæ, & hinc procedens, internis anterioribusq; [m] partibus exterioris humeri capitis circuntenditur, ualidissimè huius capitis sedis impressioni adnatum.

*Secundum.* [n] Alterum uerò, quod crassius maiusq; isto est, ex ceruicis scapulæ superiori [o] parte, ubi summo humero submittitur, ortum ducit, & interius humeri caput superans, inseritur toti illi exterioris capitis [p] regioni, quæ ad externum latus eius sinus extuberat, qui exterius [q] caput musculi cubitum flectentium anterioris uiam præbet. Huius ligamenti anterius latus, posteriori primi ligamenti connascitur lateri, [r] ac simul ambo uelut transuersum ligamentum efformant, caput eius musculi in suum sinum seruans.

*Tertium.* [s] Reliquum uerò tertium, ex eadem cum secundo regione principium nanciscitur, ac obliquè hinc porrectum, inseritur in totam posteriorem exterioris capitis humeri [t] sedem adeò, ut præsens ligamentum posteriorem articuli ambiat regionem, ut enim amplum obtinet principium, ita quoque ampliorem molitur in humerum insertionem.

*Ligamen ab interiori scapulæ processu in superiorem pertinens.* Cæterùm præter hæc tria, quæ præcipuè humerum, ne deorsum extrorsúmque ab acetabulo scapulæ labatur, continent, aliud est adhuc [u] ligamentum, humerum sursum & in anteriora, ad mediam nimirum inter summū humerum & interiorem scapulę processum sedem luxari prohibens, hoc enim similiter ualidum, ab interiori quoque processu scapulę, sursum obliquè ad summum humerum porrigitur, articulum humeri cum scapula nusquam

*a Hæc seriatim petes ex 1 & 2 fi. ca. 23 li. 1 A, B, C, D, E, F, G.*
*b 2 fi. ca. 21 li. 1 A, B.*
*c 1 fig. ultimarum li. 1 μ, λ.*
*d magna ex parte qui brachium mouent.*
*e 1 fig. cap. 23 li. 1 H, I.*
*f 6 tab. caput m musculi θ.*
*g Id quum nullam obtineat crassitiem, secus delineari nequit, quàm illic occurrit, ubi in tabulis ossa detecta spectantur, ut 8 tabula.*
*h 5 tab. d & c.*
*i 13 tab. V.*
*k 5 ta. d.*
*l 5 ta. b.*
*m 1 fi. cap. 23 li. 1 D.*
*n 5 ta. e.*
*o 1 fi. ca. 21 li. 1 A.*
*p 1, 2 fi. ca. 23 lib. 1 E, iuxta H figuræ 1.*
*q 6 tab. in musculi θ.*
*r 5 ta. f.*
*s 13 ta. V.*
*t ab E ad F 2 fi. cap. 23 lib. 1.*
*u 5 ta. c, à b ad a.*

contingens. Atque huic eidem muneri ſubſeruit, nerueum illud caput anterioris cubitum flectentium muſculi, quod ab eminentiſſima ſcapulæ acetabuli ſede enatum, inter articuli ligamenta humeri caput tranſſcendere, atque ſuo ſinui incumbens deorſum ferri audies. Horum ligamentorum adminiſtratio, non niſi ſcapulam quoque mouentibus muſculis, et cubitum flectentibus diſſectis, aggredienda eſt, quæ tunc cultellis paruulis, ſed acutioribus celebrabitur, atque omnium primùm id ſecandum ueniet, quod ex interiori ſcapulæ proceſſu exoritur. deinde alia duo peculiaria, ab ipſorum radice à ſcapula liberans, uſque ad humerum ſingula deduces. Neque hîc interim oſcitanter animus adhibendus erit, ne quum ſecundum ligamentum aggredieris, unà quoque caput exterius cubitum flectentium muſculorum anterioris præſcindatur, niſi fortaſſis antea ademptum unà cum toto muſculo eſſet. Porrò ligamentum ab interiori proceſſu ſcapulæ, in ſummum humerum pertinens,[x] muſculo brachium attollente ablato, euadit citra ſectionem conſpicuum. Illud uerò, quod ſcapulæ acetabuli cauitatem aliquando auget, diuiſo prorſus articulo, in conſpectum uenit.

*Ligamentorum adminiſtratio.*

*x 4 ta. z, 5 ta. y.*

## *DE MVSCVLIS SCAPVLAM MOuentibus. Caput XXVI.*

SCAPVLA iiſdem cum brachio agitur motibus, ſi illum duntaxat exceperis, quo brachium circumuerti diximus. Scapulam itaque pectori admouet triangularis[a] muſculus, illi ſubſtratus[b] muſculo, cuius beneficio brachium pectori adducimus. Eſt nanque hic primus ſcapulæ muſculus, quem in uigeſimotertio Capite ex ſecunda, tertia, quarta, quinta, & interdum ſexta, ſuperioribus thoracis coſtis, paulò antequam in cartilagines illæ ceſſent,[c] principium aſſumere docui. Adeò ut hîc neque ipſius ſubſtãtia, quæ tota, niſi iuxta tendinem, carnea eſt, neque[d] inſertio, quam in interius latus anchoram imitantis proceſſus molitur, neq; fibrarum ductus, qui ex amplo principio in obtuſum uerticem, nuſquam interſectæ feruntur, diffuſiùs recenſenda ueniant, quum abundè ſit, ipſius functionem hîc addidiſſe. Si itaque huius muſculi altiores fibræ contrahantur, elatiùs ſcapulam pectori admouent, inferioribus uerò in ſe contractis, uerſus pectus demiſſiùs ſcapula adigitur. At totius muſculi fibris unà laborantibus, ſcapula in neutrã partem declinans, pectori adducitur. Quanquã interim ſcapula pectoris oſſis ſummo, aut mucronatæ cartilagini nõ ęquè, atque brachiũ adducitur, quod inſignibus in motu differentiis, nunc pectoris elatiori ſedi, nunc demiſſiori admouetur,[e] quemadmodum ipſius quoque muſculus, elatiùs & demiſſiùs ipſo ſcapulæ muſculo initium ducit. Cæterùm etſi Galenus ſcapulę nullum tribuit muſculum, qui proprio motu ad pectus, antrorſumúe ſcapulam ageret, & nos tamen hunc, quem iam narrauimus, illi priuatim aſſcribimus, non prætereas, quæſo, quin ſedulò mentem quoque accommodes[f] muſculo, quem cæterorum Anatomicorum more, à ſcapulę baſi enatum, octo ſuperioribus coſtis inſeri dicemus, quum thoracem mouentium muſculorum ſermo inſtituetur. Si enim huius naturam diligenter ſpectaueris, & potiſſimùm in quadrupedibus, fortaſſis illum quoque ſcapulæ motorem recenſebis, quemadmodum audies, quum ſexto poſt hoc Capite, illum thoracem mouentium ſecundum enumerabo. Porrò ſurſum ad caput ualidi muſculi ſcapulam attollunt, ſi quidem & ipſa grandi mole conſtet, plurimámque ipſi carnem adnatam ſuſtineat.[g] Primus eſt, quem ante muſculos brachium mouentes diſſecandum eſſe, tunc dicebam, quum illorum muſculorum adminiſtrationem ſecundo ante hoc Capite exequerer. Muſculus iſte raram, præter cæteros corporis muſculos, figuram ſortitur, ut etiam fibras & mouendi rationem, ab aliis muſculis quodammodo differentes adeptus eſt. oritur enim ab occipitii oſſe tranſuerſa[h] linea, quæ ab eius oſſis medio, uerſus auris radicem porrigitur. Huius lineæ externum latus, ab auris pinnula tantum remouetur, quãta ipſius ab occipitio exortus eſt longitudo. Si enim occipitii ſedem, quæ ab ipſius medio ad aurem ducitur, in duas ęquales regiones diuiſeris, earum unam, quæ occipitii medio uicinior eſt, pręſentis muſculi principium occupare intueberis. In occipitii medio dexter muſculus ſiniſtrum contingit, ac ambo inuicem iuncti, unaq; ueluti ex ſpinarum uertebrarum apicibus[i] principium ducentes, per ceruicis thoracisq́ue ſpinam, uſque ad octauam thoracis uertebram protenduntur. Dexter (idem de ſiniſtro intelliges) qua ex ſpinarum apicibus enaſcitur, membranoſus tanta ferè amplitudine apparet, quanta uertebrarum in ſuo latere eſt[k] latitudo, reliqua uerò regione carneus (ſi unicum duntaxat[l] locum exceperis) conſpicitur. Quis autem membraneus ille locus ſit, ſermonis progreſſus enarrabit.

*Primus ſcapulam mouentium.*

*Secundus ſcapulam mouentium.*

*a 5 ta. r. b 3,4 ta. Δ. c 5 tab. ab i ad k. d 5 tabulæ l in b. e confer K, R 3 ta. cum i, k tabulæ 5. f 7 ta. L, L. g 9 ta. r, Δ. 1 ta. G. 2 K, L. 3 b. h 9 ta. ab E ad F. i 9 ta. ab E per K ad G. k 6 fi. ca. 15 lib. 1 ab ſ ad u. & 9 fi. à t ad z. l 9 ta. *.*



enarrabit. Sunt itaque hæ duæ præſentis muſculi lineæ. Vna tranſuerſim ſecundùm occipitium porrecta, quæ etſi tenuis ſit, carnea tamen uiſitur. altera rectà per ſpinam deorſum ab occipitii medio, ad octauam uſque thoracis uertebram deſcendit. Præter has autẽ, aliæ duæ obliquæ ſunt,[m] una ex termino trãſuerſæ lineæ, quo aurem ſpectat, obliquè deorſum uerſus anteriora, ſeu in dextro muſculo dextrorſum protẽditur, quo uſq; latiorem clauiculę[n] partem contingat, ſummo humero coarticulatam.[o] Alia linea quæ ſimiliter obliqua eſt, à lineę poſtremò commemoratæ fine, quo ipſa clauiculam tangit, deorſum uerſus poſteriora obliquè tantiſper deſcendit, dum unà cum termino rectæ[p] lineæ, ſecundùm ſpinam exporrectę, acutum angulum conſtituat, è regione octauæ thoracis uertebræ conſiſtentem.




*QVAMVIS muſculi huius, de quo in præſentia agimus, effigies ex ſecunda muſculorum tabula, ad literas K & L, tum longe adhuc manifeſtiùs ex nona tabula ad Γ & Δ, aliiſ'que his circumductis characteribus peti poſſit, nihilominus rudibus lineis in ſuperiori figura hîc illius circumſcriptionem expreſſi. Inferiori uerò effigie trapezion, quam obſcurè Galenus in Quarto de Adminiſtrandis ſectionibus libro proponit, delineaui. Pertinet itaq; ab A ad B tranſuerſa linea, ſecundùm occipitium protenſa. Ab A uerò ad C linea recta ab occipitio, ad octauæ uſq; thoracis uertebræ ſpinam ducta. A B uerò ad D, linea oblique ab occipitio ad clauiculam pertinens. A D ad C linea quoq; obliquè à clauicula, ad ſpinam octauæ thoracis uertebræ procedens. Poſtremò à D ad E, inſertio muſculi in ſpinam ſcapulæ, & ſummum humerum, & latiorẽ clauiculæ partẽ facta notatur. In humiliori porrò figura F, notat trianguli rectangulum & baſim etiam, G uerò lineam toto ductu æquè diſtantem à baſi. Vniuerſum autem ſpacium, quod ab F ad G habetur, τραπέζιον, ſeu menſalem figuram notat, à qua ſecluditur acutiſſimus præſentis trianguli angulus.*

Quatuor his lineis muſculus circumſcribitur, uerùm præter has, muſculus[q] aliam tranſuerſam, in ipſius medio quodammodo nanciſcitur, eam nimirum, qua[r] toti ſcapulæ ſpinę, & ſummo humero, & clauiculæ latiori parti inſertatur. Hac parte qua ſuam molitur inſertionem (quæ uelut ipſius tendo eſt) neruoſus ſimul et carnoſus uiſitur,[s] ea uerò ſede, qua ſcapulæ ceruicem ſpectat, & quarta ipſius linea à clauicula, deorſum ad octauam thoracis uertebram prorepit, ſemicirculum quodammodo membraneum commonſtrat, quaſi hîc (ne fortè ſcapulæ gibbum occupantes muſculos arctiùs premat) craſſior carneuſq; eſſe nequiret. Reliqua autem ſede, uti iam admonuimus (niſi quà dorſi ſpinæ committitur) omnino carnoſus exiſtit, ſed tamen undique tenuis eſt, ea ſui[u] ſede excepta, qua toti ſuperiori ſummi humeri ſedi, & latiori clauiculæ parti ualidiſſimè implantatur.[x] Porrò fibras, non uno omnes modo porrectas habet, nam quæ ab occipitio, ceruiciſq; uertebrarum ſpinis deorſum protenduntur, obliquè ut & exterior eius muſculi partis linea, ad anteriora deorſum tantiſper prorepunt, donec ſcapulæ ſpinæ, & ſummo humero, & latiori clauiculę ſedi inſerantur. Præſentes fibræ eo ſemper obliquiores magiſue tranſuerſæ redduntur, quo à ceruicis uertebrarum ſpinis, thoraci propinquioribus principium ducunt adeò, ut illæ, quas ceruicis radix exporrigit, iam paulò minùs toto tranſuerſæ ſint. Quæ uerò à thoracis uertebrarum ſpinis uerè enaſcuntur, ſurſum uerſus anteriora tenſæ, tanto quoque rectiores, minúſque tranſuerſæ uiſuntur, quo octauæ thoracis uertebræ ſunt uiciniores. Eiuſmodi fibrarum ſeries commonſtrat, huius muſculi beneficio non modò uniuerſam ſcapulam ſurſum attrahi, ſed etiam deorſum uelli, rectaq; ad dorſum agi. Si nanque[y] ſuperior muſculi pars, inter ſecandum uerſus ſuam originem trahatur, totam ſcapulam ſurſum attolli conſpicis. At ſi[a] humilior muſculi pars, quæ inter ſcapulæ ſpinam, & octauam thoracis uertebram conſiſtit, ad ſuum exortum tenſa fuerit, ſcapula deorſum uellitur. Deinde uniuerſo muſculo inter diſſecandum attracto, & præcipuè[b] quà ex inferioribus ceruicis, & ſuperioribus thoracis uertebrarum ſpinis enaſcitur, ſcapulæ molem rectà retrorſum duci cernimus. Atque hinc fit, ut præſens muſculus motibus omnino pugnantibus præficiatur, ac, uti prius relatum eſt, fibras contraria ſeriẽ ductas quoque exigat, quanuis interim nulla prorſus ſui ſede hunc diſiunctum inconiũctúmue eſſe, quis uerè dixerit. Proinde unitatis ratione, præſens muſculus unius loco mihi habebitur, quo minus autem functionis gratia is duorum, aut plurium uice à quopiam recenſeri queat, per me non obſtiterit. At Galenum miror, qui hunc muſculum diſiungens, ad medium fere Libri quarti de Adminiſtrandis ſectionibus, ſuperioris muſculi partis prolixiùs, quàm de aliquo totius corporis, contra Lycum nimis profectò inuidioſè diſceptans meminit. Ad calcem uerò eius Libri, inferiorem muſculi partem uix obiter nominauit, tunc ſcilicet, quum ſcapulam duobus propriis muſculis, ad dorſum agi inſinuaret, quorum inferior eſt huius noſtri muſculi humilior pars, à thoracis uertebrarum ſpinis præcipuè originem aſſumens, quam etiam alibi Demiſſiorem ſcapulæ muſculum appellauit. Vtcunque ſit, parua hîc nobis cum Galeno futura eſt diſſenſio, ſi ambos à ſe enarratos muſculos, unum continuum corpus eſſe annuerit. Nam etſi fortaſſis muſculi huius[c] inſertio, quæ inſtar latæ ac obliquè admodũ procedentis lineæ perficitur (quantumuis etiam & in inſertione muſcu-

*m 9 tab. ab F ad H. n 1,2 fi. ca. 22 lib. 1 ab I ad Q. cum L fi. 1 ca. 21 lib. 1. o ab H ad G 9 ta. p 9 ta. ab E ad G. q 9 tab. ab H ad I. r 3 fi. ca. 21 li. 1 à G, per I, K ad L. s Inter H et G occurrit * 9 ta. t præcipuè M 9 ta. u 4 tab. b. x Has lineæ referunt in 9 tab. muſculo ductæ. y 9 tab. Γ. a 9 ta. Δ. b Ad K tabulæ 9. c 9 ta. ab H ad I.*

musculus continuus sit) illum in duos distinguere appareret, nulla tamen prorsus discriminis nota (nisi fortè diuersus fibrarũ ductus)[d] inter spinam dorsi, & scapulæ basim habebitur. Vbi tamen distinctionem lineamq; confingere debes, si modò superiorem Galeni musculum trapeziæ figuræ quouis pacto assimilaturus sis. Ea siquidem[e] linea, quæ à ceruicis radice, secundùm scapulæ spinam, & summum humerum, & latiorem clauiculæ sedem duceretur, comparanda uenit basi trianguli rectanguli, in cuius summo linea æque distans à basi ducta sit. Quẽadmodum ea musculi[f] linea, quæ secundùm spinæ ceruicis longitudinem fertur, illi trianguli lineæ assimilatur, quæ perpendiculariter trianguli illius basi incidit.[g] Quæ autem ad occipitiũ transuersim ducitur, illi lineæ correspondet, quæ in trianguli uertice æquè cum basi distat. At[h] quæ ab occipitio ad clauiculam procedit, obliquo trianguli lateri confertur. Cæterùm nũc magis à Galeni dogmatibus mihi reclinandum est, idq; præcipuè propter simiarum ad homines differentiam. Primùm enim, si Galeno crediderís, teipsum inscitiæ oscitantiæq; inter secandum insimulabis, quum deinceps alios musculos scapulam attollentes in homine sedulò indagare conaberis. Ex Galeni enim placito, sub eminentiori nobis dicti iam musculi parte alium inquires, qui illo longè gracilior minorq;, sed tamen carnosus totus esse deberet, & qui ex occipitij osse sub nuper dicto principio enatus, deorsum modicè uersus anteriora, obliquè descenderet, & altiori basis scapulæ angulo exporrectus, in latum tendinem desineret, ad medium usque basis scapulæ interiùs insertum, è regione radicis spinæ scapulæ. Huic id munus concreditum esset, ut scapulæ basim sursum, seu ad occiput attraheret, uerùm hunc frustra mecum in homine (quòd ipse illo destituatur) indagabis, quũ interim promptissimè is in caudatis simijs occurrat, eam prorsus naturam, quam Galenus ipsi tribuit, quamq; ego iam descripsi, seruans. Quod non eo in medium adsero, quasi illum musculum in hominibus inuestigari nollem, sed ne librorum lectioni plus satis fidei tribuẽs, me illum præterijsse arbitreris, aut si sectionẽ aggrediaris, intelligas, quo nam pacto hominis musculos sis reperturus, quanq; præter meritum Galenus ueteres dissectionum Professores subinde suis delusus simijs insimulet. Denuo in caudatis simijs alium obseruamus musculũ, à Galeno quoq; enumeratum, qui carnoso principio, ex primæ ceruicis uertebræ trãsuerso processu, dein & ex tertiæ & quartæ uertebræ transuersis processibus enascitur, non quidem ex interna ipsorum sede, sed ab externa magis. Hic musculus, postquam primùm ex reliquis musculis, qui ceruicis uertebris adnascũtur, emersit, teres, sed tamen latior, quàm profundior apparens, deorsum in posteriora, uersus scapulæ basis superiorem angulum perfertur, ipsius internæ sedi carnosus latiorq; redditus infertatur. Rursus simiæ alio quoq; musculo donantur, quem inter Galeni musculos scapulas attollentes, si Quartũ de Administrandis sectionibus ad amussim discusseris, quarto loco enumerari reperies. Atq; hic mihi ab interna transuersi primæ ceruicis uertebræ processus sede, de inceps & tertiæ quoq; & quartæ ceruicis uertebrarum transuersis processibus, carneo principio enasci uisus est, quod prædicto musculo latius redditum, deorsum quoque, sed minus in posteriora tantisper ducitur, dum carnea lataq; insertione, in scapulæ spinã inseratur, in ea spinæ sede, qua hæc summum humerum producit, quæ quodammodo è regione ceruicis scapulæ consistit. Cæterùm ut homines prorsus secundo Galeni musculo, qui ab occipite in simijs exoriri dictus est, destituuntur, ita etiam & quarto. Verùm[i] tertium musculum homo communem nanciscitur, sed nonnihil quàm simiæ ualidiorem. Exoritur enim homini musculus ualidus à[k] transuerso primæ ceruicis uertebræ processu, deinde &[l] transuerso processu tertiæ uertebræ, quartæ & quintæ, quasi disiunctis constaret principijs, uno nimirum, quod primæ ceruicis uertebræ debetur, altero autem, quod tribus secundæ uertebræ proximè subiectis assc̃ribitur. Quanquam etiam interdum à[m] transuerso secundæ quoque uertebræ processu musculus hîc, sed parua origine enasci uisus sit. Porrò principia hæc, simulatque ex reliquis ceruicis uertebras amplexantibus musculis emergunt, unà coëunt, & ualidum efformant musculum nonnihil latiorem, quàm profundiorem, qui lata, sed carnea insertione, in[n] internam superioris anguli scapulæ basis sedem inseritur, scapulamq; sursum uersus anteriora, ceruicisq; latera trahit. Non inopportunè itaq; hic musculus nobis scapulã attollentiũ alter dicetur, aut saltem omnium scapulæ motorum tertius in hac nostra serie locabitur. Galenus suis omnibus scapulam attollentibus musculis, addidit oblongum gracilémque[o] musculum, quem ex ossis hyoidis lateribus procedentem scapulæ, propter ipsius ceruicem, interiori ex parte inseri scriptum reliquit, & eius musculi beneficio in anteriora colli, scapulam attolli opinatus est. Ego autem in Capite de hyoidis ossis musculis, eius ossis gratia, non autem scapulæ, hũc musculum efformatũ asserui, ac proinde cuiusnã motus autor is censeri debeat, dili genti sectione uenit indagandũ. In hoc enim simijs nulla cũ hominibus est differẽtia, nisi quòd simijs

*Musculus scapulã attollens, quo simia abundat.*

*Tertius musculus simiæ scapulam attollentium.*

*Quartus, quẽ simiæ sibi priuatim secus quàm homines uendicant.*

*Tertius hominis scapulam mouentium.*

*Musculus inter scapulam attollentes à Galeno perperam descriptus.*

d 9 ta. ab I ad K.

e 9 tab. à K per 1 ad H.

f 9 ta. ab E ad K.

g 9 ta. ab E ad F.

h 9 ta. ab F ad H.

i 7 ta. H. 6 ta. K. 8 I. 10, 11 C. 12 G. 13 Q.

k 10 fi. ca. 5 lib. 1 S.

l eiusdem fi. 7.

m 5, 6, 7 fi. ca. 15 li. 1.

n 1 fi. ca. 21 lib. 2 o.

o 5 ta. R, S.



simijs toto progressu carneus uideatur, hominibus autem in medio ductu gracilescit, tendinis speciem cõmonstrans, & duobus quasi musculorum uentribus donatus. Quod sanè Galenus, si hominem unquam secuisset, non minus animaduertisset, quàm[p] musculos inferiorem maxillam deorsum ducentes duobus donari uentribus.[q] Vnus adhuc musculorum scapulam mouentium reliquus est, qui hanc retrorsum ad dorsi spinam, uersus superiora nonnihil agit. Hic autem amplus & tenuis, sed omni ex parte carneus uisitur, qui à quintæ, sextæ, & septimæ ceruicis uertebrarum, deinde trium primarum thoracis uertebrarum spinis[r] principium ducens, toti propemodum scapulæ basi carneus, ac æquè ut in exortu latus[s] inseritur, fibras obtinens non prorsus transuersas, at nonnihil obliquè à dorso, deorsum ad scapulæ basim ductas. Quibus uerò musculis hic quadrilateris musculus, & alij omnes tegantur, quibus ue illi obducantur, sectionis semper series, et musculorum tabulæ leui negocio commonstrãt. Quod profectò non oscitanter in illo[t] musculo obseruandum præcepimus, qui brachij ad dorsum uersus inferiora motus autor est, quem Galenus in Libro decimotertio de Vsu partium scapulam quoque deorsum ducere parùm rectè prodidit, ego autem huius quoque mo dò memini, ne quis in musculorum scapulam mouentium numero, Galeni nomine alium, quàm hactenus narraui, requirat.

*Quartus hominis scapulã mouentium.*

*Musculum quo brachium detrahitur, scapulam non mouere.*

p 5 ta. H, I.

q 10 ta. r.

r 10 ta. à G ad H.

s 10 tab. ab I ad K.

t 11 ta. o.

## MVSCVLORVM SCAPVLAM MOVENtium administratio. Caput XXVII.

PRAESENTIVM musculorũ administrationẽ pari, qua reliquos omnes, methodo aggredieris.[a] Primi enim, quo scapula pectori adducitur, principiũ, nouacula à costis, unde prodit, liberandũ est, & deinde toto musculo à thorace ad internum usq; scapulæ processum separato, ipsiusq; attractis principijs, cuius potissimùm motus opifex habendus sit, inquires, num scilicet brachium potius, ut Galenus docebat, quàm scapulam uti ego dicebam, moueat.[b] Secundum musculum, quem & scapulam attolle re & deorsum trahere dixi, in musculorum brachium mouentium administratione iam antea es aggressus, unde etiam hîc ipsius sectionem prolixiùs repetere penitus abs re foret. Verùm[c] tertium, qui à ceruicis uertebris ad scapulæ basis superiorem angulum ducitur, suo principio prorsus liberandus non est, nisi aliquot ceruicis musculis antea præsectis. Ac proinde operæpretium erit illum trãsuersim, ubi primùm ex ceruicis musculis emergit, abscindere, atq; ipsius principio ad uertebras relicto, illum à scapula liberare, ipsius tamen functione prius perpensa.[d] Quartum musculum leui longaq; sectione à spinarum apicibus secabis, atque ubi ipsius insertionem adamussim obseruaueris, eundem à scapula amouebis sedulò cauens, ne tertium hominis thoracem mouentium musculum simul resèces, aut saltem imprudenter suo principio liberes. Deinde si adhuc[e] longus ille musculus, quem contra Galeni sententiam, hyoidi ossi proprium esse retuli, asseruatus sit, non oscitãter specta, num scapulæ, an illius ossis gratia creatus sit. Nunc cultello, quàm licebit proximè, ligamenta à summo humero et clauiculis, quã inuicem committuntur, resecabis, summum humerum à clauiculis liberans, &[f] peculiarem huius articuli cartilaginem obseruans, quæ illi similis est,[g] quæ in maxillæ inferioris ad superiorem articulo, &[h] clauiculæ rursus cum pectoris osse nexu adinuenitur. Deinde accuratè perpendes, num tertium aliquod os hîc, præter clauiculam, & summum humerum, cum ipsius appendice, dictaq; nunc cartilagine existat, cuius Hippocratem in Libro de Articulis, de brachij luxationibus differentem meminisse Galenus docet. Sed quid de illo osse sentiã, Primo libro sum executus. ubi itaque clauiculam à scapula diremeris, hæc in sua sede diligenter seruanda uenit. Verùm uasis ex thorace in brachium proreptantibus funiculis binis interceptis, & deinde in funiculorum medio resectis, scapulam à thorace euertes, ut iam circumuertentis brachium[i] musculi naturam inspicias, qui cauam scapulæ sedem occupat. Hoc itaque ab osse undique erasò, atque ad articuli ligamentum deducto, & eius functione perpensa, illum quoque abijcies, ut nunc scapula nulli alteri firmata parti, à thorace maximi[k] musculi interuẽtu hærere uideatur, qui thoracem mouentium secundus, & à scapulæ basi enatus, octo superioribus thoracis costis manus ritu inseritur, cuiusq; naturam cum reliquis respirationi seruientibus musculis, tertio ab hoc Capite exequar. In præsentia enim ad capitis musculos est accedendum.

*Primi administratio.*

*Secundi.*

*Tertij.*

*Quarti.*

*Clauiculæ à scapula liberatio.*

a 5 ta. r.

b 9. ta. r, a.

c 7 ta. H, 13 tab. Q.

d 10 ta. r.

e 5 ta. R, S.

f 4 fi. cap. 22 li. 1 R.

g in margine cap. 10 li. 1.

h 4 fi. cap. 22 li. 1 S.

i 7 ta. r.

k 8 ta. F.

DE

# DE MVSCVLIS CAPVT MOVENTIBVS. Caput XXVIII.

*Capitis motus*



VPERIORI Libro, primæ ſecundæq; ceruicis uertebræ conſtructionem diffuſè admodũ perſequentes, caput proprijs motibus, & ſecundarijs moueri retulimus. Vt enim eleuato brachio cubitus unà attollitur, ac eques cum equo promouetur, ita quoq; motam ceruicem caput neceſſariò ſubſequitur. Ac proinde, quot proprijs motibus ceruix agitur, totidem etiam ſecundarijs caput mouetur, ac ceruix quidem extenditur, ſeu in poſteriora uerſus dorſum ducitur, & in anteriora flectitur, deinde utrinque ad latera, ad humeros ſcilicet etiam inclinatur, utcunq; aut flexa aut extenſa, erectáue ſit. Caput autem uno proprio motu, uel quieſcẽte etiam ceruice flectitur, & extenditur, ſeu in poſteriora anterioraq; fertur, ad latera autẽ nõ, niſi ceruicis beneficio agi poteſt. quandoquidẽ immota rigidaq; ceruice, nemini ad humeros caput inclinare conceditur. Vtcũque id parum rectè in Quarto de Adminiſtrandis ſectionibus. Libro Galeno uiſum fuerit. Cæterùm præter flexionẽ et extenſionẽ, quas caput mea quidem ſententia, repugnanteq; Galeni placito, ſuper primam ceruicis obit uertebram, alium etiam capiti motum ſuperiori Libro largitum eſſe prodidimus, qui alter proprius capitis motus eſt, cuius ope inſtar rotæ quodammodo, ad axem circunducitur, ſiue flexum ſiue extenſum cum ceruice, aut citra ceruicem fuerit, atq; hunc ad ſecundam uertebram confici, contra Galeni dogmata dictum eſt. Quamobrem etiã nunc operæpretium fuerit muſculos omnes recenſere, qui priuatis capitis motibus famulantur, & deinde eos, qui ceruicis ductibus præſunt. Quanquam rurſus de ceruicis muſculis, in dorſum mouentium muſculorum enarratione pertractandum erit, quos quàm examuſſim Galenus deſcripſerit, ex ipſius Libris diſcas, uelim. Ego enim ſuis ueſtigijs, ſi modò clare uereq; eos deſcribere debeã, nequaquam perpetuò hæſurus ſum, quãuis interim pro uiribus, ut & hinc is Anatomicorum coryphęus intelligatur, ad ipſius ſeriem me accingam. Primùm itaq; ſex muſculorum coniugationes, ſeu paria mihi ueniunt explicanda, quæ in poſteriori ceruicis ſede locata, partim capitis, partim autem primæ ceruicis uertebrę motibus famulantur. Verùm anteaquã ad horum enarrationem Galenus acceſſit, duo alia muſculorum paria ex diſſectionis ſerie prępoſuit, ſcapulæ motibus ſeruientia, quorum[a] unum homines cum ſimijs commune nanciſcũtur id ſcilicet, cuius alterius lateris muſculus in ſcapulæ ſpinam, ſummum humerum, & latiuſculam clauiculæ partem inſeri dictus eſt. Altero autem pari homines deſtituuntur, cuius in altero latere muſculus ab occipitio enatus, ad altiorem baſis ſcapulæ angulum in ſimijs protendi cõmemoratus eſt. Atq; hinc fit, ut id, quod nunc primum appellaturus ſum, Galeno tertia ſerie enumeretur.[b] Primum itaq; capitis muſculorũ par duobus, utrinq; ſcilicet ſingulis cõſtat muſculis,[c] originem ducentibus ex apice quintæ thoracis uertebræ ſpinæ, deinde etiam ex quartæ, tertiæ, & primæ uertebrarũ thoracis ſpinarũ apicibus. Principium hoc, quâ primùm ex quinta thoracis prodit uertebra, acutum refert angulum, qui ſurſum tenſus, ſenſim ita lateſcit, ut muſculus ad tertiam ſecundãq; thoracis uertebram iam porrectus, adeò amplificetur, ut externum ipſius latus è regione tranſuerſorum proceſſuum earundem uertebrarum conſiſtat. Muſculi hanc ſeruantes latitudinẽ, ſurſum feruntur à quinq; inferiorum ceruicis uertebrarum ſpinis (ſed nimis quàm leuiter) exortum aſſumentes.[d] quando autẽ ad tertiæ ceruicis uertebræ ſpinam conſcenderũt, quũ hactenus toto progreſſu dexter ſiniſtro coniunctus fuerit, utriq; ab inuicẽ ſenſim magis magisq; tantiſper abſcedunt, quouſq; tranſuerſa[e] linea occipitij, oſſi carnea lataq; inſertione implantentur. Eius enim inſertionis tanta eſt amplitudo, quantum internum alterius muſculi latus, à media occipitij ſede, & externum latus ab auris radice remouentur adeò, ut inſertionis amplitudo utriuſq; muſculi tanta ſit, quãtum ab una aure ad alteram occipitij eſt interualli, quod muſculorũ inſertione nõ occupatur. Cæterùm illius muſculorum ab inuicem receſſus forma,[f] triangularis exactè uiſitur, ſi modò unam lineam tranſuerſim ad occipitium, ab interno unius muſculi latere, ad internũ latus alterius duxeris, & deinde alias duas ab eius lineę terminis, ſecundùm utriuſq; muſculi internum latus, ad tertiæ ceruicis uertebrę ſpinam, ueluti ad trianguli uerticem porrexeris. Rurſus ſinguli muſculi[g] triangulari forma conſtant, ſi lineam ſecundùm ſpinæ longitudinem ad occipitium uſq; ductam, unius lateris loco habueris, & ſecundi lateris uice, lineam ſecundùm externum muſculi latus exporrectam, & tertij lateris loco lineam, quæ tranſuerſim muſculi inſertionem ad occipitiũ deſcribit. Fibræ horum muſculorum, à ſpinis uertebrarum ſurſum obliquè, quaſi ad tranſuerſos ſuperiorum uertebrarum proceſſus, tantiſper ducuntur, dum ſimul omnes in occipitium finiant.

*Qui muſculi hoc Capite enarrandi.*

*Potiſſimum 4. de Adminiſtrandis ſectionibus.*

*Primum par muſculorũ aut Caput, aut primam uertebrã mouentium.*

a 9 tar.

b 12 tab. r. 10, 11 ta. A.

c 12 ta. d.

d 12 ta. D.

e 12 tab. B, C.

f 12 tab. B, E, D.

g 12 tab. F, A. C, A. G, B.



finiant. Præſentes enim muſculi, modicam prorſus & exiguam in tranſuerſos uertebrarum proceſſus inſertionem moliuntur.[h] Secundum muſculorum par admodum ſanè uarium, & ſecus multò in homine, quàm canibus & ſimijs obſeruamus. His nanque ex tranſuerſis tertiæ quartæue thoracis uertebræ proceſſibus, & inſuper ſecundæ ac primæ quoque thoracis, & quinque humiliorum ceruicis uertebrarum tranſuerſis proceſſibus, muſculi iſtius paris enaſcuntur, & ad earundem uertebrarum ſpinas procedẽtes, ipſis nonnullis inſertionibus applantantur. Deinde dexter ſiniſtro committitur, & nuſquam toto progreſſu ab illo recedit, ſimulq; ambo in occipitij medium ampla inſertione innaſcuntur, quæ ſua latitudine longè ſuperant uniuerſum ſpacium, quod inter externum muſculorum latus, auriſq; radicem metiri poſſis. Præterea præſentes muſculi prorſus carnei apparent, nullibi neruеum aliquid (quod notatu dignum ſit) oſtendentes. Attamen obliquas quaſdam impreſſiones exprimunt, ex tranſuerſis inferiorum uertebrarum proceſſibus, ad ſuperiorum quodammodo ſpinas excurrentes. at illæ leuiores cenſendæ ſunt, neque adeò penetrant, ut his aliqua ex parte muſculum diuidi quis dicere queat. Quanquam indubiè Galenus nonnullos diſſectionũ Profeſſores, non duos huius paris muſculos tantùm enumeraſſe, uerùm quoſdã quatuor, quoſdã uerò ſex ibidem recenſuiſſe uideatur teſtari. at hi fortaſſis ex illorũ fuere albo, qui aliter ac Galenus homines aggrediebanẽ. In ſimijs enim & canibus (de quibus hactenus in hoc ſecundo pari locutus ſum) unum duntaxat utrinque muſculum recenſerem, quandoquidem ſi illis attendendum foret impreſſionibus, totidem ferè muſculorum loco uterq; habendus eſſet, quot ſunt ex tranſuerſis uertebrarum proceſſibus exortus, & in earundem ſpinas inſertiones. Ceterùm in homine multò aliter hanc coniugationem, ac Galenus illam deſcripſit, aut enumerauit potiùs, obſeruaui. Apparent enim quàm plurimi utrinq; muſculi, ſerie multiplici inuicem commixti, & occipitio implantati, non tamen eodem modo omnes principium ducunt, & inſertionem moliuntur. Illico enim atq; primum muſculorum par ſubductum eſt,[i] muſculus occurrit, qui acutum principium ex medio tranſuerſorũ proceſſuum quintæ & quartæ thoracis uertebræ educit, & ilico ab exortu carneus apparens, muris & lacertæ formam adipiſcitur, quum uerò ſurſum ad ceruicis initium perreptat,[k] carnoſus eſſe deſinit, ac ueluti in teretis tendinis naturam ceſſat,[l] muſculum imitatus, qui maxillam humiliorem deorſum trahit, duobusq; uentribus donatur. Quandoquidem inibi,[m] qua muſculus iſte ſecundi paris caput mouentium, ceruicis radicem ſuperat, carnoſus denuo eſſe incipit, quouſque in occipitij oſſis medium[n] inſeratur. Verùm priuſquam inſeritur, cum ipſo alius coit muſculus, ex ſeptimæ ceruicis uertebræ ſpina, neruco teretiq; principio enatus, qui ſurſum aſcendens, carnoſus quoque euadit, dictoq; muſculo[o] anteipſius in occipitium inſertionem commiſcetur, unà cum illo in occipitium implantatus. Atque in hac inſertione dextri lateris muſculi, lateris ſiniſtri muſculis cõtigui ſunt, neq; ab inuicẽ (ut primum par) remouentur.[p] Alius deinceps occurrit, qui ueluti alterius lateris tertius eſſe poſſit, ac ex apice tranſuerſi ſecundæ thoracis uertebræ, & primæ etiam proceſſus, partim carneus, partim neruеus enaſcitur, & ſurſum uerſus exteriora obliquè exporrectus carnoſus ue, ac latior redditus, occipitio ad radicem[q] mamillaris in capite proceſſus, ualidè inſeritur. Sub his,[r] magna moles carnea conſiſtit, ſecundo in canibus pari quodammodo reſpondens, quæ à tranſuerſis uertebrarum proceſſibus, obliquè ſurſum ad ſpinas exporrecta, occipitij oſſi inſeritur, fibras obtinens ab exterioribus ſurſum intrò obliquè repentes. Atque eiuſmodi ſecundum muſculorum coniugium, in homine non ſemel in publicis ſectionibus oſtendi. nunc autem cuiuis integrũ erit, utrinque in hoc coniugio quatuor muſculos collocare, primum ſcilicet, ſecundum & tertium, tres illos ante carneam molem enarratos, & quartum, ipſam carneam molem. Niſi fortaſſis quis de nuo illam carnẽ in tot muſculos ſubdiuidere propoſuiſſet, quot in ipſa impreſſiones, aut exortus inſertioneſq; uiſuntur. At conſultius fore arbitror, ſi unicum tantum par ex omnibus his, & unum duntaxat utrinq; muſculum numero ſtatuerimus, quum cætera paria duobus tantùm conformentur muſculis, & omnes huius ſecundi paris muſculi eiuſdem functionis gratia procreati ſint. Hoc enim (ut etiam primum par) capitis & obſcurè admodum, ceruicis quoque perficit extenſionem, aut in poſteriora ductum, quem duntaxat rectum, & in neutram partem inclinantem perfici nequaquam ambigo. Si itaque muſculi utriuſque lateris tendantur, nihil aliud etiam, quàm caput rectiſſimè extendent, & ſi alternatim laborauerint, iam alterius motus opifices reddentur. non enim extendent, ſed circumuerſionis capitis motui (quem ſupra ſecundam uertebram perfici docuimus) famulabũtur. Cæterũ hæc accuratiùs intelliges, ubi uniuerſum de capitis muſculis ſermonem audieris, & hæc noſtra cum Galeni ſcriptis, adhibita ſectione perpenderis.[s] Tertium par duobus gracilibus conſtat muſculis, neutiquam cum prædictis mole correſpondentibus. Ex ſecundæ enim ceruicis uertebræ[t] ſpinæ extremo, duo enaſcun-

h 13 tab. A, B uſque ad G, 5 tab. T. 10, 11 B. 12 F, F.

*Secundũ par impenſè uarium.*

i 13 ta. A.

k 13 tab. B. l 5 ta. H, I.

m 13 tab. C.

n 13 ta. D.

o 13 tab. à C ad D.

p 13 tab. E ad F.

q 3, 4, 5 ſi. ca. 6. li. 1 h.

r 13 tab. G, G.

*Primi ac ſecundi pariũ munus.*

s 14 ta. A, B.

t 14 tab. E.

*Tertium par*

a tur

tur muſculi non admodum neruei, qui ſurſum porrecti, in occipitij medium teretes inſerun-
tur, in ipſa inſertione minus, quàm in ortu inuicem contigui, ab ipſo enim nonnihil obliquè ſur
ſum ducuntur, ſenſim mutuò abſcedentes. Hi ſi ſimul tendantur, caput quoque ſolum in poſte-
riora agunt, at ſi alter tantùm in ſe colligatur, ductus ratione, circumuerſionis capitis (ut duo
*Quartum par.* priora paria) opifex erit. [k] Quartum par capitis etiam extenſioni præfectum, ſub tertio occu *k 14 ta. F, G.*
litur, illi quod ad ſubſtantiam, formam, ductumq́ attinet, ſimile. A poſteriori enim primæ uer-
tebræ ſede, [l] ubi aliæ in ſpinã deſinunt, ipſaq́ lineæ modo prominens tuberculũ proceſſum ue *l 3, 4, 11 fi. cap. 15 li. 1 X.*
exigit, utrinq́ ad proceſſus eius latera unus enaſcitur muſculus gracilis, & omnino carneus.
Ambo quarti paris muſculi in exortu contigui ſunt, at ſurſum porrecti, modiceq́ ab inuicem re
*Quintum par.* moti, occipitio inſeruntur. Porrò [m] quintum par, muſculorum forma & ſubſtantia, duobus *m 14 ta. H, I.*
prædictis paribus reſpondens, iuxta externum latus tertij paris, ab occipitij oſſe principium
obtinet, atq́ illinc deorſum obliquè deſcendens, in apicem [n] tranſuerſi primæ ceruicis uerte- *n 14 ta. D.*
bræ proceſſus inſeritur, dexter quidem muſculus in dextrum proceſſum, ſiniſter uerò in ſini-
*Sextum par.* ſtrum. [o] Sextum par [p] à ſpina ſecundæ ceruicis uertebræ enaſcitur, & obliquè ſurſum proce *o 14 ta. K, L.*
dens, in tranſuerſum quoque primæ ceruicis uertebræ proceſſum implantatur, pari prorſus *p ab E ad D 14 ta.*
cum quinto coniugio ratione formaq́. Sunt enim utriuſque paris muſculi oblongi, carnei, &
paulò minus toto teretes. In cane uerò & ſimijs multò, quàm in hominibus craſſiores & inſi-
gniores, ut etiam horum animalium ſecundæ ceruicis uertebræ ſpina perquàm ampla lataq́ ui-
deatur. at in illis æquè ac in hominibus tertiũ par cum quinto & ſexto, pares æqualesq́ trian-
gulos utrinque formare cõſpicitur. Si enim trium illorum parium dextros muſculos unà con
tuleris, in dextro latere [q] triangulum ſtatues, ſi uerò ſiniſtri lateris muſculos inuicem compara- *q huius coſtæ in 14 tab. ſunt A, H, K, alterius autem tri anguli coſtæ B, I, L.*
ueris, etiam & hîc triangulum fieri obſeruabis, cuius unus angulus cõſiſtit in occipitij medio,
ſecundus ad ſecundæ uertebræ ſpinã, tertius in ſiniſtri lateris tranſuerſo primæ uertebræ pro-
ceſſu. Cæterùm quinti & ſexti parium munus eſt, primam uertebram unà cum capite ſupra
ſecundam circumuertere. Vtriuſque enim paris dextris muſculis ad ſuum principium contra-
ctis, prima uertebra in poſteriora ſiniſtrorſum circumuertitur, ſiniſtris autem laborantibus, in
poſteriora dextrorſum motus perficitur. Atque ad hunc modum poſteriores capitis muſculi,
qui numero duodecim erunt (niſi in plures duobus muſculis ſecundum par diuiſeris) habent,
*Muſculi à pectoris oſſe et clauiculis in caput inſerti, atque in huius capitis numero 13, & 14.* [r] anteriores uerò hac ratione. [s] Vtrinque à media ſuperiori oſſis pectoris regione, ſecundùm *r alterius lateris muſculus. 4 ta. Θ. 1 ta. F. 2 ta. I. 5 ta. K. 9 ta. D.*
ipſius amplitudinem, [t] & clauiculæ parte pectoris oſſi ibidem coarticulata, amplum & neruo-
ſum, membraneumq́ muſculi prodit caput, neruoſius ex pectoris oſſe, quàm à clauicula pro-
natum. Caput hoc unicum, quod ad continuitatem attinet, uiſitur, ac obliquè uerſus ſuperiora
procedens, carnoſum denſumq́, & paulo latiorem quàm profundiorem efficit muſculum, qui *s 4 ta. X*
carnoſo craſſoq́ admodum [u] fine, [x] mamillari in temporis oſſe proceſſui innaſcitur, illum ſua *t 4 ta. Y.*
amplitudine uniuerſum amplexus, ſic ſanè, ut & unicus duntaxat utrobique in hominibus mi- *u 4 tab. Z.*
hi repertus ſit muſculus, citra etiam ſectionem (quòd ualidus, ac proximè [y] membraneo latoq́ *x 3, 4, 5 fi. ca. 6, li. 1 k.*
in collo muſculo ſubditus ſit) conſpicuus. Cæterùm in quibuſdam quadrupedibus, muſcu- *y 3 ta. Γ.*
lum ad ſuperiora procurrentem, in medio ductu diuiſum obſeruaui, cuius una pars mamilla-
ri proceſſui, altera ad auris radicem caluariæ inſerebatur. Tres autem fines hactenus in nullo
comperi animante, multoq́ minùs principium à pectoris oſſe & clauicula procedens, in duas
tres'ue partes manifeſtè diſſectum. Quanuis interim hos muſculos utrinque ab aliquibus Ana
tomicis tres, aliquando & duos enumeratos fuiſſe nõ ignorẽ, uerùm hic numerus pro muſculi
finium ratione, in ſimijs & canibus inter diſſectionis peritos uariat, licet plerique hos à capite
natos, pectoris oſſi & clauiculis inſeri, thoracisq́ motibus præfici cõtenderunt. at apud nemi-
nem interim lego, qui mentione digna deſcriptione eos donauerit, tantũ abeſt, ut uerè ipſorum
*Munus 13 et 14 muſculorum.* functionem naturamq́ nobis expreſſerit. Vtriuſq́ enim lateris muſculus cõtrarijs prorſus mu
nijs præficitur, quatuor primorũ parium, quæ in ceruicis poſteriori ſede locata recenſuimus.
ambobus enim tenſis contractisq́, caput in anteriora, ſiue rigida ſiue inclinata ceruice flecti-
tur. Si uerò dexter duntaxat contrahatur, caput in anteriora ſiniſtrorſum circumuertitur, ſini-
ſtro autem ſolo laborante, caput in anteriora dextrorſum circumagitur. Neque quicquã æquè
ex amuſſim poſteriorum capitis motibus famulantium muſculorum functionem oſtenſurum
eſt, atque duo hi priores, quorum officium iam admonitus promptiſſimè capis. Quandoqui-
dem ſi funiculum tranſuerſim occipitio circũduxeris, cuius fines utrinq́ ſupra aures deorſum
*Muſculi ſub ſtomacho latitantes, & ceruicis flexioni præfecti.* ad pectus porrigantur, ac poſtmodũ utrunq́ finem unà traxeris, caput in anteriora flectetur, ſi
autẽ alternatim fines uellentur, in gyrum caput mouebitur. Sint itaq́ hi noſtrorum capitis mo *a 8 ta. A, B.*
tibus ſubſeruientiũ muſculorum, decimuſtertius & decimuſquartus. Verum præter hos, [a] alij *b 7 tab. E. aut 14 fi. li. 5 A, B.*
conpiciuntur muſculi, quos ferè ſub [b] ſtomacho latitãtes Veteres appellaſſe uidentur. hi nanq́
quatuor



quatuor primarum thoracis uertebrarũ & omnium ceruicis corporibus connaſcuntur, ac par
tim ab iiſdem principium ducunt, partimq́ ipſis inſeruntur, non nimis liquidò poſtmodùm in
*c 1 fi. ca. 15 G.* occipitis os inſerti, iuxta [c] anteriorem foraminis dorſalem medullam tranſmittentis ſedem. At
hos exactiùs inter dorſum mouentes muſculos recenſebimus, flectunt enim ſuperiorem dor-
ſi partem, capite interim proprio motu horum ope uix flexo. Quamobrem etiam inter capitis
*d 8 ta. C. 13 ta. H.* muſculos uix ueniunt enumerandi, quemadmodum neque [d] alij adhuc quatuor (utrinque ni-
mirum duæ) coniugationes ad ceruicis latera repoſiti, qui ceruicem ad latera, non autem ca-
*e 14 ta. O.* put proprio motu agunt. Et rurſus [e] alia coniugatio ceruicẽ extendens hîc prætereunda eſt, ac
ad reliquũ de dorſum mouẽtibus muſculis ſermonem aſſeruanda, quum illæ niſi ſecundariò ca
put moueãt, ea nimirum ratione, qua brachium mouentes muſculi, cubitum & extremam ma
num mouent.

## CAPVT MOVENTIVM MVSCVLORVM *adminiſtratio.* Caput XXIX.

EORVM qui capitis motibus præſunt, muſculorum adminiſtrationem,
reſupinato cadauere, aut ad eum, quem prius dixi, modum ſuſpenſo, à
*a 11 tab. A 12 Γ.* [a] primo pari auſpicaberis, primùm perpendens membraneum [b] cuiuſ- *Primi paris adminiſtratio.*
*b 11 tab. F.* dam muſculi principium, quod ex inferiorum ceruicis uertebrarum ſpi-
nis enatum, primo capitis muſculorũ pari, reliquisq́ hîc dorſum mouen
tibus muſculis inſternitur, ac tandem aliquot ſuperioribus thoracis co-
ſtis inſertum, reſpirationis opifex efficitur. Licebit itaque huius muſculi
(qui hominis thoracem mouentium tertius erit) principium, à uertebrarum ſpinis cultello li-
berare, & muſculo ad inſertionem uſq́ à ſubditis diuulſo, illum ibidem à coſtis appenſum tan-
tiſper ſinere, dum thoracis muſculos aggreſſurus ſis. In præſentia enim cultellum retuſiorẽ, aut
buxeũ, ſub externo primi paris muſculi latere ſubijcies, & illum à ſubditis liberare conaberis,
deinde ſecundùm ſpinæ longitudinem ducta ſectione, ipſum ad inſertionem uſque in occiput
duces, quod ubi in utroq́ latere præſtiteris, huius paris muſculos ab occipitio nõ amputatos,
*c 13 ta. A, B uſq́ ad G.* ita ad latus aliquò reflectes, ut reliquam ſectionem non impediant. Mox uarios [c] ſecundi paris *Secundi paris.*
muſculos conſiderabis, ea illos ſerie, qua enumeraui, à uertebris abſecans, atque ad occipitium
deducẽs, ut modò illorum tractis principijs, quarum functionũ potiſſimùm autores ſint, rectè
perſpicias, quod tunc demum optimè uiſitur, quum cerebrum ex caluaria ademptum eſt, ipſaq́
*d 14 ta. A, B.* inferiorior maxilla abſecta. [d] Tertium par à ſpina ſecundæ ceruicis uertebræ poſtmodum libe *Tertij.*
rabis, ſenſim illud ad occipitium uſque, à [e] quarto pari ſubleuans, præcauensq́, ne & id unà im- *Quarti.*
*e 14 ta. G, F.* prudens auferas. hoc enim nunc à prima uertebra ſeparandum uenit, atq́ ut cætera, ad ſuam,
*f 14 ta. H, I.* quam molitur, inſertionem ducendum. [f] Quintum in ſuper par, ab occipitio liberatũ ad tranſ- *Quinti.*
uerſos primæ uertebræ proceſſus, quemadmodum [g] ſextum à ſpina ſecundæ uertebræ ad eoſ-
*g 14 ta. L, K.* dem proceſſus ducetur. Mox reflexo cadauere à pectoris oſſe & clauiculis, [h] anteriorum mu- *Sexti.*
*h 4 ta. Θ.* ſculorum principia ſunt acuto cultello reſecãda, mente interim adhibita, num plura muſculorũ *Decimitertij & 14 muſculorum.*
principia ſimul cõcurrant, aut utrinq́ plures muſculi obſeruari queant. Vbi uerò & hos ad ma
millarem proceſſum perduxeris, illorumq́ inſertionẽ rimatus fueris, eoſdem à capite abſecato
atq́ ceruicis proprijs muſculis in præſentia relictis, ad ligamẽta capiti & duarum primarũ cer
uicis uertebrarum peculiaria, ſectionẽ confer, quibus nunc priuatum Caput dedicabimus.

## DE CAPITIS ET PRIMAE SECVNDÆQ; *ceruicis uertebrarum ligamentis.* Caput XXX.

*PRAESENS figura, primam ſecundamq́; ceruicis exprimit uertebras, poſteriori ſede delineatas, unà cum earundem ligamentis hoc Capite deſcribendis. Characteres autem figuræ inſcripti ita habent.*



*A, B, C Prima ceruicis uertebra ſecũdæ cõnexa. Verùm A priuatim dexter primæ uertebræ ſinus, qui dextrum occipitis oſſis caput ſuſcipit, indicatur. B autem ſiniſter ſinus, cui ſiniſtrum occipitis oſſis caput inſidet. C uerò primæ uertebræ ſedes, ubi in ſpinam aliæ terminantur.* *D, D, G, H Secunda ceruicis uertebra.*

*E, E, E Ligamentum membraneum, primam ceruicis uertebram ſecundæ uertebræ nectens.*

G *Corpus ſecundæ uertebræ dentem producens.*
H *Dens, acutuſ'ue ſecundæ ceruicis uertebræ proceſſus.*
I *Teres ligamentum, à dente in occipitij os inſertum.*
K *Teranſuerſum ligamentũ, dentem in ſinu cõtinens, qui dentis gratia in prima uertebra cælatur.*

NVLLA non admiratione dignam capitis cum prima uertebra articulationem, & ſecundæ cum prima, ſecundæq; rurſus cum capite coniunctionem eſſe, ſuperioris Libri decimumquintũ Caput explicauit. Præſens autem ſermo, ligamenta his articulis præfecta obiter perſtringet, hæc nanq; ſpectatori Naturæ induſtriam, quamtunuis etiam perfunctoriè enarrentur, abundè commonſtrant. Quando itaque primam ceruicis uertebram capiti copulari neceſſum fuit, meritò uniuerſum articulum ambiens[a] ligamentum (quod & cæteris articulis cõmune cenſetur) forte robuſtumq; Natura procreauit, rarum tamen nihil, aut peculiare, præter robur craſſitiemq;, id ligamentum adipiſcitur. Cæterùm[b] quod ſecundam ceruicis uertebram capitis oſſi cõmittit, teres & ualidiſſimum eſt, & cartilaginis naturæ participat, hoc ex uertice[c] dentis enatum, occipitis oſſi inſeritur,[d] quâ anteriorem foraminis regionem, quo dorſalis medulla delabitur, conſtituit. Id ligamentũ firmiſſimè ſecundam uertebram occipitis oſſi colligans, unà cum dente ueluti axem efformat, ſecundùm quam caput, primæ uertebræ interuentu in gyrum agitur. Verùm ne dens ille[e] internam primæ uertebræ ſedem occupans, & dorſali medullæ ibidem prælocatus, quandoq; ex ſuo ſinu in uehementioribus capitis motibus deuiet, luxetur'ue, atq; tunc dorſalẽ medullã comprimat, aut frangat,[f] aliud ligamentũ rerum Opifex procreauit, quod ex uno latere interioris regionis primæ uertebræ prodiens, alteri lateri inſeritur, poſteriori dentis ſedi tranſuerſim obductum. Præſens ligamentum, quia egregiè robuſtum neruoſumq; exiſtit, cartilaginiſq; naturæ compos, ac demum inter dentem dorſalemq; medullam locatum eſt, aptiſſimè dentem in ſibi priuatim exſculpta concauitate, ne uacillet, luxeturuè, continet, dorſaliq; medullæ firmiſſimũ & tutum propugnaculum efficitur, & interim quo minùs prima uertebra ſimul cum capite ſuper ſecundam circumuertatur, haud quaquam prohibet. Atq; id ligamentum eſt, quod ſuperiori Libro manifeſtiſſimè demonſtrare dicebam, caput ſuper ſecundã uertebrã, ad anteriora poſteriora'ue neutiquam moueri poſſe. Reliquũ eſt[g] aliud ligamentum, primam uertebram ſecundæ colligans, membraneum quidem, & eiuſdem cum ambientibus cæteros articulos ligamentis naturæ & uſus. Conſtat enim non ſolum primam uertebrã capitis oſſi debuiſſe articulari, ſed etiam primam ſecundæ. Si enim unà hæ uertebræ capitis oſſi adnaſcerentur, prohiberent ſanè motus mutuos. ea namq; quæ quieſcit, uelleret, & detineret agentẽ, nunc autem uiciſſim utraq; poteſt ſuo motu agi, alia interim ſua ſede firmata. Vt autem hæc ligamenta examuſſim adminiſtres, conduxerit muſculos ceruicem mouentes, ſuo loco deſcribendos, prius eſſe diſſectos, ac tunc demum acuto cultello membraneũ ligamentum, primam uertebram capiti colligans, opportunè diuidetur, & capite ad anteriora inflexo, dorſalem medullam quoq; per tranſuerſum abſecabis, ut teres ligamentum dentem capiti colligans, in conſpectum ueniat. Quod ubi intuitus fueris, tranſuerſo quoq; ictu id diuides, atq; ligamentũ illud tranſuerſim denti obuolutũ, dentemq; in ſua cauitate cõtinens, diligẽter obſeruabis, & mota omni ex parte prima uertebra, qui motus ſupra ſecundã & primã complentur, diſces. Poſtremò membraneũ ligamẽtum, primam uertebram ſecundæ copulãs, in circuitu quoq; acuto cultello aggredieris, & auulſa prima uertebra, denuò dentis ſinum, & ligamentum dentem complectens, & quod ex ipſius uertice procedit, conſiderabis. Cætera autem ligamenta reliquas uertebras colligantia, in id Caput commodè reijcientur, quod dorſum mouentium muſculorum adminiſtrationem ſubſequetur.

*Ligamentum primam uertebram capiti cõmittens.*
*Secundã uertebram capiti.*
*Ligamentum tranſuerſim denti obductũ.*
*Primam uertebram ſecundæ colligans.*
*Ligamentorum adminiſtratio.*

a E, E, E.
b I.
c H.
d 1 fi. ca. 15 li. 1 G.
e 3 fi. ca. 15 lib. 1 K.
f K.
g F, F.

## *DE MVSCVLIS ABDOMINIS. CA. XXXI.*

VEREOR, ne & hîc pariter moroſior quiſpiam diſciplinæ ordinem fortè culpaturus ſit, quòd ante abdominis muſculos, aut manus, aut thoracis, aut dorſi motores non fuerim aggreſſus. Nihil enim prohibet, cubitum mouentes muſculos modò pertractare. Sed quum hos, uicinitatis ratione dorſum agentes muſculi præcedãt, & ante dorſi muſculos, quòd ad ſectionis ſeriem attinet, thoracem mouentes, & ante hos thoracis muſculos, eos quos abdominis uocamus, diſſecari operæpretium ſit, proximum eſt, hos abdominis perſequi. Quanquam (ut & antea admonui) integrũ cuiuis fuerit, paginas aliquot inuertere,



inuertere, & Caput, quod ordine prius eſſe arbitrabitur, reliquis lectione præponere. Muſculi itaque, quos abdominis, Anatomes profeſſores nuncupant, ab omnibus octo (utrinque nimirum quatuor) conſtituuntur, quatuor quidem obliqui, duo recti, & totidem tranſuerſi. Obliqui in utroque latere bini ſunt, qui inuicem incumbunt, & contrarias ſeq; mutuò decuſſatim interſecantes fibras exigũt.[a] Superioris enim fibræ, deorſum uerſus priora obliquè procedunt, quem huius fibrarum ductus gratia deſcendentem uulgò dicimus.[b] Inferioris uerò fibræ, ſurſum obliquè ad anteriora tendunt, qui ob id obliquè aſcendens nuncupatur. Rectorum ab utroque latere[c] unicus eſt, qui quum fibras ſecundùm corporis longitudinem extenſas obtineat, rectus nuncupatur.[d] Tranſuerſus ſimiliter utrinque unus habetur, cui id nomen, quòd eius fibræ ſecundùm corporis latitudinem, aut à dextris ad ſiniſtra nullo obliquo ductu ferantur, inditum eſt.[d] Obliquè deſcendẽs cæteris abdominis muſculis ſuperſternitur,[e] & ex ſexta, ſeptima, octaua & nona, coſtis, priuſquàm in cartilaginem finiant, carnoſum principium ſumit propter muſculum, quem ex ſcapulæ baſi pronatũ, octo elatioribus thoracis coſtis inſeri, thoracemq; mouere dicemus, neque hoc amplum principium inſtar rectæ fit lineæ, uerùm inſtar manus. Ille enim thoracis muſculus, coſtis quaſi digitos ſingulis porrigendo inſeritur, ex quorum interuallis prominentiores obliquè deſcendentis muſculi partes, digitorum ritu enaſcuntur non ſecus, quàm ſi ſiniſtræ manus interuallis, dextræ manus digitos inſereres, & muſculum thoracis motibus famulantem, ſiniſtræ manui conferres, dextræ uerò obliquè deſcendentem aſſimilares. Deinde poſt nonam coſtam, à tribus etiam inferioribus coſtis iſte muſculus enaſcitur, illam ſemper originem imitatus, quam ad magni thoracis muſculi interualla adipiſcitur, non quidem ampliùs cum illo thoracis muſculo ingreſſu mutuo commiſſus, uerùm cum[f] alio quodam, qui ab inferiorum thoracis uertebrarum, & unius alteriuſq; lumborum ſpinis enatus, decimæ & undecimæ thoracis coſtæ potiſſimùm inſeri, in thoracis muſculorum enarratione dicetur. Is enim manus quoq; ritu coſtis, priuſquam in cartilaginẽ ceſſare incipiũt, implantatur, atque obliquè deſcendentis muſculi principium, manus quoq; modo ex eius muſculi interuallis, ab ipſis coſtis alternatim procedit. atque hoc obliqui muſculi principiũ, undiq; carnoſum quidem eſt, ſed tenue. Verùm muſculus ſenſim carnoſior craſſiorq; euadens, deorſum in priora fertur, ilia (quæ quaſi inania inter ilium os & infimam coſtam, κγνεῶνας, & λαγόνας Græci uocant) carnoſa ipſius parte amplectens, quouſque ad ilium os perrepſerit, cuius[g] ſummitati ſecundùm totum ipſius appendicis ductum, carneus inſeritur. Eſt autem appendix illa, toti oſſis ilium parti obducta, quam ipſius ſpinam propriè uocari relatum eſt. Quum uerò carnoſa ipſius pars, ex ilium regionibus, ad anteriora mediaq;, ſecundùm abdominis longitudinẽ properat, in neruoſam exilitatem membranæ quàm ſimillimam degenerat, quæ ſextæ & ſeptimæ coſtarum cartilaginibus, & pectoris oſſis mucroni, & rectis muſculis expanditur, firmiſſimeq; ſuperioris oſſis coxendicis, & pubis regioni implãtatur, tota illa nimirum ſede, quæ ab ilium oſſis appendice, ſeu ſpinæ antica parte, ad pubis uſque oſſium[h] cartilaginem protenditur, non quod illo ductu ab ilium oſſe, ad pubis oſſium uſque commiſſuram oſſi inſeratur, ſed duntaxat, ubi os ex carne reperit. Quà enim[i] duo femur flectentes muſculi, ſuper coxendicis & pubis os deorſum prorepunt, obliquus hic muſculus oſſi non implantatur, ſunt uerò illi muſculi, femur mouentium ſextus & ſeptimus.[k] Secundùm autem corporis longitudinem, in abdominis medio dexter muſculus, cum membranea tenuitate ſiniſtri ita ſanè coit, ut ſimul utrique deſcendentes ueluti tunicam quandam, uniuerſo abdomini obductam efforment.[l] Obliquus huic ſubſtratus, ex ſuperiori oſſis ilium regione, quam ipſius ſpinam circumſcribere diximus, enaſcitur, ac ſimul tenuem membraneamq; originem, à lumborum uertebrarum & oſſis ſacri ſpinis aſſumit, quæ in muſculi progreſſu, carnoſis fibris tandem adaugetur, enutritur'ue. Muſculus iſte ſurſum tendens, ilia carnoſa ſui parte integit, & quatuor inferiorum coſtarum, quas ſpurias uocant, finibus carnoſus & hîc quoque inſeritur. Vbi autem abdominis priora & medium conſcendit, in neruoſam definit exilitatem, quæ inter rectum muſculum, qui ipſi ſubijcitur, & dictum obliqui deſcendentis membraneum tendinem, media intercedit, pubiſq; oſſi, & mucronatæ pectoris oſſis cartilagini inſeritur, per reliquam uerò abdominis longitudinem, cum alterius lateris obliquè aſcendentis muſculi tendine ſic unitur, ut ex utriuſq; lateris muſculo, ſimul toti quoque abdomini tegumentum quodammodo efficiatur. Membranei horum muſculorum tendines, eundem cum reliqua muſculorum parte fibrarum ductum exigunt. Deſcendentium enim fibræ omnes, deorſum obliquè ad anteriora propagantur, aſcendentium uerò, ſurſum in priora perreptant, atque duorum muſculorum mutuò incumbentium fibræ decuſſatim, ſeu inſtar x literæ ſe inuicem interſecant. Cæterùm ea ſede, qua aſcendentis deſcendentiſq; tendines, ſuper abdominis mediũ inuicem inſternuntur, utriq; firmiſſimè ſimul tanta

*Octo abdominis muſculorũ breuis enumeratio.*
*Obliquè deſcendens.*
*Obliquè aſcendens.*

a 3 ta. Θ.
b 4 tab. Π.
c 5 ta. Δ.
d 6 ta. Δ.
d 3 ta. Θ. 4 ta. Θ. 9 P.
e 3 tab. characť. 6, 7, 8. & 1 tab. O, O. P, P. 2 ta. O, O, O. P, P, P.
f 11 tab. Δ.
g 2 fi. cap. 29 li. 1 H, R, R, P.
h ultimarũ fig. li. 1 r.
i 8 ta. Θ & Λ.
k 3 ta. ab R ad X.
l 4 tab. Π. 5 tabu. α atq; nunc potiſſimũ 11 tab. a, b.
Hîc ſedulò cõfer inter ſe 3 & 4 et 5 & 6 tabulas.

amplitudine connati occurrunt, quanta media recti musculi existit latitudo, atq; id adeò ualidè secundùm abdominis longitudinẽ perficitur, ut hîc in abdominis medio, quatuor obliquorũ musculorum tendines, unum producere quis arbitraretur, nisi duos utrinq; haberi, accuratissima sectio, fibrarumq; ductus cõmonstrarent. Vbi dextri sinistris cõnascuntur, uniunturq;, nullam prorsus separationis neq; coitus lineã exprimũt, sed paulò crassiores redditi, in abdominis medio, recta linea sese inter rectos musculos [m] ubi illi inuicẽ distant, imprimentes, robustissimè transuersorum musculorũ neruosis tenuitatibus, ipsiq; adeò peritonæo [n] cõnascuntur. [o] Quod etiam obliquorũ ascendentium neruosis tenuitatibus usu uenit, secundũ externa rectorũ musculorum latera, priusquàm illos cõscendunt. per abdominis enim longitudinem, instar lineæ insertionem ualidam moliuntur, in neruosas transuersorũ tenuitates, & etiam ad quasdã rectorum musculorũ [p] impressiones, quas paulò posteriùs exequar. Sub obliquorũ itaq; neruosis *Recti.* tenuitatibus, [q] recti abdominis musculi reconduntur, singuli ex media ossis pubis regione, [r] duplici quodãmodo principio ducentes originẽ, uno quidẽ superiori interioreq;, altero inferiori ac exteriori, non quòd hæc principia, singulis musculis disiuncta incõtinuaue sint, sed ipsa musculi origo, diuersam substantiã ad hunc modum exprimit. Superior principij pars introrsum nonnihil uergẽs, exactè carnea est, ac ex lato in angustũ desinens, priusquam ad mediã suminis regionem pertingat, quasi in acutum angulum terminatur. Inferius uerò, quod & extrorsum paulò magis prominet, neruosum est, carnis omnino expers, uerùm sursum porrectum sensim dilatescit, totumq; rectum musculũ producere conspicitur. Recti itaq; musculi, duobus eiusmodi principijs singuli ex pubis osse nati, [s] inuicem contigui sunt, rectà sursum porrecti, donec ad umbilicum peruenerint, [t] ibidem enim nõnihil mutuò distãtes, modiceq; ampliores facti, ad pectus usq; feruntur, cui supra mucronatam cartilaginem, ad ossis pectoris latera, illiq; cõnexas cartilagines, lati carnosiq; [u] implantãtur. Musculi hi non uno fibrarũ ductu, secundùm totam longitudinem ferri uidẽtur, sed singuli in abdominis regione diuersa [x] delineamẽta, seu inscriptiones (quas Græcis πρόγραφὰς appellari diximus) transuersim, & incurua albaq; linea, ipsis inductas exprimunt, nõ aliter sanè, quàm si rectorum singuli plurium musculorũ numero essent habendi. Non enim rectà ab osse pubis, ad pectus fibræ nusquam inclinãtes feruntur, sed ad nunc dictas circumscriptiones impressiones'ue nõnihil implicatæ obliquãtur, atq; ex alijs aliæ produci quodammodo apparẽt. Deinde musculis rectis, nõ propter pubis os nerui duntaxat insertur, sed interiori quoq; ex parte, ubi his impressionibus musculi donãtur. Istarũ impressionum duæ plurimùm supra umbilicũ consistũt, & interdũ una sub umbilico in sumine, aliquando etiam tres supra umbilicũ. Neq; has Naturam musculis frustra largitam arbitror, uerùm ut commodiùs rectà sursum in priora nõnihil declinantes porrigerẽtur, & nõ instar duorum palorum erecti, sed secundùm orbicularem abdominis regionẽ obliquati, peritonæum appositè premerẽt, eoq;, quod narraturi sumus, munere opportuniùs fungerẽtur. Porrò quũ thoracem *Recti musculi pars, quæ simiæ abundant.* mouentes exequemur musculos, [y] unum in simijs & canibus enumerabimus, qui inter ipsos ordine quintus futurus est. Hunc uerarũ costarum cartilaginibus, ad pectoris ossis latus exporrectum, docebimus totum membraneũ, præterq; ad primę secundæq; costæ interuallum, ubi carnosior redditus, in primam costam desinit. Profectò musculus hic in omnibus animalibus, in quibus sectione deprehenditur, mihi quantũuis accuratè secanti, pars recti abdominis musculi esse uidetur, & rectum musculũ ad primam usq; thoracis costam in illis animalibus ascendere prorsus assero. Quod in canibus caudatisq; simijs maximè euadit conspicuum, nec quisquam inficias ire potest, illis unum musculum à pubis osse, ad primã usq; costam exporrigi. In hominibus (ut uerum fatear) eundem musculũ nunquam obseruaui, atq; illo homines quũ breuissimo donentur pectore, facilè carent, quapropter etiam in hac mea hominis fabricę descriptione, neutiquam recti partem, aut ipsi cõiunctum esse affirmo. Omnibus modò commemoratis musculis subsunt [a] transuersi, utrinq; unus, qui ex transuersis lumborum uertebrarũ processibus, *Transuersi.* tenui membraneoq; principio enascitur, deinde in progressu ex dorsum mouentibus emergẽs musculis, & carnosis adauctus fibris, superiori ilium ossis regioni, & spuriarum costarum finibus exactè carneus connascitur, carnosa ipsius parte uniuersa inuestiens ilia. Vbi uerò uersus abdominis medium, [b] ad exteriora rectorum musculorum latera usque prorepsit, in neruosam exilitatem finit, quæ pubis ossi, & mucronatæ cartilagini implantatur. Per reliquam inter hæc extrema longitudinem, iste membranosus tendo, neruosæ exilitati alterius transuersi musculi continuatur, ac simul ambo tunicæ instar uniuersum abdomen circũcingunt, in hoc obliquos musculos imitati. Verùm horum musculorũ neruosa tenuitas non æquè, atque obliquorum lata est, transuersi enim nonnihil sub rectis musculis, & potissimùm iuxta pectoris regionem, carnei conspiciuntur. Præsentibus musculis [c] peritonæum subnascitur, membrana nutritioni famu-

m 5 tab. d q sursum.
n 6 ta. c.
o 5 tab. x. 6 ta. b
p 5 tab. u, u, u.
q 5 ta. Δ. 4 ta. n. 6 ta. f.
r 5 ta. n notatur superius, o inferius.
s 5 ta. p ad q.
t 5 tab. d q sursum.
u 5 tab. r 4 tab. n.
x 5 ta. u u, u.
y 5 tab. d r per ſ ab t.
a 6 tab. Δ. 5 ta. y. z. z tab. p.
b 6 tab. b.
c prima. fi. 5 lib.



famulantibus organis circumposita, huic membranæ transuersi adeò connascuntur, ut arduum sit, illos ab hac in homine illa ceros liberare. Carnosæ tamen musculorũ partes, uix aliter peritonæo cõmittuntur, quàm mutuò incumbentes musculi, inuicem hærere solent. Transuersi enim musculi propria musculorũ membrana illic, quà peritonæo obducuntur, neutiquam (& si plerique secus arbitrentur) destituti secantibus occurrunt. Neque unquam alius musculorum abdominis, quàm nunc enarrauimus, situs uisitur. Vti forsitan aliquis librorum duntaxat opinautam agẽs, promptè colligeret, pugnãtibus nimirũ Galeni locis delusus. Quandoquidẽ hos aliter recenset in Libris de Affectorũ locorũ cognitione, rursus aliter in Libris de Partium usu, & aliter prorsus in Libris de Administrãdis sectionibus, ubi eos ita enumerat, ut in Sexto libro curatiuæ methodi ipsorũ situm rectè describit. Octo abdominis musculi, præter cõmunem *Abdominis musculorum usus.* omniũ musculorũ usum, quo corpori calefaciendo, refrigerãdoq; auxiliãtur, & propugnacula quædã censentur, primario usu thoracis motibus præsunt, ut in proprio de thoracẽ mouentiũ musculorum Capite dicturi sumus prolixius. Deinde homini ad durorũ recrementorũ expul- *d 7 tab. Δ.* sionem aptissimè subseruiunt, quando enim omnes simul tensi laborarunt, [d] septo transuerso interim ex spiritus retentione depresso, ita intestina simul cõprimunt, ut ex angusto loco in ampliorem (qui inferior est) fæces protrudant, expellantq;, & rursus ad uentriculũ superiora'ue illas deferri, præcaueant nihilo secus, quàm si duabus ad brachiale tantùm iunctis manibus, & semper magis magisq; sensim ad extremã usq; digitorũ aciem distantibus, madentem spongiã imponeres, & manibus paulatim coëuntibus, aquam exprimere niteris. Verùm hoc musculorum abdominis munus, nisi cognita septi transuersi functione situq;, apertè percipi nequit. Pari etiã ratione, quo pacto parientibus abdominis musculi (ut cõmodiùs foetus propellatur) conferãt, nõ aptè cognoscit. Atq; hæc adhuc minus ab illis assequũtur, qui septũ transuersum, dum cõtrahitur, thoracemq; adaperit, deorsum pelli arbitrãtur, nõ animaduertẽtes, quũ aërem intrò ducimus, ac thoracem cõtinuò, citra spiritus retentionẽ, thoracisq; repleti compressionẽ distendimus, septum transuersum nullum impetũ in excretione moliri, quod scilicet perpetuò sursum tractum nõ deprimatur, quemadmodum id in firma sede, retento spiritu, & ui interim compresso thorace, permanet. Cæterùm nostri seculi medicos, qui hos tantũ musculos recentiores ita uidentur, ac si alij in corpore nulli essent, omnino delirare existimandũ est, qui rectis musculis cibum in uentrem attrahi, transuersis autẽ expelli, & obliquis retineri cõtendunt, præsentibus musculis attribuentes, quod uerè uentriculi intestinorumq; fibris asscribendũ fuerat. Sed hæc absurdiora sunt, quàm quæ in mediũ adduci debeãt, quũ aliæ fibrę uoluntario motui, aliæ uerò naturali, qui à nostro nõ pendet impetu, famulentur. Neutiquam sanè hæc ab ipsis confingenda uenerãt, at laudãdus erat rerũ Opifex, qui quũ abdomen osse destitutũ necessariò creari uoluit, tam affabras tunicas, inuolucraq; ipsi parauit, quę præter quòd tegumenta, & aptissima receptacula sunt, thoracis quoq; motibus, uti monuimus, utilissimè subministrant.

## ABDOMINIS MVSCVLORVM ADMInistratio. Caput XXXII.

*Duplicẽ esse horum musculorum administrationem.*



d 10 tab. e.

ADMINISTRATIONEM hanc, aut à musculorũ capitibus, aut tendinum terminis aggredi nihil prohibet. Verũ facilior est, musculorumq; naturam accuratiùs commonstrat, quæ ab exortibus auspicatur. Qualitercunq; igitur sectionem exordiri proposueris, cutem unà cum carnosa membrana, ab uniuerso abdomine, & lumborum regionibus, ad femora usque liberatũ esse oportet, unà cum [a] musculo, quem brachiũ deorsum trahere ostendimus, quanquam is iampridẽ ex sectionis serie, simul cum cute ac membrana, in brachium mouentiũ musculorum sectione ablatus sit. His ademptis, & perquàm tenui fibrosaq; membrana musculis, præter carneam, obducta, unguibus hinc inde leuiter (ut ipsius naturam discas) diuulsa, priorem sectionem in hunc modum aggredieris. Ca- *Administratio à musculorum exortu. Obliquè descẽdentis.* dauer ad alterum latus inuoluendum est, ut commodè & lumborum uertebris, & abdominis b 3 tab. e. medio manus adhibeas. Deinde à dextra costa niteris [b] musculi abdominis obliquè descendentis principium, paruo cultello, aut exigua nouacula liberare, leui sectione ducta secundùm reliquas costas uersus dorsum, & secundùm superiorem ilium ossis regionem, ad pubis ossis usq; medium. hanc sectionem adeò duces leuiter, ut nihil præter præsentem musculum uulneres. c 4 tab. n. Mox ab his ossiũ regionibus eleuato musculi principio, conaberis paulatim ab [c] obliquè ascendente, descendentẽ eousq; liberare, dum ad abdominis usque medium illum perduxeris, præca- d u tab. Δ. uens ne unà tanquam obliquè descendentis musculi partem auferas, tenuem [d] musculum, qui ad decimam undecimãq; thoracis costam, cum obliquo mutuis interuallis cõmittitur. Si enim

hunc copulum uitaueris, & in uiris quoque abstinueris à[c] tunica uasa seminaria inuoluente, musculum uersus medium abdominis promptissimè duces. Cæterùm ubi ad[f] mediam usque recti musculi amplitudinem peruentum erit, pertinaciùs cum ascendentis musculi tendine, obliqui descendentis tendo coire uidebitur, quem ut integrum, & non uulneratum lacerumue ad lineam (quæ in abdominis medio ambientibus meritò, quòd illi nulla subsit caro, candidior apparet) dissecies, impossibile arbitror, utcunque acuta nonacula usus fueris, nam retusiori nihil prorsus promouebis. Quamobrem reflexo pendenteq; à media recti musculi amplitudine primo abdominis musculo, [g] ascendẽtem, qui secundus est, similiter aggredieris, ducta nimirum à pubis osse, per superiorem ilium ossis regionem, & lumborum uertebras, & fines quatuor inferiorum costarum sectione, quæ ab his omnibus musculum separare possit, & ab illo etiam respirationis[h] musculo abstineat, qui decimæ & undecimę costæ potissimùm inseritur. Post sectionem, musculi huius principia hamulo aut unguibus attolles, & à[i] transuerso, cui insidet, in priora procedens liberabis. Quod[k] usq; ad exteriorem costam, latus ue recti musculi eius lateris, cuius sectionem administras, mediocri negocio perfeceris, si modò in uiris uasorum seminalium tunicis (quæ ad testium[l] musculorum sectionem seruandæ sunt) animum adhibeas, ne una etiam illæ præscindantur. Vbi uerò recti musculi latus externum membranosus obliquè ascendentis musculi tendo spectat, acutiori nouacula separandus est, neque id quidem oscitanter, ne totũ obliqui musculi tendinẽ pertundas, ipsumq; hîc finire arbitreris. Tantus enim huius tendinis cum transuersi musculi neruosa exilitate iuxta externũ recti musculi latus, occurrit nexus, ut aliquando obliqui ascendẽtis tendinẽ diuidi putauerim, & unam ipsius partem transuerso musculo cõnatam, sub rectis musculis procedere, alterã uerò super rectos expãdi arbitratus fuerim, atque id potissimùm supra umbilici regionẽ est cõspectius. Verùm si ad amussim obliquè ascendentis tendinem à transuerso liberaueris, recto musculo illum supersterni cõperies, à quo ad albam usq; abdominis lineam accuratè separandus uenit, quod in carnosis recti musculi partibus factu est promptissimũ, at in[m] neruеis illis recti musculi inscriptionibus arduum esse obseruabis. Obliquorum enim tendo pertinaciùs in his recto musculo, quàm in reliquis sedibus, ubi carnosus est, cõnascitur, neq; adeò promptè ab illis examussim discindit, aut potius eradit. Hîc modò doceberis, quî ascendentis descendẽtis q; tendines, circa abdominis mediũ inuicem connascantur, ubi recti musculi mediæ amplitudini (quæ interior est) incumbunt, & arduè, nec nisi maxima industria, & acutiori nouacula, ad albam usq; abdominis lineam separari queunt. Cæterũ posteaquàm unius lateris, cuius iam sectionẽ aggrederis, obliquos abdominis musculos ad albam usq; lineam perduxeris, expende,[n] qualiter obliquorum tendines, rursus transuersorum tenuitatibus in ea abdominis regione adnascantur, qua recti musculi ab inuicem magis seiungũtur. Vtroq; obliquo musculo in illud cadaueris latus, quod mensę incũbit pendẽte, sola manu[o] rectum musculum à transuersi neruea tenuitate separabis, dextræ manus digitis ab exteriori musculi latere iniectis, & secundũ abdominis longitudinẽ hinc inde sub musculo ductis. Quũ primùm rectus musculus à transuerso abscessit, integrũ est, recti musculi fibras una cum [p] transuersis illis inscriptionibus contueri, ac tandem musculum à thorace nouacula liberatũ, ab abdomine detrahere,[q] ita tamen, ut adhuc pubis ossi hæreat, ipsiusq; hîc initiũ accuratè examines. At quũ hunc à pectore in cane, aut simia adimes, studendũ est, ne[r] continuũ illi membraneũ tendinẽ simul auferas, aut uulneres, qui secundùm pectoris longitudinẽ, à recto musculo, ad primã thoracis costam porrigitur, ac re uera in eiusmodi animantibus recti pars esse conspicitur. Est autẽ hic tendo musculus ue, à quo in[s] musculi brachiũ pectori adducẽtis administratione præcepi quoq; abstinendum, & num homines hunc cum simijs cõmunem habeant indagandũ. [t] Transuersum pari modo, quo obliquos aggressus es, opportunè administrabis, ducta similiter leui sectione à pubis osse, per ilium os, & transuersos uertebrarũ lumborũ processus, aut potius [u] musculorũ dorsum hîc mouentiũ exterius latus, atq; demũ ad fines spuriarum costarum, quæ intacto peritonæo solũ musculũ penetret. Mox transuersi principia hamulo eleuabis, et nouacula, quàm poteris, attẽtissimè à[x] peritonæo paulatim liberabis, donec ad neruosam ipsius deueneris exilitatẽ, quæ maiori adhibita cura, à peritonæo ita separãda est, ut neq; peritonæum, neq; tendo, neruosa ue ea tenuitas lacerẽtur. quod quidem nõ adeò arduũ est, atq; operosum, & precipuè iuxta abdominis elatiora nõ procul à pectore, nam in summe tendo ipse (ut etiã peritonæũ) nimis quàm tenuis occurrit. Nunc uerò ubi & hunc musculũ ad mediũ abdominis perduxeris, ac à peritonæo, ut licuit, optimè liberaueris, rursus in suum locũ quatuor huius lateris musculos repones. Mox cadauere in dorsum reflexo, secundã administrãdi rationẽ aggredieris, quæ à tendinum finibus, in abdominis medio auspicatur. Duces itaq; à pectoris osse ad pubem usq;, per totam abdominis longitudinẽ, super mediũ recti musculi eius lateris, cuius

*Candidior in adbomine linea.*

*Nexus neruosæ tenuitatis obliquè ascen. musc. cum transuerso.*

*Recti administratio.*

*Alterа abdominis musculorum administratio, uersus ipsorum initia.*

*Obliqui descẽdentis.*

*Transuersi.*

e 3 tá. Y.

f Hæc esset, in qua recta duceretur linea per u, u, u tá. 5.

g 4 tá. n.

h 11 tá. Δ.

i 5 tá. γ.

k 5 tá. x.

l 22 fi. lib. 5 ψ.

m 3 tá. u, u, u.

n 5 tab. supra q. 61 tá. c.

o 5 tá. Δ.

p 5 tá. u, u, u.

q 6 tá. f.

r 5 tá. r, sſt.

s 3 tá. Δ.

t 6 tá. Δ.

u 13 tá. n, r.

x 1 fi. 5 libri.



cuius administrationem moliris, adeò leuem sectionem, ut nihil præter[y] obliquè descendentis musculi tendinem penetret. Atque hanc sectionem ad mediam recti musculi amplitudinem tendam scribo, quòd nollem frustra per albam lineam, quæ in abdominis medio occurrit, eam sectionem experiri, siquidem impossibile arbitror descendentis tendinem non uulneratum, & illæso quoq; ascendẽtis tendine, seorsum liberare, quanquam & ab alba linea interdum sectionem inchoari nõ improbauerim, utcunque etiam laceratos tendines inuicem separares. Quapropter hac illa ue sectione ducta, adnitêris hamulo descendentis tendinem attollere, ac à subiecto ipsi musculo nouacula dissecare, quousq; uniuersum musculum, uersus dorsi spinam undique liberatum deduxeris. post hunc, [z] ascendẽtis tendinem à recto separabis, principium separationis ab alba linea exorsus. In hoc opere rursus intueberis, quî tendo ille transuersis recti musculi inscriptionibus adnascatur, ac cum neruosa transuersi musculi tenuitate, ad externum recti musculi latus coalescat. Insuper à reliqua transuersi musculi parte, obliquè ascendentem auelles ipsum à pubis & coxendicis & ilium ossibus, & inferioribus thoracis costis, ad lumborum usque uertebrarum spinas absecans.[a] Rectum similiter, ut alterius lateris dissecasti, à transuerso musculo attolles, & ipsius capite à pubis osse abscto, illum super thoracem reflectes. Modò recta sectione secundùm albæ lineæ longitudinẽ ducta, quæ duntaxat neruosam[b] transuersi musculi tenuitatem illæso peritonæo diuidat, conaberis eam à peritonæo diligenter separare, quod quidem in homine, & potissimùm iuxta pubem,[c] uasorumq; seminalium transitum, facturus es difficillimè, in porcis autem minimo negocio. Cæterùm transuersi musculi, tendine usque ad carneam ipsius regionem à peritonæo, liberato, eum quoq; tantisper auferes quousq; uniuersus musculus à peritonæo dissectus pendeat. Integrum iam quoque est, & huius lateris musculos in pristinum locum reponere, & ad amussim eorum formam, situm, & fibrarum ductus examinare, ac demum resectis illis, ad testium musculos te accingere.

*Obliqui ascendentis.*

*Recti.*

*Transuersi.*

y 3 tá. o.

z 4 tá. π.

a 5 tá. Δ.

b 6 tá. Δ.

c 5 tá. β.

## *DE VIRILIVM TESTIVM ET MVLIEBRIS uteri musculis. Caput XXXIII.*

*LICVISSET huc aliquot Quinti libri figuras reponere, ex quibus testiũ uteriq; musculorũ natura utcunq; peti posset, uerùm ne easdem figuras diuersis in locis proponeremus, hic tantùm adijciemus, in quibusnam figuris præsentes musculi conspici queant. Testis itaque musculus, nõnihil spectatur tertia tabula ad ſ, & uigesima secunda figura Libri quinti ψ. Uteri autem musculosa substantia eiusdem Libri uigesimaquarta figura ad characterem O, uti fieri potuit, exprimitur.*

*Virilis testis musculus.*

AM tempestiuum est, ad musculorum thoracem & dorsum & femur mouentium inspectionem, peritonæum administrare, atque cum eo quoque testium musculos aggredi. Pertingunt itaque ad unumquenq; testem,[a] singuli musculi graciles admodum, ex ea uasorum seminaliũ & testis tunica efformati, quæ à peritonæo principium ducens, uasa simul cum teste continet. Hæc enim in posteriori ipsius sede ilico, in ipso à peritonæo exortu, longis, ac inuicẽ sibi proximis, carneisq; fibris ita adaugetur, ut fibræ illæ gracilis oblongiq; musculi naturam exprimant, qui illi testis tunicæ semper innatus deorsum protenditur, ac tandem iuxta infimã testis sedem, unà cum illa tunica[b] uasi ei seminario applantatur, quod à testibus iam paratum semen assumit, idq; sursum in peritonæi amplitudinem deducens, in ueſicæ ceruicem[c] se profundit. Neq; aliqua prorsus parte, testibus, aut seminarijs uasis tunica illa pertinaciter adnascitur, quàm ubi simul cum musculosa ipsius substantia, insertionem ad eius uasis inflexum molitur, qui ad infimam testis sedem reflectitur adeò, ut musculus ipse nusquam testem contingat. Respondet itaq; testis musculus illis, qui ex carnosa membrana efformantur, quandoquidem is aliud nihil prorsus est, quàm carneæ fibræ uasorum seminalium, & testis inuolucro innatæ, quemadmodum carnosæ membranæ[d] musculi, carneis quoque fibris per membranam digestis constituuntur. Porrò testium musculorum beneficio, uiri arbitrario motu testis modicè (ut & ipsi musculi graciles tenuesq; sunt) sursum alliciunt, ne testes plus æquo laxati, ac ad anteriora pendentes, nimio oneri[e] seminarijs uasis sint. Hunc usum musculi in coitu potissimùm præstant, si enim testes uasis seminarijs oneri semper essent, atque hæc ad inferiora protracta perpetuò arctarentur, non adeò commodè semen transmitterent, atque modò, quũ testium à musculis iam attractorũ pondere subleuata, magis patescunt. Constat itaq; musculos hos (qui κρεμαστῆρες Græcis uocantur) ex eorum classe censendos esse, qui

a 22 fi. lib. 5 ψ. atque ex illa figura & 20 seriem hic subsequentia petes.

b 22 fi. li. 5 π, 1. 23 fi. li. 5 π, 6, 1.

c 23 fi. lib. 5 ſ. o.

d 3 tá. A. C. E. r.

e 22 fi. lib. 5 ψ, e.

qui nullum ſortiuntur muſculum, contrarij motus autorem. Nullus enim, qui teſtes ad inferio
ra reuellat, extructus eſt, quandoquidem teſtes, quos niſi rectà deorſum, nec in ullam partem
inclinantes prolabi decebat, abundè à naturali ipſis indita grauitate dimittuntur, idꝗ ſubinde
adeò, ut ne minimùm quidem ſurſum ægris, ſenibusꝗ allici queant. Quid uerò Arabibus in
mentem uenerit, ignoro, qui binos in uiris cuiuſꝗ teſtis muſculos, in mulieribus autē unicum
haberi ſcriptum reliquerunt. Vnicum enim hactenus ad ſingulos porrigi teſtes ſemper in ma-
ſculis obſeruaui. Mulieribus porrò Natura ſimiliter muſculos largitur, quos in peritonæo, ut
& reliqua ipſarum generationis organa, recōdidit. Ea nanque peritonæi [f] pars, ſeu proceſſus,
qui utrinque à lateribus, ad uterum inſtar [g] meſenterij pertingit, uenasꝗ & arterias utero dedu
cit, & demum cum alterius lateris peritonæi proceſſu, exteriorem uteri [h] tunicam procreat, [i] car
noſis quoꝗ adaugetur fibris, ex ilium regionibus deorſum obliquè, ad uteri latera perreptan-
tibus, adeò ſanè, ut & mulieribus utrinque ſinguli ſint muſculi, illis ſpecie ſimiles, quibus uiri
teſtes donantur. Et quamuis plerunque graciles ſint, neque admodum carnei, craſſi'ue, ego ta-
men eos aliquando in nonnullis mulieribus uteri cornua eſſe arbitratus ſum, Galeni uteri de-
ſcriptione eleganter deluſus, qui non muliebrem, ad uaccinum & caprinum deſcribit [k] uterum,
cornua arietū cornibus longè ſimillima obtinentem ſecus multò, quàm muliebris uterus. Por-
rò his uteri muſculis, obſcura uteri ad ſuperiora attractio perficitur, quam mulieres tunc facilè
percipiunt, quum ilia trahere colligereꝗ conātur, atque adeò (ut ſic dicam) uteri ceruicis [l] os, to
tumꝗ uterum, penitiùs in peritonæi amplitudinem allicere ſtudent.

*Muſculi muliebris uteri.*

*In Libro de Vteri ſectione.*

*f 24 fi.li.5 O,P,Q & 26 fi.E,E, & 27 I,I. — g 10 fi.li.5 L,L,M,M. — h 27 fi.li.5 H,H. — i 24 fi.5 li. O. — k 29 figu. lib.5. — l 25 fi.lib.1.*

## *MVSCVLORVM TESTIVM ADMINISTRATIO.* Caput XXXIIII.

QVEMADMODVM in Quinto libro muſculorum, quos teſtibus aſſcri
pſi, mentionem incidere neceſſum erit, ita quoꝗ eorum adminiſtrationem
cum reliquarū partiū illo Libro enarrandarū ſectione pertractabo. Quod
tamen ad adminiſtrationē hoc Libro perſequendam ſpectat, [a] à mucronata
pectoris oſſis cartilagine, ad pubis uſꝗ os, nouacula peritonæum diuides,
alia rurſus ſectione per tranſuerſum utrinꝗ, ab umbilici regionibus ducta.
Mox abſque delectu, in uiris omnia, quæ peritonæo cinguntur, præter re-
cti inteſtini [b] finem, & ueſicam, auferes. His itaꝗ, ut in Quinto libro docebimus, ademptis, [c] &
etiam ſcorto à teſtibus unà cum carnea membrana ipſi ſubdita liberato, [d] ſtylum exiguum ab
interiori peritonæi parte meatui indes, qui ſeminarijs uaſis in humiliori peritonæi regione, ad
inguina uiam præbet. Poſteaquā uerò ſtylum ad teſtem uſque protruſeris, atꝗ ad illius latus,
ſeu (ſi modò talis ſtylus ad manum ſit) in ipſius rimam ac canalem, cultellum indideris, longa
ſectione à peritonæo ad teſtem uſꝗ ſecundùm ſtyli longitudinē facta, membranā tunicam'ue,
uaſa cum teſtibus inueſtientē diuides. Atque ita uaſa in conſpectū cum teſtibus ſeſe offerent, &
extenſo quoꝗ uaſorū inuolucro, gracilem teſtis [e] muſculū, quo inuolucrum id uelut enutritur,
conſpicies. Hoc muſculo ab humillima uaſis à teſtibus ſemen deferētis inflexione liberato, eius
naturā promptiſſimè cōdiſces, qualiterꝗ teſtem ſurſum trahat, intueberis. Liceret modò teſti-
bus cum ſuis uaſis muſculisꝗ abſectis, penis & ueſicæ ceruicis muſculos aggredi, at quum ante
hos integrū ſit, & thoracis & dorſi & manus diſſecare, ad thoracis ſeſe iam conuertet oratio.
[f] Cæterū mulierū muſculi aperto iam peritonæo, & inteſtinis ad latera ſurſumꝗ reductis & mu
lieris teſtibus quoꝗ ſubleuatis, in conſpectū citra aliam ſectionē ueniūt, dummodo uteri late-
ribus membranisꝗ, illum peritonæo alligantibus animum accommodare non pigeat. At hæc
uniuerſa (ut & antea admonuimus) in Quinto libro accuratiùs proſequemur.

*Quæ ea quæ peritonæo cōtinētur, modò reſecanda ueniant.*

*Virilis muſculi adminiſtratio.*

*Muliebris muſculi adminiſtratio.*

*a uti factū eſt in 2 fig. lib.5. — b 20 fi.li.5 o, dein p. — c uti in 20 fi.li.5 ad r, ſ, t, u, x. — d id facturus, quo 22 fi.lib.5 à uigeſima differt. — e 22 fig.lib.5 ¥. — f uti ferè ſe offert 24 fi.lib.5.*

## *DE MVSCVLIS THORACEM MOVENTIBVS.* Caput XXXV.

THORACEM eius motus, quo reſpirantes indigemus, gratia, [a] non uni-
co cōformatum oſſe, aut omnino oſſeum eſſe, ſuperiori Libro declaratum
eſt. Iam uerò proximū erit, thoracis motum ex noſtro arbitratu debuiſſe
pendêre, nō autem naturalem eſſe, ſermone perſequi, dein ſi uoluntarium
eſſe, ex uſu homini fuerit, quibus is motus perficiatur muſculis, ſubiunge-
re. Summus itaꝗ rerum Opifex reſpirationē homini animalis ſpiritus refi
ciendi, & cordis occaſione largitus eſt, quòd & ipſum quidem ſubſtantia
aëris indigeat, & plurimùm feruens in eo calor refrigerari expetat. Inſpiratio quidem cor refri
gerat,

*Thoracis motum iure arbitrarium eſſe.*

*a 1,2 fi. ca. 19 li.1.*



gerat, ſuppeditata ei frigida qualitate. exſpiratio autem feruentis in eo, & quaſi combuſti, & fu-
liginoſi recrementi effuſione expulſioneꝗ, cordi etiam refrigerando conducit. Atque huius po
tiſſimùm cauſa duobus contrarijs motibus reſpiratio perficitur, attrahit enim in diſtentione &
dilatatione, euacuat uerò in conſtrictione, eiſdem ſcilicet motibus, quibus & cor ipſum perpe-
tuò fungitur. Quanquam reſpirationis cordisꝗ motus, genere plurimum uarient. Siquidem
cor naturali motu, uelimus nolimus, mouetur, reſpiratio autem adeò ex noſtra pendet uolun-
tate, ut quoſdam ſpiritus retentione ſeſe necauiſſe legamus. atque id magnoperè non ad benè
uiuendum duntaxat, ſed etiam ad ipſam uitam, homini utile cenſetur. Si enim idem rhythmus
conſonantiaꝗ reſpirationis cum cordis pulſu neceſſariò eſſet, neque ipſa reſpiratio ex noſtro
impetu uoluntateꝗ penderet, multum diuꝗ loqui nequiremus, quod non exiguam commo-
dæ uitæ noxam præſtaret. Porrò ſi non poſſemus interdum citra reſpirationem per fumum,
uel puluerem, uel quanpiam prauam & uenenoſam aëris qualitatem, uel loca putreſcentibus
cadaueribus, cloacis, aut alijs occaſionibus inquinata incedere, ea uitam ipſam quàm celerrimè
læderent, hominemꝗ prorſus corrumperent. Conſtat itaque, ex noſtro impetu, aëris per aſpe-
ram arteriam in pulmones inſpirationem, atque rurſus fuliginoſorum recrementorum cordis
exſpirationem oportuiſſe celebrari. Cum uerò pulmo thoracis motum, quoties ille cōprimi-
tur, dilatatur'ue, uacui potiſſimum ui ſequatur, muſculos thoracem mouentes debuiſſe extrui
certiſſimum eſt, qui thoracem dilatarent, arctarentꝗ. Erunt autem hi in uniuerſum unà cum
octo abdominis muſculis in homine, [b] octuaginta nouem, utrinque ſcilicet quatuor & qua-
draginta, ac poſtmodū unus utrique lateri cōmunis. Verùm canes & ſimiæ duobus abundāt
utrinque, ut ſimul tres habeant & nonaginta, quos Galeni intelligendi occaſione, in ſerie ſua
enumerare haud grauabor, enumerationem ab altero tantùm latere uniuerſam abſoluturus, ut
deinde enarrato utriuſque lateris communi muſculo, amborum laterum muſculos unà numeri
gratia coniungam. [c] Primus itaque ex inferiori interioriꝗ clauiculæ regione, ſecundùm ipſius
longitudinem, quà primam reſpicit coſtam, exoritur, principiū carnoſum undique obtinens,
& carnoſo quoque termino primæ coſtæ, quâ pectoris oſſi committitur, antica ex parte inſer-
tus. Muſculus hic breuis, ſed amplus eſt & tenuis, ac omnino carneus, fibras ſortitur impenſe
obliquas, propemodumꝗ tranſuerſas, quæ à clauicula antrorſum procedentes, ſupremæ tho
racis coſtæ, & nonnihil pectoris oſſi, quà eius coſtæ cartilaginem excipit, implantatur. huius
beneficio prima coſta, ſurſum uerſus exteriora retrahitur, hacꝗ ratione ibidem thorax dilata-
tur. [d] Secundus muſculus grandis eſt, carnoſo principio, ex tota ſcapulæ baſi interiori in parte
enatus. hinc carnoſus perpetuò procedens, ac coſtis exporrectus, admodum lateſcit, tenuior
tantiſper redditus, donec primæ, ſecundæ, tertiæ, quartę, quintæ, ſextæ, ſeptimæ & octauæ, ali
quando & nonę, thoracis coſtis ſeſe inſerat, atque id media potiſſimùm coſtarum ſede, ſi modò
coſtæ longitudinem à uertebris, ad os pectoris uſꝗ metiaris, qui locus eſt, multò anteaquam co
ſtæ in cartilaginem ceſſant. Reliqua autem parte, qua muſculus coſtis exporrigitur, ipſis dunta-
xat incumbit, exiguisꝗ tantùm fibris (ut mutuò inſtrati ſolent muſculi) illis committitur. Cæte
rùm non recta ſimpliciꝗ linea ipſius, quem dixi, finis coſtis implantatur, ſed hîc tanquam in di
gitos diſcretus eſt, qui per coſtarum oſſa prolixiores, quàm muſculi pars, quæ interuallis con-
naſcitur, in priora procedunt, [e] contrario nimirū modo, quo obliquè deſcendens abdominis
muſculus, ex inferioribus ſex coſtis ſuam aſſumit originem. Hic enim ex interuallis coſtarum
prolixiùs ſuos digitos educit, atque cum ſecundo reſpirationis muſculo ſerratam compagem
efficit. Secundi thoracem mouentium muſculi fibræ, ſi quando ad ſuum principium, quod ex
ſcapulæ baſi pendêre credimus, tendantur, uniuerſas coſtas (præter inferiores, quibus muſcu-
lus non inſeritur) uerſus exteriora uellunt thoracem dilatantes. Hic muſculus in hominibus ita
ferè habet, in canibus uerò & caudatis ſimijs ſecus, non enim ſolum ipſis in octo coſtas inſeri-
tur, ſed etiam ualidiſſimè tranſuerſis ſeptimæ & ſextæ & quintæ & quartæ ceruicis uerte-
brarum proceſſibus implantatur, aut (ſi auſim eloqui) ab illis proceſſibus ſui principij por-
tionem mutuatur. Velim enim non oſcitanter expendi, an præſens muſculus à ſcapula, coſtis
& uertebris illis inſertus, thoraci mouendo ſeruiat, an uerò à coſtis, illisꝗ uertebris intium du-
cens ſcapulæ implantetur, ipſiusꝗ ſecundùm thoracis latera, antrorſum motus occaſio ha-
beri queat. Duorum qui iam ſubſequuntur in numero muſculorum, [f] unicus tantùm homi-
nibus adeſt, is ſcilicet quē ordine quartū ſtatuemus, nam [g] tertio ſimiæ ac canes tantū donātur,
numero autem ipſum quoque, ſicuti paulo ſuperiùs monui, ne quis Galeni lectioni nimium
citra ſectionem confiſus, aliquos me præterijſſe muſculos præter meritum nugetur. Tertius
itaque, & quartus, ab utroque ſecundi muſculi latere habentur, unus in priore ipſius ſede, alter
in poſteriore, ambo ſimul cum ſecundo (ſi modò id præſtet) thoracem dilatantes. [h] Tertius
qui

*Muſculorū thoracem mouentium numerus.*

*Primus thoracem mouentium.*

*Secundus.*

*Tertius & quartus in numero, uerùm tertio ſimiæ abundant.*

*b ſenſim ſingulos ſeorſim adnotabimus. — c 4 tab. ds ta.Z. — d 1 tab. O,O,O. 2 tab. o,o,o. 3 ta. cha.5,6,7. tab.1 4 5 m. 6 R. 7 L. 8 F. 11 X, 12 S. 13 T. — e Obſeruatur id 1 ta. O,O,O,P,P,P. & 2 ta. o,o,o,p,p,p. — f 11 ta.F. — g 6 tab.r. — h 6 tab.r. 5 ta.X.*

qui ſecundùm anteriora ſecundi muſculi exporrigitur, carnoſus ex interiori parte tranſuerſi ſecundæ ceruicis uertebræ proceſſus[i] enaſcitur, ac deorſum protenſus, ex ſequentibus quoq; principium ducit, donec uariſs auctus exortibus, primæ thoracis coſtæ cõmittatur. hîc enim latior, ſed tenuior efficitur, & quatuor ſuperioribus thoracis coſtis, perpetuò carnoſus inſ̃citur.[k] Vbi uerò quartam, interdum, idq; præcipuè in canibus, quintam prætergreditur coſtam, in[l] membraneum neruoſumq; ligamentum deſinit, quod ſubſequentibus coſtis ad ſeptimam aliquãdo, & octauam uſque exporrigitur, ſingulis, quibus incumbit, coſtis firmiter adnatum. Procedit uerò huius muſculi carnoſa pars, quæ coſtis cõmittitur, unà cum ipſius membraneo tendine, iuxta muſculi[m] ſecundi regionem, quæ in digitos diffuſa, coſtis implantatur. Hunc in caudatis ſimiſs, & canibus liquidiſſimè ita in publicis ſectionibus ſeſe habere oſtendi, non tamen inſtar manus ſuas inſertiones tentantem, in hominibus autem, me unquam aut reperiſſe, aut oſtendiſſe minùs affirmare poſſum, quàm audacter aſtruere, illo homines carere. quod non ita dictum eſſe uelim, ut poſtpoſita Galeni autoritate, ſtudioſi illum in hominibus indagare ceſſent. [n] Quartum in huius Capitis muſculorum ſerie, homines iuxta ac ſimiæ canesq; adipiſcuntur, ſed nonnihil diuerſum. Hominibus enim ex trium inferiorum ceruicis uertebrarum, ac primæ thoracis uertebræ ſpinis, membraneum latumq; exoritur principium, quod[o] primo caput mouentium muſculorum pari & hac ſede[p] repoſitis, dorſum thoracemq; mouentibus muſculis inſtratum, in priora, ſeu ſi dextrum ſpectas muſculum, dextrorſum decliuis exporrigitur, carneum euadens, latiq; muſculi naturam oſtendens, ſimulatque primi illius paris extremum latus ſuperauit. Deinde ubi primam thoracis coſtam contingit, in latera ſenſim obliquè ductus, in tres ueluti digitos tripartitur, ſingulos tribus quatuor primarum coſtarum interuallis exporrigens, illiſq; ſeſe coſtis inſerens. Canibus porrò ex eodem principio muſculus iſte prodit, niſi etiam altiùs nonnihil exoriatur, uerùm ubi membraneum eius principium magis obliquè, quàm tranſuerſim deſcendens, ad tertiam thoracis deuenit coſtam, carnoſus latusq; inibi conſpicitur, qui tertiæ coſtæ, & tribus ordine deorſum ipſi ſuccedentibus implantatur, in priora, ſeu in latus ſemper obliquè tantiſper deſcendens, donec aliquouſque ſub[q] ſecundi thoracem mouentis muſculi principio reconditus, atque in digitos diſcretus finiat. Cæterùm duos hos muſculos, tertium uidelicet & quartum, thoracem quoque attollere diſtendereq; in ſimiſs eſt manifeſtiſſimũ, quemadmodum etiam in hominibus quartum muſculum eidem muneri præeſſe. tres itaque in hominibus, quatuor uerò in canibus & ſimiſs hactenus deſcripſi.

*Quartus numero, humani autem thoracis tertius.*

*Quintus canum, quo humanus thorax deſtituitur.*

[r] Quintus igitur ordine, quo & homines diſtituũtur, anteriori coſtarum parti, qua pectoris oſſi proximæ ſunt, exporrigitur, paulò enim ſupra latus mucronatæ cartilaginis, membranei ualidiq; ligamenti inſtar, ſuper coſtarum cartilaginum fines, ſurſum nõnihil in poſteriora inclinans procedit, quouſque ſecundæ coſtæ ſuperſternatur. Ibidem enim tendo illæ membraneo ligamento reſpondens, carnoſis adaugetur fibris, & hæc carnoſa muſculi pars, primæ coſtæ cartilaginis principio, & ipſius oſſis fini adnata, ad ſuperiorem eius coſtæ regionem terminatur. Verùm non hic magnam teretemq; carnem obtinet, ſed tenuem utcunque, & tendinis ſui modo latam, ſuperiori ipſius ſede orbicularem, & in externo latere, quàm in interno, quo pectoris os reſpicit, longiorem. Tendo iſte, ſeu ligamentũ (utcunq; appellare uiſum fuerit) coſtarum cartilaginibus, quas aſcendit, firmiſſimè adnaſcitur, caro autem, carnea ue ipſius portio, ſuperiori ſecundæ coſtæ parti, & toti primæ ſecundæq; coſtæ interuallo adnata uiſitur. Muſculum hunc (ut in abdominis muſculorum enarratione admonui) nullum peculiarem eſſe arbitror, nam recti abdominis muſculi portio, quantumuis accuratè diſſecanti apparet. Videtur enim carnoſa[s] recti muſculi pars, quæ paulò ſupra mucronatæ cartilaginis latus conſiſtit, in hunc membraneũ ualidumq; tendinem deſinere, atq; ita ſurſum cõſcendens denuo carnoſo fine primæ coſtæ inſeri, [t] eiusq; muſculi naturã referre, qui maxillam inferiorem deorſum trahit, qui in medio tendinis ſpeciem exprimens, duobus uentribus donatur. Aut ſi hæc coſtis exporrecta portio, recti muſculi pars non cenſenda ſit, nemo illius termino hanc firmiſſimè connatam, aut potiùs ex ipſa enatã ibit inficias. Vtcunq; uerò res habeat, ſiue peculiaris ſit muſculus, ſiue recti portio, eiuſdem ſemper functionis opifex erit, nimirum uerarum coſtarum terminos pectoris oſſi coarticulatos comprimendi cõſtringendiq;, ob idq; & thoracẽ arctandi. Cæterùm quum in hominibus mihi nunquam uiſus ſit (uti neque iſs, qui Galenum præceſſerunt, Anatomicis ſeſe in hominum cadaueribus exercentibus) hominis duntaxat tres muſculos hactenus recenſui, inſimiſs uerò & canibus quinque, atque id adhuc ea conditione, ut reclamantibus oculis, quintum muſculum à recto abdominis diſtinctum recenſeamus. [u] Sextus igitur ſimiarum, & quartus hominum, ad dorſum mouentium muſculorum latera, coſtarum radicibus, & tranſuerſorum uertebrarum proceſſuum apicibus exporrigitur.[x] Originem enim ducit cum

*Hominis quartus, ſimiarum 6.*

[r] longiſſimo



[y] longiſſimo dorſum mouentium muſculo, ex poſteriori oſſis ſacri regione, & interiori ilium oſſis ſede, quam extra ſacrum os in poſteriora prominere nouimus. Hinc cum undecimo dorſum mouente muſculo, tranſuerſis uertebrarũ lumborum proceſſibus innixus, ſurſum deducitur, tam pertinaciter [z] toto per lumbos ductu illi muſculo cõmixtus cõnatuſq;, ut meritò ipſius pars cenſeri queat, neque facilè ab ipſo ſectione dirimi poſſit. Quũ primùm uerò uterq; duodecimã thoracis reſpicit uertebrã, ſextus hic muſculus à dorſum mouente undecimo, notatu digno interuallo abſcedit adeò, ut inibi incurioſè ſecantibus ex illo principiũ ſumere uideretur. Hinc modicè obliquus ſurſum in latus conſcendit, & decem ſuperioribus coſtis, ex carnoſa ſua ſubſtantia[a] tendines paulò minus toto teretes pullulat, non perpetuò carneis cõſtans partibus, quantunuis etiam Galenus hunc undique carnoſis partibus conſtare in Quarto de Adminiſtrandis ſectionibus libro prodiderit. Inſeruntur autem illi tendines coſtarum[b] tuberculis, quę ex ipſis paulò poſtea, quàm à tranſuerſis uertebrarum proceſſibus abſceſſerunt, extuberare relatum eſt. Ceſſat autem muſculus hic ad primam thoracis uertebram, interdum tamen adeò conſcendit, ut & tranſuerſo ſeptimæ ceruicis uertebræ proceſſui tendinem quoque non minùs, quàm coſtis offerat. Vndecimæ & duodecimæ coſtæ carnoſus duntaxat inſ̃citur, quo enim altiùs muſculus aſcendit, eo nunc dicti tendines magis euadunt conſpicui, ipſeq; muſculus quaſi à tendinum generatione abſumptus, ſenſim gracilior redditur, eas infimas thoracis coſtas, & omnes reliquas deorſum trahens, easq; comprimens, ac denique thoracem arctans.

[c] Septimus muſculus, homini pariter & cani cõmunis in poſteriori thoracis ſede, ſecundùm inferiora collocatur, originem ducens membraneam latamq;, ex undecimæ & duodecimæ ac aliquando decimæ thoracis uertebrarum ſpinis, tum aliquot etiam primarum lumborũ uertebrarum ſpinis. Principium hoc[d] muſculis dorſum agẽtibus, & quarto humani thoracis ſuperſternitur, tranſuerſim rectà in priora porrectum. Vbi autem ſeptimus muſculus hos tranſcendit, coſtarumq; oſſibus committitur, ſtatim carneis adaugetur fibris, & tandem uelut in aliquot diuiſus digitos, nonæ, decimę, undecimæ & duodecimæ coſtarum interuallis, ipſiſq; coſtis ſeſe inſerit, implantatur uerò ipſis multò antè, quàm in cartilaginẽ ceſſant. Atq; hic muſculus hominibus longè latior eſt, quàm ſimiſs & canibus, quanuis etiam in canibus inſignior, quàm in ſimiſs uiſitur, & in omnibus ſerratam quoque compagem, cum abdominis[e] muſculo obliquè deſcendente efformat. Muſculus iſte retractionis earum, quibus inſeritur, coſtarum opifex eſt, unde etiam thoracem diſtendentiũ numero opportunè aſſcribitur. [f] Octauus hominibus ac ſimiſs & canibus communis, inthoracis cauitate ſitum ſibi peculiariter uendicat, extenditur autem per uniuerſum pectoris oſſis latus, ſub tota uerarũ coſtarum cartilaginum regione, propemodum coſtarum os, exteriori ipſius latere contingens. Eſt autẽ muſculus iſte triangularis, ex duobus longiſſimis lateribus, & uno breui conſtructus, & tenuis, omniq; ex parte carnoſus. Fibras ſortitur obliquas, ex oſſis pectoris lateribus, ſurſum in poſteriora protẽſas, niſi fortaſſis mauis aſſerere, ipſas à coſtis ad pectus, à poſterioribus deorſum in priora ferri, huncq; muſculum huius ſedis intercoſtalibus annumerare. Adnaſcitur autem omnibus uerarum coſtarum cartilaginibus, [g] illas ad pectoris os, in ſinus nimirum, quibus illæ inarticulantur, attrahens, & eo motu thoracem quoque arctans, & coſtarum cartilagines inuicem colligans. [h] Superſunt præter utrique lateri communem adhuc, utrinque duo & uiginti, ac deinde duodecim. In ſingulis enim coſtarum interuallis, quæ undecim in alterutro latere ſunt, bini producũtur muſculi, unde & intercoſtalium muſculorum nomen mutuantur. Siquidem ad illorum generationem, per totam coſtarum longitudinem, [i] ab inferiori regione ſuperioris coſtæ, in ſuperiorem humilioris, & in deſcenſu proximę ſedem, neruoſæ quædã fibræ deorſum producuntur. [k] Et rurſus à ſuperiori parte inferioris coſtæ, aliæ fibræ in inferiorẽ elatioris coſtæ ſedẽ obliquè ſurſum procedunt ſic ſanè, ut in ſingulis coſtarũ interuallis duo intercoſtales muſculi habeantur, qui mutuò incumbunt, ac fibras decuſſatim prorepentes ſortiuntur, & per uniuerſum interuallum ſemper carnoſi permanent, nec ob loci anguſtiam in tendinẽ ceſſant. Ac proinde intercoſtalium muſculorũ alios exteriores, alios uerò interiores non ineptè dicimus. [l] Externi in ſingulis coſtarum interuallis, ſimulatque coſta[m] à tranſuerſo uertebrarũ proceſſu, in anteriora obliquè prorepit, principium habent, ac fibris conſtant ex ſuperiori coſta, in inferiorem obliquè in priora deorſum proreptantibus. Hunc fibrarum ductum, per uniuerſa ſpuriarum coſtarum interualla, tam quæ inter oſſa, quàm quæ inter cartilagines conſiſtunt, exteriores muſculi ſeruant, & uerarum coſtarum muſculi, uſque ad coſtarum partem, qua in cartilaginem finiunt, eam quoque retinent. [n] Vbi autẽ uerarum coſtarum oſſa in cartilaginem degenerant, mox fibrarum ductus uariat, ab inferioris nanq; coſtæ cartilagine, ſurſum in priora obliquè, uerſus ſuperioris coſtæ cartilaginem fibræ inibi procedunt, donec & in hac parte exterior muſculus

*Hominis 5 Simiarum 7.*

*Hominis 6. Simiarum. 8.*

*Intercoſtales muſculi utrinque triginta quatuor.*

*Externi intercoſtales.*

pectoris ossi committitur. Externis his intercostalibus musculis id priuatim accidit, quòd longè magis neruosi excarnesq; uisuntur in ea costarum sede, quæ à uertebris primùm abscedit, quàm per reliquam interualli longitudinem. deinde non solùm ab inferiori sede superioris costæ, in superiorem humilioris costæ sedem ducuntur, uerùm etiam ab externa superioris costæ incipiunt sede, & in externam inferioris inseruntur. [o] Internorum intercostalium musculorum fibræ, prædictis situm contrarium exigunt, & exteriores ad x literæ similitudinem intersecant. Interiores enim musculi, quà uertebrarum corporibus proximi sunt, ex inferioris costæ superioris sede, in elatioris costæ inferiorē sedem, fibras obliquè sursum in priora protensas mittunt. Hanc fibrarum seriem interiores musculi, per singula spuriarum costarum interualla retinent, & in uerarum quoque interuallis, ad eam usque costarum sedem, ubi in cartilaginem degenerant, ibidem enim illico ac interni eò deuenerint, fibrarum ductum emutant, nam à superioris costæ cartilagine, in inferioris, fibræ in priora deorsum obliquè protenduntur. Atque ut semel dicam, in uerarum costarum interuallis musculi, qui inter costarum ossa habentur, omnino his, quæ inter cartilagines existunt, contrario fibrarum situ donantur. quod quum pressiùs Arabes animaduerterent, in singulis interuallis non duos, sed quatuor musculos esse, ueterū quorundam Anatomicorum modo tradiderunt, quanquam de sex tantū uerarum costarum (quæ septem numero censentur) interuallis id uerè asseruerint. Nam in spurijs costis, bini duntaxat musculi numerari queunt. Quum itaque sex sint uerarum costarum interualla, nihil ex fibrarum serie obstiterit, utrinque quatuor & triginta intercostales musculos enumerare, quemadmodum & ego paulò antè, quum adhuc utrinque duos & uiginti, ac deinde utrobiq; etiam duodecim, præter [p] musculum utrique lateri communem, enarrationi deesse dicerem. Intercostalium musculorum beneficio Galenus plerisq; locis thoracem stringi & laxari censet, at quum duplices hi sint, exteriores exspirationem moliri prodidit, quod est costas simul adducere, thoracemq; comprimere, interioribus autem inspirandi munus asscripsit, quod est costas ab inuicem abducere, ampliorem q; thoracis cauitatem efficere. Interdū uerò non sibi constans, exteriores inspirationi, interiores autem exspirationi præesse uoluit, num uerò, uel altera, quæcunque magis tibi arridet, harum sententiarum ueritati sit consona, diligenter (at sepositò interim affectu) perpendas, uelim. Ego enim Galeno deditissimus non ausim ilico ipsius placitis prorsus contraniti, & multò minùs obiter illis assentiri, quandoquidem hactenus, qua ratione intercostales, siue interiores siue exteriores musculi, costas dirimere, ac ab inuicem deducere queant, haud quaquam comperi, quantumuis etiam uiuas Galeni sectiones animaduerterim, & primùm solus mihi has, & deinde publicè in scholis Patauij ac Bononię easdē aggressus fuerim, quæ profectò contrarium potiùs Galeni dogmatibus probant, quàm quod illis subscribant. Ad hæc, intercostalium musculorum situs, figura, fibræ, aliaq; omnia ad eorundem fabricam spectantia, dilucidiùs hos musculos inuicem costas adducere, quàm laxare suadent. Exteriores quidem inter uerarum costarum ossa, & per uniuersa spuriarum interualla repositi, inferiorem costam superiori adducere apparent, interiores autem, superiorem inferiori. Deinde exteriores musculos, inter uerarum costarum cartilagines collocatos, superiorem cartilaginem inferiori, & interiores inferiorem cartilaginem superiori attrahere existimo. quod si sit, quid id aliud est, quàm simul omnes thoracē arctare, angustioremq; efficere? Neq; me Hercule à ratione absonum est, ad exspirationem thoracis uè arctationē, Naturam omnes musculos intercostales produxisse, quum fortiori motu impetuq; ad efflationem, uocem, tussim, sternutationem, fæcium excretionem, ad partum faciliùs excludēdum, breuiter ad thoracis compressionem, quàm ad inspirationem indigeamus. Quanuis interim musculi inspirationis autores, inualidi pauciq; sint. Iam omnes unius lateris musculos, qui in altero latere pares sortiuntur, explicauimus, ac proinde opportunum erit, orationem ad [q] musculum utrique parti communē deflectere. Est autē is, quem Græci φρένας, & διαφραγμα, & ἄνω κοιλίαν, Latini uerò Septū transuersum, nonnunquam & Præcordia uocarunt, hic neq; situ, neq; forma ulli totius corporis musculo respondet, siquidē amplus est, & orbicularis, & in ipsius medio [r] caput suum principium'ue gerit. Hîc enim ad amplam latitudinem exactè membraneus existit, ex quo fibræ instar linearum ex centro, ad circuli circumferentiam excurrunt, ijs, quibus septum inseritur, partibus exporrectæ. Hæ carne simplici adauctæ, reliquam musculi partem carnosam efficiunt, quæ paulatim in progressu densior carnosiorq;, pro fibrarum ductus longitudine redditur. Procedunt itaque fibræ ex membraneo circulo, [s] ad inferiorem ossis pectoris regionem, iuxta mucronatæ cartilaginis radicem, deinceps aliæ sese succedētes ordine, ad spuriarum costarum extrema inseruntur, non quidē exteriori cartilaginum sede, at in interiori, ut costarum cartilagines simul cum mucronata pectoris ossis cartilagine, tutissimum septi transuersi propugnaculum efficiant.

*Interni inter costales.*

*o 8 ta. E, B ac deinde figura illic interna pectoris sedem ostendens.*

*Intercostaliū musculorū munus.*

*In Fragmento de Respirationis causis.*

*Ad finem de Motu musculorum.*

*Septū transuersum, seu musculus utriq; lateri communis.*

*p 7 ta. a.*

*q 7 ta. a. 1 fi. li. 61, 1. 2 fi. R, R. 3 fi. H. 4 Q. 5 E. 6 n, o. 12 I.*

*r 7 ta. inter h, l, m, n.*

*s Insertionem uniuersam ossium ta.*



lum efficiantur. Duodecimæ autem costæ cartilagini non solùm inseritur, sed toti ipsius longitudini carnosus adnascitur, & ad inferiorum costarū extrema, obliquè ascendente abdominis [t] musculo, & longè magis [u] transuerso admodum unitur. Cæterùm septi fibræ ad uertebras drosi prorepentes, non in undecimā thoracis uertebram, quam spectant, insertionē moliuntur, quòd magna [x] arteria sub septo transuerso repens, & [y] sextus femur mouens musculus, adeò undecimæ uertebræ obducātur, ut septum ipsi connasci nequeat. Ac proinde fibræ, quas hîc undecimæ thoracis uertebræ connecti oportebat, in [z] duo membranea, sed perquàm ualida desinunt ligamenta, seu tendines. Qui deorsum ad magnæ arteriæ latera protensi, lumborum musculis inibi cohærent, & sensim arctiores redditi, ac arteriæ nonnihil sese subijcientes, tantisper porriguntur, donec lumborum uertebras excarnes reperiāt, ipsisq; robustissimè & longo ductu inserātur. Vniuersum itaq; septū paulò minus toto orbiculare est, situm uerò obliquum exigit, nam à pectoris osse per spuriarū costarum extrema, ad eam quam diximus, in lumborū uertebris regionem protenditur, situmq; ob id à prioribus deorsum ad posteriora uergentem obtinet. Quinetiam [a] duos sortitur circulos, unum membraneū, qui caput ipsius putatur, alterum hunc succingentem, qui carneus est, uerùm quemadmodum hic semper, quo costis propinquiùs accedit, carnosior efficitur, ita & ille, quo septi centro uicinior est, membranosior euadit, non tamē ambo exacti circuli imaginem referunt, sed talem, qualē quis latū esse diceret, & una parte in acutū angulū cessare. Membraneus enim sursum, atq; in anteriora acutū porrigit angulū, carneus autē deorsum, atq; ad inferiora illis reticulis quàm simillimus, quibus in paruę pilæ ludo utimur, & præcipuè si eius reticuli capulus dissolutus, modiceq; patescens fuerit, & ipsum lignum (quo breuius & latius reddatur) non segniter parietibus attusum. Cæterùm uniuersum septi transuersi corpus, duabus obducitur mēbranis, totam enim inferiorem ipsius amplitudinem, qua nutritionis organa spectat, peritonæum succingit. superior uerò uniuersa latitudo, cor pulmonemq; respiciens, tunica costas succingente obducitur. Quinetiam contra aliorum musculorum naturam, [b] paucis demptis, septum transuersum quibusdam foraminibus peruium est, quæ Galenus ex Hippocratis sententia duo esse recensuit, [c] unum, quod uertebris, arteriæ magnæ, & descendenti ad uentriculi orificium stomacho uiam præbet, [d] alterum, quo uena caua in thoracem transscendit. Nobis uerò tria esse obseruantur, [e] primum, ubi ab inuicem deducuntur [f] ligamentorum aut tendinum illorum principia, quæ solam trāsmittunt arteriam, & finem [g] uenæ pari carentis, quæ costas enutrit, & [h] ramos deinde sexti paris neruorum cerebri, qui ad costarum radices, sub membrana costas succingente propagantur, ac postmodum iecori, lieni, renibus, intestinis & omento numerosa serie inseruntur. Si quis modò uertebras his cum Galeno adnumerare uelit, permitto quidem, quanquam impropriè admodum uertebris septum uiam præbere uideatur, imò uix appositè, uiam, qua arteria fertur, foraminis nomine donamus, quum hæc potiùs semicirculum in septi transuersi circumferentia exculptum, quàm foramen referat, septumq; uertebrarum, corporum superiori seu anteriori parti, non autem lateribus committatur. [i] Secundum foramen, ad septi transuersi medium, uersus dextrum tamen consistit, & [k] uenæ cauæ in thoracem reptanti extructum est, cuius corpori septum firmissimè, membranarum ipsi obnatarum beneficio connascitur, quemadmodum & hæ membranæ reliquis quoq;, quibus septum iter præbet, pertinaciter committuntur. [l] Tertium foramen paulò inferius, quàm media septi sedes est, ad sinistrum latus modicè uergens habetur, quo [m] stomachus, & sexti neruorum paris rami, ad uentriculi orificium dimittuntur longè profectò secus, ac Hippocrates, Galenus, cæteriq; Anatomicorum proceres arbitrati sunt. Meq; huic sententiæ non sectio duntaxat, sed & ipsa ratio quoq; astipulatur, arduus enim fuisset stomachi anfractus, si dorso propter duodecimam thoracis uertebram in primo foramine innixus, sursum ad priora in uentriculi superius orificium detorqueretur. Est enim primum foramen paulò inferiùs, quàm [n] media uentriculi regio, & ipse uentriculus ea parte, qua stomachus illum ingreditur, teres existit, neque magis uersus priora, quàm posteriora stomachus cum ipso continuum corpus efficitur. Cæterùm quum hæc de septi forma naturá'que dixisse sufficiat, meritò nunc ipsius functionem exequar. Plato existimauit hunc musculum duntaxat concupiscibilis, seu naturalis animæ & animosæ septum esse transuersum, Aristoteles uerò, quum has animas, unius tantùm in cor repositæ partes esse arbitraretur, in hoc septum à Natura procreatum affirmauit, ut cordis sedem à uentre dirimat, & animæ originem inoffensam à ciborū exhalationibus, & caloris aduentitij copia seruet, uerùm id non modò præstat, sed inter musculos thoracem mouentes, ad respirationem, ac ad propellenda uentris recrementa in primis conducit. huius officium quo thoracem mouet, obscurum est, neque sat scio, an quispiam uerè id scriptū posteris reliquerit, aut etiam illud ex proposito tradere aggressus sit. Id enim Galeno

*Hæc ex 5 et 6 li. figuris sunt petenda.*

*t 4 ta. n. u 6 ta. a.*

*x 7 tab. q. aut 25 fi. lib. 5 Q.*

*y 7 ta. t.*

*z 7 tab. o, p.*

*a 7 ta. unus inter k, l, m, n, dicer extra.*

*b 8 tab. C.*

*c 7 ta. q.*

*d 7 ta. s.*

*e 7 ta. q.*

*f 7 ta. o, p.*

*g fi. 6 ca. li. 3 G.*

*h 2 fi. cap. 2 li. 4 b.*

*i 7 ta. s.*

*k fi. ca. 6 li. 3 B.*

*l 7 ta. r*

*m 14, 15 fi. lib. 5 D cum T, V ad G.*

*n 15 fi. lib. 5 M, N.*

*Septi foramina.*

*Septi munus*

(si ausim proloqui) peculiare est, ut quum prolixissimus sit, fabula quapiam sese surripiat, atq; quod maximè explicandum fuerat, quasi id non ex proposito faceret, tacitè prætereat. Profectò nisi quis exactissimè septi situm formamq; cognoscat, & in uiuorũ sectionibus ipsius munus examinauerit, id neutiquam se oscitanti offeret. Porrò quantũ hactenus assequor, septum transuersum proprio motu ossis pectoris inferiorẽ terminũ, & spuriarum costarũ extrema, ad suum caput tanquam ad centrũ intrò trahit, nonnihil quoq; sursum uellens. Septi enim transuersi caput in medio mouendarum partium reponitur, & elatiori sui capitis sedi, quæ thoracis amplitudinem respicit, nerui à ceruice decurrentes inseruntur. Quum itaque septum in se conuellitur, & spuriarum costarum extrema quodammodo ad centrũ colligit, solam inferiorem, eandemq; anteriorem thoracis partem, quam spuriarum costarum cartilagines constituunt, arctat. posteriorem uerò, quæ ab harum cartilagine ad uertebras usque habetur, dilatat, ac inuicem quinq; inferiores costas dirimit, unà cum sexta & septima, thoracis costis, quarum etiam cartilaginibus septum applantatur. Hac igitur ratione inferiorẽ thoracis partem septum transuersum dilatat, ac distendit. Vt uerò quod dico, assequaris manifestiùs, primùm utranque manũ notharum costarũ cartilaginibus accõmodato, & ui attracto spiritu, quî intrò sursumq; cartilaginũ extrema uellantur, sentito. deinde hîc una manu relicta, alteram posteriori costarũ regioni extẽsam impone, & rursus spiritu assumpto, qualiter iuxta dorsum costæ dirimantur, & cartilagines inuicem conniueant, examinato, nisi fortassis canis, aliud'ue animal ad manum sit, cuius uiua sectio septi functionem doceat. Atque in hac administratione cauendum est, ne dum animal intrò spiritũ ducit, id exspirare arbitreris, quod sanè faceres promptissimè, si dunta xat spuriarum costarum extremis, illisq; sedibus animũ adhiberes, quibus septum implãtatur. Neque adhuc me latet, quosdam nostræ ætatis præcipuos uiros, qui mihi interdum administranti astitere, proprium septi motum ad inferiora fieri contendere, quos præter ° neruorum insertionem, quæ ex ceruicis dorsali medulla in superiorẽ septi sedem perficitur, & uiuam sectionem longè euidentissimã docere oportuit, quòd aluum exonerãtes spiritum, ualidè compresso interim thorace, retineamus, non autem continuò inspiremus, & thoracem dilatemus. quod sanè tum faciendum esset, si in thoracis dilatatione septũ deorsum duceretur, ut scilicet tunc cum abdominis musculis, excretioni opitularetur. Atq; id etiam docet ualidissima inspiratio, quoties illam ita moliri conaris, ut spuriarum costarũ cartilagines, sursum introrsumq; moueri non statueris, quandoquidẽ quum ui illas retines, una atq; altera inspiratione facta, ita cartilaginum sedes laborat, ac si ui eam pugnis collisisses. Verùm opinor & te quoque uarijs modis hæc experiri, quemadmodum & ego nunc adeò uarijs respirationibus attento, ut præ lassitudine calamus è manibus ueniat reponẽdus, addã tamen, & suffocatos liquidò meæ sentẽtiæ subscribere. His nanque quoniam distento dilatatoq; thorace, septum transuersum ad superiora attractum distentumq;, adeò inter secandũ apparet, ut septum in thoracis amplitudinẽ allatum, iecur & uentriculũ in thoracẽ trahat, difficilemq; illorũ sectionẽ nobis exhibeat, quæ tamen ilico prompta euadit, si thorax alicubi inter costas, aut ipsum septum perforetur, id enim tunc statim flaccidum, instar madidi panni deorsum concidit, ac plus, quàm uoles, iecur, & uentriculũ propendere sinit. quod, quonã pacto fiat, illi demũ non ignorant, quibus musculorum contractionis & laxationis ratio perspecta est. Hactenus omnes musculos solis costarũ motibus subseruientes explicauimus, qui simul omnes in simijs numero sunt octuaginta quinq;, hominibus autẽ octuaginta unus. Quũ uerò & his octo abdominis musculos, in thoracẽ cõprimẽtium classem prorsus reponendos subnectimus, in homine omnes sunt octuaginta nouẽ, in simijs aũt tres & nonaginta. [p] Obliqui enim descendentes si tendãtur, admodũ humiliorem thoracis sedẽ comprimẽtes, thoracẽ arctant. [q] Recti uerò, cũ [r] obliquè ascendẽtibus costas deorsum trahunt, thoracemq; non parũ cõstringunt. [s] Transuersi autẽ intrò costas adducẽtes, ad arctandum thoracem faciunt. Porrò eos qui brachiũ & scapulam mouent, parum etiam thoracis motibus auxiliari, aliquis arbitrari posset, si aliquando thoracẽ fortiùs cõstringerent. uerùm ita longè ad huc magis respirationis musculorũ numerus excresceret, qui omnes, non in omnibus respirationibus simul operãtur. Sed singulis respirationis speciebus, Natura proprios largitur musculos. Sunt autẽ primùm respirationis duo genera, inspiratio scilicet, & exspiratio, & hæc rursus singula duplices partes habent. Exspirationũ enim alia est naturalis, & nõ uiolẽta, quę nulla nisi naturali urgẽte necessitate fit, alia uehemẽs & uiolẽta, quam efflationẽ nuncupamus. Sic quoq; inspiratio alia naturalis, alia ad uocis generationẽ, aut ad aliud quippiã uiolẽta existit, atq; hæ rursus differẽtiæ plurimùm maioris minorisue ratione inter se uariãt. Naturalis inspirationis & exspirationis [t] septum duntaxat autor censetur, abundè enim ipso contracto tensóue, medici thoracem dilatari, inspirationẽq; perfici arbitrantur. deinde rursus laxato septo, thoracem sua gravitate

*Musculorũ thoracem mouentium enumeratio, & quando illi suo fungantur officio.*

° 23 fi. ca. 11 li. 4. n. 11, & 15 fi. lib. 6 P.

p 3 ta. o.
q 5 ta. Δ.
r 4. tab. π.
s 6 tab. Δ.
t 7 tab. Δ.



gravitate promptè concidere, exspirationem moliriq; affirmant. Atq; id est, quod Galenus naturalem exspirationem citra musculorũ opem perfici scriptum reliquit. At si aut cordis caloris qualitas increscat, aut ad uocẽ, aliud'ue munus maiori indigueris aëre, mox [u] primus, [x] secũdus, & hominis [y] tertius & [z] quintus, ac simiarũ canumq; [a] tertius, utrinq; unà cum septo operabunt, & ex Galeni suffragio [b] interiores intercostales musculi quoq; agent. Quanquam nesciam, num [c] exterioribus, an uerò interioribus musculis intercostalibus inspirandi munus Galenus assignauerit. Si autem maioris exspirationis efflationisue, ad uocem, clamores, tibias ac tubas, & id genus instrumenta inflanda necessitas ingruerit, exteriores intercostalium musculi sese operi accingent, unà cum interioribus, nam & hos quoque costas inuicem adducere, thoracemq; arctare autumo. His statim in opere succedet, [d] qui in simijs recti abdominis musculi pars esse dicebatur, præterea qui ad longissimi dorsum mouentis musculi latus utrinq; porrigitur, & [e] qui in thoracis cauitate, sub uerarum costarum cartilaginibus latitat, postremò ipsi abdominis musculi, uix autem aut brachium, aut scapulam mouentium aliqui.

*Li. de Motu musculorum.*

u 4 ta. d.
x 7 ta. L.
y u tab. F.
z u tab. Δ.
a 6 ta. r.
b 8 tab. E, E.
c 8 tab. D, D.
d 5 ta. r. ſ. t.
e 12 tab. Δ.

## MVSCVLORVM THORACEM MOVENTIVM administratio. Caput XXXVI.



OMNIBVS musculis, quos hucusque dissecari docuimus, reiectis, musculorum thoracem mouentium administrationem à [a] primo auspicabere, haud quaquam omittẽs, quin simiã, aut si eius nõ detur copia, canem unà operi adhibeas. Acuto igitur cultello membraneũ, sed impense ualidum ligamentum, quo clauicula pectoris ossis nectitur, primũ discindes, mollem nerueamq; [b] cartilaginem expendens, quæ præter cartilaginem ossibus obnatam, pectoris os & clauiculã interuenit. Ad hæc, inter reliqua huius articuli ligamenta, ualidum quoddam ligamentum inquires, quod ab humiliori clauiculæ sede enatum, illic pectoris ossi inseritur, ubi primæ costæ cartilago, pectoris ossi adnascitur. Mox clauiculam à prima thoracis costa nunc sursum, nunc deorsum reflectes, ac primi musculi originem & insertionem, simul cum fibrarũ ductu cõsiderabis, & musculo dein à clauicula liberato, illum pectori adhuc adhærere sines. [c] Secundus musculus, quoniam scapula modò à thorace dependet, totus sese offert, unde etiam citra aliam operam, à scapulæ basi dissecandus est, & usque ad insertiones, quas in costas molitur, deducendus. In hac administratione sedulò animaduertes, num secundus musculus à scapulæ basi in costas porrectus, thoracis motibus suppetias ferat, num uerò à costis initium ducens, in scapulam inseratur, ipsumq; moueat. atque ad hanc speculationem non mediocriter cõferet, quòd in canibus, tot transuersis uertebrarum ceruicis processibus illum aut inseri, aut ab eisdẽ enasci intueberis. Adempta nunc pariter cum brachio scapula, illam aliquò repones, quo postmodum hæc ad musculorum brachium, & cubitum, & extremam manum occupantium sectionem subseruiat. Cæterùm iam [d] tertium canini thoracis musculum aggredieris, & illo à uertebris liberato, ac ad insertionem diuulso, [e] ligamenti ipsius seu tendinis naturam ad amussim examinabis. Quum itaque huius naturam in cane didiceris, in homine tibi is quoque quærendus est, atque ubi aliquantisper frustra illum inuestigaueris, ad [f] quartam canis, hominis uerò tertiam sectionẽ conferes, huiusq; membraneo principio à uertebrarum, unde prodit, spinis longa sectione liberato, musculum ad suas, quibus inseritur, costas, à subiectis illi sedibus detrahes, nisi fortassis huius principium, quando capitis aggrediebaris musculos, à spina diremeris, & à [g] primo illorum musculorum pari auulseris. [h] Septimum canis, hominis autem quintum similiter à suis quoque, unde enascitur, spinis auferes, ac ipsum à dorsum hîc mouentibus musculis, & canis [i] sexto, hominis autem quarto thoracem mouentium, ad terminum, quo costis implantatur, liberatum thorace appendẽre sines. Postquam hos prædicta modò ratione administraueris, integrũ est singulos ad suum principium tuis manibus trahere, ipsorumq; motum, quo thoracem dilatare creduntur, obseruare, ac postmodum in totum à thorace illos reijcere. Vt uerò [k] quintum canis ad amussim examines, dummodo abdominis musculos aggredienti is sese tibi non obtulerit, aut eosdem nondum dissecueris, optarim te transuersa linea, recti musculi carnosam [l] partem, quæ pectus conscendere incipit, in totum diuidere, ac superiori parte hamulo aut digitis eleuata, eam à costarum cartilaginibus nouacula liberare. Conspicies enim unà cum carnosa musculi recti parte, latum illud ligamentum seu tendinem, à costarum cartilaginibus separari, atque, ut dixi, à carnosa recti parte enasci, ac quintum nobis inter thoracis motores enarratum musculum, recti abdominis musculi portionem censendum esse. Atque id quidem in canibus & caudatis simijs

*Primi administratio.*

*Secundi.*

*Tertij canis musculi administratio.*

*Tertij hominis. 4 canis.*

*Quinti hominis. 7 canis.*

d 6 ta. r.
e 6 tab. Q.
f u ta. F.
g u tab. A, A.
h u ta. Δ.
i u tab. Δ.
k 5 ta. r. ſ. t.
l Inter ſuprenum u & r.

inuenies, in hominibus autem (utpote quibus breuissimum pectus cõtigit) neutiquam, quamuis interim accuratè, num & is quoq; musculus homini obtingat, expendendum suadeo. Hæc intuitus,[m] quarti hominis, canis uerò sexti musculi caput, ab[n] undecimo dorsum mouente diuides, ac illum à costis omnibus dissecans, qui ipsis inseratur, inuestigabis. huius itaque functione obseruata, & ipso musculo à thorace abscto, intercostales musculi exteriores uniuersi manifestissimè oculis sese obijciunt. Quò autem & interiores cõtuearis, leui admodum sectione, in uno costarum interuallo, secundùm inferiorem costæ sedem, conaberis exteriorem musculum diuidere, ac paulatim hamulo eleuatum, ab inferiori separare, ilico enim ipsorum natura, & fibræ occurrent inuicem contrario situ incumbentes, quanquam & interiores, aperto thorace, rursus licebit examinare. Hortor interim, utcunque eos indagaueris, ut diligentissimè inquiras, num & interiores, & exteriores diuersis fungantur munijs, ac illi inspirationi, hi uerò exspirationi (aut contrà) famulentur, an simul omnes mea sententia eidem muneri præficiantur, omnesq; thoracem arctent. Quoniam autem iam antea, quæ peritonæo succinguntur, exempta sunt, iecur inquam, lien, uentriculus, intestina & renes, nulla sectione adhibita, inferior [o] septi transuersi pars, conspicua euadit, ubi mox duos inspicis circulos, membraneum unum, & carnosum alterum, ad hæc tria, quæ dixi, foramina, & tendines, ligamentáue lumborum uertebris adnata. Vt uerò fibras ad amussim, & tendines illos, reliquamq; sedem septi inferiorem exactiùs intuearis, peritonæum ab inferiori septi superficie manibus uenit dirimendum, quod in porcis citra omne fiet negocium, in homine autem & cane non item. Cæterùm ut superior septi pars thoracis amplitudinem respiciens, in conspectum quoque ueniat, in homine cultro aliquo mediocri, aut nouacula, aut paruo etiam cultello (quum cartilagines hominum, quàm canum & simiarũ molliores sint)[p] à primæ costæ cartilagine, quà ossi ipsius costæ committitur, sectionem ad infimam usque costam, per cartilagines utrinque molieris. deinde mucronata cartilagine, sinistra manu eleuata, ab inferiori ossis pectoris regione, & huius loci cartilaginibus septum transuersum abrades. Deinceps erectis cum pectoris osse cartilaginibus, [q] membranas interiori ossis sedi connatas, ac thoracis amplitudinem interseptentes, & uenas simul & arterias, è iugulo pectori exporrectas absecabis, donec pectoris os ab omnibus liberatum, cum cartilaginibus à thorace commodè auferas. Repositò itaque paulisper pectoris osse, à septo membranæ thoracis amplitudinem interseptentes, & cordis etiam inuolucrum, rescindentur,[r] quod longè secus, quàm Galenus undique arbitratur, magna sui parte septo in hominibus adnascitur, multò sanè aliter, quàm in canibus, & Galeni simijs. Insuper à septo neruos ipsi insertos, uenam cauam, & stomachum absecabis, id à lumbis sensim cum suis ligamentis abradens, liberatum uerò, ac mensæ exporrectum, rursus si libuerit, examinabis. Iam pectoris os in manus assumes, atque in parte ipsius interiori, secundùm illius longitudinem singulos utrinq; [s] musculos tenues, carnosos, & amplos exporrigí conspicies. licebit hos à pectoris osse ac cartilaginibus, nouacula acutiori liberare, & cuius motus autores sint, inquirere. Vbi & hos absecueris, interiores intercostalium contemplaberis, ac corde, pulmone, uenis, arterijs, stomacho, & si quæ alia in thoracis capacitate habentur, ablatis, thoracis musculorum administrationi summam manum impones.

*Quæri hominis 6 canis.*

*Septi transuersi.*

*Sexti hominis, canis octaui.*

*m* 12 *ta.* 4. *n* 12 *ta.* N. 13. *tab.* r.

*Pete hæc ex* 8 *tabula.*

*o* 7 *ta.* A.

*p uti factũ est in* 8 *tabula.*

*q Hæc petes à* 2 *fig. lib.* 6.

*r Specialiter* 3 *&* 4 *fig. lib.* 6.

*s* 8 *ta.* P.

## DE THORACIS LIGAMENTIS. Caput XXXVII.

DIGNIORA notatu thoracis ligamenta, ad duodecim thoracis uertebras spectant, unde & hæc cum reliquis dorsi ligamentis examinanda ueniunt. Costis autem ad uertebras nullum peculiare ligamentum obducitur, præter membraneum, articulis omnibus commune, quod hîc durissimum est, & cartilaginis naturæ particeps, atque id potissimùm [a] inter transuersi processus radicem, seu primæ costæ ad uertebram articulum, & transuersi processus apicem, uel secundum articulum accidit. Cartilagines ipsis costis non alligantur, uerùm uti dictum est, ipsa costarum ossa in illas degenerant. Pectoris ossi, qua cartilagines ipsi oblongis capitulis inarticulantur, nulla quoque propria adsunt ligamenta, nam duntaxat membraneum obtinet alijs articulis commune. Nihil enim pectoris os, in ligamentis sibi peculiare uendicat. Verùm ut & cæteris ossibus, membrana quædam, quam quòd os ambit, περιόστεον Græci uocant, pectoris ossi obducitur, atque hæc ualida ac quasi duplicata est, & hanc etiam ipsæ costarum cartilagines, unà cum costarum

*a* 3 *fi. ca.* 19 *ab a ad c. atque ita ex ossium sedibus ligamẽtorum pete naturã, quæ quum membranea sint, picturis nostris proponi nequeunt.*



costarum ossibus communem exigunt. Atque hæc in thoracis constructione illa est membrana, quæ Veteribus Altera costas succingens tunica nuncupabatur, ut scilicet una sit continua, totam ambiens thoracis cauitatem, peritonæi naturam seruans, altera autem singulis costis propria, ipsisq; & pectoris ossi omni ex parte obuoluta. Licebit itaque eiusmodi membranas & ligamenta, exiguis cultellis in pectoris osse & cartilaginibus obseruare, quæ autem costas uertebris committunt ligamenta, non nisi ablatis dorsum mouentibus musculis, opportunè aggrediuntur.

## DE MVSCVLIS DORSVM MOVENTIBVS. Caput XXXVIII.

MVSCVLORVM sanè uicinitas, ilico musculis caput mouentibus illos, qui dorsi motibus præsunt, subiungi oportuisse nobis insinuat. Verùm quum ante thoracis & abdominis musculos, dorsum agentes musculi aptè administrari nequeant, nunc primùm eorum quoque sermonem aggredi tempestiuũ fuerit. In quo me Hercule (si modò in aliqua musculorũ enarratione ossium cognitio necessaria sit) memoriam in promptu habere oportet, eorum quæ superiori Libro de dorsi fabrica narrauimus. Non altiùs itaque uniuersum dorsum in ceruicem, thoracem, lumbos, sacrum os, & coccyx os partientes, neque diuersam uertebrarum articulationis rationem repetentes, neque etiam duodecimæ thoracis uertebræ, aut quæcunque ea sit, quæ suprà infraq; suscipitur, & ossis sacri quietem enarrantes, quot motibus dorsum agatur, modò recensemus. Vniuersum dorsum à capite ad sacrum usque os, instar semicirculi quodammodo in neutrum latus inclinans flectitur, deinde in rectam ueluti lineam, in neutram uergens partem erigitur, postea in latus quoque, nec antrorsum, nec retrorsum exporrectum, instar semicirculi quoque inuoluitur, ut iam quatuor simplices sint dorsi totius motus, flexio scilicet, & extensio, & ad dextrum, ac sinistrum latus inclinatio. atque hi motus (si qui alij corporis) in obliquum quoque seu in alteram partem uergentes fiunt. Flectimus enim dorsum non solùm rectà, sed etiam dextrorsum aut sinistrorsum magis inclinatum. sic etiam, quum ueluti in semicirculum ad latus id inuoluimus, ad anteriora quoque, & ad posteriora, non autem solùm rectà in latus, illud ducere ualemus. Rursus hos motus, uti iam diximus, totum simul peragit dorsum, aut dorsi parte, quæ sub ceruice est, quiescente, sola ceruix eisdẽ prorsus, quos iam toti dorso tribuimus, motibus pollet, quos non solùm quiescente reliqua dorsi parte ceruix obit, sed etiam reliquo dorso, aut flexo, aut extenso, aut in latus inclinato, quandoquidem laxè admodum & priuatim ceruicem mouere homini utilissimum fuit, & imprimis quum in contrarios oppositosue motus reliquis dorsi partibus ceruix agi queat. Vtcunque enim lumborum uertebras unà cum thorace in anteriora flexeris, atque in flexione reseruaueris, nihil obstiterit, quo minùs ceruix in posteriora ualidè reclinari extendíq; possit. Lumborũ autem uertebrarum motus, à thoracis uertebrarum motu non admodum distinctus est, unà enim ferè mouentur, præterquam quòd lumborum uertebris, laxior motus in omni differentia cõcreditus sit, quod tum costarum uertebris thoracis adnexarum occasione perficitur, tum etiam musculorum, qui ipsis motibus præficiuntur. Totus enim thorax unà quodammodo in latus inclinatur, quum tamen singulæ lumborũ uertebræ priuatim id magis possint. Verùm ut hæc omnia ossium articulatio commonstrat, ita multò maximè hos motus ipsi spinales dorsalesue musculi docent, nimis quàm frigidè, & nequaquam omnes à Galeno descripti. Erunt autem omnes utriusque lateris [a] musculi simul in minimum numerũ redacti, sexdecim, octo nimirum paribus complexi, quorum ceruicis primùm recensebimus, ab illis qui sub [b] stomacho latitare dicuntur, exorsi.

Primus itaq;, qui [c] parem in altero latere secundum habet, à quintæ thoracis uertebræ corporis latere, ubi ipsi costa coarticulatur, principium sumit, quod carneum tenueq;, & acuti instar anguli uisitur, & sursum obliquè conscendens, uersus medium magis quartæ thoracis uertebræ corporis, obliquo fibrarum ductu proficiscitur. Illæ nanque ab exterioribus, sursum obliquè in interiora prorepunt adeò, ut iam ad tertiæ thoracis uertebræ corpus utriusq; lateris musculi ampliores facti, inuicem quodammodo uiciniores fiant, in exortu enim tantùm ab inuicem distabant, quanta corporis uertebræ est latitudo. Atque hanc seriem (ut scilicet ex inferioris uertebræ corporis latere, principium seu explantationem ducant, atque magis uersus medium superioris uertebræ corporis insertionem moliantur) perpetuò seruant, quousq; sensim mutuò appropinquantes, ad anticam primæ ceruicis uertebræ sedem usq; conscenderint

*Figura cap.* 14. *li.* 1. *hæc ferè proponit.*

*Quot motibus dorsum agatur.*

*Sedecim dorsum mouentes musculi.*

*Primus ac secũdus, seu prẽmum par.*

*a* Seorsim *singulos ad notabimus.*
*b* 7 *tabu.* E *aut* 14, 15 A, B.
*c* 8 *ta.* A, B. 7 *ta.* C, C.

scenderint, cuius ibidem extuberanti [d] processui, neruosa insertione simul ambo coëuntes, tanquam trianguli uertice inseruntur, non admodum manifestè occipitis ossi, ad anteriorem dorsalis medullæ foraminis [e] sedem implantati. Ego hos musculos duorum duntaxat loco, ut scilicet unus utrinque habeatur numero, quamuis ex Galeni sententia singulos, duorum uice, aut trium etiam nonnulli enumerasse uideantur, quod quibusdam (uti opinor) inscriptionibus, secundùm ipsorum fibrarum ductum exporrectis, instarq; albæ lineæ apparentibus animum attenderint. quamuis interim hæ neque semper eædem, neq; tam paucæ appareãt, ut eorum beneficio utrinque solùm duo tres ue recenseri possent musculi, deinde etiam longè minus penetrant, quàm ut in plures musculos alterius lateris musculum distinguere possent. At si musculi principijs insertionibusq; dissectionum Proceres attenti fuere, multò pluribus, quàm tribus musculis hic noster conformaretur. nam tres musculi ad tres superiores thoracis uertebras ducerentur, & septem ad septem ceruicis, quare longè satius est, utrinq; unum enumerare musculum, aut, uti iam dixi, decẽ. Duobus his musculis ceruix proprio motu, & obscurè caput ipsum flectitur, si enim utriusq; musculi partes simul omnes egerint, recta efficietur ceruicis flexio, uertebris scilicet mutuò sese succedentibus, at si alteruter tantùm in se colligatur, in contracti latus ceruix inclinabitur, uti etiam musculi exortus, insertio, & fibrarũ ductus, ipsiusq; continuitas, luce clariùs commonstrant. Cæterùm hi musculi non solùm ceruicem creduntur flectere, at etiam, uti paulò pòst audies, thoracis uertebras superiores. Quod uerò Galenus parum rectè in Decimotertio de Partiũ usu hos musculos caput releuare, & sursum ducere docuerit, etiam si non prolixiùs id modò exequar, neminem latere sat scio. [f] Tertius & quartus, quorum alter in dextro est latere, alter uerò in sinistro, ad hunc modum habent. Dexter ex superiori exterioriq; primæ thoracis costæ sede, carnosus amplusq; enascitur, ex totius nimirum dextri lateris primæ costæ sede, quæ à uertebris ad eam usque costæ ossis [g] regionem pertingit, quæ iam in cartilaginem degeneratura est. Musculus ex hac enatus basi, sensim arctatur, & in omnium ceruicis uertebrarum transuersis processibus, interiori ipsorum sedi implantatur, fibras sursum obliquè introrsum producens. Fibræ enim à costæ regione uertebris proxima principium ducentes, in transuersum septimæ ceruicis uertebræ processum inseruntur. Deinde huic sedi proximè in ortu subsequentes, transuerso sextæ uertebræ processui adnascuntur, atque ita continua semper serie insertionem moliuntur, ut illæ tandem, quæ costæ cartilagini proximæ sunt, primis ceruicis uertebris implantentur, totusq; musculus triangularem figurã referat, cuius primum latus primæ thoracis costæ exporrigitur, cui & id priuatim obtigit, quod [h] foramine quodam peruium sit, quo axillari uenæ, & arteriæ, in brachium excurrentibus iter exhibet. Secundum autem latus ad ceruicis longitudinem, ipsiusq; in transuerso processus insertionem fertur. tertium uerò, à costæ cartilagine, ad transuersum primæ ceruicis uertebræ processum. Huius musculi & sui coniugis functionem orationi adijciam, ubi quintum & sextum expressero. [i] Quintus itaque, qui sextum in sinistro latere sibi parem sortitur, principiũ in dorso assumit, ex transuersi sextæ thoracis uertebræ processus radice, ad primum eius uertebræ posterioris processus, seu spinæ exortum. Hinc ascendens ex reliquarum quinque superiorum thoracis uertebrarum transuersis processibus enascitur, sensim crassior ualidiorq; redditus, quousq; admodum pertinaciter in externam sedem transuersi processus septimæ ceruicis uertebræ, insertionem tentet. huic enim primùm musculus inseritur, & deinde reliquarum omnium ceruicis uertebrarum transuersis processibus, ad [k] exteriorem eorundem sedem, quanquam inualidam, & non admodum patentem, in [l] transuersum primæ uertebræ processum implantationem (ut neque etiam tertius musculus) perficiat. Quinto itaq; & tertio musculo, qui dextris uertebrarum processibus inseruntur, ceruix duntaxat in dextrũ latus inclinatur, recto quidem ductu, utrisque musculis unà laborantibus, obliquo autẽ, alterutro duntaxat se colligente. Tertius enim, quiescente quinto, in latus quidem, sed magis antrorsum ceruicem inclinat, quintus autem in posteriora magis.

[m] Septimus musculus, cui in sinistro latere octauus respondet, à septimæ thoracis uertebræ spinæ radice, deinceps & à reliquarũ succedentiũ uertebrarum spinarum quoq; radicibus, ubi inuicem uertebræ articulantur, principium sumit, non autem à spinarum lateribus, quæ [n] musculo occupantur, quem decimumquintum enumerabo. Quando septimus hic musculus sensim ad ceruicem exporrectus, infimam ceruicis uertebram contingit, uehementiùs ampliorisq; sede ab illà enascitur, & obscuram admodum insertionem illarum fibrarum, quæ à thoracis uerte-




*Præsenti figura musculi, quem hic describimus, fibrarũ naturã & seriẽ, ac latera ruditer delineauimus. Significet igitur A ad B, ipsius latus uertebris exporrectũ, C ad B, latus secundùm costã ductum. C autem ad A latus, quod ab anteriori costæ sede, obliquè sursum ad musculi apicem contendit.*

*Tertius & quartus.*

*Quintus & sextus.*

*Musculi 3, 4, 5, 6, munus.*

*Septimus & octauus.*

d 2, 10 fig. cap. 15 lib. 1 M.

e 1 fi. ca. 15 li. 1 G.

f 7 ta. G. 8 C. 14 ta. N.

g 1 fig. 19 ca. li. 1 A, B elatissima.

h Id expressimus in tabulis epitomes horum librorum.

i 13 ta. H.

k 9, 10 fig. ca. 15, li. 2. & 8 fi. cha. 5, 6.

l 2, 3, fi., ca. 5 lib. 1 S.

m 14 ta. C. 13 ta. I.

n 14 ta. Y.



uertebris originem duxere, in illius uertebræ spinam molitur. Reliquis autem ceruicis uertebrarum spinis ualidè innascitur, atque ab earundem transuersorum processuum radice, noua semper initia educit, enatas perpetuò fibras spinæ superioris uertebræ tantisper inserens, donec ualidissimè in totam [o] inferiorem spinę secundæ ceruicis uertebræ sedem implantetur, dexterq; musculus sinistro coniungatur, uti et toto per ceruicẽ progressu mutuò accumbunt, hærentq; duntaxat uertebrarum spinis inuicem dirempti. Horum musculorum fibræ, non prorsus rectà sursum conscendunt, uerùm ab exterioribus sursum modicè introrsum feruntur, quare etiam & hi quoq; musculi obliquis præsunt motibus. Si enim septimus unà cum octauo cõtrahatur, recta ceruicis peragetur extensio, aut sinistro laborante, & quiescente dextro, sinistrorsum extensio fiet. Quemadmodum solius dextri lateris musculo contracto, in dextrum quoque latus ceruix magis extenditur. Atque hi omnes, ceruicis potissimùm famulantur motibus, ac inter musculos caput agentes subinde recensentur, etiam si caput secundariò duntaxat moueant.

*Nonus & decimus.*

[p] Nonus autem & decimus, quorum utrinque etiam unus est, in illorum musculorum habentur numero, qui ψόαι, & νευρομήτραι, & ἀλώπεκες Græcis dicuntur, quanquam Clerachus exteriores quoque, quos [q] undecimum, & duodecimum, & [r] decimumtertium, & decimumquartum in sermonis progressu numerabo, sic appellauerit. Quàm uerò dilucidè uereq; Galenus hos musculos, seu lumborum carnes (ut Interpretis uoce utar) descripserit, & num etiam simiæ, aut cani (qui hîc musculis admodum ab homine uariat) ipsius enarratio conueniat, penes te esto iudicium. Ipsa enim simiæ non admodũ quadrat, & longè minus homini, quod tum demum (si modò Galeni, uti sanè debemus omnes, studiosus fueris) abundè intelliges, quando hæc nostra adhibitis sectionibus, cum ipsius oraculis contuleris. Nolo enim prolixiùs sermonem uera narrantem, & aliàs satis diffusum quibusdam disceptationibus hîc interturbare, id satis esse ratus, si mea hæc cum Galeno pugnare moneam. In lumbis itaque, quando iam omnia intestina simul cum peritonæo resecta sunt, in hominibus utrinque tantum [s] duo apparẽt musculi, quorum alter femoris famulatur motibus, alter uerò huius Capitis nonus, erit dorsi motuũ opifex. Qui femoris motui præest, in Capite musculorum femur mouentium sextus habebitur, quanuis nunc obiter Galeni gratia, illum & hîc describere nihil prohibeat, ut præsens sermo, Galeni de lumborum carnibus enarrationi abundè conferri possit. Ab undecimæ itaque & duodecimæ thoracis uertebræ corporis latere, quo costarum tuberculum excipit, carnosus [s] oritur musculus, qui etiam à duarum, aliquando & trium, superiorũ in lumbis uertebrarum corporibus carnosum similiter initium ducit, quod collectum teretem efficit musculum, ab interioribus deorsum uersus exteriora obliquè descendentem, & semper quousque coxendicis [t] os contingat, carneũ. [u] inibi enim arctatus & excarnis redditus, in teretẽ finit tendinem, qui tandem in [x] minorem interiorem ue femoris processum [y] insertus, femoris flexui auxiliatur. Hic musculus in lumbis modò magis, modò minus apparet liuidus, & potissimum iuxta ipsius tendinis productionem. Atque hic unus lumborum interiorũ est, non quòd lumbi uertebrarum motibus præsit, sed quòd hîc situm exigat. [z] Musculum autem, qui ex ilium ossis cauitate enatus, eandem cum prædicto in femur insertionem molitur, in lumborum musculorum numerum, uti nemo, quòd sciam, & hactenus, non repono. At [a] secundus lumborũ musculus insignis, crassus & carnosus est, priori subiectus, sed illo longè breuior & amplior. Enascitur enim ex [b] posteriori superioriq; ossis iliũ cauitatis sede, quæ è regione superioris [c] sedis primi sacri ossis transuersi processus habetur, deinde etiam ex tota illa ossis sacri quoque parte, musculus iste carneo crassoq; admodum principio exoritur, & modicè angustior redditus, sursum ad duodecimam ultimamq; thoracis costam protenditur, cui carnea insertione inferiori in parte inseritur. Ab interno autem latere musculus iste [d] transuersis omnium quinque lumborum uertebrarum processibus, secundùm ipsarum longitudinem, ab interna sede inseritur, lateribus etiam uertebrarum, unde nerui primum emergũt, applantatus adeò, ut quadrangulum musculus hic cõstituat. Cuius unum latus in ilium osse, & sacro, ad exortus radicem censetur. secundũ duodecimæ thoracis costæ longitudinis pars, tertium ipse lumborũ uertebræ. quartum uerò à duodecima costa, ubi iam à duodecima uertebra aliquousque abcessit, ad externam exortus partem producitur, quæ propemodum ad [e] medium ossis ilium spinæ longitudinis consistit. Fibræ autem ipsius, ab exterioribus introrsum obliquè ad superiora ascendunt, & quæ ab osse sacro principium ducunt, quintę & infimæ lumborum uertebræ inseruntur. quæ autem has ordine insequũtur, sensim in superiores uertebras desinunt. Huic musculo, qui inter dorsum mouentes nonus mihi enumeratur, & decimo, qui noni musculi cõiunx est, inse-




*Præsens figura musculi, quem hîc persequimur, circũscriptionem aliquo pacto pro ponit, & D ad B latus, quod modò primum appellatur, terminat. C ad A, secundum. A ad B, tertiũ. C ad D, quartum.*

*In Quinto, et sectõ de Admi. sectio.*

*Qui musculi in anteriori lumborum sede occurrant.*

o 7 fi. cap. 15 lib. 1 f.

p 7 ta. u. 8 tab. x. 13 x, 14 P.

q 13 tab. r.

r 14 ta. T.

s 8 ta. a.

t 1, 23 fig. ca. 29 lib. 1 T.

u 8 ta. b.

x 1, 2 fi. ca. 30 lib. 1 a.

y 13 ta. β. 14 ta. c.

z 8 ta. A.

a 8 ta. z. 14 ta. P.

b 3 fi. ca. 29 lit. a sedes ad sinistrũ K, K consistens.

c ad Z 1 fi. ca. 18 lib. 1.

d Si ex musculorum tabulis ossium serie non assequeris illam ex tribus ultimis libri 1 petes.

e ad elatius K 3 fi. cap. 29 lib. 1.

inferioris dorsi partis, lumborum scilicet uertebrarum, flectendi munus concreditum est, ipsiq; ambo duntaxat, illius motus autores sunt. Sed quum horum utrinq; unus consistat, & is obliquis donetur fibris, præsentes musculi obliquam quoque flexionem molientur, prout hic ille ue solus in se colligitur. Sola itaque inferior dorsi pars, proprios musculos flexionis opifices ex igit, quorum etiam beneficio media dorsi pars, ipsæ uidelicet thoracis uertebæ, [f] quorum cor pora sunt excarnea, nõnihil inclinãtur superioribus scilicet, unà cũ ceruice, inferioribus uerò, simul cum uertebris lumborũ inflexis. Quanquam non ineptè fortassis quispiam dixerit thoracis flexioni (quæ non nisi uniuerso thorace simul inflexo perficitur) etiam [g] rectos abdominis musculos, thoracẽ deorsum trahentes, suppetias ferre. Supersunt ad huc enarrationi sex musculi, in utroq; latere terni, in exteriori dorsi sede repositi. [h] Vndecimus itaque & duodecimus dorsum mouentium utrobiq; sunt singuli, & soli duntaxat ex sex adhuc recensendis Galeno cogniti, quanuis etiam neque undecimi seu duodecimi (quum par utriusque sit ratio) descriptionem rectè nobis tradiderit. Vndecimus enim, quem in dextro latere, uti duodecimum in altero reponimus, ex longioribus totius corporis est [i] musculis, ab infima nanque ossis sacri sede, ad primam usq; thoracis uertebram exporrigitur, illi thoracis [k] musculo natura similis, quem ipsi in exortu, & in lumbis progressu connatum, atque in omniũ costarum radicibus, ubi primùm à transuersis uertebrarum processibus abscedunt, insertionem moliri diximus. Hic enim dorsi musculus, de quo in præsenti sermonem instituimus, ex totius ossis sacri spinæ summo, secundùm ipsius longitudinem, & deinde ex spinis quinque uertebrarum lumborũ, nerueo ualidoq; admodum principio enascitur, quod [l] illi, quem in tota serie decimumtertium appellauimus, insternitur. At principium id tota quoque ossis ilium interna sede, [m] quæ extra transuersam ossis sacri regionem prominet, carnosum omnino educitur, & ut sedes, à qua musculus exoritur, acuta est, [n] ita quoque acuti instar anguli musculus uisitur. Hinc sursum ascendens, atq; ueluti dicebam, admodum neruosus crassus que, ab ossis sacri & uertebrarum lumborum spinis principium ducens, carnosior paulatim ad externũ ipsius latus efficitur, transuersis lumborum uertebrarum processibus insertus, ac ueluti teretis musculi imaginem [o] carnosa sua sede exprimens. Si enim & [p] neruoso ipsius, quod ex spina pendet principio attenderes, latior multò quàm profundior dicendus esset, attamen externa ipsius sede læuis æqualisue est, interna autem parte, propter suę carnosæ partis crassitiem, & neruosæ tenuitatem, secundùm ipsius longitudinem [q] sinus quodammodo illi incisus uidetur, quo decimotertio nobis enarrando musculo cedit, & locum porrigit. Vbi uerò ad undecimã usq; thoracis uertebrã conscendit, arctior longè redditus, neq; reliquis superiorum uertebrarum spinis adeò connatus, sensim ad primam usque thoracis uertebram angustior redditur, transuersis omnibus thoracis uertebrarum processibus innixus, quibus singulis ex interna sua sede, [r] tendinẽ instar ansulæ cuiusdam exporrigit, ipsorum processuum apicibus, & ueluti costæ cum ipsis articuli termino insertum pari omnino modo, quo [s] quartus hominis thoracem mouens musculus, qui costis singulis tendinem quoq; offerebat, uerùm is thoracis musculus ab externo ipsius latere eiusmodi tendines remotiùs à se dispargit. Dorsi autem musculus, non ex altero latere, sed potiùs ab interna anteriorique sede tendines emittit, non recto tramite, uerùm obliquè uersus exteriora sursum expansos. Quemadmodũ etiam musculi fibræ, omnes obliquæ sunt. Vnde quoq; euenit thoracẽ lumbosq; horum musculorũ, undecimi scilicet & duodecimi ope, rectà, & etiam in latera extendi. Ambobus enim æquè contractis, tota illa dorsi pars, cui præsentes musculi inseruntur, in neutrum latus uergens extenditur, at altero tantum protenso, in ipsius latus spina inuoluitur extensionem experta, quod sanè nihil minori negocio, quàm ipsa sectio docet. [t] Decimus tertius, cui in sinistro latere decimusquartus respondet, atque sub [u] undecimo occulitur, ab illa ossis sacri sede [x] principium obtinet, quæ ab ipsius spina ad connexum eius, cum ilium osse pertinet. Atq; ut illa sedes sursum ascendens modicè latescit, ita musculi huius quoque initium, infima sede acutum est, & latius modicè redditum, tandem ad transuersum quintæ lumborum uertebrę processum ducitur, & illic reliqua ipsius sede latior redditus, à transuersis reliquarum uertebrarũ processibus initium ducens, [y] ad undecimæ usque thoracis uertebræ spinam conscendit, & gracilior tenuiorq; factus, inibi ad undecimæ thoracis uertebræ spinam in acutum angulũ finitur. Exortus, quem decimustertius musculus ab osse sacro ducit, sui coniugis exortui contiguus est, quemadmodum etiam per reliquum in altiora progressum præsentes musculi inuicem cõmittuntur. Vtrique enim sese inter spinarũ interualla insinuantes inuicem internis lateribus cõmittuntur, tantũ mutuò dehiscentes, quanta ligamenti est crassities, quod inter spinarũ interualla reponi secundo ab hoc Capite auditurus es. Horum musculorum fibræ, ab inferioribus sursum uersus interiora obliquè assurgunt, & ex inferiorum uertebrarum transuersis processi-

*Vndecimus & duodecimus.* *Ad finem 5 li. de Admi. sectionibus.* *Decimustertius & 14.*

f Ostendit hoc 8 ta.
g 5 ta. a.
h 13 ta. r. 21 ta. N. 14 ta. bula Q. B, S.
i 16 tab. L & a ac alij ferè tibiam mouentes. li 12 tab. a.
k 14 tab. T.
l 14 tab. T.
m Quæ cõsistit ad finistrum H. li 3 figu. cap. 28 lib. 1.
n 14 ta. S.
o 14 ta. Q.
p 14 ta. R.
q 14 ta. inter Q & R.
r 13 ta. M, M.
s 12 tab. a. dein 88, 88.
t 14 ta. T.
u 14 ta. Q. R, S.
x 14 ta. V.
y 14 ta. X.



processibus, & spinarum radicibus enatæ, in totam superiorum uertebrarum in posteriori sede amplitudinem perpetuò sese inserunt. Quotiescunque igitur utriusque lateris musculus in se colligitur, suasq; fibras contrahit, lumborum uertebrarum, & si quæ thoracis sub uertebra utrinq; suscepta reperiantur, spinæ ad se inuicem conniuent, earundemq; interualla constringuntur adeò, ut simul contracti musculi totam illam spinæ partem, cui committuntur, appositissimè extendant. at altero in se tantùm collecto, in obliquum hæc dorsi pars extenditur, latera lemque illam in semicirculum quodammodo inuolutionem patitur. [z] Decimusquintus & decimussextus, utrinque etiam unus, ab undecima thoracis uertebra ad primam usque ipsius protenduntur, totam spinarum amplitudinem, quæ ab ipsarum radice ad apicem usque consistit, amplexantes, & uti postremo loco dicti, omnino carnei, sed ualidissimis neruosisq; fibris admodum intertexti. Hi musculi [a] ad duodecimam thoracis uertebram, aut ad eam, quæ utrinque suscipitur, tenues sunt, quemadmodum decimitertij quoque ad eandem uertebram insertio tenuis prorsus uisitur, at sursum exporrecti paulatim crassescunt, [b] quousque ad quintæ thoracis uertebræ spinam ascendunt. hîc enim tota sua mole crassiores euadunt, & sursum tensi, denuò [c] extenuantur, ut propter primæ thoracis uertebræ spinam, parẽ crassitiem, cum illa, quæ ad undecimam est, sortiantur. His quoq; musculis interualla spinarũ opplentur, & inuicem inibi contigui sunt, quum inter illos, ut & in lumborum uertebrarũ spinis, nihil mediet, præter membraneum ligamentum à superiori spina, in inferiorẽ porrectum, & illo ligamento respondens, [d] quod inter radium aculnam, & tibiæ os ac fibulam, quà hæc ossa inuicem dehiscũt, haberi dicam. Functio uerò horum musculorum potissima est, spinas, quibus inseruntur, mutuò colligere, atq; ita eam dorsi partem, cui adnascuntur, cum reliquis musculis extendere. Sed ut præsentes musculi inter reliquos dorsi motuum autores, rectis fibris magna ex parte donantur, ita quoq; ipsi admodum modicè obliquis motibus præsunt.

z 14 ta. Y.
a iuxta X 14 ta.
b fol. Y 14 ta.
c propter a 14 ta.
d 7 ta. V inter S & T.

## *MVSCVLORVM DORSVM MOVENTIVM administratio. Caput XXXIX.*

DORSVM mouentium musculorum administrandi ratio iam in promptu est, si huc usque sectionis nostræ seriẽ obseruaueris. In anteriori enim dorsi parte, illi etiam citra sectionem conspicui sunt, quos [a] primum, & secundum nominauimus. si uerò horum ortum, & insertionem lubet ex actiùs condiscere, illos à suis uertebris paruo & acutiori cultello abrades. Deinde [b] tertio à prima thoracis costa liberato, qui transuersis ceruicis uertebrarum inseratur processibus, examinabis. In lumbis quoniam peritonæum, & septum quoq; transuersum auulsa iam sunt, si hominem diuidis, licebit musculum, quem nos [c] primum in lumbis recensuimus, ac femoris motibus famulare diximus, suo principio à uertebrarum corporibus liberare, & ad coxendicis usque os, à subdito illi [d] musculo, qui noster lumborum secundus est, dorsum autem mouentium nonus, solis manibus diuellere, ut omni ex parte nonus musculus in conspectum ueniat, quem ab osse ilium & sacro osse erasum, à transuersis lumborum uertebrarũ processibus, & earundem corporibus, & duodecima thoracis costa acutiori cultello discindes, eius naturam munusq; non oscitanter intuitus. At si canis, aut caudata simia ad manum sit, primò illum dissecabis, quem in illis animalibus membraneo neruoq; principio, à coxendicis ossis elatiori sede enasci conspicies, quiq; obliquè uersus interiora sursum ascendens, ac carnosa auctus substantia, in superiorum lumborum & inferiorum aliquot thoracis uertebrarum corporibus inseritur, dorsi quoque flexioni subseruiens, quam canes in circulum magis, quàm homines moliuntur. Si enim hunc indagaueris, Galeni de lumborũ carnibus enarratio, tibi aliquantulo reddetur dilucidior. Hoc igitur quo homines de stituũtur adempto, reliquos duos canibus & hominibus in lumbis cõmunes in cane quoq; dissecabis, ut nõnullam in illis quoq; musculis differentiã Galeni intelligendi gratia intuearis, & mireris pariter, quid Galeno in mentem uenerit, quòd subinde aliorũ Anatomicorũ uera euertat dogmata, quòd secus corporis humani partes docuissent, quàm ipse suarum similarum partes obseruauerat. Atque ita demum ipse expendito, quoties propter pietatem in Galenum, ab ipsius locis à ueritate absonis mihi temperem, eorumq; uolens nullam mentionem faciam, simulq; breuitati parcem. Resupinato igitur iam cadauere, [e] quintum musculum à thoracis uertebris, paruo cultello continuò derades, donec illum in omnibus insertionibus conspexeris. Huic [f] septimus succedet, similiter à uertebris deradendus. At in hac functione cauendũ est, ne [g] decimiquinti musculi portionẽ septimi loco abscindas, inuicẽ enim pertinaciter hærent, & decimus

a 8 ta. A, B.
b 8 tab. C.
c 8 tab. e.
d 8. z.
e 13 tab. H.
f 14 ta. O.
g 14 ta. Y.

*Administratio primi & 2.* *Tertij & 4. Noui & 10.* *Ad finem 5 de Admi. dissectionibus.* *Quinti & 6 administratio.* *Septimi & 8.*

*Vndecimi & duodecimi.*

decimusquintus ſeptimi muſculi principium aliquouſque [h] ſubit. Nunc nouacula, aut ualido acutioriq; cultello, ſecundùm ſpinarum in lumbis & in oſſe ſacro ductum, tentanda eſt ſectio, quæ [i] undecimi muſculi principium à ſpinis liberet. Ne uerò ſimul [k] decimumtertium (ut Galenus proculdubio in ſimijs alioquin ad ſectionem aptiſſimis fecit) imprudens auferas, ac decimi partem eſſe arbitreris, ſectio illa non altiùs inijcienda eſt, quàm ut undecimi duntaxat exortũ diuidat, atq; huius craſſitiem facilè cõiecturabis, ſi paruo cultello muſculũ à tranſuerſis lumborũ uertebrarũ proceſſibus eleues, atq; à decimotertio ſubleuatũ, ad ſpinas quoq; uertebrarum illũ inuertas. Hoc itaq; muſculo à lumborũ, & oſſis ſacri ſpinis liberato, cauendũ eſt, ne illũ thoracis uertebrarũ ſpinis adeò connatũ arbitreris, ut [l] decimũquintum muſculum unà cum undecimo auferas, atq; cum reliquis omnibus Anatomicis hallucineris. Poſtquam igitur internum muſculi latus, utcunque à ſubditis connatisq; ſibi partibus diremptum conſpexeris, ab ilium quoq; oſſe deradetur, & principio ipſius apprehenſo, ſenſim muſculum attolles, ipſum ab illis, quibus inſeritur, partibus liberans, ut tandem intuearis [m] tendines illos, quos à ſe aloës radicis inſtar, in tranſuerſorum thoracis uertebrarum proceſſuum apices elegantiſſima ſerie digerit. Hoc adempto, citra aliam ſectionem [n] decimuſtertius, & [o] decimuſquintus, ſunt in conſpicuo, ut tamen illorum naturã ad amuſſim inquiras, neceſſum eſt & hos quoque à uertebris ſedulò deradere, quod ſanè in ſpinæ muſculis eo operoſiùs præſtiteris, quo ijdem pluribus oſſibus & innaſcantur, & à pluribus ortum ducant. Ob quod laudandus etiam uenit rerum Opifex, qui ita muſculos hos fabrefecit, ut ſeorſum unamquanq; dorſi partem ſuccedentibus motibus agere poſſimus, ne ſimul uniuerſum, multas actiones impedituri, mouere cogamur. Cæterùm ubi & hos abſtuleris, tranſuerſam duces ſectionem, quæ ſacrum os & infimã lumborum uertebram, ab anteriori ſede, ad dorſalem uſque medullã penetret, ut deinde inflexo unà cum coſtis thorace, dorſum ab oſſe ſacro diuidere queas, uertebrarum ligamẽta iam indagaturus.

*Decimitertij & 14, 15, 16.*

h 1 Ad 14 tabulæ. i 13 tab. T. k 14 tab. T. l 14 tab. T. m 13 ta. M, M. n 14 ta. T. o 14 ta. T.

## *DE VERTEBRARVM LIGAMENTIS.* Caput. XL.

*Ligamenta uertebrarum corpora committentia.*

*Li. de Oſſibus.*

LIGAMENTA primam uertebrã capiti, & ſecundam primæ, & ſecundam rurſus capiti colligantia ſuperiùs enarraui, [a] quæ autẽ reliquas uertebras inuicem cõuinciunt, nunc pertractabo, ab illis, quæ uertebrarum corpora colligant, ſermonis facturus initium. Inter ſecundæ itaq; & tertiæ uertebræ ceruicis, ac deinceps inter reliquarum omniũ uertebrarum corpora, [b] ſubſtantia quædam reponitur, quam Galenus Cartilaginem uocat, & qua uertebras inuicẽ haud colligari, aliter, ac qui illum præceſſerunt diſſectionis Proceres, aſſerit. Nam nõ huius cartilaginis beneficio ipſas cõmitti uult, uerùm tertiæ dorſalis medullæ tunicæ inter uertebrarũ corpora ſe inſinuãtis interuentu. Cuiuſmodi uerò ſit tertia hæc tunica, in dorſalis medullæ ſermone perſequar, tunc nimirũ, quando præter duas cerebri membranas, dorſali medullæ proximè adnatas, uertebrarũ amplitudinem (quæ dorſali uiam præbet) membrana quadã oſſibus undiq; cõnata ſuccingi audies. Eiuſmodi in uertebrarum amplitudine occurrẽs membrana, nihil prorſus, niſi fortaſſis craſſitie ab illa differt, quæ quoniã oſſi circũducitur, περιόστεον Græcis nuncupatur. Num uerò Galeni ſentẽtiæ, an Veterũ illorũ, qui in diſſectionibus, quantũ Galeni ſcripta liquidò oſtendũt, admodũ fuere ſeduli, accedendum ſit, penes te eſto iudiciũ. Nam & ſi humanũ cadauer ad manũ non ſit, nõ tamẽ fieri poterit, quin tibi iam à lectione ſurgẽti, alicuius animalis dorſum menſę adhibeatur, uel etiãſi piſce ueſcendũ erit, ac proinde uel ludi cauſa (dummodo diuina illa Diui Hippocratis in Libro de Articulis oracula non faſtidiueris) unã uertebram ab alia ſeiungito, & quacunq; etiam corporis adhibita cartilagine, tecum perpendito, num illa uertebrarũ cartilago, exquiſitæ cartilaginis naturam obtineat, num uerò ligamẽti cartilaginoſi. Hac enim ratione manibus pedibusq; in Veterum ſententiam, relicto procul Galeni placito, iturus es, neq; tibi perſuaderi ſines, membranam quandã, cuius beneficio uertebræ inuicem cõnecterẽtur, duci inter uertebræ os, & cartilaginem hanc ligamentoſam, fibroſam, mollem, mucoſam, neq; cartilaginis modo ſolidam cõtinuam'ue, ne fortè duntaxat de duritie loqui uideamur. Quum tamen hæc expendes

a Neque hæc etiam ligamenta ſecus, quàm quis ad oſſium circumſcriptionem fingere poſſet, proponere nobis licuit, quare etiam ad eſſate conſeres.

b ſi. ca. 14 li. 1 R, R.




*Vt leuiori negocio, quæ hîc pertracto, aſſequaris, duas è thorace uertebras, anteriori facie ex puerili corpore depictas habes. In quibus 1 notat ſuperioris uertebræ cartilaginem, ſui corporis inferiorẽ appendicem, ipſumq; corpus interuenientem, 2 eiuſdẽ uertebræ humiliorem appendicem, 3 cartilagineũ ligamentum, ſuperioris inferiorisq; uertebræ appẽdices intercedẽs, 4 ſuperiorem inferioris uertebræ appẽdicem, 5 cartilaginem, dictam modò appendicem ſuæ uertebræ copulantem.*



pendes, ſedulò cauendũ eſt, ne in agni aut hœdi, aut recens nati uituli ſpinã incidens cartilago, inter appendicẽ corporis uertebræ, & ipſum corpus repoſita, tibi imponat, illamq; cartilaginẽ eam eſſe arbitreris, de qua hîc ſermonẽ inſtituimus. Quin potiùs in illis uertebris perpendito tres cartilaginũ, ut ſic dicã, ordines duobus oſſibus inter duas uertebras dirẽptos, ac poſtmodũ illis ordinibus animaduerſis, cartilaginũ naturas obſerua, firmiusq; adhuc Veterũ dogmati ſubſcribito. Conſpicies enim duas cartilagines inter utrarunq; uertebrarũ corpora, et ipſarũ appendices poſitas, ad amuſſim eſſe cartilagines, nihilq; ab illis differre, quæ reliquos appendices & oſſa interueniunt. At cartilaginẽ inter appendices mediã, profectò (niſi Galeni nomine oculis parũ fidas tuis) nihil prſus aliud quàm ligamentũ eſſe dices, quod Aſclepiadũ familiæ, quæ pueros ſuos in cadauerũ ſectionibus tanta cura exercebãt, νευροχονδρῶδες σύνδεσμα appellarunt, atque huius interuentu, non autem tertiæ dorſalis medullæ tunicæ, uertebrarum corpora colligari aſtrues, nulla interim interueniente membrana. Quapropter ſi Veteribus accedis, inter ligamenta cartilaginis natura pollentia, has uertebrarũ cartilagines cõnumera. Cęterùm alijs adhuc ligamẽtis uertebrarum corpora colligantur, per totã enim dorſi longitudinẽ, ualidiſſima ligamẽta toti uertebrarum corporũ ambitui obuoluuntur, quę etſi undiq; craſſa, ſpiſſa & robuſta, ſed mucoſo interim humore oblita ſint, attamẽ in anteriori corporis ſede ad utrũq; latus, ob ſui craſſitiem conſpectiora euadunt. Quum itaq; hæc ligamenta, aut ſi unius nomine omnia complecti uelis, ligamentum hoc durum forteq; euaſerit, et omnibus uertebris ex ęquo obducatur, obſtaculo ſanè eſt, ne in extenſione dorſum nimiũ porrigatur, incuruetur'ue. Dorſum enim ſi plurimùm reflecteretur, ſtomacho, arteriæ magnæ, & uenæ cauæ fuiſſet ſummè noxiũ, plerunq; enim hæc extenſa frangerentur, & ſi plus ſatis laxa, et ad extendendũ prompta hæc Natura creaſſet, in dorſi flexu in ſe cõplicarentur. Eſt itaq; ligamentum id ita in duritie tẽperatum, et ſuo mucore, ut Hippocrates dicebat, imbutum, ut tantum extendi dorſum permittat, quantum homini ſit ex uſu, & ut tutò ſimul uertebras colliget, & dorſum ex tot conformatum oſſibus, unius corporis modo efformet. Rurſus ex ſingulis tranſuerſis proceſſibus in ſingulos, membraneum ligamẽtum tota interualli amplitudine porrigitur. Sic etiam in ſpinarum interuallis, ab una ſpina ad alteram, membranea ligamenta continentur, ſpinas inuicem colligantia, & ueluti muſculorum interſtitia. At in uertebrarum apicibus hæ membranę adeò craſſeſcunt, ut ad apicem ſimul coëuntes quaſi toti dorſi ſpinæ ligamentum conſtituant, cartilaginis etiam naturæ compos. Deinde ubi aſcendentes uertebrarum proceſſus deſcendentibus coarticulantur, membranea quoque ligamenta (ſed perquàm ualida) articulum undique ambiunt. At priuatum quoddam idq; ſubflauum ligamentum, omnibus corporis ligamentis ſi non robuſtius, profectò ſaltem non inualidius, inter ſingulas uertebras habetur. Ex interna enim ſede foraminis uertebrę, quod dorſali medullæ exſculptum eſt, ad radicem ſpinæ poſteriorisúe uertebræ proceſſus inter duos aſcendentes, aut deſcendentes proceſſus ligamentũ exoritur, quod ſemper in ſubſequentis uertebrę eandẽ ſedem inſeritur. Quòd uerò nihil interſit, nũ à ſuperiori uertebra ad inferiorẽ, aut contrà, ab inferiori in ſuperiorẽ ligamentũ inſeri dicã, cuiuis manifeſtum eſſe arbitror, nam etſi hinc ligamẽtum enaſci, et illic inſeri dixero, neminem ambigere putarim, utrunq; os, ſeu utrumque, qui enarratur, locum, parem operam ad ligamẽti generationem conferre. In canibus, & illis animalibus, quæ rictum tergo leui opera accõmodant, & longè laxiores ceruicis uertebrarum articulos, & etiam longiores ceruicis uertebras, quàm homo obtinent, ligamentum quoddam obſeruamus, cuius naturam Galeni gratia hîc non grauabor ſubiungere. In canibus igitur ſimulatque ſecundum par muſculorum capitis motibus famulantiũ aggreſſus es, in ceruice ligamentum ſeſe offert rarum, & nulli in uniuerſo corpore reſpondens, niſi fortaſſis illis uertebrarum ligamentis, quæ poſtremo loco recenſuimus, id enim cæteris durius eſt, & colore flauum, & in fibras multas diſſolui poteſt. Enaſcitur autem id ex apicis ſeptimę ceruicis uertebræ ſpinæ lateribus, & ſurſum aſcendens, nulli connaſcitur uertebræ, quouſque ad ſecundam ceruicis pertigerit, cuius ſpinæ lateribus in ſummo apice inſeritur. aliquibus quoque animalibus, ut ouibus, occipitij oſſi inſeritur. Ligamentum hoc peculiari inuolutũ eſt membrana, geminũq; apparet ob impreſſionẽ illius longitudini exporrectam. Porrò huius ligamenti naturã diſcere licebit, quoties uituli, aut porcelli, aut hœdi, aut uetuſtioris etiam bouis ceruix menſæ apponitur. Eſt enim ligamentum hoc, flauum illud corpus, quod ex carnibus liberatum canibus offerre ſolemus, nam inter reliqua corporis ligamenta ſolum tanquã eſui ineptum reijcitur. Vnde etiam à robore Bruxellenſibus Vuas nuncupatur, qui huius eſum puellis ad comam prolixiorem cõciliandam commendant, hinc opinor ipſas ridentes, quod uelut in comam inter reliquas corporis partes diſſoluatur, et pręterea flaui pallidiq; coloris uiſatur, hoc præcipuo uſu accommodum eſt, ne uertebræ ceruicis ſuo

*Ligamẽta alijs ſedibus, quàm ad corpora uertebrarum poſita.*

*Propria canum ligamenta.*

loco prompte exiliant, quum illæ laxe admodum coarticulentur, & præ cæteris uertebris admodum obliquè agantur. Atq; ita etiam in bobus secundùm totius dorsi longitudinem ferè, utrinque unum amplum huius naturæ ligamentum, inter musculos dorsum mouentes occultatum, secundùm spinas ferri conspicimus, quale Galenus hominibus ferè in Libris de Partium usu tribuit. Ligamentorum dorsi administratio peculiare nihil obtinet. Quum enim spinales dorsales ue musculi omnes adempti sunt, in anteriori dorsi parte, secundùm omnem corporis uertebrarum circunferentiam, membranea illa duraq;, & mucore quodam imbibita ligamenta in conspectu sunt, quæ cultellis paruis transuersim ipsis subditis, à uertebrarum corporibus liberare potes, non præteriens haud unum hîc simplexq; ligamentum apparere, at uelut multas membranulas inuicem incumbentes adnatasq;. Postmodum costis à uertebris dearticulatis, earum quoq; ligamenta inspicies, quemadmodum & membranea illa trãsuersorum processuum et spinarum interualla occupantia. Vt uerò ad amussim cartilagineum inter uertebrarum corpora ligamentum uideas, aliquot uertebræ inuicem sunt cultro aliquo dirimendæ. Dum uerò uertebras, quarum corpora iam seiunxisti, in spinam reflectis, & dorsalem medullam extrahis, tunicam membranámue, uertebrarum cauitatem sublinentem intueris, atq; uertebris ab inuicem prorsus dissectis, ualidum illud ligamentum occurrit, in medio ascendentium descendentiumq; processuum locatum. Reiectis nunc uertebris, & aliquò quod adhuc ex reliquo corpore supereſt, repositò, scapulam & brachium, quod reponi antea uolebam, repetes, musculos qui humerum, cubitum, & extremam manum amplexantur, iam seriatim aggressurus.

*Administratio ligamentorum.*

## DE MVSCVLO NERVOSA SVA EXILITATE MEDIÆ VOLÆ, & INTERNÆ DIGITORVM CVTI SVBNATO. Caput XLI.

QVANDOQVIDEM musculos ea doctrinæ serie exequi semel instituũ est, quo in uno corpore omnes administrare soleo, commodum fore arbitratus sum, nunc musculos in summa manu, & cubito & brachio repositos priuatis Capitibus aggredi, ac postmodum communi omnium Capite, ipsorum consectionem, atque simul collectorum numerum subnectere. Vt itaque Galeni ordini in his musculis, quos cæteris omnibus prolixiùs describpsit, me accommodem, à[a] musculo exordiar, qui propemodũ toti depili, nudæq; manus regioni, dilatescente neruosa ipsius exilitate subtenditur, ac neruoso teretiq; [b] principio, ex interioris humeri [c] tuberculi apice enascitur, medio [d] duorũ brachiale flectentiũ musculorũ (qui ex eodẽ tuberculo prodeunt) incũbens adnatusq;, nõ tamen in illorũ capitum medio (ut alij scribunt) repositus. Principium hocilico carnosum crassiusq; redditũ, musculi uentrem non impensè crassum constituit, qui priusquam ad medium longitudinis cubiti obliquè nonnihil, uersus mediam cubiti amplitudinem ductus prorepserit, [e] rursus tenuis gracilisq; factus, in tendinem angustum, sed ampliorem, quàm profundiorem, & neutiquàm prorsus teretem cessat. Hîc ad brachialis usque radicem pertingens, sensim in brachialis interiori sede [f] latescere incipit, ac summę manus cuti, ad extremam usque digitorum aciem subnasci tur. Atque id fibrosis nexibus adeò ualidis continuisq; perficitur, ut internam manus cutem à neruosa tendinis tenuitate, uel etiam acutiori nouacula liberare arduum sit. Verùm interim Galeni suffragio acquiescendum minimè est, si hunc toti depili manus summæ cuti in hominibus subnasci (ut de suis docet simijs) arbitratus fuerit. Siquidem tendo mediæ uolæ cuti in palma tantum subnascitur, non autem cutem contingit, quæ obducitur [g] musculo, quem paruum digitum à cæteris in obliquum abducere docebimus, neque etiam cuti subtenditur, inuestienti [h] musculosam carnem, quæ primo pollicis articulo incumbens, ex pluribus musculis constituitur. Ad hæc, nullæ huius tendinis portiones in digitorum latera excurrunt. quinimo per quam obscurè præsens tendo, internæ etiam digitorum regioni obnasci uisitur. Musculus tendinem hunc producens gracilis est, atque in cubiti medio super reliquos huius regionis, uti monuimus, exporrigitur, nullóque peculiari ligamento ulla ex parte amplexus, in summa duntaxat manu dilatescit. non enim decuisset hunc magnum extrui, quum nullius ossis motu illum præfici credamus. Vt enim cutis circumactu pertinax depilisq; fieret, ac proinde ad accuratiùs sentiendum manus aptior efficeretur, cuti internæ summæ manus, hunc tendinem substerni (sed fortè nimis) nobis persuasum habemus. Conueniebat nanque, ut manus apprehendens instrumentum, hanc internam ipsius cutem adipisceretur, non modò ægrè



*Lib. 1 de Admi. & 1 et 2 de Vsu par.*

*a 1 tab. 3 a tab. 3 ta. n. 4 ta. n.*
*b 3 ta. i.*
*c 1, 2 fi. ca. 23 li. 1 s.*
*d 4 ta. unus A, alterus, qui etiam 9 ta. 2 indicatur. ubi etiam specialis characteris q.*
*e 3 ta. h add.*
*f sub l 3 ta. bulæ.*
*g 3 ta. r.*
*h 3 ta. p. q.*

*Cuiusmodi interna summæ manus cutem parari decuit.*



dò ægrè mobilem, cum ob alia quædam, tum maximè ob exactiorem tutioremq; corporum comprehensionem, sed & cutem totius corporis, reliqua cute sensu exactiori præditam, internæ manus sedi meritò obduci decuit. Non enim aliud apprehendẽs, & aliud tangens instrumentum esse oportebat, neque denuo aliud quidem, externa corpora leuando & transferendo, aut omnino pertractando assumere, aliud uerò post hæc de apprehensorum calore, frigore, duritie, & mollitie, alijsq;, quæ tactu percipiuntur, qualitatibus iudicare ex usu erat. Sed mox ubi manus quiduis apprehendit, satius fuit hanc apprehensi naturã unà cognoscere, idq; internis duntaxat partibus, quibus quoque est apprehendens organum. Si igitur propterea tangens organum oportuit eam fieri, quoniam & apprehendens est instrumentum, iure manus eisdem partibus tangens, quibus apprehendens extructa est. Quanquam non huius tenuis beneficio, manus accuratum tactus sensum nanciscitur, uerùm plurium neruorum auxilio, ex quibus ad singulos digitos [i] quatuor surculos in Quarto libro propagari docebimus, duos nimirum externæ digitorum sedi, et totidem internæ, qui exteriores mole admodum superant. Confert quoque non parum ad exquisitum tactum, depilem esse interiorem manus cutem, quod eam à tendine sub illa dilatato præcipuè obtinere Galenus affirmat. si enim admodum pilosa foret, nequaquam sibi appropinquantia tangeret, quòd pili nimirum tangendo corpori ante cutem occurrerent, illiusq; contactum arcerent. Quoniam autem tendo iste etiam huius regionis cutem duram efficit, cuiuis manifestum est, et id ad plurimos usus nobis conducere, horum itaq; gratia, tendo internæ manus summæ cuti subnatus est. Ostendi uerò non semel Patauij et Bononiæ hunc, quem narramus, musculum certò defuisse, ac portionem [k] tendinum brachiale flectentium, priusquam illi brachiale ascendant, in latum tendinem desijsse. Interdum uerò non ab illis tendinibus portionem, quæ lati tendinis uicem gerit, porrigi uidimus, uerùm à [l] ligamento transuerso tendinibus in interna brachialis sede obducto. Quemadmodum etiam in hominibus secus, atq; in simijs, sub pede nullus tendo dilatescit, nam à calcis osse in [m] membranam enasci audies, lati tendinis naturam appositissimè exprimẽtem. Cæterùm interim ob nonnulla Galeni loca haud colligendum est, hos tendines neruam ue naturam, cuti citra alicuius interuentum adnasci, aut nullo interuallo cutem à tendine semoueri. Inter tendinem nanq; & cutem in manu et pede, adeps plurimus cõtinetur, cuius naturam iamiam explicabo, illum aliorum Anatomicorum more carneam substantiam nuncupaturus, neq; hanc solam habent homines, imò canes plurimam quoque obtinẽt. Vniuersum enim tuberculum, quod ad illorum quatuor digitorum radicem prominet, & quo pedem præcipuè figunt, adiposæ eius substantiæ præsentia extuberat, utcunq; interim adipe inter carneam membranam & cutem, simiæ ac canes prorsus destituantur.

*i Manus 2 fi. ca. 11 lib. 4, et etiam manus illius libri ultimæ fig.*

*k 3 ta. h & m.*

*l 4 ta. l.*

*m 13 ta. x.*

*Musculũ suo tendine latescentem, non semel deesse.*

*Inter cutem & tendinem, adipem reponi. Lib. 1, 2, 3 de Vsu par. et 1, 2 lib. de Admi. sectionibus.*

## DE CARNEA SVBSTANTIA, INTERIORI DIGITORVM REGIONI, IPSORVMQ; RADICIBVS, & MEDIÆ VOLÆ SVPERSTRATA. Caput XLII.

*SVBSTANTIAM præsenti Capite describendam nulla figura expressimus, neq; illam secus delineare integrum erat, quàm cutem & adipem in dextro pectoris latere fingere conati sumus in uigesimaquinta Quinti libri figura.*

PER uniuersam quatuor digitorum, & secundi tertijq; articuli pollicis longitudinem, ac quatuor manus monticulos, quos in Chiromantia ad quatuor digitorum radices reponimus, & ad uolæ medium, carnea quædam substantia reperitur, quæ inter latum [a] tendinem & cutem partim interiacet, partim (sed minori portione) tendini subijcitur. Cæterùm hæc substantia non quidem, quemadmodum in musculorum uentribus exacta simplexue caro existit, sed substantia quædam subalba, & (quo id aptiùs explicem) duriori neruosoq; adipi, seu pinguedini respondens. Opinor enim ab ossea, & neruea, quæ undecunque pinguedini huic accedit substantia, ipsam duriorem effici, illius ritu, quæ in ossium articulis subinde colligitur. Præterea pinguedo hæc, frequentibus [b] neruorum fibris, uenarumq; terminis adaucta, medium quippiam inter carnem & induratum adipem adipiscitur, ac etiam in summè extenuatis, & marasmode mortuis ipsius portio semper inter secandum aliter, quàm reliquus adeps occurrit. Verùm Arabes hallucinantur, hanc substantiam extra musculi corpus, carnem simplicem immixtamq; esse affirmãtes illorum modo,

*a musculi 3 tabula 1 figuri.*

*b Spectatum ultimæ figuræ 3 et 4 libri.*

qui nescio quam, simplicem carnem in gingiuis ac pene collocant. Haudquaquam enim expenderunt innumeras neruorum fibras, & capillorum modo tenues uenas, hanc substantiam intercurrentes, illamq; nec colore, uel substantia, nec æqualitate continuitate úe etiam musculorum carnem (quæ alioquin tot fibris implicatur) referre. Natura huiusmodi substantiã, quam nisi duriusculæ conglobatæq; pinguedini ad amussim assimilaueris, tanquam stratum aliquod, aut terram præparauit, cui aptè infiniti neruulorum surculi implantentur, quos ob exquisitum tactus sensum, à maioribus neruorum propaginibus, internam manus sedem adeuntibus diffundi undique oportuit. Cæterùm, etsi hæc pinguedo durior admodum'que neruea sit, nihilominus in rerum substantia mollis est, ac proinde occursantibus cedit, et ad aliud quippiam, neque id minimum, digitis conducit. Media enim inter digitum flectentes tendines, & dura, quæ appræhendimus, corpora reponitur, & aptissimè tendines, ne aut premantur, aut contundantur, munit, unde etiam meritò huius substantiæ quàm plurimum infernæ pedis cuti subijcitur, præterea ossium rectitudinem tunc corrigit, quando in circulum manus quippiam est comprehensura. Ac proinde externæ digitorum regioni hanc rerum Opifex minimè communicauit, ut quæ ibidem inutile pondus digitis inferret, quum hæc regio, neque illo absolutissimo indigeat tactus sensu, neque quicquam in obliquum apprehendat, neque toties subulas scalpelláue, & id genus artium instrumenta propellat. Quinetiam in interna manus sede, ipsis quidem articulis minimum, in partibus uerò inter articulos medijs, plurimum huiusmodi substãtiæ industrius rerum Conditor produxit. Haudquaquam enim ossium sedes, quibus illa inuicem coarticulantur, huiusmodi substantia indiguit, quũ flecti debeat, & substantia ea, præterquàm quòd nihil commodi præstaret, obstaculo motui fieret, tum grauans ut superflua, tum etiam articuli spacium excludens occupansq;, & etiam prohibens, quo minùs articuli in acutos angulos flecti possent. Lateribus autem digitorum tantum eius substantiæ adnutriuit, quantum medias ibidem regiones, quæ uacuæ mansissent, replere potuit, quo et inde manus, nõ solùm ut diuisum in multas partes organum, sed etiam uelut uariè indiuisum suo munere fungi ualerent. Adductis enim inuicem digitis, ita eorum media regio ab hac substantia oppletur, ut si quid etiam liquidi manu supina continere libuerit, id non elabatur. Postremò huius substantiæ beneficio extrema manus, illa mollit, subigit, & terit, quæ mediocriter mollia, molientibus & terentibus organis indigent, qualia per omnes artes sunt plurima. Quantum uerò huiusmodi substantia ad corpora summis digitis apprehendenda auxilij præstet, nemini non perspectissimum est, quem minimè latet, si ossium finibus nihil, quod cederet, appositum fuisset, ea facilè debuisse rumpi, nec illis potuisse plurima corpora eleuari. quod modo huius substantiæ, & renitentium illi unguium opera obimus felicissimè. Atque eiusmodi sunt huius substantiæ proprij usus, communis uerò, quem cum carne adipeq; parem exigit, is censetur, quo æstus tempore refrigerare, frigoris uerò calefacere apta putatur.

## *DE MVSCVLIS MANVS DIGITOS mouentibus.* Caput XLIII.

*Digitorum motus.*

OSSIVM quinq; digitorum constructionem superiori Libro prosequentes, longè [a] aliam articuli speciem in primis quinque digitorum internodijs, & in secundo pollicis haberi scripsimus, quàm in secundo & tertio quatuor digitorum, & tertio pollicis internodio. Hæc nanque internodia mutuò ea articuli specie ingrediuntur, quam γίγγλυμου Græci uocant. Superius enim os in sui sinum inferius excipit, ipsumq; inferius in suis sinibus superioris ossis tubercula admittit. Vnde etiam simplicem tantùm motum hæc internodia, seu articuli exigunt, qui extensione & flexione nusquam ne tantillum quidem in latus declinantibus perficitur. At quatuor digitorum prima internodia inarticulatione cum illis, quibus sustinentur ossibus, coarctantur. Vnicus enim inferioris ossis sinus, unum caput superioris ossis excipit. quapropter etiam non simplici tantùm motu, sed duplici aguntur, flexione nimirum extensioneq;, & postea ad latera obliquo deductu inclinantur, seu ut semper loqui instituimus, ad hos illósue digitos adducuntur, uel abducuntur. Porrò cuiuis perspicuum esse arbitror, nihil referre num flexionem & extensionem simul pro simplici motu, aut pro duplici, ut unus scilicet flexione, alter uerò extensione perficiatur, enumerem. aut rursus motum, qui in latere fit, unius loco habeam, aut duorum motuum uice recenseam, ut scilicet unus in hoc, alter uerò in oppositum latus perfici dicatur. Cæterùm hos omnes digito-

*a Seriatim hanc ostendunt figuræ ca. 27 lib. 1*



*Digitos mouentes musculi 28.*

*Primus.*

digitorum ossium motus uiginti & octo musculis celebrari docebimus, à digitos flectentibus sermonem inchoaturi, in quo [b] musculi cuiusdam brachiali inserti necessariò incidet mentio, quem quia cum digitorum musculis numerabimus, hoc Capite nouem & uiginti describentur. Primi musculi [d] principium teres, & statim ab exortu grande, ac ex carne nerueaq; substantia mixtum, ex interiori humeri [e] tuberculo enascitur. non quidem ex superiori magisq; prominente tuberculi sede, sed ab interiori sub [f] musculi ad summæ manus internam cutem latum tendinem porrigentis, & [g] duorum quos brachiale flectere audies, capitibus, præterea & sub [h] illius ferè musculi origine, qui inter radium in pronum agentes, superior enumerabitur. quanquam potius ex anteriori sede & inferiùs illa origine, primus hic digitorum musculus initium ducat. Musculus iste à crasso alioquin suo exortu latior efficitur, atque uersus ulnæ radijq; medium perreptans, perquàm obscurè ab ipsis principij sui portionem assumit. Hinc exactè carnosus et teres, in amplitudinem tamẽ modicè depressus, ad brachiale prorepit. Anteaquam uerò brachialis radicem contingat, notabili satis à brachiali interuallo, ipsius uenter in angustum magis [i] coactus, in quatuor carnosas partes diuiditur, quæ singulę neruosiores angustioresq; factæ, ilico in exactos tendines cessant. Hi examussim teretes simul communi membrana utcunque tenui & mucosa inuoluti, brachialis cum cubito articulum ipsumq; brachiale transcendunt, communi omnes [k] ligamento in brachialis sinu obducti. Est autem ligamentum id ualidum, & transuersum, ex una brachialis parte in alteram pronatum, anuliq; formam (quòd ad eius cauitatem spectat) præcipuè referens, & totam brachialis sinus amplitudinem, quà ex ipsa originem ducit, succingens. Simulatque uerò tendines ligamentum id præteriere, inuicem diducti, tres acutos & interuallis pares constituunt angulos, & singuli unumquemque quatuor digitorum sibi præpositum adeunt, ac secundi digitorum ossis radici latiores membraneiq; facti inseruntur, toti ossis longitudini implantati. Dum uerò primum digitorum os perreptant, [l] transuerso quoque & robusto admodum ligamento obuoluuntur, quod ex uno ossis latere natum, alteri inseritur: aut potiùs id ex tota internæ ossis sedis amplitudine enatum, canalem oblongum seu anulum effingit, quo primi musculi tendo unà cum [m] alio quem huic subijci dicemus, per digiti longitudinem securissimè deducitur, ac ne sua sede à digito declinet, eleueturúe, pulchrè amplectitur, ita tamen ut tendini liberum iter citra omnem connexum per ligamentum pateat. Tendines enim quà primis digitorum ossibus porriguntur, neque transuersis ligamentis, neque ossibus, uel quouis pacto adnexi hærent, sed ligamenta uelut per anulos sibi laxè exculptos, minimè impediti perreptant. Cæterùm his primi musculi tendinibus [n] ubi primo digitorum ossi incumbunt, & priusquam secundum conscenderunt (quanquam secus Galeno uisum fuit) peculiare rarúmque ex abundanti id accidit, quòd longa sectione diuisi, alium ipsis substratum transmittant tendinem, de quo statim ac præsentis musculi functionem sermoni addidero, sum pertractaturus. Functio autem ipsius est, secundum quatuor digitorum os flectere, illud brachialis medio ubi inuicem adhuc ipsius colligantur tendines, quàm potest proximè admouens. Et quemadmodum minimi digiti secundum os, cæteris digitorum secundis ossibus minus est, ita quoque & eius digiti tendo reliquis tribus gracilior uisitur, ut & illa musculi carnosa pars parui digiti tendinem promens, cæteras gracilitate superat.

*b 10 ta. k. 11 ta p. c 5 ta. Θ. 4 ta. β. 6 ta. ι. d 5 ta. λ. e 1, 2 fi. ca. 23 li. 1 S. f 3 ta. π. g 3 ta. Λ, m. h 5 tab. 7 tab. Q. i 5 ta. μ. & ita sensim 5 tabulam & 6 specta. k 4 ta. θ. l Secus ex primi neque, quàm digiti 4 ta. id proponunt. m 6 tab. γ. n Ad 5 ta. aut specta ι & γ. 6 ta.*

*Lib. 1 de Vsu par.*

*Secundus.*

[o] Secundus musculus [p] primo subiectus ab interiori humeri [q] tuberculo sub primi capite, sui initij uix aliquam portionem assumit. Ex ulnæ enim anteriori [r] processu, quo illa humero coarticulatur, secundus hic musculus potissimùm enascitur, idq; præcipuè ab eius processus radice, quandoquidem ipsius superior pars seu apex, illius [s] musculi excipitur insertione, qui inter cubitum flectentes est posterior. Secundus itaque musculus hinc [t] prodiens, exactè carnosus & teres (nonnihil latus tamen, & ut primus modicè depressus) euadit, & mediam cubiti sedem comprehendẽs ulnæ adhuc adnascitur, à qua exortus sui robur non modicum ea sede ascíscit, qua ulnæ [u] membraneo connectitur ligamento, inter radium & ulnam tota cubiti ferè longitudine consistenti. Quando uerò musculus parum ultra mediam cubiti longitudinem descendit, aliquanto angustior redditus, [x] in quatuor carnosas portiones similiter ac primus finditur. quæ ante brachiale in teretes cessant tendines, tanto primi musculi tendinibus spissiores, quantum secundi musculi moles primi magnitudinem superat. Hi tendines communi membrana perquam mucosa, ac cæteris omnibus membranis rubicundiori inuoluuntur, simulq; cohærentes, sub primi musculi tendinibus per [y] transuersum internæ brachialis sedis ligamentum, in manus uolam contendunt, in qua (quemadmodum primi tendines) æquales angulos efficientes, mox inuicem dirimuntur, singuli ad unum quatuor digitorum excurrentes. Quemadmodum autem per uniuersam cubiti longitudinem & bra-

*o 6 ta. Ξ. 7 ta. c. p 5 ta. Θ. q 1 fi. ca. 23 l. 1 S. r 5, 11 fi. ca. 24 lib. 1 C dem L. s 8 ta. r. t 6 tab. α. u 7 ta. V inter S & T. x 6 tab. β. y 7 tab. θ.*

chiale ſecundus muſculus primo ſubſternitur, ita quoque primi tendinibus ſecundi tendi-
nes ſubijciuntur, & eodem ſimul ambo ſecundùm primi oſſis digitorum longitudinem,
tranſuerſo ligamento obducuntur, æquè atque in uola & brachialis ſinu teretes. Minimè
enim ueritati conſonum eſt, primi muſculi tendinem in primo internodio, ut Galenus aſſe-

*Li. 1 de Par. uſu.*

rit, dilatari. [z] Porrò ut ſecundi muſculi tendines ad tertium digiti internodium pertingerent,

*z Hic ſeriatim ſpecta extremas manus 5, 6, 7 tabularũ.*

*Secundi muſculi tendinum per primi tendines tranſitus.*

primi iam muſculi tendinibus in ſecundum os neceſſariò inſertionem molientibus, operæ-
precium fuit ſecundi muſculi tendines, aut ad tendinum primi muſculi latera porrigi, aut
quum ipſi rectà ſubijciuntur, incumbentem ipſis tendinem perforari, hacq; ratione ſubſtra-
tum ſecundi muſculi tendinem tranſmitti. At quum oſſium latitudo, ut tendines ſecundi mu-
ſculi ad latus declinent, minimè admittit: & ſi fortè ad latus ducerentur, obliquum ſanè ſi-
tum, ac proinde obliquum etiam motum exigerent: reliquum profectò fuit, longa ſectio-
ne ſuperiorem tendinem, qui primi muſculi ſoboles eſt, à ſummo rerum Opifice mirabi-
li induſtria findi, qua ſectione ſecundi muſculi tendo uectus, ad tertij oſſis radicem pertin-

*Lib. 1 de Admi. ſectio.*

geret. Verùm etſi tendines primi muſculi perforentur, ob id tamen cum Galeno neutiquam
credendum eſt eos ſecundi digitorum oſſis lateribus inſeri, quum maximè internæ illorum
ſedi implantentur, ac ſuis apicibus poſt perforationem, ſub ſecundi muſculi tendinibus
colligantur, & perinde ac ſi non fuiſſent perforati, ſed tantum latiores redditi, inſertionem
moliantur. Cæterùm ut in brachiali & tota primi oſſis longitudine, tendines tranſuerſo li-
gamento cinguntur: ſic quoque in ſecundi oſſis tota longitudine aliud ligamentum tendi-
nem hac porrectum obuoluit, aut, ut ſemel dicam, eiuſmodi ligamentum toti internæ digi-
gitorum ſedi obtenditur, quod nulla membrana, nullo'ue alio uinculo, aut fibra etiam, tendi-
nibus in interna digitorum ſede adnaſcitur, nec ibidem quicquàm membraneum inter-
duos tendines inuicem ſuffultos interuenit. In uola tamen priuſquam tendines digitorum
ligamenta ſubeunt, ſinguli proprijs induuntur membranulis, quæ tendinibus, quibuſdam

*Tertius muſculus.*

fibroſis nexibus adnaſcuntur. [a] Tertius muſculus à[b] ſecundo mihi prorſus diſtinguitur,
non anxiè interim ſolicito, num ſecundo illum adnumeres, ac ſecundum tunc in quinque
carnoſas partes totidémque tendines diſſciſſum rectè proferas, dummodo uera tertij muſcu-
li deſcriptio ſubijciatur, qui tota cubiti longitudine, ſuperiori lateri ſecundi muſculi expor-
rigitur, illi nuſquam, niſi fortaſſis ad cubiti cum humero articulum, continuus, ſed perinde
ac cæteri muſculi mutuò accumbentes ſolent, toto progreſſu illi duntaxat cohærens. Ena-
ſcitur quidem carneo teretiq; principio ex ulnæ[c] ſede, qua hæc radij capitulum in proprium
ſinum amplectitur, ac ubi radius ab ulna primùm dehiſcit. Hinc enatus radio attenditur,
uniuerſæ ipſius propemodum longitudini adnatus, & ab ipſo principium continuè du-
cens, ex ea potiſſimùm ſede, ubi[d] membraneum ligamen ſecundùm cubiti longitudinem
porrectum ex radio ad ulnam enaſcitur, quod etiam huic muſculo principij portionem of-
fert. Quum uerò muſculus radio ad hunc modum expanſus ad brachiale properat, in te-
retem ceſſat[e] tendinem peculiari membrana, quam mucor imbuit, obtectum, non autem
communi membrana, quæ in brachialis ſinu[f] ſecundi muſculi tendines inueſtit. Quine-
tiam tertij muſculi tendo nulli ſecundi muſculi quatuor tendinum ſubijcitur, quamuis e-
tiam per tranſuerſum brachialis[g] ligamentum feratur, illius ligamenti lateri attenſus, quod
ad pollicis radicem conſiſtit: ubi etiam brachialis os pollicem ſubſtinens,[h] ſinum huic ten-
dini inſculptum gerere, in primo Libro diximus. Tendo ad hunc ſinum reflexus, atque me-
dius inter[i] muſculos primum pollicis os & ſecundum flectentes occultatus, ad ſecundum
pollicis repit internodium, ubi tranſuerſo ligamento in tota ſecundi oſſis longitudine ex-

*Tertius qualiter in caudatis ſimijs habeat.*

ceptus, tertium os accedit, cui lateſcens ualidè inſeritur. In caudatis ſimijs, hunc muſcu-
lum non reperies, uerùm à[k] tendine ſecundi muſculi medium digitum petente, in medio
uolæ, exigua portio enaſcitur, quæ tranſuerſim ad pollicem ducta, ultimo ipſius oſſi im-
plantatur. Atque hæc tendinis portiuncula, peculiarem portionem carnoſam, ut cæteri
quatuor ſecundi muſculi tendines, neutiquam adipiſcitur, aut etiam illi, medij digiti ten-

*Pleraq; hîc Galeni placitis contraria proponi.*

dini alligatur, at ab ipſo prorſus enaſcitur, ſuper indicis tendinem uecta. Porrò ſi hunc
ſermonem permulta Galeni placitis in primo libro de Partium humani corporis uſu reni-
tentia adduxiſſe animaduerteris, & potiſſimùm illi figmento, quo is pollicem non ad uo-
lam uerſus brachialis medium, cæterorum digitorum modo, ſed ſuper alios, & ad uolæ
medium, flecti comminiſcitur, non me inſcitiæ, aut in Galenum impietatis prius inſimu-
lato, quàm proprijs manibus ſectionem obieris, aut alteri accuratè ſecanti, admonitus,
aſtiteris, rem uniuerſam diligenter expendens. Reperies nanque non modò quæ iam com-
memoraui, ſententiæ Galeni meritò reluctari, ſed & id quoque maximè, quòd de ſecundi
tertij'q;

*a 6 tab. a, & ta. ſ. 7 tab. b 6 ta. z. c 1 ſi. cap. 24 li. 1 L. et dein b. d 7 ta. V inter S, T. e 6 ta. t. f 6 ta. z. g 4 ta. t. h 1, 2, 4 ſi. cap. 25 lib. 1 proceſſus P notatur, ad cuius internum latus ſinus iſte ſpectatur. i 6 tab. x, λ, & 7 ta. charact. 1, 2, 3. k quaſi à tẽdine γ in 6 tab. notato ad δ portio duceretur.*



tertij'q; muſculi functione ſubnexurus ſum: ut nunc taceam Galenum ſuis luſum ſimijs, non

*l 6 ta. π.*

uerè tendinem[l] tertij muſculi graciliorem illis dicere, qui à[m] ſecundo muſculo producuntur.

*m 6 ta. Ξ.*

Opinatur enim Galenus, & cum illo omnis reſectionis profeſſorum chorus, ſecundum mu-
ſculum quatuor digitorum primum tertium'que os flectere, & quem nos tertium recenſui-
mus, ſecundi pollicis oſſis & tertij flexum moliri: quum tamen ambo duntaxat tertij quin-
que digitorum oſſis, ut primus ſecundi, flexionis re uera opifices ſint. Nullum enim mu-
ſculum os mouere, niſi eidem inſeratur, Galeno cæteriſq; Anatomicis firmiſſimi axiomatis
loco habetur. at ſecundi muſculi tendines neque primo quatuor digitorum oſſi, neque ter-
tij tendo pollicis ſecundo oſſi, ne obſcuriſſimè quidem inſeritur applantatur'ue: ergo nec eo-
rum quidpiam hi muſculi agunt. Neminem enim fore arbitror, qui ex primo de Partium
uſu aſtruet, ſecundi muſculi tendinem primo internodio dilateſcentem implantari: quum
Galenus in diſſectione temporis ſucceſſu exercitatior, tribus interiectis de tranſuerſo liga-
mento uocibus, integram paginam ibidem reſtituere conatus fuerit: parum tamen ſui me-
mor, quum inſertiones tendinum in digitos, ſimul in numerum colligit. Ac proinde ſi benefi
cio tranſuerſi ligamenti, quod in primis quatuor digitorum oſſibus, & ſecundo pollicis
exiſtit, hæc oſſa à ſecundi & tertij muſculi tendinibus flecti, quis pro Galeno certans illi-
us'que poſteriora ueriora'que ſenſa capiens contenderit, reſpondeat is quæſo, cur minus &

*n 5 ta. Θ.*

[n] primi muſculi tendines, prima quatuor digitorum oſſa flectant? quum & hi eodem li-
gamento contineantur. Non enim quicquam prorſus eſt, cuius beneficio potiùs ſecundi
muſculi, quàm primi tendinibus prima internodia flecti, quis demonſtrare poſſet. Quine-
tiam in medium adferat obſecro, quamobrem Galenus non ſenſerit ſecundi quatuor digi-
torum oſſis flexionis, tendines ſecundi muſculi autores eſſe? quum tamen & in ſecundi oſ-
ſis radice totáque ipſius longitudine hi tendines tranſuerſo obuelentur ligamento. Ad hæc
illum me docere optarim, quamobrem & primus, & ſecundus, & tertius digitos mouen-

*o 4 ta. θ.*

tium muſculi etiam brachiale non flectant, quum & in interna brachialis ſede[o] tranſuerſo
ualidóque ligamento non mediocri ductus longitudine contineantur. Similiter rationem
comminiſci uelim, quapropter quamplurimi tibiam occupantes muſculi, qui pedem ade-

*p 2 ta. Ξ, ſ.*

untes, ac[p] tranſuerſis ligamentis inter tibiæ oſſis extremum & calcem, ac rurſus inter fibulæ
apicem exteriorem'ue malleolum ac calcem obuoluuntur, non illorum ligamentorum etiam
auxilio pedem moueant, quum tamen in his omnibus par ſit ratio: uti etiam in omnibus
cæteris muſculis, qui tranſuerſo ligamento in alio oſſe, quàm unde principium duxere, in-

*q 2 ta. charact. 1, 2, 3, 4, 5, 6. r 1 tab. A, 2 ta. A.*

duuntur. Ac proinde pleroſque in[q] cubiti exteriori ſede, & in[r] tibiæ anteriori regione ten-
dines ibidem ligamentis circundatos in medium, ad robur huic meo parodoxo concilian-
dum, non adfero. Vt itaque tres hactenus ex digitorum muſculis enarratos brachiale non
flectere certo certius conſtat, ita quoque niſi ſuorum quibus inſeruntur oſſium flexionis opi
fices cenſendi ſunt. Deinde ſi primi muſculi quoque tendinibus prima quatuor digitorum
oſſa, & ſecunda tendinibus ſecundi muſculi non inflectuntur, haudquaquam ſecundi ten-
dinum ui, prima quatuor digitorum oſſa, & tertij muſculi beneficio ſecundum pollicis

*s 7 ta. charact. 1, 2, 3. 8 tab. Δ.*

os flecti credendum eſt. [s] Proprios enim his quoque oſſibus ſagax rerum parens Natu-
ra muſculos largitur, quos ubi ſermonem trium primorum abſoluero, ſeriatim perſequar:
id adhuc admonens, ut ſi quis fortè ſecundi muſculi ac primi auxilio, primum quatuor
digitorum os, & tertio item muſculo ſecundum pollicis flecti arbitratus fuerit, non oſ-
citanter cuiuſque internodij flexionis uim perpendat. nam primum internodium, quod
ex ipſius ſententia, primi ac ſecundi muſculorum tendinibus, præter alios totidem pau-
lo pòſt explicandos muſculos inflecteretur, uix tamen firmius flexionis robur, quàm ter-

*t 6 ta. 1, Ξ, π.*

tium internodium commonſtrat, utcunque etiam unicus tantum tendo huius motus dux

*Naturæ in muſculis digitos flectentibus induſtria.*

cenſeatur. [t] Tres itaque nunc dictos muſculos ex diſſitis regionibus, per totam nimirum
cubiti longitudinem Natura produxit, ne ſi fortè in extrema manu principium aſſume-
rent, eam carne obruentes, magnam ponderoſam'que redderent: quod quantum ad ua-
ria quæ manu obeuntur munia incommodi intuliſſet, quiuis promptiſſimè colligit. De-
inde robur in flexione maius requirebatur, quàm quod breuibus muſculis præſtari ua-
lebat, qui ex proximis ijs quæ mouenda erant oſſibus principium ducerent. Atque hanc
pariter ob cauſam, ut digiti ſcilicet ualida flexione pollerent, non unius tantum muſcu-
li beneficio tres digitorum articuli flectuntur, ſed ſinguli proprios exigunt. Illi quidem
quos recta duntaxat, & in neutrum latus inclinante flexione agi oportuit, unico eodém-
que ualido contenti fuere tendine: articuli autem, qui in latera etiam inclinationem ex-
periri debebant, pluribus tendinibus muſculis'que, & illis non admodum ualidis ( ut

 etiam

*Tranſuerſorum ligamentorum uſus.*

etiam illorum flexio infirma eſt) eguerunt. Porrò tendinibus tranſuerſa ligamenta ſecundum digitorum oſſa obducuntur, ne quoties ſecundum aut tertium digitorum os inflectimus, tendines tanquam recti protenſiq; funiculi, & uirgulæ ſecundùm oſſium flexionem non incuruatæ, à flexo iam oſſe ad cubitum tenſæ exurgerent, & cutem in miram altitudinem eleuantes manus uolam turpiter implerent.

*Mucoſarum membranarū uſus.*

Ligamenta enim etſi tendines muſculorum uentris beneficio contrahantur, eos tamen oſſibus quibus non inſeruntur, adiacere cogunt. In uola uerò & brachialis ſede mucoſis membranis tendines induuntur, quo tutiores procederent, easq; membranas tanquam propugnacula & muros ſortirentur. Sed ſecundi muſculi membranæ alius quoque uſus exiſtit, ſiquidem [u] muſculi oblongi & parui, quorum ope digitos quatuor pollici adducimus, ab illa enaſci audies.

*u 6 ta. ſ ad y. 7 tabu. d ad ſ.*

*Tredecim poſt tertium ordine in numero ſuccedentes.*

Quum itaque ſecundum quatuor digitorum internodium à primo muſculo flectatur, tertium autem à ſecundo, & tertium pollicis à tertio, tandem opportunum erit, muſculos prima quatuor digitorum oſſa, & primum ſecundum'que pollicis flectentes aggredi. Sunt autem hi omnes numero tredecim: ad ſingulos nimirum quinque digitorum primos articulos bini, & ad ſecundum pollicis terni.

*Illorum octo qui quatuor digitis ſeruiunt.*

*x Sub Δ8 tabula. y 1,2 fi. ca. 25 li. 1 I, II, III, IIII. z 4 ta. ſ.*

[x] Qui quatuor famulantur digitis, omnes rectà ſecundum poſtbrachialis longitudinem digitos adeunt, omni propemodum ex parte carnei, ac poſtbrachialis [y] oſſibus connati. inſeruntur autem lateribus interiori in ſede, primorum oſſium. Duorum igitur paruum digitum flectentium [z] unus ab exteriori latere ſuperioris partis poſtbrachialis oſſis, quod paruo prælocatur, carnoſo principio oritur, etiam nonnihil inibi adnatus brachiali. Hinc rectà digitum accedens, ad primum uſque digiti os carnoſus permanet. ubi uerò os contingit, latiuſculo tendine exterioris oſſis lateri, uerſus interiora tamen inſeritur. Alter ex interiori eiuſdem poſtbrachialis oſſis latere, ad ſuperius iuxta brachiale extremum, originem ducit, & inter id os & ſibi proximum ad digitum tendens, carnoſum quoque permanet, donec membraneo tendine interiori lateri primi oſſis parui digiti implantetur. Quando utrique muſculi colliguntur, primum digiti os, in neutrum latus uergens flectitur. Si uerò exterior egerit, interiori quieſcente, digitus in exteriorem partem nonnihil inclinans flectitur. At ſolo interiori laborante, ad interiora conniuens digitus flexionem experietur. Ad hunc ſanè modum aliorum trium digitorum muſculi habent, adeò ut bini in ſingulis poſthrachialis oſſium interuallis (quæ tria ſunt) reponantur, & [a] is qui indicis interiori lateri inſeritur, interno poſtbrachialis oſſis indicem ſuſtinentis lateri adnaſcitur, in uolam magis quàm in externam manus regionem, ut & cæteri primos articulos flectentes muſculi, protuberans.

*a 8 ta. Y. b 6 ta. x, λ. c 3 tab. p. 4 tab. μ.*

*Illorum duo, qui pollicis primo oſſi famulantur.*

[b] Muſculi autem quorum beneficio primum pollicis internodium flectitur, unà cum [c] muſculo, qui pollicem à cæteris digitis maximè abducere dicetur, carneam molem conſtituunt, quæ ad pollicis radicē repoſita montem, quem chiromantici modò Veneri, modò Marti aſſcribunt, effingit. Galenus in Libris de Vſu partium hanc molem falſò unicum eſſe muſculum arbitratus eſt, quem pollicis ab indice abductionis autorem recenſuit. Quemadmodum etiam ueritati parcens, [d] molem illam carneam quam chiromantici lunæ monti tribuunt, unum quoque muſculum quo paruus ab alijs abducitur eſſe, ibidem docuit, quum interim maiorem ipſius portionem exterior muſculus primum minimi digiti os flectentium procreet. [e] Primus itaque pollicis muſculus ex ſuperiori [f] tranſuerſi brachialis ligamenti ſede carneus enaſcitur, & toti primi pollicis oſſis longitudini interna regione attenſus, perpetuò carneus illi inſeritur, perquàm obſcurè ſecundum pollicis contingens internodium. [g] Secundus, qui nuper dicto prorſus occulitur, longéque minor ipſo eſt, ex tranſuerſo quoque ligamento, & [h] oſſe brachialis pollicem fulciente enatus, in primi pollicis oſſis radicem implantatur, non ultra medium longitudinis primi eius oſſis pertingens. Sunt itaque hi duo pollicis muſculi inter digitorum motores duodecimus & decimustertius, ſi modò octo muſculos quatuor digitorum prima internodia flectentes ante hos enumerare uiſum ſit.

*d 3 ta. r, ac dein 4 tab. κ, ſ. e 4 tab. 16 tab. κ. f 4 ta. ſ. g 6 ta. λ. 7 tab. 4. h Figurarū cap. 25 lib. 1 charact. 5.*

*Tres qui ſecundo pollicis oſſi famulantur.*

*i 7, 13 tab. charact. 1, 2, 3, 8 ta. Y.*

Porrò qui ſecundum pollicis os flectunt, [i] tres numero cenſentur, magis differentem ſitum ab illis, qui quatuor digitōrum prima oſſa flectunt, obtinentes, quàm duo primi pollicis oſſis flexus opifices. Qui enim quatuor famulantur digitis, rectà ſecundum manus longitudinem procedunt: qui autem primum pollicis os flectunt, nonnihil obliquè ducuntur. ſed præſentes muſculi ſecundi pollicis internodij flexionis autores, quodammodo tranſuerſi cernuntur. Operæprecium namque erat, quatuor digitos uerſus brachiale inclinari: pollicem uerò illis in functione oppoſitum, ad ipſos inflecti. Meritò igitur tres muſculi ſecundum pollicis os flectentes, ex uola tanquam è quarta circuli parte, principia ſortiuntur, nimirum ad eius lineæ circumſcriptionem, quæ uitalis & cordis Chiromanticis appellari conſueuit. quamuis nonnihil ulteriùs, quàm ea conſiſtat linea, ex uola initium ducant, ad trianguli illius quem in media uola collo-

cant



cant, ſuperius & exterius latus. Primus itaque muſculus obliquum latumq; principium ducit, ex poſtbrachialis oſſe, cui medius innititur, modicè ſubter ipſius capitulum, quod ſinum primi oſſis digiti ſubingreditur. Hinc carnoſus prorepens nonnihil anguſtior redditur, & membraneo tendine, ſecundi pollicis oſſis lateri, quod indicem ſpectat, uerſus interiora ſe inſerit. Secundus ſuperiori ſuo latere iam dicto muſculo cōtiguus, ex media ſede poſtbrachialis oſſis, quod medio præponitur, originem ducit, nōnihil tamen & os, quo anularis fulcitur, contingens. Origo huius quoque tenuis lataq; eſt, & ſtatim carnea ad inſertionem uſque conſpicitur, quam in medio interioris partis ſecundi pollicis internodij tentat. Tertius huic inferiori ex parte contiguus, ex poſtbrachialis oſſis, quo anularis ſuſtinetur radice, quæ brachiali coarctatur, originem pariter latiuſculam ſumit, et obliquè pollicem accedens, lateri interiori ſecundi pollicis internodij, uerſus priora implantatur. Iſti tres muſculi dum unà tenduntur, fortiſſimè ſecundum pollicis internodium flectunt, primo autem duntaxat agente, ad ſuperiora uerſus indicem pollex dirigitur. dum uerò ſecundus ſolus contrahitur, ad medios digitos pollex flectitur, quemadmodum infimo ad ſuum principium contracto, pollicis ad inferiora, & magis uerſus paruum digitum flexio perficitur.

*Tres ſecundū pollicis os flectentes muſculi Galeno ignorati.*

Hos tres, & ſi in caudatis ſimijs obſeruētur, Galenus non modò ignorauit, uerumetiam falſas rationes in Primo de Partium uſu aſtruit, quibus imperitior aliquis animum adhibens, ne hos quidem aggredi tentaret. Neque etiam uerisimile eſt, quum ſecundò adminiſtrationes anatomicas emitteret, hos muſculos ipſi cognitos fuiſſe, quum illos nullibi deſcripſerit, quemadmodum fecerunt Arabes, hos, quantum auguror, cognoſcentes, & duos, qui primi pollicis oſſis flexioni præſunt, negligentes. Vndecim nanq; muſculos, in extrema manu digitis flectendis extructos recenſuerunt, octo quidem ad quatuor digitos, tres autem ad pollicē referentes. Quanquā rurſus ambigem, nū caſu ipſi Vndecim, loco Decem ex Galeno ſcripſerint, quū citra aliam deſcriptionē, muſculos tantùm Oribaſij more enumerent. Quinetiam in Primo de Adminiſtrandis ſectionibus Galeni libro omnes, quos hactenus uidi, codices tres mendas in numeris habent. Octo nanq; Duorum loco illic leguntur, ubi extremæ manus muſculi, pollicis obliquis motibus ſeruientes enarrantur, & rurſus ad calcem propemodum libri, quo cubitum mouentes muſculi recenſentur, Tres ſcribuntur ubi Duo, inſuper Duo ubi Tres ſcribendi fuerant, non ſecus ſanè, quàm malè etiā Primi uſus, pro Secundi illic legitur, ubi Galenus in eodem Libro ligamentorum uſus commemorat. Verùm hæc cum innumeris alijs, pro mea uirili in Galeno ſunt reſtituta, quem IO. BAPTISTA MONTANVS in gymnaſio Patauino medicinæ Profeſſor eximius, non ſine incredibili artis Candidatorum utilitate, nuper in abſolutiſſimum ordinem redegit, maximi ac penè diuini ingenij uir, ob ſingularem illā tum Medicinæ, tū cæterarum ſcientiarū cognitionem, nulli ætatis noſtræ medicorum ſecundus, & præſtantiſſimis laboribus ſuis, quos in publicum dedit, ac pertinaci indefeſſaq; in docendo diligentia, de ſtudioſis omnibus quàm optimè meritus. Cui uiro utinam Deus aliquis aurem ſtatim uellicet, eiq; in animum inducat, ut & alias cogitationes ſuas longè pulcherrimas, & iamdudum præmaturas in lucem prodire patiatur, eas'que poſteris uel non inuideat, uel eorum calumnias, qui iudices cæterorum eſſe ſolùm cupiunt, ipſiq; nihil unquam præſtare queunt, non ita reformidet.

*Decimusſeptimus digitos mouentium.*

*d 9 ta. Z. 1 tabu. V. 10 ta. ſ. e unus 9 ta. θ, alter 10 ta. p*

Hactenus itaque ſexdecim muſculos, quibus digiti mouentur, commemoraui, ac proinde nunc [d] decimusſeptimus, qui digitos extendentium primus erit, deſcribetur, in cuius enarratione hoc mihi Galeni intelligendi gratia uelim donari, ut illum in quatuor diffundi tendines liceat aſſerere, & deinceps adijcere [e] muſculos, qui ex cubito procedunt, & quatuor digitos à pollice abducere creduntur, bipartitò in duos tendines digeri, & eam quem Galenus narrat, inſertionem in digitorum oſſa moliri. Atque id mihi tantiſper concedi optauerim, quouſque omnes tres muſculos ſermone abſoluero, tunc enim primùm uariam ipſorum tendinum commixtionem coitúmque, ac munus denique ſubiungere licebit. Quanquam interim in reliqua præſentium muſculorum deſcriptione, in ortu nimirum, ductu, ſubſtantia, forma, & id genus reliquis nuſquàm aberraturus ſum, quemadmodum etiam in falſam tendinum ſeriem nequaquam impingerem, ſi mihi eadem perpetuò hæc occurriſſet, & Galeni obſeruanda autoritas neglectui à me haberetur. Sed age negocium, uti ſeſe enarrandum offeret, aggrediamur.

*f 9 ta. a. g 1 fi. ca. 23 li. 1 P. h 9 ta. b.*

Decimusſeptimus [f] principio ex carne nerueáque ſubſtantia mixto, & utcunque lato, ab elatiori ſede exterioris humeri [g] tuberculi enaſcitur, & per mediam cubiti ſedem, magnus & carnoſus, & paulò minùs toto teres porrigitur, nulli alteri connatus oſſi, neque aliunde, quàm ab humero principium ducens. Quum uerò propter radij extremum, cui brachiale inarticulatur, [h] pertigerit, arctior redditus, in quatuor breues carnoſas portiones, in muſculi ſubſtantia non procul diremptas finditur, quę ſimul communi membrana indutę,

fibriſq;

fibriſq; tenuibus inuicem cohærentes, atque in tendinem illico ab ipſarum à muſculi uentre
deductu degenerantes, per [i] ſinum in radij exteriori ſede exculptum, ad brachiale contendũt. i 2,4 fi.ca.
Eſt autem ſinus ille, ex quatuor in exteriori ſede appendicis radij excauatis, radij cum ulnæ [k] ar 24 li.17.
ticulo proximus. Huic itaque ſinui utcunque amplo, & admittendorum corporum magni- k 1 fi.ca.24
tudini ad amuſſim reſpondenti, quatuor hi tendines incumbunt, & tranſuerſo [l] ligamento li.1 l. aut po
ipſis peculiari, & radio quoque proprio obuoluuntur, ne aliquando ex ſinu declinent, & ne tius 2 figu
contracto ipſorum muſculo in altum exurgant. Cæterùm ut Galenus radij ſinus non ap- ræ l. l 1,2 ta.cha
*Lib.1 de Ad-* tè expreſſit, ita quoque falſò hos tendines communi radio & ulnæ [m] ligamento contineri tra- ract.3.
*mi.ſectio.* didit. Nam communi amborum oſſium ligamento & [n] ſinu is [o] muſculus utitur, quem ego m 2 ta.cha-
decimumoctauum in tota ſerie paulò pòſt recenſebo. Quum itaque proprium ipſorum liga- ract.1.
mentum tendines iſti tranſcenderũt, brachialiq; iam incumbunt, lateſcentes & ab inuicem de n 2 fi.cap. 24 lib.1 ſ.
ducti, tres æquales conſtituunt angulos, & ſinguli ad unumquenq; quatuor digitorum pro- o 9 tab.θ.
repunt. Ilico autem atque digiti principium contingunt, adhuc multò ampliores tenuioresq;
redditi, primi oſſis radici inſerũtur, ac ſic per totam digiti lõgitudinem aſcendentes, medio ex
*Lib.1 de Ad-* terioris oſſium regionis adnaſcuntur, non autem, ut Galenus malè arbitratur, ijs duntaxat
*mi.ſectio.* oſſium ſedibus, ubi articulorum conſiſtunt compages. Cęterùm qua ratione aliorum muſcu
lorum tendinibus, hi in digitorum ſede commiſceantur, quum quatuor digitos, à pollice in
obliquum abducentes muſculos ſermone abſoluero, auditurus es. Nunc enim & ſi decimus
ſeptimus muſculus [p] tres tantùm tẽdines ut plurimùm nobis exhibeat, quatuor illi Galeni no p ut in 9
*Decimuſo-* mine largiti ſumus. [q] Decimusoctauus muſculus gracilis longusq; eſt, inferiori lateri decimiſe ſpectas ta.
*ctauus.* ptimi ſecundùm cubiti longitudinem exporrectus. Ab exteriori enim humeri [r] tuberculo, hic ad Z, dein b.
muſculus principium ſumit inter decimiſeptimi caput, & principium alterius [s] muſculi, qui q 9 tab.θ.
poſtbrachialis oſſi, quo minimus digitus fulcitur, [t] inſertus, brachialis extenſionis dux cenſe- 2 ta.X.10
tur. A' principio muſculus hic ſecundùm latus decimiſeptimi carnoſus fertur, quouſque cubi ta.r.
ti finem attigerit, ubi in duos bipartitus tendines, communi radio & ulnæ [u] ſinu, & [x] ligamẽ- r 2 fi.ca.13 lib.1 P.
to utitur. Tendines ſtatim atque brachiale ſuperarunt, inuicem dirimuntur, & unus ad par- s 9 ta.A.
uum, alter anularem contendit digitum, ac ſinguli in ſui digiti primum os implantãtur, mem- t 9 ta d.
branæ inſtar, exteriori lateri uerſus poſteriora tamen ſeſe inſerentes. Hic muſculus duobus, u 2 fi.cap. 24 li.1 ſ.
quibus inſeritur, digitis à pollice abducendis creatus à Galeno dicitur, quum interim obli- x 2 ta.cha-
*Decimusno-* quum ſitum nequaquam adipiſcatur, quemadmodum ſanè [y] decimusnonus, duobus ultimo ract.1.
*nus.* enarratis ſubſtratus, obliquo ductu donatur. Ab exteriori nanque ulnæ proceſſu, poſteriori y 10 tab.p.
humeri ſedi coarticulato, uſque ad ulnæ ſedem, quæ non multò ante brachiale eſt, continua ſe
rie, tanquam ex recta linea [z] muſculi quidam enaſcuntur, omnes obliquo ſitu præditi. Atque z 10 ta.A,
*Tres muſcu-* hi tres exigunt radices principiá ue, ac primum quidem, quod elatiſſimum & humero uicini- Ξ,Π.
*lorum radices* us eſt, ad muſculum refertur radio peculiarem. Secundum autem, primo iam ordine ſucce-
*ab ulnæ longi-* dens, ad pollicem & brachiale ſpectat, cuius ſeriem, ac in plures ueluti muſculos diſtributio-
*tudine proce-* 
*dentes, quarũ* nem, muſculorum pollicem extendentium enarratio docebit. [a] Tertium autem, quo in præ- a 10 tab.π.
*tertia eſt 19* ſentia potiſſimum egemus, quodq; ſecundo principio ordine ſuccedit, ab ulnæ oſſe ultra me-
*muſculus.*
*Lib.1 de Ad-* dium ipſius longitudinis, uerſus brachiale enaſcitur, neutiquam uerò (ut Galenus parum be
*mi.ſectio.* ne aſſerit) à tota ulna, aut ulnæ ſuperiori parte brachio proxima. Hoc principium exactè car-
neum, & inſtar oblongæ lineæ originem ducens, paulò anguſtius ab exortu redditur, & obli
què deorſum, uerſus radij ad brachiale appendicem conſcendens, in [b] duas carnoſas portio- b 10 ta.oſu
nes diſcinditur, quarum inferior decimumnonum efformat muſculũ, à ſuperiori illius princi perior, pue
pij parte diſtinctum, quem doctrinæ gratia uigeſimumprimum, & pollicem uerſus alios digi rò inferior
tos euertentem appellaturus ſum. Hoc igitur tertium principium in duos muſculos diſtin- notatur.
guam, quãuis interim principij ratione nõ obſtem, quo minùs ambas ipſius partes, unius mu
ſculi loco quiuis recenſere poſſit. Decimus itaque nonus digitos mouentium muſculus, ab ul
na eo, quo dixi, modo enatus, obliquè radij appendicem petit, ac priuſquam hũc contingit, in
duos inuicem cohærentes tendines finitur, qui proprio [c] ſinui in radij appendice incumben- c 2,4 fi.ca.
tes, & peculiari [d] ligamẽto tranſuerſim obuincti, ſuper brachiale expandũtur. atq; hîc dirẽpti, 24 li.1 d.
illorũ ſuperior indici, inferior autẽ medio exporrigitur, exteriori inferiorìue digitorum lateri, d 2 ta.cha-
uerſus poſteriora implãtati. Sinus autem horum tendinũ nomine, in radij extremo priuatim ract.4.
exculptus, inter [e] ſinũ decimiſeptimi muſculi gratia inciſum, & illum quo bicornis tendo eius e 2,4 fi.ca.
[f] muſculi uehitur, cuius beneficio brachiale extẽditur. Atq; hic etiã ſinus [g] alteram portionẽ ter 24 li.1 unus
*19, 18 & 17* tij illius ex ulna prodeũtis principij trãſmittit, quã pollicis motibus famulari audies. Haud e- γ, alter & f notatur.
*muſculorum* nim arbitrandũ eſt, ambas tertij principij portiones unico ſinu et ligamẽto utĩ, et huic decimo f 11 ta.A.
*tẽdines & mu* nonomuſculo ligamentũ peculiare nõ obduci. Quod uerò præſens muſculus à pollice abduc g 10 ta.θ.
*nus.*
tionis



tionis eorum, quibus inſeritur, digitorum autor ſit, ſitus ipſius inſertioq; liquidiſſimè commõ
ſtrant. Cæterùm hunc non ſemper in indicem & medium, digitos, tendinem porrigere obſer-
h 9 tab.θ. uaturus es, ſed dũtaxat in indicem. Sic etiam [h] decimumoctauum muſculum in minimum &
anularem ſimul, tendines, qui ſtatim in brachiali dirempti fuerunt, digerere non ſemper cõſpi-
cies, ſed frequentiſſimè unicum tendinem in paruum digitum ferri obſeruabis, eius digiti extẽ
i 9 ta.Z. ſionis ducẽ. Pariter [i] decimusſeptimus in tres tantùm tendines diuidi uidebitur, qui in brachi
ali inuicem deducti, indici medio, & anulari implantabuntur, in minimum autem digitum ſta
tim à brachiali tendinem, ut ad cæteros digitos, ferri rariſſimè reperi, quũ decimusnonus par-
ui digiti extenſionis autor ſit. At his omnibus tendinibus, ubi poſtbrachiali membranulis et fi
broſis nexibus committuntur, priuatim id accidit, ut ſinguli lateſcentes uelut in plures diui-
dantur, ut iam latiores multò, & tenuiores redditi, ad digitorum radices, mirabili neque ſem-
per eadem ſerie inuicem miſceantur, unius digiti tendinis portione etiam cõſpicua, ad alterius
digiti tendinem pertinente. Quod & in tuis manibus conſpicari poteris, animum, quando di
gitos flectis, ac reflectis, et in latera ducis, digitorum radici adhibens. Quamuis in manu cute li
berata, id intueri magis conduxerit, ut non mireris, cur Galeni tendinum ſeriei minùs ilico ac-
ceſſerim, arbitrerq; decimumſeptimum, decimumoctauum, & decimumnonum quatuor di-
gitorum, unà et extenſionis & abductionis à pollice opifices eſſe, ob uariam illam, quæ per ob
liqua prorſus fit, commixtionem, & rectum ſitum, & ipſorum inſertionem, quam in totam di
giti longitudinem moliuntur. Nullam tamen prorſus tendinum commixtionem unquã per-
fici obſeruaui, cuius beneficio uel obſcuriſſimè paruum digitum à pollice abduci auſim aſſere-
re, imò rectus ille muſculi decimioctaui ductus inſertioq; arguunt, nulla prorſus ratione par-
uum digitum eius opera, extrorſum à pollice abduci. Atque eiuſmodi etiam quid in pede ob-
ſeruari, ſuo loco dicam. Habeto igitur mea quidem ſententia decimumoctauum pro præci-
puo parui digiti extenſionis autore. Decimum autem nonum inſigniter ad indicis & aliquan
k 9 ta.θ. do medij à pollice abductionem, idoneum eſſe neminem ambigere conuenit. Verùm quia *Vigeſimus.*
l 1 tab.cha- paruum adeò atque ex abundanti à cæteris abduci oportuit, quoties rotundas figuras manu
ract.q;.3 ta complectimur, & quum huiuſmodi motus [k] decimooctauo muſculo acceptus ferri nequeat,
bular.4 ta. r.9 ta.h. rerum Opifex [l] muſculum breuem, ſed ualidum in extrema manu repoſuit, illi motui præfe-
m 1,3,5 fig. ctum. A' [m] quarto enim brachialis oſſe, quod rectum appellauimus, muſculi huius princi-
cap.25 lib.1 character pium prodit, quod per lunæ monticulum ad paruum digitum pergens, toto ductu carneum
4. uiſitur, muris ſeu lacertæ formam eleganter exprimens, quippe muſculus iſte, in exortu utcun
n 10 tab.o. que tenuis, in medio teres craſſusq; eſt, in inſertione autem, quam in externo primi oſſis parui
u ta.u.1 d. digiti latus molitur, gracilis tenuisq;, & nerueus euadit. ſit itaq; hic ordine uigeſimus. Cæ- *Vigeſimus*
2 e.9 f. o 10, 11 ta. π. terùm [n] uigeſimusprimus, pollici peculiaris cẽſetur, eſtq; ille altera [o] tertij ex ulna pendẽtis prin *primus.*
p 10 tab.p. cipij portio, quam à [p] decimonono, qui ad indicem & medium potiſſimum fertur, diſtingui-
q 12 ta.h in ter f & g. mus. Ab ulnæ itaque exteriori ſede, iuxta [q] ligamentum membraneum inter cubiti oſſa, qua in
uicem dehiſcunt, conſiſtens, & iuxta medium longitudinis cubiti iſte muſculus enaſcitur, uer
r 11 ta.muſculi A notat. ſus radium obliquè properans. Priuſquam uerò radij inferiorem contingit appendicem, in
paulò minus toto teretem ceſſat tẽdinem, qui communi cum [r] tendine bicorni, quo brachiale
s 2,4 fi.ca. 24 lib.1 ſ. extenditur, [s] ſinu, et [t] ligamento plerumq; deductus, ad brachiale contendit, & ilico lateſcens to
t 1,2 ta.cha ract.4. tius pollicis longitudini inſeritur, non quidẽ in medio exterioris regionis, ſed exteriori ipſius
latere, quod indicem ſpectat. Cuius autem motus hic muſculus opifex ſit, ilico ſubijciam, at- *Vigeſimusſe-*
u 10, 11 ta. Λ,Ξ,Π. que duos ſequẽtes nunc muſculos deſcripſero, in quorum enarratione ambigo, num illos pri *cundus, qui ſi-*
x 10, 11 ta. Ξ. mùm unius, aut duorum, aut trium muſculorum loco recenſere debeam. Sed agè, ac ſi unus *mul cum 23 re-*
eſſet, illos pertractemus, eundem poſtea, uti uiſum erit, in plures diuiſuri. Ex [u] tribus mu- *cenſetur.*
y 11 tab. Λ. ſculorum radicibus ſeu principijs, quæ ab ulna ſecundùm ipſius longitudinem exoriri re-
1 tabu. c,9 ta.e. lata ſunt, [x] medium principium utcunque uiſitur amplum, longáue ſatis linea enatum, &
z 10 ta. ſuperior portio. k, inferior l, ſic 2 ta.b,c. obliquè ſuper radium conſcendens, illi inſternitur [y] muſculo, quem bicorni tendine in bra-
chiale inſeri, id'que extendere docebo. Simulatque uerò principium hoc cum muſculum inte-
git, in [z] duas impares portiones diuiditur, à ſeſe nullo interuallo diſtantes, ſed mutuò incum-
bentium muſculorum ritu inuicem hærentes, ſuperior portio aliquandiu carnea perma-
a 2 fi.ca.25 li.1 cha.5 nens, in tendinem quodammodo teretem ceſſat, inſertum exteriori brachialis [a] oſſis ſedi,
b 10 tab.m, n.11 ta.q,r. quod pollicem ſuſtinet. Inferior autem principij portio ſtatim, ac aliquouſque in anteriora
prorepſit, in [b] duas rurſus carneas partes diſtinguitur, quæ ſingulę in tendinẽ finiunt, ac cum
c 2,4 fi.ca. 24 li.1 x. ſuperioris portionis tendine, proprio [c] ſinu in radij appendice leuiter inciſo inſident, pe-
d 1,2 tab. cha.6. culiariq; [d] ligamento tres ſimul tendines obducuntur. Poſtquam uerò inferioris portionis
tendines brachiale ſuperarunt, unus in primi pollicis internodij radicem implantatur, illic in
exter-

externam ipſius regionem iuxta internum latus finiens. Alter tendo membranoſo tantùm ne-
xu primi pollicis oſſis lõgitudini adhęrens, in ſecundi oſſis radicē exteriori ſede, uerſus internū
latus inſeritur, neq; is inibi totus deſinit, uerùm ad ſummū uſq; pollicis apicē, ſecundo et tertio
oſſibus pertinaciter quoq; adnaſcitur. Duorū inferioris portionis tendinū alter tantùm, quē
nunc enarrauimus, Anatomes profeſſoribus perſpectus fuit, unde etiam aliqui attendentes
[e] principij continuitati, muſculum hunc unum eſſe tradiderunt, alij uerò quoniam in progreſ- *e 10, 11 tab. n.*
ſu dirimitur, & unus tendo brachiali, alter uerò, qui ipſis cognitus erat, pollici inſeritur, duos
hîc muſculos conſtituerunt. Nobis autem integrum eſſet, [f] trium muſculorum loco hunc enu- *f 10 tab. k, m, n. 11 tab. p, q, r.*
merare, ſingulos muſculos ſingulis tendinibus aſſcribentes, quanquam nos opportuniùs fa-
cturos exiſtimo, ſi duos tantùm enumerauerimus, inferiorem portionem, quæ pollicis oſſi-
bus tendines duos offert, uigeſimumſecundum in hoc Capite appellantes. Superiorem uerò
*Vigeſimumtertium hoc Capite enumeratū, digitorum nõ ſeruire motibus.*
portionem, quæ brachialis etiam extenſioni, & obſcuro cuidam radij circumductui ſecunda-
riò opem fert, uigeſimitertij nomine habituri ſumus, niſi quia digitorum motibus nõ famula-
tur, in horum muſculorum ſerie illi locum abnegaueris, quòd non incuſamus, modò tuum
interim placitum, in ſubſequentium muſculorum numero recenſendo, memoria non excide-
rit. Nos enim ac ſi præſenti Capite enumeraretur, reliquum de digitorum muſculis ſermonē
percurremus, ſilentio non prætereuntes, in caudatis ſimijs unicum duntaxat apparere tendi
nem, qui partim in pollicem, partim in brachiale inſeritur, ſecus longè, quàm hominibus ut
*Vigeſimiſecundi & 21 officium.*
plurimùm accidere nouimus.[g] Vigeſimo itaque ſecundo, & quem priùs enumerauimus,[h] ui- *g 10 tab. l, deinde m, n. 11 ta. q, r.*
geſimoprimo pollex rectà euertitur, extenditur'ue, quoties utriq; muſculi unà contrahuntur,
quippe uigeſimoſecundo duntaxat contracto, pollex obliquè à cæteris digitis abductus extē- *h 10 tab. o. 11 ta. u.*
ſionem patitur, à uigeſimo autem primo ad indicem magis euerti ſolet. quare etiam integrum
eſt, hos muſculos in digitos ad latera ducentium, & etiam in extendentium claſſem, ut uiſum
fuerit, reponere. In hunc uſque locū ſeruaſſem[i] decimumoctauum, &[k] decimumnonum, *i 9 ta. Θ.*
ut iam muſculos obliquis motibus præfectos ſimul enarrarem, niſi uaria illa tendinum iuxta *k 10 tab. p.*
digitorum radices commixtio obſtitiſſet, & niſi decimusoctauus extendētibus potiùs, quàm
abducentibus fuiſſet adnumerandus, deinde huius commixtionis & decimioctaui muſculi
ductus gratia, neceſſariò et[l] illum priùs recenſui, cuius beneficio paruus digitus à reliquis uali *l 3 tab. r. 4 ta. x.*
*Sex muſculi digitos mouentes adhuc reliqui.*
diſſimè abducitur, qui ordine uigeſimus erat. Ac proinde adhuc reliqui ſunt,[m] duo obliquis
pollicis motibus famulantes, &[n] alij quatuor, quibus digiti quatuor ad pollicem ducuntur. *m 3 ta. p. 4 ta. μ unus, alter uerò 11 ta. ſ.*
Pollex enim quum inſtar alterius manus, reliquis digitis opponi debuit, meritò muſculos ſibi
uendicat, quorum beneficio à cæteris maximè abducitur, & rurſus uariarum actionum gra-
tia cõmodiſſimè indici admouetur.[o] Qui igitur pollicē maximè abducit, atq; in tota ſerie uige- *n 6 ta. ſſ. 7 ta. d.*
ſimusquartus cenſeri poteſt, ab anteriori ſede oſſis brachialis, cui pollex innititur nerueo prin *o 11 ta. i 3 p. 4 μ.*
cipio, quod ſtatim carneum euadit, enaſcitur, ac deorſum protenſus, ſecundo pollicis oſſi, mē-
braneo tendine inſeritur. Hic muſculus unà cum[p] duobus, primū pollicis internodium flectē- *p 6 ta. x, λ.*
tibus, quibus iſte inſternitur, carnoſam uolę partem efformat, quæ ad pollicis radicē conſiſtit.
Galenus in Libris de Partium uſu præſentem muſculum, nõ admodum uerè in primum pol-
licis os inſeri ſcriptum reliquit, quū notabili & uera inſertione ipſi nõ adnaſcatur, ſed duntaxat
fibroſis nexibus inualidè hęreat. Verùm non mirum eſt, Galenum eiuſmodi inſertionem nos
docuiſſe, quum id ſcribens, duos muſculos primum pollicis os flectentes ignorauerit, ac illos
uigeſimiquarti muſculi partes eſſe arbitratus fuerit. Muſculus iſte[q] interioris pollicem euertē- *q 10 ta. m, n, 11 ta. q, r.*
tium, qui ordine uigeſimus ſecundus erat, actionem excipit, atque ita quàm maximè pollicem
ab indice remouet, id priuatim adeptus, quòd inter extremæ manus & cubiti muſculos, ſolus
quodammodo liueat, propriæ ipſius, quę craſſior eſt, membranæ gratia.[r] Alter muſculus ob- *r 1 ta. b. 2 d.*
liquis pollicis motibus ſeruiēs, ex interiori latere, uerſus poſteriora tamē,[s] oſſis poſtbrachialis, *s 8. 10 ta. 11 ſ. 12 n.*
quod indici præponitur, initium ducit carneum, & ſecundùm totam eius oſſis longitudinem *s 1, ſi. cap. 24 li. 1.*
enatum. Muſculus iſte inſeritur carnea implantatione, toti externo lateri primi pollicis oſſis,
membraneum tendinem radici quoq; ſecundi oſſis porrigens, huius fibræ tranſuerſæ quodã-
modo ſunt, à brachiali ad pollicem ductæ. Vnde etiã huius muſculi auxilio pollex indici pro-
ximè accommodatur, illoq; muſculo pollicem ad exteriora[t] euertentis (qui in noſtra ſerie uige- *t 10 tab. o.*
ſimusprimus eſt) actio excipitur. Porrò[u] muſculi quatuor digitos pollici adducentes, quia in *u 6 tab. ſſ, ad γ. 7 ta. d ad f.*
firmiùs digitos uerſus pollicem obliquè adduci, quàm ab illo reduci oportebat, nequaquam
ex cubito principium ſumunt, ſed graciles & teretes ſunt muſculi, ſingulis quatuor ſecūdi mu
ſculi tendinibus (qui quatuor digitorum tertium os flectunt) exporrecti. oriuntur enim ex mē
braneo inuolucro, tendines illos, cùm brachialis ſinum, &[x] tranſuerſum ipſius ligamentum *x 4 ta. ł.*
perreptant, induente. Hinc ſimul ſinguli cum ſingulis tendinibus ad digitos procedentes,
ac inte-



ac interiori tendinis lateri attenſi, in digitorum radicem inſeruntur, ad internum eorundem la
tus, uerſus interiora inſertionem membraneam moliti, iſta nanque ſede illos inſeri decuit, qui
in latus ad pollicem, quatuor digitos erant reclinaturi. Præſentibus muſculis hoc ſanè rarum,
*Ex uigintinouem deſcriptis muſculis, 28 digitorum motibus famulari.*
*y 1, 2 ſi. cap. 11.* perinde ac oculi[y] muſculis obuenit, quòd non ex oſſe aut cartilagine, ſed ex membraneo ten-
dinum inuolucro originem ſumpſerint. Iam ſi his quoque muſculis tuum numerum diſcipli-
næ gratia auxeris, in uniuerſum uigintinouem in hoc Capite deſcripti exurgent, quorum ui-
*z 10 tab. k. 11 tab.* gintiocto digitorum duces ſunt,[z] uigeſimotertio interim ad brachiale relato. Porrò mira-
*De tendinum inſertionibus nonnulla.*
*a 6 ta. ſſ.* bitur forſitan aliquis, cur minus[a] muſculos quatuor digitos pollici adducentes, &[b] eum qui
*b 3 ta. r.* paruum à cæteris abducit, primo quatuor digitorum oſſi dixerim inſeri, nulla interim mentio-
ne ſuccedentium internodiorum facta, quum tamen Galenus in omnibus digitorum oſſibus,
ſecundùm totam illorum longitudinem tendines, membranæ modo inſeri cõnaſciq; in Primo
de Adminiſtrandis ſectionibus ſcriptum reliquerit ſecus, quàm in Libro de Partium uſu, ac il-
lo etiam priores Anatomici. Ego nequaquam inficias eo, uti neq; aliquis, qui mihi reſecāti aſti
tit unquam, digitorum oſſa ſecundùm longitudinem, è regione inſertionis illorum muſculo-
rum membranis obduci, uerùm non talibus, quales commemorati modò muſculi porrigere
deberent. quandoquidem illæ nullum fibrarum genus, ſecundùm longitudinem excurrens
oſtendunt, neque parem etiam ductum, cum muſculorum ex cubito in exteriorem digitorum
ſedem inſertorum tendinibus retinent. Quinetiam ſolius primi in quatuor digitis articuli, &
primi ſecundiq; in pollice beneficio, digiti in obliquum aguntur, cuius cauſa, dum digitorum
oſſa perſequerer, articulationis differentia eſſe commemorabatur. Si itaq; quiſpiam eiuſmodi
membranas, muſculorū in obliqua agentiū tendines eſſe cum Galeno contenderit, fruſtra eos,
& ligamenti tantùm uice ſecundis & tertijs digitorum oſſibus commiſſos fateatur, oportet.
*c 9 ta. Θ. 10 ta. p. 11 t.* Quòd autem[c] illorum tendines, qui ex cubito procedentes, à Galeno abductionis autores ſim
pliciter enarrantur, toti digitorum longitudini liquidò inſeruntur, uehementiùs colligere co-
gor, eos muſculos extenſioni etiã præeſſe. Denuo ſtudioſior aliquis in Galeni Libris uerſa-
*Muſculorū inſertionū collectio.*
tus, illumq; contraria de inſertione tendinum docere animaduertens opperietur, donec omnes
muſculorum digitos mouentium inſertiones in unum numerum redegero, Galenum in Pri-
*d 6 ta. x, λ, 7 ta. cha. 1, 2, 3. ta. 8 ſub Δ.* mo de Partium uſu imitaturus, qui eas parum rectè perſequitur, quoniam[d] tredecim muſculos,
qui in extrema manu locati digitorum flexus autores ſunt, omittens, falſò[e] ſecundi muſculi ten
dines, primo quatuor digitorū oſſi implantatos tradit. Cæterùm ſi obiter[f] decimumſeptimum
*e 6 ta. Ξ.* in quatuor tendines, digitos extendentes, &[g] decimumoctauum &[h] decimumnonum in binos
*f 9 ta. Z.* tendines, qui quatuor digitos à pollice abducant, diuidi conceſſerimus, & deinde tum in om-
*g 9 ta. Θ. h 10 tab. p.* nes digitorum acies, ut extendentes inſeri annuerimus, ut interim[i] illi, qui in extrema manu
*i 11 ta. t.* reponuntur, lateralibusq; motibus priuatim præſunt, ita habeant, uti nos deſcripſimus, ſexa-
*i 3 ta. r, p, 6 ta. ſ, ſ. 11 ta. ſ.* ginta omnes ueræ inſertiones (non accubitus leues'ue annexus dico) erunt. In primum ſcilicet
pollicis articulum quinque, in ſecundum ſeptem, in tertium tres, in minimi digiti primum inter
nodium ſex, in reliquorum autem trium digitorum prima internodia duntaxat quinque, in
quatuor uerò digitorum ſecundum & tertium internodium tres. Quæ porrò eiuſmodi ſint in
ſertiones, ipſe tecum, ut muſculos rurſus in memoriam, quaſi in epilogum cõtrahas, repetito,
atque deinde rurſus perpendito, quot uniuerſæ eſſent, ſi etiam muſculi obliquis motibus præ-
fecti, qui in ſumma manu reponuntur, inſertiones in ſuccedentia oſſa, quæ in obliquum (niſi
*k 10 ta. l deinde m, n.* ſecundariò) non aguntur, ex Galeni ſententia molirentur, & deinde etiam[k] uigeſimiſecundi
muſculi utrunque tendinem, primo pollicis oſſi inſeri uera inſertione admiſeris, ut nunc pri-
*l 3 ta. p.* mum pollicis internodium ſex admittat inſertiones ([l] qui enim pollicem maximè abducit, in
primum ipſius os non inſeritur) tertium autem pollicis quinque, & ſecunda tertiaq; interno-
dia indicis, medij, & anularis etiam quatuor, parui autem digiti ſecundum & tertium interno-
dium, quinque inſertiones obtineant, conſurgent omnes, ſeptuagintatres. Si etiam ligamen-
torum beneficio oſſibus applicationes (nollem enim cum Galeno inſertiones dicere) adnume
raueris, & ſecundum quinque digitorum internodium una applicatione, & primum quatuor
digitorum duabus auxeris, inuenies (niſi me additio fugerit) octuaginta ſex, nam primo pol-
*m 6 tab. x. deinde θ.* licis internodio[m] tertij muſculi tendinem tribuere nequis, quanuis hic numerus adhuc &[n] la-
*n muſculi n ta. 3 uti tendo l inſignitur.* ti tendinis applicationes ſibi uendicare poſſit, ut tria quatuor digitorum, & duo pollicis inter-
nodia, adhuc una augeantur commiſſione, numerusq; nonaginta octo conſtituat. Quem ſi ad
utramque manum conferens duplicaueris, quot numeris, centum & octodecim Galeni ἐμφύ-
σεις & παραφύσεις modò ſuperaſti? *Lib. 1 de Vſu partium.*

# VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM INTEGRA ABSOLVTA'QVE DELINEATIO, IN HOC POTISSIMVM PARATA, VT IN CONSPICVO ESSET, QVAENAM VENAE CVM arterijs porrigantur, & quæ absq; arteriarum consortio per corpus repant, ac rursus cuiusmodi arterias Natura coniugibus uenis destituerit.

CHARACTERVM OMINVM IN HAC FIGVRA cum suis partibus occurrentium Index.

IN præsenti figura primum maiusculi Latinorum occurrunt characteres, organa præter uenas arteriasq; obuia notantes. Significatur itaque,

A,A,A Septum transuersum.
B Cordis inuolucri portio, inibi asseruata, ubi id septo continuatur.
C Cor sua sede repositum.
D,D,D,D Quatuor pulmonis fibræ, lobi'ue.
E Aspera arteria.
F,F Gibbi iecoris magna portio.
G,G Cauum iecoris.
H Vesicula excipiendæ bili flauæ parata. Si interim ex characterum serie aliqui omittantur, non ideo aliquid præsenti figura expressum, nos innotatū præteriisse arbitraberis, quum ex Epitomes nostræ tabulis huc duntaxat tantum assumpserimus, quantum uenarum arteriarumq; digestioni ostendendæ sufficere duximus.
O Lienis caua sedes.
P Dextri renis anterior sedes.
Q Sinister ren.
S Virilis uesica simul cum umbilico et uasis umbilico adscriptis, reliquisq; partibus, quas sparsim in characterum explicatione indicabimus.
T Venæ cauæ caudicis sedes, inter septum transuersum & cor consistens.
V,X Vasorum coronarum ritu cordis basim ambientium sedes, atque adeò cordis basis.
Y Cordis mucro.
Z Rami ab arterijs uenisq; coronalibus deorsum per cordis superficiem diffusi.
a Hac parte cauæ caudex in dextrum cordis sinum dehiscit.
b Dextra cordis auricula.
c Sinistræ auriculæ cordis mucro.
d Venæ arterialis caudex. Venalis autem arteriæ initium quia in sinistro cordis latere (ut hic cauæ orificium in dextro) con-
e,e. sistit, conspici hac figura nequit. Notantur tamen e & e uenalis arteriæ & uenæ arterialis in dextram pulmonis partem progressus, nondum pulmonis substantia undiq; circundatos.
f Magnæ arteriæ caudex.
g Magnæ arteriæ truncus, partes cordi subditas petens.
h Superiora petentis magnæ arteriæ trunci portio, sinistro brachio potissimum oblata.
i Dicti modò trunci insignior portio, atque adeò ipsius in duos impares ramos distributio, quorum alter sinistra est soporalis k notata; grandior uerò dextram format: soporalem l
k.
l. insignitam, & arteriam potissimum in dextrum brachium excurrentem, & m notatam.
m.
n,n Hàc excurrunt septi transuersi nerui, quorum initium in figura cuiuis indicem prosequimur, formatur, P insignitur.
o Venæ pari destitutæ initium, ipsius uerò series in præsentis figuræ tergo est conspicua.
p Quum in angulo superiori, ac utrinque ad p latera exortus ab parent uenarum pectoris ossi propriarum, ac ad umbilici usque regionem excurrentium. Harum altera simul cum coniuge sibi arteria * insignita, in uno latere q notatur.
*.
q.
r Venæ superior aliquot costarum interualla adeuntis initium.
ſ,ſ Vena per transuersos ceruicis uertebrarum processus caluariam petens, atque in secundum du-
t,t,u,u. ræ membranæ sinum simul cum coniuge arteria absumpta. Notatur enim primus sinus t,
x,x,y. t. secundus u, u tertius x, x. quarti initium y.
z Axillam petens uena, quæ in sinistro latere humerariam α indicatam promit. In dextro autem latere illius initiū hic ab externa pendet iugulari.
α.
β,γ Hic abscissæ propagines illæ sunt, quæ ab axillam petente uena in thoracis anteriora, posteriora & latera digeruntur.
δ Interior iugularis.
ε Interioris iugularis in duas uenas distributio, quarum altera secundum duræ membranæ petit sinum, altera in latus sinistrum duræ membranæ excurrit.
ζ Exterior iugularis.
η Exterioris iugularis ad fauces distributio. θ ipsius pars post aures ad occipitium excurrens
θ,ι. notatur, ι ad tempus & uerticem, κ ad faciem & frontem, λ ad secundum duræ membra-
κ,λ. næ sinum. μ uerò duo ipsius rami indicantur, quorum alter per octauum capitis os caluariam pe-
μ. tit, alter per secundi paris neruorum cerebri foramen.
ν Aliquot subsequentes characteres in dextro ponuntur latere, soporalis arteriæ seriem indicantes. Atque hic ν arteriæ portionem indicat caluariam petentem, postquam ramum à se diffudit, cum externa iugulari ad faciem, & ad tempus, & post aurem digestum.
ξ Soporalis ramus primum duræ membranæ petens sinum.
ο Præcipua soporalis portio per priuatum foramen caluariam petens.
π Versus narium amplitudinem exporrectus ramus.
ρ Ramus in dextrum latus duræ membranæ excurrens.
σ,τ Rami soporalis præcipui, qui plexum reticularem efformare perperam creduntur.
υ Ramus oculos petens.
φ Ramus tenuem adiens membranam cerebri basi obuolutam.
χ Plexus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus.
ψ Sexti paris neruorum cerebri dexter neruus, illic abscissus quà secundum laryngis latus deorsum fertur.
ω,ω Dexter recurrens neruus.
1 Sexti paris neruorum cerebri truncus sinister.
2,2 Recurrens neruus sinister.
3 Neruulus cordis basim accedens.
4 Posteriora ceruicis & occipitium adiens uena.
5 Scapulæ posteriora petens uena. Verùm & si posthac arteriam priuatim non insigniemus, promptè ex delineatione liquet, cui nam uenæ arteria exporrigatur.
6 Ad cutem quà summus humerus integitur.
7 Humeraria quà cutem subit, cubitumq; adit.
8 Humerariæ ramus altiora cubiti articuli interdum petens.
9 Ramus ab humeraria ad communis uenæ constitutionem repens. Verùm modò conduxerit portius minores latinos characteres assumere, ne quum arithmetici characteres geminandi essent, plura ipsis obliterentur.
a,a Humerariæ ramus per radium cubitiq; exteriora ad ulnæ appendicem & brachiale properans,
π. axillarisq; ramo p notando, illic ubi π uisitur, auctā, & paruum digitum, deinde & anularem præcipuè accedens.



b Axillaris ramus, cui anteriorem interioremq; brachij sedem inuestienti dispensans.
c Ad musculos cubitum extendentes.
d Ramus quartum brachij neruum ad cubiti usque exteriora concomitans.
e Axillaris in duos truncos partitio.
f,f Truncus in alto latitans, & arteria undiq; cōcomitatus, & per cubiti flexū in cubitū tendēs.
g Dicti trunci ramus radio exporrectus, & surculos pollici, indici & medio exhibens.
h Arteriæ dictum ramum concomitantis soboles, externam manus sedem inter indicem ac pollicem accedens.
i Recondi illius trunci ramus ulnæ exporrectus, & paruo digito, anulari & medio soboles depromens.
k Sub cute excurrentis axillaris trunci iuxta cubiti articulum diuisio.
l Axillaris ramus communem constituens.
m Communis uena.
n Communis uenæ instar Y diuisio, atque dein ipsius per externam manus sedem series.
o Surculus communis internam manus adiens sedem, & hic alijs commixtus ramulis.
p Axillaris ramus ulnæ exporrectus, uariéq; in cutem diffectus, & suo extremo cum quodam humerariæ ramo coiens, ubi π posuimus.
q,q Series uenarum internam cubiti cutem & uolam implicantium.
r Vmbilici portio.
ſ,ſ,ſ Vena ab umbilico in iecur exporrecta.
t Meatus urinā fœtus inter secundū ipsius inuolucrū et intimū deferēs.
u,u,u,u Arteriæ fœtui peculiares.
ε Portiunculæ nerui iecoris cauo à uentriculi neruis depromptæ.
s,s Meatus bilis uesiculæ duodeno insertus.
τ Venæ portæ caudex.
υ Iecori inserta arteria, & neruus quoq; illi exporrectus arteriæ.
φ Bilis uesiculam adiens arteria & neruus.
χ Venæ bilis uesiculam adeuntes.
ψ Vena & item arteria posteriorem uentriculi sedem intexta ipsius inferius orificium accedentes.
ω Vena uentriculum petens, quà gibbum ipsius dextram dorsi sedem spectat.
a Vena, arteria, neruus, dextram fundi uentriculi sedem implicantes.
b Minor portæ maximæ distributionis truncus.
c Grandior truncus maximæ partitionis uenæ portæ.
d Vena & arteria duodeno intestino potissimum exporrectæ, & ipsis attenso corpore glanduloso suffultæ.
e Vena cum coniuge arteria dextram sedem adiens inferioris membranæ omenti.
f,f Radix arteriæ in iecur, uentriculum, lienem & omentum, & bilis uesiculam digestæ.
g Vena cum coniuge arteria superius uentriculi orificium coronæ modo tandem cingens, atque in uentriculi figura inter α & κ occurrens.
h Vena & arteria præcipuam inferioris membranæ omenti sedem petens, & colon quà uentriculo exporrigitur implicans.
i,i Glandulosum corpus uasorum distributioni hic præfectum.
k Inferioris omenti membranæ sinistram sedem accedens uena.
l,l Vasorum series ad lienem.
m,m,n Vasa ab illis quæ lieni inseruntur sinistram uentriculi sedem adeūtia. Verùm præcipua n indicatur, quæ sinistram sedem fundi uentriculi implicant.
o,o,o Series est uenarum & item arteriarum intestinis propriarum.
p,p Radix præcipua arteriæ intestina petentis.
q,q Minor arteria intestinis propria.
r,r [illegible]
ſ Foramen septi transuersi stomachum transmittens, atq; adeò sinus iecoris stomacho cedens.
t Iecoris ligamentum, quo sinistra ipsius pars septo nectitur.
u Magna arteria septum permeans, atq; adeò ipsius ramus in dextrā septi partē excurrēs.
x Cauæ uenæ caudex.
y Vena sinistri renis pinguem accedens tunicam.
α Vena & arteria reni dextro oblatæ.
β Vena dextri renis pinguem tunicam intexens.
γ Sinistrum renem accedens uena & arteria.
δ Sinistra seminalis uena.
ε Dextra seminalis uena.
ζ Arteriarum seminalium ortus.
η,η Sinistræ seminalis uenæ & arteriæ congressus.
ι,ι. Sinistrum testem unà cum tunica adhuc ipsi propria, atque à peritonæo promata, & ι,ι notata delineauimus: ita tamen hic est dissecta apertaq;, ut nihil quo minus aptè cernatur impediat. imò etiam musculum illi innatum commonstrat, κ indicatum.
κ.
λ Hàc uena & arteria peritonæi amplitudinem egrediuntur.
μ Varicosum corpus ipsaq; adeò uenæ arteriæ uaria & admirabilis implicatio.
ν Sinister testis tunica ipsi proxima obtectus.
ξ,ξ Vasis semen deferentis ad testem reuolutio.
ο,ρ Vasis semen deferentis ascensus ad pubis os.
ϖ Sinistri uasis semen deferentis ad pubis ossis posteriora inflexus.
ς Dextri uasis semen deferentis reflexus.
τ Dextri sinistriq; uasorum semen deferentium coitus.
φ Vasorum semen deferentium insertio.
χ,χ Glandulosum corpus uasorum semen deferentium insertionem excipiens.
ψ,ψ Meatus urinæ seminiq; communis.
ω,ω Musculus orbiculatim dicto iam meatui obductus.
æ,æ Penis, atque adeò ipsius corpora.
u,a Venæ & arteriæ lumborum uertebris, ipsisq; adnatis musculis, & abdominis lateribus exporrectæ.
b Venæ cauæ & arteriæ super os sacrum partitio.
c,c Arteriolæ sunt sacri ossis foramina petentes.
d Sinistri partitionis dictæ trunci diuisio.
e Interioris rami dictæ diuisionis propago, nates & coxendicis ossi adnexa petens.
f Dicti rami propago tandem uesicæ & utero digesta.
g Pars est arteriæ fœtui peculiaris, quam antea ad uesicæ latera u, uti & hic quoque in me-

iori figuræ portione, notauimus.

*h* Portiuncula exterioris rami dictæ antea diuisionis ad reliquum accedens interioris rami.

*i* Reliquum interioris rami per pubis ossis foramẽ in musculos interiorem femoris sedem occupantes distributum.

*k* Sedes qua soboles dicti reliqui alteri uenæ commiscetur. Verum hic ex tabula prompte animaduertis, quando & arteriæ subaudiendum esse, quum scilicet uenæ arteriam attendi cernis.

*l* Exterioris rami propago, abdominis inferiorem sedem ad umbilicum usq; perrepens.

*m,m* Vena per femoris & tibiæ interiora sub cute ad digitos usque pedis distributa, & in progressu uarios edens surculos.

*n* Coxendicis anteriora petens, sub cute tamen.

*o* Musculos et cutem femoris exteriorem sedem occupantes intertexens.

*p* Musculis anteriorem sedem femoris occupantibus digesta.

*q* Dictæ modò uenæ congressus cum ea quæ per pubis ossis foramen femur adit.

*r* Hæc præcipua femur petens uena secundùm femoris os reflectitur.

*s,t* Propagines musculos posteriorem femoris sedem occupantes, & cutem huius sedis ad suram usque accedentes.

*u* Diuisio in poplite, atque adeò rami in musculos à femoris capitibus hic pronascentes distributi.

*x* Maioris dictæ diuisionis trunci uena, externam tibiæ cutem ad summum usq; pedem implicans.

*y* Vena & arteria quamquam id non additum oportuit, fibulæ exporrecta, ac inter musculos latitãs.

*a* Maioris dictæ diuisionis trunci ramus, cutem internam tibiæ sedem integentem, ad digitos usque uarie subiens.

*β* Ramus dicti trunci suram ad calcem usq; petens.

*γ* Propago grandioris trunci inter musculos tibiæ anteriorem sedem occupantes, ad pedis usq; superiora & digitos digesta.

*δ* Trunci grandioris reliquum inter musculos posteriorem tibiæ sedem sibi uendicantes deorsum repens, & inter tibiam & calcem pedem subiens, ramulos digitorum inferiori sedi communicans.



QVONIAM magna figura cum ipsi anexis partibus uiri uenas ac arterias omnes proponit, lectori me non incommodaturum duxi, si mulierium uasorum tantam seriem proponerem, quãta à uiribus uasis illa differt. Quod duntaxat in fœminalium uasorum ad testes ductu perscicur, & uenis arteriisq; uterum implicantibus. quæ omnia præsenti figura simul cum muliebri uesica proponuntur: ipseq; characterum index est eiusmodi.

*θ* Ramuli à uena & arteria in membranam excurrentes, quæ peritonæo committuntur.

*ι* Portio uenæ & arteriæ testem adeuntium, superiorem fundi uteri sedem petens.

*n* Commixtio uenæ & arteriæ seminalium, quæ instar pyramidis est, & uaricibus assimulatur.

*λ* Testis sinister.

*ω,μ* Vas semen à teste in uterum deferens.

*ν* Obtusus uteri fundi angulus, in quem uas semen deferens insertionem molitur.

*ξ* Hac sede fundus uteri in ceruicem terminatur, hacq; regione ipsius consistit orificium.

*ο,π* Vteri ceruix.

*ϱ* Hic uesicæ ceruix in uteri ceruicem producitur ac desinit.

*s* Vasa sunt inferiorem uteri fundi sedem & ceruicem implicantia.

*τ,τ* Ceruicis uteri ovis colliculi.

*υ,υ* Meatus urinam è renibus in uesicam deducentes.

TERTII LIBRI FINIS.

## DE MVSCVLIS MOTVVM BRACHIA*lis opificibus.* Caput XLIIII.

*Brachialis motus. Primus muſculus.*

CVM brachiali reliqua ſummæ manus pars flectitur, ac extenditur, deinde etiam obliquo (ut uocamus) motu in utrunque latus agitur, idq; quatuor muſculorum beneficio. Quorum [a] primus ex [b] interiori humeri tuberculo [c] principium ex carnea nerueaq; ſubſtantia mixtum aſſumit, hinc totius ulnæ longitudini adnatus, & ſemper in progreſſu ab ipſa principij ſui robur aſſumens, atq; hoc præcipuè in ſuperiori ipſius ſede, non procul ab articulo cubiti ad humerum. Exporrigitur autem hic muſculus inferiori lateri muſculorum, [d] qui ex cubito enati digitorum flexionibus præſunt. unde etiam internam ulnæ ſedem [e] magna ex parte amplectitur, quemadmodum & medium quoq; ſedis ipſius inferioris, toto ferè ulnæ ductu occupat, quo ſcribẽtes innitimur. [f] Reliquum autem inferioris illius ulnæ ſedis, quod exterius eſt, [g] alius muſculus ſibi uendicat, quem ante paruum digitum poſtbrachiali inſertum, huius extenſionem moliri audies. Duo enim illi muſculi inuicem fibroſis nexibus ualidè hærentes, uelut ſtratum quoddam & puluinar, quo commodè totum cubitum inniti ſinimus, efformant. Cæterùm primus hic muſculus, quum ad ulnæ uſq; finem prorepſit, paulò ante cubiti cum brachiali articulum, in [h] ualidum, & quodammodo teretem ceſſat tendinem, carniformi ſemper ſubſtantia ad brachiale uſq; auctum, qui dum articulum tranſcendit, prorſus excarnis eſt, ualidiſſima inſertione, inferiori [i] quarti brachialis oſſis ſedi implantatus, quod nõ immeritò rectum cartilaginoſumq; appellatũ, ac [k] unico tantum oſſi commiſſum, in Primo libro dicebatur. Præſens tendo, quà ulnæ appẽdice articuloq; brachialis ſuffulcitur, peculiare ligamentum, quod ipſi tranſuerſim obducatur, nullum exigit, ſed cõmuni omnium muſculorum membrana, quæ ligamenti uice eſt, quamq; inter manus ligamenta etiam recenſebimus, circundatur, & perquàm ualidè brachialis cum cubito articuli ligamentis connectitur.

*Secundus.* [l] Secundus brachiale mouentium muſculus, ex interiori quoque humeri tuberculo exoritur, illius, quem nuper commemorauimus, capiti proximus, & unà cum illius quoque capite inſtratum obtinens [m] caput eius muſculi, qui internæ ſummæ manus cuti dilateſcentem exporrigit tendinem. Secundus itaque muſculus, ab interno humeri tubere [n] enatus, obliquo ingreſſu ad elatius [o] primi digitos flectentis muſculi latus contendit, ipſi magna ex parte inſtratus, & radio exporrectus. [p] Ante brachialis autem radicem in exactè teretem degenerat tendinem, qui ſimulatq; brachiale ad pollicis radicem [q] cõtigerit, incurioſe illum ſecantibus, ibidem brachialis oſſibus inſeri putatur. Verùm ubi [r] muſculus ab indice pollicem abducens, unà cum duobus primum pollicis internodium flectentibus, à brachiali liberatus fuerit, hic brachialis muſculus conſpicietur internam brachialis ſedem præterire, atq; lateſcens in poſtbrachialis [s] oſſis, quod indici præponitur, radicẽ inſeri, internæq; tranſuerſi hîc [t] ligamenti ſedi ualidè adnaſci. Duo-

*Tertius.* bus internis alij duo externi reſpondent, [u] unus ab [x] exterioris tuberculi humeri radice principium capit, ad latus eius [f] muſculi, qui Galeni ſuffragio minimum digitum, & anularem à pollice abducit, noſtro autem, præcipuus extenſionis minimi digiti autor eſt. Siquidem plurium ex eo tuberculo certa ſerie prodeuntium capitum, hic brachialis muſculus, humillimam & ulnæ proximam ſedem obtinet, unde etiam & ex [g] poſteriori ulnæ proceſſu, qui humero adarticulatur, hic muſculus principiũ ducit, illi inſtratus [h] muſculo, qui hinc quoq; originem ſumens, radium adit, illum in ſupinum acturus. Hinc itaq; tertius brachialis muſculus [i] prodiens, humiliorem exterioremq; ulnæ regionem amplexatur, [k] inter primum brachiale flectentium, & quem nos paruum digitum extendere propoſuimus, exporrectus. Quando uerò brachiali appropinquat, in teretem finit [l] tendinem, qui ſinui in appendice ulnæ ad proceſſus ſtilum imitantis internum latus exculpto, innititur [m] tranſuerſo ligamento, quod unicum ulna proprium nanciſcitur, obductus. Quum primùm ligamẽto ſuperato, brachiali ſuperuehitur, latior factus

*Quartus.* poſtbrachialis [n] oſſi minimum ſuſtinenti, non procul à brachiali inſeritur. [o] Alter exteriorum, qui ordine quartus eſt, latiuſculo [p] principio longè ſupra exterius humeri tuberculum enaſcitur, ubi humerus uelut in oblongam [q] acutiem prominet. Hinc carnoſus, & longa utcunque linea prodiens, radio inſternitur, & propter illius longitudinis medium, in robuſtum degenerat [r] tendinem, qui bicornis bipartitus'ue ſtatim ab ortu uiſitur, utramq; partem paulo minùs toto teretem gerens, eſt enim nonnihil latior, quàm profundior. Hæ partes aut tendines & ſi inuicem dirimantur, non tamen digno notatu interuallo diſſiti, recto tramite radio exporriguntur, ad illius appendicem iuxta brachiale cõtendentes. quò quum peruenerint, inuicem iam magis magisq;, ſed non tamen inſigniter ſeiuncti, illis priuatim exculpto [s] ſinui incumbunt, & com-

*d 4 tab. z, 1 tabula Z. 24, 3 m, 5 *. 9 Ξ. b 1 fi. ca. 23 li. 1 S. c 4 ta. y. d 4 ta. & et 5 ta. Θ. e 1, 6 fi. ca. 24 li. 1 d. f 2, 6 fi. ca. 24 lib. 1, e iuxta 4, 4. g 9 ta. Λ. h 4 ta. Λ. i 1, 3, 5 fig. cap. 25 lib. 1 cha. 4. k earundem fig. cha. 3. l 3 tab. Λ 1 tab. X. 2 g. 4 e. m 3 ta. i muſculi n. n 3 ta. f. o 4 ta. Λ. p 3 ta. g. q 3 ta. h. r 3 ta. p, de in 6 ta. n, Λ. s 1 fi. ca. 25 lib. 1 I. t 4 ta. Λ. u 9 ta. Λ. 2 Y, 10 q. x 2 fi. ca. 23 lib. 1 P. f 9 ta. Θ. g 1, 2, 5, 11 fi. ca. 24 li. 1 D. h 10, 11 ta. Λ. i 9 ta. c. k 9 ta. inter Ξ & z. l 9 ta. d. m 2 ta. cha. 2. n 2 fi. ca. 25 li. 1 IIII. o 11 tab. Λ. 1 b. 2 T. 3 c. 9 Y. 10 f. 12 o. p 11 ta. i. q 1, 2 fi. ca. 23 li. 1 Q. r 11 ta. k. ſ 2, 4 fi. ca. 24 li. 1, ſ.*



& communi ipſis & illi [t] muſculo, qui pollicem uerſus indicem euertit, [u] ligamento circundatur. Quod deinceps ſuperantes, ac magis tum quàm prius, inuicem diſtantes, in poſtbrachiale amplis inſertionibus [x] implantantur. unus enim in radicem oſſis indicem ſuſtinentis, alter uerò in radium eius cui medius innititur, inſertionem tentat. Quartus hic muſculus unà cum tertio, brachiale, ſi ambo tendantur, extrorſum reflectunt, extendunt'ue. Atq; his auxiliatur [y] muſculus, quem brachialis oſſi, quo pollex ſuſtinetur, inſeri tunc docuimus, quum digitorum duces recenſentes, hunc muſculum in tota ſerie uigeſimumtertium nominaremus: & ut his duobus brachiale extẽditur, ita etiam duobus interioribus ſeu primis idem pulchrè flectitur. Dein eiſdem muſculis, quibus brachialis flexio extenſioq; concreditur, brachiale ad latera quoque ducimus. [z] Si enim interior muſculus, & exterior, qui indicem ſpectant, [a] reliquis duobus laxatis contrahantur, brachiale introrſum atque ad interius latus agetur. At ſi his laxatis, alij duo qui minimum reſpiciunt digitum, tenſi fuerint, ad exteriora in latus brachiale mouebitur. Conſtat itaque Naturam admodum induſtriè, duos muſculos flexioni, & totidem extenſioni præfeciſſe. Quandoquidem ſi uni flexionem commiſiſſet, neq; is certæ articuli totius, neque firmæ flexionis dux fuiſſet, imò promptè circũuerſatilis laxæq;. ut uerò nunc habet, firma prorſus ac tuta perficitur flexio. Ad hæc præter flexionem & extenſionem, brachiale alijs indiguit motibus, ac proinde alios creari tendines operæpretium eſſet, qui ad latera motuum opifices haberentur. Sed nunc demum, quum duo flectunt, & duo extendunt, ilico quidem & obliquos brachialis motus adepti ſumus. Cæterũ præter hos quos brachiali tribuimus motus, Galenus ipſi in pronum ac ſupinum uerſionẽ adſcripſit, peculiarem ab ea, quam ſecũdariò manus extrema, radij beneficio ſortitur. Mihi nullum extremæ manus aut brachialis quieſcente radio, in pronum ſupinum'ue motum perfici, hactenus percipere licuit. [b] Deinde radij ſinus, cui brachiale inarticulatur, oblongus eſt, & ipſum quoque brachiale, quà ſinui imponitur, oblongum quoque, neq; ut humeri, aut femoris ſuperius caput, rotundum uiſitur, adeò ut eiuſmodi oſſium articulus conſurgat, qui ad motus in gyrum prorſus ineptus exiſtit. Adde, quam nos primi obſeruauimus, neque perfunctoriè perpendendam [c] cartilaginem, quæ à radio pronata, brachiale & ulnam, inſtar interſtitij cuiuſdam mediat, oſtenditq; totam brachialis ad cubitum articulationem propemodum ſoli radio ferendam eſſe acceptam. quòd ne in puncto quidem citra dictæ modò cartilaginis interuentum, brachiale contingit. Non enim audiendus eſt Galenus in Libro de Oſſibus, in quo [d] proceſſui ſtyli imaginem exprimenti nimium fauens (ne dicã Naturæ opera deſtruens) præter omnem rationẽ, illius proceſſus beneficio, manum extremã in latera obliquaq; agi protulit, parum attendens, ſi eam proceſſus ille, quam ipſi tribuit, cõſtructionem obtinuiſſet, non ſolùm motui, in latera non iuuaturum, imò tanquam palum aliquem prorſus præpediturum: quanquam rurſus alibi illum ad proprios manus in pronum & ſupinum motus cõducere, uideatur docere. At quum nullum eiuſmodi motum, niſi radij ope, & ſecundariò in manu expendere ualeo, præter animi ſententiam muſculos, quibus illi motus celebrentur, ementiri nequaquam uiſum eſt. Galenus tamen ut & hos motus brachiali præbet, ſic quoque quatuor enarratos muſculos illorum autores eſſe contendit, prout hic nimirum ille'ue contrahatur, aut quieſcat. cuius ſententiam ſi non oſcitanter perpenderis, hæc illum finxiſſe, imaginatumq; citiùs, quàm in reſectione perſpexiſſe (ut alia in Libris de Vſu partium pleraque) animaduertes.

*Muſculorũ munus.*

*Brachiale proprio motu in ſupinum & pronum non agi.*

*Li. 2 de Partium uſu.*

*Libris de Vſu part.*

*t 10 ta. o. u 1, 2 ta. charact. 5. x 11 ta. l. y 2 ta. b. 10 k. z 3 ta. Λ unus, alter 11 tabula Λ. a 9 tab. unus Λ, alter Ξ. b 1, 2, 4, 5 figurarum cap. 25 lib. 1 cha. 1, 2, 3 in x, y, z fi. 8 ca. 24 lib. 1. c 1, 2, 3, 4 fi. ca. 24 li. 1 T. d 1, 2, 5 fig. ca. 24 lib. 1 R.*

## DE MVSCVLIS RADIVM PRONVM ET *ſupinum conſtituentibus.* Caput XLV.

DVMMODO in præſenti memineris eorum, quæ [a] de radij ad rotundum humeri capitulum articulo, [b] & brachialis rurſus cum radio, [c] radijq; & ulnæ inter ſe commiſſuris, ſuperiori Libro tradidimus, nunc mediocri negocio percipies, qua ratione radius à proprijs tractus muſculis, quieſcente interim ad humerum ulna, in pronum ſupinum'que circunducatur, & quo'nam pacto radij auxilio, extrema manus eoſdem motus neceſſariò ſequatur. Quando itaque radius ulnæ & ſuperiori ipſius & inferiori extremo articulatur, ac ſecundùm reliquam longitudinem duo illa oſſa inuicem diſtant, operæprecium fuit & in prioribus ac poſterioribus radij regionibus, muſculos, qui illum mouerent, extrui. Sunt autem hi quatuor, duo quidem ſuperiori radij extremo ſubſeruientes, reliqui autem duo inferiori: atque ex his duo internam cubiti ſedem, alij duo externam occuparunt. interiores radium in pronum mouent, exteriores eundem ad ſupinum conuellunt. [d] Interior, qui

*Quatuor radium peculiariter agentes muſculi. Primus.*

*a 9 fig. cap. 24 lib. 1 O ad P 1 fi. ca. 23. b 1, 2, 5 figurarum cap. 25 li. 1 cha. 1, 2, 3 in x, y, z fi. 8 ca. 24 li. 1. c ca. 24 li. 1 fi. 1 i, k. aut m 2, 9 fi. in 1 11 figu. & rurſus p 5, 10 fi. in o 7 figuræ. d 7 tab. X. 8 S.*

radij partem brachiali proximam mouet, ſecundùm ulnæ longitudinem, ex tota amplitudine interioris ipſius ſedis enaſcitur, qua brachiali proxima eſt. hinc carneus, ad interiorem radij regionem tranſuerſim procedit, ipſi carneus adhuc inſertus. Habet itaque muſculus hic, ſi cum reliquis ſecundùm cubiti longitudinem expanſis conferatur, fibras tranſuerſas, ex ulna nimirum in radium rectà conſcendentes. Neque hic muſculus, ut uiſum eſt diſſectionis *[Lib. 1 de Admi. ſectio.]* Profeſſoribus, radium ulnamꝗ intercedit, ſed ſecundùm cubiti amplitudinem, totam interiorem radij ulnæꝗ ſedem complectitur, & ad amuſſim quadratus eſt. Tantam enim obtinet longitudinem, quanta eſt latitudo interioris cubiti regionis, quam ſimul cum radio ulna conſtituit. deinde tam latus uiſitur, quàm longus. ad hæc omni ex parte carneus, & in ipſius medio ſpiſſus extuberanſꝗ obſeruatur, inſtar puluinaris ipſum tranſcendentibus ad digitos [e] tendinibus ſubſtratus. *[e 5 ta. muſculi β. 6 ta. muſculi z & κ.]* Huius muſculi fibræ, radij partem quæ brachiale ſpectat introrſum trahentes, radium in pronum adigunt. *[Secundus.]* [f] Exterior muſculus contrarij motus autor, huic neque ſitu neque figura reſpondet. *[f 6 ta. Λ 12 Θ. 1 d. 2 S. 3 d. 4 α. 5 κ. 7 Υ. 9 Χ. 10 c. u b.]* Si enim Natura in exteriori ſede eiuſmodi carneum muſculum conſtituiſſet, cubiti pars brachiali præpoſita, minimè leuis, carniſꝗ expers manſiſſet, neque commodè tot muſculorum tendines huc reponi potuiſſent. Proinde quum exteriorem interiori parem effingere nequiuit, ualidioriꝗ motu hunc, quàm interiorem, radium ducere oportuit, breuiſſimo per cubitum expanſorum muſculo, qui interior eſt, longiſſimum omnium qui cubitum perreptant, Natura oppoſuit, quantum ſcilicet ad muſculi uentrem, & longiorem carnis ductum attinet. *[Primo de Adminiſtrandis ſectio.]* Aliàs nanque perperam illum omnium longiſſimum eſſe Galenus dixiſſet, quum plerique ad digitos protenſi, ſimpliciter multo longiores ſint: neque id fortaſſis ſolùm tendinum gratia, ſed ſi quis diligenter omnes perpendat, uentris quoque. Ab externa itaque humeri regione elatius, quàm [g] muſculi bifido tendine brachiale extendentis caput conſiſtit, *[g 11 tab. Λ.]* huius radij muſculi principium educitur: quod quia ſecundùm humeri longitudinem latum naſcitur, carneumꝗ eſt, longè ſupra exterius humeri [h] tuberculum [i] incipit. *[h 2 fi. ca. 23 li. 1 P.]* *[i 12 tab. 4. 6 ta. t.]* Muſculus hinc deorſum expanſus, & latus ualiduſꝗ apparens, radio inſternitur, ſuperiori lateri muſculi bifido tendine brachiale extendentis contiguus. Vbi uerò ad radij finem, cui brachiale coarctatur, proceſſit, in exactum finit [k] tendinem, qui membranæ modo lateſcens, radij appendicis ſuperiori [l] regioni inſeritur, quadantenus in interiora productus. *[k 6 ta. u. 12 tab. b.]* Muſculus iſte inferiorem radij partem, quæ brachiali cõmittitur, in exteriora trahens, radium ſupinũ efficit. *[l 2 fi. ca. 24 li. 1 u uerſus α.]* Cæterùm muſculi, ſuperiorem radij finem humero proximum in pronum ſupinumꝗ ducentes, in hunc modum habent. *[Tertius.]* [m] Interior ex interioris humeri tuberculi radice, [n] & ex interiori ulnæ latere, *[m 7 ta. Q. 1 V. 2 f. 3 c. 4 Y. 5 :. 6 X. 8 R. 13 f.]* quà humero articulatur, carnoſo ualidoꝗ principio enaſcitur. [o] hinc admodum obliquè internam radij ſedem cõſcendit, carnea inſertione ante medium ipſius longitudinis inſertus. A carnea hac inſertione, neruea implantatio ad medium uſꝗ radij longitudinis exporrigitur, radijꝗ *[n Sub l. fi. 1 ca. 24 li. 1.]* ſuperiori regioni hîc ualidiſſimè inſeritur, peculiarem inibi in radio [p] aſperitatem, cui inſeratur, *[o 12 tab. c, 13 g.]* ſibi uendicans. Muſculus iſte, quoties contrahitur, intrò radium ducens, illum cõſtituit pronum. *[Quartus.]* [q] exterior, qui peculiarium radij muſculorum quartus eſt, ductu figuraꝗ nunc dicto *[p 2, 4 fig. cap. 24 lib. 1 u.]* propemodum par, enaſcitur ab exteriori articuli cubiti regione, ab articulũ circumdante ligamento, ualidè etiam ex ulna in poſterioris ſui [r] proceſſus, quem ὠλέκρανον Græci uocant, externum latus, *[q 10, 11 fi. Λ. 11 m. 13 b.]* principij ſui portionem ſumens. Hinc ad radium in priora cõſcendit, & radio propter interioris muſculi inſertionẽ [s] applantatur. *[r 1, 2, 11 fi. ca. 24 lib. 1 D.]* huius tamen inſertio non æquè atꝗ interioris neruoſa eſt, neꝗ adeò in radij longitudinẽ producitur. Attamen ductus breuitas hos duos, ut & primùm, qui ad brachiale habetur, exacto tendine deſtituit. *[s 12 tabu. d iuxta c.]* Muſculus itaꝗ, quem poſtremò recenſui, ſuperiorem radij partem extrorſum obliquè conuellens, radium ad ſupinum adigit. Cõſtat igitur totũ radij os, internorũ muſculorũ beneficio pronum, exteriorũ autem ſupinum effici: ac deinceps radij ope, ſummã manum eoſdem motus oſtendere.

## *DE MVSCVLIS CVBITVM FLECTENtibus & extendentibus. Caput XLVI.*

QVEMADMODVM radius ſui cum humero articuli beneficio pronus ſupinuſꝗ conſtituitur, ita quoque [a] ulnæ cum humero articulus appoſitiſſimè cubiti totius flexioni extenſioniꝗ famulatur, & interim radius in eum modum humero eſt articulatus, ut ſimul cum ulna ad humerum flecti extendiꝗ queat. *[a 1, 2 fi. ca. 23 lib. 1. K, L, M cũ C, D, E 1, 5, 11 fi. ca. 24.]* *[Cubitum mouentes muſculi aut 5, aut 4, aut 3.]* Muſculi uerò horum motuum duces, ſi in maximum redigantur numerum, duo flexionem, & tres extenſionem perficiunt. ſi autem ad minorem referantur, aut duo, aut unus, erunt extendentes: duo tamen, utcunque numeraueris, flectentes. In canibus & caudatis ſimijs neceſſariò tres ſem-

per



per extendentes recenſentur: quorum etiam deſcriptionem ilico, atque hominis muſculos enarrauero, ſubnectam, quo accuratius Primi de Adminiſtrandis ſectionibus Galeni libri calcem aſſequaris. Atque hos ea tamen tradam lege, ut omnia de cubitum mouentium muſculorum figmenta Secundi de Vſu partium libri, non cogar recenſere. quandoquidem quum ueram illorum muſculorum naturam didiceris, abundè (ſi modò ueritatis cum Galeno ſtudioſus fueris) ea tuo Marte refelles, ſtupens profectò, qua ratione eiuſmodi ſenſui repugnantia Galenus poſteris prodiderit, ac poſtea etiam ſectione peritior factus, non recognouerit. *[b 6 ta. Θ. 1, 9 Q. 2, 3 Z. 4 t. 5 ſ. 7 R. 10 C. 11 g.]* *[Primus flectentium.]* [b] Primus flectentium, duobus ualidiſſimis & mutuò diſtantibus enaſcitur principijs: [c] unum quidem exactè nerueum, & ad amuſſim teres exoritur, ab eminentiori [d] parte ceruicis ſcapulæ, ſeu ex ſuperiori ipſius acetabuli ſupercilij ſede. *[c 6 tab. m.]* *[d 1 fi. ca. 21 li. 1 A.]* Hoc ſub [e] ligamentis humeri articulum continentibus, & huic principio tranſuerſi inſtar ligamenti obductis, ſuper humeri caput in anteriora procedit, [f] ſinuꝗ uehitur, ipſi in prioribus capitis & ceruicis humeri regionibus priuatim cælato. *[e 5 tab. d, e ad f.]* *[f 1 fi. cap. 23 li. 1 H, I.]* [g] Alterum prioris muſculi principium, à radice interioris [h] proceſſus ſcapulæ, quem anchoræ comparamus, duplex quodammodo enaſcitur, non quidem diſiunctum, ſed duplicem ſubſtantiæ ſpeciem exprimens, & dicto nuper [i] principio (& ſi Galeno ſecus uiſum fuerit) multò latius. *[g 6 ta. n, o.]* *[h 1, 2 fi. ca. 21 li. 1 E.]* *[Li. 3 de Admini. ſectio.]* Principij enim [k] pars, ab apice proceſſus initium ducens, exactè, ut exterius muſculi principiũ, neruea eſt & craſſa, & propemodum teres: [l] pars autem huic continua, ac ex reliqua proceſſus ſede prodiens, carnea lataꝗ uiſitur. *[i 6 ta. m.]* *[k 6 ta. n.]* *[l 6 tab. o. 1 ta. R.]* Neutrum iſtorum principiorum, ſtatim ab exortu deorſum tendens, humeri oſſi adnaſcitur. Verùm aliquantulo ſub humeri capitis ceruice, ubi ambo [m] inuicem coitura unum efformare muſculum incipiunt, carnoſa pars interioris principij, ab interno ſcapulæ proceſſu enata, humeri oſſi lata & utcunque carnea inſertione adnaſcitur, priuatam oſſis [n] aſperitatem, cui aptè committatur, nanciſcens. *[m 6 tab. P.]* *[n 1 fi. ca. 23 lib. 1 d.]* Conſiſtit autem hæc aſperitas ad radicem eius [o] ſinus, quem externo muſculi præſentis capiti inciſum diximus. *[o eiuſdem fi. I.]* Eiuſmodi inſertio adeò ualida interdum mihi apparuit, & carnoſa illa interioris principij pars adeò procera uiſa eſt, ut proprium muſculum à ſcapulæ interiori proceſſu in humerum naſci arbitratus fuerim, qui brachium etiam attolleret. Poſtquam uerò hic anterior cubitum flectentium muſculus, ex duobus illis efformatus principijs, hanc inſertionem in humerum molitus eſt, ab humero iam abſcedens, & ad amuſſim teretis carnoſiꝗ [p] muſculi effigiem, ante reſectionem in macilentioribus & muſculoſis conſpicuam præſeferens, alium conſcendit [q] muſculum, ipſi toto progreſſu ſubtenſum. *[p 6 ta. Θ.]* *[q 6 ta. r, r. 8 ta. r.]* non amplius enim, uel puncto etiam, primus hic muſculus, humerum ſeu brachij os contingit. Cæterùm paulò ſupra cubiti articulum, [r] neruoſior excarniſꝗ redditus, in robuſtum & craſſum, & ad amuſſim teretem finit tendinem, qui articulo expanſus, & ſubdito ipſi muſculo ſuffultus, in interiorem radij partem, modicè lateſcens [s] inſeritur, nonnihil & articuli ligamento adnatus. *[r 6 ta. q.]* *[s 8 tab. Q.]* Vt uerò commodior tendinis in radium efficeretur inſertio, iam antea [t] latum, & modicè prominentem, inæqualemꝗ admodum in radij ſuperiori fine proceſſum extrui diximus. *[t 1, 3 fi. cap. 24. lib. 1 q.]* Atque hæc primi muſculi eſt ſeries, hoc ſibi cum alijs quibuſdam proprium uendicantis, quòd liuidus comperiatur. *[Secundus, ſeu flectentium poſterior.]* [u] Secundus muſculus huic ſuccumbit omnino carneus, & nuſquam inſigniter nerueam oſtendens ſubſtantiam, præterea longè primo muſculo breuior, multoꝗ iuxta humiliorem ipſius [x] ſedem latior exiſtit. *[u 8 tab. r. 1 S, S. 2 N. 3, 13 d, d. 4 X, x. 5, 6. 6 r, r. 7 P. 9 R. 10 d. 11 g. 12 Y.]* *[x 8 ta. inter r & N.]* Ex humero enim ea ſede principium ducere incipit, ubi infima muſculorum brachium mouentium fit [y] inſertio, quam attollens brachium muſculus cum illo qui brachium pectori admouet, molitur. *[y 4 ta. g, h. 11 ta. P.]* A' latere nanque exteriori inſertionis brachium attollentis muſculi, ſecundus hic muſculus carneum [z] principium ab humero ſumit, quod acutum eſt, & ſenſim deorſum obliquè in priora humeri tendens, ſecundùm attollentis muſculi inſertionis formam (quæ tranſuerſa eſt) dilateſcit, ac ab exterioribus introrſum modicè uerſus inferiora declinat. *[z 8 ta. L.]* Quũ autem principium id, ad intimum inſertionis brachium attollentis muſculi latus prorepſit, [a] ſurſum denuò ad internum inſertionis latus modicè repit, non adeò altè conſcendens, atque iuxta externum ipſius latus enaſcebatur. *[a Ducito in 8 ta. angulum ab L ad M.]* Propter medium igitur longitudinis humeri ſecundus cubitum mouentium muſculus enaſcitur carneo latoꝗ principio, quod [b] bicorne eſt, & in ſui medio obtuſum exprimit angulum. *[b 8 ta. L, M.]* Quandoquidem principij exortus, linea ab externo latere humeri in anteriora deorſum obliquè fertur, & hinc ab anteriori parte ſurſum obliquè, uerſus internum humeri latus ducitur, adeò ut unum principij cornu in externo humeri habeatur latere, alterum uerò in interno, & angulus in antica humeri ſede conſiſtat. Porrò ſi præſens obliquæ huius lineæ ductus, illaꝗ duo principij cornua tanti æſtimes, ut duplici principio poſteriorem hunc muſculum cum nõnullis Anatomicis enaſci dicas, nunc me ueriſſimè, & multò aliter quàm ipſos, huius muſculi initia enarraſſe putato, atque mihi u-

 nius

nius principij loco duo, quæ ponis, principia haberi finito, ne omnibus latis musculorum exortibus, præter morem plura principia cogar asscribere. Nisi enim id mihi donares, omnia lata musculorum principi ageminanda, aut si cum hoc secundi musculi principio cõferantur, pleraq; principia etiã decuplanda præter omnem rationẽ forent. Præsens itaq; musculus hoc enatus principio, sensim crassior carnosiorq; efficitur, deorsum rectà protensus, & humero ua lidissimè adnatus, ex ipsoq; exortus sui robur toto descensu tantisper assumẽs, quousq; cubiti articulum cõtingat, quem [c] sua amplitudine carneaq; substãtia in tota anteriori sede integens, c 8 ta.N. ualidissimè articuli ligamento, & anteriori ulnæ ac radij sedi, ampla implantatione inseritur, sua sede, qua articulum transcendis, montis speciem appositissimè repræsentans. Cæterùm ut huius musculi ductus recto perficitur tramite, ita quoque prorsus rectas exigit fibras, quemad *Primi & 2 musculorum munus.* modum & primus, quem nulla ratione huius subiecti fibras instar X literæ decussatim incum bere ausim asserere. Et quantũuis accuratè horum musculorũ functionẽ intueor, haud aliud colligo, quàm utrumq; rectissimæ cubiti flexionis autorem esse, siue ambos unà, siue seorsim singulos duntaxat contrahi ponamus. & cur, quæso, Galeni dissectionis professorũ principis gratia, quas nunquam conspicimus, cubiti flexiones nos decet cõfingere? Vt scilicet cubitum rectà, & deinde in alterum latus inclinantem, flecti dicamus, ut primùm utrisque musculis simul rectam flexionem, ac insuper singulis priuatim ad latera flexionem tribuamus, quando Galenus sibi non constat, utrí nam musculo, in internum latus, an in externum, flexionis munus assignari debeat. Aliter enim longè in Libris de Humani corporis partium usu, atque in Libris de Administrandis consectionibus, de horum musculorum dignitate usuq; sentit. In his nanque posteriorem musculum cubiti flexionis in exteriora inclinantis autorem esse censet, anteriorem uero flexum moliri tradit introrsum uergentem. In illis autem, musculum anteriorem introrsum magis, posteriorem uerò extrorsum magis flectere scriptum reliquit. Verùm non ignoro, quum hæc perpendis (si modo ueritatis amator discendiq; cupidus sis) te cubiti flexionem sedulò moliri, atque quum digitos summo humero adducis, arbitrari rectam flexionem effici: quum uerò ad clauiculam pectorisq; ossis summum, extremam manum ducis, in externum latus flexionem fieri; dum autem uersus scapulam digitos agis, in externum latus inclinantem cubiti flexionem celebrari. Ac proindè unà mecum Galeno nimium fidens colligis, ipsum rectissimè has flexionis species proposuisse, etiam si interim in enarranda musculorum functione, sibi in commemoratis modò libris haudquaquam consentiat. Cæterum iam paulo pòst secus autumabis, quando humeri quoque in scapulæ acetabulo motum unà expenderis. Conare igitur nudis alicunde ascitis ossibus, ab omni circunductu tuum ipsius brachium immotum seruare, atque tunc demum stude in eodem brachij situ diuersam cubiti flexionem moliri: quam si tunc obseruaueris, tempus erit fibrarum decussationem seu intersectionem, & diuersum cubiti flexionis opificum musculorum ductum cum Galeno (etiam si tale quid nihil sit) comminisci. Porrò quum præter rectissimam flexionem aliam nullam fieri conspicies, summi rerũ Opificis solertiã encomio celebrabis, quòd huic motui duos ualidissimos præfecerit musculos, quia illum ualidum & ad plurima utilem homini futurum cognosceret. Atque huiusmodi rectissimos duntaxat motus in omnibus articulis, qui uerè mutuò ingressu, quem γίγγλυμον appellamus, committuntur, obseruabis. Quomodo cunque enim quemlibet quatuor digitorum moueris, nunquam secundum & tertium internodium primario motu in latus aut flecti, aut extendi intueberis. Pariter etiam neque tibiam. & si Galenus *Lib. 3 de Vsu part. & 2 de Admi. sectio.* coxendicis articulo deceptus, illi diuersos, & impense obliquos motus assignauerit. At de tibiæ motu suo agemus loco. nunc enim ad ulnę cum humero cõmissuram reuertendũ est, quæ mutuo ingressu (si modò totius corporis alia quæpiam) perficitur: ut interim de radij ad humerum connexu nihil afferam, qui omnino ne introrsum cubitus flecti posset, uel solus prohiberet. nisi fortè quis Galeno nimium deditus, externum humeri capitulũ instar laxi cuiusdam tumoris esse contenderit, ut scilicet in flexione, quæ extrorsum perficeretur, radio tanquam digito cederet, & denuo quum introrsum cubitus flecteretur, humerus nõ amplius compressus extuberaret. Quæ modò de flexione dixi, eadem de extensione proposita arbitrator: quam & si uarijs modis experiri queas, nullo tamen melius cubitum ne tantillum quidem in latus agi animaduertes, quàm si exactè protensum, uel pilo in alterum latus dimouere frustra *Extendentiũ primus.* conatus fueris. Inter cubitum extendentes musculos, [d] primus ualido latoq; & nerueo prorsus principio, ex humiliori scapulæ costa non procul ab eiusdem ceruice exoritur, peculiarem illic unde prodeat sinum obtinens. Cæterum principium id paulo pòst exortum carne adaugetur, musculumq; constituit, qui rectà deorsum ad internum latus posterioris sedis humeri fertur, illi non nisi magno satis sub ceruicis ipsius interuallo firmiter adnatus. Iuxta infimam nanq;

d 11 ta. f. 1, 9, 12 T. 2 P. 10, 13 b. 4 u. 5 u. 6 f. 7 N. 10 a. e 1 fi. ca. 11 li. 1 Q.



f 10 tab. e. 11 c. g 11 ta. X. 13 ta. d. nanque sedem insertionis [f] musculi brachium ad spinam uersus inferiora trahentis, iste cubitum mouens musculus primùm humero connascitur, aut potius [g] alia ex humero inibi enata cærnosi musculi pars, ipsi commiscetur, quemadmodum caudatæ simiæ & canis musculi manifestò arguunt. In his nanque musculus, qui ab inferiori scapulæ costa enascitur, ab illo qui hîc ex humero prodit, omnino distinguitur. Carnosa igitur explantatione primus noster musculus adductus deorsum rectà fertur, medio interni lateris humeri & medio posterioris sedis humeri tantisper adnatus, dum partim carneus, partim nerueus, amplissimè in internũ latus [h] posterioris ulnæ processus inseratur, in descẽsu semper ab ea quam dixi humeri sede ad finem usq; ipsius, humero adnatus, ac ex ipso principij robur assumens. Integrũ itaq; est, inhominc hunc musculum uniuersum, aut unum dicere, aut duos: ut [i] unus quidem à scapula enascatur, [k] alter autem ab humero, qui cum illo cõfunditur, cui scapula principium præbet. At Galeni nomine, quum in caudatis simijs duo manifesti apparent, duos illos in præsentia ponamus. [l] Tertius igitur extendentium, qui in uniuersa cubiti musculorum serie quintus censebitur, à posteriori sede ceruicis humeri, ad capitis ipsius radicem neruosus [m] enascitur, & sensim rectà deorsum descendens, & externam sedem posterioris humeri regionis occupans, carnosus euadit, & pertinacissimè humero adnatus ab ipso principij sui uigorem mutuatur. [n] Priusquam uerò medium longitudinis brachij hîc musculus superauit, duobus nuper dictis ita commiscetur, & cum ipsis adeò coit, ut nullo prorsus pacto in hominibus discerni queant, nihilq; aliud quàm unum ex tribus effici musculũ asserere possis. Quamuis interim tertius musculus suum quem à principio obtinebat ductum obseruet, atque ualidissimè in externum latus posterioris 0 2 ta. R. ulnæ [o] processus partim carneus, partim nerueus inseratur. Atque ita tribus his musculis mutuò coëuntibus, totus ille posterior ulnæ processus amplexatur, in sui sedis inferiori parte, cui innitimur, neruosiorẽ insertionis partem, quàm in lateribus, & superiùs exigẽs. Mutuus enim ille musculorum concursus, ac ueluti ex omnibus unus efformatus musculus, in posteriori sede admodum liuidus cõspicitur, tanto neruosior euadens, quãto ulnæ processui propiùs accedit. Vtcunque uerò inter se musculi hi concurrant, nullus tamen ab initio inceptum fibrarum ductum deperdit, sed rectæ omnes deorsum, nusquam implexæ, neque sese decussatim intersecantes feruntur, & eandem omnes functionem obeunt, qua cubitum in neutrum latus inclinantem extendunt. Liquet igitur tres hos musculos unius loco recenseri posse, qui ex tribus conformatus esset principijs, aut duorum, si uidelicet primum & secundum unius loco habueris. At in caudatis simijs & canibus fieri id nequit. nam his animalibus perinde ac equo, & boui, & alijs plerisque, quæ anterioribus cruribus innituntur, atque in ingressu ualida extensione cubiti indigent, tres obtigerunt musculi egregiè conspicui, præter unum gracillimum in caudatis simijs à scapula ad ulnam porrectum, & penitus à Galeno prætermissum. Quum interim canibus unicus tantum flexionis autor adsit, ut sanè simijs duo, illis prorsus similes qui in homine uisuntur, nisi quod posterior nonnihil posteriùs ab humero in simijs procedit, & neruosior in ipsa insertione conspicitur. Cæterùm simijs exteriorum primus ex scapulæ humeriori costa, ut hominibus, oritur: sed duo principia mox inuicem coëuntia obtinet, & deorsum tensus, carnosusq; admodum redditus, nulli connascitur musculo, sed paulò supra cubiti articulum extenuatus, nerueusq; factus, internæ sedi posterioris ulnæ processus inseritur. Secundus huic subiacet, & ubi homini secundus enasci dictus est, exoritur, toti humeri longitudini tantisper adnatus, quousque ualida insertione mediæ, & posticæ processus ulnæ sedi inseratur. Tertius, ut in hominibus, ab humeri ceruice principium ducit: inde carnosus euadens, & nulli musculo, præterquam fibrosis nexibus, hærens, in exteriorem sedem posterioris ulnæ processus implantatur. Atque hi sunt musculi, quos post scriptos de Vsu partium libros Galenus diligenter secuit: quamuis obscurè interim, ne ipsius errorem animaduertere-mus, nobis in libris de Administrandis sectionibus eos expressit, non passim libros de Vsu partium, quos iam olim Boëtho dedicarat, reformaturus. Quanquam tamen suo exemplari, quod postea ad posteros demanauit, illum nonnullas lineas inseruisse certò colligo. at in cubiti motus ducum enarratione, in libris de Vsu partium nihil sub incudem reuocauit. Quæ omnia ostensurus sum meis in Galeni Anatomica annotationibus, iam pridem non infœliciter cœptis, ac seorsum aut cum Galeni libris multo quàm antea emendatioribus aliquando cudendis.

*Carnosa pars qua primus extendentium arripitur, quem secundum constituere licet.*

*Li. 1 de Admini. sectio. Tertius extendentium.*

*Quomodo in canibus cubitii agẽtes musculi habeant.*

*In Galeni Anatomica Annotationes.*

# DE MANVS LIGAMENTIS. Caput XLVII.

*Cuiuſmodi in manu ſint ligamenta.*

MANVM Hippocrates appellauit, quicquid à ſcapula ad extremam uſque digitorum aciem protenditur, cuius nunc ligamenta nobis enarranda ueniunt. Horum igitur alia inuicem oſſa colligant, alia ſubditis corporibus munimenta exiſtūt, inſtar tunicarum muſculis obducta. Alia ad hæc, tendines in ſuis ſinibus ita continent, ut quocunque modo tracti fuerint, ſua ſede ne tantillum quidem uagari queant. Porrò tendinum [a] inuolucra, abunde priùs explicaui, quum ſingulis tendinibus per brachiale, & uolam ad digitos reptantibus obductas dixi membranas, mucore quodam imbutas, & ligamentorum ritu tendinibus obductas. Quæ uerò ſubditis corporibus munimēta, & ne ex ipſorum cauitatibus declinent uincula cenſentur, tranſuerſa ſunt ligamenta, tendines in ſuis ſinibus continentia. Sunt autem huius generis in manu quàm plurima. Siquidem uniuerſæ interiori [b] ſedi quatuor digitorum unum exporrigitur, & pollicis etiam ſecundo & quaſi tertio internodio unum eius generis expanditur. atque hæc omnia eundem præſtant uſum, quo [c] tendines digitos flectentes amplexantur, & anuli modo cōtinent. In interna brachialis regione [d] unum conſpicitur, omnes digitorum tendines, qui hàc prorepunt conſtringens. atque hoc latum eſt, & cæteris omnibus huius generis robuſtius, ſed interim neque poſtbrachiale, neque cubitum contingens. Cæterùm in externis cubiti partibus quà brachiali articulatur, [e] ſex tranſuerſa ligamenta ſeſe offerunt, quorum beneficio tendines in oſſium ſinibus reſeruantur. At hæc, ſi in ſuperficie tantùm ſpectentur, unicum eſſe uidebuntur, totius cubiti latitudini expanſum, quod diſſectum ſex ſpectandos offert anulos, tranſeuntibus tendinibus obductos. Vnde etiam id in ſex ligamenta, perinde ac cæteri Anatomici, diſtinguimus, non ſanè quòd omnia ipſis cognita fuerint (nam Galenum duo latuerunt) ſed quòd ipſi hic tot ligamenta recenſuerint, quot reperiêre anulos. [f] Primum ex ulna in radium procedit, atque ad communem ulnæ radijq; [g] ſinum refertur, quod non [h] tendinibus, digitos quatuor extendentibus (ut Galenus non rectè arbitratur) obuolutum eſt: at illud ſibi peculiare uendicat is [i] muſculus, quem ipſe paruum & anularem à reliquis abducere tradidit, nos uerò paruū digitum præcipuè ab illo extendi aſſeruimus. [k] Secundum ad externum primi ligamenti latus repoſitum, ſoli ulnæ illiq; [l] muſculo peculiare eſt, qui ante paruum digitum inſertionem tentans, brachialis extenſionis opifex cenſetur. [m] Tertium ad internum primi ligamenti latus habetur, ſoliq; radio proprium eſt, eos amplectens [n] tendines, qui Galeni ſuffragio quatuor extendunt digitos. [o] Quartum ad internum latus tertij poſitum, anguſtiſſimum efficit anulum, ut & tendo, quem tranſmittit, gracilis eſt. ille enim à [p] muſculo procedit, qui indicem & medium à pollice deberet abducere. [q] Quintum bicorni [r] tendini, quo brachiale extenditur, & [s] illi qui pollicem uerſus indicem euertit, uiam largitur: quanquam interdum pollicis muſculo priuatum quoque ligamentum obducatur, adeò ut ſeptem tunc ligamenta in externa cubiti ſede reponantur. Alioquin enim [t] ſextum [u] tres tendines tranſmittit, quorum unus brachialis oſſi ante pollicem, alter primo pollicis oſſi, tertius autem ſecundo & tertio inſeritur. Sanè & hos tendines, quum hæc ligamenta ad amuſſim perpendimus, ſingulos ſua ligamenta ſortiri, non ſemel obſeruauimus.

*Ligamenta anulorum modo tendines continentia.* *Lib. 1 de Admini. ſectio.*

*Membrana muſculis obnata.*

[x] Præter hæc ligamenta, per uniuerſam cubiti longitudinem, omnibus muſculis ualida membrana obnaſcitur, muſculos inuicem committens, atque ne ſua ſede illi dimoueantur, atque inter ſeſe implicentur, tranſuerſi alicuius ligamenti ritu cōtinens, cuiuſmodi etiam in tibia haberi audies omnibus illic repoſitis muſculis eleganter obductum. Quum itaq; & huius membranæ ligamenti'ue naturā inter diſſecandum ad amuſſim didiceris, id quoq; in tranſuerſorum ligamentorum claſſe reponito: quanquam non laxè, ſed pertinaciter muſculis adnaſcitur, propriæ muſculorum membranæ modo.

*Ligamenta oſſa inuicem committentia.*

Ligamenta quæ oſſa inuicem colligant, in omnibus ſunt articulis, nullam (niſi pauciſſima) peculiarem naturam à cæteris articulos ambientibus ligamentis ſortita. [y] Membraneis enim & articulum ſolum circundantibus ligamentis digitorum nectuntur internodia. Poſtbrachiale autem brachiali, ualidis ligamentis per exteriora etiam ductis colligatur. At poſtbrachialis oſſa, quà mutuò in ipſarum radice iuxta brachiale ſe ſpectant, cartilaginis naturam referentibus ligamentis inuicem committuntur, quæ non orbiculatim oſſa tantùm ambiunt, uerum & in ipſorum medio habentur, quà, uti diximus, oſſa ſe inuicem reſpiciunt. Brachialis oſſa ualidiſſimis ligamentis cartilaginis naturam referentibus, ſimul unita hærent, atque hæc ligamenta ipſis undique obducuntur, & quibuſdam etiam ſedibus illa intercedunt: idq; potiſſimùm in illorum oſſium interuallis, quæ

*a In 3 ta. uola. — b Extreme manus 4 tabulæ. — c 5 tab. 1,6 ta. d, y. — d 4 tab. ſ, s r, ſ. — e 2 ta. charact. 1,2,3, 4,5,6, & ta. 1 cha. 3, 4,5,6. — f 2 ta. charact. 1. — g 2 fig. cap. 24 li. 1 ſ. — h 2 ta. muſculi V, aut 9 ta. z. dein b. — i 2 ta. X. 9 Θ. — k 2 ta. charact. 2. — l 2 tab. Y. 9 Λ. — m 1,2 tab. cha. 3. — n 2 ta. muſculi V. — o 1,2 tab. cha. 4. — p 10 tab. p. — q 1,2 tab. cha. 5. — r 11 ta. muſculi Λ. — s 10 ta. o. — t 1,2 tab. cha. 6. — u 10 tab. k, m, n. — x Hanc quū tenuiſſima et pellucida ſit, picturis aliter proponere nequiuimus, quàm totæ 1,2,9 tabulæ ſe offerūt. — y Et hæc ex oſſibus duntaxat petēda ſunt.*



quæ in ſecundo ordine reponuntur, quibusq; poſtbrachiale coarctatur. Quæ cubitum ſeu radium ulnamq; brachiali colligant, membraneis reliquorum articulorum ligamentis reſpondent. ſed ab apice proceſſus ſtylum imitantis, ligamentum huius articuli durius efficitur, quaſi hinc peculiare quodammodo teres in brachialis os duceretur, quod rectum eſt, & cæteris magis cartilaginoſum, uniq; tantum oſſi commiſſum. Huic ligamento Galenus digniorem, quàm ego aſſequor, uſum tribuit. nam ad nullum mihi motum priuatim magis, quàm uniuerſum huius articuli ligamentum famulari uidetur. Quin etiam ex apice radij appendicis ſimile & inſignius quoque in brachiale fertur, quod liquidiſſimè eum uſum, quem Galenus alteri aſſcribit, uanum eſſe commonſtrat. Radius uerò & ulna, propter brachiale & cubiti cum humero articulum, ligamentis ualidis, in circuitu oſſa ambientibus alligatur. At accuratiſſimè tibi in memoriam reuocanda uenit ea [a] cartilago, quam à radio procedentem ulnam à brachiali diſtinguere diximus, quæ ualidè etiā ulnæ ad radicem acuti illius proceſſus, quaſi ligamenti naturam nacta inſeritur. Per totam longitudinē, qua inuicem radius & ulna dehiſcunt, ualidum & membraneum [b] ligamentum habetur, ab acutiori ulnæ [c] linea in radij [d] lineam inſertum. Hoc non ſimplex conſpicitur membrana, uerùm (ut pleraq; ligamenta) ex fibris conflatum ſpectatur, à radio deorſum in ulnam obliquè proreptātibus. Huius beneficio, præterquam quòd ipſo oſſa inuicem alligantur, interiores cubiti muſculi ab exterioribus dirimuntur, & ut antea monui, ex ipſo [e] muſculi etiam nōnulli ſuorū principiorū robur aſciſcunt. Radius humeri exteriori capiti ualidis, ſed membraneis ligamētis perinde ac cæteri articuli, alligatur. Et quamuis tutiſſimus ſit ulnæ cum humero articulus, tamen robuſtis quoque ligamentis humerum ulnæ Natura commiſit, quæ ſimiliter articulum in circuitu amplexētur.

*Ligamenta muſculorum cōſtitutionem ſubeuntia.*

Præter hæc ligamina in manu nulla ſunt, niſi & horum albo [f] ligamenta, quæ in muſculorum conſtitutionem ingrediuntur, & proprias ipſorum membranas efformant, reponere ſtatueris. quæ interdum in tantam pertingunt craſſitiem, ut quum muſculi caro ipſis ſubſit, liuorem quendam muſculis inducant. Atque eiuſmodi craſſius ligamentum uentri obducitur [g] muſculi, pollicem à cæteris digitis maximè abducentis. Præter hunc, [h] muſculus anterior flectentium cubitum, uentrem quoque liueſcentem, ob membranæ craſſitiem adipiſcitur, quemadmodum etiam illi: idq; admodum clarè, qui cubitum extendunt [i] multò ante ipſorum inſertionem, quam in ulnæ poſteriorem proceſſum moliuntur.

*Poteris hîc ſpectare i, k 12 ta. — a 1,2,3 fig. ca. 24 lib. 1 T. — b 7 ta. V inter S & T. 13 tab. k inter e & i. — c 1 fig. cap. 24 lib. 1 cc. — d eiuſdem ſi. r, r. — e 6 ta. Z. π. 10 ta. Ξ, Π. — f Talia omnium muſculorum ſunt principia. — g 3 ta. p. — h 6 ta. Θ. — i 2 tab. ſub Q ad R.*

## ADMINISTRATIO MVSCVLORVM ET ligamentorum manus, ac dein quot quaq; ſede reponantur muſculi. Caput XLVIII.

*Quot muſculi in extrema manu.*

IN præſentia brachium id cum ſcapula depromendum eſt, quod ad manus muſculorum adminiſtrationē, quum thoracis aggredereris muſculos, aliquò relocandum præcepi. Priuſquam uerò ſectionem auſpiceris, quot in ſingulis partibus muſculi reponantur, in memoriā reuoca. quod ut promptiùs facias, nunc omnes in compendium tibi digeram. In extrema manu utcunque illos numeres, uiginti enarrauimus. [a] decem nimirum, quibus prima quinque digitorum internodia flectuntur, quorum bini ad ſingulos referuntur digitos. [b] tres, quibus ſecundum pollicis flectitur internodium, [c] unus pollicem maximè à reliquis digitis abducens, [d] alius eundem proximè cæteris digitis admouēs, [e] tertius qui minimum à cæteris ualidiſſimè in latus remouet: poſtremò [f] quatuor illi graciles muſculi, quorum beneficio quatuor digiti ad pollicē obliquo ductu agūtur.

*In interna cubiti ſede.*

Internā cubiti ſedem octo muſculi occupāt, quorum [g] primus latum educit tendinem. [h] ſecundus & [i] tertius, quibus brachiale flectitur, [k] quartus ſecundū quatuor digitorum flectens os, [l] quintus qui tertiū quatuor digitorum os flectit, [m] ſextus qui tertij pollicis oſſis flexus eſt autor. [n] ſeptimus & [o] octauus, radium in pronum ducunt. Si uerò muſculum, tertiū quatuor digitorū os flectentē, unum eſſe cum illo qui tertio pollicis oſſi famulatur, putaueris, interna cubiti ſedes ſeptem tantùm muſculos habitura eſt.

*In externa.*

In externa autē cubiti regione nos decem numerauimus: [p] tres ſcilicet, qui quatuor digitos extendūt, & à pollice abducūt, [q] unum qui pollicē ad indicē magis euertit, [r] alium qui pollicem euertens, eundem ab indice magis remouet, [s] alium illi proximū, ac ad brachialis extenſionem aliquid accōmodantem, [t] duos inſignes brachiale extendentes, & [u] duos quorum ope radius in ſupinū ducitur. Si uerò illud principiū, quod ex ulna enaſci, & in duas carnoſas partes diffundi diximus, quorum altera indicem præcipuè, & medium digitū, altera pollicem petebat, unius muſculi uice enumeratū eſſe uelis, hîc reponētur nouem: dein ſi ſecundum principium

*a 6 ta. κ, λ, & 8 ta. ſub Δ. — b 7 ta. cha. 1,2,3. — c 3 tab. p. — d 11 tabu. ſ. 4 μ. — e 3 ta. r. 4 π. — f 6 ta. ſ. ſ. 7 ta. d. — g 3 ta. π. — h 3 tab. Λ. — i 3 ta. m. — k 4 tab. β. — l 5 ta. Θ. — m 5 tab. η. — n 7 tab. V. — o 7 ta. X. — p 9 tab. Z primus, ſecūdus Θ, tertius 10 ta. p. — q 10 tab. o. — r 10 tabu. l, dein m, n. — s 1 ta. k. — t 11 ta. Λ. 9 ta. Z. — u 12 tab. Θ & Λ.*

cipium iunxeris, uniusq; musculi loco habueris, octo erunt. nam bis unum, ubi nos duos constituimus, recenseres. In anteriori brachij sede[x] duo flectentes cubitum sunt, in posteriori autem sede extendentes, aut[y] tres, aut duo, aut unus, pro ratione nimirum collectionis in pauciores, uel distributionis in plures, quam tuo arbitratu proponere nihil obstat, si modò accurate illorum situm, connexum, amplitudinem, compositionem, functionem, & id genus alia secando didiceris. Quippe ridiculum est de numero anxium esse, quanquam in publicis sectionibus, quum huius aut illius articuli musculos ita ostendi, ut nõ minùs quàm proprij ungues cognosci possint, perpauci studiosorum aliud recensere ualeant, quàm hac prælectione quadraginta ostensos esse musculos. id satis arbitrati, si numero condiscipulum deterreant, negocijq; difficultatem, & me unica ostensione nimium multa aggredientem incusent. In hoc tamen, qui inter illos diligentiores uideri uolunt, sedulò student, ut in quibus à Galeno dissentiam, sæpe quid uelim, non intelligentes excipiant & ad hos & illos ipsis indoctiores transcribant. Quo labore ut ipsos liberem, hæc à me toties efflagitata candidiori animo, quàm à pleriscque accipienda erunt, describere neutiquam grauor: unumquemq; amicè monens, ne quis huic libro, neque alteri cuiquam, utcunque uetustate autoritateq; probato fidem præbeat, nisi accuratissima sectione, quæ scribuntur, prius, idq; non semel inspexerit. Porrò hanc, brachio eius quod secas, cadaueris assumpto, ad hunc modum in manus musculis administraturus es.

*In brachio.*

*Sectionẽ spectantiũ negligentia.*

*Manus excoriatio.*

Primùm cutem cum adipe & membrana, quam carnosam uocare libuit, adimes: atque id perfeceris commodissimè, si ab externa brachij sede, secundùm radij ductum, & pollicis exteriora sectionem duxeris, quæ cutem membranamq; carnosam diuidat. Dein ad cuiusq; digiti latus alia ducenda est sectio, quæ depilem (ut sic dicam) manus cutem, ab exteriori dirimat, ut illa cum brachij & cubiti cute auelli queat, ea quæ internam summæ manus sedem integit, adhuc relicta. Neque in cute adimenda nunc alio indiges artificio, quàm quo lanij boues excoriant. Quum tamen ad radicẽ brachialis, in interna manus sede peruentum fuerit, transuersa sectione cutem nunc liberatã ab illa, quæ in uola adhuc reliqua est, resecabis. hæc nanq; latescentis[a] tendinis nomine asseruãda uenit. Priusquã uerò tendinẽ illum aggrediaris, accuratè perpendito, totam cubiti sedem paulò minus toto liuescentem, ob membranam quæ musculis proximè adnata, illos inuicem committit, atque ne ipsi sua sede declinent, amplectitur. In conspectum enim cubitum occupantes musculi iam ueniunt, sed ita commissi, ut solùm lineas, quæ ipsos diuimant, intuearis: quum tamen mutuò prorsus disiuncti apparebũt, si leues duntaxat sectiones secundùm dictas modò lineas duxeris. Huius membranæ naturam eo obseruabis diligentiùs, quo magis perfunctorie, imò nihil prorsus Anatomici illius meminerint. Cæterùm ut latescentem uideas tendinem, animum accõmoda cubiti internæ sedi, in cuius longitudine ipsius musculus, & tendo, quum adhuc gracilis est, exporrigitur. Cultello itaq; à brachialis radice sectionem leuem, ad tendinis & musculi latus utrinque,[b] uersus internum humeri tuberculum mo lieris, & postmodum iuxta brachiale, tendinem à sublatis organis liberabis, & cultello transuersim ipsi subiecto, & sinistræ manus digitis tendine eleuato, uniuersum musculum ad ipsius usque caput separabis. Deinceps acutiori nouacula cutem manus adhuc reliquam, à uola & digitis abscare conator, à brachiali sectiones semper transuersas molitus, eadem omnino ratione, qua cutem à carnea membrana diuidere iam dudum assueuisti. Quemadmodum enim in illa sectione membranam corpori affixam seruas, ita quoque tendinem dilatescentem manui iam hærere sinis. Quũ uerò id tentas, duriusculus sese offeret adeps, cutem & tendinem illum intercedens, qui tanto diligentiùs quoq; animaduertendus est, quanto tendinem magis à cute dirimit: & tendinem non toti cuti proximè adnatum, sed duntaxat fibrosis nexibus membranæ carnosæ modo, & adipis interuentu, pertinacissimè commissum ostendit. Examinata cute, musculi caput ab humero liberatum, à brachiali pendêre sines latescentem tendinem, à subditis quoque aut nouacula, aut paruo, sed acutiori cultello auulsurus. Si uerò aliquando usum fuerit, tendinem unà cum cute adimere, id feceris facillimè, si tendinem priusquam cutem separas, unà cum cute abstuleris. at tunc arduum erit, tendinem à cute integrum liberare: quamuis non adeò, ut Galenus arbitratus est, qui nihil medium inter cutem & tendinem posuisse uidetur. Porrò si hic musculus in interna cubiti sede sese non offerat, atque[c] duorũ musculorum, qui brachiale flectunt, capitibus ad humeri interius tuberculum, nullum musculum incumbere uideris, præsentem musculum deesse cõijcito: quod sanè non infrequenter tibi occurrere scio. Nõ quòd negligentia illum præteriturus sis, uerũ quòd prorsus deerit, eius uicem tunc supplente[d] inferiori, interdum etiã[e] superiori brachiale flectentiũ musculo, aut[f] transuersi in brachiali ligamenti portione, quam pari modo ut latum tendinẽ indagabis. Iam itaq; omnia cute libera sunt, unde etiam & quosdã extremæ manus musculos citra aliam sectionem aggredi possis,

*Musculi latescentem tendinem educentis administratio.*

*Lib. 1 de Admi. sectio.*

x 6 ta. e, 8 ta. r.
y 13 tab. b, c, d.
a 3 ta. musculi n.
b Versus; tabulæ.
c 3 ta. A, m.
d 3 tab. m.
e 3 ta. A.
f 4 tab. f.



possis, eum uidelicet[g] qui pollicem à reliquis digitis remotissimè abducit, & deinde[h] duos primum ipsius internodiũ flectentes, sic &[i] musculum, cuius beneficio paruus digitus à reliquis maximè abducitur, &[k] exteriorem primum eius digiti os flectentium dissecare liceret. At opportuniùs feceris, si donec omnes summæ manus musculos adimere possis, hos seruaueris, atq; ad internam cubiti sedem te rursus contuleris, in qua primum administrandi ueniunt[l] duo brachiale flectentes, quos rectissimè primùm ab ipsorum tendinibus, iuxta brachialis radicem aggredieris. Si enim hos à subditis musculis aliquantisper auulsos eleuaueris, ac deinde transuersis sectionibus, illos ad internum usque humeri tuberculum à subditis liberaueris, uniuersam ipsorum ferè naturum mediocri negocio spectabis. Inferioris nanque capite abscecto, & musculo ab ulna liberato, ut is duntaxat ab insertione[m] dependat, ipsum ut uisum fuerit, aut adimes, aut adhuc appensum sines. Superioris autem tendo, à brachiali nõ est abscecandus, uerùm aut musculus suo liberatus capite, in latus est reponendus, aut[n] tendo nonnihil ante brachiale uenit resecandus, ut in sectionis serie, eius tendinis insertio reddatur conspicua. Mox[o] primus digitus mouentium sese totus offert, quem uel solis digitis à subdito dirimes, quemadmodum etiam omnes, quorum latera nõn committit neruosa illa membrana, quæ communis ligamentimunere fungitur. Vbi itaque ipsius capite adhuc ad exortum commisso, quatuor ipsius ante brachiale carnosas portiones inspexeris, ualidus cultellus in transuersum[p] ligamentum rectà est inijciendus, ut huius acie antrorsum ducta, id ligamentum diuidatur. Dein eadem ratione secundùm indicis longitudinem, transuersum internæ ipsius sedis ligamentum diuidementem accommodans, ne hàc prorepentes tendines lædas, quod optimè caueris, dummodo cultelli dorsum semper tendines respiciat, ipseq; cultellus rectus sit. Eandem sectionem in tribus reliquis digitis moliri in præsentia posses, nisi sensim magis magisq; horum ligamentorũ naturam aut discere, aut aliys ostendere propositum esset. In indice itaq; duntaxat, aut alio quouis digito hac ducta sectione, primi musculi digitos mouentium caput liberato, & illo apprehenso, & ad te sursum tracto, id ex brachialis sinu tantisper reponito, quouisq; quatuor ipsius tendines ad quatuor digitos porrigi conspexeris, & deinde priuatim illius tendinis insertionem obseruaueris, qui indici exporrigit. Hac enim inspecta, & musculo rursus in suam sedem reposito, eius caput trahendũ uenit, ut ipsius innotescat munus, intuearisq; qua ratione primo indicis articulo in flexu secũdi, tendo ille adniti nolit, uti sanè reliqui transuersis adhuc ligamentis inuoluti innituntur, proximè ue attenduntur. Nunc ligamentis trium reliquorũ digitorum, ac cuiusq; tendinis insertione & perforatione, qua subditum transmittunt tendinem, notatis, musculum à manu in anteriora reflexum mensæ exporriges, aut si in sinu manum habueris, propendêre à digitis sines, ac[q] eum qui tertium quatuor digitorum internodium flectit, suo capite liberabis, quod nõnihil occulitur sub musculo, superiorem radij partem in pronum ducente. Priusquam tamen id ab ulna abradas, cõducet ex brachialis sinu quatuor ipsius tendines attollere, & animum adhibere, quî citra omnem operam musculus hos tendines producens ab[r] illo diuellatur, qui ipsius superiori lateri accumbẽs, tertij pollicis ossis flexionis autor habetur adeò, ut utrunque musculi unius loco in homine habere nequeas. Liberato itaque secundi musculi capite & ipsius quoque exortu, quem ab ulnæ[s] ligamento assumit (quod inter radium & ulnam, ubi inuicem hæc ossa dehiscunt, obuium est) uniuersum musculũ ex brachialis sinu repones, eius mucosam perpendens membranam, & tendinum ipsius seriem. Cauendum tamen est, ne quum eos attollere studes, gracilem[t] musculum singulis tendinibus exporrectum uioles, hic enim quum tendini committitur, atq; etiam primo digiti ossi inseritur, ad tertium usque articulum secundi musculi tendines oscitãter eleuare prohibet. Quum itaq; hos tendines[u] primi musculi tendinibus trajci atque in tertium os inseri uideris, utrunq; musculum in suum locum reponito, examinaturus num secũdi musculi tendines primũ digitorũ os flectant soli, aut simul cum ipsis primi musculi tendines, & eius generis reliqua, quæ in horum musculorum functionis enarratione proposuimus. Primo musculo à digitis resecto, secundum in brachialis sinu transuersim diuides, ut ipsius tendines adhuc in uola reseruentur, gracilium musculorum causa, quatuor digitos pollici adducentium. Modò[x] tertium musculum pollici subseruientem à radio liberabis, & ad tertium pollicis internodium duces, ipsius tamen transuerso ligamento, ut in reliquis digitis, prius diuiso. Hunc ubi abstuleris,[y] musculi brachiale flectentium superioris insertionem speculabere, quam in radicem postbrachialis[z] ossis indicem sustinentis molitur. Atque nunc tibi in interna cubiti sede adhuc[a] duo tantùm musculi supersunt, radium in pronum mouentes, qui quum citra aliam operam conspicui sint, donec & horum oppositos uideas, opportuniùs seruabuntur. In præsenti itaque ad externam cubiti sedem accedas, in ea potissimùm obseruaturus[b] transuersa ligamenta, quæ ac si unum essent,

*Primi & secundi brachiale mouentium.*

*Primi digitos mouentium.*

*Secundi.*

*Tertij digitos mouentiũ administratio.*

*Transuersorum ligamentorũ in externa cubiti sede.*

g 3 ta. p.
h 6 ta. n, o.
i 3 ta. r, aut 4 ta. u.
k 4 ta. s.
l 3 ta. A, m.
m ut 3 ta. *.
n ut in 3 ta. sinistra manu.
o 4 tab. e. atq; ita seriatim nota tam in margine tabulam, & hãc precedentẽ & sequentem, una, uti in ceteris administrationibus inspicito.
p 3 ta. f.
q 6 ta. z.
r 6 ta. v.
s 7 ta. Vlnæ, T.
t 6 ta. f, 7 ta. d.
u 6 tabu. 1 transmittit tendines z.
x 6 ta. x.
y 3 ta. A.
z 1 fi. ca. 25 li. 1.
a 7 ta. Q, X.
b 2 ta. cha. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

essent, sese offerent, uerùm dum tendinibus, quos ligamenta continent, mentem accommodabis, ac seorsum unumquodq; ut in interna digitorum sede præcepimus, administraueris, ut minimum sex numero occurrent, quæ antequam musculos separes, diuidere possis, nisi prius in cubito cuiusq; musculi tendinem separare statueris. At commodiùs erit aut simul omnia ante musculos, aut priuatim unumquodq; saltem ante suum musculum aggredi. Primus autẽ esse potest,[c] qui postbrachiali ante paruum digitum insertus id extendit, cuius tendo ex suo[d] sinu eleuabitur, & deinde acuto cultello, aut nouacula totus musculus ab ulna liberabitur accuratè interim ab illo,[e] qui superiori ipsius lateri cõmittitur, quiq; parui digiti extensioni potissimùm famulatur, diuisus. Vbi itaq; huius caput ab externo humeri tuberculo dissecueris, illũ postmodum à postbrachiali liberabis, nisi appensum ipsi asseruare lubeat, quo tandẽ brachiale extendentium & flectentium musculorum munus conspicari ualeas. Post hunc is ex sinu attolletur, qui minimos digitos à cæteris deberet abducere, cuius tendines, aut tendo potius ad digitos ducendus non est, nisi ab externo humeri tuberculo is, cum[f] subsequẽti iam in enarratione musculo (qui digitos mouentium decimus septimus numerabatur) liberatus fuerit. Illum autem diligenter ex suo, quem nos ipsi tribuimus, sinu attolles, atque ab illis, qui superiori ipsius lateri exporriguntur, diuulsum, ab humero quoque resecabis, nunc sedulò animaduertens, num in tres, aut quatuor ducatur tendines, & quibusnam digitis illi inserantur, quæq; ipsorum ad digitorum radices sit cõmixtio. Idem in illo, qui paruũ digitũ præcipuè extẽdit, molieris, neutrum ab ipsis digitis abscans, nisi & modò[g] subsequentem ad insertionem usque deduxeris. Occurrent enim nunc[h] tria illa, quæ ulna producit principia, quorum inferius, & brachiali propinquius obseruandũ uenit, à quo musculus pronascitur, qui indicem & medium à pollice abducit. Huius itaq; principij portionem, quæ illum musculum cõstituit, ab ulna diuides, atque ex suo peculiari[i] sinu eleuatum, & sensim à brachiali & postbrachiali, quibus fibroso nexu hæret, liberatum, ad digitos usque deduces, ad amussim nunc trium illorum musculorum tendines, & insertionem perpendens, quam multò accuratiùs intueberis, quàm ego illam (quum uaria sit) describere possim. Cæterùm illis à digitorũ internodijs ad unguium usq; radicem resectis, qui pollicem euertũt, aggredieris, ab ulna itaq;[k] reliqua tertij principij parte resecta, musculus pollicem uersus indicem euertẽs, ad ipsius insertionẽ ducetur, similiter[l] secundi principij musculi, qui bicornem transcendunt tendinem, ad pollicem & brachiale usque auellentur, atque unà cum reliquis à digitis reij cientur.[m] Qui bicorni tendine brachiale extendit, modò prorsus est conspicuus, nisi quòd nonnihil sub[n] musculo longiori radium mouentium occultatur. hic itaq; suo exortu liberatus, ad postbrachiale ducetur, & ipsius examinata functione, etiam cum cæteris abij ci poterit. Supersunt adhuc in externa cubiti sede,[o] duo radium in supinum agẽtes, qui citra sectionem etiam, ut & [p] interiores radij duces, sunt conspicui, longissimi tantùm [q] capite excepto, quod penitus nonnihil inter[r] posteriorem cubitum flectentium musculum, & extendentium [s] exteriorem latitat, non tamen adeò impensè, ut non liceat ipsius capite ab humero resecto, illum ad insertionem usque cum reliquis radium mouentibus musculis perducere. Si itaq; nunc[t] ligamentum in cubiti longitudine inter ossa positum animaduerteris, extremæ manus musculos ordine aggredi tempestiuum fuerit, ex quibus[u] quatuor statim graciles eminent conspicui, quos Natura[x] tendinibus tertium digitorũ os flectentibus exporrexit. Deinceps[y] ille liberatur, qui pollicem ab indice maximè remouet, mox[z] duo primum pollicis internodium flectentes. Deinde[a] tres secundum pollicis os flectentes, quos eo diligentiùs obseruare oportet, quo magis antehac dissectionis Professoribus incogniti fuerint. Hos subsequetur, [b] qui pollicem indici proximè accommodat, dein [c] qui paruum ualidissimè abducit, ut tantũ octo adhuc sint reliqui, quorũ ope prima quatuor digitorum internodia flectimus. Iam digitorum articulos diuides, ligamẽti & articuli speciem obseruãs, & attentissimè perpendens, [d] osficulorũ usum, quæ à sesami seminis similitudine nomen mutuãtur. Reperies enim in interiori secũdi pollicis articuli regione, duo reliquis in manu insigniora, in hoc ibidẽ fabricata, ut quũ inarticulatione illum articulum Natura fieri uoluerit, is tamen firmius esset, & ad flexionem in acutissimum angulum pertinax, & obliquorũ etiam motuum obscurissimè particeps. Deinde tanto minora eius classis ossa in primis reliquorum internodijs uidebis, quanto in acutum magis hos articulos Natura flecti uoluit, & ipsos obliquioribus motibus, quàm secundum pollicis internodium, donare uisum fuit. Insuper primum pollicis articulum diuides, eiusmodi ossibus destitutum, & laxum admodum. Idem quoq; in postbrachialis & brachialis ossibus experieris, at longè diligentissimè brachialis ad cubitum articulo animum accõmodabis, quòd hîc [e] cartilago examinanda ueniat, ulnam à brachiali dirimens. Quinetiam perpende, obsecro, [g] stylum imitantẽ processum nõ procerius extra sinum, quo brachiale excipitur, prominere, quàm radij

*Tertij brachiale mouentiũ.*

*Decimiocta-ui & 17 digitos mouentiuũ administratio.*

*Deciminonè administratio.*

*21, 22 digitos mouentium, et dein eius qui in illorum descriptione 23 numeratur.*

*Quarti brachiale mouentium.*

*Radium mouentium admi.*

*Quatuor musculorum quatuor digitos pollici adducẽtium, & aliorũ extremam manũ occupãtium.*

*Ligamentorum reliquorũ administratio.*

c 9 ta.A.
d 2 fi. cap. 24. lib. 3. V.
e 9 ta.e.
f 9 ta.Z.
g 10 tab.p.
h 10 ta. 2, 3, n.
i 2. 4 fi. ca. 24 lit.d.
k 10 tab.o.
l 10 tab. x, dein k, l.
m 11 ta. A.
n 12 tab. e.
o 12 tab.e, A.
p 7 tab.Q, X.
q 12 tab.a.
r 12 ta.Y. & ta.r.
s 11 tab. e. aut illic inter e & g occultatur.
t 7 ta. V, inter S, T. 12 ta.h.
u 6 tab.f, s, 7 ta.d.
x 6 tab. y, 7 f.
y 3 ta.p.
z 6 ta.e, a 7 ta.cha. 1, 2, 3.
b 11 ta.f.
c 3 tab.r.
d sub A. 8. tabula.
e 1 fi.ca.24. li. 1 N, T, V V, X, X.
f 12 fig.ca. 24. lib. 1 T.
g earundem fi.R.



radij appendicis[h] mucronem. Dein expendito, parem ligamenti huius articuli in utroque latere[i] formam esse, ut unà mecum omnibus quoque similem usum ascribas, ne quum Naturam celebrare instituis, illi inartificiosissimam constructionem, cum Galeno imponas. Reiecta nunc summa manu,[k] priorem cubitum flectentium musculum suis principijs liberato, quorum exterius ex suo sinu eleuandum est, & [l] ligamento articuli humeri ipsum continente recta sectione dissecto, id à scapulæ collo adimetur. interius ualido quoque cultello ab interiori scapulæ processu diuidetur, & utroque principio deorsum reflexo, huius musculi carnosa insertio in os humeri animaduertetur: qua dissecta ad radium usque, sola manu à subdito musculo iste prior auelletur. Vbi uerò huius insertionem intuitus fueris, is appensus seruabitur, & [m] posterior ab humero derasus ad ipsius quoque insertionem ducetur. Posteriores eadem ratione aggredieris, primùm[n] illum qui ab humeri ceruice pronascitur liberans, ac dein[o] illo cui scapula initium præbet, ut postmodum hoc deorsum tracto,[p] secundum animaduertas ipsi innatum, ac sub illo ab humero prodeuntem. Quod tum demum ex sententia feceris opportunissimè, ubi hos in cane aut simia priùs spectaueris. Quando itaque hi ad insertionem producti sunt, neque ullam fibrarum insertionem animaduerteris, cubiti articulum subinde flectito & reflectito, examinaturus num uel tantillum quidem extra rectum tramitem dimoueri queat. quod quum in articulo solis ligamentis hærenti, & iam propemodum luxato, obseruas, quid fieri in nobis arbitrabere, articulo tot musculis adhuc uestito? Vt tamen hæc omnia exactiùs rimeris, ossa inuicem seiungenda sunt, non solum humeri cum ulna articuli gratia, uerùm & radij cum humero, & radij rursus cum ulna. Præter hoc enim quòd nihil utilius sese inspiciendum in tota resectione luxationum gratia offert, ita profectò eiusmodi articulorum inspectione, nulla in uniuersa Anatome mihi iucundior speculatio occurrit.

*Cubitum mouentium administratio.*

h 12 fi. a. i 12 tab. i, h.
k 6 ta. e. l 6 ta. f.
m 8 ta. r. n 11 ta. e. o 12 tab. T. p 1 ta. X.

## *DE MVSCVLIS PENI PECVLIARIbus. Caput XLIX.*

## QVADRAGESIMI NONI CAPITIS TABVLA.



## QVADRAGESIMI NONI CAPITIS TABVlæ, eiusdemq; figurarum & characterum Index.

*PRAECEDENTEM paginam occupans tabula, quatuor complectens figuras numero insignitas, nõ huic tantum Capiti, uerùm etiam & alijs plerisq; utilis erit. Ne uerò dein pluribus præfigẽda sit Capitibus, hic omnes suarum notarum indices sum explicaturus.*

1 *Prima itaq; figura corporis in mensa proni, & oculo ad perinæum, seu interfemineum directo, ostendit femora in latera admodum distensa, & penis corpus uniuerso interim scorto cum testibus, cute, adipe, uenis, neruis, & arterijs undiq; abscctis.*

2 *Secunda figura nuda quodammodo commonstrat ossa, quæ sacri ossis lateribus committuntur, ac ilium & coxendicum & pubis ossa appellantur. His femorum ossium portiones adhuc appendent, unà cum ani & penis musculis: quos ideo ab ipsorum exortu dependere finximus, ut penis corporum origo urinæq; & semini communis meatus inibi in conspectu esset, qua sursum sub pubis ossibus flectitur.*

3 *Tertia, penem transuersim dissectum in hoc ostendit, ut penis corporum substantia, & coalitus, & cum urinæ meatu connexus oculis subijcerentur.*

4 *Quarta figura integrum commonstrat penem, unà cum uesica hic exporrectum, ut proprius uesicæ ceruicis musculus intueri possit.*

A,B 1,2,3,4 *Duo penis corpora, penem quodammodo uniuersum constituentia.*

C,C 2,4 *Duorum penis corporum exortus.*

D 1,2,3,4 *Penis glans, quam alij præputium nuncupant: eo nomine cutem, qua penis obtegitur, non dignantes.*

E,E 3 *Fungosa rubraq; penis corporum substantia.*

F 3 *Mutuus penis corporum connexus, & neruea eorundem substantia, quæ orbiculatim fungosam substantiam complectitur.*

G 1,2,3,4 *Vesicæ meatus, urinæ seminiq; genitali communis.*

H,I 1,2 *Duo primi penis musculi, in prima quidem figura suam seruantes sedem, in secunda autem ab eorundem principio dependentes.*

K,L 1,2 *Duo posteriores penis musculi, seu tertius & quartus, qui in prima figura integri, in secunda uerò ab insertione pendentes conspiciuntur.*

M 1,2 *Musculus orbiculatim recti intestini finem ambiens, fæciumq; excretioni præfectus.*

N,4 *Vesicæ ceruicis musculus, urinam, ne præter nostrum arbitrium defluat, cohibens.*

O,O 2 *Membrana pubis ossium foramina occupans.*

P,2 *Teres ligamentum, à coxendicis osse in rotundum femoris caput insertum.*

Q,4 *Vesicæ corpus.*

R,4 *Glandosum corpus, uasorum semen deferentium insertionem excipiens.*

S,S 4 *Portiunculæ sunt meatuum, quibus urina è renibus in uesicam ducitur.*

T,T 4 *Portiunculæ sunt meatuum, semen in uesicæ ceruicem eiaculantium. Musculos autem in prima figura femur amplexantes, characteribus non insigniuimus, quòd illi in musculorum tabulis diligentissimè annotati fuerint.*

Penis constitutio.

THESI penis constructionis enarratio in quintum librum, ubi generationis organa persequẽtur, opportunè reseruanda ueniet, nihilominus tamen in præsenti tantam huius mentionem facere expedit, quanta ad musculorum penis descriptionẽ ex usu est. Penem itaq; præter [a] cutem qua inuoluitur, [b] duo grandia, & neruea, & [c] intus spongiæ modo caua effor mãt corpora, quorum dextrum à pubis ossis dextri [d] sede enascitur, paulò inferiùs quàm ubi inuicem pubis ossa dehiscere incipiunt. hoc uersus sinistrum latus modicè exporrectum, cum sinistro coit corpore, à pubis osse sinistro principiũ ducente. His corporibus tota penis constat moles. atq; hæc corpora ad inferiorem ipsorum sedem, qua coëunt uesicæ [e] meatum sibi toto ipsorum ductu ad [f] glandis usque radicem subnatum exigũt, ubi canalem hunc urinæ seminiq; communem, corpora illa in unum prorsus corpus confusa amplexantur, quemadmodum quinto libro audiaturus es prolixius. Nunc enim ad quatuor musculorum descriptionem, modo dicta, abundè sufficiunt. Ab anteriori itaq; sede anularis [g] musculi, quem recto intestino ut excrementorũ præsit egestioni obnatum esse docebimus,

a 20 fi. lib. 5 r.
b Præsentis ca. figurarũ A, B.
c 3 fi. E, E.
d 2 fi. ca. 29 lib. 1 q. uerũ hic 2, 4 fig. C, C exortus notatur.
e 1,2,3,5 fi. G.
f 1,2,3,4 fi. D.
g 1,2 fi. M.

Primi duo penis musculi



h 1,2 fi. H, I.
i 4 tt. S, T. k 1,2 fig. G.
l 1,2 fig. K, L.

cebimus, [h] duo carnei enascuntur musculi, [i] illis prorsus similes qui à pectoris osse ad os *v* referens porriguntur. Ambo enim inuicem proximi sunt, & internis lateribus mutuò cõmittuntur, rectaq; sursum in priora ad urinarij [k] meatus sub corporibus illis ad superiora reflexum ascendentes, eius meatus lateribus inseruntur, & inuicem dirempti, corpora penis nonnihil digitorum modò amplexantur. [l] Alij duo utrinq; habentur singuli, ab appendice ossis coxendicis paulo inferiùs quàm penis corpora, principium ducentes. quod carneum est, & gracile, et obliquè sursum procedentem efficit musculum, qui carnosus semper permanẽs, sui lateris corpori non procul ab exortu inseritur. Quatuor his musculis penis radix uoluntario impetu trahitur, hinc & erectionis quandam uim, præter naturalem facultatem ipsi insitam, obtinens. Quanquam duo priores musculi in urinæ seminisq; excretionibus, communem illum urinæ seminiq; meatum ueluti digitis quibusdam aperire uideantur, ne meatus in obliquo hoc reflexu restrictus, eiusmodi humorum expulsionem prohiberet, & potissimum seminis, cuius eiaculationẽ (etsi urina multo crassius sit) impetu Natura perfici uoluit. Nisi enim hi musculi inferiorem meatus sedem in hoc reflexu deorsum uellerent, in penis tentigine totus meatus occluderetur, quòd ipsius superior pars à distentis corporibus adeò pertinaciter huc illuc alliceretur. Porrò, ut musculos hos commodè aggrediaris, reliqua cadaueris pars, quæ adhuc reliqua est, resumetur, ac distentis quàmmaximè possis femoribus, orbicularem sectionem inani ambitu duces, qua cutem ad adipem usque (quem hic habes copiosissimum, maximeq; humidum) diuidas. Deinde longam sectionem per futuram in penis inferiori sede ac scorto conspicuam in cute per perinæum (quod interfemineum alij uocant) molieris, quę ad anteriorẽ usq; orbicularis lineæ sedem pertingat. Postmodum cutem hamulis, aut digitis eleuatam, hinc inde à subditis organis nouacula diuellis, atque musculos qui sese abscta cute offerunt, paruo cultello à suis exortibus liberatos, ad insertionem usque perduces, non per transennam singulos seorsum expendens, cum calculorum eruendorum gratia, tum fistularum ulcerumq; nomine hac sede non infrequenter homines infestantium. Deinde eo obseruandi sunt quoq; exactiùs, quo minus aliquid à Galeno de his proditum habemus. Quãdoquidem locus in quo illos in opere de Administrandis sectionibus prosecutus est, unà cum quinque & dimidio eius operis libris incuria temporum intercidit, unà cum ipsius de Musculis peculiari libro, in quibus proculdubio horum mentionem illum fecisse Arabum libri commonstrat: unde etiam prorsus sperandum est, in Bochara Persiæ ciuitate cuiatem Auicennam fuisse sat nouimus, hos libros omnes aliquando non inuidentibus superis, inueniendos. Nisi fortassis Auicenna etiam illis libris destitutus, Orobasij duntaxat operibus usus fuerit, è quibus uerbotenus hoc quidquid de hominis fabrica prodidit, descripsisse uidetur.

## DE CERVICIS VESICAE MVSCVLO, urinam, ne præter arbitrium ex uesica profluat, inhibente.

### Caput L.

*HVIVS musculi effigiem in uiris quarta figura tabulæ præcedenti Capiti præpositæ commonstrat, N litera notatam, quemadmodum & uigesimasecunda & uigesimatertia figuræ ad characterem ϱ. Muliebris uerò uesicæ musculum proponit uigesimæquintæ libri quinti figuræ γ. Quòd autem illas figuras hic non proponam, hinc potissimum fit, quòd eisdem figuris paginas occupandas minimè duxi.*

Virilis uesicæ musculus.

a 4 fi. cap. 49 Q.
b eiusdẽ fi. R.
c eiusdẽ fi. N.

AD uirilis [a] uesicæ finem, ubi in collum ceruicem ue terminatur, [b] glandosum quoddam corpus ipsi obnascsi, quintus liber declarabit, qui etiã uniuersum meatus ductum explicaturus est. [c] Musculus autẽ iam nobis propositus inter glandosum id corpus & reflexum consistit, quẽ uesicæ ceruix sub pubis osse primùm molitur. Musculus totã ferè hãc meatus sedẽ orbiculatim ambit. Est nanq; orbicularis, & oblongi anuli, aut oblongi rotundiq; meatus effigiem exprimit, fibris transuersim circularibus inter

Muliebris.

d 25 fi. lib. 5 R.
e eiusdem fi. A.
f eiusdem fi. Y.
g 27 fi. li. 5 L.

texeus, & superiùs iuxta glandosum corpus crassior quàm inferiùs. Atq; ita in uiris habet. In mulieribus uerò, quarum [d] uesicæ [e] ceruici eiusmodi corpus glandosum non adnascitur, [f] musculus totum meatum ambit, qui à uesicæ corpore in superiorem sedem colli uteri nõ procul à pudendo [g] subingreditur: & musculus hic quanto in mulieribus prolixior est, tanto etiam tenuior uisitur, eundem tamen prorsus usum in his ac in uiris præstãs. Primariò enim in hoc ipsum Natura condidit, ut meatui uesicæ præficeretur, obstaculo futurus ne transfuersæ uesicæ fibræ motu suo naturali urinam præter nostram uoluntatem excernant. Operæprecium

Musculi usus.

enim fuit egerendis ex corpore recrementis motus præesse uoluntarios. si casu enim naturali duntaxat motui excrementorum propulsio committeretur, continuo recrementa emanarẽt: atq; id præterquàm quòd fœdissimum censeretur, ad plurimas actiones, quas tota uita obimus, insignes noxas inferret. Quo minus igitur uesicæ circulares fibræ, urinam quoties ipsa aut copia, aut mala quapiam qualitate hominẽ grauat, etiam citra hominis impetum propelleret, Natura meatui uesicæ hunc musculum præfecit, quo laxato urina transuersarum uesicę fibrarum ui pressa excernitur, interdum etiam huic functioni auxiliantibus [h] abdominis musculis, & [i] septo transuerso spiritus compressu ad inferiora depulso. Quum uerò urina effluxit denuò musculus constringitur, quicquid ex urina reliquum meatui adhuc inhæret protrudens. Relinquuntur autem tres quatuor ue guttulæ, quæ emissa iam urina promanare solẽt. Atq; hic alter præsentis musculi usus censendus est. Quòd uerò ad excretionis promptitudinẽ uelocitatemq; quicquã (ut Galenus asserit) auxilietur, quodq; is præcipuus ipsius sit usus, nequeo satis assequi. Quo enim magis remittitur, suamq; comprimẽdi uim laxat, eo liberiorẽ reddit meatum, qui apertus & amplus maiorem urinæ à circularibus uesicæ fibris pressæ copiam transmittit, quàm si laxatus musculus nõnihil suas fibras ad expulsionẽ dum urina profluit quoq; intenderet, ac nescio qua ratione per uniuersum egerendi tempus ageret, ita angustiorem meatum reddens, fœlicioremq; urinæ excretionem uitians. Nec profectò aliud (& si Galenus secus arbitretur) est, quo meatus ne præter arbitrium urina emanaret, arctaretur, ab hoc, quem modò narramus, musculo. Quandoquidem à Galeno in medium adductam meatus angustiam & longitudinẽ uarijs circumactibus iunctam, refellit mulierculaꝝ urinæ [k] meatus: qui etsi perinde ac uirorum ad insertionem usq;, quam in uteri ceruicem molitur, arctus sit, breuis tamen est, & rectà deorsum breui interuallo uteri collo exporrigitur. Cæterùm cer uicis uesicæ musculi administrationem in secundum post hoc Caput reijciam, ibidem illum unà cum sedis musculis aggressurus.

*b 3 tt.n.4 tab.n,5 a,6 a.*
*i 7 tt.a.*

*Lib.5 de Vsu par.*

## DE RECTI INTESTINI MVSCVLIS. Caput LI.




*RECTI intestini portio cũ suis musculis à corpore resecta, quã dũ reliqua eximimus intestina, in corpore adhuc relinquere solemus.*

*A Rectum intestinum, quod in libri quinti tabulis euadet conspicuum, præsertim autem octaua figura & uigesima secunda.*

*B, C Duo musculi, intestinum post egestionem sursum trahentes.*

*D Musculosa substantia penis radici adnata, in mulieribus porrò ad infimam pudendi partem commissa.*

*Insuper D sedes notatur, à qua in penem musculi duo pronascũtur.*

*E Circularis musculus, ne præter arbitrium excrementa deijciantur præcauens.*

*Musculi sedem attollentes.*



AVDATA nunquã satis Natura [a] recti intestini extremo musculos largitur, qui in fœcium excretione protrusum recti intestini finem, alacriter sursum reuellunt: dein alium dat musculũ, qui intempestiuam inuolutariamq; excrementorum egestionem prohibet. [b] Musculi itaq; sedem sursum attrahentes, lati & tenues, neq; admodum carnosi aut rubentes sunt, uix ab aliquibus ossibus originem ducentes. A ligamẽtis enim ex pubis ossibus, & coxendicis osse, & sacro exortis, quæ huius regionis musculis obducuntur, ipsaq; demum peritonæi infima sede utrinque singuli enascuntur musculi, qui deorsum protensi, rectum intestinum amplexantur, [c] extimæ ipsius tunicæ inserti. Præsentes musculi quum lati admodum sint, & suis finibus totam intestini latitudinem ambiant, ipsorum [d] portio radici quoq; penis, mulieribus uerò uteri collo adnascitur. Quod nonnulli perpendentes, tres sedem sursum agentes musculos recensuerunt. Vtcunq; uerò sit, omnes horum musculorum partes pari præficiuntur muneri, quo sedẽ ilico ab excretione sursum alliciunt, qui deorsum pellebatur ui abdominis musculorum, & septi transuersi, auxiliantibus etiam subinde omnibus thoracem arctantibus spiritumq; continentibus musculis. Cæterùm illis qui anum sursum ducunt musculis nullus è regione opponitur contrariæ functionis opifex, quemadmodũ in omnibus ferè alijs partibus musculi equidem opponi consueuerunt. Neque oscitanter hic Natura priuatim ab aliorum musculorum constructione aberrauit. sciebat enim interdũ à musculis octo abdominis unà cum septo trãsuerso,

*a 8 fi.li.5 ab Y ad a. & 29 fi.li.5 o. & 22 *.*
*b B,C & 8 fi.lib.5 b,c.*
*c 9 fig.lib.5 L.*
*d D.*



uerso, sedem adeò propellendam, ut ne à relatis quidem musculis prompte queat reuelli. Ab horum fine [e] alius præterea musculus extremum recti intestini ad cutem usq; amplectitur, qui prædictis similiter non admodum carneus, sed mucore quodam oblitus existit, fibras tamen orbiculares transuersas ue adipiscitur. Elatiori parte qua dictis musculis connascitur crassior, quàm inferiori est: quà autem cuti (ut labrorum [f] musculi) permiscetur, peculiare cum ipsa corpus efformat. Cohæret autem fibrosis nexibus [g] meatui uesicæ in uiris, in mulieribus uerò [h] ceruicis uteri principio. Quanquam etiam [i] duorum musculorum, quibus in uiris principiũ porrigit interuentu, peni committatur. Cæterùm posteriori sua regione, [k] quatuor ad ossis sacri finem locatis ossiculis (quæ Galeno incognita ostendimus) adnascitur. Ex lateribus connectitur teretibus [l] ligamentis à sacro osse incoxendicis os pronatis. Præsens musculus non adeò, atq; medentiũ uulgus arbitratur, breuis est, sed longus, & secundùm magnum recti intestini longitudinis interuallum exporrectus uisitur. Quod nõ perfunctorie ab illis uenit perpendendum, qui sedis fistulas & excrescentias, quas *Συρκώματα* & *κονδυλώματα* Græci appellãt, subinde præscindere uerẽtur, huius musculi muneris abolendi metu. Licet enim musculi portio aut ferro diuidatur, aut quauis alia occasione diuulsa laceretur, tamen quum latior secundum intestini longitudinem sit, eius munus nõ ita promptè in eiusmodi administrationibus aboletur. Musculus iste circulatim intestinum ambiens, illius orificium stringit, ne præter uoluntatem intestina naturali suo motu recrementa continuò egerant, sed ut tẽpestiuè dum aut mole, aut uitiata quapiam qualitate hominẽ excrementa molestãt, musculus hic laxatus instar fidi ianitoris ea transmittat. Quemadmodum itaq; huius musculi cum uesicæ meatum [m] amplexante eadem est effigies, ita etiam utrorumque par usus, quo nimirum constringunt: ob quod etiam ambos nonnulli *σφιγκτῆρας*, quasi dicas constrictores, appellarunt.

*Musculus orbiculatim intestino obductus.*

*e E,& 8 fi.li.5 d & 1,2 fi.ca.49 li.2 M.*
*f 3 tt.F,G. H,r.4 tab. M.*
*g 1,2 fi. ca. 49 G.*
*h 25 fi. lib.5 x,x.*
*i 1,2 fi.cap. 49 H,I.*
*k 1,2 fi. ca. 18 lib. 1. G, H, I, K.*
*l 10 tt.y,.d.*
*m 4 fi. ca. 49 N.*

## COLLI VESICÆ ET ANI MVSCVlorum administratio. Caput LII.



COLLI uesicæ & ani musculorum administratio ab ipsa uesica inchoabitur. hanc enim à peritonæo [a] quà internæ pubis ossis regioni obtẽditur, cultello aut nouacula liberare adeò conuenit, ut ipsa non amplius aliqua sua sede peritonæo sit continua. Deinde penem à pubis ossibus dirimere oportet: quod ubi inuicem hęc committuntur, mediocri negocio perficies, quum nerueis duntaxat & fibrosis nexibus penis ibidem hæreat. At ubi inuicem ossa remouentur, penisq; corpora [b] initium ducunt, acutiori cultello horum corporum initia proximè ab exortu sunt abradenda, ut penis ab ossibus liber pendeat. Mox cultro aliquo pubis ossa inuicem dirimes, sectione per ipsorũ cartilaginem ducta. quam sanè leuiori opera quàm plerique autumant perfeceris, si modò ossium medium ad admussim tetigeris. Hæc sectio quoniam prius femora erant distensa, ilico ut inuicem ossa abscedant, occasio erit. [c] Quo uerò remotiùs ossa disiungas, uehementius quoque femora abducenda sunt. quod feceris longè commodissimè, si uno cadaueris crure à mensa pendente, & reliquo adhuc illi incumbẽte, in mensæ latus acutum ue, os sacrum collo caueris, & deinde utrinque femoribus & ilium ossibus reflexis, ossa pubis quantum lubet diduxeris. Nunc uesica uniuersa cum pene in conspectu adeò iacet, ut etiam [d] musculum uesicæ collo obductũ promptè animaduersurus sis. Vt autem sedis [e] musculos pariter intuearis, cultello sensim uesica simul cum ipsius ceruice à recto intestino transuersis sectionibus separanda est. In quo opere sanguinem, si is ex uenis & arterijs profluxerit, spõgia sedulò elues. Vix enim (nisi fortassis ad modum operose omnia uasa uinculis ita intercipere possis) fiet, quin inter dissecandum uas aliquod, aut casu punctim ictum, aut transuersim necessariò incisum, sanguinem profundat. Ablata igitur uesica, et connexu recti intestini musculorum ad penis radicem et ad musculum uesicæ perpenso, eius intestini musculos aggredieris, qui sanè citra operosam sectionem sunt summè conspicui, si modo diligenter ab ipsis sanguinem, qui hîc solet esse molestissimus, absterseris. Operęprecium nunc foret, ualidiùs adhuc pubis ossibus diremptis, cultro aliquo acutiori ligamentum sacrum os ilium ossi connectens in sinistro latere diuidere, ut utrunque crus cum osse quod sacro committitur seorsum tractari possit, dextroq; cruri sacrum adhuc hæreat, aut sinistro, prout nimirum musculos qui adhuc reliqui sunt, in dextro aut sinistro crure aggredi uisum erit. Ad hanc effigiem crus illud conspicitur, quod decimam sextam musculorum tabulam constituit.

*b 2 fi. cap. 49 C,C.*
*c Vti factũ est in 22 & 25 fi.li.5.*
*d 22 fi.lib.5 i & 25 fi.y. e fi.ca.51 B, C,D,E.*

## *DE MVSCVLIS TIBIAM MOVENTIbus. Caput LIII.*

PROXIMVM quidem nunc erat femur mouentes muſculos deſcribere, ſi demum explicatis antea muſculis ſitu uiciniores aggredi inſtitutũ fuiſſet: uerum quando ſectionis potius, quàm uiciniæ ſeriem ſequi propoſitũ eſt, ante muſculos femoris motuum opifices, tibiæ motores in præſentia ueniũt pertractandi. nam quouſq; hos aſſeruas integros, commodè illos adminiſtrare nequis. Cæterùm quo tibiam mouentes muſculi inſigniores, & proceriores, magisq; conſpicui ſint, eo etiam minus Galeni ſententiæ, & potiſſimùm in illorũ functionibus explicandis aſſentire queo, quãuis interim etiam nõ omni ex parte is ſibi cõſentiat. Quandoquidem non procul à calce tertij de Partium uſu libri tibiæ motores recenſens, atq; ſua potius imaginatione aliorumq; diſſectionis profeſſorum libris, quàm uera ſectione ductus, nouem muſculos enumerat, quos femoris os amplexantes, tibiæ motores eſſe hac breui ſententia ſcribit. Tres qui anteriorem femoris ſedem occupant, atq; omnium huius loci muſculorum maximi ſunt, rectà ad genu feruntur: horum quidem unus implantatur patellæ carnoſa apprehenſione, duo autem reliqui unum maximum procreant tendinem, qui lateſcens implantatur toti patellæ, ſtringens eam exquiſitè, & continens cum ſubiectis. Deinde autem præteruectus articulum, anterioribus tibiæ partibus inſeritur, eum ſi iubeatur extendens, unà cum toto ipſius genu articulo. Alij uerò duo muſculi utraq; prædictorum parte, hic quidẽ externus, ille autẽ internus, in tibiæ lateribus inſeruntur, ambo obliqui motus opifices. Qui nanq; internus eſt, crus intrò adducit, alter autem extrorſum abducit. Enaſcitur autem ille quidem ex cõmiſſura oſſium pubis, hic uerò ab extremis partibus oſſis coxendicis: optimè enim ſic utriq; crus ad motus obliquos abducturi erant. In medio autem inter hos ſpacio, aliæ tres ſunt muſculorum explantationes, paruis motibus ipſum genu mouentes. Flectit enim genu, et ad interiora adducit tibiam is qui eſt continuus interioribus: abducit autem extrorſum ſimul flectendo, uelut inuoluens eam, is qui tangit externos. Reliquus, qui & medius omnium eſt, in femoris caput internum inſertus, flectit quidem totũ quoque femur, cum eo autem ſimul & totam tibiam euellit, immittens ſe eis quæ articulum ambiunt [ligamentis] uſq; ad[a] alterum maximorum muſculorum, qui in tibia reponũtur, ut ſimul quoq; tibiam ipſam totã trahat. Reliquus uerò nouẽ muſculorum articulum genu mouentiũ gracilis & lõgus, ex ilium oſſe enatus, tibiã ſurſum extẽdit: in ea potiſſimũ figura crus totũ ſtatuens, in qua molientes, ac ſubigentes, pedẽ ad inguina alterius cruris ſurſum ducimus. Poſt hæc uerba Galenus Naturã in horũ muſculorum conſtructione laudaturus, proculdubio in primis exemplaribus ſubiunxerat, mirifice & hîc Naturã omnia prouidiſſe, et quæ reliquo cõtextu ſubſequuntur. At eum[b] muſculũ, quem in poplite latitare innuit tẽporis ſucceſſu, et in re ſectione ſimiarũ peritior, cognoſcẽs, hæc quoq; ſuo quod ad nos demanauit, exẽplari interiecit. Præter autẽ hos omnes eſt paruus muſculus in poplite, genu quoq; flectens. Vt ſimul omnes ab ipſo hac ſerie enarrati, numero decem cenſeantur. Hæc ſanè ipſius oratio clariſſima eſt, ex qua quiuis etiam citra inſpectionẽ quos enarrat muſculos imaginatione ſibi pulchrè cõfingit. at quam ſit ueritati cõſona, partim ab ipſo in ſecundo de Adminiſtrandis ſectionibus, partim uerò ex ſectione diſcito. Verùm quando ipſius orationis ſeries in ſecũdo de adminiſtrandis ſectionibus lõgior eſt, quàm ut tota hîc deſcribi debeat, ego femoris muſculos eo ordine, quo ibidẽ recenſentur, enarraturus ſum, Galeni ſentẽtiam poſt muſculi deſcriptionẽ cõtinuò ſubijciens, ac pariter addens, in quo ordine in pręſcripta ex libris de Partiũ uſu oratione hunc illum'ue enumerauerit. Nihilominus priuſquã muſculos aggrediar, id ſummo ſtudio abs te cõtendo, ut quot motib. tibiã agis, accuratè examines. Galenus in libris de Vſu partiũ, ut pręcedẽs atteſtatur oratio, tibiã extendi ſimpliciter dixit, nõ adiungẽs eã magis aut introrſum aut extrorſum, aut prorſus in mediũ rectà extẽdi. At flexionẽ uidet̃ triplicẽ enumerare: unã qua tibiã retrorſum, ſeu in poſteriora ſurſum uerſus exteriora duci innuit. alterã, qua introrſum illã ſurſum tractã agi dicit. tertiã, qua tibiã in neutrũ latus inclinantẽ, rectà flectimus. Quanquã tertiũ hunc ductũ duntaxat flexionis nomine, & præcipuè in ſecũdo de Adminiſtrãdis ſectionibus donare uideat̃. Deinde in præſcripto ipſius ſermone, ſecus atq; in libris de Adminiſtrãdis ſectionibus tibiã in latera moueri affirmat, quũ unũ muſculũ hanc extrorſum abducere, alterũ introrſum adducere ſcribit. Poſtea, ubiq; motũ tibiæ aſſignat, quo hæc ſurſum obliquè uelut ad alterius cruris femur ducit̃. hoc motu tibiã agi ab illis cõſpicimus, qui pedibus coria in ligneis ſtratis emolliũt, aut quũ piſtores maſſam apud pleraſq; natiões calcãt. Atq; hos motus ita Galenus enarrat, ut proprios prorſus tibię illos eſſe arbitret̃, ipſiſq; peculiares muſculos aſſignet,

*Galeni in li.3 de Vſu par. de tibiam mouentibus muſculis ſententia.*

Quoniam in orationis ſerie tibiam mouẽtes muſculos ſeorſim ſingulos pertractabimus, ante noſtrã enarrationẽ nullas notas margini adijciemus.

a Intelligit opinor primum pedem mouẽtium, α in 12 ta. in ſignitum.

b 14 tab. r.

*Galeni in 2 de Admi. ſectio. ſententia cum uera muſculorum deſcriptione enarratur.*

*Tibiæ motus.*



gnet, quũ interim rectiſſima flexione et extẽſione tibia, quieſcẽte femore, ſolũ agatur. Si enim tibia cũ pede in latus digna animaduerſione ducit̃, id ſanè femoris fit beneficio. Neq; eſt quòd huic paradoxo corroborãdo ꝓlixiùs inſiſtã, quũ ipſe iam admonitus luce clarius animaduertas, tuã tibiã immoto prorſus femore, dũtaxat rectiſſimo tramite flecti extẽdiq;. Quanquã quũ motus hos examinas, nõ perfunctoriè animus femoris motibus adhibẽdus ſit. niſi enim gnauiter attẽderis, te inſcio femoris caput in coxendicis oſſe ſitũ mutabit. unde etiã mox alia tibiæ flexio extẽſioq;, quàm prius, apparebit. Sed quum in re maximopere notãda, nõ adeò ſecordẽ nũc fore quẽpiam arbitrer, quin adhibitis oſſibus hęc ſedulò rimetur, atq; in ipſa ſectione expẽdat, muſculos ipſos aggrediar ea lege, ut ſecũdo de Adminiſtrandis ſectionibus Galeni libro adaperto hęc legas. niſi enim illius libri obſtaret enarratio, diuerſa lõgeq; faciliori, quàm Galenus ſerie, pręſentes muſculos recenſerẽ.[c] Primus itaq; acuto exortu[d] principiũ, è neruea ſubſtãtia & modica carne cõmixtum ducit, ab[e] anteriori oſſis iliũ ſpinæ ſede, aut ab iliũ oſſis appendicis anteriori extremo. Hic muſculus non procul ab origine totus carneus euadit, & modicè dilateſcens, gracilis permanet: eius tamẽ latitudo ipſius craſſitiem ſpiſſitudinem'ue duplo (ut ſic dicam) ſuperat, & hanc formam muſculus ad tendinis uſq;[f] productionẽ retinet, qui ab iliũ oſſis ſpina, deorſum oblique uerſus interiora ſenſim adeò prorepit, ut internũ femoris latus tandem iuxta mediam femoris lõgitudinem exquiſitè occupet: hinc adhuc magis in interiora retrorſum paulatim procedens, è regione[g] interni femoris capitis iuxta genu cõſiſtit, ad quod ueluti obliquo ductu reflexus, antrorſum deſcendit, tendinem in anteriorem tibiæ ſedẽ[h] inſerens. Porrò muſculus tendinẽ hunc tum primum producit, quando ad anteriora ſecundũ femoris caput reflexus, gracilior tereſq; efficitur. Tendo enim ipſius non latus, ſed adamuſſim (quicquid Galenus ſuis fidens ſimijs aſſerat) teres eſt, tibiæ oſſi ad internũ latus acutæ illius[i] lineæ ſecundum ipſius longitudinẽ exporrectæ inſertus. Hunc muſculũ Galenus in ſecũdo de Adminiſtrãdis ſectionibus primũ enumerat, in præſcripta autẽ oratione nonũ. & utrobique huius muſculi beneficio tibiã ſurſum ad alterius cruris inguina, aut ad femur allici arbitratur: qui motus nõ huius ſolũ muſculi opera, uerum femur mouentium & tibię muſculorum auxilio unà perficitur. Tibia nanq; ſuis muſculis flexa, & femore deinde ſuorũ muſculorũ ope ſurſum in interiora ducto, motus ille ſuccedit. Niſi enim flexa prius tibia femoris motũ ſequeretur, eiuſmodi motu tibia nequaquã alterius cruris femori, aut tibiæ, obduceretur.[k] Secundus muſculus amplo, et prorſus nerueo[l] principio ex pubis oſſe enaſcitur. Vbi enim pubis oſſa inuicẽ[m] cartilagine cõmittuntur, ſecundum cõmiſſuræ longitudinẽ duo ſibi contigua oriuntur muſculorũ principia, quorũ alterum ad dextrũ crus, alterũ uerò ad ſiniſtrũ defertur, ſecundũ hunc muſculũ conſtituens. Tanta itaq; huius muſculi principij eſt amplitudo, quãta pubis oſſium cõmiſſuræ eſt lõgitudo. Principiũ hoc nõ procul ab origine ſtrictius craſſiuſq;, et carnoſum prorſus efficitur, ut eius latitudini craſſities uix cedat, & muſculus paulo minus toto teres euadat, qui deorſum per femoris interiora deſcendẽs, ſenſim gracilior tantiſper efficitur, ut iam internũ femoris caput non procul à genu articulo cõtingens, in exactũ teretẽq;[n] tendinẽ finiat, eadẽ ſede qua primi muſculi tendo tibiæ innatũ, ſed tanto interiùs, ſeu poſteriùs, quanta primi muſculi tẽdinis eſt craſſities. Hic muſculus in parũ obeſis muleribus, rigidum quoddã & durũ ligamentum, ſeu neruus, ſeu tale quid eſſe apparet, eò quod excarnis in illis muſculus nerueã ſubſtantiã dũtaxat habeat, & exiguo adipe obtegatur. Præſentis muſculi beneficio Galenus in præſcripta oratione, tibiã ad internũ latus duci atteſtatur, illũ in ſerie quintum enumerans. In ſecundo autẽ de Adminiſtrandis ſectionibus libro, tibiã elatiùs & interiùs muſculi huius auxilio attolli prodidit. hoc eſt (ſi modò rectè ipſius ſententiã aſſequor) præſentẽ muſculũ tibiã uerſus interiora maximè inclinantẽ flectere. quod enim attollere ipſe dixit, mihi flexũ inſinuat. Perficeres autẽ eiuſmodi motũ, ſi tibię extremũ unà cum pede alteri tibię imponeres, qui motus & flectentiũ tibiam muſculorũ ope, & femur quoq; introrſum ducentium flectentiũq; auxilio celebratur. Quippe ſi crus utrũq; rectũ, neq; prorſus inflexũ habueris, nõ integrũ tibi erit immoto femore alterius cruris tibiã, uel minimùm, alteri cruri implicare, aut uel obſcuriſſimè rigidi etiã cruris tibiã in alterũ latus, immoto femore, deducere.[o] Tertius cũ alijs ut minimũ tribus muſculis, ex infima coxẽdicis oſſis ſede enaſcitur. Ab eius nãq; oſſis[p] appendice (quę nobis ſtãtibus in eius oſſis infima ſede, in ſimijs uerò & canibus quũ anterioribus innitunt̃ pedibus, in extima habet̃) ordinata ſerie multorũ muſculorũ capita principiũ ducũt, quorũ tertius hic muſculus omniũ[q] poſtremũ exigit. Ab elatiori em̃ & maximè poſteriori eius appẽdicis[r] ſede, nerueũ gracileq; principiũ educitur: quod deorſum deſcendẽs, aliquantulũ ſub origine carneũ fit, teretẽ quodãmodo conſtituẽs muſculũ, ſuo principio iam lõgè craſſiorẽ. Hic deorſum per femoris poſteriora prorepit, aliquantulũ obliquè tãtiſper ductus, donec ad poſteriorẽ ſe-

*Primus tibiã mouentium.*

*Lib. 2 de Admi. ſectio.*

*Secundus.*

*Tertius.*

c 3 tab. z. / d 1 tab. o.2 q. 4 tab. character. 2.9 ta. α.16 L. / e 3 ta ſ. / f 1,2,3 fig. ca. 29 lib.1 P. / f 3 ta. t. / g 1,2 fi.ca. 30 li.1 E. / h 3 ta. charact.1. / i 1,3 fi.cap. 31 li.1 γ,γ. / k 16 ta. Δ.1 p.2 γ 31.4 χ.5 cha. 6. / 9 γ.10 r. / l 16 tab. N. / m ultimarũ fi.li.1 ſ. / n 3 ta. charact.2. / o 10 ta. Φ.2 λ.9 t. 11 ta. cha.5.16 ta. R. / p 2 fi.ca.29 lib.1 ab l ad q. / q 10 ta. γ.11 ta. λ. / r 2 fi.ca.29 lib.1 m.

*s 10 tab. ſ.*
dem interni femoris capitis propter genu pertingat. [s] Ibidem enim extenuatus, & in teretem
*Lib. 2 de Admi. ſectio.* *t 3 ta. chara. 3.*
quoq;(non uerò ut Galenus docet, latum) degenerans [t] tendinem, in tibiæ anteriora reflecti-
tur, eadem regione qua nuper commemorati, inſertionem tentans. Sed eius muſculi tendo
hoc ſibi priuatim uendicat, quòd anteriori tibiæ ſedi ad internum acutæ illius lineæ latus hæ-
rens, ad medium uſq; longitudinis tibiæ properet, alijs tendinibus tibiæ inſertis, haud æquè
deſcendentibus. Galenus nulli muſculo tibiam mouenti, adeò obliquum aſſignat ductum, at-
*u 16 tab. L, M.*
que huic tertio: non animaduertens, primum [u] muſculum longè obliquius duci, quum is ſci-
licet ab ilium oſſe antrorſum in interiora femoris ad poſteriora uſq; propemodum deſcendat,
*x 10 tab. r.*
& hinc rurſus obliquo ductu in priora tibiæ feratur. Deinde [x] muſculus qui ordine quartus
erit, obliquior tertio uiſitur. illum nanq; ſimiliter atq; hunc à coxendicis oſſe pronatum, in an-
teriora tibiæ ſecundùm femoris externum caput. prorepere audies. Vnde etiam tanto obliqui
orem ipſo tertio quartus iſte ſitum exigit quanto coxendicis oſſis ſedes, unde uterq; principiũ
ſumit, femoris interiora magis ſpectat. Tertius muſculus in pręſcripta Galeni oratione ſextus
eſt, quem inibi inquit tibiam in internum latus inclinantem flectere. In libris uerò de Admini-
ſtrandis ſectionibus ut obliquiſſimum ipſi ductum aſſignat, ita quoque obliquiſſimi motus il
lum autorem ſtatuit. Neceſſe enim (inquit) eſt, tibiã hac tractam anſa, retrorſum ſurſumq; fer-
ri, & hac in orbem conuolui. Atq; hunc quidem motum obimus, at non quieſcente femore.
*Quartus.* *y 10 tab. r.*
neceſſum enim eſt hoc motu tibiam flecti, & femur extrorſum circumuerti. [y] Quartus mu-
*11 π, ſ. 1 li. 2 α. 6 ta. χ, ψ. ſ. 12 μ, ν.*
ſculus non æquè latum principium, atq; tertius, ex coxendicis oſſis [z] appendice ducit. Huius
enim [a] principium gracilius eſt, ſed ſpiſſum tamen. Deinde ad tertij muſculi [b] principij exter-
*Lib. 2 de Admi. ſectio.* *z 2 ſi. cap. 29 li. 10.*
num latus nonnihil ſub ipſo occultatum enaſcitur. Falſum enim eſt, quod à Galeno in quin-
*a 11 tab. μ.*
ti muſculi enarratione, de capitibus à coxendicis oſſis appendice principium ducentibus aſſe
*b 11 ta. λ.*
rit, quum quatuor capitum ab illo oſſe originem ducentium, quarti huius muſculi extimum
eſſe ſcribit, & deinde ſuccedere tertij muſculi caput. Cæterum principium quarti muſculi pau
lò ſub exortu primùm efficitur carneũ, exacti muſculi formam multo quàm tertij craſſiorem
referens, ac per femoris poſteriora ſenſim deorſum, uerſus exteriora deſcendens. Quum uerò
muſculus femoris mediã longitudinẽ ſuperauit, tenuior redditur, & externa ſui ſede nerueus
admodũ, quaſi tẽdinem educturus, apparet. In interna autem ſede, [c] alia pars carnoſa hîc ex ſe
*c 11 ta. ſ.*
more pronata ipſi ubi tendinẽ uidetur procreaturus, ita adnaſcitur, ac ſi alius hîc oriretur mu-
ſculus, qui quartum augeret: atq; ſimul ex ambobus unus efformaretur muſculus, qui denuò
craſſeſcens carnei cuiuſdam muſculi imaginem exprimit, & deorſum protẽſus exteriorìq; par
*d 5, 6 ſi. ca. 31 li. 1.*
te admodum neruoſus, inſigni tendine fibulę implantatur, ualidam inſertionẽ in [d] proceſſum
ſuperioris appendicis fibulæ pertinaciter molitus. Huius enim tendinis occaſione fibula acu
tum huiuſmodi proceſſum, quà tibiæ coarctatur, exigit. Quinetiam femoris externum caput
*e 2 ſi. cap. 30 lib. 1 N.*
in externo ipſius latere oblongum [e] ſinum gerit, tendinis huius occaſione, ut aptè ac tutò uehe
retur, priuatim exculptum. Cæterùm ſiue quartum hunc muſculum unius loco, aut duorũ
enumeres, nihil intereſt: quanquam Galeni gratia, ne ordinem perturbes, unicum opportu-
niùs ſtatues. Is enim quum hunc muſculum in homine non uiderit, unicum duntaxat iſtum
recenſet, atq; ut in caudatis ſimijs illũ ego reperi deſcribit. In ſimijs enim à femoris oſſe enaſcẽs
portio, quarto muſculo non admiſcetur, ſed is unicus eſt admodum inſignis et latus. Vnde e-
tiam Galenus illum perpetuò latum, in libris de Adminiſtrandis ſectionibus appellat. Hunc
muſculum præſcriptæ ex tertio de Partium uſu orationis ſeptimũ collocabimus, quo ibidem
Galenus aſſerit tibiã extrorſum, ſimul cum flexione abduci & quodammodo inuolui. In ſecũ-
do autẽ de Adminiſtrãdis ſectionibus, totam tibiam huius ope ſimplici motu in externã partẽ
agi atteſtatur, eorũ quæ in libris de Vſu partiũ tradiderat oblitus, et proculdubio huius mu-
ſculi naturã exactiſſimè propter curſorem illũ, cui hunc in certamine auulſum uiderat, cogno
*Lib. 2 de Admini. ſectio.*
ſcẽs. Veriſimile enim eſt, Galenũ illo curſoris ſymptomate allectũ, ſedulò huius muſculi natu
rã in ſimijs perpendiſſe, atq; tunc (ut ſanè debuiſſet in omnibus) didiciſſe, hunc ſimplici quod
ad genu articulũ attinet, motui à natura fuiſſe præfectum, & flexionem in neutrum latus in-
clinantem moliri, utcunque etiam obliquo ductu quartus hic muſculus ad tibiam prorepat.
*Quem Galenus quintũ recenſeat. dein quis uerè quintus ſit.* *f 12 ta. λ, μ. eſt tamẽ Galeni muſculus 12 tabulæ Ξ.*
Porrò quintum muſculũ Galenus recenſet, quem à coxendicis oſſe tertium caput ſub tertij ti-
biam mouentis muſculi & quarti [f] principijs aſſumere teſtatur, queq; non in tibiæ anteriora
tendinem cum reliquis porrigere ſcribit, uerùm ad femoris caput & [g] muſculi tibiæ principiũ,
parte interna inſeri, & ſimul ligamentum articulum circundans apprehendere. Præſens mu-
*g 12 tab. φ.*
ſculus, in præſcripta Galeni ex libris de Vſu partium oratione eſt numero octauus, cuius au
xilio totum femur flecti, & cum eo ſimul totam tibiam euelli, ibidem docet. In ſecundo autem
de Adminiſtrandis ſectionibus primùm hũc tibiam ſenſim in exteriora circũuertere, ac motu
tertij



tertij nobis cõmemorati muſculi fungi dixerat, quamuis non æquè ualido. Secundò autẽ de
huius muſculi functione differens, inquit: Si hũc muſculum ad caput ſuum tendas, cum femo «
re etiam tibia retrorſum introrſumq; ferri uidetur. Deinde rurſus non ita multo pòſt ſubiun- «
xit: Poplitis, aut tibiæ flexum inter infirmas tibiæ actiones referendum, ac proinde Naturam «
neque magnis, neque multis muſculis ipſius flexum commiſiſſe, uerum (inquit) propemodũ «
*h 12 ta. φ.*
dixerim, ex commemoratis unum ſolum capiti interioris ſuræ [h] muſculi inſinuatum, ut dixi, «
tibiæ flexus autorem exiſtere: quanquam non magis ipſam flectere, quàm ad internam regio- «
nem abducere uideatur. Hic quidem muſculus leuiter & obſcurè quodammodo genu articu- «
lum mouet. Poſtmodum alios incuſat Anatomicos, qui magno cuipiam muſculo ad femoris
motum prorſus ſpectante, flexionem tibię tribuerunt, quum is inquit: Vel omnino non attra «
hit tibiam, uel certè parum, quia & finis ipſius in os tibię, ne minima quidem parte ingreditur. «
Verùm coacti ſunt hunc poplitis flexuræ autorem dicere, quòd nimirum ignorarent alterum «
*i 14 ta. r.*
[i] muſculum articulo latenter quidem inſinuatum, qui uel ſolus ipſum flectere poteſt, uel ma- «
xima potentia præditus eſt. porrò hunc priùs cernere non eſt, quàm à tibia muſculos ademe- «
ris, qui ſuram efficiunt. Deinceps Galenus coxæ articuli muſculos aggrediens, quendam pri- «
mum enarrat, quo alios Anatomicos genu articulum flecti perperam arbitratos aſſerit. Huiuſ
modi ſanè Galeni ſententijs colligere promptum eſt, quantum illi in Anatome, qua potiſſimũ
excelluit, quaq; paſſim gloriatur, fidendum ſit, & quàm bellè ab ipſo humani corporis fabricã
nobis diſcere datum ſit, quamq; dilucida noſtra redderetur oratio, niſi toties Galeno contradi
cendũ foret. Sed age cœptum negociũ abſoluamus, ſumma Galeni autoritate ob oculos per-
*k 12 ta. ſ re conditũ ſub 11 tabulæ λ, μ, ν.*
petuò uerſante. Muſculus itaque iſte quem quintum enarrat, [k] quartum caput à coxendicis oſ
ſis appendice ſumit, nõ autem (ut ipſe innuit) tertiũ. Alius enim eſt [l] muſculus, quem hîc Ga-
lenus præterijt, qui [m] tertium caput ab illo appendice nanciſcitur, et, ut paulo pòſt dicam, in an
*l 11 tab. r. 12 ta. λ, λ. 9 ll, 10 π, π. 12 ſ. 16. V, V.*
teriora tibiæ ſub tertio muſculo repoſitus deducitur. Sub hoc igitur qui Galenum latuit, ille
[n] muſculus quem is quintum recenſet, exoritur ualido & admodum craſſo [o] principio, quod
poſteriori ſua ſede planè nerueum uiſitur, anteriori autem magis carneum et latum. Principiũ
*m 11 ta. ν.*
hoc carne auctũ, maximum mole conſtituit muſculũ, qui priuſquam mediam femoris ſuperat
*n 12 ta. Ξ.* *o 12 tab. λ. quo neruea pars notatur, carnea autem 13, 1.*
longitudinẽ, gracilior fieri incipit, adeò ut paulò ſupra inferiora femoris capita in teretẽ finiat
[p] tendinem, pro muſculi portione nimis quàm gracilem. Hic tendo [q] radici interioris femoris
capitis ad capitis illius interius latus inſeritur, contiguus [r] exortui primi pedem mouentis mu
ſculi, ab interiori femoris capite ducentis originem. Quintus hic Galeni muſculus in poſterio
*p 12 ta. ν.*
ri ipſius ſede, et utrinq; in lateribus nulli connatus eſt muſculo, præterquàm communi conne
*q 1 ſi. ca. 30 lib. 1 K.*
xu, quo inuicem incumbentes muſculos fibris aliquot hęrere ſcimus. Verùm anteriori ipſius
ſedi, qua femoris os ſpectat, illi continua connataq; eſt [s] tota ea muſculoſa ſubſtantia, quæ ante
*r 12 tab. π, ſ muſculi φ.*
rius quàm huius muſculi initium, [t] à coxendicis oſſis appendice ad pubis uſque oſſium com-
*s 8 tab. φ, c. 11 tab. Σ, 13 ta. Σ, π.*
miſſuram enaſcitur. Quam uerò hæc muſculoſa ſubſtantia in femur inſertionem moliatur,
quibuſq; fibris donetur, dum femoris motores pertractabuntur, exequar: ubi hunc quin-
*t 2 ſi. ca. 29 lib. 1 p ad q.*
tum Galeni muſculum cum illa unius loco recenſebo, illum quintum femoris motuum opifi-
cem enumeraturus. In præſenti autem id duntaxat addendum eſt, infimum [u] eius muſculoſæ
*u 13 tab. Σ, π.*
ſubſtantiæ inſertionis terminum, non procul ab inferioribus femoris capitibus diſtare. Ac
proinde Galenum de hac locutum arbitror, quum alios incuſaret Anatomicos, atq; illos per-
peram eiuſmodi muſculũ tibiæ flexionis autorẽ poſuiſſe affirmaret. Habeto itaq; in præſenti
eam quã nobis modò muſculoſam ſubſtantiã nuncupare libuit, eius muſculi loco, quem inter
coxendicis articuli motores Galenus primũ enumerat: quinti autẽ tibiæ motorũ Galeni mu-
*x 12, 13 ta. Ξ.*
ſculi uice, [x] illũ quem tendinẽ in interioris femoris capitis radicẽ inſerere retuli. Niſi fortè nõ ni-
*In 2 de Admini. ſectio.*
mis in Galeni uerba iuratus, ſemel & lõgè rectius dicere mauis, illũ, eundem muſculũ et primũ
femoris motorẽ, & quintũ tibiæ perperã conſtituere. Vtcunq; uerò ſtatueris, inter diſſecandũ
Galeni loca & hæc noſtra reuoluens, ſedulò inſpicies, nũ quintus hic Galeni muſculus inter ti
biã mouentes recẽſeri debeat. Mihi quidẽ pro quinto femoris motuũ duce habebitur, modò
uix annuẽti illũ uel obſcuriſſimè proprio motu tibiam mouere, & nullã mentione dignam in
*y 14 ta. r.*
ſertionẽ ab huius muſculi tendine in articuli genu ligamẽta moliri. De [y] muſculo autẽ in popli
*z 11 ta. r. 12 tab. λ, λ. 9 ll. 10 π, π. 12 ſ.*
te latitãte, ad reliquorũ tibiam mouentiũ enarrationis calcẽ, nonnulla priuato Capite ſubijciã,
in pręſentia ad Galeni ſeriẽ & numerũ ſermonẽ, ut cœpi, accõmodans. Quũ itaq; quintũ Gale
*a 2 ſi. cap. 29 li. 1 n.*
ni muſculũ non inter tibię motuũ duces, ſed omnino inter femoris enumerare uiſum ſit, [z] quin
tũ ſermoni ego illũ addã, quẽ paulo antè à Galeno prætermiſſum dixi. [a] A' coxẽdicis oſſis ap-
*b 11 tab. ν, ſub λ, μ.*
pẽdice ſub tertij et quarti muſculi capitibus, et ante caput quinti à Galeno enumerati muſculi, [b]
aliud neruoſum principiũ enaſcitur, quod meritò inter capita ab illo appẽdice originẽ ducẽtia,
tertium

tertium enumerabitur. Hoc similiter neruosum est, & nisi aliquousque sub exortu carneum ef
ficitur, sensim crassescens. Quum tamen ad mediam femoris longitudinem musculus iste de-
scendit, exactè carnosus uisitur, quanquam interim posteriori ipsius sede (uti paulo pòst dicã)
liuidus appareat. Ad hunc igitur modum præsens musculus deorsum per femoris posteriora
delatus, & carnosus permanens, secundùm posteriorem interioris femoris capitis sedem refle
ctitur, & [c] simulatque elatissimam tibiæ partem contigit, in teretem cessat tendinem, interiori c 11 ta. o.
lateri anterioris tibiæ partis insertum, in ea nimirum regione, in quam primum, secundum &
tertium tibiam mouentes musculos ipsorum [d] tendines porrigere relatum est. Verùm quin- d 3 ta. cha. 1, 2, 23.
ti huius musculi tendo non æquè deorsum atq; tertij musculi tendo in tibiam prorepit. Vix e-
nim tibiæ appendicem prætergreditur, sed minimè interim (ne quis hoc in Galeni gratiã ex-
pectet) in femoris internum caput aut articuli huius ligamentum inseritur. Huic musculo ex
abundanti [e] sinus quidã oblongus accidit, in posteriori ipsius sede statim ab exortu ad mediã e Simi v in
usq; femoris propemodum longitudinem ipsi insculptus. Totus hic sinus liuidus admodum 11 tabula in
est, & [f] musculi tertij gratia incisus uisitur. is nanq; sinui incumbit, ipseq; sinus illius moli ac- scribitur.
curatè congruit. Cæterùm quum huic quinto musculo idem ortus et par omnino ductus cũ f 10 ta. o.
tertio sit, etiam unà cum illo tibiæ flexioni non segniter opem fert. Si hic musculus in internũ
femoris caput insertionem uel obscurissimam moliretur, aut quauis primaria ratione femur
flecteret, & minus obliquo ductu quàm tertius donaretur, fortè nihil obstaret hunc quintum
Galeni musculum fuisse, aliqua ratione arbitrari: et quem ego quintum Galeni esse dixi, illum
esse de quo Anatomicos redarguit. Sed quum ita res non habeat, patientur Galeni manes &
nos ueritatẽ protulisse: qui etiam suis similjs nimium confisus, alios dissectionis professores
nõ semel immeritò insimulauit. [b] Sextus musculus eo accuratiùs uenit inspiciendus, quò ra b 3 tab. o t. Sextus.
riorem inter reliquos musculos Naturam adipiscitur. A latere enim externo primi [h] musculi q 2 r. 4 cha racst. 3. 9 ta.
ab ilium ossis spina enascitur, intus acutum carneumq; caput obtinẽs, quod muris lacertæ ue p.
modo latescens, deorsum ad regionem coxẽdicis articuli fertur, ubi rursus caput id seu muscu b 3 ta. t.
lus angustior redditur, & priusquam magnũ exterioremq; femoris [k] processum perreptet, nõ [i] 3 tab. ab x
amplius carneus conspicitur. adeò ut sextus musculus aliud nihil tandem erit, quàm longissi- ad y.
ma & latissima membrana tendinis naturam referens, cui nunc descripta & carnei exactiq; mu k 1, 2 fi. ca.
sculi formam repræsentans pars innascitur. Statim enim ab initio in exteriori parte instar latæ 90. Y. Q.
membranæ in conspectum uenit, aliquousq; coxendicis articulum amplexantibus muscũlis l sub y 3 ta.
obductæ. Quum uerò membrana magnum femoris processum superauit, totam anteriorem
femur amplexantium musculorum sedem, deinde & posteriorem & exteriorẽ cutis quasi mo
do tantisper integit, quousq; ad genu articulum descendat: quem ubi similiter quoq; membra
na obuoluit, ipsa in anteriorem tibiæ sedem et externum illius latus inseritur. Cæterùm ipsius
membranę, seu tendinis, utcunq; appellare lubeat, non eadem undiq; est crassities. Tota nanq;
pars, quæ anteriori femoris sedi, et posteriori obducitur, tenuissima est: atq; hæc tanto tenuior
conspicitur, quãto interiorem femoris regionem uicinius accedit. Ea uerò membranæ pars, quę
externo femoris lateri exporrigitur, ualida crassaq; est, & accuratè lati tendinis speciem exprí-
mit. Huius fibræ recto tramite, quousque anteriori tibiæ parti ad latus magis externum & ad
fibulam inserantur, decliues descendunt. Tendo autem hic ad insertionis sedem illis tendi-
nibus commiscetur, quicum ipso quoque tibiam extendere dicentur. Præsens nanque mu-
sculus extendentium numero uenit asscribendus. quanquam insignem usum femur ambien-
tibus musculis etiam præstet, transuersi cuiusdam ligamẽti ritu omnes, quos amplectitur mu-
sculos, in sua sede (ne aliquo scilicet permutentur) continens. Atq; eiusmodi membranæ uices
gerit, cuiusmodi cubitum occupantibus musculis circulatim obnasci, prius insinuauimus.
Quàm uerò perfunctoriè Galenus hunc musculum describat, tria quibus illum dignatur uer-
ba, in secundo de Administrandis sectionibus ostendunt. Arbitror enim hũc in libris de Vsu
partium Galenum latuisse, quum in trium quos ibidem recensет tibiam extendentium classem
illum non reposuerit, & quia quarti præscriptæ orationis musculi ortum sermoni addiderit.
Si enim simpliciter, ut de cæteris musculis loquitur, quarti insertionẽ et motum expressisset, ar
bitratus fuissem hunc [m] sextum ab ipso eius musculi loco haberi, quem in externum latus tibiã m 3 ta. o.
abducere tradidit. Quod sanè hic musculus, si situ ipsius ductũq; spectes, præstaret, modo tibia
uel minimùm in latus ageretur. Verùm quũ explicatius de quarto musculo locutus, eius origi- n 2 fi. ca. 29
nẽ sermoni addidit, liquidò Galenus cõmonstrat se sextum hunc nõ proponere, quãdoquidẽ lib. 1 ab lad
hic nõ ab [n] appendice coxendicis ossis cũ [o] tertio, quarto et quinto nobis enarratis principiũ du- 9.
cit: ut ipse tamẽ innuebat, ab extima sede ossis coxẽdicis abducentẽ musculũ exoriri affirmãs. o 11 ta. 2, 3, 4. & cha
Adeò sanè, ut fateri cogamur, hunc musculũ Galeno in præscripta oratione incognitũ fuisse, racst. 6.
& quem



& quemadmodum falsos tibiæ motus sibi effinxit, ita quoq; musculum aliquem sua imagina-
p 4 ta. o. 5 ta. 2. 6 tab. tione excogitatum, nobis tradidisse. [p] Tres qui adhuc enarrandi supersunt, dilucidius fortassis
n. recenserentur, si quem Galenus postremum numerat, nunc septimi loco describeremus. uerũ
quum hoc Capite Galeni ordinem sequi uisum sit, eos etiã qui adhuc reliqui sunt, sua serie ag-
gredíamur: postea in horum omnium administratione, uti nobis cõsultius uidebitur, omnes
q 5 tab. 2. 1 r. 2. 1. 4 u. 6 dissecturi. [q] Septimus itaq; neruea lataq; & ampla [r] origine ab externo femoris ossis latere nasci- Septimus.
o. 9 r. 10 u. 11. 12 f. tur, totam radicem magni femoris [s] processus in orbem amplexus. Origo hæc statim ab ini-
r 5 ta. cha racst. 2. tio crassa carnosaq; efficitur, & ilico à femoris osse abscedens, illi insternitur [t] musculo, quem
5 ta. v. octauum nominabimus. Is nanq; aliqua sui portione huic septimo subtensus in causa est, quo
t 5, 6 ta. 11. minùs septimus tota femoris longitudine ipsius ossi, quemadmodum octauus, adnascatur. Se
ptimus itaq; musculus sua amplitudine totum externum femoris latus citra omnem, præter-
quam in exortu, ad os connexum amplectitur, magnam quoque anterioris & posterioris se-
u 5 ta. cha racst. 3. dis femoris partem occupans. Hic toto descensu carnosus uisitur, [u] paulò supra molam aut pa-
x 8 ta. g. tellam in amplum [x] tendinem desinens, quem octaui musculi & noni [y] tendinibus commixtũ,
y 8 ta. h, i. simul cum illis patellam apprehendere, atque tandem in anteriorem tibiæ sedem inseri audies.
z 3 ta. o. 4 Quanquam etiam septimi musculi tendinis posterior pars ualidè sexti [z] musculi permiscetur
ta. cha. 3. tendini, qui præ cæteris femur amplexantibus musculis huius septimi externam sedem inte-
a 10 tab. v. gít. Posteriori autem septimi sedi [a] quartus huius Capitis musculus adtenditur, quemadmo-
adtenditur u. dum anteriori is qui [b] nonus omnium futurus est. Quotus uerò ordine iam septimus muscu-
b 4 ta. o ad lus in præscripta Galeni oratione habendus sit, ubi & duos alios adhuc absoluero, ipse augu-
tenditur u. rabere. [c] Octauus musculus totam propemodum femoris ossis amplitudinem succingit. Octauus.
c 5, 6, 7 ta. In posteriori enim duntaxat sede iuxta femoris longitudinis medium, nudam relinquit [d] lineã,
n. 1. 2 r. 3, 9 8. 4 y. 8 l. cui maximus totius corporis [e] musculus, seu femur mouentium quintus, inseri docebitur. De-
10, 11 7. 12 in ad radicem quoq; inferiorum femoris capitum, posteriorem quoq; femoris [f] amplitudinem
u 13 d, f. 16 Q. octauus hic musculus non integit, cuius [g] principium à femoris ossis ceruice nerueum exori-
d 1 fi. ca. 30 lib. 1 d, d. 13 ta. 1, 1. tur: sed sensim carne adauctum, à femoris quoq; magni processus radice ipsius portio ita ena-
e 13 ta. 2, 3, n. scitur, ac si eius obliqui ductus gratia, duo principia obtinere non inepte diceretur: ac unum
quidem femoris ceruici, alterum uerò magno illius processui ferendum esset acceptum. Vtcũ-
que sit, musculus obliqua hac & ampla origine enatus deorsum descendit, uti diximus, femo
f 1 fi. ca. 30 lib. 1 c. ris os adeò ambiens, ut duo ipsius latera in posteriori femoris regione paulo minus toto sint
g 6 ta. r. contigua. Quo uerò magis descendit, crassior semper carnosiorq; efficitur, quousq; ad inter-
num latus anterioris in femore regionis, quodammodo in crassum & admodum carneum
h 6 ta. u. i 8 ta. h pa- [h] semicirculum propter patellam extuberet, ex quo latus ualidusq; enatus tendo [i] patellam, si-
tella nota- tur, tendo autem h. cuti paulo pòst dicam, amplectitur. Hic musculus tota ipsius longitudine è directo semper
illius carnei semicirculi & ceruicis femoris carnosior crassior que apparet, quàm quà * septi-
* 5 tab. A. mo musculo substernitur. sub illo enim tenuior euasit, attamen carnosus inibi quoque perma
net. Quando itaque secundùm femoris longitudinem in anterioris ipsius sedis interno latere
octauus musculus proceriùs extuberat, & septimi quoque anterior pars è directo lateris exte-
rioris eius sedis femoris quæ anterior est, exporrigitur, in medio anterioris femoris sedis septi
k 5 ta. n, ex cuius chara cteris indi- ce præsen- tia petes. mus unà cum octauo [k] sinum efformant impensè liuidum, cui tota femoris longitudine mu-
sculus innititur, quem ordine nonum esse dicam, simulatque octauum musculum in Galeni
oratione proculdubio primum esse addidero: quandoquidem adhuc quodammodo carno-
l 4 tab. o. 5 tab. cha. 5. 1 ta. f. 3 ta. a. sus molæ seu patellæ inijcitur. [l] Nonus (cui Galenus exortus sedem perperam assignat) nõ Nonus.
9 7. 16 P. ex femoris osse enascitur, uerùm ex iliũ ossis [m] tuberculo, in anteriori ipsius regione super coxẽ
m 1, 2, 3 fi. ca. 29 li. 1. S. dicis ossis acetabulũ prominente. Ab hoc enim tuberculo nonus musculus [n] principium ner
n 4 ta. o. ueum acutumq; assumit, quòd deorsum rectà in femoris anteriora descendens, lacertæ muris-
o 4 ta. w. que formam adipiscitur carnea substantia auctus, et illi sinui incumbens, quem septimum mu
P 4 ta. r. sculum cum octauo efformare nuper retulimus. Priusquam uerò nonus medium longitudi-
q Specta hic 8 ta. n, g, b, i, k. nis femoris descendendo superarit, [o] arctior graciliorq; sensim efficitur, ut multò supra genu
articulum in [p] tendinem finiat, utcunque amplum, sed tenuem: qui rectà patellam accedens,
in anteriori ipsius sede denuo dilatatur, [q] tendinibus septimi & octaui musculi permixtus. At
tamen hic tendo aljs non adeò ualidè, atque septimi & octaui musculi tendines inuicem, con
nascitur. quandoquidem transuersis, quæ nouacula ducuntur, sectionibus, non admodum
laceratus, à subditis tendinibus ad anteriorem usque tibiæ sedem auelli potest. Vtcunque sit,
hîc ex tribus postremò enarratis musculis, unus tendo conflatur, cui patellæ corpus uniuer-
sum innascitur. Nihil enim ipsius patellæ tendine non obducitur, præter interiorem ipsius su
perficiem, quæ læui cartilagine incrustata, sinũ inferiorum femoris capitum respicit, mutuoq;
ingressu

ingreſſu cum illo reſpondet. Quum uerò tendo iſte ad eum modum patellam amplexus, &
interna ipſius ſede, qua femoris oſſi non connaſcitur, multo adipe & mucoſo uiſcidoq; humo
re imbutus, genu articulum tranſcendit, arctior & craſſior efficitur, ualidiſſimè in anteriorem
tibiæ [r] ſedem, non procul ſub articulo, implantatus. In caudatis uerò ſimijs non æquè arcta- r 1 fi. ca. 31
tur, neque etiam pariter craſſeſcit, ſed membraneus quodammodo tibię inferiùs multo, quàm lib. 1 A, B,
hominibus, inſeritur. Deinde illis quoque ſimijs reliqui tendines in tibiam implantati, mem a, b.
*Lib. 2 de Admi. ſectio.* branoſiores latioreſq; quàm hominibus obtigerunt. Quod uel Galeni nomine expenden-
dum eſt diligentiſſimè, qui omnes propemodum teretes tibiam mouentiũ muſculorum [s] ten- s 3 ta. ch. 1, 2, 3.
dines, ac ſi lati ampliq; eſſent, ut in ſimijs uiderat, deſcribit. Si igitur ſeptimum & nonum ſe-
cundi & tertij loco in præſcripta ex tertio de Vſu partium oratione enumerari uoles, per me
quidem licet, ſi modò neque numero duntaxat nimium attentus, neq; libris fidens, rem ipſam
aggrediaris, aut alteri ſedulò adminiſtranti aſtes. Quod non ſolùm in nouem enarratis tibiæ
motoribus obſeruabis, uerùm etiam in [t] muſculo ſub alijs in poplite recondito, cuius natu- t 14 tab. r.
ram ſecundo ab hoc Capite ipſi dedicando, ſum explicaturus.

## *NOVEM TIBIAM MOVENTIVM MVſculorum adminiſtratio. Caput LIIII.*

SECTIONEM tibiam mouentiũ muſculorum in illo crure aggredie-
ris, cui dum pubis oſſa in ani muſculorum adminiſtratione ſeiungeres,
ſacrum os adnexum ſiuiſti. Ab ilium igitur oſſis ſummo ad medium uſq;
tibiæ longa ducetur ſectio, cutem, adipem, & carneam membranam diui
dens. abſq; omni enim arte cutis cum carnea membrana laniorum artifi-
*Sexti muſculi adminiſtratio.* cio ad mediam uſq; tibiæ longitudinem attollenda eſt. Mox ſecundum fe
moris longitudinẽ in interna ipſius parte obſeruabitur [a] ſexti muſculi mẽ- a 3 ta. Φ.
brana, ſeu tendo, quem cutis modo à ſubiectis liberare conuenit. eius igitur parte quæ anterio
rem femoris ſedem ambit, ad externum femoris latus deducta, eam quoq; quæ poſteriorem ſe
dem integit, ſimiliter uerſus externum latus dirimere neceſſum eſt, quo manu tranſuerſim in-
ter ipſius tendinem & [b] ſeptimum muſculum interiecta, & ſurſum deorſumq; mota, tendinis b 4 ta. ω.
inſertionem & muſculi quoq; originem intuearis. Vbi originis locum inueneris, nouacula,
aut cultello, hanc ab ilium oſſis ſpina abſecabis, & illam digitis attollens, ad tibiam uſq; totum
muſculum auelles, accuratè tendinis iſtius ampliſſimi naturam, & carnoſam huius muſculi
partem inſpiciens, & muſculum à ſua inſertione pendentem relinquẽs, quo poſtea ipſius fun-
*Primi.* ctio rectiùs innoteſcat. Poſt hunc, [c] primi muſculi caput ab anteriori ſummaq; oſſis ilium par- c 3 ta. Ξ.
te cultello liberabis, & ipſius capite digitis appræhenſo, abſque negocio ad inſertionem uſque
à ſubditis diuelles. Mox nouacula à pubis oſſe, [d] quà id alterius lateris pubis oſſi cartilaginis d ultimarũ
interuentu committebatur, [e] ſecundi muſculi initium dirimes, & illo ſimiliter digitis appræ- fig. lib. 1 r.
henſo, muſculum uniuerſum ad inſertionem uſque perduces. Iam [f] nonum aggredi liceret, ue e 16 tab. Δ.
rùm commodiùs feceris, ſi uerſo crure illos [g] qui à coxendicis oſſe oriuntur, priùs adminiſtra f 4 ta. Φ.
*Eorum qui à coxendicis oſſis appendice enaſcuntur.* ueris. Quod ut rectè ſuccedat, neceſſe eſt [h] inſignem muſculum, qui alteram natem conſtituit, g 10 tab. Φ, Υ, 11 tab. Υ, &.
auferre, qui à ſpina oſſis coccygis & poſteriori parte oſſis ilium ſpinæ enatus, magno femoris h 9 ta. Π.
proceſſui potiſſimũ inſeritur, femur, uti ſuo loco audies, moturus. Nouacula igitur huius mu
ſculi carneum principium ab illis unde prodit oſſium ſedibus eſt abradendum, ut à ſub-
ditis muſculis quoque eleuatum, in latus commodè reflecti poſſit. Aliàs enim ex coxendi-
cis oſſis appendice pronati muſculi ſeſe ſuis capitibus non oſtenderent, quæ ſua exortus ſe-
rie iam ueniunt dirimenda. Cæterùm ut exactiùs uoti compos fias, digitis in poſteriori fe-
moris ſede, adhibita quoque ſi uoles retuſiori nouacula, muſculos inuicem ſeiunges, ut [i] ca- i 11 ta. Λ, Π
*Tertij & quarti.* pitum mutuò incumbentium craſſitiem leuiori cura coniectari liceat. Animum itaque hîc & 12 tab. Δ.
adhibebis, num [k] tertij muſculi caput ut ego dixi, [l] quarti inſternatur, num uerò tertij ca- k 10 ta. Φ.
*Lib. 2 de Admi. conſectio.* put, quarti muſculi capiti, ut Galeno uidetur, ſuccumbat, & quo'nam pacto è regione il- l 10 ta. Υ.
la inuicem magna ex parte ſituentur connaſcantur'que. Quod ubi præſtiteris, utrunque
à coxendicis oſſe abſecabis, & tertij capite in manum ſumpto, ad ipſius uſque inſertio- m 11 tab. Υ.
nem à ſubditis detrahes. hoc ſolum perpendens, qualiter [m] quinti à me commemorati mu-
ſculi ſinui incumbat. Quum uerò quarti etiam muſculi caput ſimiliter diuellis, ſedulò atten- n 11 ta. ρ.
dendum eſt [n] illi carnoſæ parti, quæ à femore pronata, quartum auget. Hæc enim cultello à o 12 tab. Ξ.
*Quinti.* femoris oſſe liberanda eſt, priuſquam totus muſculus ad inſertionẽ perduci poſſit. Iam [o] quin- p 11 tab. Υ
tus Galeni muſculus erat diſſecãdus, uerùm [p] noſter ipſi incumbens ſeſe adeò manifeſtè offert, incũbit &.
ut ad-



ut admodum Naturæ artificiũ admiraturus ſis, quæ illum ſinum tam affabrè exculpſit, ut ter-
q 10 tab. Φ cum Υ, Ψ. tius muſculus, in illo repoſitus [q] unà cum hoc, ac ſi unus ambo eſſent, à Galeno auulſus fuerit.
quapropter huius quoque capite ab oſſis coxendicis appendice liberato, totus muſculus ad ſu
am quoque inſertionem detrahetur. In præſentia quintus Galeni muſculus ſe ad amuſſim in la-
teribus, & poſteriori ſede oſtendit. Verùm quia femoris motibus ſubminiſtrat, opportuniùs
in femur agentium muſculorum ſectione adminiſtrabitur. Quanquam nihil etiam prohibeat
r 12 ta. Δ. ipſius [r] capite nerueo à coxendicis appendice liberato, illud deorſum trahere, tranſuerſiſ'que
ſectionibus ab illo, qui ipſi in anteriori ſede adnaſcitur muſculo diuidere. Vt ſimul & huius,
& carnoſæ illius partis inſertionem ortumq; intuearis, numq; ego hactenus uera tibi enarra-
s 4 ta. Φ. uerim, obſerues. Verſo nunc crure, [s] noni muſculi principium altiùs nonnihil inter [t] quoſ- *Noni.*
t 4 ta. Π, T. dam femoris motores reconditum, ab oſſis coxendicis [u] tuberculo ſeparabis. quod ubi digitis
u 1, 2, 5 fig. ca. 29 S. attraxeris, ad patellam uſque citra ſectionem adimetur, & liuida ipſius ſubſtantia, quæ [x] ſinui
x 5 tab. Π. octaui & ſeptimi muſculi inſidet, unà cum ipſo ſinu ſpectandam ſeſe exhibebit. Hoc ad patel-
y 5 ta. Λ. lam relicto, [y] ſeptimi muſculi exortum ab oſſe ſedulò derades, & muſculi principio ſenſim in *Septimi.*
z 6 ta. Π. exteriora reflexo, ab octauo muſculo illum ad patellam uſq; liberabis. [z] Octauum uerò opero- *Octaui.*
ſiùs à femore deradere conuenit, quum undiq; ferè oſſi adnaſcatur: ubi tamen ad patellam uſq;
abraſus, atque unà cum ſeptimo & nono à femoris oſſe reflexus erit, operæprecium feceris, ſi
ſingulorum muſculorũ motum expenderis, quod pari ratione atq; in alijs muſculis præſtitu-
rus es, illorum ſcilicet capitibus ad ſedes unde pronaſcuntur attractis. Verùm hîc tibiæ motus
propter frequentia in genu & femore uulnera tibi tantus eſſe debet, ut pede à tibia abſecto, & ti
biæ carnibus quàm poſſis examuſſim citra horũ muſculorũ læſionem ademptis, ipſos aggre
di debeas, ut num ego de tibiæ motibus immeritò ſecus atq; alij omnes ſenſerim diſcas. Neq;
ſanè pedem cum tibiæ carnibus ademptum eſſe, ſat eſt: imò nihil æquè conducet, atq; omnem
carnem coxendicis articulo incumbentem unà auferre, ne femoris motus tibi cum alijs Anato
micis in hoc opere illudat. Nudo enim articulo, ſemper unà intuebere, num femoris caput, uel
tantillum in ſuo ſinu mutetur. Et quo minus præter rectam flexionem extenſionemq; tibiam
immoto femore, aliam nullã moliri cõſpicaberis, expende quanto minus id in nobis tibia præ-
a 8 tab. Ω. ſtet, quum tot carnibus undique femur circumueſtitur. Porrò extendentium [a] tendinum per-
dein g, h, i, mixtio nouacula inquirenda uenit: ut ſcilicet intuearis, quis muſculorum inſigniorem com-
ac inſuper k. mixti tendinis portionem obtulerit. Quinetiam attendendum erit, cuiuſmodi patellæ in illo
tendine nexus ſit: ac demum quî nullius ligamẽti beneficio, imò nullius prorſus corporis inter-
uentu patella femori innitatur.

## *DE MVSCVLO IN POPLITE ÕCVLTAto, qui non rectè Galeno præcipuus tibiæ flexionis autor habetur. Caput LV.*

*Lib. 2 de Admi. ſectio.*

a 14 tab. r. INTER tibiæ motuum duces Galenum, quendam [a] muſculum in poplite
13 ta. N, N. 15 latitantem recenſuiſſe, antè diximus: modò autem qua ſede is contineatur,
ta. C. cuiuſq; formæ, ductus, & magnitudinis ſit, narrabimus. Ex ligamẽtis itaq;
femur tibiæ cõnectentibus (quorum naturam peculiari capite unà cum co
b fi. ca. 1. V. xendicis articuli & pedis oſſium ligamentis perſequar) [b] unum in externo
genu articuli latere habetur, admodum ualidũ & craſſum. Ab huius itaq;
c 14. ta. h. poſteriori parte nerueum muſculi [c] principium exoritur, quod ſua ampli-
tudine in exteriori latere poſteriorem genu articuli ſedem contingit, atque ex tota hac ligamẽto
rum regione prodit. Hinc uerò principium id carnoſis adauctum fibris, admodum obliquè de-
orſum uerſus interiora deſcendit, muſculum efformans paulò longiorem, quàm ampliorem.
d 14 ta. i. [d] Finis enim huius, ſeu inſertio [e] iuxta radicem appendicis tibiæ oſſis conſiſtit, in ipſius poſte-
e 2 fi. ca. 13 li. 1 A, B. riori parte adeò ampla, atque totius muſculi uiſitur latitudo. Deinde ut muſculus hic obliquus
eſt, obliquam quoque molitur inſertionem. à poſterioris enim tibiæ ſedis interno latere, deor-
ſum uerſus internum latus obliquè ita deſcendit, ut minima huius muſculi pars genu ligamen-
tis, maxima uerò tibiæ committatur. Neque ſolum huius inſignior portio in tibia conſiſtit, at
tibiæ quoq; oſſi, quemadmodum retulimus, prolixa & ampla inſertione implantatur. femoris
autem oſſi nullibi connatus eſt, multoq; minus ab hoc originem ducit. Præſenti muſculo alius
f 12 ta. Φ & Υ, ac 13 tab. Φ. nullus, aut in exortu, aut in inſertione ſubijcitur, ſed articuli ligamentis & oſſibus proximè at-
tenſus, ſub illis [f] muſculis occultatur, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, ſurã cum [g] ter
g 13 ta. Υ. tio quodam muſculo efformant. adeò ut non iniuria hunc in poplite latitantem Galenus uo-
cauerit. num uerò huic tibiæ flectendæ munus rectè tribuerit, ipſe ratiocinator. Eo uſq; enim

Galenus huic musculo (quòd fortè illum primus inuenisset, aut quòd alij Dissectores illum flectendi opificem non recensuissent) fauit, ut in secundo de Administrandis sectionibus hunc solum posse poplitem flectere, aut maxima potentia præditum esse scripserit. Mihi uerò non modò haud maxima potentia ad tibiam flectendam ualere uidetur, sed nulla prorsus. Quandoquidem musculus hic obliquus recto motui præfici nequit: deinde adeò est inualidus, ut ne tantillum tibiam sursum uellere possit. Ad hæc, nulla huic cum reliquis tibiam agentibus est proportio, quum breuissimus & tenuissimus sit, femorisque ossi, & multò minus[h] illi ossi quod sacri ossis lateri commissum uidemus, non cōnascatur. At hæc inter secandum exactiùs multò obseruabis, quum hic musculus inuentu facilis sit. ilico nanque ac suræ musculi à femoris capitibus enati, à femore liberantur, ac deorsum reflexi pendent, is musculus est admodum conspicuus. Priusquam uerò ex dissectionis ordine is detegetur, femur mouentes musculos describemus: quorum administratione absoluta, pedis, & deinde digitorum motoribus nos accingemus, in quorum Anatome obliquus hic in poplite latitans musculus spectandum se offert: ac ostendit pariter, num commune aliquod munus obeat cum[i] superiori radium in pronum mouente musculo.

*h 1, 2, 3 fig. ca. 29 li. 1.*
*i 7 ta. Q.*

## *DE MVSCVLIS FEMVR MOVENTIBUS. Caput LVI.*

*Femoris motus.*

FEMVR decem, aut si in maximum redigantur numerum, quatuordecim proprijs agitur musculis, qui id extendunt, flectunt, introrsum alteri cruri adducunt, extrorsum in latus amouent, & circumagunt. Flectitur itaque femur ad inguina, nobis id sursum antrorsumque ferentibus. Extenditur autem nobis deorsum, & uersus terram id deducentibus. Summam autem extensionem habet stantibus, tunc maximè quum uni pedi innitentes, alterum crus in posteriora, quàm licet remotissimè protendimus. Vnde etiam meritò Natura magnis & fortibus multisque musculis extensionem concredidit, quos iam enitar persequi, eum Galeni ordinē seruaturus, quem ad calcem decimi quinti de Partium usu est secutus. Is nanque longè mihi potior, & ex aliorū dissectionis procerū suffragio magis descriptus apparet, quàm is quo coxæ articuli musculos in secundo de Administrandis sectionibus aggreditur.

*Primus femur mouentium.*

[a] Primus itaque ipsorū sub summa cute cōsistit, alterius lateris natem præcipuè efformans.[b] Exoritur enim lato & admodum carnoso principio, ex[c] tota spinæ ossis ilium posteriori parte, quæ uersus os sacrum magis eminet, deinde etiam spinæ superioris regionis portionem quoque suo exortu apprehendit. Infimam autem sui exortus partem à coccygis ossis & infimi ossis sacri posteriori sede assumit: in qua etiam sede unius lateris musculus, musculo alterius lateris contiguus uisitur. Ex his ilium ossis spinæ sedibus, & sacro osse, & coccygis osse musculus uelut ex semicirculo pronatus, in corporis latus nōnihil obliquè deorsum proreptat, toti coxendicis articulo superuectus.[d] Vbi uerò articulo insternitur,[e] gracilior angustiorque tantisper efficitur, donec in latum & ualidum finiat tendinem, quo[f] exteriori magni femoris processus parti secundùm ipsius longitudinem obliquè inseritur. Principium enim insertionis paulò sub superiori eius processus apice nonnihil uersus anteriora molitur: hinc deorsum in posteriora modicè descendens, & magnam eandemque ualidam sui tendinis[g] portionem, in processus eius radicem, longa linea secundùm femoris posteriora inserens.

*Secundus femur mouentium.*

[h] Secundus magna ex parte[i] primo femoris musculo substratus, ab anteriori superiorique ossis ilium spinæ regione lato quoque & carneo exortu enascitur,[k] totam ferè ilium ossis spinæ sedem occupans, à qua primus initium nō mutuauit. Verùm hac tantum sede secundus musculus non cōtentus, ab ilium ossis dorso, ubi primus musculus ab osse primùm abscedit, sub illo quoque enascitur. adeò ut huius quoque[l] initium tanquā ex semicirculo prodeat, posteriori sua sede, etiā in exortu primo musculo subiectum. Ex hac ossis ilium sede deorsum obliquè nonnihil ad latus descendit, ut sensim arctior redditus, primum musculum totus subeat, articulum quoque coxendicis integens: è cuius regione in membraneum, sed ualidum[m] tendinem cessat, qui elatiori magni femoris processus parti implantatur:[n] anteriorem quoque processus regionem aliquantulum comprehendens, latamque & transuersam insertionem (si cum primo conferatur) molitus. Quum itaque primi musculi fibrę, quasi transuersim in latus minimùm scilicet deorsum inclinatæ prorepant, secundi autem recto quasi ductu decliues, & modicè admodum in latus protensæ propagentur, utriusque musculi fibræ sibi mutuò x literæ modo decussatim incumbunt. Hic musculus similiter ac primus, nulla ex parte aut amplior, aut crassior, aut carnosior conspicitur, quàm ubi

*a 9 tab. Π. 2 tab. u. 10 κ.*
*b 9 tabu. i, k, l.*
*c Ossis circumscriptionem petes ex 2 fi. cap. 29 li. 1.*
*d 9 ta. m.*
*e 9 ta. ab m ad n.*
*f 1 fi. ca. 30 lib. 1 S, dein T.*
*g 10 ta. à λ uersus κ.*
*h 10 ta. Ξ. 2 ta. y. 4 tab. μ. 5 ς. 9 o. 11 δ.*
*i 9 ta. π.*
*k Hic conferes 9, 10 et 11 tabulas inter se.*
*l 10 ta. u, x.*
*m 10 ta. y.*
*n 2 fi. ca. 30 lib. 1 V.*



ubi ab ilium osse (unde principium ducit) primùm abscedit, ac tertio insterni musculo incipit.

*Tertius.*

[o] Tertius enim musculus tanto minor est secundo, quanto secundus primo. Subijcitur autem penitus secundo musculo,[p] initium ducens ab[q] externis & demissioribus ossis ilium dorsi sedibus, ubi id coxendicis ossis nomen primùm obtinet, atque id tertij musculi initium similiter latum & semicirculare est, & ut duorum primorum principia carneum, crassumque. Præterea hoc in priora modicè deorsum procedens, coxendicis articuli[r] ligamento fibrosis nexibus hæret: & arctius quoque redditum, in latum robustumque cessat[s] tendinem, qui maiori femoris processui expansus, anteriori ipsius[t] parti, atque adeò apici innascitur. Hic musculus admodū liuidus, & præcipuè in musculosis, & nō admodū obesis apparet, in quibus & secundus quà tertio incumbit pariter liuet, ut etiā tota ipsius pars primo musculo non obtecta, quæ præterquā quòd liuet, etiā ualida membrana obducitur, superiori lateri primi musculi pertinaciter ea sede cōnatus, qua illum subit musculum. In obesis autē & præpinguibus nimis quàm parum liuent, imò plerunque nerueæ fibræ per hos musculos exporrectæ in mulieribus per totā musculi carnosam partem, adipe enutritæ cōspiciuntur: aut quum id in muliere obseruabis, in pinguedinem potius carnosas fibras porrigi asseres, quàm pingues fibras in carneā molem: quòd tanta pinguedine hi musculi, & potissimùm primus, scatere soleant, ita cōmodiùs stratū sedentibus futuri.

*Quartus.*

[u] Quartus musculus magna etiā ex parte liuidus, & paulò minus toto teres, non autem dictorum modò amplus existit, neque cæterorum ritu ab ilium osse principium adipiscitur, at à lateribus[x] trium inferiorum ossis sacri uertebrarum, quibus ilium ossa non coarctantur, carneum crassumque educit caput, non quidem duntaxat ab illorum ossium lateribus enatum, at nonnihil quoque ita ex illorum interna sede, ut utriusque lateris musculi sese initijs aliquando in interna ea sede contingant. Hinc in latus, seu extrorsum ab osse sacro scilicet ad femoris magnum processum transuersim excurrens, carneus aliquousque permanet, & tandem arctior redditus, priusquàm femur contingat, in teretem cessat[y] tendinem, posteriori maioris femoris processus sedi implantatum, iuxta ipsius[z] summum & apicem. Porrò & si Galenus in decimoquinto de Partium usu libro, præsentem musculum à sacro osse enasci dixerit, & rursus in secundo de Administrandis sectionibus unum quoque à coccyge enasci testetur, non ob hoc illum alium indicasse musculum arbitrandum uenit. In libris enim de Vsu partium nusquam præter quatuor ossis sacri ossa cognouisse uidetur, nulla prorsus coccygis ossis facta mentione: ac proinde ab osse sacro hunc musculum inibi prodire scripsit. In libris autem de Administrandis sectionibus ita os sacrum cognouit, quemadmodum in libro de Ossibus id enarratur, ut scilicet tribus tantùm uertebris Galenus id conformatum arbitraretur, & tria ossa his tribus uertebris proximè subiecta coccyx os appellaret: interim quatuor illorum ossiculorum, quæ nos ita uocanda duximus, nullam faciens mentionem, quum non ab illis, sed à quarto, quinto & sexto ossis sacri ossibus hic quartus musculus principium mutuetur.

*Quintus.*

[a] Qui modò subsequitur musculus, aut unius, aut duorum, aut trium etiam uice prout cuique uisum erit, referri poterit. Est nanque musculus iste, cuius dum tibiæ motores enarrarem, superiùs memini, ipsum quintum Galeni musculum ibidem appellans. Sub[b] tribus enim posterioribus capitibus, quæ à coxendicis ossis appendice pronata, tertium, quartum, & quintum musculos tibiam mouentes constituebant,[c] quartum caput consistit, quod etiam obiter dum illos recenserem, descriptum est. A tota igitur appendicis[d] sede, tribus dictis iam posterioribus capitibus non occupata, ad pubis ossis usque regionem qua inferior ossium[e] commissuræ finis habetur, principium ducit musculus amplus insignisque, &, ut semel dicam, totius corporis citra controuersiam mole maximus. Hoc principium secundùm eius appendicis amplitudinem prodiens, exactè carneum uisitur, ea tantum[f] parte excepta, quæ tribus commemoratis tibiæ musculorū capitibus proximè succedit. Hæc enim neruea admodumque ualida posteriori sede existit, sed interna sede, ut & totus musculus carnea, similiter ac reliquus musculi exortus, conspicitur. Musculus iste eiusmodi enatus principio,[g] statim parui femoris[h] processus radicem ad posteriorem ipsius regionem amplectitur, & deinde ab hac in acutam asperamque femoris ossis[i] lineam cōtinuò inseritur, quam in posteriori femoris sede secundùm ipsius longitudinem deorsum à parui processus radice protendi, in primo libro dictum est. Quemadmodum itaque musculi huius principij continuus est ortus, ita quoque continua eiusdem uisitur insertio, si modò[k] posteriorem musculi partem excipias, quam[l] tendinem in interni femoris capitis radicem inserere modò dicam. Hæc enim pars à coxendicis appendice nerueo exortu pronata, musculum quodammodo per se efformat, qui in miram uentris amplitudinem dilatatus, deorsum rectā per femoris posteriora fertur, donec denuò gracilescens, teretem tendinem[m] in internum femoris caput inserat. Et nisi huius maximi cor-

*o 11 tab. Ξ. 6 υ. 12 t.*
*p 11 tab. x, z.*
*q 2 fi. cap. 29 li. 1 a, b. uersus i, l.*
*r fi. ca. 1 P, P.*
*s 11 ta. α.*
*t 2 fi. ca. 30 li. 1 X.*
*u 11 ta. φ, 12 ta. u.*
*x 1 fi. ca. 18 li. 1 D, E, F.*
*y 11 tab. β.*
*z 1 fi. ca. 30 lib. 1 Y.*
*Hæc petes ex figuris ca. 18 li. 1.*
*a 12, 13 tab. Ξ, Σ, Π. 2 ς. 5 ω. 6 ς. 7 β. 8 φ, C. 9 χ. 10 ρ. 11 σ.*
*b 11 tab. λ, μ, ν.*
*c 12 ta. δ.*
*d 2 fi. cap. 29 lib. 1 à p ad q.*
*e ultimarū fig. li. 1 ς.*
*f 12 ta. δ.*
*g 12 ta. Ξ.*
*h 1, 2 fi. ca. 30 li. 1 d.*
*i 1 fi. ca. 30 li. 1 d, d.*
*k 12 ta. Ξ.*
*l 12 ta. π.*
*m 1 fi. cap. 30 li. 1 K.*

poris seu quinti femur mouentium musculi parti, reliqua musculi pars [n] adnasceretur, illa distincti & peculiaris musculi uice ab omnibus meritò haberetur. Nunc autem quum posterior hæc pars adnatam continuamq́ eiusdem musculi aliam habeat partem, nihil obstabit diuersis doctrinæ modis, aut unum (uti nos hactenus fecimus) uniuersum hunc musculū appellare, aut primùm in [o] duos illum distinguere: ut scilicet unus esset, qui femoris interno capiti tendinem porrigat, alter uerò qui acutæ femoris lineæ implantatur. Atque hæc una est [p] inscriptio, istam posteriorem partem ab anteriori distinguens. Verùm & [q] anterior rursus pars inscriptionem quoque obtinet, non tamen adeò manifestam, ac modò narratam, uerùm talem, cuius gratia hanc partem in duas portiones, aut si quis uelit, in duos musculos subdiuidere, integrum sit. Huius nanque anterioris quinti musculi partis portio, quæ enascitur ab anteriori appendicis ossis coxendicis sede, quæ à pubis ossium commissura ad infimam usque coxendicis partem pertinet, ab illa anterioris musculi partis portione, inscriptione quadam dirimitur, quæ à reliqua appendicis sede usque ad posterioris partis musculi totius anteriorem regionem pronascitur. Præterea duæ hæ anterioris partis portiones, non inscriptione impressione'ue solùm distinguuntur, sed etiam fibrarū ductu, ac item insertione: quemadmodum etiam totius musculi posterior pars ab anteriori fibrarum insertionisq́ occasione differt. [r] Portio nanque anterioris partis, quæ pubis ossium commissuræ proxima est, admodum obliquas & ferè transuersas exigit fibras, quæ ab exortu retrorsum ad radicem parui femoris processus contendunt, & superiori parti acutæ femoris lineæ inseruntur. Reliqua autem anterioris partis portio, quæ ad infimam magis coxendicis ossis sedem principium ducit, obliquas quidem exigit fibras, sed propemodum rectas, & inferiori asperæ prominentisq́ lineæ sedi continuò implantatas. Ac proinde aut mecum unum constituito in uno femore musculum, aut si uisum fuerit utrasque partes duorum musculorum uice enumerato: aut si maiori adhuc numero, iam in sectione peritior, caperis, anteriorem partem in duos musculos subdiuidito, tres enarraturus, ea tamen lege, ut situi, functioni, figuræ, crassitiei, neruosæ & carnosæ parti magis quàm numero attendas, & obserues pariter me de hominum, non autem simiarum musculis secus quàm Galenum loqui. ne si fortè aliquando illum legens me posteriorem huius quinti musculi partem, quæ radici interioris capitis femoris implantatur, oscitanter spectasse arbitreris, quod illam tendine insertionem moliri scripserim, quum interim carneam insertionem in caudatis simijs tentet.

*Quinque priorum femoris musculorū munus.*

Hactenus commemoratis quinque musculis, tensio femoris primariò concreditur, & ijdem quoque femori in motu, qui in latus & in circumactu quoque fit, ut nunc audies, famulantur. [s] Primus enim ualidæ & in neutram uergentis partem extensionis autor est, amplo ipsius principio, & lato tendine femur reuellens. Si uerò elatiorem duntaxat sui principij partem tetenderit, aut humiliorem, non quidem in neutrum latus inclinantem efficiet tensionem, uerùm in hoc illud'ue latus uergentem. [t] Secundus autem extendit simul, & sursum uersus exteriora trahendo femur, ipsius caput intrò in coxendicis ossis acetabulum adigit. [u] Tertius & [x] quartus femur quoque modicè sursum trahentes, tendunt. Deinde & quartus etiam foras circumagit: tertius autem femur circumuertit paulò magis in posteriora tendens, quàm sursum trahens. At utrique multò infirmiùs motui qui in gyrum fit subministrant, quàm musculi, quibus hoc proprium munus delegari paulo pòst audies. Cæterùm [y] quinti musculi fibræ posteriores, seu musculi illius posterior pars, rectis donata fibris, crus firmum stabilit, ac terræ affigit, femur extendens. Anterioris autem partis posterior portio, non minus id ipsum suis fibris præstat, cum modica tamen femoris ad interiora adductione. Altiores uerò fibræ, quæ ossis pubis [z] cartilagini uicinæ sunt, aut potiùs anterioris musculi partis prior portio, introrsum ducit femur, & fibræ huius portionis altiores, ita femur ducentes, illud quoque sursum reuellunt, flexionisq́ quodammodo autores euadunt. Nunc enarratis quinque musculis, flectentes opponuntur, qui illis pauciores sunt, nempe tres tantum proprij, quos sextum, septimum & octauum memoriæ confirmandæ gratia numerabimus.

*Sextus.*

[a] Sextus itaque is est musculus, quem dum dorsum mouentes musculos recenserem, atque de lumborum musculis sermo incidisset, Galeni gratia, descripsi. quòd is in lumborum musculorum enarratione ab hominum compositione, suis simijs delectatus, aberrauerit.

*Lib. 2 de Admi. sect.*

Hic igitur musculus ex undecimæ & duodecimæ thoracis, & primæ, & secundæ, & tertiæ lumborum uertebrarum lateribus, carneo enascitur [b] principio, quod simulatque prodijt, musculum teretem constituit, deorsum obliquè uersus exteriora descendentem. Procurrit enim per interiora ossis ilium semper carnosus permanens, [c] quousque ad eam ossis pubis [d] regionem deuenit, quà coxendicis ossis nomen assumit. Hîc nanque in ualidum & teretem cessans tendinem, dictam nunc pubis ossis sedem transcendit, & deorsum

produ-

Margin references (p. 240):
- *n ut c ad, in 8 ta.*
- *o 13 tab. z distinguitur à z & n.*
- *p Inter o et c 8 tab.*
- *q 13 tab. z, n, quæ distinguitur m n & z.*
- *r confer inter se 12 ta. z, n, z.*
- *s 9 ta. n.*
- *t 10 ta. z.*
- *u 11 ta. z.*
- *x 11 ta. o.*
- *y 12, 13 ta. z, z, n.*
- *z ultimarū fi. li. 1 r.*
- *a 8 ta. o. 4 c. 5 x. 6 π. 7 t. 13 δ. 14 c. 16 K.*
- *b 8 ta. Δ.*
- *c 8 ta. b.*
- *d 1 fi. ca. 29 lib. 1 T.*



productus, tandem interiori seu minori femoris [e] processui [f] implantatur, elatiorem processus partem occupans. Musculi huius gratia, ubi pubis ossi expanditur, uelut sinus aliquis insculpitur ligamento ex osse nato obductus, ut simul tutò nec errabundus hàc sexti musculi tendo descenderet, nec intensus laxatus'ue ossis duritie uitiaretur.

*Septimus.*

[g] Septimus ex tota interiori ossis ilium [h] regione tanquam ex semicirculo quoque carnosam originē accipit, & lato hoc eductus principio, paulatim arctior crassiorq́ redditur, deorsum in priora corporis procedens. Ex omnibus enim eius lati principij fibris teres efformatur musculus, qui per altiorem ossis coxendicis [l] regionem uectus, adhuc carnosus ad minorem femoris processum descendit. Vbi uerò processui uicinius appropinquat, in teretem quoque cessat [m] tendinem, qui humiliori eius processus parti, prædicto nunc tendini proximus inseritur. Porrò quà hic musculus super coxēdicis ossis elatiora deorsum tendit, cauitatem quoque quodammodo & sinum, ne uagabundus feratur, in osse obtinet.

*Octauus.*

[n] Octauus musculus oscitanter secantibus femur mouentium [o] quinti & maximi totius corporis musculi portio censetur, ex pubis osse carneo amploq́ initio in homine enatus. Ex tota enim ossis pubis [p] linea, ab anteriori coxendicis ossis acetabuli sede ad ossium pubis usque commissuram extuberante, musculus hic principium ducit, quod ad posteriora admodum obliquè descendens, æquè amplum tantisper asseruatur, donec breui, sed amplo, tendine femoris ossi [q] inseratur. Fit uerò ipsius insertio è regione parui femoris processus in interius femoris latus, obliquè deorsum uersus posteriora tendens. Hic musculus in hominibus liuidum se spectandum offert. at non æquè, atque in caudatis simijs, quibus musculus iste minor & non similiter lato principio enatus conspicitur.

*Sexti, 7, & 8 munus.*

[r] Tribus his musculis Natura ut simul femur flecterent, & introrsum uersus alterum crus admouerent, commisit. Sextus enim, quem flectentium primum recensuimus, sursum ualidè femur attrahit flectitq́, ad interiora id adigens. Septimus similiter femur sursum attollendo flectit, & paulò insignius sexto, uersus interiora, admouet. Octauus modicè sursum femur contrahit, infirmæq́ flexionis autor censetur, uerùm adhuc magis septimo introrsum uellit. Ita profectò ut flectentes & extendentes musculos, duobus quoque reliquis ad interiora exterioraq́ motibus, Natura præfecerit. Porrò tribus flectentibus, [s] musculus quem inter tibiæ motores nonum enumeraui, aliquid auxilij suppeditare creditur. Non enim adeò absonum est, & hunc secundariò quum tibiam extendit, ad femoris flexionem accommodare, quum ex coxendicis ossis [t] tuberculo quopiam enatus, rectà deorsum in priorem tibiæ partem excurrit. Verùm quemadmodum hunc femoris flexioni opem ferre arbitraremur, omnes etiam reliquos tibiam mouentes, qui ex coxendicis, aut pubis, aut ilium osse in tibiam procurrunt secundariò femoris motuum opifices esse, meritò (quamuis non ita rectè) assereremus. Cæterùm duo adhuc supersunt musculi femur contorquentes, quos in præsenti sermone nonum ac decimum numerabimus.

*Nonus.*

[u] Nonus itaque liuidus, &, ut cæteri huius articuli, carnosus uisitur, & transuersim in exteriora protēsus, totum pubis ossis [x] foramen exteriùs contegit. Deinde per exteriorem [y] ceruicis femoris sedem productus, ualido satis & utcunque amplo tendine, insertionem molitur, in magni femoris processus [z] sinum, qui femoris ceruicem & caput ossis coxendicis acetabulum subintrans, è directo respicit.

*Decimus.*

[a] Decimus internam dicti nuper foraminis sedem occupat, nono longè ualidior, & ob Naturæ artificium accuratè perpendendus. Huius nanque principium exoritur à tota [b] linea, quæ ab interna ilium ossis sede, qua primi ossis sacri ossis transuerso processui committitur, per internam coxendicis ossis & pubis regionem, ad pubis usque ossium commissuræ elatiorem partem protenditur. Latum hoc decimi musculi principium, quod ueluti tribus lineis seu inscriptionibus insignitur, similiter ut reliquorum ferè præsentis articuli musculorum capita, carnosum est, & totam internam ossis pubis & ossis coxendicis sedem occupans, liuidumq́ apparens, sensim adeò [c] arctatur, ut eius amplitudo coxendicis ossis [d] interuallum non uincat, quod inter acutum ipsius processum, & posteriorem sui appendicis sedem habetur. Ad hoc enim interuallum, quod amplum sinum sibi insculptum gerit, decimus musculus [e] reflectitur extrorsum, magnum femoris accedens processum. Atque hunc sanè reflexum magna Conditoris industria musculus molitur. quà enim musculus ad [f] sinum hunc circumuoluitur, externa parte carnosus est, ea autem parte qua sinum tangit, omnino neruosus conspicitur, & ueluti [g] tres teretes commonstrat tendines, serie quadam ad sinum reflexos. Tendines hi lati in musculi substantia incipiunt paulò anteaquam musculus sinum contingat, sed quà sinui obuoluuntur strictiores euadunt, singuli rursus in magno hoc sinu peculiarem sinum sibi uendicantes. Amplus enim sinus duos leuiter extuberantes ostendit lineas, quæ transuersim ductæ magnum sinum

Margin references (p. 241):
- *e 1, 2 fi. ca. 30 li. 1 d.*
- *f 13 ta. β.*
- *g 8 ta. Λ, 3, 13 tab. γ. 4 ta. r. 5 φ. 6 o. 7 x. 14 d.*
- *h 3 fi. cap. 29 li. 1 inter P, L, K, K, N, O.*
- *l eiusdem fi. T.*
- *m 13 tab. γ. iuxta β.*
- *n 8 tab. z. 1 m. 3 d. 4 v. 5 ψ. 6 ρ. 7 α.*
- *o 8 tabu. φ & c.*
- *p 2 fi. ca. 29 lib. 1 secundum X, V ad u.*
- *q 1 fi. ca. 30 lib. 1 c, c.*
- *r 8 ta. Θ, Λ, Σ.*
- *s 4 ta. Φ.*
- *t 1 fi. ca. 29 lib. 1 S.*
- *u 8 ta. Υ. 13 ta. α. 14 e.*
- *x 1, 2, 3 fig. ca. 29 li. 1 r.*
- *y 1 fi. ca. 30 li. 1 D.*
- *z eiusdem fi. R.*
- *a 10 ta. ι. 11 ε. 12 α. 13 r. 16 F, G, H.*
- *b 3 fi. ca. 29 lib. 1 M, N, O.*
- *c 16 ta. F et G coarctantur ad H.*
- *d 2 fi. ca. 29 li. 1 inter d, & l.*
- *e 12 ta. α.*
- *f 1, 2, 3 fig. ca. 29 li. 1 k.*
- *g 13 tab. ʃ, t, u.*

 ueluti

ueluti in tres partiuntur, tribus eius musculi tendinibus cælatos. Tendines ubi sinum superarunt, inuicem collecti in unum finiunt tendinem,[h] sinui magni femoris processus unà cum nono musculo implantatum. Quum itaq; tres hos tendines, qui exteriori parte carnem obnatam habent, intueberis, facilè colliges hîc Naturam decimo musculo robur additum uoluisse: ne si carneus omnino esset, in reflexu & motu, ossis duritia compressus laceraretur. Quin etiam sinui ligamentum, seu crassa ualidaq; membrana obnascitur, ne ossis contactus musculum in reflexu uitiaret. Ad hæc, ligamentum id læue admodum, & uiscido unctuosoq; humore oblitum est, quo facilior musculi ad sinum efficeretur circumactus: quod Naturæ artificium in rotulis & cardinibus sedulò imitamur, non solùm motum accelerantes, uerùm ut seriùs, qui reflectitur funis, attritu corrumpatur studentes. Præterea ut solo rotulæ sinui funem non committimus, sed rotulam in trochleo aut furcula (ne ex sinu funis labatur) firmamus, ita quoque Natura ossium sinu non contenta, à superiori sinus parte[i] unum, & ab inferiori alterum eduxit musculum, qui ambo unà cum decimo porrecti, illum quo minus sua sede declinaret, asseruant. Ab acuto enim coxendicis ossis[k] processu, carneus enascitur musculus, superiori parti decimi musculi ad ipsius usque insertionem adnatus. Deinde ab appendice quoque ossis coxendicis alius similiter carnosus & gracilis prodit, inferiori decimi musculi sedi ad insertionem exporrectus. Vterque enim in sinum magni femoris processus insertionem cum decimo molitur, & cum ipso circumductui femoris subministrat. Cæterùm subinde non solùm eiusmodi musculos ad elatiorem & humiliorem reflexus sedem pronasci conspicies,[l] imò etiam ab interna regione, ubi iam flexus nõ amplius obliquatus ad femur ducitur, carnosam substantiam à coxendicis osse enasci obseruaturus es, quasi tres illi tendines in carneam à coxendicis osse pronatam substantiam, post flexum immitterentur, itaq; inuoluti ad magnum femoris processum contenderent. In tuo igitur est arbitratu, aut hos musculos, aut carneam molem tendines excipientem decimo iungere, atque ita proprios femoris musculos decem enumerare: aut si mauis, utrunque distingues, & duodecim recensebis. Rursus si quintum musculum in tres diuiseris, omnes erunt quatuordecim. In nostro itaque numero decimus unà cum duobus illis gracilibus femur in posteriora circumagit, nonus uerò in anteriora, nihilò secus quàm si baculum inter duas manus extensas repositum, alternatim in priora & posteriora ductis manibus circumuerteres. Nonus enim & decimus manibus respondent, baculo autem femur non ineptè assimilaueris.

*Carneæ portiones decimo musculo attexæ.*

*Quot femur mouentes musculi possint constitui.*

h 1 fi. ca. 30 li. 1 R.

i unus ut ta. 11 z. 13 x. 14 f. alter earundem ta. x, z, g.

k 2 fi. ca. 29 li. 1 d.

l 13 ta. y.

## MVSCVLORVM FEMVR MOVENTIVM *administratio.* Caput LVII.

*Primi musculi administratio.*

EORVM qui femoris motibus præsunt musculorum administrationem, ab extendentibus meritò in illo crure, in quo tibiæ motores aggressus es, exordieris. Assumpta itaque ex minus fragili ferro nouacula, quæ ossis impetum aliquando sustinere possit,[a] primi musculi caput (si modò dum mouentes tibiam musculos dissecares, illud non abstuleris) ab osse coccyge & ilium ossis dorso, transuersis sectionibus niteris abradere, quousque in secundum musculum incidas. Quando autem uniuersi musculi principium ab osse derasum erit, licebit hoc reflectere, & solis manibus (nisi nouacula quoque uti uoles) à subditis partibus ad magnum usque femoris processum liberare. Quod ubi præstiteris, ipsius longam intueberis[b] insertionem, procul etiam sub magni femoris processus radice descendentem. Hæc enim non uulgariter uenit perpendenda, uti neque huius musculi forma, substantia, fibrarũ ductus, & munus, uel abscessuum duntaxat nomine, quos crebro in ipso & præcipuè iuxta magnũ processum in illus tendine incidimus.[c] Secundus dein pariter ab ilium osse nouacula dirimendus est, mente adhibita, ne tertij quoque principium unà adimatur. exortus enim cõtinuitas, quæ linea duntaxat interstingitur, utrunque musculum unà facilè auferri sinit. Vbi itaq; sensim reflexo secundi musculi initio, & transuersis semper secundùm ilium ossis dorsum factis sectionibus, ad tertij musculi principiũ deueneris, secundus iam totus uenit reflectendus, & manibus attractus, ad insertionem usq; à tertio diuellendus.[d] Tertius quoq; eadem ratione ab ossis ilium dorso, post secundum abradetur: atq; hoc ad ipsius etiam insertionem deducto, quartus ab ossis sacri lateribus cultello auferetur, & manibus apprehensus, ad magnum usq; femoris processum à ligamento cui innititur, & coxendicis articulo dirimetur. Facillima enim horum, postquam primum administraueris, est aggressio, qua

*Secundi.*

*Tertij.*

*Quarti.*

a 9 ta. n.

b 10 ta. u in sinistro crure.

c 10 ta. z.

d 11 ta. z.



e 12, 13 tab. x, z, π. qua obita, licebit singulorum motibus examinatis, omnes quatuor abijcere.[e] Quintum post hos musculum à coxendicis ossis infima sede, & pubis osse acutiori nouacula simul totum callidè abrades, & ad suam in femur insertionem illum perducens, eam accuratè obseruato, non neglectis ipsius inscriptionibus, seu delineamentis, fibrarumq; ductus differentia. Animum etiam dum hunc præscindis accommoda, ne simul quoque[f] octauum musculum, tanquam quinti partem incautus auferas. Quinto itaque à femore resciſſo, acutiori cultello à lateribus corporum undecimæ & duodecimæ thoracis uertebrarum, & trium primarum lumborum,[g] sexti musculi caput uenit liberandum, & capite eius apprehenso, totus musculus ad paruum usque femoris processum, à subditis est dirimẽdus. quod si uoles, solius manus ope, perfeceris. Nisi fortè & hunc musculum, quum dorsum mouentes administrares, iamdudum inspexeris. Postquam uerò ipsius tendinem, & quo super pubis os fertur[h] sinum indagaueris,[i] opportunè aggredietur. Hunc itaque nouacula transuersis ductis sectionibus, ab interna ossis ilium sede ad coxendicis usque os quà descendit erades, & musculo manibus eleuato, ad minorem usque femoris processum, ipsius insertionem consideraturus, detrahes: non præterita interim sinus sui, quo deducitur, inspectione. Mox[k] octauum transuersa linea à pubis osse abfectum usque ad insertionem, quæ similiter suo principio lata est, diuelles: obseruans interea, ne[l] nonum quoque imprudens adimas. Duo qui adhuc supersunt musculi, quoniam pubis ossa dum uesicæ & sedis spectares musculos, dirempta sunt, atque iam unum tantum crus, in quo tibiam mouentes musculi administrabas, ad manum habes, facilè secabuntur. Nonum itaque &[m] decimum à pubis osse & coxendicis abrades, & ipsorum connexum & in maioris femoris processus sinum, ac implantationẽ examinabis, nequaquam perfunctoriè prætereas decimi reflexum, & quæ ad huius latera undiq; nascitur,[n] musculosam substantiam cum decimo musculo ad insertionem usque exporrectam. Hæc enim citra corporis nostri Opificis solertiæ laudem hymnumq; nunquam prætergredieris. Quum hos femur circumuertentes resecueris,[o] membrana se spectandam offert, totum pubis ossis foramen comprehendens, & hoc loco sibi utrinque incumbentes musculos dirimens. Similiter etiam ab acuto coxendicis ossis processu, in quinti sacri ossis latus[p] durum ligamentum produci contueberis, cui[q] quartus femur mouentium musculus innitebatur, quodq; hæc ossa firmius committit. Deinde[r] aliud iamdudum sese obtulit ab eodem sacri ossis latere, cui nuper dictum inseritur, enatum, atq; in posteriorem, illicq; elatiorem coxendicis ossis appendicis[s] sedem insertum, quod[t] recti intestini, ut & mox in enarratione præcedens, musculorum firmamentum efficitur. Articuli uerò coxendicis ligamenta, unà cum genu articuli, & pedis ligamentis in unũ Caput reijciam, pedis & digitorum ipsius musculorum sermoni subnectendum.

*Quinti.*

*Sexti.*

*Septimi.*

*Octaui.*

*Noni & decimi.*

*Quorundam ligamentorum inspectio.*

f 8 ta. z.

g 8 ta. o.

h 1, 2, 3 fig. ca. 29 lib. 1 T.

i 8 ta. λ.

k 8 ta. z.

l 8 ta. r.

m 16 ta. F, G, H. 12 α.

n 13 tab. x, y, z.

o 14 tab. b, b.

p 10 tab. y. u u.

q 10 ta. β, u *.

r 10 ta. λ.

s 2 fi. ca. 29 lib. 1 l.

t 8 fi. li. sub X. add. de in b, c.

## DE LATESCENTE TENDINE, CVTI *plantæ subnato.* Caput LVIII.

OMNES quos hactenus non commemorauimus musculi, in tibia & pede reponuntur pedis, ipsiusq; digitorum motibus famulantes. Quo autem & hi aptiùs pertractentur, primùm pedis motores recensebimus, & dein de qui digitorum duces existunt, ut tunc postmodum quot quaque sede sint, unà colligentes, eorundem administrationem subnectamus. Verùm quanto Galeni oratio in secundo de Administrandis sectionibus obscurior imperfectiorq; est, & non undiq; suis in tertio de Partium usu placitis respondet, tanto eiusmodi musculorum diligentior nobis sermo instituendus uenit. Neque profectò cum Galeno arbitrari conuenit, simiam ab homine duntaxat in pedis digitorum diductu differre, quòd scilicet simia longiores, & magis discretos digitos quàm homines adipiscatur. Imò musculis magna sanè est differentia: quam si non omnem, ne prolixior fiam, explicuero, prout orationis tamen ordo requiret, quæ mihi animo obuersabitur, lubens enarraturus sum: sedulò studiosos hîc admonens, ut non solum uera hominis musculorum enarratione & inspectione contenti, simiam quoque aggrediantur, quo Galenum (qui nusquam æquè ac in Anatome arduus est) fœlicius intelligant, ne quum hunc (uti profectò debemus omnes) profiteri instituerint, suos præceptores imitati, elegantissimam, maximamq; ipsius librorum copiam, qui Anatomica complectuntur, negligant: & solùm illis quæ quiuis mediocriter in liberalibus studijs eruditus citra omnem præceptoris operam assequitur, sese totos dedant: memores, quàm turpiter in leuibus Galeni operibus pedem, qui sese Galenicos hodie appellitant,

*Ordo in reliquorum adhuc musculorum tractatione obseruandus.*

*Magna similiæ ad hominem differentia.*

pellitant,retrahere cogantur, quoties in ſectionis & corporis partium mentionem Galenus in-
cidit. incidit autem creberrimè, tum quòd diſſectionibus mirificè oblectabatur, tum quòd me-
dico in corporis quod ſibi curandum proponit, mentionem ſubinde ſit prorumpendum. At
*Simiæ ab homine in tendine pedi ſubnato differentia.*
age[a] tendinem plantæ cuti ſubtenſum aggrediamur, in quo in primis homo à ſimia inſigniter *a 13 tab. z. 14 ſ.*
differt. Hæc nanque proprium qui hunc producat tendinem exigi muſculum, ab externi fe-
moris capitis radice in poſteriori ſede carnoſo principio enatum, & ſub[b] duobus muſculis oc- *b 12 tab. φ, Υ.*
cultatum, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, prominentem in ſura partem efformare,
atque in calcis os inſeri dicentur. His itaque muſculis is ſimiæ muſculus coopertus deorſum
carnoſus fertur,[c] illi forma perquam ſimilis, qui latum in manu producit tendinem. Poſtquam *c 3 ta. n.*
uerò ad mediam uſque longitudinis tibiæ deſcendit, in gracilem ceſſat tendinem, qui duobus
illis muſculis non amplius obtectus, ad horum tendinis, quem ipſi producunt, internum latus
porrigitur, decliuis ad poſteriorē calcis ſedem deſcendens, quæ priuatim in caudatis ſimijs, ut
& canibus, ſinum ſibi exſculptū gerit, quo hic tendo non errabundo ductu, tutò uehitur: calcis
oſſi interim, niſi fortaſſis tranſuerſi alicuius quo obducitur ligamenti interuentu, non adnatus:
atq; in hoc à Galeni deſcriptione in primo de Adminiſtrandis ſectionibus libro uarians, quòd
in duas non diſſcindatur partes, altera quidem calci inſertus, altera uerò in latum tendinē expli-
catus. Calcem enim totus ſuperat, & in pedis plantam dilateſcit,[d] muſculo quem ſecundum *d 14 ta. θ.*
quatuor digitorum articulos flectere audies, obnatus, atque manifeſtiùs in inferiorem quinq;
pedis digitorum ſedem protenſus, quàm latus manus tendo digitos accedit. Deinde ut latus
tendo manus cuti citra alicuius corporis medium non obnaſcitur: ita neque in pede, quando-
quidem multus adeps tendinem & cutem intercedit, id'que potiſſimùm in hominibus, quibus
nullus omnino muſculus latum tendinem educit. Verùm ab infima calcis parte, qua terræ in-
nitimur,[e] ualidum ligamentum prodit, totam inferiorem pedis amplitudinem ſubiens, ſi u- *e 13 tab. z. 14 ſ.*
num utrinque muſculum exceperis, cui id non obducitur. In interno quidem pedis latere is
[f] muſculus eſt, qui pollicem à cæteris abducere dicetur. in externo autem,[g] qui minimum di- *f 13 ta. ρ.*
gitum à cæteris amouet. Obnaſcitur itaque hoc ligamentum longè manus tendine craſſius, & *g 13 ta. ſ.*
robuſtius, toti inferiori ſedi eius[h] muſculi, quem ſecundos quatuor digitorum articulos fle- *h 14 ta. θ.*
ctere docebimus. atque id eo fit pacto, ut quis propriam eius muſculi membranam hoc liga-
mentum diceret, niſi iuxta digitorum radices, quà eius muſculi tendines tranſuerſum digito-
rum ligamentum ſubeunt, id abſcederet. & dein tranſuerſis digitorum ligamentis obductum,
ac in quinque partes diſcretum, inferiori quinque digitorum ſedi obnaſceretur. Cæterùm, uti
paulo antè monuimus, plurima duriuſculi adipis copia ligamentum id (aut utcunque appella-
re tibi uiſum ſit) & cutem intercedit, quanquam interim fibroſis nexibus admodum frequen-
tibus ipſi committatur. Eiuſmodi itaque ligamentum priuatim homines tendinis lati uice exi-
gunt: quod ſi fortè ab aliquo ducendum fuiſſet tendine, profectò illum ualidum craſſumq; ad-
modum procreari oportuiſſet. Nam ſi manus tendinem cum hoc corpore ligamentoſo contu-
leris, quadrupla tendinis per cubitum exporrecti craſſities, in tibia neutiquam ſuffecerit. Nihi-
lo minus tamen in hominis tibiæ poſteriori ſede[i] muſculum reponi audies, qui carnoſo prin- *i 13 ta. +.*
cipio ab exteriori femoris capite enatus, & carnoſus priuſquam bene poplitem ſuperauit eſſe
deſinens, tendinem producit, longè illo qui manus latum tendinem educit, graciliorem. Ve-
rùm hic tendo pedis plantam hactenus mihi neutiquam ſubire uiſus eſt, at interno calcis lateri
ad poſteriorem ipſius ſedem implantatur, neutiquam ſummè poſticam calcis ſedem, ut ille cau-
datarum ſimiarum muſculi tendo, attingens, multoq; adhuc minus ſinum in hac calcis oſſis
ſede ſibi uendicans, quo non errabundus uehatur. Quòd uerò mihi commemoratum in ho-
minis pede ligamentum, & ſimiæ latus tendo, parem uſum cum lato qui manum ſubit tendine
præſtent, conformationis ſimilitudo argumento eſt, atque id eo adhuc firmius perſuadet, lati
in manu tendinis non infrequens defectus. Haud ſemel enim illum in manu deeſſe, &[k] tranſ- *k 4 ta. ſ.*
uerſum in interna brachialis ſede repoſitum ligamentum ſui portionem porrigere, quæ ten- *l 3 ta. λ, m.*
dinis lati uicem ſupplebat, in homine ſecus multo quàm in ſimijs comperi. Vti etiam à[l] tendi-
nibus brachiale flectentibus, eum tendinem produci interdum obſeruatum eſt, nunc ab illo
qui quarto brachialis oſſi inſertus brachialis flexus autor eſt, nunc ab illo qui per tranſuerſum
brachialis internæ ſedis ligamentum ductus, poſtbrachialis oſſi indicem
ſuffulcienti multo antè inſeri dicebatur.

DE



## *DE MVSCVLIS PEDEM MOuentibus. Caput LIX.*

VNIVERSVM pedem perinde ac extremam manum flectimus, & exten- *Pedis motus.*
dimus, & deinde in latera (quamuis interim obſcuriſſimè) ducimus, idq;
plurium & diligentiſſimè ob crebra quæ ipſis contingunt uulnera diſtor-
tionesq; obſeruandorum muſculorum beneficio. Qui uerò articuli his
motibus ſubminiſtrent, in pedis oſſium enarratione, ſuperiori libro non
obiter percurrimus. hîc autem pedem mouentium muſculorum nume-
*m 12 ta. φ.* rus à poſteriorē tibiæ ſedem occupātibus, opportunè inchoabitur.[m] Pri- *Primus pedē mouentium*
*1 ſ.2 μ.3 ρ.8* mus itaque à radice interni femoris[n] capitis unico enaſcitur principio, ſi modò ipſius continui
*p.9 1.13 r. 14 n.16 d.* tatem ſpectes. ſi autem ſubſtantiæ animū attenderis, id principium duplex apparebit.[o] unum
*n 1 ſi. ca. 30 lib. 1 E.* quidem ſuperius, & magis iuxta femoris medium interius:[p] alterum uerò inferius, & nonni-
*o 12 tab. w.* hil exterius, pari omnino modo, quo rectum abdominis muſculum[q] enaſci retulimus. Supe-
*p 12 tab. ρ.* rior nanque principij huius muſculi pars carnea lataq; eſt, & deorſum protenſa, paulo ſub ge-
*q 5 ta. n, o.* nu articulo cum reliqua initij parte confunditur, quæ exactè neruea liuidaq; in exortu erat, &
deorſum rectà per genu articuli poſteriora deſcendens, ualde carneum craſſumq; efformat mu-
*r 12 ta. ſ.* ſculum, qui formam exacti (ut ſic dicam) muſculi refert.[r] Priuſquam uerò muſculus iſte ad me
dium tibiæ longitudinis iam anguſtior redditus pertingat, carnoſus eſſe deſinit, & ex ſuæ infe-
rioris partis amplitudine tendinem latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnoſa
muſculi pars porrigitur. Atque hic muſculus in interno latere poſterioris tibiæ ſedis ducitur: *Secundus.*
*s 12 ta. Υ.1* in externo autem latere[s] ſecundus muſculus conſiſtit, qui ſimiliter ac primus ab externo femo-
*n.2 μ.4 cha ract. 16.6* ris capite enatus, deorſum fertur, omni ex parte primo muſculo ſimilis. Quum uerò utrique à
*tab. cha. 9.* femoris capitibus deorſum tendunt, non procul ab exortu ſeſe[t] contingunt, inuicem fibroſis
*9 ta. ſ. 13 r. 14 o. 16 b.* nexibus hęrentes. At quo magis deorſum prorepunt, eo ualidiùs connaſcuntur, ut iam tendo,
*t 12 ta. r.* quem ſinguli producunt,[u] unus omnino ſit, ab utriſq; enatus muſculis. Interior tamen, ſeu pri
*u 12 ta. v.* mus muſculus nonnihil diutius carneus, quàm ſecundus, deorſum ducitur, quod in muſculo-
ſis citra confectionem eſt euidentiſſimum. Duo enim in ſura prominentes muſculorū uentres,
carneæ partes ſunt præſentium muſculorum, ſuræ magnam molem efformantium. Tendo au
tem ab ambobus muſculis enatus, & paulò anguſtior redditus, in caudatis ſimijs in poſterio-
rem calcis ſedem ualidiſſimè inſeritur. In hominibus uerò non multo ſub carnoſa muſculo-
*x 13 ta. r.* rum ſede, ſubiecto cuidam[x] muſculo[y] adnaſcitur, quem quartum inter pedis motôres recen-
*y 13 ta. ad n.* ſebimus. Atque hic connexùs adeò eſt pertinax, ut nulla ratione hunc tendinem ad calcem
uſque à ſubiecto muſculo dirimere queas, & aſſerere cogaris, ab hoc tendine & quarti muſcu-
*z 13 tab. λ. aut 8 r adſ.* li tendine,[z] unum efformari in poſteriorem calcis ſedem inſertum. Ac proinde etiam Galeno *Lib. 2 de Admi. ſecti.*
ſuccenſebis, dum alios ſectionis profeſſores falſò increpat, quòd duorum primorum muſculo-
rum tendines tertio cuidam tendini commiſceri, neque alteri non connexos in calcem inſeri
ſcripſerint. Hoc nanque uerè de hominibus illi prodiderunt, parum ſoliciti, num tendines ſe-
*a 13 ta. φ.1 ta. 1.2 v.3 r.* cus in ſimijs calci implantarentur.[a] Tertius muſculus ille eſt, quem ſuperiori Capite tendi- *Tertius.*
*8 ſ.9 μ.12 w. 14 n.16 c.* nem inſigniter gracilem producere diximus. Ab externo enim femoris propter genu articu-
lum capite teres enaſcitur principium, iamiam in ipſo exortu carneum & gracile. Ab ortu ta-
men non ita procul dilateſcit, exacti muſculi uentrem utcunque craſſiuſculum referens: uerùm
*b 13 ta. ſ.* mox ſub poplite uenter iſte[b] gracileſcens, ſummè gracilem tenuem'que educit tendinem, qui
quemadmodum & muſculi uenter, ſub duobus nuper commemoratis muſculis occultatus,
& ſuper quartum expanſus, ſenſim obliquè deorſum prorepit, quouſque ad internum duo-
*c 2 tabu. r. 16 c.* rum primorum muſculorum tendinis latus[c] elabatur, ubi is quarto muſculo ualidiſſimè con-
necti incipit. Tertij muſculi tendo hinc deorſum ad internum uſque calcis latus fertur, iux
ta poſteriorem calcis ſedem ipſi implantatus, non autem pedis plantam ſubiens, illius mu-
*d 13 ta. Υ.1 ta. n.2 ſ.3 r.* ſculi modo, quem in ſimia latum plantæ tendinem educere priùs recenſui.[d] Quartus non *Quartus.*
*8 ta. t 14 q.* ſolum ſuram conſtituentium muſculorum, uerùm etiam omnium tibiam amplexantium ma-
*e 13 ta. θ.* ximus, poſteriorem tibiæ regionem ſua amplitudine occupat.[e] Enaſcitur enim ex poſteriori ſe
*f 2 fi. ca. 31 li. 1 V.* de[f] coarticulationis fibulę ad tibiam, nerueo & ualido initio, quod deorſum modicè ductum
*g 13 tabulæ λ conſtituitur à r, r, et Υ.* adeò dilateſcit, ut latitudinem tibiæ oſſis & fibulæ uincat. non tamen æquè craſſus eſt, ac latus
amplus'ue. Ex hac uerò amplitudine priuſquam medium tibiæ longitudinis ſuperauit, ſen-
ſim arctatur, & paulo ſupra calcis regionem in ualidiſſimum & craſſum degenerat tendinem,
*h 8 fi. ca. 33 lib. 1 c.* non ſolum ab ipſo[g] formatum, ſed etiam à primi & ſecundi muſculi tendinis concurſu.
Ex tribus itaque his muſculis procreatus tendo, uniuerſæ poſteriori calcis[h] ſedi implantatur,

quam

quam Natura, quò facilior promptiorq; tendinis perficeretur inſertio, depreſſam aſperamq; effinxit. Cæterùm quia calcis os extra tibiæ oſſis rectitudinẽ [i] prominet, & ipſe quartus muſculus propemodum toto progreſſu tibiæ oſſi & fibulæ incumbit, paulò ante inſertionem [k] tendo à tibiæ oſſe procul abſcedit triangulam efformans cauitatem, cuius baſis eſt longitudo calcis extra tibiæ oſſis rectitudinem prominentis: alia autem duo cauitatis latera conſtituuntur, unum quidem tendinis ipſius anteriori ſede, alterum uerò poſteriori regione illorum [l] muſculorum, qui ſub quarto reconditi, poſteriorem tibiæ regionem occupare dicentur. Atq; hæc ea demum eſt cauitas, cui Homerus Achillem in Hectoris crure funem traieciſſe, illumq; ad currum religatum, circum mœnia Troiæ traxiſſe cecinit. Quod etiã lanios, quum boues aut oues iugulatas attollunt, imitari conſpicimus, baculum tranſuerſim ſub hoc tendine tranſmittentes. Porrò quartus muſculus externa ſede, qua primi duo illi incumbunt, admodum liuidus eſt: quemadmodum & primus quoque & ſecundus, ea potiſſimùm parte qua quartum reſpiciunt muſculum. Interna uerò ſede quartus non admodum liuet, & ipſius etiam tendo in anteriori ſede longiùs carniformi ſubſtãtia enutritur, quàm in poſteriori. Non enim à fine carniformis muſculi huius ſubſtantiæ, ad calcem uſque inſigne interuallum in hominibus uiſitur: quamuis & id quoque notatu dignum ſit. In ſimijs uerò etiam quartus hic muſculus quodammodo carneus calci inſeritur: quod Galenus animaduertens, alios Anatomicos inſimulat, quos hominum cadauera, non autem cum ipſo duntaxat ſimiarum, ſedulò ſecuiſſe, uel ex ijs cõſtat quæ præter meritum illis à Galeno imponuntur, digno ſanè qui interdum (niſi ipſius obſtaret autoritas, & quam illi tribuimus fides) à nobis notaretur, cuiusq; etiam errata enumerarentur: idq; tunc potiſſimùm, dum pro hominum Anatome ſuarum ſimiarum hiſtoriam, ſecus ac ueteres illi, nobis obtrudit.

*Quintus.* [m] Quintus pedem mouentium muſculus in poſteriori etiam tibiæ ſede locatus, ſub [n] duobus muſculis adhuc occultatur, quos digitorum pedis flexui famulari docebimus. Priuſquam enim quintus in conſpectum ueniat, [o] quatuor commemoratos iam pedis muſculos, pariter cum duobus illis digitorum flexui ſubſeruientibus ademptos eſſe conuenit. Quintus nanque [p] ligamento membraneo proximè incumbit, quod in tota tibiæ longitudine porrectum, tibiæ oſſi fibulam colligat. [q] Principium ſiquidem quinti muſculi à tibiæ oſſe, & fibula, quà hæc oſſa inuicem dehiſcere incipiunt, exoritur, & ſtatim ab exortu carneum latumq; uiſitur, eadem prorſus latitudine ad inferiorem uſque tibiæ oſſis appendicem progrediens. Hac latitudine præſens muſculus poſteriorem illius membranei ligamenti ſedem & magnam quoq; tibiæ oſſis poſterioris regionis partem integit, ligamento interim, & interno fibulæ lateri adnatus, ab ipſisq; toto progreſſu, exortus ſui robur aſciſcens. [r] Cæterùm ilico atque inferiorem tibiæ oſſis contigit appendicem, & propemodum æquè latus adhuc atque in media tibiæ ſede conſpicitur, ab interno ipſius latere teretem profert tendinem, qui iam aliquouſque in muſculi carniformi ſubſtantia incipere uidebatur. Vbi igitur tendo prorſus excarnis eſt, deorſum fertur, [s] ſinui incumbens in poſteriori ſede appendicis tibiæ proceſſus, qui interiorem malleolum conſtituit, exculpto. In hoc ſinu tranſuerſum ligamentum [t] tendini obducitur, hinc obliquè pedis inferiora ſubeunti. Sub omnibus enim [u] muſculis inferiorem pedis ſedem occupantibus, præſens tendo tantiſper prorepit, dum in inferiorem [x] tarſi oſſis ſedem ualide inſeratur, quod cubum teſſeram'ue imitanti oſſi proximum eſt, quodq; cum alio ſibi commiſſo cunei formam appoſitiſſimè exprimere, præſentisq; muſculi gratia priuato [y] proceſſu donari, in primo libro diximus. Eſt itaque quintus muſculus ex [a] illorum albo, qui ſua carniformi ſubſtantia non arctati, ex altero tantum latere tendinem teretem emittunt, ac maximæ laniorum ſecuris imaginem præ ſe ferunt. Quinetiam unus quoque eorum eſt, qui peculiari ſinu ligamentoq; tranſuerſo utuntur. Inter calcem enim interioremq; malleolum tria peculiaria huius generis ligamenta, & [b] ſinus tres conſiſtunt, tribus tendinibus parata. Quod autem ligamentum extribus malleolo proximum eſt, quinti pedis muſculi tendini, quemadmodum etiam paulo ante diximus, proprium cenſetur. Reliqua autẽ duo illis creata ſunt [c] muſculis, qui quinto ſuperſtrati extrema digitorum internodia flectere cõmemorabuntur.

*Sextus.* [d] Sextus pedem mouentiũ muſculus in anteriori tibiæ ſede locatur, omniũ huius regionis anterior, & exacti muſculi formam repreſentans. [e] Enaſcitur autem ab anteriori ſede coarticulationis fibulæ cum tibiæ oſſe, ab utriſq; oſſibus, & communi illorum [f] ligamento exortus ſui portionem aſſumens. Exortus iſte acuto incipit angulo, qui ilico dilatatus muſculi uentrem oſtendit nonnihil latiorem quàm profundiorem. Priuſquàm uerò medium longitudinis tibiæ ſuperat, ſenſim arctatur, & multò ſupra pedem, in teretem finit [g] tendinem, qui deorſum per tibiæ oſſis anteriora prorepens, in tranſuerſum [h] ligamentum à tibiæ oſſe in fibulam pronatum ſubit, & ſimulatque tranſuerſum id ligamentum ſuperauit, deorſum in pedis interiora deſcendens, modicè patenti ſinu in

tarſi

i Obſerua id in 2 & 3 ultimarum fi. lib. 1.
k 13 tab. k
l 14 ta. λ, Ξ.
m 15 ta. D, E, dein c. 1 μ. 2 ρ. 3 φ. 8 χ. 14 κ. 16 f.
n 14 ta. λ, Ξ.
o 14 ta. π, o, p, q.
p 15 ta. T inter S, R.
q 15 ta. D.
r 15 ta. E.
s 2, 4 fi. ca. 31 li. 1 m. & 15 chara. 1.
t 16 ta. d.
u 13 tab. ſ dein 14 θ & λ, μ, ac tendines ſ, ſ, & 15 tab. L.
x 1, 2, 12, 13 fi. ca. 33 li. 1 charact. 3.
y 13 fi. cap. 33 lib. 1 ſ.
a 14 ta. λ, Ξ. 15 O, P.
b 15 ta. cha. 1, 2, 3.
c 14 ta. λ, Ξ.
d 3 tab. ψ. 1 z. 2 φ. 4 ta. charact. 4
t. 16 ta. g.
e 3 ta. ϑ.
f fi. 1 ca. Y.
g 3 ta. n.
h 1 tab. A. 2 ta. Δ. aut Λ.



tarſi oſſium [i] cum oſſe cymbam referente ligamentis impreſſo, tantiſper uehitur, quouſque ad internum latus pedij oſſis pertingat, quod pollici præponitur. Illius enim oſſis peculiari [k] proceſſui [l] inſeritur, ualida ſanè applantatione oſſis pedij cum tarſi commiſſuram apprehendens. Sexti itaq; muſculi anteriori ſedi alius nullus obtenditur: poſteriori autem ſede illis incumbit [m] muſculis, qui ſub eodem tranſuerſo tibiæ [n] ligamento contineri dicentur, & qui præcipuè digitorum extenſionibus famulantur. Verùm ſextus muſculus ſuo interiori latere committitur lateri externo acutæ tibiæ oſſis [o] lineæ, quæ excarnis tibiæ ſedis externum latus conſtituit, quæ etiam ſecundùm ſexti muſculi latus introrſum obliquatur, tum ut huic cedat muſculo, tum ut alijs quoq; ſedes exhibeatur, qui ſub ſexto reponi cõmemorabuntur. Externum uerò ſexti muſculi latus in ipſo ortu, & toto quo dilateſcit progreſſu cõmittitur muſculo, quem iam deſcripturus pedem mouentium [p] ſeptimum appellabo, qui quemadmodum & [q] octauus ſermoni addendus à fibula principium ducit, totiusq; fibulæ externo ferè lateri adtẽditur, adeò ut neq; inter tibiæ muſculos anteriores, neque poſteriores recenſeri deberet, ſed priuatim in externo tibiæ latere reponi, aptè diceretur. Quanquam non ita multum interſit, ad quam ſedem is referatur, dummodo ipſius ſitum, formam, munus, & id genus reliqua, quæ in muſculis ſpectare conſueuimus, non oſcitanter prætereãtur. *Septimus.* Septimus itaq; muſculus nerueum ualidumq; [r] principium ab [s] externo appendicis fibulæ latere, & ligamentis oſſa hîc cõnectentibus aſſumit, inibi quà [t] quartum tibiam mouentium muſculum inſertionem moliri diximus. Principium id non longo progreſſu fibulæ connatum, ab ipſa abſcedit, ſibi ſubſtratum obtinens [u] caput muſculi, pedem mouentium octaui. Quum igitur ſeptimus muſculus à fibula abſcedit, externa ipſius ſede liuidus ſemper apparet: interna autem, qua alijs accumbit muſculis, rubicundus, & exactè carneus uiſitur. Non enim ita multò ab origine carneus factus dilateſcit, exacti muſculi, ſeu, ut ita loquar, muris ſpeciem exprimens. Ad hunc modum carnoſus paulò ultra medium longitudinis fibulæ rectà decliuis fertur, in exteriori ipſius ſede non exquiſitè carneus. Quandoquidem hic muſculus iſtud ſibi priuatim uendicat, quòd in externa ipſius ſede etiam ſupra mediũ longitudinis tibiæ [x] utrinque ad latera carneus ſit. uerùm inter duo illa latera ualidiſſimum [y] tendinem cõmonſtrat interna ſede, & à lateribus carne enutritum. Vbi uerò muſculus digno notatu interuallo medium longitudinis fibulæ ſuperauit, totus excarnis efficitur, teretem procreans tendinem, qui ſenſim obliquè retrorſum uerſus fibulæ poſteriora cõtendit. Non enim amplius totum externum fibulæ latus integit, ſed muſculi tendo iam in poſteriora reflexus, [z] externum malleolum excarnem nudumq; relinquit. Tendo enim poſteriorem inferioris fibulæ appendicis [a] ſedem adit, hîc ſinum proprium & tranſuerſum quoq; [b] ligamentũ obtinens. Tendo itaq; hoc ligamento inuolutus, quod à fibula in calcem talumq; procedit, deorſum in priora uerſus pedis plantam ducitur, adeò ſanè inflexus, ut in radicem pedij oſſis inſeratur, quod pollici præiacet, quodq; in externo ipſius latere [c] proceſſum obtinet, cui ſeptimi huius muſculi tendo aptè implantetur. Aliquando tamen non in hoc pedij os ſeptimus muſculus inſertionem moliri uiſus eſt, at in radicem pedij [d] oſſis medium digitum ſuffulcientis. Cæterùm Natura non obiter neque negligenter obliquum huius tendinis ductum molitur, ſed tendinem pedis inferiora ſubeuntem inter oſſa & muſculos pedis inferiora occupantes, medium [e] deduxit, ne ſi fortè inter cutem & muſculos illum duxiſſet, tendo ipſe ſurſum contractus, muſculos in planta locatos cõprimeret, & quo minus ſuo poſſent fungi munere, obſtaculo eſſet. Cæterum quum non ſolum ad poſteriorem ſedem exterioris malleoli tendinem hunc reflecti oportuerit, ſed etiã ad aliud quoddam in externo pedis latere locatum [f] os, Natura incredibili artificio huic etiam reflexui prouidit. In inferiori enim ſede oſſis teſſeram imitantis, quæ plantam & externum pedis latus ſpectat, [g] ſinum latiuſculum, neque admodum profundum exculpſit, quem uiſcido humore obliniuit, & perquàm læui ligamento circundedit. Dein ad hunc ſinum Natura tendinem circumduxit, non quidem ut reliqua ipſius regione, teretem, ſed [h] quà tendo ad ſinum reflectitur, illum dilatauit, ut eo firmiùs ad modicè patentem ſinum reuolueretur: & ne ſi teres permanſiſſet, hinc aliquò declinaret. Denique hac latitudine nequaquam contenta, tendinem etiam peculiari artificio eouſque inibi indureſcere uoluit, ut cartilaginis ſpeciem exprimat: imò interdum cartilaginis duriciem uincens, tendo ibidem oſſeus conſpicitur, quo is promptiùs ad acutum angulum flexuræ uim exoluat.

*Octauus.* [i] Octauus muſculus, qui ſub ſeptimo prorſus (ſi tendinis ipſius anteriorem ſedem excipias) reconditur, ex fibula quoque totus prodit. Aliquantulo enim ſub fibulæ ſuperiori appendice ab externo fibulæ latere, uerſus anteriora nonnihil enaſcitur, & ad amuſſim carneus fibulæ'que ſemper adtenſus, ſub ſeptimo deorſum prorepit. Quum autem medium longitudinis fibulæ aliquouſque ſuperauit, in teretem quoque ceſſat tendinem, qui ſimiliter atque ſeptimi tendo

deorſum

i 1 fi. ca. 33 lib. 1 cha. 1, 2, 3 cum Θ.
k 2 fi. ca. 33 lib. 1 π.
l 15 ta. K.
m 4 ta. Y, & cha. 14.
n 1 ta. d.
o 1, 3 fi. ca. 31 li. 1 γ, Y.
p 6 tab. Φ. 1 ſ. 2 χ. 3 λ. 4 ta. cha. 17. 5 ta. cha. 8. 8 ta. * 9 ta. x. 14 k. 15 V.
q 6 ta. Y.
r 6 ta. charact. 2.
s 1 fi. ca. 31 lib. 1 C.
t 6 ta. χ.
u 6 tab. Y.
x 6 ta. charact. 3, 4.
y 6 ta. charact. 5.
z 6 ta. ω.
a 6 fi. ca. 31 lib. 1 q, q.
b 2 ta. Ξ.
c 2 fi. ca. 33 li. 1 π.
d 1 fi. ca. 33 lib. 1 III.
e Oſtendit hæc ſiniſtra figura 15 tabulæ ad X, Y.
f 1, 2, 12, 13 fi. ca. 33 li. 1 cha. 4.
g 2 fi. ca. 33 lib. 1 γ.
h 15 tab. X.
i 2 tab. ψ. 4 ta. cha. 15. 5 ta. cha. 9. 6 ta. Y. 9 ſ. 13 Y. 14 l, m. 15 a ſub V.

deorsum uersus fibulæ posteriora reflectitur. Verùm hic tendo septimi tendine omnino non integitur, sed in priora prominens, anteriori septimi tendinis lateri attenditur, & sinui in posteriori fibulæ appendicis sede exculpto incumbens, transuerso etiam ligamento circumdatur. Hinc rursus in priora descendens,[k] processui pediꝭ ossis ualidissimè inseritur, quod tesseram referenti ossi adnexum, paruum pedis digitum sustinet. Verùm hic tendo aliorum hactenus dictorum ritu, non simplicem[l] insertionem perficit, uerùm nonnihil ante insertionem ipsius tendo bicornis redditur, duplici insertione dicto ossi implantatus. Neque est, quòd quispiam Galeno confisus,[m] sextum nobis cõmemoratum musculum, in duos quoque tendines diuidi arbitretur. Hominibus enim ad eum quem scripsi modum sextus musculus habet, aliter sanè quàm in caudatis similꝭ obseruatur. nõ enim in his tantum duplex tendo uisitur, uerùm etiam duo sunt musculi admodum conspicui, quorum anterior posteriore minor est, ambo in pediꝭ os pollici præpositum implantati. Cæterùm quando his (& si ad Galenum intelligendum iuuent) non admodum concinnè sermonem uera enarrantem interpellimus,[n] nonum musculum iam prædictis addamus. quem quis proprium per se musculum recensere poterit, alius uerò[o] alterius cuiusdam partem non ineptè dicet, prout nimirum ille motui & insertioni, hic uerò connexui & principio attenderit. A musculo enim, qui in anteriori tibiæ sede locatus, quatuor pedis digitos extendit,[p] carnosa quædam portio iuxta mediam tibiæ longitudinis ab externo ipsius latere enascitur. Quæ deorsum ducta in tendinem degenerat, qui[q] transuersum anterioris tibiæ sedis ligamentum subit, & superiori pedis regioni exporrectus, fibrosisq; nexibus subditis[r] musculis commissus, in[s] duas portiunculas bipartitur, quas pediꝭ ossi paruum digitum suffulcienti inserit, non procul ab eius ossis superiori sede, qua imitanti tesseram ossi allegatur. Nihil itaq; prohibet, hunc musculum aut partem digitos extendentis recensere, aut illum numero ab extensionis opifice distinguere, illumq; nonum nusculum enumerare, ut hactenus enumerati nouem censeantur pedis motibus famulantes. Primus itaque, & secundus, & quartus,[t] qui suram seu tibiæ uentrem præcipuè efformãt, atque in posteriori tibiæ sede locati ualidissimum ferè corporis tendinem simul cõstituunt, robustissimi pedis motus autores sunt. Calcem enim sursum in posteriora trahunt, pedemq; terræ firmant, seu in posteriora deorsum reflectunt. atque his[u] quintus suppetias fert, pedem quoque terræ admouens, & interdum ut summis tantum digitis erigi queamus, in posteriora ducens. Neq; est quòd magnopere illius tendinis in calcem inserti officium prædicem, quum secundum mortem homini nihil pestilentius inferre pleræq; nationes studeant, tendinis illius præcisione. Quod uerò munus tertio pedem mouentium[x] musculo concredatur, non ita affirmare possum. nam latum tendinem in pedem nõ producit, & sanè inualidior uisitur, quàm qui cum insignibus illis quatuor musculis, in pedis extensione conferri queat. Si tamen hunc tantum opus subire posse quis crediderit, id addendum prorsus erit, eum obliquo & in internũ latus, pedis motui suppetias ferre, quemadmodum & prædicti quoq; faciunt: prout hi illi ue soli, aut tendantur, aut laxentur, quemadmodum de brachialis motoribus dictum est. Cæterùm[y] sextus unà cum[z] septimo,[a] octauo & [b] nono contrariꝭ motus, quum simul tenduntur, duces sunt. pedem enim sursum ad tibiæ anteriora flectũt, motu sanè nõ æquè atq; posteriores digno & ualido. Si uerò alternatim cum posteriorẽ tibiæ sedem occupãtibus musculis cõtrahuntur, in hoc illud ue latus pedem agent, atq; ita, qui flexionis extensionisq; autores sunt, etiam motus in latera appositissimè obeunt.

*Nonus.*

*Nouem musculoyum pedem mouentiũ munus.*

## DE MVSCVLIS PEDIS DIGITOS MOuentibus. Caput LX.

*Pedis digitorum motus.*

DIGITI pedis ĩsdem prorsus motibus aguntur, quibus quatuor manus digitos duci relatum est. Pedis enim pollicis (qui duobus tantum ossibus donatur) primum internodiũ pari omnino ratione cum primis reliquorum digitorum internodiꝭ flectitur, non autem ut in manu, oppositio flexu aliꝭ digitis obducitur. Atque hic primorum articulorum flexus, aut rectus est, aut in alteram partem modicè inclinans, quemadmodum primos quatuor manus digitorum articulos moueri diximus. Secundũ autem pollicis internodium, & secunda quoque & tertia reliquorum digitorum internodia, simplici duntaxat ac in neutrum latus uergenti donantur flexione ac extensione, nullo interim proprio motu in latus (quemadmodum neque manus digiti) prædita. quum interim prima internodia & adductionis & abductionis motum in pede nõ minus quàm in manu nanciscantur. Cæterùm ut motus digitorũ manus & pedis par quodammodo est ratio, ita ferè etiam similis



milis musculorum in utriusq; est series. Vnde etiam in illorũ descriptione non inopportunè eundem ordinem, quem in manus musculis obseruauimus, aggrediemur. [a] Primus itaq; is futurus est, qui quatuor digitorum secunda flectit internodia, in hoc à manus[b] musculo uarians, quòd breuior sit, & pro sua mole amplior & tenuior, quodq; nõ extibia (quemadmodum musculus digitorũ manus è cubito) porrigitur. Totus nanq; infernã duntaxat pedis sedem occupat, uniuersæ ipsius carnosæ substantiæ pertinaciter subnatum habens[c] ligamentũ, quod lati in manu[d] tendinis uices gerere, iam antea proditum est. [e] Ab inferna itaque calcis ossis sede, & anteriori illius calcis tuberculi parte, quod terræ innititur, primus hic musculus[f] principiũ ducit, partim nerueum, & partim carneum, quod ilico ab exortu prorsus carnosum euadens, sensim dilatatur, multo latius, quàm crassius redditum. Quum uerò mediam pedis longitudinem ad digitos repens[g] superauit, in quatuor carnosas portiunculas dirimitur, quæ inuicem diductæ, & æquales constituentes angulos, singulæ unum producunt tendinem, ad sibi prępositum digitum excurrentem. Tendo iste similiter ac in manu, ad primi internodiꝭ radicem transuerso ligamento excipitur, quousque longa sectione diuisus, & subiecto sibi tendini[h] uiam præbens, in secundi internodiꝭ radicem implantetur, & toti ossis sui longitudini latescens innascatur. Huius musculi beneficio, secundum quatuor digitorum flectimus articulum, eum quàm possimus proximè ad calcem recta linea protrahentes. [i] Secundus uerò & [k] tertius digitorum musculi, tertiꝭ quatuor digitorum & secundi pollicis articuli flexus opifices sunt. Atque hi non in pedis planta reponuntur, sed in tibiæ posteriori sede locati, totam illius longitudinem perreptant. Sunt porrò hi, quos[l] quarto pedem mouentium musculo, qui suram constituentium maximus est, proximè substerni, & [m] quinto pedis musculo incumbere diximus. Vt uerò eandem cum quinto pedis musculo sedem occupant, ita quoq; illi forma admodum similes sunt. latiores enim quàm spissiores uisuntur, deinde toti carnei in tibiæ regione existunt: & quum ad calcem usque descendêre, ab interno tantum[n] latere non admodum prius arctati, teretem promunt tendinem, peculiari sinu & transuerso ligamento, inter tibiam & calcem, inferiora pedis subeuntem. Eorum itaque[n] prior, qui digitos mouentium secundus censebitur, à posteriori sede connexus fibulæ ad tibiam, [o] enascitur, statim ab ortu carnosus, & latus utcunque, uersus tibiæ extremum prorepens. Toto hoc progressu, maximo suram efformante[p] musculo contegitur; anteriori autem parte qua tibiæ posteriorem sedem respicit, fibulæ posteriori[q] parti attenditur, ipsi etiam aliquandiu adnatus: deinde qui ordine[r] tertius futurus est, externo suo latere ipsi secundo hîc quoque subiiciꝭ tur. Ilico uerò atq; secundus ad infimam tibiæ sedem descendit, ab interno ipsius[s] latere tendinem edit teretem, qui priùs aliquandiu in carne pronasci uisus est. Huius tendinis nomine ad internum calcis latus, ubi talum excipit,[t] sinus insculpitur, qui transuerso[u] ligamento obductus, præsentis musculi tendinem tutissimè deducit. Postquam tendo ligamentum id superauit, pedis inferiora obliquè subit, & inter[x] illos qui quatuor digitos pollici adducere dicentur, & [y] eos qui primum digitorum internodium flectunt, prorepit, totus propemodum ad pollicem contendens. A præsenti enim tendine ad plantæ ferè mediũ[z] portiuncula diffunditur, quæ aliquot[a] tendinibus eius quem tertium numerabo commiscetur, atque unà cum illis tendinibus ad tertiꝭ indicis, & quasi ad mediꝭ quoq; digiti, articuli flexionem auxiliatur. Reliqua autem tendinis secundi digitos mouentium musculi portio (quæ profectò ualidissima est) ad pollicem uti diximus obliquè perfertur, atque secundùm pollicis longitudinem transuerso ligamento exceptus, in secundi pollicis internodiꝭ longitudinem lata insertione implantatur, eius internodiꝭ flexionis autor. [b] Tertius musculus, qui quinto pedẽ mouentiũ insternitur, pari prorsus ratione cum secundo digitorum musculo in posteriori tibiæ sede exporrigitur ad internum magis latus, quàm secundus, respiciens. longè enim[c] magis tibiæ ossi, quàm fibulæ innititur. Quum autem ad calcem ferè descendit, atque adhuc latus conspicitur, ab interno ipsius[d] latere teretem promit tendinem, cui peculiarem[e] sinum & transuersum ligamentum Natura fabrefecit, in medio duorum qui hic quoque habentur sinuum. Tertiꝭ itaque musculi tendo, hoc ductus sinu, teres adhuc pedis inferiora subit, secundi musculi[f] tendini uersus plantæ cutem magis subiectus, & cum illo x literæ imaginem efformans. Secundi enim musculi tendo ab exterioribus introrsum obliquè in anteriora fertur: tertiꝭ autem tendo quodammodo ab interioribus extrorsum contendit, ob idque in plantæ medio cum secundi tendine decussatim constituitur. Tertiꝭ musculi tendo pedis plantam hoc modo subintrans, modicè[g] dilatatur, ac in quatuor alios tendines digeritur, singuli ad unum quatuor digitorum excurrentes, illisque manus[h] tendinibus respondentes, qui tertium quatuor digitorum articulum inflectunt. Sub primi enim musculi tendinibus occultati,

*Primus pedẽ mouentium.*

*Secundus & tertius.*

digitorum radices ſubeunt, unà cum [i] primi muſculi tendinibus tranſuerſo [i] ligamento, ut in *i 14 ta.θ.*
manu quoque obducti. Vt uerò ad tertium uſq; internodium proreperent, primi muſcu-
li tendines ſectione per longum diuiſos permeant: & latiores redditi, tertij internodij lon-
gitudini implantantur. Cæterùm tendini qui indicem adit, & interdum illi pariter qui me-
dio exporrigitur, hoc priuatim obtingit, ut in plantæ medio [k] portiunculam ſecundi muſcu *k 15 ta.Q.*
li tendinis ad pollicem proficiſcentis nanciſcantur, quæ cum illis digitorum tendinibus om-
nino coit, & permiſcetur. Interdum uerò quantumuis accuratè ſingula obſerues, à ſecundi
tendine nihil porrigi, ſed hunc totum in pollicem abſumi conſpicies. Atque ita ſanè tres di-
gitorum primi muſculi habent, quorum primus ſecundum quatuor digitorum flectit inter-
nodium. Reliqui autem duo, ultimi quinque digitorum internodij flexionis opifices ſunt.
*Lib. 3 de Vſu par. Lib. 2 de Admi. ſectio.* Verùm hîc non ambigo ſtudioſiſſimum quemque, qui accuratiſſimè Galeni loca iam pridem
euoluit, atq; ſi rectè ipſius ſenſa tenet, illū ſibi haud conformia dicere, & libros ipſius hîc quoq;
uitiatos eſſe intelligit, auidè expectare, quamobrem à Galeno diſſentiam. Cui in præſentia a-
liud nihil additū eſſe uelim, quàm ueriſſima me hactenus de pedis digitorum muſculis in ho-
minibus enarrauiſſe, & Galeni loca (ut iam audies) uix ſimijs conuenire. Vt itaque nunc præ-
teream functionem, quam cum manus digitorum muſculis communem eſſe cenſui, quum [l] ſe-
cundus muſculus ſecundi pollicis internodij flexus autor poneretur, nulla primi articuli, quod *l 14 tab.A.*
ad flexum attinet, facta mentione: quemadmodum [m] tertij muſculi beneficio tertium reliquo- *m 14 ta.Z.*
rum digitorum internodium moueri iam antea ſcripſi. Quum interim ex Galeni ſententia
primos etiam articulos duobus poſterioribus muſculis flecti, dictum eſſe oportuerat. Arbi-
tratur enim Galenus, eandem hîc atque in manu horum muſculorum functionem eſſe. Imò
exactè in ſecundo de Adminiſtrandis ſectionibus ſuum ipſius perpendens placitum, quo tranſ
uerſorum ligamentorum ope primos manus digitorum articulos flecti innuerat: dixit ab illis
qui tertio digitorum internodio inſeruntur in pede, nō ſolum tertios primosq; articulos in fle-
xionem duci, uerùm primum, ſecundum & tertium internodiū ipſorum ope flecti. quod ſanè
neceſſum eſſet, ſi modò tranſuerſi ligamenti ui tendines illa quibus tantū incūbunt, oſſa moue-
re donaremus. At ita non ſuffecerat adhuc illis [n] tendinibus, quos nos tertiū internodiū flecte- *n 14 tab.I.*
re diximus, à Galeno inſigne illud flectēdi munus aſſcribi, quinetiam [o] primum muſculum, qui *o 14 ta.θ.*
ſecūdis quatuor digitorum internodijs inſeritur, prima quoq; internodia flectere, orationi ad-
dendum uenerat. quum & illius muſculi tendines eodem cum alijs tendinibus in primo digito
*Primus & 2 & 3 muſculi quo modo in ſimijs ſe habeāt.* rum oſſe ligamēto obuelentur. Cęterùm functione poſtpoſita, qualiter in caudatis ſimijs prę-
ſentes muſculi habeant enarrare nō grauabor, haud interim immemor Galeni loci, quo tendi-
nes nō eodem ſemper modò permiſceri tradidit, ne fortè quis meipſius dogmata nimis perfun
ctoriè arbitretur expendere. Simiæ igitur primū muſculū, quo ſecunda digitorū flectuntur in- *Hæc ex hominis fabrica ſunt obuia.*
ternodia, cū hominibus cōmunem habent: at tanto longioribus donatū tendinibus, quāto in-
teruallo ſimiæ pes hominū pedē unà cū digitis in longitudine pro proportione ſuperat. Secun
dus quoq; & tertius in tibia eodē modo ſimijs atq; hominibus collocantur. quū tamē tendinē
educūt, nō ex altero latere illū promūt, ſed cæterorū muſculorū modo coarctati illū emittunt.
quod etiā in ſimiarū quinto pedē mouentiū muſculo uſu uenit. Deinde tendines quoq; pedis
plantā ut in hominib. ſubeunt, & ubi x literæ inſtar inſectionē moliuntur, ſecundi muſculi ten
do tendini tertij muſculi prorſus permiſcet̃, atq; ex ambobus unus quodāmodo conſurgit ten
do, à quo tranſuerſim portiuncula ad pollicē fertur, illi prorſus ſimilis quā in caudatarū ſimia-
rū manu à tendine indicē accedente, in uolæ medio ad pollicē ferri retulimus. Reliqua uerò hu-
ius permixtionis pars in quatuor tendines diuiditur, eam portionē quæ pollici exporrigit̃ mo-
le uincētes. hi ut in homine ſub primi muſculi tendinibus deducti, tandē latiores redditi tertio
*Muſculi primos articulos flectentes, tertium muſculū in numero ſuccedentes, ac decem nobis enumerati.* internodio inſerūtur. [p] Muſculi primos digitorum pedis articulos flectentes, in homine illis *p 15 tab.L, deinc.*
ferè reſpondent, [q] qui in extrema manu inter poſtbrachialis oſſa conduntur. uerùm in pede *q 8 tab. ſub Δ*
ita exactè ac in manu diſtingui nequeunt. Rudis enim indigeſtaq; moles in planta conſpicitur,
quæ ad amuſſim carnea eſt, & fibris rectis interſtincta. deinde ſecundùm pedij longitudinem
ducta, & illius quoque interualla opplens, in quinq; digitorum radicem implantatur, utrinque *r 2 fi. ca. 33 li. 1 r, r.*
ad primi internodij latus uerſus interiora inſertionem tentans. Hanc ſanè carneam molem ex
ſententia in muſculos proprios, quemadmodum in manu ſubdiuidere nequeo, quantumuis
etiam ſibi implicatas quaſdam inſcriptiones commonſtret. Vtcunque ſit, hæc non minus
quàm in manu ualida eſt, & primorum articulorum flexionem perficit, quam primus pollicis
articulus parē cum primis quatuor reliquorū digitorū flexione adipiſcitur. Vnde etiā carneæ
illius molis [s] pars ad pollicem porrecta illis reſpondet partibus, quæ cæteros digitos adeunt. *s 14 ta.B.*
Integrū itaq; erit propter obſcuras impreſſiones, & quandā cum manus muſculis imaginem,
&



& parem quoque functionem, hîc decem muſculos quinque digitorum primis articulis in fle-
xione famulantes enumerare, ut bini ad ſingulos digitos referantur, atque hi decem tribus reli
*t 4 t. r. 1 α* quis flexionis autoribus aſſcribantur. [t] Decimusquartus igitur, cui quatuor digitos exten- *Decimusquartus.*
*2 α. 3 r. 5 Ω.* dendi munus concreditur, in anteriori tibię ſede locatus, ſub [u] ſexto pedem mouentiū muſcu-
*u 3 ta. τ.* lo reconditur. A' tibiæ enim oſſe, qua fibulæ ſub genu articulo connectitur, hic muſculus ner-
*x 4 ta. charact. 10.* ueum aſſumit [x] principium, quod ilico ab exortu carneum euadens, recto tramite deorſum uer
*y 4 ta. charact. 11.* ſus pedem deſcendit, in medio propemodū [y] ductu carnoſam ſui [z] portionē ab externo latere
*z 4 tab. Ω.* diffundens: quæ deorſum protenſa, ea eſt quā nonum inter pedem mouentes muſculos recen-
ſuimus. Poſtquam uerò decimusquartus digitos mouens muſculus hanc eduxit portionē, car-
*a 1 ta. A.* noſus adhuc deorſum tantiſper fertur, dum tranſuerſum [a] ligamentū à tibia in fibulā pronatū,
*b 4 ta. charact. 12.* anterioremq; tibiæ ſedem occupans, contingat. Ibidem enim in [b] tendinem degenerat, qui per
id ligamentum ueluti per anulum prorepit, ac priuſquam ligamentum prætergreditur, in qua-
tuor alios tendines ſcinditur, qui per pedis ſuperiora æquales angulos conſtituentes, ad qua-
tuor digitos pertingunt, ac toti illorum longitudini ampliores redditi inſeruntur, & ſimul tres
*c 5 tab. Φ. 1* illorum articulos extendunt. [c] Decimusquintus muſculus ad pollicem ſpectat, & in anteriori *Decimusquintus.*
*tab. γ. 2 Θ. 3* tibiæ ſede collocatus, partim nuper commemorato [d] muſculo ſubijcitur, partim uerò illius in-
*μ. 4 cha. 14* terno lateri exporrigitur. A' tibię enim oſſis [e] externo latere, ubi membraneum [f] ligamentū totā
*5 ta. cha. 7.* tibiæ longitudine fibulam tibiæ oſſi colligans, ab ipſa educitur, hic muſculus principiū ſumit,
*d 4 ta. τ.* quod carnoſum in ea ſede incipit, qua iā tibiæ os à fibula dehiſcit. Hinc muſculus deorſum pro
*e 1, 3 fi. ca. 31 li. 1 f.* tenſus, ac ligamento illi pertinaciter adnatus, anteriorem tibiæ oſſis ſedem adit, ac in [g] tendinem
*f 15 ta. T inter R, S.* finiens, per tranſuerſum [h] ligamentū in anteriori tibiæ regione conſiſtēs ducitur. dein per pedis
*g 5 ta. charact. 5.* ſuperiora ad pollicē prorepēs, toti ipſius longitudini inſeritur. Huius muſculi beneficio pollex
*h 1 ta. A.* in neutrū latus inſigniter uergens extendit̃. Neq; alius ex tibia homini in ſuperiorē pollicis ſedē *Muſculus in ſuperiori pedis ſede locatus, & pollicē tresq; ipſi proximos digitos extrorſum abducens, & numero 16.*
*i 5 tab. τ. 6* inſeritur. Verùm [i] alius toti pedis ſuperiori regioni ſecundū longitudinē obductus, externo ſu-
*ta. Ω. 2 π. 5* perioris pollicis ſedis lateri tēdinē inſerit, cuius ope pollex alijs digitis adducit̃. Iuxta latus enim
*tab. chara. 17. 7 δ.* tali, [k] ubi calcis oſſi os teſſerā referens coarticulat̃, ab huius ſedis ligamētis ampla moles carnea
*k 1 fi. ca. 33* enaſcitur, quæ antrorſum obliquè uerſus digitos porrecta, in quatuor carnoſas partes dirimit̃,
*lib. 1 cha. 4 ad Δ.* quæ ſingulę teretē efformant tendinē. Horum quatuor tendinū intimus pollicis externo lateri
uerſus ſuperiora inſeritur. Secundus ab hoc, indicis externo lateri implantatur, tertius uerò me
dij digiti, quartus autē anularis, adeò ut ſolus paruus huiuſmodi tendine deſtituatur. quanquā
ſemel & admodū obſcurè illi quoq; exiguū tendinē exporrigi animaduerterim. Horū tendinū
beneficio, quatuor digiti illis donati, in externū latus abducunt̃. Num uerò huiuſmodi carneū
corpus in hos deductū tendines, unius aut pluriū muſculorū uice numerandū ſit, nō uehemen
ter inſtandū arbitror, quū in ortu unicus uideatur eſſe muſculus, et poſtmodū uti diximus, plu
rimū in quatuor tendines ſubdiuidat̃. Verùm ex Galeni ſententia, duo hîc eſſent muſculi, quo-
rum unus indicē & mediū à pollice abduceret, alter uerò anularē & paruum extrorſum in latus
amouerēt, deinde ex tibia in pollicē alius inſereretur, eius tendinis uicē ſupplens, quem ab hoc
carneo corpore in pedis ſuperiori ſede locato, in pollicē inſeri cōmemorauimus. Verùm nō mi-
rum eſt Galeni deſcriptionē hîc plurimū à noſtra uariare, quū inſigniter ibidē ſimiæ ab homi-
num conſtructione differant. Illis nanq; in pollicis ſuperiora à tibia duo exporriguntur muſcu-
li, quemadmodū in manu accidit, deinde duo in ſuperiori pedis ſede repoſiti uiſuntur, quatuor
digitos à pollice abducentes. Age igitur doctrinę gratia, in homine nobis enarratū iam muſcu
*l 2 tab. π. 9 λ. 13 r.* loſum corpus unius loco habeatur, ſitq; is pedis digitos mouentiū decimusſextus. [l] Decimusſe *Decimusſeptimus.*
ptimus igitur in externo latere pedis reponitur, inſignis utcunq; muſculus, & ab externo latere
*m 1, 7 fig. ca. 33 li. 1 f.* calcis oſſis, ubi id [m] tuberculū quoddam gerit, nerueo principio enatus. Atq; hoc quidem illud
eſt, quod ferè in medio longitudinis oſſis calcis extuberat, huius quem nunc narramus muſcu-
li gratia efformatum. Principium muſculi non procul ab exortu carnoſum efficitur, exqui-
ſiti muſculi formam exprimens. Priuſquam uerò ad primum parui digiti articulum pertin-
gat, in teretem finit tendinem, externo lateri primi illius oſſis inſertum. Hic muſculus quum ua-
lidus admodum ſit, etiam ſi paruus digitus à decimoſexto nullum tendinem exigat, eius di-
giti abductionem plus ſatis perficit, quemadmodum etiam in hominis manu factum eſſe affir-
*n 1, 3 tab. ξ.* mauimus. [n] Decimusoctauus interno pedis lateri ſecundùm totam ipſius longitudinem pro- *Decimusoctauus.*
*2 ta. τ. 6 χ.* tenditur, muris quoque effigiem proximè exprimens. à ligamentis enim calcem talo conne-
*7 1. 13 ρ. 14 t.* ctētibus nerueum aſſumit principium, quod craſſius carnoſiusq; effectum, tandem in teretem
degenerat tendinem, externo lateri prioris articuli pollicis implantatum. Huius muſculi bene-
ficio pollex introrſum à cæteris digitis abducitur. In ſimijs adhuc unus eſt à pedij oſſe indi-
ci præpoſito in pollicem pronatus, ac illum indici quàm poteſt proximè admouēs, quo homi-
g 2 nes

gioni obtensam. Quod uerò exterioris huius trunci reliquum est, ad hunc modum inter musculos anteriorem tibiæ sedem sibi uendicantes prorepens, illisq; musculis ramulos offerens, [f] ligamento incumbit, fibulam tibiæ ossi secundùm totam tibiæ longitudinem colliganti, ac unà tandem cum tendinibus digitos extendentibus sub[g] transuerso huius regionis ligamẽto in pedis superiora ducitur, & penitiùs sub tendinibus latitans, digitorum superiori sedi ramos exporrigit. Anteaquam tamen transuersum id ligamentum subit, [h] ramulum deriuat cuti intertextum, qua ipsum ligamentum integitur. Ãt præter eum ramulum [i] magnam sui portionem sub medio longitudinis tibiæ per membraneũ transmittit ligamentum, fibulam tibiæ ossi colligãs, atq; hæc portio [k] interiori trunco quarti nerui permiscetur, quem pedis inferiora accedere mox dicam. Interior itaq; quarti nerui truncus, qui exteriori multo grandior est, inter capita primi ac secundi pedem mouentium musculorum in tibiam subiens, mox [l] ramum diffundit multipli ci sobole in cutem digestum, quæ posteriori tibiæ sedi ad calcem usq; obducitur. Quanquam interim ramus ille non uniuersus in cutem absorbetur, uerùm ipsius etiam portio [m] inter quartum pedem mouentium musculum, & primum quoq; & secundum tantisper fertur, quousq; tres illi musculi uniantur. nam & hîc quoq; portio illa cutem adit. Ipse uerò interior truncus in posteriorem tibiæ sedem penitius prorepens, fertur inter quartum pedem mouentiũ musculum, & quintum pedem mouentium, duosq; qui à tibia procedentes digitorum flexui præsunt. Hàc itaq; deorsum tendens, exterioris trunci [n] propaginem assumit, huc per membraneum ligamentum transmissam. Quum uerò hoc interioris trunci reliquum ad tibiæ usq; humiliora contendit, unà cum huius sedis tendinibus per [o] transuersum ligamentum inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora petit, musculis inibi repositis distribuendũ, ac singulorum digitorũ inferiori sedi duos surculos oblaturum. Quot autem hîc reponantur [p] musculi, in secũdo libro dilucidè commemorauimus. Quando hîc collocari dicebatur, qui quatuor digitorũ secundos flectit articulos, & qui quatuor digitos pollici adducunt, & qui primos quinq; digitorum flectunt articulos, & qui pollicem maximè ab indice abducit, & musculus minimum digitum à cęteris remouens. Verùm uti in manu quoq; dictum est, nerui his musculis potius attenduntur, quàm innascantur, aut inserantur. Porrò præter hanc quarti nerui seriem, etiam subinde [q] inue nies exteriorem truncum priusquã pedem contingat cessare, multoq; minus per membraneum ligamentum fibulam tibiæ ossi colligans, sui portionem interiori offerre. Imò ab interiori trunco, quum posteriori sedi eius ligamenti exporrigitur, [r] ramum educi animaduertes, qui ligamentum id perforãs deorsum fertur, inter musculos in anteriori tibię sede positos, ac hinc per transuersum ligamentum in tibiæ anteriori sede conspicuum prorepens, superiori digitorũ sedi ramulos communicat. Qua autem administrandi ratione hanc seriem obserues, ad finem septimi libri recensebo: ubi non hanc modò persequar, uerùm omnem uenarum, arteriarum, ac neruorum sectionem, quæ ad manus curaq; potissimùm spectant. nam eorum uasorum quæ uiscęribus sunt propria, sectionem in trium subsequentium librorum calce priuatim perstringam: quando earum partium, quibus uasa illa committũtur, administrandi rationem pertractabo:

præsenti libro iam colophonem, neruorum non ineleganti delineatione hîc insuta, addens.

NER-

f 15 muscul. tab. T.

g 1 muscul. tab. A.

h 2 fig. cha. 85.

i 2 fig. cha. 82.

k 2 fig. cha. 80. uit. fi.

l 2 fig. cha. 81, 82. uit. fi.

m quasi cu. x.

n Seriatim specta posteriorẽ tibiæ sedem 11, 12, 13, 14, 15 musc. tabularium.

n 2 fig. cha. 82.

o 2 musc. tabu. e.

p Specta pedes 14, 15 tabularum.

q Hac series spectatur ulti. fig. v ulti. figu. v à w.

r ult. figu. à y educitur v.



# NERVORVM DELINEATIO, QVAE SEPTEM PARIVM NERVORVM QVI A CEREBRO ET DORSALIS MEDVLLAE INITIO PRONASCVNTVR, ORTVS PROPONIT, ET DISTRIBVTIONEM seriemq; omnium quæ à dorsali medulla in dorso complexa originem ducunt, pulcherrime refert, uti huius figuræ characterum Index docebit.

PRAESENTI figura cerebrum una cum cerebello ce nebrisq; exonerabo: eum in modum dictum est, ut ostendamus, quasi à calluaria cranii cępue in posteriore quidem maximè flecterit, sursum retrosumq; oculos aduerus. Vt uerò characterum Index huic charæ pulchrè adhiberi possit, figuram ac scalptoris cauere brachio ac cruce delineauimus, præcipue quum eadem utrunq; seruio.

A, B, C Cerebri ex altero latere basis notatur, ac A indicat partem ipsius ad nertium summum prominulam, nonnullisq; mamillarem: prominentiam nuncupatam. B uerò cerebri partem infimam, amplum cal-



x, x Prolegines nervorum ex lumborum nertebris exilientium, quæ ab omnibus & huius sedis musculis & cutem disseminantur.

y Nervulus ex eadem frequenter pretens, hicq; resectus.

z Prolegines sextum sinum mouentium adeuntes musculum.

& Pubis sinum sternentes musculi.

*Quatuor musculi, digitos quatuor pollici adducentes, seu 19, 20, 21, 22.*

nes destituuntur. Quare etiam post decimumoctauum in homine[o] quatuor tantum adhuc supersunt musculi, quatuor digitos in internum latus ducentes. qui similiter atque in manu, illis [p] tendinibus exporriguntur, qui tertium digitorum flectunt internodium. Quamuis in hoc pedis musculi à manus uarient, quòd illi non à tendinum inuolucris horũ modo, sed à calcis osse exoriantur. A' ligamentis nanque ossa tarsi posterioribus pedis ossibus in planta colligantibus musculorum corpus enascitur, quod in quatuor postea graciles diductum musculos, interno quoq; lateri quatuor digitorum inseritur. Si itaq; carneam hanc molem quatuor musculorum loco habueris, omnes pedis digitorum in homine musculi, duo erunt & uiginti. Si uerò unius loco id corpus numeraueris, tantum erunt decem & nouem. Rursus prout id[q] corpus, quod pollicem & tres ipsi proximos digitos in externum latus ducere dixi, in plures dissecueris, numerum quoq; augebis.

## DE LIGAMENTIS ILIVM OSSA SACRO *colligantibus, & coxendicis ac genu articuli, deq; reliquis omnibus quæ in tibia & pede habentur ligamentis. Caput LXI.*

*Ligamenta sacri ossis cum ipsis adnexis.*

*Perpauca ligamenta delineauimus, et quæ membranea sunt ab ossium potissimũ circumscriptionibus petẽda et confingenda ueniunt.*

LIGAMENTVM ilium os sacri ossis lateri colligans, robustũ est, & membraneum, uniuersam commissuram ambiens. Portio tamen ipsius in medio, ubi inuicem ossa committuntur, sese inserit, ac ita ualida crassaq; efficitur, ut cartilaginei ligamenti naturam prorsus repræsentet, cuius beneficio, & demum cartilaginis quoq; interuentu, ilium os sacro ualidissimè nectitur. Quemadmodum igitur cartilaginis intercessu, & ligamento orbiculatim commissuram ambiente, pubis ossa inuicem connectuntur, ita quoq; iliũ os sacro coarctatur. Præter hæc sacri ossis ligamenta[a] aliud ex latere connexus quinti ossis sacri cum sexto quodammodo teres enascitur, atq; in acutum processum coxendicis ossis inseritur. Quin etiam ab eodem sacri ossis latere, in ossis coxendicis appendicem, aliud[b] ligamentum enascitur, quod unà cum prædicto ossa hæc firmiùs connectit, & præterea recti intestini, & musculorum ipsius fulcrum existit.

*Membrana pubis ossis foramen occupans.*

Postremò in pubis ossis foramine[c] membrana uisitur, illi omnino similis, [d] quæ secundùm cubiti longitudinem radium ulnæ colligat. substantia enim huic ad amussim respondet, & fibris constat deorsum in latus obliquè procurrentibus.

*Femoris ad coxendicis os.*

Ligamenta femur coxendicis ossi adnectentia, duo magis præcipua censentur, [e] unum orbiculatim articulum amplectens, cuiusmodi etiam alijs articulis est commune. Cæterùm ne aliquando femoris caput luxaretur, quoties uarijs motibus femur magnam corporis molem sustentans mouetur, ligamen hoc quod diximus, crassissimum robustissimumq; euasit, nulli ligamento ex his quæ articulos circundant, crassitie secundum. Et tanti momenti ususq; id ligamentum Græci esse putarunt, ut etiam totius articuli nomine illud ἰσχίον appellare non dubitauerint. Quin etiam huic ligamento articulum ambiente, non solum priuata crassities duritiesq; accessit, uerùm hoc peculiariter sibi uendicat, quod neq; capitis femoris, neq; acetabuli ossis coxendicis supercilio inseritur, aut ab illis prodit: totam enim femoris ceruicem ambit, illi nusquã quàm ad magni femoris processus radicem orbiculatim circumnatũ, reliquæ autẽ parti tantum citra omnem connexum incũbit. deinde acetabuli supercilio non adnascitur, sed paulò supra supercilij radicem ossi coxendicis. Atq; hîc prouidè Natura ab aliorum articulos ambientiũ ligamentorũ fabrica reclinauit. nam si aliorũ ligamentorũ ritu supercilijs connatũ fuisset, neutiquã oblongum femoris caput aptè moueri permisisset. Quod sanè ad amussim spectabis, quum inter secandum femora inuicem adducere, & rursus abducere conaberis. Mirum enim dictu est, quàm femoris caput antrorsum extra sinum fertur, dum alterius pedis calcem, ueluti perpendiculi lineam, medio interioris lateris alterius pedis adhibemus: quod in illo pedum situ fieri cernimus, quum in choreis notam, quam bis simplicem uocant, hocq; signo .ʃʃ. indicant, erecti fingimus. Ad hæc, præter quàm quòd coxendicis ossis sinus admodum cauatus est, aliud adhuc ligamentum orbiculatim sinus supercilio adnascitur, quod sinum adauget, & eorum ligamentorum naturæ participat, quæ cartilaginea sunt. Verùm id cauitatem non solum auget, sed etiã in causa est, cur minus ossis supercilium in uehementibus femoris motibus, quum fragile sit, abrumpatur: sua enim duritie ligamentum impetui resistit, & sua mollitie cedens, eundem exoluit. Porrò [f] aliud coxendicis articulo peculiare ligamentum teres est, & adeò durum, ut cartilagineus neruus meritò ab alijs appellatus fuerit. Hoc ex medio capitis femoris enatum, non in acetabuli centrum inseritur, at in humilimam ipsius sedem, [g] ubi adeps, non autem cartilago, sinui oblinitur. Haud secus quàm si Natura ad superiora primas femoris luxationes futuras metuisset,

o 14 ta. λ, μ. 15 tab. N.
p 14 tab. ϑ, dein ν.
q 6 tab. n.
a 13 tab. o.
b 10 ta. λ.
c 14 tab. b.
d 7 ta. V inter S, T.
e fi. ca. 1 P, P.



tuisset, quum corporis truncus tot oneribus grauatus, femoris capiti tum præcipuè innititur, quum baiulos tot sæpe centenis libris onustos incedere, atq; ita uicissim uno pedi insistere animaduertimus.

*Ligamẽta genu articuli.*

[h] In genu uerò articulo, præter commune ligamentum omnibus obductum articulis, alia quædam ualida robustaq; rerum Opifex fabrefecit. quando enim quinque sunt genu articuli regiones, anterior, posterior, interior, exterior, & media, singulis peculiare quippiam Natura præposuit. Anteriori quidem, quæ membraneo ligamento prorsus destituitur, & tamen regio admodum fallax, & summopere laboratura est, [i] mola patellaue simul cum illam continentibus tendinibus prætenditur: quæ quum abundè articulum stringat, nullo hîc opus erat ligamento, neq; etiam (ut dixi) membraneo, omnes articulos ambiente. Posteriori similiter laboraturæ, robustum neruosumq; ligamentum præponitur, quod ex media posteriori tibiæ regione originem capiens, rectà sursum fertur, & bifidum [k] utrorumq; femoris capitũ posteriori sedi, qua maximè illa dehiscunt, implantatur. Cæterùm mediæ regioni duabus nuper dictis digniori maioriq; egenti firmamẽto, Natura ualidissimum & cartilagineum largitur ligamentũ, quod ex tota prominẽtiori inter duos tibiæ sinus [l] parte enatum, femoris posteriori parti, qua ipsius capita maximè inuicem distant, cum paulò antè dicto inseritur. Verùm preter hoc ligamentum interdũ adhuc mucosum quoddam & gracile reperias, in medio genu articulo locatum, in anteriori nuper dicti regione: quod similiter à tibia in femur pronascitur. Exteriori regioni iniurijs magis quàm interior patenti, teres quoq; obductum est ligamen, femoris & fibulæ tibiæq; os inuicem colligans. Huius ligamenti humilius extremum, capiti [m] musculi substernitur, cuius tendinem ad posteriora inferioris fibulæ appendicis perreptãtem, ad pedij os pollici præpositum protendi relatum est. Porrò interior genu regio, quæ cæteris omnibus & minus erat motibus famulatura, & ijs quæ cruri lædendo occursant minus obuiatura, ligamen nanciscitur, iam dicto tum gracilius, tum mollius. Quod etsi ex interiori femoris latere enascatur, in tibiæ tamen latus non insertatur, sed uelut ad aliud exterius in tibiæ priora maiori sua portione contendit. Cæterùm præter hæc omnia, peculiaris huic articulo, quemadmodũ superiori libro scripsi, [n] cartilago inijcitur, quæ duritia exquisitę cartilagini nonnihil cedit, atq; cum ligamento quippiam cõmune exigit. Quantum uerò ad articuli genu securitatem ea cartilago ualeat, illic quoq; diximus. nunc autem in exteriori ipsius circumferẽtia, qua quodammodo ex articulo eminet membraneis ligamentis ex ipsa prodeũtibus, femori & tibię colligari, additum esse uoluimus.

*Liga. fibulã tibiæ ossi committentia.*

[o] Ligamen fibulam tibiæ iuxta genu articulum colligans, forte quidem est, sed ut in aliorum ossium commissuris, ab exteriori tantum parte ossium connexum circũdat. Quà uerò tibia fibulaq; inuicem dehiscunt, per totam ossium longitudinem [p] ligamentum membraneum habetur, illi par[q] quod in cubito repositum esse cõmemorauimus. atq; id à tibiæ osse in fibulam porrigitur, fibris intertextum à tibiæ osse deorsum obliquè in fibulam excurrentibus. Quemadmodum uerò conformatione hoc tibiæ ligamentum cubiti ligamento respondet, ita etiã parem cum illo usum præstat. fibulam enim tibiæ alligat, & interstitij ritu anteriores tibiam occupantes musculos à posterioribus dirimit, illisq; qui ipsi adnascuntur, exortus robur porrigit.

*Pedis ligamẽta transuersa.*

Pedis ligamentorũ nonnulla prius exposita sunt, [r] transuersa nimirum, quæ tendinibus obducuntur: quorũ quædã ad ossium cõmissuram simul faciunt, alia uerò duntaxat munimenta quędã tendinũ, & ne illi è suis finibus exurgant, uincula existunt. Sunt uerò transuersa pedis ligamenta, si obiter consideretur, tria. [s] Primũ in anteriori tibiæ sede ad ipsius cum pede articulum consistit, atq; ad tibiæ os & fibulam refertur: hoc enim ossa connectit, & plurimos tendines transmittit. Istud utcunq; perpendas, unũ simpliciter est. [t] Secundum ab interno malleolo in calcis os inseritur, atq; ossium quoque alligationi auxiliatur. si uerò exactè diuidatur, tres anulos, & ueluti tria ligamenta efformare uisitur, quæ priuatim ad suos quosque spectant [u] sinus, trium tendinum nomine, ut & ipsi tres sunt, exsculptos. quorum calci proximus [x] musculi tendinem admittit, qui pollicis secundum flectit internodium. Sinus huic accũbens, secundusq; [y] tendini uiam præbet, tertios quatuor digitorum articulos flectenti. Tertius uerò sinus unà cum ligamento in posteriori interioris malleoli sede repositus, à Natura illi tendini præparatus est, quem [z] musculus efformat, inter pedis motores quintus. [a] Tertium porrò transuersum pedis ligamentum à fibula in calcem fertur, atq; ad ossium ita colligationem iuuat: qua autem duobus sinibus obducitur (quum illi sinus duobus ossibus simul non sint communes) tantum tendinibus famulatur, [b] septimi & [c] octaui musculorum pedem mouentium. Ad hæc, in inferna pedis digitorum regione transuersa ligamenta perinde consistunt, ac in manu.

*Alia pedis ligamenta ossa tantum cõmittentia.*

Verum præter transuersa ligamenta, quæ etiam prius expressimus, in pede alia permulta habentur. Primum ex tibiæ osse in fibulam procedens, inferius tibiæ ossi fibulam colligat, membraneum similiter ac aliorum articulorũ ligamenta existens. Deinde & aliud quoq; reliquis articulorum

h Pete hæc ex figura 1 ca. X, S, V, T, & cæ.
i 8 ta. k.
k 1 fi. ca. 30 lib. 1 E, F.
l 7 fi. ca. 31 lib. 1 I inter F, G.
m 6 tab. φ.
n 8 fi. cap. 31 lib. 1.
o fig. 1 cap. Y.
p fi. 1 ca. a.
q 7 tab. V inter S, T.
r 1 ta. δ, v. 2 tab. Δ, Λ, Σ, ς.
s 1 ta. δ. 2 Δ & Λ.
t 1 tabu. v. 2 ta. ς.
u 15 ta. cha. 1, 2, 3.
x 14 ta. Λ.
y 14 tab. π & θ.
z 15 ta. D, E.
a 2 ta. Σ.
b 2 ta. χ.
c 2 ta. ψ.

# NERVORVM DELINEATIO, QVAE SEPTEM PARIVM NERVORVM QVI A CEREBRO ET DORSALIS MEDVLLAE INITIO PRONASCVNTVR, ORTVS PROPONIT, ET DISTRIbutionem seriemq; omnium quæ à dorsali medulla in dorso complexa originem ducunt, pulcherrimè refert, uti huius figuræ characterum Index docebit.





PRAESENTI figura cerebrum una cum cerebello cerebriq; exortibus eum in modum delineauimus, quasi à caluaria enudatum in ipsius basi ita conspiceretur, ut appareret si quis erectus caput in posteriora quàm maximè flecteret, sursum retrorsumq; oculos acturus. Vt uerò characterum Index huic chartæ pulchrè adhiberi posset, figuram ac si altero careret brachio ac crure delineauimus, præcipuè quum eadem utrunq; sit ratio.

A,B,C Cerebri ex altero latere basis notatur, ac A indicat partem ipsius ad narium summum prominulam, nonnullis q; mamillarem processum nuncupatam. B uerò cerebri partem insinuat, amplum caluariæ sinum subeuntem, qui ad latus sinus consistit, quo glans cerebri pituitam excipiens reponitur. C autem maximè posticam cerebri sedem tenet.

D,D Cerebellum.

E Sinister cerebri processus, organo olfactus subministrans.

F Nerui uisorij sinistri ortus.

G Neruorum uisoriorum coitus.

H Tunica, in quam uisorius neruus exoluitur, degenerat ue.

I Secundum neruorum cerebri par.

K,K Minor radix tertij paris.

L Crassior radix tertij paris.

M Quartum par.

N Quinti paris gracilior radix.

O Quinti paris insignior radix.

P Membrana, in quam quintum par in auditus organo præcipuè exoluitur.

Q,R Maioris quinti paris radicis propagines, quorum hæc per cæ cum elabitur foramen, illa uerò per aliud sibi proprium.

S Sextum neruorum par.

T Septimum neruorum cerebri par. atq; horum neruorũ progressus hic non delineari potuere, uti elegantissimè proponuntur secunda figura huius libri secundo Capiti præposita.

V Dorsalis medullæ ex cerebri basis medio initium.

O Dorsalis medullæ sedes qua caluariam egreditur.

1,2,&c Numeri characteres septem ceruicis, duodecim thoracis, quinq; lumborum, & sex sacri ossis indicat uertebras, atq; adeò triginta neruorum à dorsali medulla prosilientium paria, quorum seriem quam potui accuratissimè & simplicissimè in hac tabella meo marte delineatã expressi. Verùm quia hic locus exiguam characterum declarationem admittit, non omnes neruorum soboles literis insignitæ fuerunt.

P Septi transuersi sinister neruus, quem citra aliam characterum operam ex quarti, quinti & sexti parium propaginibus efformari constitit. Præmittum enim est delineationem intelligere, si prius descripta neruorum series hic picturæ accommodetur.

Q Neruus à quinto pari cuti summum humerum inuestienti, & deinde musculo brachium mouenti præcipuè distributus.

R Primus brachij neruus, ipsius q; propagines hic in cutẽ excurrẽtes.

S Secundus brachij neruus, ipsius q; in anteriorem cubitum flectentium musculum soboles.

T Tertius brachij neruus, ipsius q; propago cuti anteriorem brachij sedem inuenti oblata.

V Tertij nerui propago ad posteriorẽ musculum cubitũ flectentiũ

X Secundi nerui portio tertium accedens.

Y Ramus secundi caput adiens longioris radium in pronum mouentis musculi.

Z Secundi distributio in duos impares ramos.

a Minor ramus secundum radium cuti ad pollicẽ usq; exporrectus.

b Crassior ramus mox in duas propagines diuisus, quarum series in conspicuo est.

c Tertij nerui soboles in musculos internam cubiti sedem occupantes digestæ.

d Tertij ramus radio exporrectus, ac dein pollici & indici & medio surculos offerens.

e,e Quartus brachij neruus. atq; inferius e ramos notat musculis cubitum extendentibus depromptos.

f Quarti ramus internam brachij cutem adiens.

g Quarti ramus externam & posteriorem brachij accedens cutem.

h,h Quarti ramus cuti externæ cubiti digestus.

i Quarti præcipua distributio ad ingressum cubiti.

k,k Quarti ramus radio exporrectus, & externæ sedi pollicis, indicis, & medij soboles offerens.

l,l Quarti ramus ulnæ exporrectus, & musculis ab externa ipsius sede initium ducentibus ramulos exhibens, ac ante brachiale cessans.

m Quintus brachij neruus.

n Quinti nerui series in musculos ab interno brachij ossis tubere pronatos.

o,o Quinti nerui ramus ulnæ exporrectus, & internæ sedi parui digiti & anularis, aliquando & medij ramusculos dispergens.

p Dicti modò rami soboles in externam manus sedem reflexæ, ac externæ parui digiti sedi & anularis & medij surculos dispensans.

q,q Sextus brachij neruus, ipsius q; sub cute tantũ ducta series. Quis uero brachij neruorum sit exortus, principiorum que plexus, absq; notis promptè dignoscitur.

r,r,r Nerui sunt intercostales, illic præcisi, quà cum costis antrorsum reflectuntur.

s,s Rami in posteriora deducti, hic etiam undiq; obuij.

t,t Huiusmodi serie nerui musculos adeunt thoracis ossibus insertos.

u,u Propagines indicantur, sexti paris neruorum cerebri ramum costarum radicibus exporrectum augentes.

x,x Propagines neruorum ex lumborum uertebris exilientium, quæ ab dominis & huius sedis musculis & cuti dispensantur.

y Neruulus testem frequenter petens, hicq; resectus.

z Propagines sextum femur mouentium adeuntes musculum.

Ω Primus femur petens neruus.

α Primi nerui propago cuti oblata.

β Primi nerui propago altius inter uiusculos absumpta.

γ Secundus femur petens neruus.

δ,δ Secundi nerui soboles per internam femoris et tibiæ sedem ad pedis usq; superiora sub cute excurrens.

ε Secundi nerui propago musculis anteriorem femoris sedem occupantibus depromptæ.

ζ Tertius femoris neruus.

η Tertij propago, internam femoris cutem implicans.

θ Tertij propago musculos adiens.

ι,ι Quartus femoris neruus, cuius exortus æquè atq; trium superiorum est conspicuus.

κ,κ Series anteriorum propaginum inferiorum parium è sacro osse prodeuntium.

λ Dorsalis medullæ extremum.

μ Quarti femur petentis nerui propagines ad capita musculorum à coxendicis ossis appendice prodeuntium sparsæ.

ν Quarti nerui soboles in posteriorẽ femoris cutẽ ad medium usq; longitudinis femoris excurrẽs.

ξ Propago præcipuè in quarti tibiam mouentium musculum, ac dein tarsi quam posteriorem femoris cutem iuxta genu digesta.

ο Soboles in musculos ab inferioribus femoris capitibus pronatos.

π,ϱ Quarti neruj in duos truncos distributio. ac π quidem minorem, ϱ uerò insigniorem notat.

σ Minoris trunci propago, externæ tibiæ cuti ad parui digiti usq; ex remum dispensa.

τ Propago fibulæ inter

υ Ramulus anteriorem tibiæ cutem implicans.

φ,φ Grandioris trunci ramus internæ cutis huc ad pollicem usque digestus.

χ Grandioris trunci ramus, posteriori tibiæ seu suræ uti exporrectus.

ψ Grandioris trunci ramis, ligamentum peneträs fibulam tibiæ quà hæc ossi inuicem delisciunt committens, ac dein ad digitorum usq; superiora excurrens.

ω Præcipua grandioris trunci portio, inter talum os & calcem pedis inferiora petens, singulisq; digitis surculos offerens.

LIBRI QVARTI FINIS.

ligamentis reſpondet, quod uniuerſum articulum tibiæ cum talo amplectitur. Poſt hæc quatuor ſunt ligamenta cartilaginoſa, ex quibus nonnulla in alto conduntur, alia exteriùs oſſa ambiunt, quæ ſimul omnia talum quatuor quibus firmatur oſſibus connectunt. Primum ex internis tali partibus, quibus interno malleolo excipitur, originem obtinet, & in tibiæ oſſis partem, quæ talum reſpicit, innaſcitur, id os talo colligans. Secundum exterius eſt, interioríq; reſpondet, fibulam talo nectens. Tertium cæteris robuſtius, & admodum inſigniter cartilagineum, ab inferiori tali ſede propter ipſius ceruicis radicem, nimirum quà calci is committitur, principium ducit, & calci inter duas quibus talo coarticulatur, commiſſuras innaſcitur. Quartum tali caput oſſi nauiformi connectit. Ex tali enim ceruicis termino originem ducens, iam dicto oſſi inſeritur, uniuerſum'que ambit articulum. Verùm præter cartilaginea hæc, membraneum aliud ligamentum omni ex parte calcis cum talo obducitur articulo, & ualidum quoque aliud à tali ceruice in teſſeram imitans os implantatur. Porro ligamen calcis os huic teſſeræ ſimili oſſi committens, robuſtum quoque eſt, & cartilagineum, ſed duntaxat articulum amplectitur. Quemadmodum uerò in manu brachialis oſſa inuicem duriſſimis cartilagineisq; ligamentis colligantur, ita quoque tarſi oſſa tum inuicem committuntur, tum etiam oſſi cymbam imitanti adnectuntur. Validiſſimum autem & peculiare uinculum in inferiori parte tarſi oſſa obtinent, quod non ſolum extrema uincit, imò penitiùs ſingulis inſertum, oſſium quoq; media inuicem conſtringit. Pedij autem & digitorum ligamenta manus ligamentis correſpondent. Sunt enim omnia membranea, his tantum exceptis quæ ſuperiori pedij oſſis interuallorum parti immittuntur. illa ſiquidem cartilaginea ſunt, & in profundo articuli genu repoſiti [d] ligamenti naturam referunt.

*Hæc nullibi picturis propoſuimus, ſed ex oſſium delineationibus petūtur, ex figuris ſcilicet ca. 31 & 33 lib. 1.*

d fi. ca. 1 X.

## *MVSCVLORVM IN TIBIA ET PEDE SEdem obtinentium, & ligamentorum omnium quæ hactenus non reſecta ſunt, adminiſtrandi ratio, muſculorumq; qui tibiam & pedem occupant, numerus.* Caput LXII.

*Quot muſculi in poſteriori tibiæ ſede conſiſtant.*

SI modò omnes muſculos pedis ac digitorum motibus famulantes memoriæ confirmandæ cauſa in ſuis ſedibus ordine recenſebis, in poſteriori tibiæ ſede, primùm [a] duo occurrent, à radice inferiorum femoris capitū ducentes originem, & ſuræ non mediocrem portionem effor mātes. poſt hos ſeſe exhibet [b] qui totius corporis longiſſimum promit tendinē. Sub hoc ſuræ [c] maximus, ſeu pedem mouentium quartus conſiſtit, in calcem ualidiſſimè cum nuper commemoratis inſertus. Huic ſuccumbit [d] qui pollicis ſecundum internodium flectit, deinde [e] qui quatuor digitorum tertij internodij flexionis præcipuus autor eſt. omnium autem intimus habetur, [f] qui pedem in poſteriora ducens, uni ex tarſi oſſibus implantatur: adeò ut iam omnes poſterioris tibiæ ſedis muſculi ſeptenarium conſtituant numerum. præter [g] muſculum in poplite latitantem. Si enim & illum poſterioribus tibiam amplexātibus muſculis adnumerare uiſum fuerit, octo tunc in poſteriori tibiæ ſede conſtitues. In anteriori tibiæ ſede unà cum illis, [h] qui propriè externum ipſius latus occupant, ſex numero deſcripſimus. [i] Primus quidem, qui pedij oſſi pollicē ſuſtinenti inſeritur. [k] Secundus, qui quatuor digitos extendit. atq; huius [l] portio, quæ in pedij os minimo prælocatum digito inſeritur, tertius erit. Aut ſi hanc portionē à ſecundo non diſtinxeris, iam duo duntaxat hactenus tibi in anteriori tibiæ ſede habentur. At age, tres eſſe dona, ac [m] quartū enumera, cuius ope pollex extenditur. [n] Quintus uerò, qui fibulæ exporrectus, pediſq; inferiora ſubiens, in os pedij pollicē ſuſtentans inſeritur. [o] Sextū autē, qui iam dicto ſuccūbens, pedij oſſi ante minimū collocato implantatur. In inferiori pedis ſede [p] ligamentū primū ſeſe offert, lati tendinis uicē gerens: poſtmodū [q] muſculus ſecundum quatuor digitorū os flectens, deinde [r] utrinq; ad huius latera unus, hic quidem pollicē introrſum ducens in latus, ille uerò minimum extrorſum abducens. poſt hos in conſpectum ueniunt [s] tendines, tertia quatuor digitorū internodia flectentes: quibus exporriguntur [t] quatuor illi muſculi, quatuor digitos pollici admouentes: omniū autē intimi illi conſiſtunt, [u] qui primos digitorū articulos flectunt. In ſuperiori autē pedis ſede illud duntaxat [x] muſculoſum corpus reponitur, quod pollicē & tres illi proximos digitos in latus externū abducit. Cęterum hæc muſculorū ſeries, etiam ſectionis rationē cōmonſtrat, quam in eo crure conſpicaberis, in quo iam antè tibiā mouentes muſculos reſecuiſti. Per ſuræ itaq; longitudinē ſectio in cute & adipe & carnoſa mēbrana ad calcem uſq; ducetur, deinde alia ab interno pollicis latere ad calcē uſq;, & hinc per pedis exteriora ad paruū uſq; digitū tentabitur, adeò ut uniuer-

*Quot in anteriori tibiæ ſede.*

*Quot in pede.*

*Adminiſtrationis ſeries.*

a 12 tab. Φ, Υ. b 13 tab. Φ. c 13 tab. Υ. d 14 ta. Λ. e 14 tab. Ξ. f 15 tab. D, E. g 14 tab. Γ. h 2 ta. X, Ψ. i 3 tab. Υ. k 4 tab. Υ. l 4 tab. Ω. m 5 ta. Φ. n 6 ta. Φ. o 6 tab. Υ. p 13 tab. Π. q 14 ta. Θ. r 13 ta. ρ, ſ. s 14 ta. Δ, Λ. t 14 tab. λ, μ. 15 ta. N. u 15 ta. L, c. x 6 tab. Ω.



ſam tibiæ & pedis cutem auferre poſſis, ea tantum relicta quæ plantam induit. Quum primùm igitur laniorum more hoc præſtiteris, acutiori nouacula à calce cutem adimes, per adipem tranſuerſis ſemper ductis ſectionibus. In quo opere attento animo cutis connexus ſpectandus uenit, qui ad liueſcentem perficitur [y] ſedem muſculi ſecundum quatuor digitorum os flectentis, num ſcilicet tendo aliquis citra adipis interuentum cuti proximè adnaſcatur: ac deinde quum nullus erit tendo, cuiuſmodi ligamentum id cenſere debeas, quod ego nunc primus lati tendinis in manu uices gerere dixi. Vbi hæc (adhibita ſectioni quoque ſimia, aut ſi eius copia non detur, cane) hæc in pedis planta eo diligentius, quo ego hic tibi plura recenſuerim paradoxa, intuitus fueris, ad tibiam te conferes, ligamento illo à muſculo qui ſecundos quatuor digitorum articulos flectit, nondum deraſo. Atq; hic omniū primum ſpectabis, quî ex tota excarni tibiæ oſſis [z] ſede membraneū ualidumq; ligamentū prodit, quod pertinaciter omnibus in tibia repoſitis muſculis obnaſcitur, & eorū ſummas ſuperficies unà connectit, & ueluti uinculi uſum præſtat, cuius beneficio muſculi in ſua ſede non errantes, continentur. Mox nouacula, aut cultello à femoris inferioribus capitibus, [a] duorum muſculorum principia liberabis, quos primos in poſteriori tibiæ ſede dicebam occurrere. In horum capitum diſſectione aliud nihil cauendum eſt, quàm ne cum externo muſculo, tertij [b] muſculi caput ab externo femoris capite unà imprudens adimas. Illud enim capitulum opportuniſſimè ſeruatur, donec primos duos à quarto eo uſque diuulſeris, ut iam amplius communem illorum tendinem à quarto [c] diſſecare non ualeas. Reflexis itaque his duobus, tertij quoque caput liberabis: quod in manu ſiniſtra aſſumens, à quarto [d] muſculo deorſum uelles: atque id citra negotium tantiſper feceris, dum ad quarti muſculi internum latus perueni as. hic enim cultello acutiori à ſubditis ad calcem uſque eſt diſſecandus. Dein ipſius inſertio tanto accuratiùs eſt animaduertenda, quanto hæc in hominibus à ſimijs magis uariat. Hoc itaq; à calcis oſſe liberato, pedem mouentium quartum, & totius ſuræ maximum muſculum ſuo exortu libera, & utrinque ad ipſius latus, quà ſubditis incumbit corporibus, longam ſectionem ducito, quæ membraneum id ligamentum inuolucrum'ue diuidat, cuius auxilio muſculos inuicem externa ſuperficie connecti diximus. Siquidem ilico atque muſculum ſuis lateribus & capite liberaueris, promptiſſimum erit illum à ſubditis ad calcem uſque detrahere. Vt uerò accuratiùs inſertionem ſpectes, profuerit illum proximè ab oſſe acutiori nouacula ſeparare, & dein ſtudioſe expendere, num fortaſſis aliqua tendinis huius portio latum in pede produceret tendinem. nam & id quoque ſemel Galenus uidetur innuere. Tempeſtiuum itaque erit, à [e] muſculo quatuor digitorum ſecundum internodium flectente, [f] ligamentum illud abradere, quod ego tendinis lati uicem gerere protuli. Deinde ſedulò à calcis oſſe, [g] muſculus ille liberabitur, qui paruum digitum in externum latus abducit, & ſtatim ille [h] qui pollicem in internum latus à cæteris digitis amouet, ut [i] muſculus quatuor digitorum ſecundum articulum flectens ſeſe offerat, isq; à calcis oſſe liberari queat, ac poſtmodum ad digitorum radices duci. In tendinum uerò ipſius adminiſtratione, pari modo ut in manu fieri præcepimus, cultello exiguo tranſuerſum digitorum ligamentum ſecundùm ipſius longitudinem diuides, ac deinde qualiter ſubditos tendines tranſmittant, atque in ſecundos articulos inſerantur, ſpectabis, ſectionem rurſus ad tibiæ poſteriora conferens. Iam enim in poplite latitans [k] muſculus adeò pulchrè occurrit, ut ipſius naturam non minus atque ego illam deſcribere poſſim, intueri ualeas, & non oſcitanter animaduertere integrum ſit, num uel minimum tibiæ flexioni opitulari queat. Hæc intuitus, illum à genu articulo liberabis: & niſi articulum ad ligamentorū inſpectionem ſeruare propoſitū ſit, nihil prohibet à tibia femur liberare, quo cōmodiùs tibiam & pedem poſtmodum pertractes. Abſecto igitur, aut relicto ut lubet femore, [l] muſculū ſecundum pollicis flectens internodiū, ſuo principio liberatum à ſubditis ad calcem uſq; detrahes. Deinde & illum quoq; ſimiliter auelles, [m] qui tertium quatuor digitorū os flectit. Vt iam utroq; ad ſuos ſinus deducto, tranſuerſa ipſorum ligamenta, longa ſectione diuidere, ac poſtmodum ipſorum x literæ inſtar in cubitum examinare liceat. Ille enim è ueſtigio obuius eſt, quū ex ſuis finibus detractos tendines à pedis plāta deorſum reflectis: neq; ita duntaxat incubitus ille cōſpicitur, imò etiam [n] portiuncula ſe offert à muſculi pollicem flectentis tendine, illi admixta tendini, qui tertium indicis internodiū flexurus eſt. Quinetiā hac adminiſtratione occurrunt [o] muſculi quatuor digitos pollici adducentes, quos à calcis oſſe liberatos atq; ad inſertionē perductos, unà cum tendinibus quibus illi porriguntur, adimere conuenit, ut [p] carnea moles primos digitorum articulos flectens inſpiciatur. quam ex tuo arbitratu, aut prorſus à pedij oſſibus abrades, aut illis connexā ſines. Iam [q] muſculus, qui adhuc in poſteriori tibiæ ſede reliquus eſt, quiq; pedis motibus famulatur, à fibula & tibiæ oſſe, & horum membraneo ligamento ad poſteriorem uſq; interni malleoli ſedem liberabi-

g 4 tur,

*Ligamenti lateſcentis tendinis uicem ſubeuntis.*

*Primi & ſecundi mouentium.*

*Tertij.*

*Quarti.*

*Lib. 2 de Admini. ſectio.*

*Primi digitos mouentium.*

*Decimi ſeptimi.*

*Decimi octaui.*

*Muſculi in poplite latitātis.*

*Secūdi & tertij digitos mouentium.*

*Muſculorū tres digitos pollici adducētium, & prima quinq; digitorum oſſa flectentium.*

*Quinti pedem mouentium.*

y 13 tab. π. z 1 ta. x, y. a 12 tab. Φ, Υ. b 13 tab. Φ. c 8 tabu. r ab ſ. d 13 tab. Υ. e 14 ta. Θ. f 13 ta. π. g 13 ta. ſ. h 13 ta. ρ. i 14 ta. Θ. k 14 ta. Γ. l 14 ta. Λ. m 14 ta. Ξ. n 15 ta. Q. o 14 ta. λ, μ & 15 ta. N. p 15 tab. L, dein c. q 15 tab. D, E.

tur, ac peculiari ipsius transuerso ligamẽto longa sectione diuiso, ad insertionem usq; musculus ille ducetur. Cæterùm iam opportunum est, & anteriores tibiæ musculos aggredi, atque hîc omnium primum transuersum [r] ligamentum sectione per longum facta diuidere conuenit. In quo opere magna tendinum congeries sese exhibebit, quorum (ut singulos ordine intuearis) primùm tendinem attolles, pedem mouentium [s] sexti. Huius musculi caput aliorum musculorum modo, ab exortu liberatum, ad insertionem usque ducendum est. quod mediocri fit negocio, si utrinque musculi latera ab ipsi connatis cultello aut nouacula diuiseris. Post hunc tus sese ostendit quatuor digitos extendens [t] musculus, unà cum portione illa, [u] quam nonum pedem mouentium recensui. Vbi hic à tibia liberatus ad insertionem ductus erit, is aggredietur [x] qui pollicem extendit, quem similiter à tibia liberatum ad insertionem ducere expedit. Supersunt in tibia [y] duo pedis motibus famulantes musculi, qui fibulæ exporriguntur. Horum sectio à [z] ligamenti transuersi inter calcem & fibulam positi dissectione inchoabitur, & deinde tendinibus eleuatis, uniuersum musculorum corpus à fibula dirimetur, ut postmodum ipsorum insertionem liquidò uideas, ac demum [a] musculos, qui superiorem pedis sedem occupãt, suis principijs liberatos ad insertionem perducas, atque ita uniuersæ musculorum fabricæ unà nunc mecum summam manum imponas, ac ligamentorum quæ adhuc reliqua sunt naturam spectes. Atq; horum omnium administratio proprium nihil, aut peculiare exigit. Si enim iam [b] ligamenta ex latere ossis sacri, ubi quintum os sexto committitur, prodeuntia inspexeris, unà cum [c] membrana pubis ossis foramen occupante, integrum erit ilium os à sacro, impetu abrumpere, & commissuram ambiens ligamen simul cum cartilagineis ligamentis intueri. Mox ad coxendicis articulum accedens, orbiculatim illum ambiens [d] ligamentum acutiori cultello transuersim diuidito, atque eius crassitiem, sed præcipuè ortum & insertionẽ, inspicito. Si modò femur in exteriora modice duxeris, ex acetabulo ipsius caput elabetur, & teres [e] ligamentum se spectandum exhibebit. Hoc transuersim dissecto, acetabulum accuratè obseruandum uenit, propter iam commemorati ligamenti insertionem, & id ligamentum quod sinum augere diximus. Priusquam uerò genu [f] ligamenta administrentur, opportunum est perpendere, anteriori articuli sedi præter [g] patellam, cum extendentibus tibiam tendinibus nullum ligamentum præponi. Id enim ubi constabit, exterius ligamentum à femoris capite liberatum ad fibulam deduces. Post hoc internum quoque à femoris interno capite liberatum, similiter uersus anteriora tibiæ dissecabis. Posterioris uerò regionis ligamentum opportunè à tibia dissectum, ad ipsius in femur insertionem perduces. Diuiso postmodum ambiente articulum ligamento, in latus tibiam postmodum reflecte, ac cartilagineum huius articuli ligamentum ad amussim expendito, & [h] cartilagines tibiæ ossis sinum augentes, ab articulo acutiori cultello adimito. [i] Ligamenti, quod tibiæ fibulam alligat, natura, si ad cõmissuram id diuidatur, citra negocium conspicitur. [k] Membrana quoque isthæc ossa, quà inuicem distãt, intercedens, sese iam citra ullam sectionem offert. Transuersa omnia modò dissecta sunt, atque iccirco superest duntaxat fibulam à tibia disrumpere, & ligamen ambo ossa colligans inquirere: dein acutiori cultello fibulam à talo, & postmodum à tibiæ osse talum liberare. ita enim duo sese offerunt tali ligamenta, cartilaginis specie donata. Duo autem reliqua disces, si cultello talum ab osse cymbam imitante diuiseris, & à calce talum abraseris: quod difficulter, idq; nisi acuto cultello perfeceris. Ad hunc modum reliqua pedis ligamenta aggredieris, nempe ipsis secundùm ossium commissuras circumsectis. Quàm uerò concinnè hæc omnia à Natura sint formata, ex cuiusque ossis usu, & generali ligamentorum facultate, cuiuis notum esse arbitror. Quapropter neque hîc, neque aliàs sæpius ad summi rerum Opificis encomia digressus sum, ne eadem semper aut de musculis aut ligamentis repetenti, in nimiam molem hæc excrescerent. Præcipuè quum nihil facilius sit, quàm prolixè in usus enarrationem excurrere, si modò actio à me semper descripta non lateat.

*Sexti pedem mouentium.*

*Decimiquarti digitos mouentium.*

*Decimiquinti.*

*Septimi & 8 pedem mouentium.*

*Decimisexti digitos mouentium.*

*Ligamentorum adhuc reliquorum administratio.*

r 1 tab. 8.

s 2 tab. 2, 3 tab. 1.

t 4 tab. 1.

u 4 tab. 2.

x 5 tab. 1.

y 6 tab. 9 & 1.

z 2 tab. 2.

a 6 tab. 2.

b 10 tab. 1, 2.

c 14 tab. 1, b.

d fi. 1 ca. P, P.

e 2 fig. cap. 49 P.

f fi. ca. 18, T, V, X.

g 8 tab.

h 8 fi. cap. 31 lib. 1.

i fig. 1 cap. Y.

k fi. 1 ca. d.

LIBRI SECVNDI FINIS.

# ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER TERTIVS, QVO VENARVM ARTERIARUMQ; PER UNIVERSUM CORPUS SERIES DESCRIBITUR, & PECULIARES IPSI FIGURÆ, QUIBUS CÕVENIUNT CAPITIBUS PRÆPONUNTUR.



## QVID VENA, ET QVÆ IPSIVS SUBSTANTIA & USUS. CAPUT I.

*Quid tertio libro docendũ.*



*a Ostendit has 5, 6, 7 librorum figuræ.*

OSSIVM musculorumq; historia superioribus libris enarrata, proximum uidetur, uenarum arteriarumq; per uniuersum corpus distributionẽ aggredi: siquidem Galenus in primo de Administrandis sectionibus libro, hunc in Anatome discenda ordinẽ obseruandum rectè præceperit. Nam alius fortasse earum partium, quę peritonæo & costas succingente membrana & caluaria cõtinentur, descriptionem, non uenarum modò ac arteriarum, uerùm & neruorũ quoque descriptionem oportere necessariò præcedere, haud inepte arbitrabitur, quòd absq; earum partium notitia, omnis de uenis, arterijs & neruis sermo tam difficilis futurus sit, ut ego nequaquã improbauerim hunc librum, & quartũ qui neruis dedicabitur, quinto libro, sexto ac septimo subijci, eosq; præsentem anteire. atq; id maximè, cùm quis sectionum prorsus rudis in istos libros primùm inciderit, & nõ in nostra Epitome uel obiter sese exercuerit. Ne tamen longiùs in præsentia à Galeni & cæterorum qui ipsum præcessere dissectionis professorum placito declinem, hunc librum uenis arterijsq; consecrabo, à uenis, quòd plures sint, atque arterijs magna ex parte insternantur, sumpto sermonis exordio, liberaq; sententia lectori in nostris libris transponendis relicta. [b] Vena igitur pars est instrumentaria, teres, fistulæq; instar cauata, & uniuerso corpori sanguinem partes enutriturum unà cum naturali spiritu insigniter (si quis modò sit) caliginoso deferens. Hæc unica peculiari propriaue cõstat tunica, quæ colore, crassitie & forma, membranis respondet, sed aliàs ab illarum natura plurimùm discrepat. Membrana nanque simplex ac similare corpus censetur, & omni ex parte quomodocunque discerpatur, perpetuò membranæ nomen retinet. Venæ autem tunica, corpus est instrumentarium, ex similaribus partibus, fibris uidelicet, cõformatum. Quemadmodum enim membranei musculorum tendines, ferè unico fibrarum genere intexuntur, atque hac occasione non in similarium, sed instrumentariarum partium classem reponuntur, ita uenæ tunica triplici fibrarum genere constituitur. Huiusmodi fibræ Græcis ἶνες nuncupantur, & substantia quidem, forma, & colore musculorum fibris respõdent, actione autem plurimùm ab illis uariant. Hæ enim carnea musculorum substantia obsitæ, arbitrario: illæ uerò nulla carne implicitæ, naturali motui præficiuntur. quippe ut motus è nostro arbitratu pendentes, fibrarum in musculis auxilio perficimus, sic naturales motus uniuerso corpori subseruientes, fibris quibusdam obeuntur, quæ organis toti corpori famulantibus intertextæ sunt. Quanquam naturales motus non omnes, sed materiæ duntaxat alicuius attractio, retentio & expulsio, huiusmodi fibris adimpleatur. Voco autem in præsentiarum uim attractricem, retentricem & expultricem, non quæ singulis partibus ad sui nutritionem à Natura est ingenita, sed qua quædam corporis partes commune uniuerso corpori munus præstant. Etenim prorsus alia censetur attractio cibi per stomachũ in uentriculum, & sanguinis è caua uena in dextrum cordis sinum, & aëris ex arteria uenali in sinistrũ cordis sinum, & seminis in uterum, & sanguinis in uenas, & spiritus in arterias, quàm attractio, cuius beneficio partes illæ nutrimentum sibi familiare, & quo priuatim aluntur, ad sese pelliciũt. Rursus longè alia excretrix facultas est, qua uentriculus cibum à se cõfectum in intestina propellit, & qua rursus intestina superiora eundem in inferiora protrudunt, & qua cor sanguinem in pulmones ac uitalem spiritum simul cum sanguine impetu per corpus ruente in magnam arteriam mittit, & qua sanguinem una uenæ pars in subsequentem cõtinuò deriuat, & qua uterus fœtum & uesica urinam excernunt: quàm ea sit, qua nunc dictæ partes proprij nutrimenti recrementa à se abigunt. Ad hæc, prorsus alia putatur cibi potusq; in uentriculo, & fœtus in utero, & urinæ in uesica, & sanguinis in uenis, & spiritus in cor de

*b figura 5 ca. figura 6 ca.*

*Quid uena.*

*Venæ corpus in quo à membrana differat.*

*Fibrarũ quæ naturali motui præsunt, ab ijs quæ arbitrario famulantur differentia.*

de retentio, quàm ea sit cuius beneficio cor, uentriculus, uesica, uterusq; familiare nutrimẽtum sibi seruant, & retinent. Motus igitur omnibus partibus proprij, atque alijs nõ subministrantes insita partibus duntaxat ui, citra fibrarum opem omnino fiunt. Sed partes quas aut attractionem, aut retentionem, aut expulsionem partibus alijs, uel toti etiam corpori administrantem & commodam subire necessum est, ad eam functionem fibras quasdam sibi uendicant, quarum auxilio illam complent. Et quemadmodum tres specie sunt motus, ita quoque triplex fibrarum genus à Natura constructum est, rectum uidelicet, obliquum & transuersum. Ac rectæ quidem fibræ attractioni conducunt, obliquæ autem retentioni, transuersæ expulsioni.

*Fibrarum species & functio.*

*Rudis fibrarũ delineatio, in qua A trãsuersas indicat, B autem & C utriusque obliquarũ generis differẽtias, D uerò rectas. At E triplicis fibrarũ generis implexũ quodãmodo exprimit, quem mox subijciẽdæ uenæ effigies accuratiùs proponet.*




Rectæ enim sunt, quæ secundùm organi longitudinem expanduntur. Obliquæ autem, quæ secundùm obliquum organo obducuntur. Atq; hæ circulares sunt: sed quum in duplici sint differentia, inuicem contrariantur, ac se mutuò x literæ, aut potius duorum inuicem implexorum circulorum modo decussatim intersecãt, ita commodè quicquid organi cauitate compræhenditur, retinẽtes. Transuersæ secundùm corporis latitudinem exactè transuersim locantur, corpusq; orbiculatim, quemadmodum obliquæ, ambiunt. quanquam interim transuersæ, circulares orbicularesq; priuatim nuncupentur. Discet porrò quiuis fibrarum naturam (si modò molestius duxerit hominẽ hoc solo nomine aggredi) quoties uentriculus, aut intestina alicuius animalis mensæ apponentur, si unguibus uentriculi & intestinorum fibras inuicem diuellere, eaq; corpora nihil præter certas quasdã fibras inter se ordine, & prout parti ex usu erat, intertextas esse, expendere haud grauabitur. Idem spectabit, dum bouis uesicam, aut anserum ingluuiem inflari intuebitur: quandoquidem triplex illud fibrarum genus in distenta uesica manifestò sese spectandum offeret. Contrà si membranam aliquam, ut quæ costas succingit, aut peritonæum, in manus quis assumpserit, leui negotio discet hanc simplex similareq; corpus esse omni ex parte sibi par, nullisq; eiusmodi fibris conformatũ. Quum itaq; uena (ut oratio unde discesserat reflectatur) organum sit, uniuerso corpori in sanguinis administratione utiliter subseruiens, Natura corpus ipsius membraneũ ac fistulæ instar cauum constituit, ac certis quibusdam fibris, non autem ut fors ferebat intertexuit, ijs nempe quas sanguinis administrationi utiles fore cognouit. Quamobrem quum sciret uenã necessariò sanguinem ad se admissuram, rectas illi cõmunicauit fibras, quibus uena sanguinem in ipsius alliceret cauitatẽ. Deinde quia sanguinis ad subsequentem uenæ partem tanquam per riuum propulsione opus erat, trãsuersis quoq; fibris eam donauit. Ne uerò statim uniuersus sanguis in proximam uenæ partem citra moram ex alia assumeretur propelleretur ue, obliquas etiam fibras uenæ corpori implicuit. Ex tribus itaque fibrarum generibus uenæ corpus instar albæ membranæq; seu neruea tunicæ conflatum est, distendi & rursus (ut contentæ materiei appositè congruat) in se collabi aptum. Præter hanc peculiarem tunicam, uena aliam subinde assciscit, pleriscq; etiam corporis partibus communem. Quandocunq; enim uenæ longo tramite aliquò ducuntur, aut ossi, aut duriori cuipiam corpori incumbũt, aut alicubi suspenduntur, tum membrana illis ueluti alia peculiaris tunica obtenditur. Huiusmodi tunica uenæ per uniuersum corpus induuntur, quoties extra uiscus aliquod, aut musculi corpus eminent, nec uiscera aut musculo intexuntur. Tunc enim semper ex cõterminis membranis alia quædam tenuis tunica ipsis obuoluitur, cùm tutioris ductus, tum ad uicinas partes firmioris nexus gratia. Cæterùm uenæ corporibus quibusdam insertæ, ac in illis propagatæ, huiusmodi tunica nequaquam indigent, quòd abundè in illis corporibus firmentur, quodq; ea tunica impedimento esset, quo minùs promptè sanguis ex uenis sudaret, aut ut sanguis in uenis collectus, substantiæ alicuius uisceris uim tardius experiretur. Et hac potissimùm ratione in nulla corporis parte, uenæ neq; tenuiorem adipiscuntur suam peculiarem tunicam, neque in plures diffunduntur soboles, quàm in ieiuni substantia, quæ succum in uenis contentum in sanguinem mutatura, suisq; recrementis liberatura erat. Omnes uenas ratione primaria ut sanguinem singulis corporis partibus deferant, rerum Opifex procreauit: quanquam quibusdam earum ramis, ut portæ uenæ propagi

*Venæ compositionis usus.*

*Venarum usus.*

*Venæ cauæ portio à dextro cordis sinu ad iugulũ usq; conscendens, qua fibrarum in uenarũ corpore naturã dotrinæ gratia studiosè finximus. Si fortè interim ramorum hîc passim abruncatorum ratione expetis, hanc uenæ portionẽ integræ cauæ uenæ delineationi quinti Capitis fini subijciendæ confer, in illa quid D, F, G, H, I, K, N, S, T, & a indicent perpendens.*



*Assciscitia & non peculiaris uenæ tunica.*

*c figura ca. 5.*

nibus



nibus, ad cibi in uentriculo elaborati ad iecoris portas attractionẽ, ceu alijs ad excrementorum (ut[d] quæ in renes seorsum sanguinem deferunt) repurgationem abutatur, quas omnes suo loco commemorabimus. Num uerò ipse (ne sanguis frustra nullam à uenæ corpore elaborationem sentiens, per uenas defluret) quandam sanguificationis uim uenis indiderit, non adeò promptè assertum uelim, etiamsi id omnibus confessum sit dissectionis proceribus. & si fortassis hæc uirtus uenis tribuitur, ea nõ rubicundum parabit sanguinem, sed uenæ corporis modo album, siquidem in omni naturali corporis nostri partium cõcoctione, concoctum necessariò sibi concoquentis colorem asciscit. Verùm iam tempestiuum erit, ex quibus nam partibus arteria fabricetur, persequi.

*d fi. 6 ca. 8. & fi. 22 li. 2 m. 11.*

*Li. 4 de Vsu par.*

## QVID SIT ARTERIA, QVAEQVE ipsius substantia & usus. Caput II.

*Quid arteria.*

*a figura ca. 12.*

ARTERIA uas est similiter ut uena membraneum, teres ac fistulæ modo cauum,[a] quo uitalis spiritus, & tenuis flauus calidusq; sanguis per uniuersum corpus diffunduntur, quorum beneficio, ac dein arteriæ ipsius motu (qui dilatatione ac contractione fit) naturalis singularum partium calor uitalisq; spiritus refocillantur. Porrò Hippocratis adhuc, & Platonis, & Aristotelis tempore, arteria nuncupabatur,[b] qua inspirantes è naribus aut ore aërem in pulmones attrahimus, quaq; rursus expirantes è pulmonibus eundem educimus. Nobis uerò uocatas arterias, illi uenas appellabant: atque arterias à uenis nonnulli ea ætate distinguebant, quum has quidem non pulsantes, illas autem pulsantes dicerent. Ad hunc sanè modum Hippocrati arteria uenæ nomine donatur, cuius agitatio, quum in infantis partu uelox & magna & ualida reperitur, ualidam ac uegeto feruidoq; calore præditam in corde irascibilem uim esse testatur. Cæterùm alijs arteriæ nominabantur, uenæ flauum & spirituosum, ac per corpus impetu diffusum & tenuis subtilisq; substantiæ sanguinem uniuerso corpori deducentes. Ita enim Platoni arterias uenas uocare libuit, quando in Timæo attestatur, cor simul & uenarum fontem esse, & sanguinis qui per omnia membra uehementèer circumfunditur. Nam quum uasa pulsantia (inquit Galenus) nondum, ut nunc, arteriæ dicerentur, sed tantũ illam sic ueteres appellarent, quæ ex ore in pulmones diuaricatur, iure Plato ut distingueret, quarum uenarum cor esse sanguinem uellet, sanguinis qui per omnia membra impetu defertur, meminit. Aristoteles autem in libris de Animalium partibus, & eorundem historia, subinde arterijs uenarum nomen elargitur. Nam ut reliqua præteream loca, is magnam arteriam cauæ uenæ comparans, in tertio historiæ de Animalibus illam minorem uenam crebrò appellat. Sed successu temporis eam quæ ex ore in pulmones pertingit, asperam uocare ueteres cœperunt: uasa autem pulsantia, naturalemq; calorẽ recreantia, læues nuncupauere. Verùm nunc sola quæ ab ore in pulmones diffunditur, suum nomen seruauit, asperaq; arteria uocatur. Arteriæ itaq; similiter ac uenę membraneo cõstant corpore, cõprimi ac in se collabi, & rursus distendi idoneo: at longè solidiori, duriori, ac ex pluribus tunicis cõformato. Arteria enim duas peculiares sibi uendicat tunicas, quarum exterior profectò robore ac crassitie uenarum peculiari tunicæ respondet, interior autem plurium dissectionis procerũ suffragio, crassitie huius ferè quintupla: ac postmodum totum arteriæ corpus ad uenam collatum sextuplum censetur. Hæc tunica quibusdam, quia durior & quauis membrana longè crassior sit, χονδροειδὴς seu cartilaginea appellatur. Vnde etiã Arabes forsitan arteriã neruum pulsatilem uocauerunt. Tunicæ arteriæ similiter ut uenæ, fibris cõformantur: ac interior quidem transuersis duntaxat interte xitur, exterior uerò rectis, & quibusdam mediocriter obliquis, transuersis autem nullis constat. Interior arteriæ tunica, ceu cutem quandam internæ intestinorum & uentriculi superficiei modo continet, latæ continuæq; araneorum telæ manifesto

*b a fi. 38 ca. lib. 1.*

*Li. 2 Morborum uulga.*

*In libris de Placitis.*

*Arteriæ magnæ qua ex corde pronascitur portio, quam dissectã apertamq; finximus, ut arteriæ hîc cõspicerentur tunicæ: ac A quidem locum indicat, in quo potissimùm ea occurrit tunica, quam araneæ telæ assimilamus. B autem & B interiorem notant arteriæ tunicam. Numerus autem ille 1, 2, 3 insinuat tres membranas magnæ arteriæ orificio præfectas, ac in decima sexti libri figura B, C, D notandas. Hîc uero E & D duarum coronalium arteriarum originem ostendunt. Foramina autem in arteriæ trunco ad uertebras deorsum deflexo conspicua, earum propaginum sunt ora, quæ costis, dein septo, & alijs ad renes usque organis digeruntur. Verùm hæc suo loco erunt dilucidiora. in præsenti enim figura arteriæ tunicas obiter adnotare uisum fuit.*

*Arteriæ corpus quale, & duæ ipsius peculiares tunicæ.*



nifeſtò perſimilem, in grandioribus quidem arterijs conſpicuam, ac à nonnullis tertiæ arteriæ tunicæ loco deſcriptam. Quarta uerò alia peculiaris nulla eſt, ſed ueluti quibuſdam uenarum, ita quoque arterijs alicubi membrana tenuis obhæreſcit & circumtenditur contegens, aut ſtabiliens, aut connectens ipſas proximis partibus, quemadmodum de altera uenarum tunica retulimus. Atq; hæc omnia iuſtiſſimè à ſummo rerum Opifice ſunt extructa, qui in hoc arterias (uti in Capitis initio dicebam) formauit, ut illæ uitalem ſpiritum & ſanguinem impetu per corpus diffuſum, ſingulis partibus deducerent, ingenitumq; calorem recrearent. Fibras enim arteriæ corpus, eiuſdem quo uenæ uſus gratia ſortitur, ac plurimas quidem tranſuerſas exigit, ut ocyus ipſi ex [c] ſiniſtro cordis ſinu immiſſum ſanguinem & uitalem ſpiritū toti corpori diſpenſet, neque alium in tranſmittendo recipiendoq; rhythmum, quàm cor ipſum efficiat. Ad hoc nanque munus magnopere tranſuerſæ conducunt, quas expulſioni à Natura præfectas eſſe dudum aſſeruimus. Obſunt autem expulſioni inſigniter obliquæ, ut quæ materias retineant acreſeruent. Vnde etiam Natura pauciſſimas obliquas arterijs elargitur. Quæ quum tenuiorem rarioremq; & uelociori impetu ruentem ſubſtantiā, quàm uenæ, erant amplexuræ, ac dum uiuit animal perpetuò dilatandæ cōſtringendæq;, meritò etiam durioribus & craſſioribus pluribusq; tunicis conformantur.

*Aſſcititiæ arteriarum tunicæ.*
*Arteriæ conſtructionis ratio.*
*c patet in 9 & 10 figu. lib.6.*

## QVIS VENARVM ET ARTERIARVM numerus. Caput III.

QVOT in uniuerſum corpus uenæ, & item arteriæ deriuentur, ſi uniuerſæ ſoboles uaſorumq; omnes diſtributiones enumerandæ ſint, indicare arduū prorſus eſt, atq; propemodum impoſſibile. At ſi uenæ arteriæq; propriam exigentes circumſcriptionē, ac ueluti proprijs terminis finitæ, duntaxat numero quodam ſint complectendæ, in procinctu eſt numerus. In natis enim abſolutisq; hominibus omnes uenæ ut plurimæ quaternario numero comprehenduntur, quæ cæterarum omnium radices cenſentur. Atque [a] una ex caua iecoris ſede prodiens in bilis ueſiculam, uentriculum, lienem, inteſtina, meſenterium & omentum excurrit.[b] Secunda ex gibbis iecoris, aut ut quibuſdam uiſum eſt ex dextro cordis [c] ſinu originem ſumens, in reliquum corpus ſolis duntaxat exceptis pulmonibus, innumera ramorum ſerie diſpenſatur.[d] Tertia, è dextro etiam cordis ſinu nata, frequenti admodum propagine in pulmones digeritur. Verùm hanc uenam hoc ſibi peculiariter uendicare audies, quòd arteriarum conſtet [e] corpore, unde etiam arterialis uena nuncupabitur.[f] Quarta ab umbilico in iecur, ut ſic dicam, producitur, ac ad fœtus nutritionem duntaxat animali famulatur, neque hîc in uenarum numero rectè haberi poteſt, uixq; propria circumſcriptione donatur. Ab his itaque uenis reliquæ omnes quæ in corpore occurrunt originem mutuantur, eisq; continuæ ſunt. Arteriæ autem numero binæ cenſentur,[g] una quæ ex ſiniſtro cordis ſinu originem capiens, in uniuerſum corpus præterquam in pulmones, diſpergitur.[h] Altera ex eodem cordis ſinu pronata, in ſolos pulmones diſtribuitur: quæ quia uenæ corpore conſtat, uenalis arteriæ nomen obtinuit. Porrò [i] duæ arteriæ ab umbilico ſecundùm ueſicæ latera deſcendentes, ac fœtui quodāmodo propriæ, cum magnæ arteriæ propaginibus iuxta oſſis ſacri regionem uniuntur, quare etiam propriarum arteriarum loco neutiquam recenſendæ ueniunt. Cæterùm ſi fœtus uænæ & arteriæ priuatim ſibi aliquid uendicent, id ſuis locis ubi fœtus uaſorum tradetur hiſtoria, fiet obuium. iam enim operæprecium eſt à perfectorum uenis exordium ſermonis ſumere, ac ſingularum enarrata diſtributione, ipſarum uſum diuaricationisq; rationem ſubiungere. Verùm quoniam ſingulis corporis partibus arterias uenasq; deduci oportuit, nonnullæ autem partes procul ab horum uaſorum initijs diſtant, longè optimum fuit, neque tot numero ramos ex principijs originē ſumere, quot corporis ſunt partes huiuſmodi uaſis indigentes: neq; omnino multos: ſed ſummopere expediebat maxima organa caudicum inſtar unoq; principio deduci, & ab illis in proximas partes ueluti ramos propaginesq; deriuari, à quibus ſingulæ partes, quod ſibi familiare ſentiunt, in nutritionem allicerent.

*Quatuor uenæ.*
*Duæ arteriæ.*
*Naturæ artificium in uenarum arteriarumq; ſerie.*

*a 5 ca figura & 11 fi. li.5 h.*
*b figura 6 capiti præpoſita & 5 fi. li.6 C,D, E.*
*c patet in 7 & 8 fi. li.6.*
*d 1 fi. ca.15. & 6 fi. li.6 I, & 8 fi. C, D.*
*e 1 fi. ca.15 B,C.*
*f fi. cap.11, & 2 fi. lib.5 F.*
*g fig. capiti 12 præpoſita. & 10 fi. lib.6 A.*
*h 2 fi. ca.15. & 9 fi. li.6 C,C.*
*i 2 fi. li.5 K, L. & ca.11 fi.f.*

## DE GLANDVLIS, VASORVM DIDVCTIbus roboris gratia immiſſis adnexisq;. Caput IIII.

*PRAESENTI Capiti figuram non duxi præponendam, quòd quamplurimæ huc ſimul locari debuiſſent quinti ac ſexti & ſeptimi librorum formæ, præter aliquot etiam muſculorum tabulas, ad quas à Capitis contextu, dum alicuius glandulæ mentio incidet, opportunè remitteris.*



SICVT Natura uenæ & arteriæ præter proprias ipſarū tunicas, aliam ſubinde membranam circundedit, cuius beneficio opportunè conterminis partibus alligetur, tutoq; prorepat: ſic quoque quum minimè ignoraret unumquodq; uas inibi noxijs opportuniùs expoſitum eſſe, ubi in ramos diſcinditur, tutæ fiſſionis gratia, præter eiuſmodi membranas, ſubſtantiam quandam mediocriter mollem modiceq; cedentem condidit, qua nodorum in arboribus ritu, uaſorū diuaricationes, ſic paſſim repleuit, hancq; ramorum ſciſſionibus ſubſtrauit ac circundedit, ut nulla ipſarum facilè findi, uel inualida fieri poſſit. At quoniam per motum uiolentiorem uaſorum diuaricationes iniurijs potiſſimum patent, & ſuper molli ac mediocriter cedente ſubſtantia opportuniùs uaſa quieſcūt, & demum huius auxilio quamuis moueātur uehementiùs, impercuſſa integraq; cuſtodiūtur, Natura haudquaquam ut ſors ferebat, ſingulis uaſorū diſtributionibus huiuſmodi ſubſtantiā interiecit. Quandoquidem hæc pauciſſimā, aut nullam propemodum diuiſionibus, quæ neq; ſuſpenſæ feruntur, neque articulis qui in acutum angulum flectuntur extenduntur'ue incumbunt, cōmunicauit, quòd illas uaſorū partitiones ex uiolento motu nihil paſſuras ei perſpectū eſſet. Verùm ubi diuiſiones quapiam membrana ſuſpenſæ, aut ſuper articulos, qui in acutos mouentur angulos longius porriguntur, eæq; plures in iſtiuſmodi ſedibus numero habentur, Natura hanc de qua agimus ſubſtantiam non mediocri copia circumdedit,[a] uti per uniuerſam portæ diſtributionem eſt cernere, quod hæc nimirum uniuerſa membranis duntaxat ſuffulta ad uentriculum, lienem & inteſtina excurrit. Pari inſuper ratione in [b] membranis amplitudinē thoracis interſepientibus, & in [c] cerebro ſuper cerebri teſtes (quòd inibi ſuſpenſæ ferātur uenæ) hanc ſubſtantiā procreatā ex cōſectione doceberis. Sub ſuperiori uerò pectoris oſſis fine, ſub [d] auribus, ad [e] aſperæ arteriæ caput, in axillis, in cubiti flexu, [f] in inguinibus, in poplite & alijs nonnullis corporis ſedibus, propter adiacentium partium motus & numeroſam uaſorum diſtributionem, eiuſmodi ſubſtantiam diuiſionibus interijci, in ſermonis progreſſu oſtendam. Subſtantia hæc communi nomine Græcis ἀδὴν & ὄγκος dicitur, Latinis glans & glandula & glandium, eſtq; omniū corporis partiū ſummè imbecillis, ac fluxionibus imprimis obnoxia. Haud enim decuiſſet partes reliquis uiliorem corpori uſum præſtātes, cæteris ualidiores eſſe, imò deiectis uiribus præditas & recrementis excipiendis aptiores creari. Cæterùm non omnis huiuſmodi corporis ſubſtantia, colore, forma, nomine, duritia ſibi reſpōdet. quædā enim mollior, rubicūdior, & quercinæ glandi forma prorſus diſſimilis eſt, qualis ea cenſetur [g] quæ principio gracilium inteſtinorū non procul ab inferiori orificio uentriculi exporrigitur: & ea [h] quæ in elatiori inferioris membranæ omenti regione ſub uentriculo cōſiſtit. Hæc quia rubicūdior, idq; potiſſimùm in canibus, & mollior & undiq; ſibi ſimilis uiſitur, à carne Græcis πάγκρεας & καλλίκρεον nuncupatur.[i] Quæ uerò in iugulo ſub pectoris oſſe habetur, iam dictæ propemodū ſpecie reſpōdet, & à Græcis θύμος, à Latinis autem cōmuni uoce glandiū appellatur. Cæterùm quæ in reliquo corpore paſſim occurrit, & nuper dicta durior eſt, glandis quercinæ imagini quodammodo accedit, & peculiare nomen in quibuſdam corporis ſedibus obtinet. Cuius generis in cerebro [k] glans pineæ nucis imaginē referēs, & forſitan in meſenterio [l] lactes ſeu per id diſtributæ glandes cenſeri poſſunt. Verùm hominis fabrica etiā alijs donat glandulis ad alios uſus, quàm ad uaſorū firmam diſtributionē procreatis: in quarū numero [m] glans habetur, cerebri pituitā ad palatum defluentē excipiens, [n] tonſillæ [o] glandes laryngis radici adnatæ, [p] glandoſum uirilis ueſicæ ceruicis corpus, cui ſemen deferētia uaſa inſeri docebimus, quodq; uaſorū diuaricationi uix quicquā auxiliatur. Cuius uerò potiſſimū uſus gratia nuper cōmemoratæ glandes paratæ ſint, ſuis locis abunde perſequar. hîc enim ſuffecerit glandes cōmemorare uaſorum diſtributioni præfectas, ex quibus nonnullæ non ſolum uaſis præſunt, uerum etiā aliquæ meatibus humectandis præterea idoneæ cenſentur. quemadmodum glandes in meſenterio repoſitæ, & quæ duodeno inteſtino exporrigitur, ut inteſtina lento humore imbuāt, progenitæ à diſſectionum profeſſoribus creduntur. Aliæ rurſus replendis ſinibus & cauitatibus etiā ſunt accommodæ, ut [q] quæ in faucibus omnium infimæ, & ſub aurium radice conſiſtunt, & quæ axillarum & [r] inguinum cauitates infarciūt.[s] Quæ autem in mamillis habētur, præterquam quòd lacti generando ſubſeruiunt, etiam uaſorum partitiones utcunque firmant ac roborant. At de his omnibus, uti paulo antè innuebam, ſuis locis affatim diſſeremus, oratione ad uenarum ſeriem nunc properante.

*Cur, & quando uaſorum diſtributionibus glandulæ immittuntur.*
*Glandoſæ ſubſtantiæ nomē, ac imbecillitas.*
*Glandularum differentia à nomine, colore & imagine.*
*Ab uſu.*
*Ad finem ſecundi de Semine Galenus.*

*a Spectā id in 3 figura li.5. & in 4 ad κ, κ. & cæt. dein in 10 fi. L, L, M, M.*
*b 1 fi. lib.6 circa K, O, N, M. & 2 fi. ad F, G, G, I, I.*
*c 6 fi. lib.7 H. 7 fig. V, L. & c.*
*d 1 muſ. ta. A.*
*e 2,3 fi. ca. 21 li.2 M.*
*f 1 muſ. ta. l.*
*g 12 fig. lib. 5 i.*
*h 3,4 fi. li. 5 κ, κ.*
*i 2 fi. lib.6 F.*
*k 7 fi. lib.7 L.*
*l 10 fig. li.5 L, M.*
*m 16,17 fi. lib.7 A.*
*n 6 muſ. ta. F.*
*o eiuſdem ta. L.*
*p 22,23 fi. lib.5 g.*
*q 1 muſ. ta. A.*
*r 1 muſ. ta. l.*
*s 25 fi. lib.5 C, D, D.*

# VENAE PORTAE ORTVS, IPSIVSQVE propaginum series. Caput V.

## VENAE PORTAE AB VNIVERSIS QVIBVS COMMITTITVR PARTIBVS LIBERAE, INTEGRA delineatio, in ea proportione expressa, ad quam secundùm præsentem figuram aliquis iecur, bilis uesiculam, uentriculum, lienem, omentum, mesenterium & intestina ex illorum magnitudine, ac insuper in suo situ depingeret.



NVDAE VENAE PORTAE DELINEATIONIS characterum Index.

A, A etc. QVINQVE his characteribus portae uenae propagines indicantur, per iecoris corpus diffusae, & hic ueluti iecoris formam secundùm cauam ipsius sedem exprimentes.

1, 2, 3, 4, 5 Numerus iste quinq; portae uenae ramos (nisi subinde etiã pauciores sint) notat, ex quibus ipsius caudex quodãmodo proximè cõstituitur, aut in quos is primùm in iecoris substantiam digeritur.

Venae



B Vena portae, quà primùm à iecoris substantia libera & amplissima cernitur.

C, C Duo ramusculi bilis uesiculam in caua iecoris sede positam adeuntes.

D Vena ad posteriorem inferioris uentriculi orificij sedem excurrens.

E Hac sede uena portae in duos maximos bipartitur truncos.

F Truncus sinister & elatior. G Truncus dexter & humilior.

H Vena dextram fundi uentriculi sedem perreptans, & geniculatim illi sedi ac superioris membranae omenti dextrae parti ramulos praebens.

I Vena duodeno intestino & ieiuni principio exprompta.

K Ramus in dextram regionem gibbi uentriculi quà id dorsum respicit, aliquot surculis digestus.

L Vena in dextrã sedem inferioris omenti mẽbranae & colum intestinũ quà hàc fertur excurrẽs.

M Soboles quaedã à sinistro trunco in glandosum corpus inferiori mẽbranae omẽti innatũ, sparsae.

N Vena insignis sub uentriculo, ubi dorso is innititur, uersus elatius ipsius orificiũ obliquè conscendens: quò priusquam pertingat, utrinque unam educit propaginem O insignitam, & in uentriculum hac sede qua dorso incumbit, digestam. P uerò praesentis uenae reflexum per dextrum orificij uentriculi latus in anteriorẽ uentriculi sedem: Q autem reliquã praesentis uenae seriẽ notat, quae instar coronae id orificium amplexatur. Vmbra qua hanc uenam aliqua ex parte ornauimus, hic ut in reliquis uenarum & neruorum arteriarumq; delineationibus uenae partem in posteriora & in magis recondita deductam interstinguit, ab illa quae in priori seu anteriori sede oculis subijcitur, aut oculis propinquior est.

R Ramus uenae superius uentriculi orificium ambientis, qui secundùm elatiora uentriculi procedens, inferiori orificio surculos exhibet, soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora posterioraq; uentriculi dispergens.

S Grandis utcunque uena in inferiorem omenti membranam & colum intestinum quà uentriculo exporrigitur, numerosa sobole procurrens.

T, T Sinistri truncidiuaricatio, ubi is iam lienem est accessurus.

V Venula in sinistram sedem inferioris membranae omenti distributa, cuius radicem in integra figura (quod subinde desit) duntaxat delineauimus, eius seriẽ hac peculiari figura quam margini adhibemus exprimentes, in qua T uenam, quae lieni exporrigitur, cõmonstrat utrinq; abtruncatam. praesens uerò uenula V insignitur.

X, X Vena ab illis quae elatiora lienis petunt, in sinistrum uentriculi latus dispensata.

Y Eiusmodi etiam uena hic, qualem utrunque X indicabat, insignitur.

Z Vena in sinistram fundi uentriculi sedem perreptans, multasq; soboles uentriculo superioriq; omenti membranae offerens.

a, a, a, a His characteribus uenarum in lienis substantia distributio indicatur, adeò frequens, ut lienis imaginem facile ostendat.

b, b, b Prima dextri portae uenae trunci in mesenterium series. Hae in mesenterium digestae uenae quibusdam meseraicae ac mediae & lacteae nuncupantur.

c Vena colo intestino quà recto continuatur, exporrecta.

d, d Vena sub recto prorepens intestino indicatur, unà cum ramulis intestino in uenae progressu digestis.

e, e Venularum soboles, recti intestini finem amplexantes. Praeter hanc figurã cuius modò characterum indicem absolui, aliae complures quinto libro dedicatae, huc reponi possent, quibus illa exprimuntur organa, in quae portae soboles diffunduntur. Praecipuè autem huc spectarent secunda, tertia, quarta, decima, duodecima, decimatertia, decimaquarta, decimaquinta. Quinetiam huc maximè facit, figura ex horum librorum Epitome sumpta, quam ad praesentis libri calcem in alia quadam in hoc subnectam, ut uenarum & arteriarum mutua series oculis obuersaretur. Quotiescunque igitur in interiori Capitis contextus margine simplex character ponetur, illum ad nudam quam huic Capiti praeposuimus figuram refer. reliquos autem ad eas figuras ad quas illos spectare adijciemus, ac proinde manifestioris doctrinae gratia ultimam praesentis libri figuram totius libri contextu notabimus, ulti. fi.

*Portæ ramorum in iecoris substantia series.*



IN IECORIS substantia ab omnibus[a] demissioribus & quæ orbiculatim consistunt extremis ipsius partibus[b] exiguæ admodum numerosæq; uenarum propagines incipiunt, quæ uersus iecoris medium porrectæ, sensim in maiores soboles, & inde in grandiores adhuc tantisper coëunt, donec omnes (quæ profectò sunt quàm frequentissimæ) in[c] quinq;, interdum etiam in pauciores ramos colligantur, qui in caua iecoris regione uersus eius medium, ad interiora tamen & posteriora, iuxta dorsum magis uniti, [d]unam grandem & impense amplam constituunt uenã, quæ nobis portæ uena nuncupabitur. Hæc ad eum modũ ex iecoris cauo enata, aut (si nõ minus uerè quàm clarè loqui uoles) omnes nuper dictos ramos, soboles & propagines in iecoris substantiã[e] dispargẽs, obliquè deorsum uersus sinistrum procedit in multos uenarũ surculos, ad bilis uesiculã, uentriculũ, intestina, lienem, omentum, mesenterium, hac serie digesta. Primum[f] duos ualde exiguos ramulos ex superiori, seu anteriori sui corporis parte (non autẽ latere) bilis uesiculæ ceruici distribuit, qui eam ceruicem amplexãtes, ac in surculos capillorũ modo prætenues diducti, in uniuersum uesiculæ corpus eo pacto excurrũt, quo in[g] alba adhærente ue oculi tunica, uenulas porrigi cernimus. Post hos aliquanto inferius ab elatiori quoq; & anteriori uenæ corporis sede, uersus dextrum tamen latus magis[h] alius ponitur ramus, nuper commemoratis insignior, qui humilius uentriculi orificium & uentriculi portionem huic iuxta dorsum proximam aliquot ramulis adit, nulla prorsus sobole anteriorem uentriculi sedem perreptãs. At portæ uenæ caudex deorsum magis protensus, postquam hos diffudit ramos,[i] in duos maximos bipartitur truncos, quorum elatior (quem & sinistrum doctrinæ studio opportunè nominabimus) propemodum uniuersus in uentriculum, & omentum, & quandam coli intestini[k] regionem, quæ secundum humiliorem uentriculi sedem fertur, deinde & in lienem absumitur. Alter, qui & humilior & grandior est, ac dexter meritò appellabitur, totus penè in mesenterium & intestina exhauritur.

*Portæ caudicis extra iecur distributio.*

*Ad bilis uesiculam.*

*Ad uentriculi humilius orificium.*

*Portæ caudicis in duos præcipuos truncos sectio.*

Ab huius nanque dextro latere iuxta ipsam caudicis portæ in duos truncos distributionem, utcunque[l] insignis uena uentriculo exporrigitur, quæ omenti membrana superiori suffulta, & sub dextra uentriculi fundi sede transuersim producta,[m] exiguas frequentesq; uenulas certo ordine, ac quodammodo geniculatim uentriculo diuaricat, qui & anteriorem & posteriorẽ fundi uentriculi regionem multa sobole aliquousq; intertexunt. Hæc uena ubi[n] ad mediam fundi uentriculi sedem processit, in quosdam exiguos ramulos finitur[o] illi uenæ cõtiguos, quam non multo pòst reliquam fundi uentriculi regionem occupare audies. Porrò quemadmodum hæc uena plurimas uenulas ex elatiori ipsius sede seriatim uentriculo offert, ita quoque innumeras uenularum soboles per totam dextram superioris membranæ omenti regionem diffundit, illis ferè numero correspondentes, quas in uentriculi fundum spargi paulo antè dicebam. Verùm præsens uena[q] interdum, neque id sanè infrequẽter, à portæ uena supra quam illa in duos grandes truncos bipartitur, originem obtinet, imò quandoq; à[r] sinistro portæ trunco non semel hanc ipsam pronasci obseruauimus. Quemadmodum uero hæc subinde in ortu uariat, ita etiam[s] uena quæ ipsam subsequitur, non idem semper principium exigit. nunc enim à dextro dextri trunci latere, nunc uerò à latere dextro uenæ portæ caudicis priusquã is in duos eiusmodi truncos dirimitur, uena quædam originem ducit, quæ[t] primum intestinorum quod duodenum uulgò uocamus, numerosa serie implicat. Hæc enim intestinum ad mediũ ferè ipsius longitudinis primum contingens, deorsum ad reliquam intestini longitudinem paulo ultra ieiuni [u]principium exporrigitur, & superiori membrana omenti & [x]glandoso corpore huic intestino adnato suffulta, geniculatim intestinorum sedi, quam perreptat, ramulos dispergit, non negligens interim glandosum quo sustinetur corpus. nam & illi, & omenti regioni quà prorepit, surculos quosdam impartitur. Cuius uerò naturæ illud corpus sit, in Capite præcedente executus sum: quanquam idem rursus in quinto libro Galeni nomine, qui falso id[y] inferius uentriculi os cõprimere ac occludere opinatur, agendum erit. Hic enim sermo reliquæ, quam portæ uena molitur, distributioni dedicandus est. [z] Sinister itaque portæ truncus transuersim ad inferiorem omenti membranã, quà hæc posteriori uentriculi subijcitur regioni, properat, haecq; omenti sede dein & [a]glandoso corpori huic membranæ innato sustinetur, aptecq; suffulcitus in plurimas notatu dignas soboles digeritur. Non procul enim ab ea sede, qua à portæ caudice truncus iste dissinditur, inferioriq; omenti membrana implicatur, ab elatiori ipsius regione [b]uenam germinat, quæ non admodum frequenti ramorum serie in gibbum uentriculi, quà dextram dorsi sedem id spectat, diffunditur. Ab humiliori autem trunci sede, [c]alia diducitur uena, nuper dictæ quodammodo in ortu respondens, quæ deorsum in dextram inferioris omenti membranæ regionem surculos aliquot deriuat, & quibusdam ramulis in colum intestinum, quà

*Ad duodenũ intestinum.*

*Li. 4 de Vsu par. Sinistri trunci series.*

a 12 fi. lib. 5 I, K, L, M, N, O.
b A, B, A.
c cha. 1, 2, 3, 4, 5.
d B, & 12 fi. lib. 5 h & 20 fi. 1.
e à B spargentur b, A, A.
f C, C, & 13 fi. lib. 5 g ad V. aut ab l ad H fi. 20.
g 18 fi. cap. 14 li. 7. e.
h D. 15 fi. lib. 5 d.
i E partitur in F, & G.
k 6, 8 fi. lib. 5 4 P ad Q.
l H. 14, 15 fi. li. 5 c. & 2 fig. R. & 4, 5 fi. o, o.
m 2 fi. lib. 5 V. 4 fi. p, p.
n 2 fi. lib. 5 ad T.
o Z.
p 2 fi. lib. 5 X. 4 fig. q. q.
q ut o ab l in 4 fi. lib. 5.
r ab F.
s I. & aliter 4 fi. lib. 5 r. 12 fi. h.
t 7 fi. li. 5 b K.
u 7 fi. lib. 5 L.
x 12 fi. lib. 5 i, i.
y 14, 15 fi. li. 5 H.
z E.
a 4 fi. lib. 5 n, n.
b K. 4 fi. li. 5 u. 15 fi. b.
c L. 4 fig. lib. 5 x.



qua hac omenti membrana id continetur, præsens uena pertinet. Porrò ulteriùs in sinistri trunci uersus lienem progressu, præter[d] exiguas soboles quas priuatim glanduloso ipsum suffulcienti corpori elargitur, ab elatiori sua sede[e] uenam promit omnium uentriculum adeuntium facile capacissimam. Hæc inferiori quoque omenti membrana continetur, & obliquè sursum uersus sinistrum sub uentriculo quà dorso id innititur prorepens, mox in ascensu huic uentriculi sedi[f] duos communicat ramos, utrinque singulos, in hanc uentriculi sedem multis etiam surculis dispersos. Reliquũ uenæ sursum ad[g] elatius uentriculi orificium, per uentriculi posteriora exporrectum, ad dextrum orificij latus ad anteriora ipsius orificij[h] emergit, & totam anteriorem sedem ambiens, secundum sinistrum eius latus denuò in posteriora retorquetur, ac ut semel dicã coronæ prorsus modo uentriculi superius orificium concinnè[i] perreptat, in progressu rectà deorsum in uentriculi corpus ramos geniculatim offerens, qui magnam uentriculi sedem occupant. A superiori autem sede, uena hæc ramulos etiam diffundit, sed exiguos prorsus, & in stomachi terminum, quà is uentriculo continuatur, excurrentes. Porrò inter cæteras propagines, ab hac uena coronæ ritu uentriculi elatius orificium succingente exortas[k] utcunque insignis uena ab ipsa pronascitur, quà à posteriori uentriculi regione secundùm dextrum orificij latus antrorsum contendit. Atque hæc propago à dextro eius uenæ latere nata, secundùm superiorem uentriculi sedem, inferius uentriculi adit orificium, id frequentibus utcunque uenis amplexans, & in progressu geniculatim ramos in priorem posterioremq; uentriculi sedem spargens. Iam commemoratæ uenæ tot propaginibus in uentriculum pertinenti,[l] alia respondet, ab humiliori sede sinistri uenæ portę trunci prodiens, ac inferiori omenti membranæ implicita, quæ non ita longè ab initio in duos ramos plurimum ab inuicẽ discedentes bipartitur, ex quibus denuo quamplures surculi deorsum prorepunt, & in coli intestini partem (quæ inferioris membranæ omenti beneficio tanquam à mesenterio ad dorsum committitur) excurrentes, & nonnullis propaginibus inserti in partẽ inferioris membranæ omenti, quæ intestinis incumbit, ac ueluti à colo intestino pronascitur. Atque hæc quidem de hominibus me hactenus dixisse arbitrator. nam à sinistro portæ trunco ne minima quidem soboles canibus ad colum intestinum digeritur, uti etiam in ipsis colum intestinum nulla ex parte omento alligatur, adeò ut neque mirandum sit, si hac orationis serie interdum à Galeni placitis recedam, qui simiarum uenas, uti ipse etiam ad Antisthenem scribit, ex professo docens, hominum uenas non persequitur. Cæterùm postquam sinister portæ truncus commemoratas eduxit propagines, ad lienem transuersim accedens, in[m] duos ramos secatur, qui rursus in alios partiuntur, atque hi denuò in alios tantisper dirimuntur, quousque numerosa ramorũ serie in[n] cauam simam uenę lienis sedem recta linea secundùm totam lienis longitudinem inferiori membrana omenti perpetuò suffulti implãtentur, atque[o] infinita sobole uenulas oppidò quàm graciles inuicemq; implexas, per uniuersum lienis corpus digerant. Ab infimo ramo, lienis inferiora petente, priusquam sinister portæ truncus in frequentissimas soboles illas dispargatur, interdum[p] tenuis uena prodit, quæ in sinistram inferioris membranæ omenti sedem uno atque altero surculo dispensatur: idq; tunc potissimum, quando primus[q] maioris in humiliorem omenti membranam pertinentis uenæ diductus angustior est, quàm ut commodè uniuersæ membranæ inibi ramos communicet. Præterea à ramo quopiam ex illis qui ad superiorem lienis regionem repunt, quum is iuxta lienem consistit,[r] uena exoritur, quæ dextrorsum lata, atque omenti membrana superiori intertexta, in eam uentriculi sedem pertingit, quæ elatiori lienis sedi propinquior uisitur. Hæc quandoq;, sed rarius, in uentriculi tunicas adeò excurrit, ut non admodum procul à sinistra sede superioris orificij uentriculi distet. quod autem hæc uena illud contigerit, uidi nunquam. Neque etiam præsens uena ab elatissimo lienem adeuntiũ ramo promitur, sed ab illo qui ferè huic proximus est. Quemadmodum uerò hæc iuxta eminentiorẽ lienis partem principium ducit, sic à maiusculo ramo imam lienis sedem accedente,[s] alia exurgit uena utcunque insigni amplitudine donata. Hæc perinde atque nuper[t] dicta dextrorsum retorquetur, & sinistram uentriculi fundi regionem perreptans,[u] illi accuratè conuenit uenæ, quam ad fundi [x]medium usq; dextram eius sedem amplecti retulimus. Ambæ enim ad hoc medium in exiguos desinunt ramulos, mutuoq; implicãtur. Dein sinistra perinde ac dextra in sinistram fundi uentriculi sedem surculos geniculatim antrorsum retrorsumq; dispergit, ac superiori membranæ omenti in sinistram ipsius partem oblongas frequentesq; soboles communicat. Cæterùm canes ea quam fundi uentriculi dextram sedem adire commemorauí, destituuntur: & illius uicem ea supplet, quæ sinistram fundi sedem ramis conserit. Atque ad hunc modum frequentissimè sinistrum portæ uenæ truncum absumi spectabis. nõ rarò autem ad hunc in hominibus ex singulis uenis concauæ lienis regioni iam inserendis,[y] singulas uenas in uẽtriculum ad eum modum

*In lib. de Venarum & arteriarum sectione.*

d inter K et N suprà, in fri M.
e N. 4 fi. li. 5. y. 14, 15. fi. d.
f O, O.
g 14, 15. fi. lib. 5. G.
h P.
i Q.
k R à P. 14. fi. lib. 5. e
l 5. 4 fig. lib. 5. Y.
m T, T.
n Spectatabulas fi 19. lib. 5.
o 4, 4, 4.
p V. 4 fi lib. 5. d.
q S.
r X, X. 14, 15 fi. li. 5. g.
s Z. 2. fig. lib. 5. S. 4. fi. f.
t X.
u H.
x 2 fi. lib. 5. T.
y Y. 14 fi. lib. 5. g. g.

digeri, ac lienem uentriculo pertinaciter colligari comperies, quo [z] duas nuper commemora- z X,Z.
tas à uenis lienem accedentibus propagari ſcripſimus. Atque hîc ſedulò obſeruandum uenit,
huiuſmodi uenas ab eis quæ lienem accedunt in uentriculum digeſtas, neque diſtributionis
forma, neque colore, neq; implantationis ſpecie, quicquam ab alijs in uentriculum excurren-

*Dextri caudicis portæ trũci ſeries.*

bus uenis differre. [a] Dexter uenæ truncus (quem in inteſtina potiſſimum diffundi narrabam) a G.4 fi.li.
quà primùm meſenterio à dorſo naſcenti committitur, in [b] tres præcipuos diſſcinditur ramos: 5 t.12 fig.h.
qui in alias denuò innumeras uenarum ſoboles diuaricati, inter duas meſenterij membranas b,b,b,b.de
producuntur, atque inferiorem poſterioremúe inteſtinorum partem quæ meſenterio alliga- in ſpectã 10,
tur, & quam diſſectionum profeſſoribus cauam uocare libuit, amplectentes, in ieiunum, ileum, 11,13,14 fi.
cæcum & dextram coli ſedem, qua id dextro reni & iecori adiacet, finiuntur. Quot uerò ab his lib.5.
diſſcindantur ſoboles, quum prorſus ſint innumeræ, dictu eſt arduum: dein nõ omnibus ean-
dem diſtributionis exhibent ſeriem, quamuis (uti diximus) ad inteſtina illæ propagines excur
rant. A tertio dextri portæ trunci ramo, qui in ſiniſtram partem medij meſenterij potiſſimum
diſcinditur, [c] inſignis uena in [d] ſiniſtrum meſenterium, quod colon à liene ad rectum uſque in c,c,c.12 li.
teſtinum dorſo alligat, porrigitur, atq; nunc dictis uenis in inteſtina diffuſis ſimiliter, in plures 5 n.
deriuata ſurculos, eam coli regionem, quæ à uentriculi ſiniſtra ſede ad rectum uſq; inteſtinum d 11 fi.lib.5 R,S,T.
pertinet, adit. Inter omnes ſiniſtri meſenterij uenæ ramos, [e] unus inſigni magnitudine inter e d,d 9 fi.li.
duas ſui meſenterij membranas (quẽadmodũ cæteri omnes rami) intertextus, ſecundùm coli 5 k,k.
ſinẽ deorſum ſub recto inteſtino prorepit, multas uenulas ex ſuperiori anterioríue ipſius ſede
ad eam inteſtini partem, qua porrigitur, depromens. Præſens ramus quum ad recti inteſtini
extremum uſque contendit, non amplius rectà ſub inteſtino deducitur, ſed in [f] plures utcunq;
exiles diffuſus ramulos, finem recti inteſtini orbiculatim amplectitur. Porrò & ſi frequentiſſi- f e,e.
mæ ſint trium nunc dictorum dextri portæ trunci ramorum ſoboles, tamen plures numero-
ſioresq; in gracilia, quàm craſſiora inteſtina diſtribui, cuiuis ex diſſectione obuium eſt. Quo
enim inteſtina uentriculi fundo ſunt magis continua, eo pluribus uenarum implicantur ſurcu
lis, quoniã ex illis plus ſucci quàm ex ſedi uicinioribus ſit exugendum. Quemadmodum uerò
nõnullis priùs enarratis uenæ portæ ramis [g] corpora quædã glanduloſa atq; ad amuſſim quo- g 4,5 fi.li.
dammodo carnea attendi circunduciq; dicebam, ſic etiam ramorum per meſenterium ad inte- 5 x,x.12 fi.i.
ſtina diffuſorum ſectionibus, [h] glandulæ quædam interiacent, proportionem in magnitudine h 10 fi.lib.5
cum diſtributis propaginibus ſeruãtes. In grandioribus enim propaginũ diductibus (quem- L,M.& 14 fi.G,F.
admodum ubi dexter portæ truncus in tres primos ipſius ramos finditur) magnæ reponũtur
glandulæ, in ſubſequentibus uerò horum ramorũ diuaricationibus graciliores minoresq;. Hu
iuſmodi quoq; glandulæ, capillorũ modo prætenues uenulas, à uenis quas interiacent mutuan
tur. In has igitur propagines portæ uena digeritur, quæ omnes aut ad nutritionem, aut excre-

*Venæ portæ diſtributionis ratio.*

menti alicuius expurgationem, aut in uentriculo excocti cibi in iecoris portas deductionem,
propagatæ cenſentur. quippe [i] quas bilis ueſiculæ oblatas dixi, alimentũ illi ſubminiſtraturæ i C,C.
ad eam excurrunt. Pari modo [k] propagines numeroſa ſobole in omentum diffuſæ duntaxat k 4 fi.lib.5 q,r,x,y,A.
ut illud enutriant, multoq; adipe imbuant, à portæ uena deriuãtur. [l] Propagines lienem peten l T,T.
tes rerum Conditor feciſſe conijcitur, ut ſimul lieni alimentum deferant, atq; ex iecore fœculen
tum ſanguinem ſeu melancholicum ſuccum in ipſum expurgẽt. Quum enim craſſius ſanguifi-
cationis recrementum his propaginibus in lienem uehatur, & quum hæ illud lieni porrigant,
ſimul quoq; neceſſariò lieni nutrimentũ offerũt. ſiquidem, ut in quinto libro, nõ ſine religione
tamen quadam, ſcripturus ſum, lien atrum illud ſanguificationis recrementum in ſui nutritio-
nem conficit, & lien per [m] uenas ab illis quæ lieni inſeruntur in uentriculum profuſas, quod ipſi m X,Y,Z.
ex fœculentiori ſanguine reliquum eſt, neq; ſibi concoquere ac adaptare ualet, in uentriculum
eructat. uerùm id nõ (ut diſſectionum profeſſores malè arbitrãtur) in ſuperius uentriculi orifi-
cium diffundens, ſed ad fundũ præcipuè, quò [n] maior uena à uenis lienem adeuntibus exorta, n Z.
in uentriculũ pertinet. [o] Surculi capillorũ modò tenues ad glandia in hoc à rerũ Opifice dedu o M.
cuntur, ut illa à portæ ramis alimentũ colligãt. Cæterùm [p] reliquæ omnes portæ propagines p D,I,K, N,G.
in uentriculũ & inteſtina digeſtæ, duplici nomine extruũtur, partim ut illis nutrimentũ ſubmi-
niſtrent, partim ut ſuis finibus & oſculis in uentriculum & inteſtina hiantibus cõfectum à uen-
triculo cibũ ex ipſo ac inteſtinis exugant, atq; ad iecur tanquam cõcoctionis officinã toti huma

*Portæ nomina.*

no corpori cõmunem tranſferant. Ingreſſus autem & aſcenſus in hanc regionẽ, ex multis, quæ
nunc narrauimus, ſtrictis itineribus unus præparatur, ipſæ nimirũ portæ uenæ [q] caudex, quem
ueterum quiſpiã Naturæ operũ peritus ante Hippocratem πύλας nuncupauit, à quo in hunc q B.

*Li. 6 de Placitis.*

uſq; diem portæ uenæ nomen ad nos manauit, ipſaq; (ut & Galenus teſtatur) à nõnullis porta
iecoris, ab alijs ianitrix appellatur. uerùm nonnulli totã uenam hoc nomine donari nolunt, ſed
partem



partem ipſius duntaxat, quæ primùm à iecoris ſubſtantia cernitur libera. Dicitur & caudicis
r fig.cap.6 B,ſ. nomine στελεχιαῖα, quod etiã nomen Galenus interdũ cauæ uenæ [r] quà iecori eſt proxima, & præ
terea magnæ arteriæ, quà è corde pronaſcitũ, tribuiſſe uidetũ. Dein portæ uena ab alijs etiã iecoris
manus nuncupatũ, quòd iecur ea ad elaborati in uentriculo cibi attractionẽ tanq; manu utatur.

*Portæ uenã ſanguinem nõ conficere.*

Sunt qui lacteã appellẽt, quòd ſuccus quẽ hæc ab inteſtinis iecori defert, lacteus ſit. Porrò uenã
portæ, ſuccũ eũ quẽ è uentriculo, præcipuè autẽ ex inteſtinis ad ſe allicit, atq; in iecur defert, ieco
ris modo in ipſo deductu concoquere, ac eidem præparare, & in rudem ſanguinem mutare
haud facile conceſſero: quantumuis grauiter id in quarto de Vſu partiũ libro Galenus aſſerat.
Nullam enim ſanguificationis uim mẽbraneo & coriaceo uenæ corpori aſſignare poſſum: &
ſi quæ eſſet, illa profectò album pararet ſanguinẽ, non ſecus quàm à uentriculo emutata, lacteũ
colorem referunt, uti & uentriculi ſubſtantiã albam. non autem iecoris modò concreti ſangui-
nis inſtar rubram eſſe liquidò cernimus. Atque hoc Galeni placitum non ſemel ab ipſo repeti-
tum altiùs refellerem, niſi Galenus ipſe ſexto de Dogmatibus Hippocratis & Platonis eam mu
s d,d. taſſet ſententiam, ſui ipſius, quo acriùs Ariſtotelem oppugnaret, oblitus. [s] Ramum portæ, quẽ

*Melancholicum ſuccũ per portæ ramos purgari.*

ſub recto inteſtino decliuem ac meſenterio ſuffultum porrigi ſcripſimus, nonnunquam ad fæ-
culenti ſanguinis per ani uenulas, ſanguine interdum manantes, expurgationem plurimum
conducere arbitror. Quandoquidem dum aut ob lienis obſtructionem, aut aliud quodcunq;
ipſius uitium, fæculentus ſanguis non uniuerſus, uel nullus planè in lienem abſumitur, uel lien
eundem ad uentriculum eructare nequit, huius rami beneficio certis quibuſdam interuallis, uti
mulierum menſtruæ purgationes ſolent, per anum excerni credo. Rarius enim ex uniuerſo
corpore hæmorrhoidum uitio laborantibus ad uenæ cauæ ramulos in ſedem pertinentes, lu-
toſum eiuſmodi ſanguinem regurgitare uerisimile nobis uidetur, dum ueram uenæ portæ di-
ſtributionem perſpectam habemus. Quippe ex hac coniecturari eſt promptiſſimum, quî is ſan
guis à liene non attractus, aut ob meatuum obturationem non admiſſus, unde fluebat rurſus
regurgitet, atque ſua grauitate per ramum ad inteſtinum rectum pertinentẽ deorſum procum-
bat, ibíque tantiſper reſeruetur colligaturq́ue, donec nimium turgentes uenæ oſculis reſeratis
per anum manare illum ſinant. Huic meæ ſententiæ magnum robur adiecit is quem hoc ſan-
guinis defluxu per interualla laborantem reſecuimus. Huic enim minor, ſed durior lien fuit, &
uena ſub recto inteſtino excurrens, pollicis quaſi craſſitiem ſuperauit, eoq; modo ſanguine tur-
gebat, quo iam parturientium animalium uenas uterum amplexantes, inſigniter amplas diſten
taſq; cernimus. Verùm hæc paulo latius à nobis relata ſunt in epiſtola, qua dextrã axillarem in
laterali morbo (ſi modò dextram aut ſiniſtram ſeces, quicquam interſit) aperiendam docui. ac
proinde nunc ad uenæ cauæ ſeriem eſt accedendum: nam portæ uenam ſecandi modum ad fi-
nem Quinti libri reijciendum duxi, in quo omnium nutritionis generationisq́ue organorum
adminiſtrationem unà perſequar.

## CHARACTERVM TOTIVS VENAE CAVAE DELINEATIONIS, QVAM SVBSEQVENS pagina proponit, Index.

*FIGVRA, quam in proxima reponemus pagina, quatuor Capitibus ſeriatim ſub-
ſequentibus communis eſt, proportioneq; illi correſpondet, qua integram arteriæ magnæ ſeriem
ante duodecimum huius libri Caput, ac dein dorſalis medullæ neruorum diſtributionem ante un
decimum quarti libri Caput exhibebo. quæ in ea uirilis corporis magnitudine (quemadmodum
& hæc uenæ cauæ figura, & muſculorum & oſsium ſimul compactorum tabulæ) depinguntur,
quam huic papyro (quæ regalis uulgò dicitur) accommodam fore putaui. Verùm ſi cuipiam po
ſtea uiſum fuerit, eiuſmodi nudas uenarum, arteriarum, & neruorum icones aut ex proportione,
ut clariores reddantur, augere (uti in mea Epitome factum cernis) aut propter chartæ angu-
ſtiam, ſeu potius ob typographorum ſordes & auaritiam imminuere, id unum moneo & rogo
pariter, ne quis has figuras circumſcribens, aliam hominis imaginẽ illis adijciat: quemadmodum
plagiarij quidã profectò, ex quibus hanc uenarum ſeriem ſedula diſſectione collegiſſem digniſsi
mi, in meis Anatomicis tabulis Argentinæ impreſsis tentarunt. Hæc enim circumſcriptio,
etſi multis rationibus negociũ uitiet, ob id tamen etiã reſpuenda eſt, ne omnes uenæ hac expreſſæ
figura in una tantum corporis ſuperficie digeri, ac anteriori tantũ parti peculiares eſſe uidean
tur: potiſsimum quum nemo tam rerum ignarus in his Naturæ myſterijs operam nauet, qui in*

INTEGRA ET AB OMNIBVS
PARTIBVS LIBERA AC
nuda uenæ cauæ delineatio.





*hac proportione non cernat quam totius corporis superficiei sedem singulæ uenæ perreptent. Quinetiam ex quinti, sexti & septimi librorum figuris facile constabit, cuiusmodi illæ debeant esse effigies, quæ cum uenis etiam partes quæ illis implicantur oculis subijciunt.*

A, A, A *Tres isti characteres propaginem notant à uena caua ubi iecori adnascitur, in iecoris gibbum passim perquàm numerosa ramorum serie sinistrorsum distributam. Alteram autem propaginem in dextram iecoris sedem similiter diffusam characteribus non insigniuimus, uti etiam nullas uenæ cauæ soboles, quæ pariter utrinque habentur, & priuatim nihil in altero latere sibi uendicant, ne fortassis characterum copia delineationem obscuraremus. Vnde etiam dextrum latus potius quàm sinistrum characteribus liberum conspicitur.*

a *Huiusmodi etiam gracilior soboles à caua iecori sub grandibus illis propaginibus A indicatis digeritur.*

B *Venæ cauæ sedes inter iecoris gibbum & septum transuersum consistens.*

C *Sinistra propago duarum, quas caua septo offert, & à quibus etiam surculi in cordis inuolucrũ pertingunt.*

D *Cauæ uenæ orificium in dextrum cordis sinum pertinens. Optarim hic sedulò expenderes, uniuersamq; cauæ delineationem accuratè contemplareris, consideraturus an'ne ueriùs hoc orificiũ cauæ uenæ principiũ ueniat statuendum, an ea cauæ pars ubi A & a in ipso caudice scriptum cernis, & ipsa uena secundum iecoris posteriora deorsum prorepit, cuius etiam gratia in dextrum latus incuruatur, tantum scilicet, quantum iecoris sedes, cui cauæ caudex committitur, ad dextrum latus à uertebrarum medio declinat.*

E *Vena coronæ modo cordis basim amplectens, ac deorsum per cordis substantiæ exteriora ad ipsius usque mucronem surculos à se deriuãs, & στεφανιαῖα seu coronalis nuncupata. Hæc & si ab anteriori sede orificij uenæ cauæ hic oriri uideatur, perpetuò tamen quum simplex sit, à posteriori sede eius orificij pronascitur, uti in septima sexti libri figura ad G est cernere.*

F,F *Vena coniugis expers, quæ à cauæ dextro latere prodiens, decliuis secundum dextrum uertebrarum latus ad secundam ferè lumborum uertebram descendit.*

G,G *Characteres isti hic atque illic ad uenæ pari carentis latera repositi, uenæ illius propagines insinuant: eas nimirum quæ costarum offeruntur interuallis, ac postmodum in dorsalem medullam, & in musculos uertebris ipsisq; costis instratos, ac etiam membranas thoracis amplitudinem intersepientes, surculos promunt.*

H *Cauæ sub pectoris ossis elatiori sede iuxta iugulum bipartitio, quam lanij boues & porcos iugulaturi petunt.*

I *Vena primæ thoracis costæ innixa, atque ad alam transuersim perducta, brachijq; axillarem postquam aliquot propagines diffudit constituens.*

K *Exilis uena in sui lateris aliquot superiorum costarum succingentẽ membranã soboles deriuãs.*

L *Vena sub pectoris ossis sinistro latere ad abdominis usque superiora descendens, ramosq; uerarum costarum cartilaginum interuallis, ac demum thoracem intersepienti sui lateris membranæ, ac etiam musculis pectori instratis, & abdominis cuti ramos exhibens. Præcipuum autem ramũ sub recto abdominis musculo dispergit, qui supra umbilicum in aliquot finiens surculos, alterius*

M. *uenæ ab imo sursum ascendentis, ac Γ notandæ terminos respicit, ea nimirum sede, ubi M asscripsimus.*

N,N *Vena per foramina transuersis processibus uertebrarum ceruicis insculpta, ad caluariam properans, ac dorsali medullæ geniculatim ramos offerens, ut & in musculos quoque inibi ceruicis uertebris adnatos, soboles dispensat. Qua uerò ratione hæc uena in duram cerebri membranam exhauriatur, etiam si hanc hic quoque delineare conatus sim, in peculiari de cerebri uasis figura decimoquarto Capiti præponenda non minus disces, quàm reliquarum caluariam petentium uenarum seriem.*

O *Vena musculis humiliorem ceruicis, & superiorem thoracis sedem iuxta uertebras occupantibus, multiplici utcunq; sobole exporrecta.*

P *Vena ad musculos pectori instratos, & huius regionis cutem, & ipsam demum mamillam excurrens.*

Q Vena in posteriora thoracis proficiscens, ac in cauam scapulæ sedem uicinosq; musculos deriuata. Huic proximæ sunt uenulæ in glandium axillæ excurrentes, quarum hic una inter P & R expressa est.

R Propago secundum thoracis latera deorsum ducta, & potissimùm distributa in musculum, quo posterior axillæ cauitatis sedes constituitur, brachiumq; in posteriora deorsum uellitur.

S Interior iugularis, quæ graciles surculos asperæ arteriæ lateri & hàc deductis neruis spargit. quod uerò ipsius præter aliquot propagines reliquum est, in caluariam prorepit, & uariè ut in cerebri uasorum descriptione prosequar, discinditur.

T Exterior seu superficiaria iugularis. Verùm iugularias uenas (quæ Græcis σφαγιτιδας uocantur) nõnulli appellant, quæ statim in thoracis amplitudine sub summa pectoris ossis sede biparti ta caua producuntur. Alij non totas illas, seu integros eius diuisionis truncos iugularias uenas nuncupari uolunt, sed id demũ quod ex ijs iam supra clauiculas ceruici intextũ cernitur. In Arabũ interpretibus iugularias ita ferè appellatas legimus: Guidez, Guades, & corrupta Græcorum uoce grandes, sphragitidas, iuueniles, pensiles, organicas, subeticas, uertiginosas, apoplecticas, uenas somni. Atque ita tam interiores quàm exteriores appellitant. & has quidem patentes, illas uerò immersas & occultas nuncupãt. Porrò exterioris iugularis seriem, ut plurimum mihi apparuit, hic delineatam habes, ut scilicet simplex per colli latus prorepat, surculos tantum aliquot in conterminas sedes diffundens.

V Exterioris uenæ iugularis iuxta fauces in duos ramos distributio.

X Exterioris iugularis ramus oris interiora subiẽs, ac uariè in laryngẽ & hyoidis ossis musculos, linguam, palatum, narium amplitudinem, ac demum in caluariam tribus propaginibus, ac etiam aliquot surculis in oculos digestus.

Y Exterior ramus diuisionis externæ iugularis iuxta fauces factæ, qui numerosa uenarum serie in faciei musculos & cutem, deinde ad tempora & post aures uniuersamq; capitis cutem digeritur.

Z. Ac Z quidem portionẽ huius rami Y notati insinuat, quæ in faciem exporrigitur. 9 uerò,

9.æ.*. frontis uenam indicat. æ, portionem secundum tempora sursum repentem. & * eam notat, quæ post aures & ad occipitis cutem fertur. Cæterùm reliqua uenarum hic in capite series ad cerebri uasa spectat: quam ob id characteribus nõ insigniui, quòd hæc peculiaris figura decimoquarto Capiti præponenda explicabitur. Quanquam interim si quis hanc cauæ uenæ effigiem characteribus occupare uoluerit, ad eum modum quo nos illam finximus, quæ huius libri adhibebitur calci, uenas simul cum arterijs ostensura: primum characterem apponere licebit dextro lateri, ut is dextrum seu primum mihi sic appellandum duræ cerebri membranæ sinum hic quasi instar semicirculi porrectum indicaret. Secundus uerò character sinistro, seu secundo eius membranæ sinui inscriberetur, qui in sinistro latere semicirculi quoque modo fertur. Tertius autem character tertio duræ membranæ sinui adhiberetur, qui illic incipit, ubi primus & secundus sinus seu duo illi semicirculi inuicem congrediuntur, & ubi ab ipsis alius semicirculus quodammodo sursum exporrigitur, cuius posterior pars occipitio propinquior adumbrata cernitur, anterior autem quæ frontem adit lucida. Quartus autem duræ membranæ sinus, quem ex anteriori sede trium dictorum sinuum concursus pronasci, atque rectà antrorsum duci suo loco audies, hic non est delineatus. In figura tamen huius libri calci insuta, y insignitur. Prætereà tribus illis characteribus quartus succederet, qui in primi duræ membranæ sinus radice positus, ingressum indicaret uenæ N notatæ: deinde ingressum rami interioris iugularis etiam insinuaret, qui per foramen sexti neruorum cerebri paris caluariam subit. Quinto characterе internæ iugularis ramus per proprium foramen in latera duræ cerebri membranæ excurrens insigniretur. Sextus ramum exterioris iugularis notaret, qui proprio foramine ad radicem posteriorem que sedem processus mamillaris temporum ossis exsculpto, caluariam subit. Ad hæc præter alios characteres etiam unus illis uenulis inscribi posset, quæ sub frontis uena 9 insignita hic umbratæ feruntur, ut scilicet uenæ etiã indicarentur, quæ per caluariæ sedẽ cui olfactus organa incũbunt, & per foramen secundi neruorum cerebri paris gratia cælatũ, in caluariam repunt. Atq; hæc omnia sanè adnotauissem, nisi illa in grandiori figura decimiquarti Capitis fuissẽ propositurus. quanquam etiam cerebri uasorum seriem absque arterijs minimè liceret aggredi, quandoquidem



dem in illos duræ mẽbranæ sinus nõ uenæ modò, sed & arteriæ exhauriantur, ipsiq; sinus non minus arteriæ quàm uenæ fungantur munere. Verùm interim non improbauerim & hanc uenæ cauæ delineationẽ, uti iam monui, characteribus quibusdam à studiosis insigniri, iam in cerebri uasorum serie ex huius libri decimoquarto Capite, & ex septimo etiam libro eruditis: aut, ut antè dixi, exemplum sumentibus, ab ea figura quæ ad huius libri calcem insuitur, ac nuper commemorata seriatim literis t,t.u,u.x,x.ſ.ε.λ.μ, exprimit.

a,a Vtrunque a uenam humerariam indicat, uerùm superiori a ipsius exortus ab externa iugulari T notata, radix significatur. inferius autem a humerariæ sedem notat, qua iam humeraria ex alto in brachij superficiẽ cutemq; emerget. Huius uenæ nomina paulo pòst absoluta manus characterum narratione, propter Arabum interpretum uoces subijciam.

b Humerariæ propago ab ipsius elatiori sede non procul ab exortu in posteriores ceruicem occupantium musculos, ipsamq; huius regionis cutem sparsa.

c Humerariæ etiam propago, in gibbam scapulæ sedem frequenti utcunq; sobole excurrens.

d,d Venæ ab humeraria, priusquam ipsa penitius sub summo humero contorquetur, pronatæ, ac in summi humeri sedis cutem & superficiem musculi brachium attollentis, interdum quoque & ad mamillam digestæ.

e,e,e Tenues uenulæ ab humeraria in externæ brachij sedis cutem, anterioremq; regionem musculi cubitum flectentium prioris propagatæ.

f Humerariæ iuxta externum humeri tuberculum in tres ramos partitio, qui nunc inuicem amplitudine æquales, nunc inæquales uisuntur.

g Primus humerariæ tripartitionis ramus in altum immergens, ac sub musculorum ab externo humeri tubere pronatorum capitibus aliquousq; excurrens.

h Secundus dictæ nuper tripartitionis ramus, qui sub cute deorsum obliquè ad mediam sedem flexus cubiti deductus, cum axillaris uenæ ramo t notando coit, ac cum illo uenam communem constituit, cui æ asscriptum est.

i Tertius humerariæ tripartitionis ramus, per radium in externam cubiti regionem obliquè con-

k. tendens, ac uenulas passim in proximam ipsi cutem dispergens. inter quas ferè præcipua k insignitur, quam ad exteriorem cubiti articuli sedis cutem ad posteriora quodammodo digerit. Quando præsens ramus in eum modum obliquè repens, ad brachialis usque radicem è regione ap-

l. pendicis ulnæ pertingit (nimirum ubi hic l spectatur) axillaris uenæ propaginis x notandæ soboles ipsi commiscetur, ac una ab hac axillaris sobole & humerariæ ramo uena consurgit, brachialis & postbrachialis sedem sub paruo digito, ipsumq; adeò paruum digitum & quodammodo anularem, uaria ramulorum serie accedens.

m Axillaris uena, cuius nomina paulò pòst recensebuntur.

n Axillaris uenæ ramus, in capita deriuatus musculorum cubitum extendentium.

o Ramus nuper dictis musculis & posteriori brachij sedis cuti exporrectus.

p Insignis propago obliquè deorsum sub humero uersus exterius humeri tuberculum ducta, quæ musculis hinc principium ducentibus ramos exhibẽs, aliquousq; in externam cubiti sedem cum quarto brachium petentium neruo fertur.

q,r Axillaris uenæ in duos truncos distributio, quorum alter binis q insignitus in alto semper totoq; ipsius ductu occulitur, ac prorsus pari modo cum manus arteria digeritur, quam in totius magnæ arteriæ figura duodecimo Capiti præponenda licebit intueri. Alter uerò axillaris trũcus (cui r inscribitur, & quæ tota orationis serie nobis axillaris uocabitur) passim sub cute excurrit, ac in uarias soboles dispensatur. Cæterùm hãc axillaris uenæ distributionẽ interdum etiam altiùs fieri quàm hic delineauimus, obseruabis: unde etiam tanto minus Galeni descriptionibus eam conuenire animaduertes.

ſ Vena ab axillari in anterioris brachij sedis cutem, & nonnihil quoque in posterioris sedis cutem digesta.

t Anterior axillaris uenæ ramus, eius diuisionis quæ hic iuxta interioris humeri tuberculi cutem est conspicua. Præsens ramus t insignitus, obliquè ad mediam cubiti articuli flexus sedem sub cute fertur, ac cum humerariæ ramo h notato coiens, communem efformat uenam æ indicatam.

u *Axillaris iuxta interius humeri tuberculum bipartitionis posterior uena, quæ plures easdemq; uarias à se soboles diffundit.*

x,x *Posterioris uenæ u notatæ ramus, qui sub ulna deorsum ad brachiale porrigitur, & passim in conterminam ipsi cutem digestus sobolem offert humerariæ ramo brachiale iuxta minimum digitum conscendenti.*

y *Vena in posterioris articuli cubiti sedis cutem excurrens.*

z,z *Notatur multiplex uenarum series, in interioris cubiti sedis cutem diffusa, & dein in interioris summæ manus sedis cutem excurrens. Verùm superius z uenam notat ab axillaris uenæ ramo t insignito principium ducentem. Inferius autem z indicat propagines, quas axillaris uenæ ramus x & x insignitus internæ cubiti regioni offert.*

ϕ *Venularum Veneris monticulum implicantium cum ramo ♂ notando coitus. est nanque ramus is propago illarum uenarum, quæ externam manus summæ sedem inter pollicem & indicem perreptant.*

α *Vena communis ab axillaris ramo t & humerariæ ramo h conflata, quæ per internam cubiti sedem deorsum obliquè radium conscendens exporrigitur, ac tandem radium supergressa in exteriorem cubiti sedem propter inferiorem ipsius regionem excurrit, ramulos quosdam in progressu ad proximam ipsi cutem dispergens.*

β *Communis uenæ iuxta radij humiliorem partem, qua brachiale respicit, diuisio,* γ *aut* Y *aut*

γ. Λ *non absimilis: cuius quidem alterum crus* γ *insignitum, externam summæ manus sedem pollici ac indici subiectam, ipsumq; pollicem & indicem accedit, & ramulum ♂ indicatum in internam manus sedem digerit. Alterum autem crus* ε *insignitum, uersus medium & anularem potissimùm absumitur. Ramis externam summæ manus sedem adeuntibus uaria à nostris medicis imponuntur nomina, quæ quum inter se admodum pugnent, & passim sint obuia, aliquid de ipsis iam dicendum arbitror: hûc characterum indicem lubentiùs barbaris nominibus occupaturus, quàm orationis qua has uenas describam seriem. Græci igitur & Latiniores medici in uniuersa manu paucas uenas proprijs nominibus appellarunt. Venam nanque per brachij interiora alamq; excurrentem in utroque brachio, quia axillam seu alam perreptat, axillarem uocauerunt: quemadmodum & cubiti interiorem, quòd scilicet per cubiti interiora potissimùm exporrigatur. Verùm priuatim dextræ manus axillarem iecorariam uocarunt, quòd in iecoris affectibus illam diuidere soleant. Sinistræ autem manus axillaris lienaria ipsis dicitur, quòd in lienis morbis hanc plerunque aperiant. Sic rursus ὠμιαῖαν seu humeralis a insignita, simpliciter suum nomen obtinuit, quòd per humerum in manum feratur: etiam cubiti exterior nuncupata, quoniam cubiti exterius latus perreptat. Hippocrates in libris de Articulis hanc uidetur crassam uenam nuncupasse. Quia uerò capitis morbis hæc mederi creditur, etiam capitis uena est dicta. Ramos uerò h & t notatos & uenam communem, quam α notauimus constituentes, medias uenas nuncuparunt, quòd scilicet ad flexus cubiti medium ducerentur, aut quòd inter cubiti exteriorem uenam & interiorem essent mediæ. Ab obliquo autem ipsorum ductu obliquas quoque illas uocarunt. Communem (quæ α insignitur) nuncuparunt, quæ ab illis ramis h & t notatis consurgit, atque interiori & exteriori cubiti uenis communis est. Præter hæc nomina uix alia apud illos reperias. At si Arabum libros uerses, nominum acerui passim occurrent eidem uenæ uix unquam accommodatorum. Quo autem aliquid certius de his quoq; depromam, studiosorum nomine qui me his nominibus in Anatome remorari solent, non grauabor Auicennæ interpretis nomina hic recensere, quæ Fen prima libri primi doctrina quinta Capite quarto leguntur. In quo Capite Auicenna ex proposito manus uenas describit, earum seriem à Galeni libro tertio de Administrandis sectionibus, aut potiùs ab Oribasio petens. Auicenna igitur, aut ipsius interpres, Spatularem uocat humerariæ partem à iugulari externa ad eam usque sedem ductam, qua humeraria brachij cutem primùm subit, quæ pars duobus a in nostra delineatione complectitur. Quà autem humeralis brachio exporrigitur, illam Cephalicam quasi capitis uenam nuncupat. Hæc inter inferius a & f continetur. Tertium humerariæ ramum, quem i insigniuimus, Funem brachij appellat. Axillaris ipsi Asellaris dicitur. Communis uerò α notata, Nigra: ubi autem hæc obliquè ad radium contendit, Basilica ipsi uocatur. Al-

terius



terius communis uenæ cruris, illius nimirum diuisionis quam γ aut Y assimilauimus, sub anulari & indice porrectus, Syelen Auicennæ appellatur. Verùm aliàs subinde apud Arabes & barbaros illam Syelem uocari obseruabis, quæ iuxta brachiale ab humerariæ ramo i notato, & axillaris uenæ propagine x insignita constituitur, & l notatur. cui eadem quæ axillari medicorum uulgus nomina imponit, hanc quoq; Saluatellam & Salubrem uocans. Quanquam rursus communis uenæ ramum γ notatum uersus pollicis & indicis regionem exporrectum, alij saluatellam uocent, huic eadem quæ humerariæ nomina largientes. Ad hæc, axillaris medicis potissimùm Basilica, interdum & Nigra, aliquando & Funis brachij nuncupatur. Humeraria etiam ocularis & auris, quod scilicet earũ partium inflammationibus medeatur. Nisi fortè horum nominum impositores adeò stulti fuerint, ut cum Aristotele & illis qui hodie uenas à me rectè antea pictas turpiter in lucem suo nomine emiserunt, arbitrati sint humariæ ortum sub aure primùm esse. Cæterùm communis uena Media, Mediana & Corporalis uulgò dicitur.

ζ *VENAE cauæ portio, qua inferioribus corporis partibus nutrimentum administratur.*

η *Vena in pinguem membraneamq; sinistri renis tunicam, conterminasq; sedes excurrens.*

θ *Grandis uena ad dextrum renem exporrecta.*

ι *Grandis uena sinistrum renẽ petens. hæc, uti & dextra, quod serosum sanguinem ad renes defert, serosusq; humor quodammodo ab ipsa emulgetur, Emulgens uulgò nuncupatur.*

κ *Propago à uena in dextrum renem deducta, in pinguem renis dextri tunicam excurrens.*

λ,λ *Seminalis uena sinistra.* μ,μ *Seminalis uena dextra. Hæ uenæ in progressu peritonæo cui ad dorsum firmantur, hærentq;, surculos communicant, & ramulos membranis testem uasaq; seminaria ambientibus diffundunt.*

ν *Seminalium uenarum sedes, qua hæ primum implicari, ac uaricum modo conuolui incipiunt.*

ξ *Venæ geniculatim à caua in dorsalem medullam, quæ lumborum uertebris continetur, ac demum ad ipsas lumborum uertebras, ipsisq; accumbentes musculos & peritonæum digestæ.*

ο *Venæ cauæ supra ossis sacri initiũ in duos trũcos distributio,* Λ *aut inuerso* ν *aut Vnõ absimilis.*

ϖ *Ramus utcunq; amplus, transuersim in peritonæum & lumborum carnes, abdominisq; musculos distributus.*

φ *Ramuli aliquot in superiora ossis sacri foramina missi.*

ρ,ϱ *Sinistri trunci magnæ illius super os sacrum bipartitionis in duos ramos distributio, quorum interior* ρ *notatur, exterior* ϱ.

τ,τ *Interioris rami, quem* ρ *notauimus, exterior propago, in musculos exteriorẽ ilium ossis sedem occupantes, & in clunium cutem conterminasq; partes frequenti ramorũ serie transuersim digesta.*

υ *Interioris rami* ρ *insigniti interior propago, atq; eius propaginis rami humilioribus sacri ossis*

χ,ψ. *foraminibus distributi.* χ *uero &* ψ *reliquas interioris huius propaginis soboles, uti hac parua tabella eas delineare datum est, exprimunt. Porriguntur autem illæ ad ani musculos, uesicæ fundum, & ceruicem: mulieribus etiam ad humiliorem fundi uteri sedem, ipsumq; adeò uteri collum.*

ω *Vena ab exteriori ramo, quem* ϱ *indicatum conspicis, deprompta, atq; cum reliquo interioris rami* ρ *notati coiens, quà id pubis ossis foramen perreptat.*

ϑ *Hac sede uena pubis ossis foramen permeans, præter alios ipsius surculos uenulam in coxendicis acetabulum porrigit, hicq; in istius regionis musculos disseminatur.*

ϰ *Vnus ex ramis uenæ pubis ossis foramen transeuntis notatur, qui cutem ad internam femoris sedem inibi subit.*

χ *Congressus dictæ nuper uenæ, cum ramo magnæ in crus distributæ uenæ perficitur, quem 2 notabimus.*

Γ *Vena ab elatiori sede exterioris magnæ illius trunci rami, quà is peritonæum perforat, principium ducens, quæ peritonæo et abdominis musculis cutiq; ramos offert. inter cæteros autem præcipuus sub recto abdominis musculo sursum conscendit, & supra umbilici regionem in aliquot dissectus surculos, eas respicit soboles, quæ huc à uena sub pectoris osse deducta pertingunt, ea uidelicet sede cui M ascriptum cernis.*

Δ *Propago uenæ in crus tendentis, quæ transuersim ad genitalia conterminasq; sedes in surculos exhauritur.*

Prima magnæ crus petentis uenæ propago per interiorem femoris tibiæq; sedem sub cute deorsum ad summum usq; pedem perreptans.

Λ Propaginis Θ insignitæ ramus, femoris interiora ad inguina accedens.

Ξ Dictæ propaginis ramus ad anterioris femoris regionis cutem uersus exteriora digestus.

Π Dictæ propaginis ramus, primo tibiam mouentium musculo oblatus.

Σ Dictæ propaginis soboles, quas in anteriorem genu sedem & posteriorem quoq; dispensat.

Φ Hac sede propago Θ indicata per sedem tibiæ interiorem, sub cute in uarios multiplicesq; ramos dissinditur, hicq; opportunè dum sanguinem mittimus aperitur.

Ψ Hac ad anteriorem interioris malleoli sedem nuper dicta propago ducitur, atq; uti cernere est in pedis superiora exhauritur.

Ω Ramus à grandi uena crus petenti in anteriorem coxendicis articuli regionem exporrectus, eiusq; sedis musculis & cuti soboles utcunq; frequentes deriuans.

1 Ramus septimo nonoq; tibiam mouentibus musculis & cuti femoris iuxta externam ipsius sedem ramos deducens.

2 Grandis uena in quintum femur mouentium musculum digesta.

3,4 His duabus propaginibus inuicē coëuntibus uena cōstituitur, quæ inter musculos posteriorem femoris sedē occupantes excidens, sursum in femoris cutē ramos porrigit, quos 5 insigniui. Verū

6. maiori ipsius parte 6 notata, sub cute per poplitem genū ue flexū fertur, & in suræ cutē numero

7. sa serie inibi digeritur, ubi 7 asscriptum spectas. Porrò in delineatione, obscurus ille ramulus,

8. qui 8 respicit, deorsum magis deberet ferri: neq; sat scio qua uel mea uel sculptoris negligentia, is illic desinit. Verùm mediocris est negotij illum uersus 8 notam, calamo deorsum protrahere, quum in dextro crure illum non neglexerim.

9 Magnæ crus petentis uenæ in duos ramos distributio, quà hæc inter duo inferiora femoris ossis capita continetur.

10 Interior dictæ diuisionis ramus, ad posteriores suram tibiæ ue uentrem constituentes musculos et

11. ad cutem internæ sedis tibiæ suræq; digestus, inibiq; 11 insignitus.

12 Dicti iam rami quem 10 notauimus portio, secundùm interioris malleoli posteriorem sedem ad internum pedis latus exporrecta.

13 Exterior ampliorq; ramus diuisionis 9 insignitæ, qui mox in alias duas impares propagines digeritur.

14 Dictæ modò diuisionis exterior propago.

15 Exterioris dictæ modò propaginis portio externum perreptans malleolum.

16 Interior illius diuisionis propago, quæ inter tibiæ & fibulæ medium quà hæc ossa inuicem dehiscunt deorsum fertur, inter musculos uidelicet posteriori tibiæ ossis & fibulæ sedis adnatos, & ligamentum quod hæc ossa secundùm tibiæ longitudinem mutuò colligat.

17 Diuisio interioris propaginis 16 insigniti, quæ ad medium longitudinis tibiæ perficitur. Atq; hæc alterum ramum inter calcem & tibiæ os ad pedis inferiora mittit, alterum uerò inter fibulam & calcem.

18 Soboles iam ultimo commemorati rami, quæ inter tibiæ os & fibulam per membraneum eorum ossium ligamentum in pedis superiora digeritur, alijsq; uenis hàc proreptantibus commiscetur. Atq; ita quatuor ferè uenarum radices ad pedis superiora surculos porrigunt, nimirum 12, 8, 18, 15 insignitæ.

19 Venarum ad digitos series indicatur. Præter hanc cauæ uenæ delineationē, & pleraſq; quinti sexti et septimi librorū figuras, huc imprimis spectat quā ad horū librorū Epitomē parauimus, & huius libri calci uarias ob causas uti commodissime fieri potuit insuendam duximus. Quotiescunq; igitur in quatuor subsequentium capitum interiori margine simplex character occurret, illum ad nudam cauæ delineationem refer, quam siue sexti Capitis libri tertij figuram, siue figuram sexto tertij libri Capiti præpositam alibi in margine uocemus, nihil interesse arbitror.

QVONAM



# QVONAM PACTO VENAE CAVAE SOBOLES in iecoris substantia, portæ uenæ propaginibus committantur, quaq; ratione uena caua à iecore prodeat, aut in ipsum ramos diffundat. Caput VI.

*Quoties alicubi in interioribus marginibus figuram sexti Capitis libri tertij scribimus, nudam uenæ cauæ delineationem indicamus, ne semper addendum sit, figura sexto Capiti præposita.*

a tota figura huic capiti præposita.



PROLIXE admodum de[a] uenæ cauæ exortu agendum esse, si quis autorum cōtrouersiam in medium adferendam arbitraretur, cum pleraq; Galeni loca, ipsius operibus passim interiecta, tum maximè sextus de Hippocratis et Platonis dogmatibus liber attestantur, quē uniuersum huic quæstioni, ex quo nam uiscere uenis origo ducatur, dedicauit. Si enim ex proposito eadem disceptatio mihi aggredienda foret, neutiquam Galeni argumenta oscitanter præterire liceret, quin singula seorsim essent accuratissimo studio examinanda, & quæ uera, & quæ falsa ducerem, enarranda. Haudquaquam enim adeò Galeni uerbis acquiescendum est, ut omnia quæ illic in Aristotelem congerit, uera in dubitataq; esse ducamus. Vti iam in sermonis progressu, qui ueram uenæ cauæ seriem enarraturus est, cuiuis reddetur obuium. Quippe relicta de uenæ cauæ ortu (de quo non immerito Herophilus ille Anatomicorum coriphæus ambigebat) contentione, ipsius distributionem aggrediar, quam quidem[b] à corde auspicarer, si modò à maxima amplissimaq; uenę cauæ sede hanc auspicandam opinarer. Nam contra Galeni placitum, in Aristotelicæ sententiæ robur, uelimus nolimus, nobis quantumuis etiam ringentibus, fatendum erit, uenę cauæ[c] orificium quod ad dextrum cordis sinū pertinet[d] amplius esse, quàm uenę cauæ corporis amplitudinē, quacūq; etiam ex parte hāc metiendam duxeris. Deinde subsequens Caput commentum Galeni falsum esse docebit, quo cauam, quà iecoris gibbo committitur, amplissimam esse astruit, quodq; illam statim ab exortu in duos truncos[e] arteriæ magnæ modo findi, ac unum superiora petere, alterum uerò deorsum explicari, & postmodum ex illis truncis eum qui deorsum secundùm lumborum uertebras fertur, grandiorē esse tradit. Vnde etiam ilico in Galenum propria ipsius iacula, quæ ex fontium fluuiorumq; ductibus & arborum radicibus tanta industria et callidè texuit, repellēda ueniunt. Eodem modo Galeni dogma prorsus est respuendū, quo uenam cauam ex corde prodire inficiatur,[f] quòd illic non similiter, ut magna arteria, enascatur, hoc est, quòd mox ab ortu in duos truncos nō diuidatur, sed rectà secundùm cordis latus ducatur. Primùm enim, ut falsum & dissectionis professori indignissimum est, Galeni axioma, quo uenam è iecoris gibbo pronatam in duos truncos, perinde ac magnam arteriam, partiri affirmat: ita etiam non sua demonstratiua methodo concludit, hac occasione cauam à corde non oriri, quòd rectà secundùm cordis latus porrigatur. Nam si quis arterię ortum attentè examinauerit, animaduertet profectò (quod & Galenus nō ignorabat) illam è cordis basis medio tanquam ex ipsius centro enasci, ac proinde si arteriæ pars aliqua deorsum ducenda fuerit, ab ortu statim arteriā necessariò diuidi oportuisse. Venam autē quæ ex cordis basis latere (utpote uas mollius quàm arteria) secundū Aristotelis sententiā enasceretur, nō oportuit in duos trūcos statim ab ipso ortu discindi, quum citra diuisionem peropportunè sursum deorsumq; repere possit, illaq; diuisio in cassum fieret, præterquàm quòd prorsus esset inartificiosa. Nam si hinc prodiens uena, arteriæ modo bifurcaretur, primum ipsius origo & caudex aliquousq; in dextram thoracis sedem omnino proreperet, ac inde primùm diuideretur, cuius diuisionis trunci denuò sinistrorsum deberēt duci. si modò uersus corporis mediū (ut nūc fit) cauæ caudex porrigi debuisset.



*HAC figura finxi cauæ seriem, quam necessariò moliretur, si in duos truncos ad cordis dextrum latus discinderetur. Quò autem hoc Galeni argumentum toties ab ipso repetitum, et optimæ demonstrationis loco habitum, accuratiùs obserues, cōfer præsentem figuram cum aliquot sexti libri et potissimùm cum quinta, & etiam cum totius cauæ figura, ut animaduertas quà illā citra diuisionē obliquari oportuerit, ut ex dextro dorsi latere ad ipsius medium pertingeret.*

Accedit huc Galeni argumentū, nunq; nō grauissimè ab ipso resumptū: Si cor uenarum esset principiū, omnes uenas necessariò oportuisse ad cor ptingere, uti sanè ad iecur pertingunt. quasi uerò[g] arterialis uena ad iecur non minus, quàm[h] portæ uena ad cor, accederet. Aut si fortè Galeni sententiæ suffragaturi contenderimus, arterialē uenam ob id ad iecur nō pertinere, quòd arteriæ constet corpore, concedamus rursus oportet[i] uenalem arteriam uenæ corpore efformari, atq;[k] ab illa sinistri cordis sinus sede principium petere, à qua caua è dextro cordis sinu nascitur. Adde & hāc nō secus ab origine in dextrā pulmonis sedem et in sinistram duci, quàm caua sursum ac deorsum à corde ducitur: ac dein uenam arterialem aliquādiu unum caudicē ab ortu ser

b à D.

c 7 fi. lib. 6 C, C.

d D amplius est, quàm B, f.

e fi. ca. 12 C diuiditur in i ac V cum D.

f Hic conser 5 fi. li. 6 C, D, F, cum O, P, R figure 6. Dein specta hanc sedem in ultima 3 li. fi.

g 1 fi. 15 ca.

h fi. ca. 5.

i 2 fi. ca. 15.

k confer C 5 figu. lib. 6 cū G 6 figure, ubi aliā seriē etiam uidebis I quàm G.

uare, ac postea in duos truncos diuidi, perindè sanè ac magna arteria, quæ similiter ac uena illa arterialis è cordis basis medio ꝓnasci, suo loco docebit. Præterea irrefutabilis illa (ut Galenus inquit) demonstratio, quam in Aristotelem de animalibus dextro cordis sinu destitutis contexit, minimè efficax est: quandoquidē illis animalibus caua uena unico cordis sinui eum in modum tunc committitur, ut in alijs dextro sinui, quum & his animalibus sanguis à iecore ad cor arteriarum saltem nomine (etiam si non pulmonum occasione) diffundatur. Et quis obsecro eò uenit stupiditatis, ut Aristotelem cauam uenam eiusmodi animalibus ex dextro uentriculo, quem non habent, exoriri uoluisse cum Galeno dicat, & non cognoscat Aristotelem aliud orationis genus de animalibus pulmone destitutis, quàm de illis quæ hoc non priuantur, instituturum fuisse? Ad hęc, quis perfunctoriè in dissectionibus uersatus ambigit, argumentum quod à [l] membranulis uenæ cauæ orificio præfectis ducitur, per uenalis arteriæ [m] membranas dilui posse? Neque sat scio quid de auium uenæ cauæ distributione Galenus comminiscatur, quum nihil peculiare in uenæ cauæ serie in illis obseruem, nisi quod iecur duabus fibris seu lobis ipsis priuatim constituatur, à quibus si caua principium ducit, profectò arteriæ magnæ ritu ab origine in duos truncos non diuiditur. Insuper Galeno, quando cauam à corde non oriri asserit, eo quòd arteriæ modo non pulset, animaduertenda uenerat arterialis uenæ ac uenalis itidem arteriæ natura. Pariter quum obijcit, cor sanguificationis uim iecori per cauam non offerre, quod illa coriacea sit, ipsi expendendum erat, quàm breue interuallum inter cor et iecur consistat: & quo pacto ipse in quarto libro de Partium usu, toti uenæ portæ sanguificationis facultatem iecoris uirtuti similimam tribuerit. Cuius uenæ distributionis seriem Anatomici à iecore incœperunt recensere, non autem ab intestinis & uentriculo, à quibus confectum ex cibo & potu succum in iecur deducit. Sed ne hîc Galeni dissectionis, atque adeò totius medicinæ principis placita, nimis uilipendere, ac seriatim ipsius quę adhuc reliqua sunt argumenta refellere uidear, & non potius tanquam pro aris & focis unà cum alijs medicis, qui manus sectioni nunquam adhibent, pugnare, ac probabilia saltem affingendo defendere, à iecore seriem uenæ cauæ iam auspicabor, quòd ab hoc sanguinem in cauam deriuari, aut saltem ex portæ propaginibus in cauæ soboles assumi non negem. Ortum uerò cauæ hinc esse non ita annuo. Neque quicquam à me de ipsius origine assertum uolo, quicquid etiam casu mihi inter scribendum exciderit, ne hircosis quibusdam medicis calumniādi ansam ipse suggeram, qui non nisi huius generis nugas morantur, & interim ossium ac musculorum cognitionem & uasorum reliquam seriem tanquam ad se nihil pertinentem reijciunt: & si forte hic quicquam texere in me possent, mirè suis pestilentibus odijs nos traducerent, probe & tacite ad innumera loca conniuentes, in quibus Galeni lapsus Anatomicos hactenus ostendi: & fortè in posterum illos silentio uel ob hoc non sum præteriturus, ut eiusmodi sycophantis & uitilitigatoribus inuidiæ, & in illis quæ propter inscitiam auersantur exercendi argumentum præbeam. Verùm ideo de cauæ principio ex iecore nihil absolutiùs subijciam, quòd iecur mihi potius è uenis quæ ipsi intexuntur, quàm uenas ab ipso, uel etiam in prima fœtus conformatione, originem ducere colligatur. Aliud enim nihil in quinto libro iecur esse audies, quàm uenularum infinitam sobolem, cui concretus sanguis (qui propria iecoris est substantia) obnascitur, quum interim uenæ cauæ [n] os ad cor pertinens, simile prorsus sit magnæ arteriæ, & uenalis arteriæ arterialisq; uenæ orificijs: quæ à corde enasci nemo sanæ mentis inficiari potest, si modo diuersæ quasi substantiæ corpus (ut ligamentum ab osse) ex alio pronasci affirmare audemus. Cæterùm quemadmodum (ne fortè rursus aliò excurrat oratio, cui, ne prolixior fiam, rationes nullas ex sententia addo) ab extremis iecoris partibus orbiculatim ex ipsius concaua sede [o] exiguas uenularum propagines paulatim ad iecoris medium uersus posteriora contendentes inuicem coire, maioresq; uenas constituere diximus, et deinde ex maioribus illis rursus grandiores tantisper effici, quousque omnes illæ soboles in uenę portæ caudicem finiant: [p] pari etiam ratione ad concauæ uenæ generationem (ut ita modò loquar) ex summis orbicularibusque iecoris finibus, in gibba ipsius sede, innumeræ uenularum propagines exoriuntur, quæ sensim uersus medium posterioris sedis iecoris prorepentes, in insigniores uenas coëunt: atque hæ rursus in ampliores eousque colliguntur, donec tandem in elatiori iecoris parte, qua dextram uertebrarum sedem respicit, in unam congrediantur [q] uenam, quæ ab insigni amplitudine Græcis κοίλη, μεγάλη interdum, & στελεχιαῖα (quemadmodum & portæ uena) deinde & ἡπατική: in Arabum autem interpretibus uocatur hanabub, uena uentrem habens: Latinis uerò caua, magna & iecoraria, rariùs autem caudicis uena nuncupatur. Vnde uerò nonnulli hanc Galeno communem uocari scripserint, non satis assequor, quamuis existimem hos [r] illa delusos uena, quam eo nomine in cubito peritiores medici uocant. Vti etiam dextri

*Venæ cauæ distributionis descriptionem à iecore incipiendam.*

*Cauæ in iecore series.*

*Cauæ uenæ nomina.*

*l 7 fi. lib. 6 K, L, M.*
*m 9 fi. li. 6. E, F.*
*n 7 fi. lib. 6 C, C, C. atq; ita inuicem confer 6, 8, 9, 10 figuras lib. 6*
*o fi. ca. 5. A, A, A uersus cha. 1, 2, 3, 4, 5 & itidem ad B.*
*p A, A, A ad B.*
*q B, l.*
*r a.*



dextri cubiti [s] axillarem, Hippocrates iecorariam, non minus quàm ipsam cauam quà cordi proxima est, appellauit. Porrò uenę cauæ rami per iecoris corpus exporrecti, portæ ramis [t] incumbunt, & utriusq; uenæ ramulorum extrema osculis inter se conniuent, ut cauæ propagines optimè citissimeq; sanguinem iecoris beneficio in portæ ramis elaboratum, ac bile flaua fæculentoq; sanguine repurgatum, transsumant, & postmodum uniuerso corpori ad partium enutritionem deducant. Venarum itaque cauam constituentium, atque è iecore eductarum coitus, nō in medio gibbi iecoris perficitur, ut Anatomicorum uulgus ridiculè arbitratur: sed, ut iam prius admonui, in ea parte iecoris quæ dorsi seu spinæ dextro lateri proxima est, adeò sanè ut nihil prorsus substantiæ iecoris toti posteriori uenę cauę parti, quà dorsum spectat, obduci cernatur. Neque rursus, quemadmodum Galeno & omnibus dissectionum professoribus hactenus uisum est, uenæ cauæ rami ex iecore procedentes, cauam in eum modum constituunt, [u] quo portæ uenam efformari colligiq; dictū est: aut ut radices ad arboris caudicem pertinere conspicimus. Nam cauę rami, ac si uenam per posteriorem iecoris sedem dērectà quodāmodo deorsum porrectam, et duntaxat iecoris cuidam sinui innatam ingrederentur, eam constituunt. Sunt autem hi [x] duo insigniores rami, propter iecoris elatiora, in anteriorem cauæ sedem, non autem latera, aut posteriorem sedem, subingredientes, qui neutiquā cum uenæ cauæ amplitudine sunt comparandi. imò si non nimis anxiè in Galeni uerba mecum iuraueris, neque tuis oculis fidem derogaueris, proculdubio asseres uenam cauam à corde deorsum per iecoris posteriora ferri, atque ab huius anteriori sede [y] duas insignes uenas pullulare, numerosa serie in iecoris substantiam diffusas. Præter eas uenas quas caua, simulatque deorsum à corde descendens, iecoris substantiæ adnascitur, iecori offert, in reliquo ipsius per uisceris posteriora descensu (qui sanè breuissimus est) [y] paruulos etiam spectabis ramulos ab anteriori cauæ sede etiam in iecoris substantiam excurrentes, et in omnibus hominibus numero neutiquam pares. Atque hæc omnia sedulò hominem secanti, adeò sunt obuia, ut nullus nunc uenæ cauæ seriem spectans, non multò magis probauerit hanc, quod ad seriem, nō autem sanguinis ductum attinet, oportere à corde primùm describi, ac demum ipsius ad superiora inferioraq; ductum esse enarrandum. Sed quum concedam, sanguinem qui in caua passim continetur, à iecore confici, uenæ cauæ ramorum distributionem à iecore quodammodo auspicatus sum, ac deinceps eam uenæ partem primùm describam, quæ supra iecur consistit, non eam quæ ad partes iecori subditas porrigitur: longè omnibus de cauæ ortu postpositis altercationibus. Quanquam interim sedulò studiosos adhortor, ut nullis autorum suffragijs fidem dantes, ipsi non modò hominis iecur, uerùm & simiarum & canum, quibus alia iecoris forma accidit, aliaq; ramorum à caua in iecur series, accuratè secent, ac uenæ cauæ iuxta iecur & cor progressum examinent, dummodo inutili quoque Anatomes parte delectentur. Quo autem id fieri debeat artificio, partim in calce quinti libri, partim & in sexti libri fine docebitur.

*s sinistra axillaris r, u notatur.*
*t 13 fi. lib. 5 Z incumbit Y.*
*u fi. ca. 5. B. constituitur ex A, A, & ceu in cha. 1, 2, 3, 4, 5.*
*x Alter A insignitur.*
*y a.*




*PRAESENS figura iecoris gibbū posterioremq; ipsius sedem commonstrat. ac A quidem & A indicant elatiorem gibbi regionem septo transuerso uersus anteriora conterminam. B uero & B regionem humiliorem. C cauæ uenæ pars notatur, qua hæc septum permeat, ipsiq; ramos exporrigit. D ad E usq; sedē indicat, qua caua iecoris substātiæ adnascitur. H portæ uenæ portiunculā insinuat. cæteri characteres aliò quàm ad præsens Caput referuntur.*



*HAEC figura uenæ cauæ portionem oculis subijcit, posteriori iecoris sedi exporrectam. Hanc longa sectione secundùm posteriorem uenæ sedem ducta dissecui, ac dein distendi, ut propaginum foramina, quæ caua in iecur diffundit, aut quæ cauam constituunt, in conspectum uenirent. Ac utrumq; A propaginis quæ à caua in sinistrā iecoris sedem disseminatur, orificium, & ipsam denique propaginem notat. B uerò & B propaginem indicant, quæ per dextram iecoris sedē spargitur. C autē & C paruas soboles insinuant, quæ iecori etiā à caua præter duas maximas propagines, diffunduntur. Nihil enim interesse uelim, an propagines has & soboles à iecore enatas cauam constituere dicam, an à caua in iecoris substantiam diffusas. Cæterùm D cauæ uenæ sedes notatur, qua hæc septum permeat, ipsiq; ramos depromit.*

## VENAE CAVAE, EIVS PARTIS *quæ ſupra iecur conſiſtit, diſtributionis ſeries.* Caput VII.

HAVDQVAQVAM Galeno & reliquæ Anatomicorũ turbæ illius placita ſectanti ſatis fuit, falſum uenę cauæ ortum à iecore comminiſci, ac ut ab Ariſtotelis placito uerius declinare uiderentur, fingere, uenam cauam mox à ſuo è iecoris gibbo progreſſu in duos truncos arteriæ magnæ modo bipartiri, unumq́ ad ſuperiora corporis, alterum uerò ad inferiora duci: quinimo ut etiam probaret ſanguinem in corde non generari, adijcere nõ ueritus eſt, truncum qui ſuperiora petit multò ſtrictiorẽ eſſe, minusq́ amplum illo qui deorſum porrigitur. Sed iam aſſeruimus, cauam in eiuſmodi truncos non diuidi:[a] & etiã ueritati neutiquã cõſonum eſt, cauæ uenæ partem quæ inter iecur[b] dextramq́ cordis aurem cõſpicitur, anguſtiorẽ illa uideri, quæ ſub iecore lumborum uertebris explicatur. quod nõ perfunctoriè inter diſſecandum obſeruari uelim: quo minus aliquis, qui mihi ſecanti nõ aſtiterit, aut ipſe ſectionem ſtudioſè non fuerit aggreſſus, hæc me confingere arbitretur. Nam ſi quis obiter ſectioni ſtudium impendat, & iecur aut cor, aut aliud mẽbrum inter ſecandum mouens, plus ſanguinis in uenæ partem uertebris lumborum exporrectam, quàm in illã quæ ſupra iecur habetur propulerit, is ſanè Galeni ſententiæ ſubſcribet. at ſi uiciſſim ex hac uenæ parte in illã ſanguinẽ compreſſum ſurſum duxerit, leui opera Galeno non amplius aſſentietur. Præterea, ubi hæc ſectione indagauerit, neceſſum eſt Galeni rationem preſſius expendere, qua conficit aſcendentẽ uenæ partẽ multò oportere minorẽ eſſe deſcendente, quòd hæc plures quàm illa partes enutriat. Nam ſi hæc Galeni ratio uera eſt, etiã citra ſectionẽ ipſius commentũ nulli nõ innoteſcet, quandoquidẽ aſcendens pars plus ſanguinis contra Galeni dogma, quàm inferior quę lumborum uertebris exporrigitur, requirit. Primùm enim neq́ bilis ueſicula, neq́ uentriculus, neq́ inteſtina, neq́ omentum, neq́ meſenterium, neq́ lien ramulum aliquem à caua aſſumunt, hæcq́ ſub iecore collocantur. Verùm ſoli renes, altera ueſica, teſtes et crura, & inferior abdominis pars ab ea quæ deſcendit cauæ parte ſanguinem adipiſcuntur. Ab aſcendente uero ſeptum tranſuerſum et uniuerſus thorax alitur. nam & thoracis pars iecori proxima, ad ſecundam uſq́ lumborum uertebram pertinens, à[c] uena coniugis experti nutrimentum obtinere audies. deinde manus, collum & caput uniuerſum, ut taceam nũc ſanguinis copiam in cerebrum tot uenis ſcaturientem, et eam quæ in cor defertur, non ſolùm cordis & pulmonis omnium maximi uiſceris nomine, uerùm & omnium arteriarum quas ſanguine ad cor delato impleri credimus, & arteriæ demum, ſi cum deſcendente cauę portione comparentur, quanto minus quàm illa ſanguinis continent? Sed quorſum ſpectat eiuſmodi rationes, ut Galeni placitũ ſubuertatur, colligere, quum ſectio iam admonitis ſtudioſis abundè non hoc ſolum infirmet, ſed & alia quæ in Galeni libris de Hippocratis & Platonis decretis paſſim leguntur, quamplurima, à medicis propter ſecandi imperitiam, & nimiam quam autoribus damus fidem, tanquã Apollinis oracula, libenter conceſſa. Cæterùm ego in præſentia relictis Galeni placitis,[d] partẽ cauæ aſcendentem lubens perſequerer, quò oratio uera duntaxat enarrans minus excreſceret, & Galeni nomine non interrupta, longè redderetur facilior. Verùm ea ipſius eſt autoritas, & noſtra in illum obſeruantia, ut niſi ipſe interdum quando illius ſententię non acquieſco, admonerem, nullus non me falſiſſima proponere ſibi perſuaderet: quum interim collatis inuicem ad hominis ſectionem locis, in promptu ſit, an perperam ab illo declinem. quod ſi alibi accidit, profectò nunc in uenæ cauæ ſerie mihi quantumuis inuito continget: quam prius aliquouſq́ uerè perſequar, ac poſtmodũ ubi à Galeni dogmatibus ſermo diſſenſerit adijciam. Vena itaq́ caua neruoſam ſepti trãſuerſi partem in dextro ipſius latere peculiari foramine[e] permeat, unà etiam cordis[f] inuolucrum perforans, quod inſigni amplitudine tum alibi ſepto continuatur, & connaſcitur, tum potiſſimum ubi caua ſeptum tranſit, ac ſepto[g] duas non uulgares offert propagines, per uniuerſam ſepti ſedem multiplici ſobole excurrentes, & ramulos quoq́ cordis inuolucro, quà id ſepto committitur, diffundentes. Quum primùm uerò caua ſeptum[h] ſuperauit, modicè uerſus ſiniſtrum cordisq́[i] baſis dextrum latus procedens, ſiniſtro ipſius latere[k] adaperitur, atq́ in dextrum cordis ſinum pertinet. Non quidem ut Anatomicorum fæx ſcribit, aliqua propagine aut ramo quopiam, uerùm duntaxat foramine quodam ſeu ſciſſione adeò ampla, ut cauæ uenæ amplitudo ipſi neutiquam conferenda ſit. Anteriori cauæ uenæ parti hîc[l] dextra cordis auricula connaſcitur. A' poſteriori uerò cauæ ad cor connexus ſede,[m] inſignis uena promitur (non autem, ut Galenus libro de Venarum ſectione docet, exigua) quæ ſecundum

cordis

*Cauæ partem ſeptum tranſeuntẽ, illa quæ ſub iecore cõſiſtit, non arctiorem eſſe.*
*Cauæ per ſeptum tranſitus, ac ipſius in ſeptum rami.*
*Cauæ in cordis dextrum ſinum adapertio.*
*Cordis baſim cingens uena.*

a reſpondet B, ſ. — b 5 fi. lib. 6 B. — c F,F. — d B. — e 7 muſcu. ta. ſ. prope A. — f 3 fi. lib. 6 C,D,E,F, G. 4 fig. B, B. — g C altera notatur. — h 5 fi. lib. 6 D. — i 4 fi. lib. 6 C,D. — k D, & 7 fi. li. 6 C,C, C. — l 5 fi. li. 6 B. — m E, & 7 fi. li. 6 G. & 6 fi. D.



cordis poſteriora & ſiniſtrum latus ita porrigitur, ut cordis baſim coronæ modo ſuccingat, ac ab inferiori ipſius ſede[n] ramos deorſum ad cordis uſque mucronem diſpergat. quorum præcipui ſunt, qui cordis ſubſtãtiam illic petũt, ubi hæc eſt[o] craſſiſſima. Vnde etiam frequentiores uenas ſiniſtro cordis lateri, & ubi ſinuum ipſius ſeptum conſiſtit, nobis occurrunt. Hæc uena interdum gemina uiſitur, grandiori quidem à poſteriori ſede orificij cauæ initium ducente, minori uerò ab anteriori ſede. Verùm longè ſæpius unica tantum obſeruatur, etiam ſi Galenus alibi hanc perpetuò geminam eſſe ſcripſerit. Vena caua à cordis baſi ſurſum aſcenſura gracilior fit, & cordis inuolucrum perforat, & uerſus corporis medium ſenſim ducta magnæ arteriæ[p] innititur, non autem retrorſum ducta uertebrarum corporibus inſidet, quæ à ſtomacho occupantur, cui rurſus aſpera incumbit arteria, & huic non infima magnæ arteriæ propago cui ultimo caua inſternitur: adeò ſanè ut quum caua tantum à uertebris diſtet, mirabili artificio illis uena fuerit offerenda, quæ ipſis coſtis'que ſanguinem ſubminiſtraret. Quum enim ſeptum tranſuerſum impedimento ſit, quo minus caua[q] ubi ſub iecore exporrigitur, ac renibus ſoboles diſpenſat, uertebris coſtisq́ propagines tribuere queat, & deinde quum cordis baſis adeò à uertebris eleuetur, & uaſa in pulmones diffuſa cauam à uertebris ita ſubleuent, ut etiam hinc ad ipſas caua nullos deriuare queat ramos, rerum Opifex à caua[r] magnam eduxit propaginem, poſtquam hæc cordis inuolucrum tranſcendit, atque pulmonis dextræ partis cum ſiniſtra[s] connexum (qui uaſorum pulmonis interuentu perficitur) ſuperauit, ipſaq́ dorſo propinquius quàm antea accedit. Hæc propago ſeu uena à dextro cauæ latere pronata, deorſum ad quartæ propemodum thoracis uertebræ corpus contorquetur, & decliuis ſecundùm dextrum uertebrarum latus porrecta ſuo[t] fine unà cum magna arteria,[u] ſub ſepto tranſuerſo ad aliquot lumborum uertebras pertingit. Hæc uena, cauæ uicem toto progreſſu gerit, quo ipſius caudex uertebras ita[x] atque in lumborum regione nequiuit contingere, ac geniculatim ramos ad uertebras ipſas'que adeò dorſi partes offerre. Porrò caua hanc ſine coniuge & pari uenam à ſe tam grandem deprompſit, ut arteriæ magnæ ritu utrinque ad coſtarum interualla,[y] ut nunc dicam,[z] ramos germinare poſſet, quos quidem à lateribus non diffudit, ſed ex media regione poſterioris ipſius ſedis, quæ uertebris innititur. Quia uerò coniuge priuatur, neque in altero latere parem aſſciſcit à caua propaginem, ἄζυγον Græci, nos uenam abſque coniuge, & paris expertem nominamus. Oritur autem potius à dextro cauæ latere, quàm à ſiniſtro, quòd ſecundùm dextram dorſi ſedem explicari debuit, ſiniſtra nimirum ſede, & media quodammodo à magna arteria digniſſimo organo occupandis. Ab anteriori etiam cauæ ſede non enaſcitur, ne fruſtra tunc longiori ductu quàm nunc uerſus dextrum reflecti, itáque ſpinam accedere deberet. A' poſteriori quoque principium ſumere nequiuit, quòd hæc ſedes alijs incumbat organis, quódque hinc uenam coniugis expertem dextrorſum magis deduci, quàm nunc, oportuiſſet. Ab hac uena utrinque geniculatim pullulant propagines, ſingulæ ad unum nouem coſtarum inferiorum interuallum perreptantes, quæ in uerarum quidem coſtarum interuallis ad eam uſque[a] ſedem contendunt, ubi hæ in cartilaginem degenerant: in ſpuriarum uerò coſtarum interuallis, etiam in anteriora magis abdominis, quàm interualla pertinent, propagines hæ pertingunt, abdominis muſculis etiam[b] implicitæ. In ipſo autem per coſtarum interualla progreſſu ramulos diffundunt, qui in muſculos illi thoracis ſedi quam ipſæ perreptant incumbentes, diſperguntur. Præterea ab hac ſine pari uena ad ſingulas ſecundùm quas deducitur uertebras ſoboles quædam pertinent, quæ in uertebrarum corpora, & dorſalem medullam, & in muſculos his ſedibus accumbentes excurrunt. Præterea[c] membranis thoracem interſepientibus, qua illæ dorſo continuantur, ab hac uena ſurculi etiam offeruntur. Deinde non obaudiendum eſt, ab huius uenæ lateribus, quam primum ab ortu uertebras contingit, ſubinde ramum quoque educi, eum'que in tenues propagines diuiſum, etiam ſui lateris ſuperiores coſtas adire, atque inibi in membranam coſtas ſuccingentem numeroſis, ſed gracilibus ſurculis diſtribui. atque hi non ſeriatim ac rectà ſecundùm coſtæ ductum feruntur, quemadmodum rami inferioribus coſtis digeſti, uerum errabundo ductu excurrunt. Atque id adeò frequenter in hominibus (quòd his ſcilicet multò breuior thorax, quàm quadrupedibus, à natura datus ſit) uſu uenit, ut eodẽ anno in publica ſectione in uiro & item muliere omnes thoracis coſtas enutriri, interdũ Patauij uiderimus. Et Bononiæ etiam (ut priuatas ſileam ſectiones) quũ primùm illic diſſectioni præeſſem, atq́ de uenæ ſectione in laterali morbo ſatis pertinaciter contenderetur, una eademq́ demonſtratione tria nobis obtigerũt hominũ cadauera, quibus omnes thoracis coſtas huius uenæ propaginibus enutriri, nemo ex tanto eruditorũ uirorũ cœtu inficiari potuit. Atq́ ut id ſubinde obſeruatur, ita ſanè interdum hanc ſine pari uenam, quum ad nonam ferè thoracis pertingit uertebram, in duos

*Li. 7 de. Admi. diſſectio.*
*Qui uenam coniugis expertem à caua educi oportuerit.*
*Varia uenæ pari carentis ſeries.*

n 6 fi. lib. 6 E,E. — o Specta 11 fi. li. 6. — p F ſuper H 4 & 5 fi. li. 6. aut ſpecta hic ultimam 3 li. fi. — q ſ. u. 6. — r F,F. ulti. fi. & 5 fi. li. 6 G. — s Specta 12 fi. lib. 6. — t infimũ G. — u 7 muſcu. ta. q. — x 20 fi. li. 5 Q. & 12 fi. g. — y fi. cap. 12 i diffundit h,h. — z G,G. — a 1,3 fi. ca. 19 lib. 1 A, B. — b 1 fig. lib. 5 E. — c 1 fi. lib. 6 H, H. aut 2 fi. G, G. I, I.

*DVAbus his figuris geminas uenæ pari carentis ſeries expreſſimus, quæ ab illa uariant, quã integra uenæ cauæ delineatio indicauit. Notat autẽ hîc A uenæ ſine pari truncum. B ipſius ramum, qui in ſiniſtrã ductus, in plures digeritur propagines. C uerò in inferiori figura, inſinuat cauæ uenæ caudicis portionem.*







truncos diuidi cernes, quorum unus quidem dextri lateris coſtarũ radicibus, alter autẽ ſiniſtri exporrigitur, ſuiq́ lateris coſtis, quà prorepit, ramos offert. Interdum uerò à ſiniſtro uenę pari carentis latere in eadem propemodum regione, grandem uenam pronaſci obſeruabis,[d] illi prorſus ſimilem quæ à portæ uena inferiorem omenti membranam adeuntium facilè maxima eſt. Hæc enim ubi primum tranſuerſim uertebræ illius cui exporrigitur corpus tranſcendit, in duos ramos diffunditur, quorum alter ſurſum, alter deorſum ſecũdùm coſtarum radices fertur, ac ſuarum coſtarum interuallis ramos deriuat. Non ſecus ſanè quàm ſi Natura aliquando maluiſſet, unum grãdem ramum à dextro latere hîc ad ſiniſtrum porrigi, quàm ſuper ſingulas uertebras unum tenuẽ gracilemq́ ramulum ferri. Adeò ut mihi etiã perſuaſum ſit (quamuis id nunquam uiderim) interdum à ſiniſtro cauæ caudicis latere, ubi iugulum contingit, uenam depromi, quæ ſecũdùm ſiniſtrũ uertebrarũ latus decliuis ducta, ſiniſtris coſtis ramos offerat, illa quam ſine pari uenã nuncupamus dextras coſtas dũtaxat alente. Atq́ huiuſmodi uenæ ortum nõ tantũ à iugulo primùm poſſe fieri, ſed paulò inferiùs, etiã agnus atteſtatur, in quo tale aliquid ſemel obſeruaui. Verum eiuſmodi non niſi rariſſimè occurrentes uenarum ſeries, Anatomes ſtudioſo non aliter expendendas putauerim, quàm ſi interdum ſextum in manu digitum, aliud'ue monſtruoſum ſe ſpectandum offerret. Adeò ut ſi quãdo in publicis ſectionibus hęc obſeruo, ea tanquã non eſſent, tacite prætercam, ne artis candidati in omnibus corporibus hæc obſeruari arbitrentur. Idq́ tanto, nõ in ſectionibus ſolùm, ſed modò in abſoluti hominis hiſtoria perſequenda, faciendum duxi ſtudioſiùs, quanto pertinaciùs ipſos monſtruoſa illa admirari, experientia non ſemel didici: quũ interim ipſis dolendũ magis eſſet, tale ad integrã ſectionem corpus obtigiſſe, quod ab hominũ canone plurimũ uariat, niſi fortè etiã crebro abſolutorũ & non mõſtruoſorũ hominũ ſectionibus aſtitiſſent, Galeni pręcepta ad finẽ libri primi de Adminiſtrandis ſectionibus nobis datũ nunquã negligẽtes.

*Quæ hactenus ſcripta Galeni placitis parum conueniant.*

*Li. 7 de Admi. ſectio.*

*Licebit hic 6 libri 3, 4, 5, 6 fi. & ultimam huius libri ſpectare.*

Porrò iam ſermoni adiјciendũ eſt, mihi hactenus in homine nihil eſſe prætermiſſum: uti ſanè arbitrabitur, qui Galeni placita ſedulò euoluens, primùm à me quintam pulmonis fibram ſeu lobũ requiret, quo caua in interuallo inter ſeptum & cordis inuolucrum ex Galeni ſententia ſuffulciretur. Quippe quum hunc lobum Galenus in ſimiјs reperiſſet, immeritò oſcitantiæ alios diſſectionis proceres arguit, quaſi illum ignoraſſent: uti ſanè & Galenum is lateret, ſi hominum cadauera potius quàm ſimiarũ ſecare aggreſſus fuiſſet. Quum enim in homine nullũ ſit interuallum ductus uenę cauę à ſepto in cordis inuolucrum, ſed uti ſuperiùs docui, hęc duo ſimul connata unà ſemelq́ perforentur, nullus ſanè pulmonis lobus hic cõſiſtere poteſt, qui in illo interuallo uenã ſuſtineret, niſi fortè hunc (quod ſummè eſt abſonum) in cordis inuolucrum reponi quis ſectionum imperitus arbitraretur. In caudatis uerò ſimiјs, et magis adhuc in canibus, amplum occurrit interuallũ, inter ſeptum trãſuerſum & inuolucri cordis mucronẽ, ac hîc inter mẽbranas thoracẽ interſepientes inane uacuum'ue eſt ſpacium, per quod caua prorepit, ſibi ſubſtratum habẽs pulmonis lobũ, quo mirabili Naturæ opificio is cauæ caudex tanquam manu apprehenditur et ſuffulcitur. Proinde quando Galeni deſcriptionem canibus, noſtram autem hominibus conferes, utramque ueram eſſe fatebere. Verùm Galeni ſententia nuſquam non à caua priuſquam cor pertingat, uenas in mẽbranas thoracem intercipientes, deduci ac diſtribui docens, ueritati parcit, quum hæ membranæ uenas aſſumant, partim ab[e] illis ramis quos à iugulo ad has ferri audies, partim à uena ſine pari. Caua autem quum ad cor fertur, interſepientes thoracis cauitatem membranas ne cõtingit quidem, tantum abeſt ut ramulos ipſis ita tenues ut in illas digeri debeant, offerat. Præterea alius Galenum in libro de Venarum ſectione, probè aſſecutus mirabitur, quî priuſquam cauæ ſupra cor progreſſum attingerem, à caua ſtatim atque in cor pertingit[f] uenam arterialem in pulmones porrigi non aſcripſerim, quum interim illud Galeni ſit dogma. Quod quàm ueritati conſentiat, ipſa uaſorum continuitas arguit: quippe quum nihil ab alio pronaſci uerè dicamus, niſi id ei ſit contiguum, aut ſaltem attiguum, arterialem uenam à caua principium ducere neutiquã quis aſſeret. præterquàm enim quòd arterialis uena ſextuplo craſſiori conſtat[g] corpore quàm caua, illa hanc non contingit, ſed non mediocris cordis ſubſtantiæ portio inter cauæ orificiј elatiorem ſedem & dextram orificiј arterialis uenæ, intercedit. Dein arterialis uenæ orificium

*Lib. 6 de Placitis. lib. de Secti. uena. lib. 7 de Admi. & 2 Commentariorum in Hippo. de Victus rati. in morbis acutis.*

*d 5 ca. fi. 8. & 4 fi. lib. 5. 7.*

*e L. 1 fi. li. 6 M, N, Q.*

*f 1 fi. ca. 15.*

*f 6 fi li. 6. l. 8. fi. C, D.*

*g 1 fi. ca. 15 B, C.*



orificium non minus in cordis dextrum ſinum quàm orificium cauæ orbiculatim liberumq́ pertingit, nihilq́ minus apparet quàm ſoboles aliqua à caua ad arterialem producta. Vnde etiam hæc, quia propriam obtinet circumſcriptionem, non minus priuatim quàm caua uenit pertractanda. Huc accedit Galeni de uenæ pari carentis principio, ſibi non conſtans ſententia. Primum enim in commentario decimo ſecundi libri in Hippocratem de Victus ratione morborum acutorum, ſibi ipſi ter pugnat. nam in initio ſermonis de uenæ cauæ per thoracem diſtributione uniuerſim inquit, uenam octo inferiores coſtas enutrientem à caua pronaſci antea quàm ad cor pertingat. mox ſubiјcit, in quibuſdam animalibus ſupra cor hanc à caua depromi: in homine autem ex ea cauæ ſede eandem emergere docet, qua hæc dextram cordis aurem contingit. Rurſus ſui oblitus aliquanto inferiùs ſubnectit, hominis infernas coſtas à uena enutriri, quæ ſub corde à caua exorditur. Huic ſententiæ propemodum conformis eſt, quæ in ſexto libro de Hippocratis & Platonis dogmatibus legitur, quum ſcribit, cordis inuolucrum ſimul cum omnibus membranis, quæ tum thoracis cauitatem interſepiunt, tum quæ pulmonem ambiũt, alimentum ex caua priuſquã ad cor deferatur ſumere. Quando enim inquit, καὶ ὅσοι περιαλείφουσι τὸν πνεύμονα, aliud nihil ipſum intelligere arbitror, quàm membranam coſtas ſuccingentem, quæ maxima ex parte uena ſine pari enutritur. Non enim intelligit opinor mẽbranam pulmonum ſubſtantiæ proximè obnatam, quum hæc ne ſurculum quidẽ à caua mutuetur. In libro autem de Venarum ſectione, uenã ſine pari à dextra auris ſede ad ſiniſtras thoracis partes proficiſci, atq́ ad quintam thoracis uertebram perferri in quibuſdam animalibus atteſtatur. In ſimiјs autem, paulo ſupra aurem in dextris partibus hanc poni docet, plurá que hic quàm in libro de Victus ratione, coſtarum interualla præſenti uena enutriri fatetur. Eandem ſententiam in ſeptimo de Adminiſtrandis ſectionibus complectitur, niſi quod hîc ipſam à uena quæ iuxta dextrum cordis ſinum conſiſtit, pronaſci ſimpliciter tradit: quum illic ad ſiniſtras thoracis partes illam proficiſci, malè adiecerit. Quinetiam alio ſeptimi eius libri loco hãc ſine pari uenam ex dextro cordis ſinu non ſecus ac[g] coronalem pronaſci docet: quamuis id in ſimiјs haud euenit. At non eſt quòd prolixius alia huius ordinis loca ex libro de Fœtus formatione & aliunde in medium adferam, quum ex modò propoſitis, Galeni de uenæ pari carentis ortu progreſſu'que ſententia utcunque conſtet. quæ quàm ueritati conſentiat, ex noſtra enarratione ueram eius uenæ ſeriem proſequente, petere licet. In homine enim non minus quàm in ſimiјs, & canibus, & ſuibus, & bobus, & quotquot uidi quadrupedibus à caua procedit, poſtquam hæc cordis inuolucrum ſuperauit, ac eò uſque pertingit, ubi nullus amplius pulmonum apparet connexus, qui uaſorum interuentu perficitur. Et ſi quis ſectioni fidem derogans, rationem huius uenæ exortus petierit, illam ſanè adinueniet ex noſtro ſermone, qui Naturæ artificium in illius uenæ propagatione ſuperius enarrauit. Haudquaquam enim hęc pari carens uena à cauæ caudice ſub corde enaſci potuit, tum quòd nimium periculoſè ſuſpenſa fuiſſet, propter ingens interuallum ab ea uenæ cauæ ſede ad uertebras uſque conſpicuum: tum etiam, quòd ſi illinc uena pari carens exoriretur, tota dorſi pars ſub corde & ea ſede qua eius uenæ principium nunc exporrigitur conſiſtens, uenis indiga relinqueretur: aut Natura denuò aliam uenam illinc, unde nunc illa enaſcitur, producere debuiſſet, illis uertebris alimentum ſubminiſtraturam. E regione autem[h] dextræ auriculę pronaſci nullo prorſus modo quiuit, quod uaſa pulmonem adeuntia, uenalis ſcilicet arteria, & arterialis uena, & aſpera quoque arteria, illam ad dorſum ferri prohibuiſſent, niſi ipſa aliquóuſque prius aut deorſum aut ſurſum prorepens, aptam deſcenſus ſui ſedem callidè inueniſſet. Præterea ſi è regione dextræ cordis auriculæ uena paris expers diffunderetur, ipſa etiam cordis inuolucrum peculiari foramine ſecus atque nunc permearet. unde etiam uel hinc affatim docet, quàm procul à corde principium ducat. Neque eſt quòd ad huius ſententiæ robur, hominis dorſi quà id cor ſpectat obliquitatẽ adferam: quæ quũ multo maior in homine, quàm quadrupedibus aut auibus ſit, facilè liceret conficere, ſine pari uenã homini etiam altius, quàm illis animalibus à caua oportere enaſci, quod his & ſuccinctior ductus è regione dextræ auris ad dorſum quàm illi uiſitur: uti profectò inter ſecandũ non ſolum iucundũ eſt expendere, ſed etiam promptum. Quamobrem uerò Galenus ita uariè & de hominis uena pari carente, ipſiq́ nunquã uiſa, magis perperã adhuc quàm de ſimiarũ uena ſenſerit, in ea Epiſtola utcũq́ perſtrinxi, qua dextri cubiti axillarẽ in laterali morbo (ſi modò quid interſit cuius lateris uenã diuidas) ſecãdam docui. Galenus enim aliquam rationẽ alicundè cõminiſci ſtuduit, qua Hippocratis ſententiã probabiliorẽ redderet, qua is ſanguinẽ non mittendum docet, quum dolor inferiora ac ſub ſeptum petit. Quaſi uerò Hippocrates arbitratus fuiſſet, à[i] uena ſine cõiuge per phlebotomiã nihil educi poſſe, aut eã remotiùs ab[k] axillari diſtare, quàm ut hæc aut alia quęuis, illius gratia aperiri poſſet. quum interim

*Galeni de uenæ ſine pari ortu ſentẽtiæ.*

*g E*

*Vnde uenam pari carentem enaſci oportuerit.*

*h 5 fi. li. 6. B.*

*i F.*

*k, m, r, u.*

interim in pulmonum, cordis, iecoris, uentriculi, lienis & renum affectibus, uenam in cubito
nõ Hippocrates ſolum, ſed omnis medicorum chorus ſecet. Cæterùm quoniam Epiſtola nu-
per commemorata, hæc prolixius cum aliquot alijs paradoxis perſequitur, cauæ uenæ diſtri-
butionem deinceps non interrupta ſermonis ſerie aggrediar. ne mihi præter ueræ hominis
hiſtoriæ narrationem in hoc negocium augeam, ut ubi à Galeno diſſentiendum eſt aſſcribam,
ipſiusq́ ſententiam uerbis aliquot refellam: & ne propter meam in eum pietatem, etiam proli-
xè mihi uenia petenda ſit, quo rabularum animos leniam, quos miras excitaturos noui tragœ-
dias, ſi ſemel atque iterum Galenum purgare, & friuolis quibuſdam ratiunculis ab errore uin-

*Quam ob rem non ſemper ſermoni addendũ, ubi is à Galeni placitis declinet.*

dicare poterunt, parum ſoliciti, quòd tot innumeris locis ipſius placita à ueritate diſſona certò
(quantumuis interim inuitus) oſtendam. Hactenus enim non ſemel expertus ſum, quàm eiuſ
modi homines apud diſſectionum imperitos gloriari ſoleant, quum rationem aliquam exco-
gitaſſent, qua Galenus excuſari, aut ut ipſi loquuntur, cum oſtenſa à me parte concordari poſ-
ſit. Quàm turpiter uerò ſe tum poſtea in publicis ſectionibus dederint, quum ſuos Achilles

*Cauæ ad iugulum inceſſus.*

mihi proponerent, ipſi probè norunt. Vena igitur caua, poſtquam ſine pari uenam à ſe didu-
xit, ad iugulum rectà ſub pectoris oſſe [l] conſcendit, membranis thoracem interſepientibus ele- (l ab F ad H.)
ganter ſuffulta, [m] molleq́ & glandoſum corpus hîc in iugulo paſſim adſtratum obtinẽs, quod (m 2 fi. lib. 6 F.)
Græci θυμὸν, Latini uerò communi glandularum nomine glandium uocant. Eſt autem glan-
dium id in elatiſſima thoracis ſede exſtructum, ut ab omni noxa frequentiſſimas uaſorum di-

*Cauæ caudicis in iugulo bipartitio.*

ſtributiones hîc ſuſpenſas, immunes ſeruaret. Vena enim caua [n] inibi primùm in duos inſi- (n H.)
gnes truncos diſcinditur, à quibus omnes uenæ cauæ partis ad elatiora corporis porrectæ ſo-
boles pendent. A' ſiniſtro namq́ trunco, quemadmodum & à dextro, [o] grandis uena promi- (o I.)
tur, quæ primæ thoracis coſtæ innixa poſtquam aliquot à ſe diſparſit ramos, ſub clauicula in

*Venæ axillarem conſtituentis ortus.*

axillam [p] properat. Ab huius etenim radice [q] exilis uena enaſcitur, deorſum per coſtarum radi- (p ut F ſub E in 1 figura lib. 6.)
ces ad tertiam uſque coſtam exporrecta, & exiguas ſoboles tribus ſuperioribus coſtarum inter

*Vena ſuperiora coſtarum interualla petens.*

uallis, aliquando duntaxat duobus, deriuans. Præſens uena non ſemper ab eius quæ axillam
petit radice pronaſcitur, uerùm nõnunquam à caua priuſquam in duos illos grandes truncos (q K.)
bipartiatur, principium ducit. Quinetiam interdum hanc penitus abeſſe obſeruaturus es, aut
araneæ filorum modo prætenuem, quum breuiora illarum coſtarum interualla ab ipſis incũ-
bente uena quæ axillam petit, aliquando autem à uenæ pari carentis propaginibus (idq́ potiſ-

*Venæ ſub pectoris oſſe deorſum repentes.*

ſimum in dextro latere) ſatis nutrimenti aſſumant. Ab anteriori ſede illius [r] magnæ in iugulo (r H.)
bipartitionis, [s] duæ prodeunt uenæ, quæ introrſum ductæ, ad elatiorem pectoris oſſis ſedem (s Altera L inſignitur. dem utraq́ 2 fi. li. 6 B, C.)
contendunt, & ſub pectoris oſſe deorſum perreptantes numeroſas à ſe diffundunt ſoboles.
Siniſtra (quod & de dextra ſubauditum uelim) ſecundùm læuum pectoris oſſis latus, ubi co-
ſtarum cartilagines ipſi coarctantur, decliuis ad abdominis ſuperiora tendit, in progreſſu ad
ſex ſuperiorum ſeptem coſtarum interualla ſingulas propagines diſtribuens, quæ ad termi-
num oſſis coſtarum ubi uenæ coniuge carentis [t] ramos ceſſare diximus, finiunt. Quemadmo- (t G,G.)
dum uerò à ramis uenæ pari carentis, propagines extra thoracis amplitudinem ad muſculos
coſtis inſtratos excidere relatum eſt, ſic quoque à uenis ad cartilaginum interualla diſſemina-
tis, ramuli notatu digni in muſculos pectori incumbentes, ipſasq́ adeò mamillas propagãtur,
ſi modò ad has à uenis pectoris oſſi exporrectis, ſurculi deriuentur. Porrò quod ex uenis ſub
pectoris oſſe deductis [u] reliquum adhuc eſt, ad latus mucronatæ cartilaginis deorſum in car- (u 1 fi. lib. 5 K. 6 muſ. ta. d. ubi etiam rectum muſculum f inſignitũ ſpectabis.)
noſam rectorum abdominis muſculorum partem diſtribuitur. Venæ enim è thoracis ampli-
tudine prolapſæ, ſub rectis muſculis ad mediam uſq́ abdominis ſedẽ feruntur, ramulos quoſ-
dam in proximas partes utrinque tranſmittentes. Quorum præcipuus ad abdominis cutem
ſubit, atque obliquè ſecundùm coſtarum cartilaginum terminos propagatus, in gracillimas et
capillorum modo ſubtiles uenulas exhauritur. Cęterùm inſigniores uenarum rami, ſub rectis
muſculis exporrecti, in plures ſurculos [x] ſupra umbilici ſedem ceſſant, qui rectorum abdomi- (x M.)
nis muſculorum ſubſtantiæ implexi, [y] illarum uenarum terminos finesq́ ſpectant, quas in ſer- (y r.)
monis progreſſu, ab imo propter genitalia ſurſum ſub rectis muſculis cõſcendere audies, quũ
earum uſus quem in menſtrui ſanguinis ad lactis generationem, & ſanguinis item ex mamilla-
rum ſedibus ad uterum fœtus enutriendi gratia reuulſionem, ipſas præbere credimus, expli-
cabitur. Harum uenarum ſub pectoris oſſe reptantium originem ex anteriori mediaq́ in iugu
lo bifurcationis ſede, ut plurimum fieri animaduertes. interdum uerò eas ab [z] axillarium uena (z ab I.)
rũ radicibus, poſtquam illæ nõnihil à iuguli medio in latera receſſerãt, enatas obſeruaui: quẽ-
admodum aliquando alteram ipſarum, & præſertim ſiniſtram ab axillari, alteram uerò ab ipſa
bifurcatione pronatã uidi: quemadmodum etiam nõ infrequenter occurrit ab anteriori uenæ
cauæ ſede, ubi in duos inſignes truncos partitur, unicam pronaſci, quæ ſurſum ad pectoris os
ducta,



ducta, in duas diſſcinditur uenas, ac unam dextro pectoris oſſis lateri, alteram ſiniſtro
exporrigit. Ab his quoque uenis ſecundùm pectoris os deducendis, membranæ thora-
cis cauitatem interdiuidentes primos mutuantur ſurculos, ac ſubinde etiam à caua ubi
(a 1 fi. lib. 6 Q.) nunc dictas promit uenas, [a] graciles quaſdam propagines ſibi uendicant, ſecundùm to-
tam membranarum longitudinem cum [b] neruis ſepti tranſuerſi exporrectas. Quinetiam, ut et
(b 1 fi. li. 6 P,P.) antea monui, à [c] uena pari carente in membranas thoracis cauitatem interſepientes ſurculi ac-
(c F.) cedunt, uenis quæ [d] adhærentem oculi tunicam implicant, quàm ſimilimi. Ab his uenis etiam
(d 18 fi. ca. 14. li. 7 e, v e id licet colligere ex 1, 2 fi. lib. 6.) ſoboles in cordis inuolucrum, ubi membranę thoracem interſepientes [e] hoc continent, pertin

*Aliquot rami à uena axillã petente ſparſi priuſquam brachium ſubeat.*

gunt. Cæterùm [f] uena axillam accedens priuſquam è thorace procidit, non ita procul ab
ipſius initio ex elatiori ſede [g] uenam utcunque amplam promit, quæ ſurſum obliquè in
poſteriora tendens, ad tranſuerſos uertebrarum ceruicis proceſſus deducitur, & per [h] fo-
(f I.) ramina illis priuatim exculpta ſurſum conſcendens in muſculos uertebris proximè adnatos,
(g N,N, ultimæ fi. ſ.) ſoboles ſpargit. At præter illas, certo ordine & ueluti geniculatim ſingulas ſoboles unicui-
(h 2 fi. ca. 15 li. 1 T. 7 fi. x 8 fi. α.) que foramini neruorum exortibus in ceruicis uertebris inciſo deriuat, dorſali'que medullæ
ipſis'que adeò uertebris alimentum ſuppeditat. Quod uerò eius uenæ reliquum eſt, in calua-
(i 2 fi. ca. 12 li. 1 f.) riam contendit, [i] peculiare ſibi cum [k] ſua coniuge arteria foramen obtinens, quod ad poſte-
riorem occipitis oſſis capituli ſedem excauatum antea dixi. Vbi uerò uena in caluariæ am
(k fi. ca. 12 F.) plitudinem pertingit, in [l] ſecundum ſeu ſiniſtrum duræ cerebri membranæ ſinum, uti po-

*Obserua axilarem secandã in ... Ceruicis affectib. ... ex humeraria quidã insignis huc fert?*

(l ulti. fi. t, t.) ſtea auditurus es diffuſiùs, exhauritur. Præter hanc uenam, [m] alia adhuc ab illa quæ in axil-
(& 7 fi. li. 7 Q, Q.) lam contendit, priuſquam è thoracis cauitate labitur, ex ipſius poſteriori regione principium
(m O.) ducit, quæ in muſculos, humilioribus ceruicis & thoracis elatioribus uertebris adnatos, ac ca-
pitis dorſiq́ & thoracis motibus famulantes, diſpenſatur. Simulatq́ uerò axillam petens uena
(n 8 muſ. ta. C. aut potius quere eũ muſculũ in Epitomes tabulis.) inter primam thoracis coſtam & clauiculam ex thoracis cauitate progreditur, [n] muſculumq́
perforat qui ſecundi paris dorſum mouentium alter eſt, non ſemel [o] eam [p] promit uenam quã
humeralem poſtea uocabimus, & ilico atq́ decliuis ducta glandulas in axilla ad firmam uaſo-
rum diſtributionem à Natura procreatas contingit, quas nunc dicam à ſe emittit propagines.
(o 4,4.) Primùm utrinque ſingulas promit uenas, ad thoracis quidem anteriora [q] unam, ad po-

*Obserua in pectoris quã plur... secandã humerariã ... omoplatæ.*

(p ut in ulti. fi. ſiniſtro latere à z α oritur.) ſteriora autem [r] alteram. Quæ antrorſum exporrigitur, in [s] muſculos à pectoris oſſe & coſtis
ad brachij os & ſcapulam pertingentes diffunditur, & pectoris cutem ſimul & mamillas fre-
quenti admodum ramorum ſerie in mulieribus adit. Vena autem retrorſum proficiſcẽs in mu
(q P.) ſculos cauam ſcapulæ ſedem occupantes, uicinasq́ ſedes multiplici etiam ſobole digeritur. Cę
(r Q.) terùm nonnunquam à [t] priori & quæ pectus accedit uena, interdum uerò ab ipſo qui in axilla
(s 3 muſ. ta. Δ. 4. ta. r.) conſiſtit [u] trunco [x] alia grandis utcunq́ uena exoritur, quæ deorſum ſecundùm thoracis latus
(t P.) exporrecta, potiſſimum abſumitur in [y] muſculum, cuius beneficio brachiũ decliue dorſo ad-
(u m.) mouemus. Præter hos ramos maior uena quę in axilla habetur, [z] exiguos ablegat ſurculos glã
(x R. y 10 muſ. ta. Θ.) dulis & mẽbranis, quæ inibi uaſorum diſtributionibus eorundẽq́ colligationibus præſunt.

*Cauæ per collum caputq́ ſeries.*

Qua autem ſerie axillaris uenæ reliquum in totam manum excurrat, peculiari Capite mox at-
(z inter P. & R.) que cæteras aſcendentis uenæ cauæ propaginis ſoboles abſoluero, expediam. Proinde ad iu-
(a H.) gulum rurſus ſermone conuerſo, cæteros truncorum [a] magnæ illius in iugulo diuiſionis ra-
mos aggrediamur. Vena itaq́ caua ad eum quem dixi modum priuſquam pectoris oſſis ſum-
(b I.) mum tranſcendat, in duos truncos diducitur, ac ſtatim à diuiſione nuper [b] commemorata ue
na, quæ axillam petit, principium obtinet: quod autem alterius diuiſionis illius trunci adhuc
ſupereſt, à media primæ thoracis uertebræ corpore ſede, cui priùs innitebatur, modicè rece-
dens, ſurſum extra thoracem protenditur, & ſimulatq́ clauiculam pectorisq́ oſſis ſummum

*Interior iugularis.*

(c S & T.) ſuperauit, in [c] duos impares ramos ſcinditur. Interior namque exteriori magis quàm pleriq́ ar
(d ulti. fi. A ad E.) bitrantur gracilior eſt, & ſecundùm aſperæ arteriæ latus [d] aſcendens, nonnullas uenulas in
ſpeciem capillorum exiles aſperæ arteriæ conterminisq́ membranis communicat. Hæc inte-
(e fi. ca. 12. Z, aut X, aut potius ſeriatim hic ſpecta ulti. fig.) rior cenſetur iugularis, quæ cum ſui lateris [e] ſoporali arteria uerſus cerebrum fertur, ac in aſcen
ſu graciles ramulos membranulis [f] ſexti neruorum cerebri paris in collo & in faucibus etiam ſe
ptimi paris neruos colligantibus digerit, uniuerſo ductu ſoporariæ arteriæ ad caluarię uſque
baſim commiſſa. quò cum [g] peruenit, in duos inæquales amplitudine ramos diſſcinditur, ac
(f 2 fi. ca. 2 li. 4 e, e. de, in v,) [h] amplior obliquè retrorſum, ſecundùm caluariæ baſim ductus, caluariam ſimul cum quo-
dam ſoporalis arteriæ ramo ingreditur, [i] foramine utens ſexti neruorum cerebri paris gra-
(g fi. 14 ca. A.) tia exculpto. Qua uerò ſerie in caluariæ cauitate præſens ramus digeratur, in cerebri uaſo-
(h eiuſdẽ fi. C, cum I.) rum deſcriptione affatim perſequar: modò autem ſat erit, ad caluariæ uſque amplitudinem ue-
nas, quæ eò pertingunt, ſermone deducere. Ab ampliori hoc iugularis internæ ramo, quum
uti diximus in poſteriora ſecundùm caluariæ baſim is contendit, [k] propago diducitur,
i 2,3 fi. ca. 12 li. 1 c. k fig. ca. 14 ⁂.

in

in elatiorem ſedem [l] muſculorum pertinens, qui anteriorem ceruicis uertebrarum regionem occupant, ſtomachoq; ſubiacent.[m] Gracilior uerò internæ iugularis ramus ſoporali arteria penitus relicta,[n] priuato foramine caluariam ſubit, quod iuxta foramen tertio [o] & quarto pari neruorum cerebri commune cælatum retulimus. Priuſquam uerò ramus ille in duram cerebri membranam digeratur, totus'que in caluariam mergatur,[p] ſobolem non admodum inſignem ad auditus organum depromit, eam per [q] foramen quoddam tranſuerſum mittens, quod huic ſoboli & [r] neruulo cuidam quinti paris neruorum cerebri commune cenſetur. Porrò [s] exterior idemq; grandior ſupra clauiculam factæ diuiſionis ramus, ab exteriori ipſius latere poſtquam muſculorum dorſum mouentium ſecundi paris [t] alterum perforauit,[u] inſignem à ſe diducit uenam, quæ deorſum uerſus clauiculam reuoluta ad ſummum humerum ipſumq; adeò brachium contendit. Anteaquam tamen huc pertingat, non procul ab ipſius ortu [x] ramum edit, qui in cutem poſteriori ceruicis ſedi obductam, & externos eius ſedis muſculos, numeroſa uenularum ſerie digeritur. Præter hunc uena ſub clauicula brachium petens,[y] alium quoq; grandiorem depromit ramum, in gibbam ſcapulæ ſedem frequenti etiam ſobole diſperſum. Deinde quando ad [z] ſummum pertendit humerum, atq; ſub illo in brachium prorepit, priuſquam penitus demergitur, in ſummi humeri cutem [a] propagines deriuat, quarum præcipuæ in cutẽ digeruntur, quæ [b] muſculum integit, cuius ope brachium attollimus. Eiuſmodi propagines interdum, idq; potiſſimum in mulieribus, ad mamillarum uſq; cutem [c] excurrunt, deorſum in priora ſecundùm clauiculam errabundo progreſſu deductæ, & ante ſectionem in pleriſq; mulieribus uireſcente quodammodo aut cæruleo colore apparentes. Qua autem ſerie eius uenæ brachium adeuntis reliquum (quod humerariam uenam conſtituit) in manum digeratur, poſteriùs dicã, quando peculiari Capite ipſius axillarisq; uenæ diſtributionem perſequar. Cæterùm [d] maior ramus, quẽ ſupra clauiculã haberi, atq; ab externo ſuo latere humerariã germinare diximus, ſub cute ac [e] lato buccas mouẽte muſculo ſecũdùm colli latus ad fauces porrigitur, exteriorem efformans iugularem, quę non pari ſemper modo (uti in uociferantibus, aut aliàs ui ſpiritum retinentibus, & uetulis indies obſeruamus) per colli cutem fertur, ſed ferè quadruplicem diſtributionis ſpeciem proponit. Prima (quam frequentiùs eſt cernere) ea eſt, qua unus tantum ramus hîc ſub cute ad fauces uſque procedit, in ipſo progreſſu nullibi inſigniter diſciſſus, ſed duntaxat graciles ramos in muſculos conterminam'que cutem partim rectà, partim obliquè, & interdum tranſuerſim conſcendentes, uariè ſpargens. Secunda autem ea uiſitur, qua in medio ductu iuxta colli longitudinis medium iugularis in duos inſignes ramos dirimitur, & unus quidem in priora, alter in poſteriora quodammodo ſurſum properat. Tertiam rariùs accidere conſpicimus, nimirum qua propter clauiculam adhuc, ubi humeraria originem ducit, exterior iugularis in duas propagines diffunditur, quæ ſurſum ſub cute inuicem diſtantes feruntur. Quarta ex tertia paratur. aliquoties enim illæ propagines inuicem perpetuò diſtant, ac nuſquam ſe mutuò contingunt. interdum uerò ad humiliorem faucium ſedem mutuò rurſus coëunt, ac ex ambabus una conſtituitur uena, quæ mox bipartita, uti modò ſubiungam, in ramos ceſſat. Veràm ſubinde & ex tertia ſerie alia adhuc conſurgit differentia. Nam aliquando altera, neque illa ſanè minor propago, cuti non ſubtenditur,[f] muſculo recondita qui à pectoris oſſis ſummo & clauicula pronatus, mamillari temporis oſſis proceſſui inſeritur. atque ea propago in eum modum ſubmerſa, frequenter adeò inſignis occurrit, ut etiam nonnulli diſſectionum profeſſores hanc internam iugularem uideantur appellaſſe: illam [g] uenam interim negligentes, quam priùs internam iugularem nominauimus. Vtcunque igitur exterior iugularis aut unica utrinque, aut in medio per collum ductu, aut ſtatim à clauiculis gemina aſcendat, ſemper cuti quà prorepit inſignes notatúque dignos offert ſurculos, ac quum ad fauces uſque iuxta inferioris maxillæ humiliorem ſedem ſub aurium regione [h] contendit, ſui [i] portionẽ ad oris interiora & duram cerebri membranã tranſmittit,[k] reliquum uerò ipſius in faciei cutem & illius muſculos, & ad tempora, & poſt aures, & uniuerſam breuiter capitis cutem tranſ-

*Exterior iugularis humerariæq; ortus, & priuſquam brachium ſubit ſeries.*

*Exterioris iugularis ſeries.*

*PRIMAM diſtributionis externæ iugularis uenæ ſeriem, nuda cauæ delineatio docet, reliquas uerò tres priuatis & nunc ſeriatim hîc repoſitis formulis expreſſi, ac earum primæ eoſdem characteres, quos in integra delineationi ac commodaui, ratus ex illa hãc ita facilius poſſe perpendi.*



l 8 muſ. ta. A, B.
m 1 fi. ca. 14 F. faciẽs ra mos o, o, o.
n 2, 3 fi. ca. 12 lib. 1 R tuxta Q.
o 14. fi. lib. 7 I & K.
p fi. 14 ca. 11. q 2 fi. ca. 12 lib. 1 V
r 2 fi. ca. 2 li. 4 b & enatum.
s T.
t 8 muſ. ta. C.
u a.
x b.
y c.
z ultimæ fi. lib. 1 a
a d, d.
b 4 muſ. ta. x. 10. ta. a.
c 25 fi. lib. 5 A, ñ.
d T.
e 3 muſ. ta. r.
f 4. muſ. ta. ©.
g S.
h V.
i X.
k Y.



l X. transfunditur. [l] Portio interiora oris ſubiẽs, in primis ſuis ſciſſionibus [m] glãdulas exigit, quæ in faucibus ſunt inferiores, quas'q; tertium glandularum genus in ſexto libro recenſebimus. His glandulis quæ uaſorũ hîc præſunt diſtributionibus, ab interiori externę iugularis portione ramuli diſpenſantur, mox notatu digni in laryngẽ & [n] glandulas ipſi proximè adnatas, et muſculos oſſis [o] referentis, & linguę, & uniuerſim ad omnes fauciũ ſedes, ſurculi deriuantur, quorũ inſignis ſub lingua ſecundũ ipſius longitudinẽ prorepit, in multiplices & errabũda ſerie prorepentes [p] ramulos ſciſſus. Quinetiã ab hac iugularis portione præter [p] grandẽ ramũ qui in caluariam per [q] foramẽ ſubit, ad poſteriorẽ mamillaris proceſſus ſedẽ cælatũ, rami etiã in palatũ & tunicã nariũ amplitudini obductã digeruntur, à quibus poſtmodũ nõ negligendę [r] ſoboles caluariam petunt. Vna enim per [s] foramẽ, quod ſecundo cerebri neruorũ pari inſculpit, caluariã accedẽs, in durã membranã aliquot ſurculis excurrit. quemadmodũ & altera ſoboles duræ membranæ offertur, caluariã ingrediens per grandius foramen [t] illorũ quæ in octauo capitis oſſe odorum gratia exſculpunt. Hæ ſoboles quũ caluariã ingrediuntur, ſurculos quoſdã oculo elargiuntur, in frontis cutem interdum diſſeminatos.[u] Exterior externæ iugularis portio per capitis exteriora paſſim repens, perinde atq; interior, cuius ſeriẽ iam abſoluimus, mox glandulas ſuis diſtributionibus præfectas obtinet, quæ inibi reponunt, ubi inferior maxilla ſuperiori articulatur. Præſens portio inter has glandulas bipartitur, et [x] uno ramo in buccas, nariũ alas, & ad [y] frontẽ uariè exporrigit: altero autẽ [z] tẽpora & [a] auriũ ſedem adit. Hic enim ramus rurſus in duos præcipuos ſurculos diuiſus, unũ in ſui lateris tempus admodũ errabundo & inuoluto ductu digerendum offert: alterũ uerò poſt aures & ad occipitis cutẽ diffundit. Verùm exterioris iugularis ſoboles in faciẽ ac capitis cutẽ digeſtæ, hoc ſibi priuatim uendicant, quòd dextri lateris uenæ, ſiniſtri lateris uenis permiſceant, ac inuicẽ coëant, idq; potiſſimũ in facie & uertice, & imprimis adhuc in fronte: adeò ut frontis uena plerunq; ab utrarumq; iugulariũ propaginibus per internos oculorũ angulos ſurſum deductis confletur. Ad hęc, per [b] exigua uerticis oſſiũ foramina et futuras [c] gracillimæ uenulæ in caluariã procidunt, nõ aliter atq; rurſus ex caluaria in cutẽ alias emergere tum dicã, quando cerebri uaſorũ ſeriẽ priuatim perſequemur. Quippe hæc opportunè tantiſper dũ in caluariã arterias quoq; ſermone perduxerimus, aſſeruabitur, quòd uaria cerebri uenarum arteriarumq; ſit cõmixtio: quã incognita adhuc arteriarũ ad caluariã diuaricatione, arduũ foret percipere. Quanquam interim cuiuis integrum ſit, Caput à præſenti ſeptimum, cerebri uaſis dedicandum, aut hîc, aut ipſius quo id reponam loco aggredi.

m 1 muſ. ta. A.
n 6 muſ. ta. L.
o Hi ſubleuata lingua conſpiciuntur.
p fi. ca. 14 E. & ultimæ fi. n.
q 2, 3 fi. ca. 12 li. 1 g.
r ſub 9. & ulti fi. u. & fi. ca. 14 G, H.
s 1, 3 fi. ca. 12 li. 1 G.
t 3 fi. ca. 12 li. 1 I.
u Y.
x Z.
y 9.
z æ.
a *.
b 4 fi. ca. 12 li. 1 ſſ.
c 1 fi. li. 7 F, F.

## VENAE AXILLARIS ET HVMERARIAE per manum ſeries. Caput VIII.



[d] ENAS duas à caua in manum propagari, priùs relatum eſt: unam quidem, anteaquam caua thoracis amplitudinẽ ſuperet: [b] alteram uerò ab [c] externa iugulari, ubi ea clauiculam pectoriſq; ſummum aliquantiſper ſuperauit. Hęc quòd [d] ſub ſummo humero ipſaq; adeò clauicula in externã brachij ſedem procedat, humeraria & cubiti exterior dicitur. illa autẽ quòd per axillã internamq; brachij ſedem prorepat, axillaris interiorq; cubiti uena nuncupatur. Et quãuis utraq; uena in plurimos pullulet ramos, cùm in ſuperficie ſub cute, tum altiùs inter muſculos propter oſſa deductos, attamen axillaris quanto humeraria grandior ampliorq; uiſitur, tanto etiam in frequentiores numeroſioresq; ſoboles diſpergitur. Humeraria nanq; ab externo latere exterioris iugularis longè minori, quàm uulgus arbitratur, [e] interuallo, & interdum à communi cum axillari truncо, quà is primam thoracis coſtam ſuperat, principium ducens, atq; [g] illos quos præcedente Capite recenſuimus ramos diſpergens, ad poſteriorem clauiculæ ſedem contorquetur, ac ſub ſummo humero prorepens, [h] inter internũ latus muſculi brachium attollentis, et ualidum tendinem muſculi brachium ad pectus ducentis in brachium procedit. Dein carnea membrana ſub cute ſuffulcitur, deorſumq; porrecta etiam ante ſectionẽ in omnibus euadit cõſpicua, niſi fortè graciliores omnino uenas homo obtineat, obeſior'ue ſit. Porrigitur itaq; recto tramite deorſum per anteriorem (uerſus exteriora tamẽ magis) brachij regionem, ſecundùm exterius latus [i] muſculi cubitum flectentium anterioris. In deſcenſu uerò ad cubiti uſq; articulum [k] graciles duntaxat ramos utrinq; in cutem ſibi proximam, anteriorem'q; muſculi cubitum flectentium prioris ſedem diſpenſat, qui partim rectà, partim obliquè & tranſuerſim in cute ita prorepunt, ut interdum uerſus internam brachij ſedem ad axillaris uenæ [l] ſoboles in cutem digeſtas pertinere, cum illis'q; coire uideantur. [m] Quando humeraria cubiti attingit articulum, iuxta [n] exterius humeri tuberculum in tres diducitur uenas

*Hume. ſeries iuxta cubiti articulum.*

d Ad m. b a, a. c T.
d Sub x & Qui. figu. lib. 1.
e inter l & a iuxta T.
f ut in ſiniſtro latere ultimæ fig. g b, c, d, d.
h 3 muſ. ta. inter P & Δ per lineã ab L ad Q.
i 6 muſ. ta. ©.
k e, e, e.
l ſ.
m f.
n 1, 2 fi. ca. 23 li. 1 P.

amplitudine interdum æquales, nonnunquam uerò una cæteris ampliori. [o] Prima (quam frequentissimè, ac potissimùm in hominibus deesse reperies) penitiùs obliqua deorsum ad medium flexus cubiti articuli defertur, atque sub [p] musculorum secundos tertiosque digitorum articulos flectentium, hinc̃q; ab humero & ulna originem sumentium capitibus in aliquot ramos digesta cessat. non autem uti Galenus scribit, alicui [r] axillaris uenæ ramo (quemadmodum [s] ea quam nunc persequar) commiscetur. Vt enim Galenum axillaris uenæ portionem sub musculis reconditam minus rectè descripsisse obseruabis, ita etiam primæ huius humerariæ propaginis (si quando hæc unquam cernitur) seriem non est assequutus. Vti sanè admodum concinnè uereq; eas descripsit uenas, quæ citra sectionem in nudato, ut in uenæ sectione fit, brachio plurimùm & frequenter illi occurrerunt. [t] Secundus itaq; humerariæ ramus, quem cum alijs duobus paulo suprà cubiti articulum deriuat, cæteris plerunque crassior existit, & obliquus quoque sub cute ad cubiti cum humero articuli flexus medium descendit, ac cum axillaris uenæ [u] ramo, quem postmodum commemorabo, coit, [x] unaq; ex ambobus ramis, humerariæ nimirum & axillaris uena conflatur. [y] Tertius humerariæ ramus, [a] musculũ qui radio iuxta brachiale insertus, radij in supinũ motus autor est, conscendit: & paulatim deorsum prorepẽs, obliquus per radium iuxta medium ipsius longitudinis in externam cubiti regionem perfertur, quam ubi attigit, ut in reliquo super commemoratum nuper musculum ductu, [b] furculos quosdam in proximam sibi cutem depromit, quorum non [c] infimus esse solet, qui ab ipso educitur, quà humeraria in tres illos ramos iuxta externum humeri tuberculum dissinditur. Cæterùm tertius hic ramus sensim obliquè uersus ulnæ appendicem, brachialisq; radicem prorepens, tandem [d] alteri cuipiam inibi [e] commiscetur uenæ, hacq; adauctus externam brachialis sedem conscendit, & in aliquot furculos errabundo ductu sparsos dissectus, regionẽ intercurrit, quæ ante paruum digitum & anularem habetur, externa etiam illorum digitorum sede soboles quasdã sibi uendicante. Cuius uerò uenæ propago illa demũ sit, quam tertio humerariæ ramo uniri iam scripsimus, subiungam, ubi primùm aliquot axillaris uenæ propagines absoluero. quippe ab axillaris ramo sub cute per totam ulnæ longitudinem exporrecto, illius propaginis initium pendet. Axillaris itaque, [f] quum primùm axillam superat, brachium q; subingreditur, inter musculos brachij os amplexantes delitescit, præcipuè uerò inter anteriorem sedem [g] primi seu interioris cubitum extendentis, & posteriorem sedem tendinis [h] musculi, quo brachium pectori admouetur, & dein iuxta cubitum flectentium musculorum [i] posteriorem. Hæc primùm capitibus [m] musculorum, quorum ope cubitus extenditur [n] propaginem offert, illis [o] uenulis è regione eductam, quæ ab axillari in glandulas hic repositas diguntur. Post hanc, sed demissiùs, ex posteriori ipsius sede [p] uenam ijsdem musculis dispensat, à qua mediocris etiam magnitudinis soboles in externæ brachij sedis cutem disseminantur. Ab externo latere axillaris uenæ, [q] alia notatu dignæ amplitudinis propago diffunditur, obliquè deorsum sub humero ad [r] externum usque ipsius tuberculum descendens, ac sub [s] musculis cubitum extendentibus occultata, [t] musculorumq; capitibus ab externo humeri tubere pronascentibus, ramulos quosdam exhibens, ac demum aliquousq; in externam cubiti sedem prorepens, simul cum [u] neruo quem brachium petentium opportunè quartum enumerabo. Has propagines axillaris adhuc in alto latitans edit, ipsaq; in [x] duos truncos dissinditur, quos sanè ac curatissimè examinatos uelim. non tantum Galeni nomine, quem hæc axillaris diuisio latuit, sed eorum quoq; qui se operæprecium aliquod in Anatome arbitrantur præstitisse, dum sectionem semel atque iterum aggressi, simul cum axillari uena humerariam porrigi, se animaduertisse scribunt, oscitanter humerariam (quæ etiam uel ante sectionem notissima esse debuit) unà cum carnea membrana à brachio auferentes, & postmodum [y] alteram axillaris uenæ partem (quam modò persequar) humerariæ loco describentes. Axillaris itaq; hominis uena non procul ab ipsius è thoracis cauitate in axillam egressu, in duos quodammodo pares dissinditur truncos, quorum alter interiùs atq; in profundo toto ductu submergitur, ac [z] arteriæ in manum exporrectæ perpetuò attensus, eadem ferè cum ea distributionis serie digeritur, simul etiã [a] neruo brachium adeuntium tertio concomitatus. Inter [b] duos enim cubitum flectentes musculos deorsum ad mediam sedem flexus articuli cubiti porrigitur, illis musculis, & dein membranis quibus nerui induuntur ramulos spargens. Quando autem cubiti articulum superauit, atq; inter musculos digitorum flexus autores in alto reconditus ferri incipit, in [c] duos dirimitur ramos, qui modicè ab inuicem recedentes, ac musculos quos perreptant furculis implicantes, unà cum tendinibus internã summæ manus sedẽ petunt, qui per [d] ligamentũ in interna brachialis regione anuli modo conspicuum porriguntur. Rami inibi in alias soboles partiti sub [e] tendine feruntur, qui latescens uolæ cuti subnascitur, atque hinc ita in internam digitorum

*Li. de Venarum sectione. & li. 3 de Admi. sectio.*

*Axillaris in brachio consistentis series.*

*Præcipua axillaris in duos truncos distributio.*

o g.
p 5 musc. ta. o. 6 ta. 2, 2.
r aut q, aut r.
s h.
t h;
u t.
x a.
y i.
a 6 musc. ta. 2. 12 ta. 6.
b h, k.
c superius h.
d x, x.
e l.
f m.
g 3, 12 musc. ta. 7, h 3 ta. 2. l 8 ta. r.
m u ta. 6 f.
n n.
o inter P et R.
p o.
q P.
r 2 fi. ca. 23 li. 1 P.
s 9 musc. ta. 7, S.
t eiusdẽ ta. X, Z, 6, a.
u 2, 5 fi. ca. u li. 4 o.
x in q σ r.
y q, q σ u ti. f. f. f.
z fi. cap. 22 N.
a 2 fi. ca. u lib. 4 r.
b 6 musc. ta. inter o σ r, r.
c Pete id ex arteriæ serie.
d 4 musc. ta. 8.
e 4. ta. tertio musculi n.



rum sedem digeruntur, ut binæ soboles pollici, & totidem indici, & una medio offerantur, à ramo qui secundùm radiũ per cubitũ porrigitur. Ab illo autem qui ulnæ exporrigitur, binæ soboles anulari, & minimo, & una medio exhibentur, ab illoq; ramo furculus [f] musculos adit, qui externam uolæ sedem occupant, atq; ita ab altero ramo furculus in [g] musculos penitiùs pertinent, qui primo pollicis ossi connascuntur. In hunc igitur modum axillaris truncus sub cute nusquam prodit, totusq; in altis & delitescentibus sedibus absorbetur. [h] Alter truncus sensim ex alto ad interne brachij sedis cutem emergit, uersus humeri [i] interius tuberculum properans, ac ante sectionem sub media cubiti longitudinis sede non minus quàm humeralis supra cubitum conspicua. Vbi autem anteriori tuberculo humeri incumbit, ad elatiorem eius tuberculi sedem paulo elatiùs quàm cubiti cum humero articulus consistit, in [k] duas magnitudine propemodum æquales partitur uenas, quarum anterior cuti substrata (quemadmodum & omnes præsentis trunci soboles) obliquè deorsum ad mediam cubiti articuli flexus sedem repit, ac cum [l] secundo humerariæ ramo ad humiliorem mediamq; flexus illius sedem coit, [m] unaq; inibi ex ambabus consurgit uena, quam communem, quia ex axillari & humeraria constituitur, meritò appellamus. uulgus tamen medianam uocat, etiamsi Græci & Latinorum præcipui [n] ramos qui hanc communem efformant, medias & obliquas nuncupauerint. [o] Posterior autem uena huius axillaris iuxta interius humeri tuberculum bipartitionis, frequentes ramos deriuat inferioris cubiti sedis cuti & interioris itidem exterioris q; sedis humiliorum, ac secundùm ulnã sitarũ regionũ cuti inter præcipuos ramos huc excurrẽtes, [p] unus secundũ ulnæ inferiorẽ sedem, ad exteriora tamẽ magis declinans, uersus brachiale porrigitur. Huius rami soboles cũ humerariæ [q] ramo huc contendenti [r] coiẽs, simul cũ illo, uti prius diximus, digeritur. Interdũ autẽ illo humerario ramo deficiẽte, ea axillaris uenæ propago abundè eius rami uices in extrema manu gerit. Præter hunc ramum posterioris illius axillaris trunci uenæ primariũ, [s] alius ex illa cutẽ adit, qua posterior cubiti articuli sedes induitur, atq; is ramus in externã cubiti sedem nõ admodũ procul perreptat. Verùm alij etiã [t] rami ab [u] hac posteriori uena in internæ cubiti sedis cutẽ digeruntur, qui uario & admodũ incerto implexu permiscentur et coẽũt, furculos ab insigniori illo [x] ramo quẽ ulnæ exporrigi dicebã assumentes, aliosq; rursus ipsi furculos impartientes. His furculis & propaginibus in eum modũ per cubiti interiora reptantibus, [y] alia frequentissimè accedit non contemnenda, quã axillaris uenæ [z] ramus communẽ uenã cum humerario ramo effor mans, ab humiliori sede & ex medio ductu emittit. Hæc interdũ rectà ad brachiale contẽdit, interdũ uerò errabundo ductu perfertur, alijsq; huius sedis propaginibus cõmiscetur, quæ adeò graciles sunt uarieq; inuicẽ implicantur, ut interna cubiti regio nõ minus frequẽter quàm tibiæ uenter seu sura uaricibus molestetur. Propagines hæ neutiquam ad brachiale terminantur, sed partim obliquè, partim rectà, partim uerò transuersim, & modò inuicem commixtæ, modò rursus diremptæ, totam summæ manus internam cutem perreptant, ipsi cuti passim connatæ, ac inter cutem carneamq; membranam consistentes. Porrò harum propaginum quæ pollicis radicem, seu Veneris, aut ut alijs uisum est, Martis collem accedunt, priuatim id sibi uendicant, quod ipsis [a] ramus ab illis uenis [b] permiscetur, quas à communi uena in externam pollicis regionem diffundi iam dicturus sum. [c] Communis enim uena ilico atque [d] duabus illis axillaris & humerariæ propaginibus conflatur, obliquè deorsum ducitur, ad elatiorem cubiti sedem paulatim contendens, quousque radium paulo ultra ipsius longitudinis medium hinc inde transcendat: neque id eodem semper modo, ramos diffundens, & interdum aliunde ab interna cubiti sede alios assumens, ac tandem in externam cubiti sedem peruenit, perpetuò cuti substrata. Vbi itaque hanc sedem euicit, priusquam mediam radij appendicis sedem accedit, [e] supra radium aliquanto ante illius cum brachiali articulum, in [f] duos ramos communis uena diffunditur. Atque hanc sectionem alij Græcorum γ (non autem r) alij uerò Y & Λ etiam referre scripserunt. [g] Alter istius sectionis ramus, qui elatior est, [i] portiunculam ad internam brachialis sedem uersus pollicis radicem dispensat, quæ dictis nuper hanc sedem perreptantibus furculis [k] commiscetur. Quod uerò elatioris rami reliquum est, exteriùs inter pollicem & indicem sursum ascendit: atq; hîc in uarias soboles inuicem aliquando unitas, aliquando autem rursus seiunctas dispergitur. [l] Alter ramus qui inferius γ aut Y caput constituit, indicis, & medij, & aliquousque anularis sedem petens, in uarias quoque soboles exhauritur. Quippe hæc uenarum in summæ manus cutem series adeò uaria est, pugnans q; que, ut hanc explicare prorsus arduum sit, præsertim quum inter quamplurimos homines uix duos æquali correspondenti q; que uenarum in ramos propagine inuenias, adde eiusdem hominis dextram sinistræ rarò admodum congruere. Operæprecium itaq; fuerit, uenarum in manum propagines non hinc, sed ex sectio-

*Axillaris uenæ portionis cutem subeuntis series.*

*Communis uenæ constitutio.*

*Communis uenæ series.*

*Variã extremæ manus cutem implicantium uenarum esse seriem.*

a d.
b q.
c a.
d t, b.
e p.
f γ, i.
g γ.
i d.
k q.
l i.

ne & ante conſectionem in brachijs uinculo interceptis, quum uenam diuidimus condiſcere, atq; ad amuſſim expendere, quam in uenarum ſectionibus noſtri, ſi dijs placet, Æſculapij hallucinentur, qui grauiter num humeraria, aut communis, aut axillaris in eadem manu diuidenda ſit, ridiculè contendentes, humerariam ſeſe aperire exiſtimant, quoties uenam inter pollicem & indicem aperiũt: & axillarem, ſi uenam inter anularẽ & minimum, aut ut alijs arridet, inter medium & anularem incidunt. Ad hæc, quis non conſpicit ipſos in cubito quamcunq; uenam arbitrentur reſerandam, propemodum nullam præter axillaris uenæ [m] ramum ad communem uenam exporrectum incidere? Cæterùm ut in extremæ manus cute etiam in eodem homine ue- *m t.* narum diſtributio uariat, pari quoq; ratione & in cubito ſubinde uenarum propagines diuerſas uidere eſt. Interdum enim [n] duarum mediarum ad communis uenæ generationem concurſus non in cubiti fit flexu, ſed multo humiliùs, nõ procul à medio longitudinis cubiti. Aliquan- *n h, t ad a.* do humerariæ ramus communem accedens occulitur, axillaris ramo uiſum non fugiente. Nonnunquam rurſus contraria eſt ratio. Contingit etiam nõ ſemel, axillaris ramum, qui ad communem fertur, humerariæ ramo longè aut graciliorem aut ampliorem eſſe, & interdum hunc aut illum geminum uideri. Quandoq; (& id non infrequenter) [o] tertius humerariæ ramus externam cubiti ſedem accedens, omnino deeſt, ipſius uicem tunc ſupplentibus ramulis, qui à [p] com- *o i.* muni uena in cutem excurrunt, ac ſubinde etiam ab axillaris ramo, qui toti ulnæ longitudini *p a.* exporrigitur.

*Venarum ſeriem crebro uariare.*

## *VENAE CAVAE PORTIONIS AD PARtes infra ſeptum tranſuerſum locatas diſtributæ ſeries. Cap. IX.*

FREQVENTES ſanè & inſignes admodum propagines etiam à cauæ [q] portione ſub iecore lumborum uertebris exporrectæ pullulant, quæ in *q ſ. et 20 fi. li. 5 Q. 22 fi. g. 25 P.* hunc ſe habent modum. Simulatq; caua ſecundum poſteriorẽ iecoris ſedem deorſum prorepens, nõ amplius iecori cõnaſcitur, nõnihil obliqua ex dextris quodammodo corporis partibus introrſum, ad mediũ uidelicet dorſi fertur, ilico [r] ramum nõ admodum grandẽ ex ſiniſtro latere pro- *r z. et 20 fi. lib. 5 X ad V.* mẽs, qui potiſſimũ numeroſa uenularũ ſerie in pinguẽ mẽbraneamq; ſiniſtri renis tunicã digeritur, quę à peritonęo pronata, renẽ inueſtit, eundemq; dorſo alligatũ continet. Hic ramus infrequenter ex dextro cauæ caudicis latere, uenã coniugẽ adipiſcitur. Quandoquidem [s] uena dextri renis pinguẽ tunicã conterminasq; peritonæi ſedes accedẽs, nõ à cauę *s x, et 20 fi. li. 5 Y.* caudice principiũ ducit, ſed ab elatiori regione [t] eius uenæ qua dextro reni ſeroſus ſanguis deportatur. *t ι.* Aliquando interim uena frequenti ſobole in ſiniſtri renis tunicam diſſeminata, ab ea quæ in ſiniſtrum renem proficiſcitur, originẽ ſumit, ea quæ dextri renis tunicę offertur, à cauę dextro latere pronata. Cæterùm caua ab utroq; latere [u] ampliſſimã propaginem, ubi iam mediæ *u ι, ι, & 10 fi. lib. 5 a, b. 22, 23 figu. m, n.* uertebrarum ſedi innititur, in renes diſtribuit, dextrã quidem propaginẽ dextro reni, ſiniſtram autem ſiniſtro deriuans. Atq; ut ſitus renũ uarius eſt, ita quoq; harum propaginũ exortus è directo ſibi neutiquã correſpondet. quum enim dexter ren (uti plerunq; accidit) ſiniſtro elatiùs locetur, dextri lateris propago altius quàm ſiniſtri renis principiũ ducit. Si uerò ſiniſter ren dextro ſuperior ſit (quod etiam crebrius quàm diſſectionum profeſſores tradunt, euenit) propago quoq; in ipſum à caua tranſuerſim quodammodo repens, elatius quàm dextra propago prin- *x Spectaid in 20, 22, 23, 25 fi. li. 5 in renum cauo.* cipium ducit. Quamobrẽ uerò harum propaginum ortus nunq; è directo inuicẽ opponãtur, in quinto libro, qui renũ functiones pertractabit, cõmemorabitur. Præſens enim ſermo cauæ ramorũ diſtributioni potiſſimum eſt dedicandus. Venæ itaq; ad utrunq; renẽ protenſæ, grandes admodũ ſunt, ac quamprimũ concauã renũ ſedẽ contingunt, hominibus in [x] duos ramos *y ι.* partiunt, ac dein in renũ ſubſtantiã mirabili quodã artificio hactenus nemini Anatomicorũ co- *z λ, λ.* gnito digerunt. quod'nam uerò id ſit, in quinto libro perſtringã. Cæterum priuatim ab humi- *a 20 fi. li. 5* liori ſede [y] uenę eius quæ ſiniſtrũ renẽ petit, iuxta ductus ipſius ferè mediũ, [z] uena pronaſcit in *g ab e. unde etiam, uti et ex 22, 23 figuris huius uenæ ſeriem petes.* uiris ad ſiniſtrũ teſtem tota excurrẽs, præterq; quod graciles [a] exiguosq; ſurculos in peritonęũ, quà porrigitur, ac in mẽbranas tunicas'ue ſiniſtrũ teſtẽ & ſeminaria ipſius uaſa ambientes producat. Hæc enim uena peritonæo, quà id lumborũ [b] carnibus inſternit adnata, deorſum ſuper *b 8 muſ. ta. Θ, Ξ.* pubis os fertur: quod quũ ſuperauit, atq; ex magni peritonæi amplitudine elabitur, in [c] uarios anfractus gyrosq; conuoluitur, quorũ baſis ſuperiori teſtis ſedi cõnata, ramulos in tunicã teſtis *c r. aut ſpecta 21, 22 fi. lib. 5 d ad u. aut 23 fig. N, O.* ſubſtantiã proximè continentẽ digerit, & alijs frequentioribus ramis in teſtis ſubſtantiã paſſim diſſeminatur. quemadmodũ quintus liber, ubi generationis organa perſequar, diffuſius docebit. Vena hæc ſiniſtrũ teſtem accedens, aliquando propaginem à cauæ caudice ſub uenæ ad ſiniſtrum

*Ad ſiniſtri renis inuolucrum uena.*

*Ad dextri renis inuolucrũ.*

*Ad renes uenæ.*

*Siniſtræ ſeminalis uenæ ſeries.*






*Quoniam in nuda integraq; cauæ uenæ figura ſeminaliũ uenarum originem ita atq; frequentiùs ſecãtibus occurrit, expreſſimus: præſẽti figura quãdã differentiã, quæ hîc deſcribitur pingere uiſũ eſt. Notet itaq; A, A, a, η, θ, ι, κ, λ, μ, ξ, ο et π, idem quod in nuda cauæ figura. B uerò ramũ à cauæ caudice ad ſiniſtri lateris ſeminalem uenã porrectũ, ac cum ipſa coëuntem. C ramulũ ſignificet à uena pronatum, quæ dextro reni offertur, atq; is ramus dextræ ſeminali uenæ commiſcetur.*

niſtrum renem exporrectæ principio enatum aſciſcit: quę nõ procul ab exortu ſiniſtrorſum decliuis prorepẽs, cum illa coit, unaq; ſeminalis uena ex ambabus conſurgit. [d] Vena autem *d μ, μ. & 20 fi. li. 5. f. & 22, 23 fi. u, t. e ι.* dextrum accedẽs teſtem, non à [e] uena in dextrum renem protenſa originem ſumit, at à uenæ caudice aliquanto inferiùs, quàm uenæ renibus exporrectæ principium ducunt. Huius ſeminalis uenæ exortus, non ut reliquarũ ferè propaginum in cauæ conſiſtit latere, uerum ex ipſius eminentiori ſeu anteriori ſede, uerſus dextrum latus nonnihil hæc ſeminalis uena extuberanti ac ueluti rotunda origine enaſcitur. Pręſenti uenæ ramulum quoque ex ea quæ in dextrum renem procurrit acceſſiſſe, ac ſimul cum ea coiuiſſe, Galenus ſibi ſemel obſeruatũ teſtatur. Ego quoque totam dextri teſtis uenã à uena quę reni offertur pronatam ſemel uidi. Quòd uerò hæc uena dextrum teſtem ea ſerie adeat, qua ſiniſtram ſiniſtro teſti porrigi dicebam, uel me tacente, cuiuis obuium eſſe ſat ſcio.

*Lib. de Venarum ſectione.*

*f λ, μ. & 25 fi. li. 5 c, d.* In mulieribus alia [f] harum uenarum eſt diſtributio. Quamuis enim illis par cum uirorum uenis ſit exortus, ipſæ tamen magna ex peritonæi amplitudine haud elabuntur, neque ad pubis *g 25 fi. lib. 5 r.* oſſa pertingunt. Verùm ad mulierum [g] teſtes [h] pinguibus membranis ſuffultæ porriguntur, non uniuerſæ in ſeminaria uaſa degenerantes, aut totæ in teſtes exhauſtæ. *h In 26 fi. li. 5 hæc cum uaſis ſpectantur.* Nam priuſquam ad teſtes deueniunt, utriuſque lateris [i] uena bipartitur, ac [k] una portio uenæ uirorum teſti implicitæ modo, ſeminarium uas efficitur. *i 5 lib. fi. 26 G.* [l] Altera uerò in membranas quoque pingues intertexta, in uteri latera digeritur, elatiorem ipſius fundi ſedem potiſſimùm implicans. Præter ſeminales uenas caua ubi lumborum uertebris [m] ipſique magnæ arteriæ colligatur, ab ip- *k eiuſdẽ fi. l, & 25 fig. ab o ad p. l earundem fi. H, n.* ſius inferiori ſede quæ uertebras ſpectat, [n] uenas geniculatim diffundit, per [o] foramina neruis in uertebrarum lateribus exſculpta ad dorſalem medullam digeſtas, & ramos dein à ſe ſpargentes in muſculos uertebris adnatos, à quibus rurſus alię ſoboles in abdominis muſculos orbiculatim ad abdominis uſque latera conſcendentes, & illis quas perreptant ſedibus alimentũ ſuppeditantes. *m 22 fi. li. 5. n, ξ. o ſi. cap. 14 li. 1 Q. p ι.* [p] Quum primùm uerò caua ad ſacri oſſis uſque [q] ſummum deſcendit, [r] atque iam magnæ arteriæ (quæ ipſi prius ad ſiniſtrum ſubijciebatur) tanquam digniori organo cedit, ac quo minus arteria oſſis ſacri duritia in dorſi motibus moleſtaretur, caua ipſi arteriæ ſe ſubſternit, in duos æquales partitur truncos, quorum hic dextro cruri, ille ſiniſtro (ubi eas quas mo- *q fi. cap. 14 li. 1 cha. 25, aut G. r Oſtendũt id 20, 22, 23, 25 fig. lib. 5.* dò dicam depromſere ſoboles) offeruntur. [s] Siniſter enim truncus (quod & de dextro etiã ſi non dicatur, per reliquam cauæ ſeriem intelliges) ſtatim in ipſa partitione, aut potius ubi caua in duos truncos ſupra os ſacrum diuiditur, ab exteriori ipſius latere [t] uenam promit maiorem ijs quas ad lumborum uertebras & abdominis muſculos, & alios ibidem dorſo connexos diſſeminari diximus. *s ρ, σ. t π.* Vena hæc interdum ante cauæ ſupra os ſacrum partitionẽ principium ducens, tranſuerſim lumborum [u] carnibus inſternitur, ipſis & peritonæo abdominiſq; muſcu- *u 8 muſ. ta. Ξ, Θ.* lis ramulos diſpergens, & in canibus multo quàm in hominibus manifeſtior. Poſteaquam *x φ.* ſiniſter truncus hanc deriuauit uenam, obliquè deorſum uerſus exteriora fertur, figuram cum *y interior ρ, exterior ς notatur.* dextri lateris trunco Λ literæ aut Y in hunc modum ⅄ inuerſi non abſimilem conſtituẽs, & aliquot [x] ſurculos ſuperioribus ſacri oſſis foraminibus offerens. Deinde mox in progreſ- *z υ.* ſu in [y] duos impares ramos finditur. interior nanque gracilior eſt exteriore: ac mox duas edit *a τ.* propagines, quarum alteram [z] interiorem, alteram [a] exteriorem manifeſtioris doctrinæ gra- *b Inter M & π 3 ultimarum fig. lib. 1.* tia, dum Anatomen oſtendo, appellare conſueui. Exterior itaque propago tota quodammodo [b] inter ſacrum & coxendicis os, quà [c] maximus neruorum crus petentium ducitur, in exteriora tranſuerſim fertur, & numeroſa ramorum ſerie in omnes muſculos ab ilium oſſis externa *c 10 muſcu. ta. ſ. 2 fi. ca. 11 li. 4 cha. 71.* ſede pronatos, femoriſq; motibus famulantes diſpenſatur, ramulos etiam deorſum in muſculos diffundens, qui ab inferiori coxendicis oſſis ſede principium ducunt. atq; ita articuli coxendicis oſſis cum femore poſterior ſedes, et clunium cutis hac exteriori propagine uenas mutuan- *d υ.* tur. [d] Interior autem propago ab interiori ipſius latere exiguas ſoboles ſacri oſſis quoq; fora- *e ψ. f fi. ca. 51 li. 2. B, C, E.* minibus diſpẽſat, [e] & alias his maiores in recti inteſtini [f] muſculos, cutemq; orbiculari ſedis muſculo obnatam digerit, quæ fæculentum ſanguinem per anum expurgant, ſi quando is per ue-

*Mulieris ſeminalium uenarum ſeries.*

*Cauæ rami lumborum uertebris carnibusq; oblati.*

*Quà caua arteriæ magnæ ſupra ſacri oſſis initium ſubijcatur, ipſiusq; hîc ſeries.*

nam cauam huc decumbat, eódemq; colligatur. Deinceps hæc interior propago notatu dignũ [g] diffundit ramũ, qui in uiris dextrum uesicæ latus amplectitur, & in plures scissus surculos, ue- g x.
sicæ ceruicem seu penem adit, in eumq; numero sẽ digeritur, ea semper serie ut ceruici crassiores
[h] ampliores q; surculi, quàm uesicæ fundo exporrigantur. In mulieribus uerò [h] præsens ramus h 25 fig. lib.
ab interna diductus propagine pingui membrana suffulcitur, ac quibusdam surculis uesicam 1 y.
quidem adit, uerùm frequentioribus inferiorem fundi uteri sedem intercurrit, ramulos quoq;
spectabiles in uteri ceruicem dispergens. per quos uirginibus & nonnullis mulieribus, quę pri-
mis mensibus utero gerũt, menstruæ purgationes colari dissectionum professoribus usum est:
*Venæ è quibus virginibus menstruæ purgationes manare creduntur.* quanquam & in reliquis mulieribus ab harum propaginum oris non minimum eius sanguinis
profluere adhuc existimem. Arabum nonnulli quinque numero uenulas in medium longitudi-
nis uteri ceruicis diffundi astruunt, & dextrarum uenarum ora cum sinistrarum oris conniue-
re committiq;, ac ab illis puellarum hymen constitui docent, uenarum huc pertinentium copiã
(ut in Arabum interpretũ libris legitur) centonem nunc cupantes. Quod uerò [i] interioris rami i r. li. 2 r oritur
sinistri trunci eius supra os sacrum factæ diuisionis adhuc reliquũ est, ad pubis os contendit, & u.
[k] ab externo ramo trunci uenæ cauæ sobolem assumit, quæ cum eo interioris rami reliquo con- l ɑ.
*Vena per pubis ossis foramen femur petens.* gressa, unam cum ipso [l] uenam efformat, quæ primum peritonæum, ac dein [m] decimum femur m 16 mus.
mouentium perforat musculum, & ossis pubis [n] foramen permeãs in crus emergitur, [o] propriũ ta. F, G, H.
sinum in elatiori eius foraminis sede sibi uendicans, quo simul cum sua coniuge [p] arteria ac item n 1, 2, 3 fig.
[q] neruo fertur, ac foraminis eius [r] membranam, & [s] nonum femoris motus autorem musculum ca. 29 li. 1, o carundem
transiens, illis quos perreptat musculis ramos porrigit. Quando autẽ in crus pertendit, in mu- fi. ſ.
sculos à pubis osse principium ducentes digeritur, in elatiorem uidelicet [t] secundi tibiam mo- p fig. cap. 12 r.
uentis musculi sedem, qui à pubis ossium commissura enascitur. Humilior enim eius musculi q 2 fi. ca. 11
pars à maiori crus petenti uena [u] ramos sibi ascisc it. Dein ab hac pubis ossis foramen transeun- li. 4 cha. 66.
te uena, rami in [x] quinti femur mouentis musculi partem à pubis osse pronatam, ac postmodũ r 14. mus.
in [y] octauum femur mouentem musculum & penis etiam [z] musculos digeruntur, à quibus [a] sur- ta. b.
culi nimis quàm exiles in femoris internæ sedis cutem in inguinum regione prodeunt. Præter s 8 mus. ta.
ramos autem illis musculis & cuti exporrectos, [b] unus etiam articulum coxendicis accedit, pro- r.
prio [c] sinu coxendicis ossis acetabulum priuatim subiens. Et utcunque multifariam hæc crus t 16 tab. a.
petens uena digeritur, rariùs medium longitudinis femoris superat, sed interdum præcipuus u à q.
ipsius ramus quinto femur mouenti musculo dispensatus, propagini [d] commiscetur, [e] quæ huc x 8 ta. q, r.
pertinet à maiori uena in crus deducta. [f] Exterior uenæ cauæ trunci ramus, quum obliquè crus y 6 ta. n.
accedit, priusquam peritonæum perforat, ab elatiori ipsius sede [g] uenam mediocri magnitudi- z 12 fi. ca. 49 lib. 2 H, K.
ne expromit, quæ sursum ad abdominis anteriora per peritonæum ducta, ipsi ramulos quos- a n.
dam utrobique communicat. Vbi hæc ad istum modum peritonæo connexa ad rectum abdo- b ad regionem n.
minis musculum [h] conscendit, peritonæum perforans in internam posteriorem [i] ue recti abdo- c 1, 2 fi. ca. 29 li. 1 h.
minis musculi sedem inseritur, & utrinque uarias soboles in transuersum abdominis muscu- d ad q.
lum, & ipsi incumbentes obliquos reliquasq; proximas sedes distribuit, recto tramite sursum e cha. 2.
sub recto musculo protensus. [k] Vbi uerò ad abdominis medium paulo supra umbilici re- f r.
gionem prorepsit, ipsius extremum in plures surculos disseminatur, qui ramulos spectant, g r. 6 mus. ta.
quos à uena sub pectoris osse [l] ab elatiori thoracis sede delata, diffundi commemorauimus. h ad f.
Huius uenæ interuentu mamillis cum utero communionem esse credimus, eius quippe be- i M.
neficio ex mamillarum uenis in uterum quum fœtus enutritur, sanguinis retractionem: quum k L.
autem mulier lactat, ex uteri uenis in mamillarum uenas menstrui sanguinis reuulsionem perfi-
ci, medicis pariter concessum est omnibus. Venam enim deorsum ex alto pro currẽtem, ramos
mamillarum corpori diffundere, nemo non scribit: etiam si id nõ adeò obiter concessum esse ue-
limus. Vena uerò ab imo sursum conscendens, [m] non ita procul ab uteri uenis originem ducit. l r non procul à x, aut 25 fi. li. 5 non procul ab y.
Deinde [n] alteram uenam in ortu quasi coniugem sortitur, ad pudendum excurrentem. [o] Exte-
rior enim uenæ cauæ sinistri trunci ramus, quando supra coxendicis os in femur procidens, pe- m ɑ.
ritonæum transit, ab interiori ipsius regione aliam promit uenam, quę ad pubis ossium [p] mediũ n r.
quà inuicem cartilaginis interuentu hæc uniuntur accedens, uiris in penis [q] inuolucrũ & scor- o ulti. fi. lib. 1 r.
tum, mulieribus autem in pudendi colliculos, & in [r] coriaceas caruncul as (quas νυμφὰς uocãt) p 20 fi. li. 5, r, s.
uicinasq; sedes numerosa ramorum serie digeritur. Porrò uena sub recto abdominis musculo q 25 fi. lib. 5 u.
sursum exporrecta nullam parem adipiscitur, quæ in uterum (uti medicorum uulgus arbitra-
tur) descendat: sed uti prius monebam, illa ab ijs quæ in uterum digeruntur non ita multum di
stat. Quandoquidem ipsius principium ab exteriori ramo sinistri trunci uenæ cauæ pendet, il-
lis ab interioris eius trunci rami interna propagine originem ducentibus, atq; in uteri ceruicem
ipsiusq; fundi humiliorem sedem diffusis.

VENAE



# VENAE CAVAE SOBOLES IN CRVS DI gestæ. Caput X.



PRAETER cauæ [a] propaginem, secundùm posteriorem coxendicis ossis
sedem in femur aliquousque propagatam, ad crus duæ descendunt uenæ, *Quot uenarum radices sẽ murpetant.*
[b] una quidem angustior, quam per pubis ossis foramen ad quosdam inte-
riorem femoris sedem amplexãtes musculos perrepentem, supra femoris
medium [c] cessare, superiori Capite narrauimus. [d] Altera uerò maior, cæte-
rarumq; uenarum in crus sinistrum (quod & de dextro intelliges) excur-
rentium caudex ab [e] externo ramo sinistri trunci uenæ cauæ supra os sa-
crum partitionis pendet. Præsens uena simulatq; è peritonæo elabitur, [f] elatiorem coxendicis
ossis sedem ad internũ latus [g] sedis, qua sextus & septimus femur mouentium [h] musculi descen-
dunt, in inguina labitur, ac anteriorem (uersus interiora tamen magis) femoris regionem subit,
& nullo occultata musculo [i] sinui insidet, qui in inguine efficitur à [k] longo gracilique musculo
tibiam mouentium primo, unà cum [l] octauo femoris motuum autore. Vena itaque huic sinui
*Maioris fẽmoris uenæ fẽries.* seu cauitati incumbẽs, in plures ramos discinditur, atque quo iniurijs minus redderetur obnoxia, primis suis distributionibus Natura [m] frequentes glandulas (uti in axillis fit) hîc circumposuit, quæ firmam stabilemq; uenæ propagationem redderent, & quem diximus sinum cum uena simul, & [n] arteria [o] neruoq; hac descendentibus opplerent, propugnaculumq; quoddã his uasis efficerentur. [p] Prima huius uenæ crus petentis propago insignis est, ac ab interiori uenæ latere principium ducens, ad interiorem femoris cutem properat, atque in internam femoris sedem deorsum per genu quoque interiora, & hinc rursus per internam tibiæ regionem uersus [q] malleolum interiorem sub cute exporrigitur. & deinde in pedis superiora descendens, uariè inibi digeritur, alijs huc pertinentibus uenarum surculis commixta. Hanc propaginem ita quidem sub cruris cute carnea suffultam membrana deorsum prorepere obseruaui, uerùm quà interiori exporrigitur malleolo, uniuersim non eundem seruat ductum. Quando quidem interdum ab interna tibiæ sede secundùm anteriorem malleoli regionem ad pedis superiora [r] excurrit, aliquando uerò (sed rariùs) sub malleolo contorquetur, illàc pedis superiora conscendens. Deinde in ramorum ad pedis digitos & supra pedion serie, plurimum uariat. [s] Aliquando enim alijs quibusdam ramis hîc commixta, ad minimum digitum ipsiq; proximum præcipuè deducitur, aliquando uersus pollicem & indicem excurrit. Breuiter in eodem homine, uix parem unquam reperias huius propaginis ramorum in utrisque pedibus seriem. Rami quoq; quos in descensu profert, rarissimè inuicem aut numero, aut amplitudine correspondent, siquidem inordinatè ad cutem permeant. ut plurimùm autem in superiorem internæ femoris regionis cutem, non procul à suo ortu, utrobique unam emittit sobolem, ac [t] interior quidem femoris interiora & inguina, ipsumq; quasi perinæum seu interfœmineum accedit, quod sedes est inter anum & testes, aut muliebre pudendum consistens. [u] Exterior autem soboles, quæ & crassior est, femoris anteriora & exteriora sub cute perreptans, similiter ac interior in surculos digeritur. Quum grandis hæc propago ad medium femoris longitudinis quasi deuenit, notatu dignos ramos hîc etiam in cutem dispergit, & inter cæteros [x] unum [y] gracili longoq; musculo porrigit, quem tibiam mouentium primum recensuimus. Cæterùm quando ad genu articulum uelut ad posteriora orbiculatim ea propago nonnihil conuoluitur, [z] duas quoque emittit soboles mutuò quidem mole pares, sed exiguas. Vna in anterioris genu sedis cutem secundum patellã dispergitur: altera interioris genu sedis uersus genu flexum, cutem accedit. Hæc posterior soboles aliquando penitus deesse, aliquando impensè gracilis reperitur: tunc scilicet cum [a] propria genu flexus cutẽ accedens uena, solito amplior uisitur. Ad interioris sedis tibiæ cutem à [b] magna hac propagine, & antrorsum & retrorsum ramuli diffunduntur, qui impari numero sparsi, rursus cum proximis uenis uariè coëunt, inuicemq; rursus dirimuntur. Super elatiorem uerò pedis regionem, uena hæc quemadmodum cõmemorauimus, diuersimodè spargitur. Atque hæc propaginis per internam cruris cutem deductæ est distributio. Præter hanc maxima in crus subiens uena è regione nuper dictæ propaginis, [c] uenam promit, quæ extrorsum ducta in anteriorẽ articuli coxẽdicis cutem, & eius sedis musculos quoq; distribuitur. Postquã uerò maxima uena has edidit propagines, penitius inter musculos femoris os amplexantes immergitur, & [d] insignem ramum [e] septimo & [f] nono tibiã mouentibus musculis communicat, à quo etiã tenues surculi in cutem deriuantur. Deinceps [g] aliam magis in profundum distribuit uenam, nuper cõmemorata ampliorem, quæ per [h] quintum femur mouentem musculum digeritur, ramosq; in [i] octauum tibiæ motuum autorem musculum dispensat. Ab

hac etiam plures uenarum ſoboles in uniuerſos propemodum femoris os ambientes muſculos
propagantur: inter cæteras autẽ præcipua finem eius[k] uenæ, quam per pubis oſſis foramen in
femur delabi dictum eſt, ad ſe[l] aſſumit, eoq́ adaucta, deorſum magis ad genu uſque quodam- *l χ.*
modo inter muſculos occultata deſcendit. Cæterùm maxima uena ſenſim ad femoris os uerſus
poſteriora contorta, ramulos oppidò quàm exiles[m] grandioribus femur petentibus neruis of- *m 1 muſ. ta. ʃ.*
fert, qui in membranas neruis obductas digeruntur. Dein[n] aliam emittit propaginem, quæ in
poſteriorem femoris cutem excurrens, ſurculos etiam ſurſum cutem ſubeuntes deriuat. Huic *n cha. 3.*
propagini frequenter à[o] ramo quem in maximum corporis muſculum diſpenſari diximus, ſo *o cha. 2.*
boles quædam accedit, quæ unà cum ipſa commiſcetur, & uena ex duabus confluens, ſicuti re-
latum eſt, cutem adit. Crebriùs tamen[p] duæ à grandi uena enaſcuntur propagines, una humi- *p cha. 3, 4.*
lior altera. Hæ in progreſſu inuicem unitæ eam conſtituunt uenam, quæ hîc in cutem promi-
tur, ac ubi[q] ramulos ſurſum in poſteriorem femoris cutem germinauit, recto tramite deorſum *q cha. 5.*
per mediam flexus genu ſedem ſeu poplitem ad ſuræ cutem[r] deſcendit, ipſi[s] numeroſam ramu *r cha. 6.*
lorum ſeriem porrigens, quæ ſibi in omnibus minime correſpondet. Verùm ramulorum alij *s cha. 7.*
rectà, alij obliquè, alij tranſuerſim in cutem excurrunt, & denuò nonnulli inuicẽ coëuntes per-
miſcentur ac uniuntur, & denique cum[t] uenæ ramulis ſubinde coëunt, quam per cruris inte- *t Φ, Υ.*
riora decliuem ſub cute ferri diximus. Atque, ut ſemel dicam, huiuſmodi hîc uenarum imple-
xus digeſtioq́ conſpicitur, ut cutem ſuræ uaricum affectu crebriùs (perinde ac temporum &
internæ cubiti ſedis cutem) implicari non mirum ſit. Præſens uena per genu flexus cutem in ſu
ram deſcendens, aliquando ad calcem uſque prorepens inibi[u] ceſſat, aliquando alijs ramulis *u ad cha. 8.*
per tibiæ exteriora huc pertinentibus cõmiſcetur, & ſecundùm[x] exteriorẽ malleolũ porrecta, *x ult. fi. lib.*
pedis ſuperiora adit, nonnunquã uerò & inferiora, nullibi interim in altum à cute demerſa. Cæ *1 χ.*
terùm grandis uena femoris oſſi quemadmodum ſcripſimus accumbẽs, adeò ipſi aduoluitur,
[y] ut iuxta genu articulum[h] mediam inter duo humiliora femoris capita ſedem occupet. Hîc in *y cha. 9.*
duos impares ramos deducta[i] interiorem (qui[k] exteriori multo gracilior eſt) ad ſuræ muſcu *h 1 fi. ca. 30 li. 1.*
los, præcipuè uerò ad pedem mouentiũ[l] primum & ſecundum, deorſum mittit, ſurculis qui- *i cha. 10.*
buſdam horum ſuperficiem implicans, & ſubinde etiã ſurculos in progreſſu ad internæ tibiæ *k cha. 13.*
ſedis cutem[m] diſpergens. Quum uerò interior hic ramus ad tibiæ humiliorem uſque appen- *l 12 muſ. ta. Φ, Υ.*
dicem[n] perrepſit, atque in dictam nuper cutem ſurculos diffudit, ſub interiori malleolo refle- *m cha. 11.*
xus, internum pedis latus ad pollicem uſque accedit, inibi in cutem ut plurimum abſumptus. *n cha. 12.*
Rarius nanque inter calcem & tibiæ os unà cum tendinibus hac pedis inferiora ſubeuntibus, *o cha. 13.*
ramus ille ad pedis digitos proficiſcitur.[o] Exterior ramus magnæ illius in poplite latitantis par
titionis non procul ab exortu in binas rurſus diducitur propagines, quarum[p] maior eademq́ *p cha. 16.*
interior penitius inter[q] muſculos poſteriorem tibiæ ſedem occupantes immergitur. Primum *q Seriatim intuere tibiam 12, 13, 14, 15 tabularum muſ.*
nanque inter capita primi ſecundiq́ pedem mouentium muſculorum rectà deſcendit, ac dein
inter quartum & quintum pedis motores, & deinde inter muſculos digitorum flexus opifices
hinc à tibia pronatos fertur, interdum etiam[r] ligamentum cõtingens, quod fibulam tibiæ oſſi
ſecundùm tibiæ longitudinem colligat. In hoc deſcenſu interior hæc propago illis quos perre- *r 15 ta. T.*
ptat muſculis ramulos offert, à quibus nulli, aut profectò longè pauciſſimi in cutem ſubeunt.
Iuxta medium ferè longitudinis tibiæ præſens interiorq́ propago in duos[s] partitur ramos, *s cha. 17.*
quorum interior tali cum tibia articulo[t] ramulum offert, ac totus quodammodo unà cum ten *t iuxta charact. 8.*
dinibus à poſteriori tibiæ ſede ad pedis inferiora reflexus inter calcem & tibiæ os pedis inferio
ra ſubit, & ſub[u] muſculo ſecundos quatuor digitorum articulos flectente propagatus, duos *u 14 tab. Θ.*
ſurculos pollici & item indici, medio autẽ digito unicum præbet, itaq́ abſumitur. Quanquam
frequentiſſimè hîc[x] interioris illius propaginis ramus (quemadmodum & neruus pedis infe- *x cha. 16.*
riora ſubiens) in omnes digitos digeritur, nullo ramo inter fibulam & calcem huc pedem[y] ac- *y Ad hanc ſeriem picta eſt ult. fig.*
cedente. Verùm alter ramus qui eius diuiſionis exterior eſt, quam paulo antè ad medium lon-
gitudinis tibiæ fieri dicebã, fibulæ exporrigitur: & quum ad infimam tibiæ ſedem pertingit,
atque ligamento membraneo, quod tota tibiæ longitudine fibulam tibiæ oſſi committit, pro-
ximus eſt,[z] ſobolem à ſe diſpergit, quæ ligamentum perforans, unà cum tendinibus per tibiæ *z cha. 18.*
anteriora pedis ſuperiora adeuntibus in pedem fertur, ac[a] muſculis pedis digitos in exteriora *a 6 tab. Ω.*
abducentibus ſurculos offert, quibuſdam etiam ramulis in cutem ſparſos. Quod autem alte-
rius rami illius reliquum eſt, cum ſeptimi & octaui pedem mouentium[b] muſculorum tendini- *b 6 ta. Φ, Υ.*
bus in pedis humiliora proficiſcitur, atque in minimos digitos diſpẽſatur: niſi fortè interior ra-
mus inter tibiæ os calcemq́ pedis inferiora petens, omnibus digitis ſurculos exhibeat. Varia
enim hîc (ſi alicubi profectò) uenarum ſeries occurrit. nam crebrò (quod etiam diligenter in
ſanguinis è uulneribus fluxu obſeruandũ eſt) conſpicies[c] interiorem illam propaginem, quam *c cha. 16.*
in po



in poſteriori tibiæ ſede inter muſculos altè recondi dicebam, ilico atq́ poſteriorem tibiæ ſedem
*d ulti fig. γ.* contingit,[d] ſobolem inter tibiæ os & fibulam per membraneum ligamentum porrigere, quæ
ſecundùm tibiæ longitudinem anteriori eius ligamenti regioni attenſa, ad pedis ſuperiora fer-
tur. Verùm tunc propago illa quæ in poſteriori tibiæ ſede deorſum properat, ad medium tibiȩ
*e cha. 17.* non amplius[e] inſigni diuiſione diſſecta, ſed ſola pedis inferiora, omnesq́ digitos adeunte. In-
*f ulti fig. γ.* terdum rurſus inter muſculos, anteriorem tibiæ ſedem occupantes[f] alia ſoboles reconditur, ab
*g cha. 14.* ea propagine quam nondum perſecutus ſum originem ducens.[g] Reliqua enim adhuc eſt exte-
*h cha. 13.* rior propago,[h] exterioris rami magnæ in poplite diuiſionis, quæ ad ſuperiorem fibulæ appen
*i cha. 16.* dicem fertur: & quum à[i] propagine quam tibiæ poſteriorem ſedem occupare dictum eſt, in an
teriores tibiæ muſculos nulla ſoboles per membraneum ligamentum ducitur, ab hac exteriori
propagine ramus inter ſeptimum & ſextum pedem mouentium muſculos prorepit, frequenti
ſobole digeſtus, in muſculos anteriorem tibiæ oſſis ſedem occupantes. Aliàs uerò hæc exte-
rior propago in exterioris tibiæ ſedis cutem potiſſimum frequentibus ſurculis diſpergitur: &
*k cha. 15.* [k] præcipuo ipſius ſurculo nunc antrorſum, nunc retrorſum ad interiorem malleolum reflexo,
pedis ſuperiora accedit, & potiſſimum externum pedis latus perreptat, alijsq́ huc pertinenti-
bus uenis commiſcetur, nuſquam in altum mergens. Quum itaq́ differens uariaq́ adeò uena- *Venarum cutem implicantiũ ſeries quomodo diſcenda.*
rum tibiæ & pedis cutem implicantium ſit ſeries, ſuaſerim eam non ſecus quàm in manu facien
dum præcepi, in uariorum hominum cruribus uinculo interceptis, aut calenti aquæ immerſis
contemplari, modò eam ſobolem in ſuperficie excurrentem, uenarum ſecandarum gratia ex-
pendendam duxeris. Ego enim parum ſuperficiarias pedis uenas morari ſoleo, quum iuxta ge
*l inter Φ & Ω.* nu ipſe eas exercitij nomine non ſemel aperuerim: quodq́ omnes pedis uenæ ab[l] eodem trun
co, qui ſcilicet per inguina crus ſubit, principium ducant. & arbitror Græcos uix alias ſecuiſſe,
*m Φ.* quàm[m] quæ internum genu regionem perreptat, & in obeſis mulierculis uel ob continuã cru
*n Υ, cha. 12, & 15.* ris ligationem latet, & dein[n] quæ malleolos ambiunt. Adeò ut etiam noſtræ ætatis medicos mi *Ad finem tractationis uenarũ, in libro de Sectione uenarum & arteriarum.*
rer, qui cùm alicubi legerint quatuor uenas ad pedis ſuperiora pertingere (uti & ego[o] uel ſub
*o Υ, cha. 18, 12, 15.* cute enarraui) quatuor pedi adſcribunt uenas, quas magno ſupercilio in ſanguinis miſſione
diſtinguũt, interim ignorantes ipſarum progreſſum & exortum, ac longè grauiori periculo in
pedis ſuperiori ſede cum neruorum, tum tendinum occaſione, uenas ſecari, quàm eam quȩ ſub
genu, atque ad malleolos cõſiſtit. ut modò elegantem promptumq́ ſanguinis fluxum ſilentio *Venarum pedis cutem ſubeuntium nomina.*
prætercam. Venarum autem quas illi ſtatuunt, primã Saphenam, & matricis uenam, & uirgi-
nalem nuncupant, atq́ illam ad internum malleolum reponunt. Secundam exteriori malleolo
aſcribunt, illam Schiaticam nuncupantes. Quȩ pollici exporrigitur, illis hominibus Popletica
dicitur, hancq́ tertiam numerant. Quartam renalem conſtituũt, eam iuxta minimum digitum
diuidentes. Quòd uerò ad totius uenæ cauæ adminiſtrationem ſpectat, ſedulò in ſequentibus
libris perſequar, ubi earum partium quas interreptant ſectionem edocebo. Fiet autem id in fi-
ne quinti & ſexti & ſeptimi librorũ accuratiſſimè. Nam & in ſeptimo communem uenarum,
arteriarum & neruorum in manus ac crura pertinentiũ ſectionis rationem inſtituemus.

## *DE VMBILICI VENA.*
### *Caput XI.*




*NVDA umbilici uenæ delineatio, eius nimirum partis quæ in natis obuia eſt: atq́ hîc A uenæ ſedem notat quæ umbilicum ſpectat, B uerò ſedem qua hæc iecori inſeritur, C & D uerò ipſius in iecoris ſubſtantia ſeriem ruditer exprimit. Vnde etiam quinti libri figuræ huc maximè ſpectantes ueniunt examinandæ, trigeſima uidelicet, quæ quatuor tabellis fœtus inuolucra cum ipſo fœtu proponit. Dein ſecunda eius libri figura, quæ umbilici portionem ex ſectionis ſerie relictam oſtendit: ac inſuper umbilici uenæ, & arteriarum, & urinarij meatus, qui fœtus urinã peculiariter educit. Præter alias eiuſdem libri figuras, quæ umbilici uenæ in iecur inſertionem oculis ſubijciunt, nimirum duodecima, & uigeſima.*

IN



IN QVINTO libro organa fœtui peculiaria perſequuturus, illum[a] tribus tunicis ſeu inuolucris in utero inuolui contineriq́; audies, quorum extimum Græci χωρίον, Latini uerò ſecundinam & ſecundas, interdum & loculos, uti & ipſum uterum, appellãt. In hoc quum infans utero geritur, [b] uenarum arteriarumq́; in uteri fundum pertinentium fines terminantur, ac uelut in nouas uenas arteriasq́; ceſſant, quæ numeroſiſſima ramorum ſerie in extimum illud inuolucrum digeruntur. Venæ hæ ac arteriæ ex infinita propemodum ramorum ſerie ſenſim in pauciores colliguntur, ac mutuò coëunt, uenæ quidem uenis, arteriæ autẽ arterijs ſemper unitæ. Ex his ramis rurſus inuicẽ coëuntibus grandiores paucioresq́; tantiſper cõſtituuntur, donec tandem omnes uenæ in duas finiãt uenas, & arteriæ item in totidem arterias. [c] Venæ ac arteriæ ad hunc modum ex ſecundina collectæ, reliquas duas fœtum inuoluentes tunicas penetrant, quæ etiam à uenis ramulos per illarum membraneum corpus excurrentes mutuantur. Quum uerò uenæ ad umbilicum uſque prorepſere, mox in [d] unam coëunt uenam: imò ſubinde etiam una tantum uiſitur uena, ſimulatque à ſecundina abſcedit. Hæc umbilicum ingreſſa peritonæo adnectitur, & ſurſum conſcendens patulæ iecoris ſciſſuræ [e] inſeritur, quæ dextrum mucronatæ cartilaginis latus, in anteriori iecoris ſede hominibus habetur, & foraminis cuiuſdam aut meatus modo hanc umbilici aſſumit uenam, eamq́; per iecoris ſubſtantiam [f] uerſus cauam iecoris ſedem deducit, non procul à portæ uenæ [g] caudicis exortu. Atque id ſedulò inter ſecandum uenit expendendum, ne ſi obiter primum uenæ in iecur ingreſſum ſpectes, illam inter gibbum cauumq́; iecoris medium inſeri exiſtimes, & non accuratè id iecoris foramen in homine (cui id priuatim obtigit) expendas. Nonnullis animalibus, ut catulis, unus aliquando & alter ramus in meſenterij [h] centrum, ab hac [i] uena priuſquam iecur contingit, porrigitur. Quod propter quædam Galeni loca in libro de Fœtus formatione, ubi is iecur ante cor, ex huius uenæ ductu formari aſtruit, non ſegniter animaduerti uelim. [k] Arteriæ autem umbilico inſertæ deorſum ad [l] ueſicæ fundi latera porrectæ, [m] ramis magnæ arteriæ poſt præcipuam ſupra os ſacrum arteriæ diuiſionem continuantur. Arteriæ enim umbilicum ingredientes, illis magnæ arteriæ propaginibus uniuntur, quas per pubis oſſium foramina in crus deſcendere docebimus. Vmbilici uenæ beneficio fœtus enutritur, & arteriarum munere ipſius inſitus calor reficitur. Cæterùm quando infans naſcitur, hæc uaſa ſimul cum [n] meatu quo ex ueſica [o] inter intimum & ſecundum fœtus inuolucrũ, illius urina effertur, ab obſtetricibus iuxta uentrem [p] præſcinduntur, bruta autem animalia dentibus abrumpunt inuolucra fœtus plerunque deglutiẽtia. Quod horum uaſorũ in corpore adhuc reliquum eſt, temporis ſucceſſu exareſcit, membraneumq́; prorſus redditum, inſtar funis ſuam cauitatem deperdit. Qua autem ſectionis ratione hæc non modò in fœtuum, ſed & ſenum anatome obſerues, in quinto libro ubi nutritionis generationisq́; organorum ſectionem perſequar, prolixè audies. Ne uerò uenã in abſolutis hominibus à nobis prætermiſſam quis arbitraretur, hic umbilici uenæ quemadmodum in illis apparet, meminiſſe uolui. Ab umbilico igitur ad iecur uena exporrigitur, quæ iecori, quemadmodum diximus, inſeritur. Atque hæc omnia in aliquandiu natis arida ac ueluti neruea, multoq́; adipe obducta uiſuntur, in fœtibus uerò ab alijs uenis nihil uariant. Nunc itaq; tempeſtiuũ erit [q] magnæ arteriæ diſtributionẽ aggredi. [r] Venæ enim arterialis ſermonẽ tantiſper intermittam, donec ſimul [s] arteriã uenalem pertractare, integrum erit. quippe operæprecium eſt, ſermonem utriſq́ cõmunem inſtituere.

*Quũ umbilicæ uenæ & arteriæ conſurgant.*

*Vmbilici uenæ ductus.*

*Arteriarũ ductus.*

*Vmbilici uenæ arteriarumq́; uſus.*

a Seriatim ſpectet tabellas figuræ 30 lib. 5.

b 25 li. 5 n. 7.

c fi. 30 lib. 5 N.

d 2 fi. lib. 5 F.

e 2 fi. li. 5 G.

12 fi. li. 10 D.

f 20 fi. lib. 5 D uerſus G.

g eiuſdem fi. I.

h 10 fi. lib. 5 L, L.

i 2 fi. li. 5 E.

k fi. ca. 12. 2 fi. lib. 5 K, L.

l 2 fig. lib. 5 N.

m fig. ca. 12 inter fect. 1.

n 2 fig. lib. 5 M.

o 3 ta. fi. 30 li. 5 inter O, O & M, M.

p 4 ta. fig. 30 li. 5 S.

q figura ii cap.

r 1 fi. ca. 15.

s 2 fi. ca. 15.

## TOTIVS MAGNAE ARTERIAE DELINEATIONIS, QVAM SEQVENS PAGINA PROPONIT, characterum Index.

*A ARTERIAE magnæ ex ſiniſtro cordis ſinu exortus, quam Ariſtoteles ἀορτὴν uocauit, eo quòd neruoſam ipſius partem, uel in mortuis conſpici poſſe diceret, inſtar uaginæ fortaſſis quam Macedones ἀορτὴν uocant. Verùm Ariſtoteles hanc cum caua comparans, ipſam minorem uenam nuncupauit. Alij Græcorum uocant eam μεγίστην. alij ſimpliciter τραχεῖαν, alij ὀρθὴν, nos magnam dicimus arteriam. Nonnulli rurſus uenam uocarunt, quo ſanguis impetu per corpus diffuſus ducitur. Quidam Arabum interpretes audacem uenam, alij neruum pulſatilem uocant. Verùm eorum uoces temporum iniuria omnes corruptæ leguntur, quemadmodum apud Haly interpretem, qui habet, eam Ariſtoteli aurithiam uocari. Quamuis interim in hæbraicis Arabum interpretibus, omnia ferè partium nomina ex Græcis ita corrupta legantur, ut noſtræ ætatis medici ea ſonant.*





INTEGRAE TOTIVS MAGNAE ARTERIAE ABOMNIBVS PARtibus liberæ delineatio, duobus proximè ſequentibus Capitibus communis.



B,B Duæ arteriæ cordis basim coronæ modo succingentes.

C Magnæ arteriæ caudicis in duos truncos bipartitio.

D Arteria obliquè ad primam sinistri lateris costam contendens.

E Ramus quatuor superiorum sinistri lateris costarum interualli soboles deriuans.

F Ramus per transuersos ceruicis uertebrarum processus ad caluariam usque prorepens, & geniculatim dorsali medullæ uicinisq; musculis soboles offerens. ubi uerò is in sinistrum duræ cerebri membranæ sinum exhauritur, illum abscidimus. Præsenti enim tabula nullum eius membranæ sinum expressimus, sed tantum arteriarum, quas Galenus reticularem plexum suis boum cerebris delusus formare arbitratur, seriem mox explicandam. Verùm si horum sinuum delineationem expetis, præter figuram decimi quarti Capitis & plerasq; septimi libri, non mediocriter huc facit figura huius libri calci insuta.

G Sub sinistro pectoris ossis latere ad umbilici usque sedem excurrens ramus, à quo surculi digeruntur in uerarum costarum cartilaginum interualla, & hinc in musculos pectori instratos. insuper in sinistram, qua thoracis amplitudo intercipitur membranã, & abdominis musculos.

H Ramus posteriores ceruicem occupantium musculos accedens.

I Arteria ad cauam scapulæ regionem ac in eius sedis musculos prorepens.

K Ramulus ad humeri cum scapula articulum & summi humeri inferiora propagatus, nusquam interim ad cutem excidens.

L Propago in musculos anteriorem thoracis sedem integentes sparsa.

M Propago secundùm thoracis latera deorsum procidens, ac musculo brachium deorsum trahenti intertexta. Inter L & M ramulus unus occurrit, eorum qui in glandulas alæ cauitatem opplentes disseminantur.

N Arteria simul cum interiori axillaris uenæ trunco in manum excurrens, ac primi illi surculi sub N mox conspicui, in musculos humerum amplexantes propagantur.

O Arteria secundum posteriorem humeri sedem unà cum quarto in brachium pertinente neruo, aliquousque in externam cubiti sedem reuolutus, ac undique in alto interim latitans.

P,P Hi ramuli articulo cubiti cum humero sunt peculiares.

Q Axillaris arteriæ ramus radio exporrectus.

R Surculus ab arteriæ ramo Q insignito uersus manus exteriora inter primum pollicis os & posterius brachialis os, quo index suffulcitur, deductus.

S Ramus ulnæ exporrectus, ac in internam quoque manus extremæ sedem digestus.

* Ramulus musculis elargitus, qui externum latus postbrachialis ossis occupant, quo minimus digitus sustinetur.

T Arteriarum in extrema manu series.

V Amplior ascendentis arteriæ trunci portio, quæ rectà ad iugulum cõtendens, in duos impares ramos dirimitur.

X Sinister diuisionis in iugulo factæ ramus, qui & gracilior est, sinistriq; lateris soporalem constituit.

Y,Z Duobus his characteribus dexter ramus, qui sinistro longè amplior est, insignitur. Verùm Y priuatim propaginem indicat, quæ in dextro latere prorsus in easdem soboles digeritur, in quas arteriam D insignitam in sinistro latere disseminari conspicis. Cæterùm Z dextram soporalem notat, quam uti & sinistram Arabum interpretes apopleticã, & somni, & letargicam, & subeteni, & decolationis uenam appellant, quæ nomina plerosque iugularibus uenis accommodare antea retulimus.

a Sinistræ soporalis arteriæ in faucium regionibus in duos ramos distributio. ac b quidem externum, c uerò & d internum indicãt: quanquam duo posteriores hi characteres priuatim aliquid indicent.

c Arteriarum propagatio ad laryngem, fauces & linguam.

d Soporalis arteriæ pars caluariã petens, atque iuxta basim caluariæ in duos distributa ramos, quorum alter, qui sinistrum duræ membranæ sinum subit, hic quà in caluariam mergitur, abtruncatus est. quod præsenti figura eius membranæ sinus non duxerim delineandos, eos postmodum cum integra cerebri uasorum serie ad frontem decimi quarti Capitis, peculiari figura exhibiturus.



turus. ex qua etiam alterius rami soporalis arteriæ caluariam ingredientis, distributionem petes, & si uisum fuerit huic delineationi ex illa characteres adijcies. qui ferè essent L, q, r, ſ, u, u, x, α, β, γ, δ: quos hic explicarem, nisi satius omnino foret studiosum à cerebri uasorum serie tantisper abstinere, donec ego illam decimo quarto Capite persequar.

b Soporalis arteriæ ramus, capitis exteriora implicans.

c Dicti modò & b insigniti rami propago, penitùs inter faciei musculos excurrens.

f Rami b insigniti sub auris radice distributio, cuius anterior ramus g notatus, secundùm tempora fertur: posterior uerò, cui h inscripsi, secundùm auris posteriora sub cute pariter atque

g,h. ille spargitur.

i TRVNCVS magnæ arteriæ, deorsum ad dorsi uertebras explicatus.

k,k,k Propagines utrinque ad octo inferiorum costarum interualla protensæ, & dorsali quoq; medullæ ac musculis dorso & thoraci adnatis ramulos offerentes.

l Septi transuersi arteriæ.



Veritus ne characterum copia integram magnæ arteriæ delineationem alioquin hic satis obscuram penitus corrumperet, priuata hac effigie modò utendum duxi, quæ superiùs ubi septo transuerso arteriæ l indicatæ offeruntur, ueluti ex magnæ arteriæ caudice dissecta est: inferiùs uerò ad seminalium arteriarum, quas ı & ν indicabimus, exortum. In præsenti itaque figura iam enarrandis propaginibus duas radices pinxi, quum integra arteriæ delineatio unicam (ut frequenter etiam occurrit) tantum habeat. In-

m. dicet igitur m utriusque, aut unius duntaxat radicis exor-

n,o. tum. n dextrum ramum. o surculum in humiliorem omenti

p. membranam hic exporrectum. p propaginem in dextram uentriculi sedem, qua dorsum spectat,

q. atque inferius orificium educit, excurrentem. q ramum duodeno intestino & ieiuni initio expor-

r. rectum. r propaginem ad dextram fundi uentriculi sedem deductam, uentriculoq; & superiori

ſ,t. membranæ omenti ramulos exhibentem. ſ bilis uesiculæ arteriolas. t arteriam iecori distribu-

u,x. tam. Cæterùm u insignitur sinister ramus, qui potissimum lienem adit. x propago secundùm po-

y. steriorem uentriculi sedem, ad ipsius usque elatius orificium progrediens. y eius propaginis ra-

z. muli in uentriculum quà dorso innititur deriuati. z ramus orificium uentriculi superius, coronæ

α. modo cingens. α ramus secundùm elatiorem uentriculi sedem inferius illius orificium accedens.

β. β grandis in demissiorem omenti membranam excurrens propago, quæ etiam colo intestino mul-

γ. tis surculis implicatur. γ surculus in humiliorem omenti membranam hic ad sinistrum latus ex-

δ,ε. currens. δ & δ arteriæ lienis cauum subeuntes. ε arteria sinistram fundi uentriculi sedem pe-

ζ. tens, ac uentriculo ipsiq; superiori membranæ omenti soboles deriuans. ζ ramuli ab alijs lienem accedentibus arterijs, in læuum uentriculi latus deprompti.

ζ. In integra delineatione, & ea quã hic indici adhibuimus, aliud ζ occurrit, quo insignitur arteria in superiorẽ ac propemodum uniuersam mesenterij sedem propagata, & suis propaginibus in ieiunum intestinum & ilium & coli partem à iecore ad dextrum renem conspicuam sparsa.

η Dextrum renem accedens arteria. θ Arteria quæ in sinistrum renem exporrigitur.

ι,ι Dextri lateris seminalis arteria. κ,κ Sinistri testis seminalis arteria.

λ Arteria humiliorem mesenterij sedem subiens, ac potissimum in colon intestinum, quà id à lienis regione ad rectum pertinet, ac dein in rectum intestinum discinditur.

μ,μ Propagines notantur, quæ geniculatim lumborum uertebras accedunt, & in peritonæum & musculos uertebris adnatos distribuuntur. Propago autem ad humilius μ consistens cæteris grandior est, atque ad abdominis usque latera frequenti sobole excurrit.

ν,ν,ν Magnæ arteriæ ad os sacrum in duos truncos distributio. Verum isti characteres etiam surculos notant, ab humiliori arteriæ regione in ossis sacri foramina deriuatos.

ξ Interior ramus sinistri trunci iam dictæ diuisionis.

ο Interioris rami exterior propago in musculos excurrens, qui externam ilium ossis sedem & coxendicis articulum integunt.

π *Interioris rami ξ notati interior propago in ossis sacri humiliorem sedem, uesicam & uesicæ ceruicem, ipsumq; penem: in mulieribus uerò, in inferiorem uteri fundi regionem, & pariter in illius ceruicem surculos diffundens.*

ρ,ρ *Hic etiam arterias appinximus, quarum sinistra ab umbilico hic inter ξ & ς ad interiorem prius commemoratum ramum perinde pertinet, ac si uersus umbilicum ab ipso deriuaretur.*

ς *Interioris rami ξ insigniti reliquum, quod ab externo ramo trunci diuisionis quæ supra os sacrum fit, portionem ascisens, per pubis ossis foramen in crus delabitur, inibi in musculos pubis os occupantes digestum, & suo termino cum alia arteria, quæ in quintum femur mouentem musculum præcipuè digeritur, ac ⊥ mox signabitur, coit, ea sede qua ω ascriptum cernis.*

τ *Propago exterioris rami sursum ad rectum abdominis sui lateris musculum conscendens, atque præcipua ipsius sobole umbilici regionẽ petens, reliquos autem surculos transuersim in humiliorem abdominis sedem dispensans.*

υ *Surculus transuersim secundum pubis os ad pudenda prorepens.*

φ *Sedes exterioris rami, quà is modò in crus delabitur, ac in uniuersum crus disseminari incipit.*

χ *Ramus maioris crus petentis arteriæ in musculos propagatus, qui anteriorem femoris sedem sibi uendicant.*

⊥ *Ramus ad quintum femur mouentem musculum, & eos qui internam femoris sedem occupant digestus, unoq; ipsius surculo cum illius arteriæ coiens fine, quam per pubis ossis foramen procidere diximus, ac ω insigniuimus.*

ω. *Ramus in musculos posteriorem femoris sedem obtinentes deriuatus.*

Γ *Ramuli genu articuli peculiares. Hicq; grandis arteria in poplite reconditur.*

Δ,Δ *Ramuli genu articuli peculiares. Hicq; grandis arteria in poplite reconditur.*

Θ *Grandis cruris arteria posteriorem tibiæ sedem petens.*

Ξ *Ramus fibulã amplexãtibus musculis, præcipuè autem septimo et octauo pedẽ mouẽtiũ oblatus.*

Σ *Arteria inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora subiens.*

Π *Arteria ad pedis humiliora accedens, inter calcem & exteriorẽ malleolũ nonnunquã reflexa.*

Φ *Ramuli tibiæ cum calcis articulo proprij.*

Ψ *Propago pedis elatiora accedens.*

Ω *Arteriarum in pedis humiliori sede distributio. Subsequentibus modò duobus Capitibus non solum hæc cuius indicem absoluimus, figura conuenit, sed etiam huc attinet præter crebras quinti libri & sexti & septimi figuras, ea quam huius libri fini subiungam. cuius characteribus perinde atque hactenus fecimus, in interiori margine utemur.*

## VNDE ARTERIA MAGNA PRINcipium ducat, & in quos ramos ipsius ascendens pars digeratur. Caput XII.

QVANDO *in interiori margine alicubi, præterquam in duobus proximis Capitibus scribitur fig. cap. 12. ea subaudienda est, qua integram arteriæ magnæ imaginem, ante præsens Caput proposuimus.*

*Non prolixã de arteriæ magnæ ortu esse disceptationem.*



ONGÈ minor inter medicorum ac philosophorũ proceres de [a] grandis arteriæ, quàm de uenarum neruorumq; principijs est dissensio. Hippocrates nanq;, Plato, Aristoteles ac Galenus pariter cor arteriarum fontem ac originem (uti sanè est) statuunt. Quippe erronea prorsus est Pelopis Galeni præceptoris sententia, arterias docens simul & uenas cum neruis è cerebro nasci: non minus sanè quàm à ueritate simul abhorret eius autoris placitum, qui spurium tractatulum de uenis, Hippocratis libro de Natura humana interiecit. Quandoquidem, ut cætera taceam, cerebrum uitalis spiritus & sanguinis feruidi ac impetu per corpus ruentis, quemadmodum cor, non est principium, ac arteria nullibi quàm [b] ubi è corde pronascitur, amplior occurrit. Dein hæc quoque illorũ dogma improbant, qui arterias ab extremis summisq; corporis partibus nõ secus passim oriri arbitrantur, quàm si quis ab extremis arborũ uirgulis illarum initiũ recenseret. Verùm etiamsi non philosophiæ modò, sed & medicinæ principes cor arteriarũ fontem statuerint, nihilominus tamen de cordis sinu, à quo arteria pronasceretur, nonnihil inter se dissentiunt, quum hi quidem

*Arterias neq; à cerebro neq; extremis corporis partibus nasci.*

a Tota figura huius cap. præposita.

b 8, et fi. 10 li. 6 a.



quidem ex cordis medio sinu, illi autem ex sinistro, arteriam oriri contendunt. Cæterùm hæc dissensio de cordis uentriculis sinibus ue potius, quàm de arteriarum origine est. ac proinde nos tantum duos cordis uentriculos enumeraturi, postposita omni controuersia ex elatiori sede [c] sinistri sinus cordis, propter ipsius basis centrum, magnã arteriã [d] originem ducere attestabimur, ubi tertiũ uentriculũ ([e] post dextrã uidelicet membranã arteriæ uenalis orificio præfectã) Aristoteles enumerauit, etsi alia Galeni in libro de Dissectione uenarum sit sententia, nisi fortè perperã Dexterioris pro Sinisterioris inibi in Galeni libro legatur. Magna igitur arteria in hoc ortu [f] orbicularis est, ac hîc ipsius amplissima sedes & durior & cartilaginosior cõsistit. Ipsa autem arteria simulatque enascitur, [g] duos graciles promit surculos, qui coronæ prorsus modo cordis basim unà cum coronali uena amplectentes, cordi secundùm ipsius longitudinem [h] ramulos transfundunt, quorum plures amplioresq; inibi se offerunt, ubi cordis substantia crassior uisitur. est autẽ id potissimum in ea cordis sede, ubi sinistrum ipsius sinum continet, & quà septum utrisque sinibus cõmune porrigitur. Coronalium arteriarum ortus post membranulas consistit, quas resumptionem spiritus sanguinisq; ex ipsa arteria in sinistrum cordis sinum prohibere, in sexto libro ostendam. Verùm & si coronalium arteriarum par quodammodo sit amplitudo, ea tamen amplior longiorq; cernitur, quæ ex dextro magnæ arteriæ orificij latere originem ducit. una nanq; hinc à tergo dextræ mẽbranæ pronascitur, altera autẽ à posteriori eius orificij sede principiũ sibi uendicat, à tergo posterioris mẽbranę à sinistrę interim mẽbranę tergo nulla pronascẽte. Postq; uerò magna arteria coronales deprõpsit, à cordis basis centro sursum quodãmodo [i] sub uenæ arterialis caudice conscendit, ac cordis inuolucrũ [k] perforãs bipartitò scinditur, ac [l] unam ipsius partẽ, quæ grandior est, deorsum ad quintã thoracis uertebrã, & deinde per reliquã dorsi sedem detorquet, in omnes quæ cordi subsunt regiones ramos exhibituram. At minor pars supra cor repositis sedibus distribuenda sursum properat, ac statim in progressu asperæ arteriæ [m] innitens, ac uenæ cauæ inter membranas thoracem interseptentes substrata, ex sinistro ipsius latere [o] ramum distribuit obliquè sursum ad primam sinistri lateris costam exporrectum, qui quidem quà pulmoni accumbit atque sinistræ thoracem interseptenti membranæ alligatur, nullas deriuat propagines: uerùm simulatq; primam thoracis attigit costam, ab humiliori ipsius sede [p] propaginem deorsum diffundit, quę costarum radicibus attensa, in tria quatuor superiorum costarum sinistri lateris interualla singulas soboles spargit: à quibus rursus surculi in dorsalem medullam, & musculos thoraci uertebrisq; hîc instratos excurrunt. Cæterùm ab elatiori sede [q] eius obliquæ ad primam costam conscendentis rami, [r] alia enascitur propago nuper commemorata multo amplior, quæ ad septimæ ceruicis uertebræ latus obliquè repens, in huius lateris transuersi processus foramen se inserit, ac deinde per transuersorum reliquarum uertebrarum processuũ [s] foramina conscendens, perinde atque hàc [t] excurrens uena digeritur. Nam in progressu dorsali medullæ surculos deriuat ea subingredientes foramina, quæ neruis emittendis rerum Opifex exculpsit. Deinde & musculis ceruicem hîc occupantibus ab illa propagine ramuli quoque sparguntur. Quod uerò eius reliquum est, simul cum comite uena per [u] foramen in posteriori sede sinistri capituli occipitis ossis insculptum, caluariam subit, atque in [x] sinistrum duræ cerebri membranæ sinum exhauritur. Præter hanc propaginem uertebris exporrectam, [y] arteria quam obliquè ad primam sinistri lateris costam contendere diximus, [z] alia ab anteriori ipsius sede pullulat propago, obliquiori ductu pariter superiora anteriora q; petens. Hæc etenim pectoris ossis summum accedens, ac sinistræ thoracem interseptentis membranę adhærens, decliuis perfertur secundùm pectoris ossis sinistrum latus, quà ipsi costarũ coarctantur cartilagines. Hæc propago in eosdem omnino ramos digeritur, in quos [a] uenam hàc repentem dispensari retulimus, præterquam quod nullæ soboles à præsenti propagine cutẽ accedant, nisi forsitan obscurissimæ in mamillę [b] corpus pertingant. Quà enim hæc arteriæ propago pectoris ossi exporrigitur, uerarum costarum cartilaginum interuallis ramos offert, à quibus alij ramuli in musculos assurgunt cartilaginibus incumbentes. Deinde & ab hac propagine in sui lateris membranam quæ thoracis amplitudinem interseptit, & in [c] glandium in iugulo repositum, surculi mittũtur. Quod autem ipsius [d] reliquum est, secundùm sinistrum mucronatæ cartilaginis latus thoracis cauitatem ingreditur, & recto hîc abdominis musculo subnatum, ad umbilici quodãmodo regionem procedit, in progressu utrinq; ad partes abdominis ramulos offerens, & iuxta umbilicum in plures dissectum soboles [e] alterius arteriæ terminos respicit, quam huc ab imo sursum contendere docebimus. Vbi [f] arteria obliquè ad primam protensa costam, hactenus cõmemoratas edidit propagines, sinistram aditura axillam, & [g] musculum perforatura dorsi motorum secundi paris sinistrũ, ab ipsius elatiori parte priusquam è thorace penitus labitur, notatu etiã dignæ ma-

*Arteriæ ortus sedes.*

*Coronales arteriæ.*

*Caudicis arteriæ bipartitio.*

*Ascendentis partis series, ac primum arteriæ ad sinistri lateris primam costã obliquè tendentis.*

a Patet in 11 fi. li. 6, quã conferes cũ 9 figura.
b 4 fi. lib. 6 H. 6 fi. O.
c 9 fig. li. 6 L. Ponitur post E, & arteria A quoq; insignitur.
f A. aut 10 fi. li. 6 S, S.
g B, B. 10 fi. lib. 6 E, E post B, C.
h 6 fi. lib. 6 E, E, & D.
i 6 fi. lib. 6 O sub I.
k 4 fi. lib. 6 H per A. l i.
m 6 fi. lib. 6 R super Y. aut spectata secundò ulti. fi. præsentis libri.
o D.
p E.
q D.
r F.
s 2 fi. ca. 15 lib. 2 T. 7 fi. x. 8 fig. a. t fi. 6 ca. N. u 2 fi. ca. 12 li. 1 f.
x 7 fi. li. 7 Q, Q. 9 fi. T, T.
y D.
z G. & 2 fi. li. 6 D.
a fi. ca. 6 L.
b 25 fig. lib. 5 G, D, D.
c 2 fi. lib. 6 F.
d 6 musc. ta. & dein in musculo f notato.
e 7.
f D.
g 8 musc. ta. C.

*Sinistra axillam petentis portionis series.*

gnitudinis[h] ramum deriuat, qui in posteriores ceruicem occupantes musculos ad occipitium usque discinditur, nullibi interim cutem subiens. At quum primùm illa arteria thoracis cauitatem, & primam costam euicit, iamq; uicinor axillæ redditur, ex posteriori ipsius sede[i] ramum utcunque insignem spargit in cauam scapulæ regionem, & eius sedis musculos absumendum. Post hunc ex superiori ipsius regione[k] aliam, sed non adeò crassam, depromit sobolem, quæ ad humeri cum scapula articulum iuxta summum humerum & scapulæ gibbum in ramulos digeritur, quorũ unus cum[l] humerali uena ubi adhuc in alto reconditur aliquousq; prorepit. Huic soboli[m] alius succedit ramus, nonnihil demissiùs ab axillam petente arteria enatus, ac in musculos anteriori thoracis sedi instratos numerosa propaginum sobole digestus. Dehinc[n] ramuli in glandes axillæ cauitatem opplentes ab hac arteria admodum rari sparguntur. Quinetiam priusquam tota arteria in manũ absumenda feratur,[o] propago quædam thoracis lateri exporrigitur, potissimum in[p] musculum excurrẽs, cuius beneficio brachium quodammodo decliue dorso adigitur.[q] Quod præsentis arteriæ iam supereſt,[r] axillari uena concomitatum, ac in brachium procedens penitiùs occulitur, & primùm[s] graciles ramos internæ musculorum humerum amplexantium sedi, & membranis neruos continentibus distribuit. Insuper deorsum sensim adhuc prorepens, & continuò[t] interiori axillaris trunco attensa,[u] aliam emittit propaginẽ, quæ secundùm[x] posteriorem humeri sedem, quà ipsi cubitum extendentes musculi adnascuntur, obliquè prorepit ad externum humeri tuberculum contendens. Hæc enim propago unà cum[y] uena quam hàc duci retulimus, & dein cum[z] quarto brachium petente neruo ad externam cubiti sedem pertingit, & sub musculorum capitibus aliquousq; deductus cessat, qui hîc ab humeri externo tuberculo principiũ ducunt, & partim radij, partim autem brachialis, partim uerò digitorum motibus famulãtur. Vbi autem sinistræ manus[a] arteria has soboles digessit, inter[b] duos cubitum flectentes musculos recondita, ipsisq; ramulos præbens, ad medium cubiti articuli flexus prorepit, hîc utrinque[c] ramulum ipsi articulo exhibens, & musculi cubitum flectentis posterioris[d] insertioni innitens, hicq; subinde pulsum euidentem edens. Hinc arteria inter[e] musculum secundos quatuor digitorũ articulos flectentem, & [f] illum qui tertio eorundem digitorum articulos flectit, mergitur, ac ubi nõnihil per cubiti internã sedem prorepsit, bipartitò sciſſus[g] unum ramum radio,[h] alterum ulnæ exporrigit. Qui secundùm radium fertur, cuiusq; pulsum indies in ægris exploramus, nõ procul à brachialis radice[i] sobolem deriuat, quæ sub[k] tendinibus pollicem extendentibus ad summæ manus externam sedem procurrit in[l] musculos digesta, qui inter primum pollicis os & postbrachialis os indicem sustinens collocantur. Quando ramus radio exporrectus illam emisit sobolem, unà cum tendinibus digitos flectentibus[m] transuersum brachialis ligamentum transgreditur, & sub[n] dilatescente in summa manu tendine, similiter ac[o] uena huc pertinens, & [p] neruus quoque illi attensus in tres ramos dissciditur, quorum unus in duas diremptus propagines internam pollicis regionem accedit. Secundus uerò duplici ramo internã indicis sedem implicat. Tertius autem indiuisus internum latus interioris mediĳ digiti sedis conscendit.[q] Ramus arteriæ qui ulnæ exporrigitur, similiter per transuersum brachialis ligamentum manus uolam subit,[r] & duos ramulos minimo digito & totidem anulari, unum autem medio offert, sed interim nullam sobolem in externam summæ manus sedem dispẽsat. quamuis interim[s] unam[t] illis musculis porrigit, qui externum latus postbrachialis ossis occupant, quo minimus digitus suffulcitur. Rami ulnæ exporrecti motum haud manifestò percipimus, nisi homo admodũ gracilis ac macilentus, aut magno pulsu præditus fuerit. Quippe Natura ut omnes propemodum arterias, hunc quoq; ramum retinet, tendinibus magis quàm is qui radio exporrigitur, occultatum, atque ita nusquam earum portionem Natura in cutem conspicuè emittit, quemadmodum soboles à uenis passim & frequenter perferri prius commemoratum est. Meritò igitur nullam in extremis manibus à foris aliam à nuper dicta, quam pollici ac indici ascripsimus reperies arteriam, quia ne musculus quidem unus inibi cõsistit. At interna regio quoniam pluribus est septa musculis, ideo multas quoque arterias sibi uendicat. Ad hunc sanè modum[u] primus arteriæ magnæ partis superiora petentis ramus diuaricatur, qui ad primã sinistri lateris costam contendit.[x] Maior autẽ amplioríq; ascendentis arteriæ partis portio asperæ arteriæ[y] innitens, rectà sursum ad[z] glandium in iugulo repositũ properat. id enim arteriæ huic similiter ac uenæ lecticuli modo substernitur, ac ipsius beneficio ramorum scissio iniurijs innoxiè ferendis promptior efficitur. Quum uerò in hunc modum arteria sursum tendit, priusquã elatiorẽ pectoris ossis sedem superat, adhuc in thoracis amplitudine in[a] duos impares ramos finditur.[b] Sinister, qui gracilior est (amplus tamen & ipse) nonnihil obliquè in læuũ deflexus, sursum cum[c] interiori iugulari secundùm asperæ arterię sinistrũ latus per ceruicem exporrigitur, ipsaq; soporalis eius lateris arteria censetur.

*Arteriæ ramus, cuius pulsum ante brachiale exploramus.*

*Naturam arterias reconderе.*

*Series maioris portionis magnæ arteriæ partis, quæ superiora corporis petit.*

*Sinistra soporalis.*

At



At dexter ramus sinistro crassior, similiter sursum tendit: & simulatq; primam thoracis costam contigit, ex dextro ipsius latere[d] arteriã promit in easdem prorsus soboles discissam, quas à[e] ramo, qui sinistræ manui offertur, pullulare scripsimus: ad superiorũ uidelicet costarũ interualla, ad transuersos ceruicis uertebrarum processus, ad pectoris os, ad posteriores in collo locatos musculos: & ut rem in pauca contraham, in eosdem omnino ramos digeritur, in quos sinistræ manus arteriam desinere commemorauimus.[f] Quod uerò maioris dextriq; rami adhuc superest, crassitie illi congruit[g] ramo, quem secundùm asperæ arterię sinistrum latus prorepere paulo antè diximus. atque eis hàc porrigitur, ita ut ille dexter, secundùm asperæ arteriæ dextrum latus sursum conscendit, ac huius lateris soporalem cõstituit arteriam, quæ uti & sinistra nuncupatur. Quum autem sinistri lateris soporalis arteria (perinde ac dextri etiam) ad fauces usque[h] pertingit, in duos dissciditur ramos, quorũ grandior idemq; interior fauces subit, ac mox laryngi & linguæ[i] propagines deriuans, ad caluariæ basim[k] properat: priusquam uerò in caluariam mergitur, in duos impares deducitur ramos.[l] Maior per[m] peculiare foramen nulla concomitatus uena, caluariam inibi ingreditur, ubi[n] glandula cerebri pituitã excipiens in quodam ossis cuneum referentis[o] sinu ponitur. Hic ramus mox in ipso ingressu utrinque singulas emittit propagines, ac[p] unam per[q] proprium foramen ad narium amplitudinẽ dispensat, quæ suo extremo inter nasi cartilagines, adeoq; ad nasi usque extremũ ita cum aliquot facieí arteriolis deperditur, ut tactu etiam ipsius motum inibi percipiamus.[r] Altera propago in latus sinistrum duræ cerebri membranæ[s] multipliciter dissciditur,[t] ipsum autem arteriæ corpus duas illas diffundens propagines bipartitur, & caluariæ basi suffultum, itaq; diuisum in anteriora nonnihil tantisper repit, donec denuò ipsum colligatur. Subinde uerò huc usque nõ diuisa, neque collecta rursus, sed simplex prorsus fertur. Vtcunq; autẽ sit, siue simplex huc pertingat, siue prius in duas partes diuisa hîc se rursus colligat, inibi[u] insignem utcunq; ramum per[x] secundi neruorum cerebri paris[y] foramen ad oculum & interiorem[z] temporalis musculi sedem distribuit. Quod uerò ipsius[a] reliquũ est, duræ cerebri membranam[b] perforat, ac[c] partim in tenuem cerebri membranã,[d] partim ad sinistrũ cerebri uentriculũ conscendit, plexũ inibi faciens quem secundinis seu extimo fœtus inuolucro tum comparabimus, quando cerebri uasorum seriem secũdo ab hoc Capite persequemur. Vbi etiam paulo diffusius quæ iam postremo loco cõmemorauí repetam.[e] Alter ramus arteriæ partis, uti dicebam, ad caluariam ductæ, cum[f] coniuge uena in posteriora secundùm caluariæ basim fertur, & [g] ramulum[h] musculis ceruicis uertebrarum anteriorem sedem occupantibus, iuxta primæ secundæq; uertebrarum interuallum offert. ac dein caluariam ingreditur: & [i] commune foramen cum[k] sexto cerebri neruorum pari nactus, simul cum uena in[l] sinistrum seu secundùm duræ cerebri membranæ sinum exhauriẽ. Porrò sinistræ soporalis ad fauces[m] diuisionis[n] exterior gracilioríq; ramus, genis seu buccis [o] ramulum offert, penitius latitantem.[p] Insuper in duas propagines sectus,[q] unam sinistro tempori,[r] alteram secundùm sinistræ auris posteriorem sedem digerit, pulsum etiam edentes sensibilem. Atq; in hunc sanè modum ascendens arteriæ pars in ramos finitur.

*Dexterũ brachium petens arteria.*

*Dextra soporalis.*

*Soporalis ad caluariam series.*

## AMPLIORIS DESCENDENTISQVE MAgnæ arteriæ trunci in suos ramos series. Caput XIII.

*Ad inferiorẽ costarũ interualla arteriæ.*



TRVNCVS magnæ arteriæ deorsum ad thoracis uertebras[a] explicatus, ab infima ipsius sede qua uertebris incumbit, non autem lateribus, utrinque[b] propagines in octo inferiora thoracis interualla deriuat, quæ similiter ac[c] uenæ cõiugẽ carentis rami secundùm interualli ductum ad costarum usque cartilagines in ueris costis prorepunt, spuriarum uerò costarum interualla excedũt, in abdominis latera magis quàm ipiæ costæ pertinentes. Ab his propagínibus ramuli in dorsalem medullam per[d] foramina neruorum gratia in uertebris sculpta, ac dein ad musculos uertebris thoraciq; adnatos sparguntur, pari omnino serie qua uenam cõiugis expertem disseminari superius proditum est.[e] Ipse autem arteriæ truncus uertebrarum corporũ sinistræ sedi quodammodo innitens, deorsum[f] sub septo transuerso quà id undecimæ thoracis uertebræ corpus respicit, extra thoracis amplitudinẽ labitur, ac mox utrobique septo transuerso[g] unam offert propaginem, quæ in plures secta surculos, in humiliorem septi iuxta uertebras sedem præcipuè deperditur, soboles sursum ad septi elatiora adeoq;



*HAC figura portionẽ arteriæ à tergo finximus, ut aliquo pacto series proponeretur, quæ hæc ramos costarũ interualliſ ex posteriori ipsius sede digerit.*

*Ad septum transuersum arteriæ.*

*Arteriæ magnæ rami omētum, iecur, bilis uesiculā, uentriculum, lienem, duodenū et coli partem accedentes.*

ipſum cordis [h] inuolucrum quà id ſepto adnaſcitur ſpargens. Poſt commemoratas propagines magna arteria, ex elatiori ſui corporis ſede, [i] unum promit truncum, ramos in uentriculum, iecur, bilis ueſiculam, lienem, omentum, & duodenum inteſtinum, & colon quoque ubi uentriculo id exporrigitur, ad hunc modum offerentem. Præſens truncus ſimulatq; [k] prodiſt, elatiori ſede inferioris membranæ omenti ſuffulcitur, ac in duos magnitudine propemodum æquales ramos diremptus, hūc [l] qui gracilior paulò eſt dextrorſum, [m] illum uerò qui modicè amplior uiſitur ſiniſtrorſum mittit. Dexter ramus uenæ portæ in [n] glandoſo corpore, quod ſub uentriculi poſteriori ſede huic omenti membranæ intertextum cernitur, adnexus, ſurſum ad iecoris cauum contendit, in medio ductu ex humiliori ipſius ſede [o] ſurculum inferiori omenti membranæ, ipſiq; adeò colo inteſtino hîc deriuans. Poſt hunc ab elatiori parte [p] ſobolem uentriculo exporrigit, quæ in poſteriorem ipſius ſedem qua is dorſum ſpectat, pauculis ramulis digeritur. Ex humiliori rurſus ſede, dexter arteriæ ramus ad iecoris cauum tendens, duas denuò profert ſoboles. [q] Vnum cum uenæ portæ ramo inteſtino diffundit, quod duodenum appellamus, ſecundùm cuius mediam longitudinem & aliquouſque ad ieiuni inteſtini initium ea ſoboles porrigitur. [r] Altera nuper commemorata paulo amplior, ad dextram fundi uentriculi ſedem retorquetur, & ſuperiori omenti membranæ innexa, ex elatiori ſede in anteriora & poſteriora fundi uentriculi ramulos frequenti ſobole ſpargit, perinde ac ab inferiori ſua ſede alias in omenti ſuperiorem membranam ducit. [s] Atque hæc arteriæ cum portæ uenæ ramo hàc ex porrecto ad medium fundi uentriculi ceſſat. Quod uerò dextræ arteriæ rami adhuc ſupereſt, poſtquam ab eminentiori [t] duos inſigniter exiles ſurculos bilis ueſiculæ tranſmiſit, in [u] ramulos aliquot ſectum ad iecoris cauum terminatur, non admodum altè in iecoris ſubſtantiam diſſeminatum. [x] Siniſter ramus ab arteriæ caudice prodiens, quem [y] dextro modicè craſſiorem eſſe dicebamus, inferiori quoque omenti membranæ ipſiusq; glandoſo corpori committitur, coniungens ſe uenæ portæ ramo, in tot quot ille ſoboles digerendus. Mox enim præſens arteriæ ramus ab eminentiori ſede [z] propaginem uentriculo qua dorſo innititur offert, quæ primùm [a] ſobolem unam utrinque in mediam uentriculi ſedem eius quæ dorſo incumbit regionis exporrigit. deinde ſurſum aſcendens, uenæ portæ [b] modo ſuperius uentriculi orificium coronæ inſtar appoſitiſſimè [c] cingit, ramulos uentriculi corpori & graciles ſurculos ſtomachi termino, quo is uentriculo continuatur, diſtribuens. Inter reliquos autem ramos [d] unus ſecundùm uentriculi ſuperiora dextrorſum exporrectus, uentriculi humilius adit orificium, ſurculos quoque in progreſſu anteriori & poſteriori ſedibus uentriculi depromens. [e] Siniſter arteriæ ramus lienem potiſſimum accedens, ab humiliori ipſius ſede [f] propaginem in inferiorem omenti membranam diffundit, quæ paulo poſt exortum in duos ramos inuicem ualdè diductos diſcinditur, numeroſam arteriarum ſobolem deorſum in nunc dictam omenti membranam & colon inteſtinum propagantes. Hac edita propagine, [g] ſiniſter ille arteriæ ramus ſiniſtrorſum magis ducitur, & uenæ ipſi attenſæ ritu in duas diffunditur arterias: & hæ rurſus in alias tantiſper dirimuntur, donec [h] frequenti ramorum ſerie lienis cauo ſecundùm rectam lineam implātentur. Priuſquam uerò omnes arteriæ in lienem ceſſent, ab humiliore parte eius quæ demiſſiorem lienis ſedem adit, plerunque [i] ramulus inferiori membranæ omenti offertur. Deinceps ab illa arteria, quæ infimæ lienis arteriæ proxima eſt, priuſquam hæc in lienem deperditur, [k] propago pullulat, quæ ſuperiori membrana omenti ſuffulta, dextrorſum ad uentriculi fundum contorquetur, ſiniſtramq; uentriculi fundi ſedem perreptans, geniculatim ramulos anteriori & poſteriori ſedibus, ac dein ſuperiori membranæ omenti ſoboles ſpargit. Item ab aliſs lienem adeuntibus arteriſs [l] ramuli enaſcuntur, qui ſiniſtrum uentriculi latus illo prorſus modo adeunt, quo à uenis lienem petentibus propagines eòdem pertinere, ſuperiùs commemoratum eſt. Cæterum à magnæ arteriæ corpore, paulo inferius quàm [m] truncus cuius iam ſeriem abſoluimus, principium ducit, ab elatiori quoq; corporis parte [n] alia promitur arteria, quæ in ſuperiorē meſenteriſ ſedē in plurimas ſoboles diffuſa, uenæ portæ modo excurrit in ieiunum, & ilium & coli inteſtini partē, quæ à iecoris cauo ad dextrum renem uſq; pertinet. Poſt hanc inferiùs paululum ab utroque magnæ arteriæ latere, [o] ampla educitur arteria in ſui lateris renem, [p] queadmodum & uena, tranſuerſim prorepens. Hæ arteriæ in renes integræ ab ſumuntur, uixq; uenarum modo ramulos notatu dignos in [q] pinguem renum tunicam diſſeminant. Inſuper ab arteria ſiniſtrū renem accedente, ac demiſſiùs plerunq;, quàm ea quæ ſiniſtro reni offertur, principium ſumente, [r] ſeminalis arteria nō enaſcitur, ſed frequentiſſimè (ut & dextri teſtis [s] arteria) ab arteriæ magnæ corpore originem ducit. Aliquantulo enim humiliùs quàm dextræ ſeminalis uenæ [t] initium à caua exurgit, ab anteriori arteriæ magnæ ſede ſeminalium arteriarum [u] exortus pendet, quæ ipſo ortu inuicem ſunt conterminæ: ac dextra quidem

*Præcipuā meſenterium accedens arteria.*

*Renum arteriæ.*

*Seminales arteriæ.*

*h 3 fi. lib. 6. C,D,E,F,G. — i Spectā simul cum integra delineatione figuram illius indici insertam m. — k 3 & 4 fi. lib. 5. & unde etiam huius arteriæ seriem petes uenæ portæ ramis exporrectam. l n. — m u. — n 3,4 fi. lib. 5 π,ν. — o o. — p p. — q q. — r r. — s 2 fig. lib. 5. R ad T. aut 14.15 fi. lib. 5 C. uerùm si hæc in quinto libro spectare uisum est, recurrito ad marginem portæ descriptionis, ne hic nimius in notando sim. — t ſ. — u t. — x u. — y n. — z ι. — a y. — b 14,15 fi. li. 5. d. — c z. — d α. — e u. — f β. — g u. — h λ,λ. — i γ — k ι. — l ſ. — m m. — n ſ in integra arteriæ delineatiōe. deinc ōsules 3,4,6,7,8, aliquotq; sequentes lib. 5 figuras. — o κ,δ. — p 22,23 fi. li. 5 m,n. — q 20 fi. lib. 5 T,V. — r κ,κ. — s ι,ι. — t 22,23 fi. li. 5 u. — u earundem fig. κ.*

cauæ



cauæ uenæ corpus [x] tranſcendens, dextræ ſeminali uenæ attenditur, quouſq; pubis os ſuperās, ac ex magna peritonæi cauitate excidēs, ipſi uenæ permiſceatur, atq; cum illa anfractus gyroſq; efformet, quorum baſis humilior ue ſedes ſuperiori teſtis regioni implantatur, ac teſtis ſubſtantiæ & hanc proximè inuoluenti tunicæ ramos præbet. Ad hunc quoq; modum ſiniſtra ſeminalis arteria ſiniſtræ congreditur uenæ, & in mulieribus quoq; [y] arteriarum ſeries [z] earundem uenarum diſtributioni penitus congruit. Vt ſcilicet [a] media arteriarum pars in teſtes adeat, ſeminaliaq; uaſa conſtituat, [b] altera autem fundum uteri implicet. Enarratis hactenus propaginibus, [c] alia ſuccedit, inferiùs quàm ſeminales arteriæ, ab anteriori etiam magnæ arteriæ ſede principiū ducens, & in humiliorem meſenteriſ ſedem diſtributa. Quandoquidem hæc in colum inteſtinum, quà à liene ad rectum uſq; inteſtinum prorepit, ac dein in ipſum quoq; rectum imprimis digeritur. A [d] poſteriori autem ſeu inferiori magnæ arteriæ ſede, qua hęc uertebris committitur, geniculatim [d] ramuli utrinq; ad ſingulas lumborum uertebras promuntur, qui in dorſalem medullam & muſculos uertebris hîc adnatos excurrrunt. Atque huiuſmodi ramuli inuicem ferè amplitudinis ductusq; ſpecie conueniunt, ſi modò [e] unicam utrobiq; propaginē exceperis, quæ quum cæteris inſignior multoq; craſſior ſit, ac iuxta ſacri oſſis ſummum præcipuè prodeat, nō ſolùm muſculos uertebris attenſos accedit, uerùm tranſuerſim per peritonæum abdominisq; muſculos ad latera uſq; abdominis exporrigitur. [f] Hactenus magna arteria in lumborum regione uenæ cauæ ſiniſtro lateri ſuccubuit. quum uerò ſacri oſſis principium attingit, uenamq; conſcendens, in [g] duos grandes truncos inſtar Y ad hunc modum ⅄ inuerſi bipartitur. Fit uerò ſitus huius permutatio propter arteriæ dignitatem. Quum enim hæc dignior nobiliorq; cenſeatur, non immeritò ipſam magis quàm uenam recondi, occultari, & in alto corporis ferri, ac demum iniuriſs ferendis pertinacem effici, ſagax rerū Opifex uoluit. Ne uerò hîc ab excarni oſſis ſacri initio in dorſi motibus arteria promptè lædatur, ſuperpoſitā prius arteriam inibi uena ſuperiorē eſſe, illamq; hanc conſcendere uoluit, ut uena inſtar ſubſterniculi cuiuſdam arteriæ ſubderetur. [h] Cæterùm priuſquam uenę cum arteriſs in crus delabantur, quum iam ſacrum os uaſa ſuperarūt, uenæ arteriſs ſuperiores uehuntur: arteriæq; quoniā digniores ſunt, ſub uenis reconduntur. Rami uerò qui à magnæ arteriæ ſupra ſacri oſſis initiū diuiſione prodeunt, uenarum ramis exactiſſimè correſpondent. Si [i] exiguos fortè ſurculos ſecluſeris, qui ab humiliori arteriæ ſede, quà hæc primùm bipartitò ſcinditur deorſum ducti, ac oſſe ſacro ſuffulti, ipſius [k] foramina ſubeunt, hac dorſalem medullā poſterioremq; ſacri oſſis ſedem petentes. Atq; hæ interdū adeò inſignes occurrerūt, ut ſectionū rudes has uenas eſſe arbitrarent, quæ in recti inteſtini finē, ſeu anum deſinentes, fæculentū ſanguinem nonnunquā expurgarent. [l] Siniſter itaq;, quemadmodum & dexter huius ſupra os ſacrū factæ diuiſionis trūcus, nō procul à diuiſione in duos grandes partitur ramos, quorū [m] interior [n] exteriori gracilior eſt: ac ilico duas à ſe diffundit propagines, quārū [o] unam rurſus interiorē, [p] alterā uerò exteriorem doctrinæ ſtudio nō ineptè appellabis. Exterior ſimul cum [q] uena inter ſacrū os & ilium os, quà hæc inuicem dehiſcunt, in exteriora tranſuerſim exporrigitur, & frequenti utcunq; ſobole muſculos ilium os amplexantes, ipſumq; adeò coxendicis articulū implicat. Anterior autē in uiris ueſicę fundo, & ceruici ipſius ſeu peni, & paucas admodū etiam podici ſoboles diſpenſat. In mulieribus uerò, quibus hæc [r] propago grandior uiſitur, in humiliorem fundi uteri regionem numeroſa ſerie diſtribuitur. Neq; is uteri duntaxat inſitū calorē refocillat, ſed & fœtus quoq;, quando is utero geritur. Dein hæc propago præter uterū, etiā muliebrē ueſicā, & uteri ceruicē ramulis quibuſdā intertexit. Quod interioris rami qui binas nunc explicatas eduxit propagines [s] reliquū eſt, deorſum repit, ſui lateris [t] arteriam, quæ in umbilicū fertur, admittēs. [u] Arteriæ etenim ab umbilico ſecundum fundi ueſicæ latera deorſum ductæ, ac in natis hominibus coriaceæ inanesq; redditę, in ſui lateris ramum inſeruntur, [x] ipſi ue continuātur, quem modò ab interiori illo ramo reliquū eſſe deorſumq; ferri dicebā. Is nanq; nō minus quàm uena ipſi attenſa pubis oſſis [y] foramen petit. Priuſquā uerò id tranſit, [z] propaginē aſſumit ab externo trunci ramo, ubi is iam in crus eſt prolapſurus. Præſens itaq; ramus ea propagine adauctus, per pubis oſſis foramen ducitur, & in muſculos foramen id occupantes, & illos qui à pubis oſſe principiū ſumunt diſpergitur, perinde ac [a] uena pubis oſſis foramen tranſiens. Ac quemadmodū hęc iuxta mediū longitudinis femoris extremo quodam ipſius ſurculo alteri uenæ in [b] quintū femur mouentiū muſculum diſpenſatæ [c] cōmiſcetur, ita ſanè & præſens arteriæ ramus ſuo fine cum alia [d] coit [e] arteria, quam illi muſculo à maxima crus petente arteria diſtribui non ita multo pòſt ſubſciam. Exterior nanq; ramus ſiniſtri trunci eius [f] diuiſionis, quam ſupra os ſacrum fieri dicebā, per inguina in læuum crus [g] deſcendit: anteaquàm uerò peritonæum permeat, [h] propaginem ſurſum peritonæo exporrigit, [i] quæ ad rectum abdominis ſui lateris muſculum accedens, ſurculos in conterminas ſedes tranſuerſim utrinq; digerit.

*Ad humiliorē meſenteriſ ſedem arteria.*

*Ad lumborū uertebras & carnes.*

*Arteriæ magnæ ſupra ſacrum os diuiſio, arteriæq; ſuper cauam aſcenſus.*

*Truncorum diuiſionis ſupra os ſacrum factæ, ſeries.*

*Arteria pubis oßis foramen tranſiēs.*

*x eisdē spectatur figuris, uti & subsequentia pleraq;. — y 25 fi. lib. 5 g,h. — z eiusdē fi. d,e. — a eius fig. o. — b eius fig. n. — c λ, et 20 fi. lib. 5 k. — d μ, μ. — e inferius μ — f Ostendūt hæc 20, 22, 23, 25 fig. lib. 5. — g ν,ν. — h Hæc ut et totam quoque arteriæ seriem ab ultima petes fig. — i sub ν, ν,ν. — k 1 fi. ca. 18. lib. 1. cha. 2, 3, &c. — l sinistrū ν. — m ξ. — n λ ad φ. — o π. — p ρ. — q fi. cap. 6 r. — r 25 fi. libri 5 y. — s ε — t ε,ε. — u 2 fi. lib. 5. K,L. — x inter ξ & ς. — y 1,2,3, fig. cap. 29 lib. 1 r. — z accedit ad ς. — a fi. ca. 6. υ — b 8 musc. ta. Φ,C. — c fi. ca. 6. χ — d ω. — e ψ ortum à φ. — f ν,ν. — g φ. — h τ. — i 6 musc. tabul. c ad f.*

*Arteriæ in crure series.*

ipse autem sursum ad umbilici usque regionem properans, in ramulos dissinditur,[k] qui arteriæ eódem à pectoris regionibus tendentis ramulos spectant, ac mamillarum cum utero cõmunionem (si modò arteriarum beneficio aliqua fit) præbent. Quum uerò grandis arteria in crus descendens peritonæum superauit,[l] ramulum ad pubis ossiũ commissuram mittit, qui exiguus est, neq; ut eò tendẽs[m] uena in multas soboles dispergitur, quarũ ne una quidẽ cutẽ subit, nisi forte exilis quæpiam in penis[n] inuolucrũ diffundatur. In crure aũt,[o] arteria modò uenæ subiecta, ipsaq; uena ueluti propugnaculo munita,[p] ramũ in anteriores femoris os amplexantes musculos digerit, qui etiamsi in frequẽtes scinditur soboles, nullam tamen cuti exporrigit. Deinde à grandi arteria[q] alius educitur ramus, in quintum femur mouentẽ musculum, & eos qui internam femoris sedem occupant musculos, ad genu usq; quodammodo in propagines sparsam, & quadam ipsius sobole illius[r] arteriæ extremo[s] commixtam unitamq;, quam per pubis ossis foramen in crus pertingere scripsimus. Cæterùm ipsa grandis arteria sensim deorsum prorepens, secundùm femoris os ita conuoluitur, ut ab anteriori inguinum sede[t] inter duo inferiora femoris capita in poplite consistat, nusquã non[u] uena grandiori quę crus accedit concomitata. In hoc per femoris posteriora descensu, arteria[x] propaginem educit, quæ in musculos posteriorem femoris sedem occupantes excurrit, & aliquousq; cum illis uenarum[y] propaginibus deducitur, quas uenam efformare docui, quæ per genu flexũ seu posteriorẽ ipsius sedem in surę cutem sparsa sobole pertingit, arterię interim nulla propagine ad cutẽ emergẽte. At grandis arteria in ipso poplite, uti diximus, recõdita,[z] utrinq; propaginẽ emittit in alto quoq; occultatam, & in genu articuli latus penitiùs digestam. Vbi uerò arteria tibiam subire incipit, ab externo ipsius latere[a] ramum diffundit, qui fibulę exporrectus inter septimum & octauum pedis motus autorum[b] musculos reconditur, atq; in reliquos qui anteriorem tibiæ sedem sibi uendicant, soboles ultra medium longitudinis tibiæ digerit. ipse autem arteriæ[c] truncus inter capita[d] duorum primorũ pedem mouentiũ musculorũ repens, inter[e] quartũ pedis motuũ opificem musculum, et[f] duos quorum beneficio ultimi digitorũ flectuntur articuli, ac[g] quintũ pedẽ mouentium occultatur, neq; multum à[h] ligamento membraneo fibulam tibiæ ossi secundùm totam fibulæ longitudinẽ colliganti distat, & sub medio longitudinis tibię in duos[i] ramos dirimitur, quorum interior inter calcem & tibiæ os pedis inferiora subit, unà cum musculorum tendinibus humiliora pedis hàc petentibus. In descensu interior ille ramus[k] surculum tali cum tibia articulo offert. In pedis uerò planta inter[l] musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem, & [m] tendines qui tertios articulos flectunt[n] repositus, in duas primùm partitur soboles, quarum una duplici ramo inferiorem pollicis adit sedem: altera uerò in progressu in duos surculos digesta, unum ad indicem deriuat, in duos tamen prius deriuatum ramulos: alterum uerò surculum interno lateri inferioris medij digiti sedis, indiuisum offert.[o] Exterior ramus illius quæ ad medium longitudinis tibiæ fit diuisionis, inter fibulam & calcem pedis inferiora accedit, unà cum tendinibus septimi & octaui pedem mouentium musculorum. atque hic in duos minimos digitos & externum latus medij digiti disseminatur: in ipso autem ad pedis inferiora progressu, tali cum tibia articulo[p] propaginem præbet, &[q] aliam hac longè grandiorem digerit, [r] sub interiori malleolo ad principium illorum musculorum qui pollicem & tres digitos ipsi proximos in externum latus abducũt. Hæc propago in superiori pedis sede motum etiam edit tactu sensibilem. Verùm ut uenarum pedem subeuntium seriem uariari suo loco relatum est, ita sanè & arteriæ distributio inibi discrepat: quippe interdum, neq; id infrequenter[s] obseruabis omnibus digitis surculos offerri, ab illo ramo quem pedis inferiora inter calcem & tibiam petere diximus, illo qui fibulæ exporrigitur plantam non accedente. at tunc ab arteria in posteriori tibiæ sede recondita, grandis ramus per[t] membraneum ligamentum tibiæ ossi fibulam, quà hæc ossa inuicem dehiscunt colligans, in anteriorem tibiæ sedem pertinet: atque inter eius sedis musculos occultatus, unà cum eorundem tendinibus per[u] transuersum ligamentum in anteriore tibiæ sede conspicuum, in superiorem pedis regionem deriuatur, musculis illis qui digitos in externum latus abducũt, quodammodo reconditus. Atq; hic ramus interdum ligamentũ id membraneum transit, mox sub genu articulo, ubi tibiæ os à fibula primùm dehiscere incipit, interdum uerò iuxta inferiorem tibiæ sedem, prout nimirum[x] ramus quem arteria tibiam subiens, uersus octauum & septimum pedem mouentes musculos digerit, aut demissiùs fertur, aut elatiùs in ramos dissectus cessat, aut etiam prorsus deest. utrumq; enim accidere reperi, quum summo studio non arteriarum solùm, sed & uenarum neruorumq; seriem primùm discere, ac subinde tum priuatim, tum publicè ostendere, ac demum hîc uerius quàm elegantiùs describere sum conatus.

VENARVM

l v.
m fig. ca. 6. Δ.
n 20 ost. lib. 5 r.
o φ. uerùm spectat interim sedulo uniuersum crus istime fig.
p χ.
q ψ.
r ε.
s ω.
t 1 fi. ca. 30 li. 1. l.
u fi. ca. 6. inter. n. & o.
x ρ.
y fig. ca 6. charact. 3, 4, deinceps ract. 6.
z ϑ, a.
a ϖ.
b 6. mus. td. φ, γ.
c ϑ.
d 12 mus. td bul. φ, γ.
e 13 td. γ.
f 14 td. λ, ϖ.
g 15 tab. D, E.
h 15 tab. T. i ϖ, & υ.
k φ.
l 14. musc. tab. 9.
m 14. tab. d, e & f.
n m.
o n.
p o.
q τ.
r 6 muscul. tabul. sub a ad n.
s Vtibic scribitur, ad tibiam deineaui figuram.
t 15 mus. td. T.
u 12 tab. d.
x ϖ.



# VENARVM ARTERIARVMQVE cerebri series. Caput XIIII.

## DECIMIQVARTI CAPITIS FIGVRA.



DECIMIQVARTI CAPITIS FIGVRAE
eiusdemq; characterum Index.

*PRAESENTI figura nuda uasorum cerebri delineatio proponitur, à uenis arterijsq; incœpta, priusquã illæ penitus in caluariã merguntur. Cæterùm si fortè hæc tabula singula cerebri uasa nõ ad amussim ostendat, eã nihilominus quò res alioquin difficilima minori negocio oculis subijciatur, ac à studiosis in dissectionibus prõptiùs obseruetur, nõ mediocriter accõmodaturã mihi persuadeo. Ne autem ramorũ frequentia pleraq; obscurarentur, unius duntaxat lateris uasorum seriem (nisi quandoque res secus exigat) delineatam conspicis, haud præteriens omnes propemodum septimi libri figuras huc quoq; spectare, ac ab interiori margine ad illas lectorem ablegandum, perinde atq; ad figuram huius libri calci insuendam.*

*A* Interior iugularis, quà iam caluariæ proxima est. *B* Soporalis arteria.
*D* Prima caluariam petens uena. *C* Secunda uena. *F* Tertia uena.
*E* Quarta uena. *G* Quinta uena. *H* Sexta uena.
*K* Prima caluariam ingrediens arteria. *I* Secunda arteria. *L* Tertia arteria.
*M* Dexter, seu primus duræ cerebri membranæ sinus.
*N* Sinister duræ cerebri membranæ sinus, quem secundum nuncupamus.
*O* Primi & secundi sinuum congressus.
*P,P* Tertius duræ membranæ sinus.
*Q* Tertij sinus finis osseo commissus septo, quo olfactus organorum sedes interdiuiduntur.
*R* Quartus duræ membranæ sinus.
*S,S* Ductus à dextro sinu pullulantes, ac in duræ tenuisq; membranarum sedes, quæ illis proximæ sunt, excurrentes.
*T,T* Ductus ex tertij sinus latere in tenuẽ diffusi membranã, quos solùm abtrũcatos depingere licuit.
*V,V* Ramuli ab infimo tertij sinus angulo in eam duræ membranæ partem deriuati, quæ dextram cerebri partem à sinistra seiungit.
*X,X* Tertij sinus surculi cum illis commissi uasculis, quæ per uerticem caluariam subingrediuntur.

Y,Y Exiguæ

*Y,Y Exiguæ propagines ab elatiſſimo quarti ſinus angulo, in duræ membranæ ſedem aliquouſq; excurrentes, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra hîc ſupra cerebellum interdiuidit.*

*a,a Ductus à dextro quarti ſinus angulo deprompti, qui in duram cerebri membranã, quà cerebello hîc incumbit, ac dein in tenuem & cerebelli & cerebri membranam diffunduntur.*

*b Ductus à quarto pendens ſinu, ac ſecundùm totam longitudinem, humilioremq; ſedem eius duræ membranæ partis propagatus, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimit.*

*c,c,c Surculi ſurſum à commemorato iam ductu in dictam quoq; duræ membranæ partem deriuati.*

*d,e A quarto ſinu propagati ductus, qui uenarum prorſus modo tenui membrana ſuffulti, ſecundùm cerebri longitudinem ſupra calloſum cerebri corpus ducuntur. Ac unus quidem qui d inſignitur, parti dextræ cerebri attenditur. Alter uerò e notatus, ſiniſtræ parti exporrigitur.*

*f Ductus à quarti ſinus humiliori ſede in tenuem cerebelli membranam propagatus.*

*g Ductus f notati propago per cerebri anfractus gyroſq; in humillimam dextri cerebri uentriculi ſedem pertingens, ac cum hâc aſcendente arteria, quam y notabimus, coiens.*

*h Ductus f notati propago retrorſum repens, ac multifariam in tenuem cerebelli membranam diſſectus.*

*i Præcipua quarti ſinus propago, ſub cerebri corpore fornicis cameræ'ue modo extructo, ad interiorem uſq; ſedem tertij uentriculi cerebri procurrens.*

*k Propaginis i notatæ in duas partes diſſectio. in qua l partem indicat dextro exporrectam ce-*
*l,m rebri uentriculo, m uerò eam quæ ſiniſtrum adit, hicq; abtruncata cernitur.*

*n Tertiæ caluariam ingredientis uenæ ſurculus, ad auditus organum exporrectus.*

*o,o,o Series ſinus duræ membranæ, in quem tertia uena exhauritur, cui perpetuò ſinus attenditur, in quem tertiæ arteriæ ramus r notandus abſumitur.*

*p,p Propagines eorũ quos iam ultimo cõmemorauimus ſinuum, in tenuem cerebri membranã ſparſæ.*

*q Diuiſio tertiæ & maximæ caluariam ingredientis arteriæ, ſimulatque in caluariæ amplitudinem mergitur.*

*r Ramulus tertiæ arteriæ, qui in duræ membranæ ſinum abſumitur, atq; ſecundùm cerebri latera excurrit, o,o,o notata.*

*ſ Ramulus per proprium foramen in narium amplitudinem digeſtus, & quod am ſurculo t inſigni*
*t. to naſi extremum accedens.*

*u,u Duo grandes rami eius diuiſionis, cui q inſcribitur.*

*x Propago ex grandium illorum ramorum, quos u & u notauimus, coitu per ſecundi paris neruorum cerebri foramen ad oculos potiſſimùm excidens.*

*α Propago craſſior dicti modò congreſſus, quæ duram cerebri membranam perforat, ac mox in duos ramos bipartitur β & γ inſignitos.*

*β Ramus propaginis α notatæ, in tenuem cerebri membranam frequenti ſobole hîc diſperſus.*

*γ Ramus propaginis α inſignitæ, dextrum accedens cerebri uentriculum, & plexum efformans,*
*δ qui extimo fœtus inuolucro confertur, quiq; hîc δ notatus conſpicitur.*

DVM ſuperiùs uenæ ramos caluariæ baſim ingredientes recenſerem, utrinque ſex eos obſeruari relatum eſt. Arteriarum uerò ſeriem perſequens, utrobiq; etiam tres arteriarum propagines caluariam ſubeuntes enumeraui. Ac [a] prima quidem illius enarrationis uena, propago ea cenſebatur, quæ per tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus conſcendens, caluariam petebat. Secunda ac tertia internæ iugularis uenæ [b] rami erant, [c] unus qui cæteris caluariæ immiſſis uenarum propaginibus craſſior ampliorq; uiſitur: ac per [d] grande foramen, quod etiam [e] ſexto cerebri neruorũ pari paratum eſt, caluariam ingreditur, prius [f] propaginem in anteriorem uertebrarum ſedem uerſus primam et ſecundam ceruicis uertebrã diffundens. [g] Alter [h] peculiari foramine iuxta tertij quartiq; [i] parium cerebri neruorum inciſo utens, caluariam citra arteriæ conſortium ſubit. [k] Quartam uerò uenam externæ iugularis ſobolem eſſe ſcripſi, quæ [l] priuato foramine caluariam petit, [m] ubi Λ imitans ſutura poſtremæ parti temporis commiſſuræ iungitur. [n] Quinta demum illa eſt, quam per [o] foramen [p] ſecundo cerebri neruorum pari in caluariam porrigi dicebam. [q] Sexta autem & ultima caluariam ſubintrat per foramen in octauo capitis oſſe exſculptum, quod eorum

*Sex uenæ caluariam ex altero latere ingredientes.*

a D. fi. cap. 16 N. ulti. fi. ſ. — b ulti. fi. ... d educti. — c C. — d 2,3 fi. ca. 12 li. 1 C. — e 14 fi. li. 7 N. — f Φ. — g F. — h 2,3 fi. ca. 12 lib. 1 R iuxta Q. — i 14 fi. li. 7 I,K. — k E. ulti. fi. λ. — l 2,3 fi. ca. 12 li. 1 g — m 4,5 fig. ca. 6 li. 1 C. — n G. ult. fi. alter ramus μ. — o 1,2 fi. ca. 12 li. 1 G. — p 14 fi. li. 7 G. — q H. ulti. fi. alter ramus μ.



rum [r] foraminum quæ odoris gratia cælari putamus, maximè anticum & grandius quoque cernitur. [s] Prima arteria quum magnæ arteriæ ſeriem perſequerer, illa occurrit, quæ unà cum prima caluariam ſubeunte uena, per tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus ſurſum attollitur, atque ſimul per idem foramen cum iam dicta uena in caluariam mergitur. Cæterùm ſecunda & tertia, [t] rami ſoporalis arteriæ cenſebantur. [u] Vnus, quem uenæ coniunctum per foramen nerui ſexti paris cerebri caluariam ingredi, atque [x] propaginem ad anteriorem ceruicis uertebrarum ſedem deriuare dictum eſt. [y] Alter uerò, qui commemorato nuper ramo amplior apparens, abſque uena comite per [z] proprium ſibi foramen caluariam petit. Atque huiuſmodi ferè arteriarum uenarum'que in altero tantum latere caluariam ſubeũtium eſt numerus. qua autem ratione & ſerie inuicem committantur & coëant, rurſus'que dirimantur, ac uariè in cerebri membranas excurrant, hîc enitar perſequi, id ante omnia monens, nullam prorſus uenam aut arteriam in cerebri [a] ſubſtantiam ad eum modum intexi, quo pulmonibus, lieni, iecori, & pleriſque etiam muſculis eiuſmodi uaſa implicari nouimus. Nam uaſa cerebri membranis duntaxat contenta, paſſim cerebro accumbunt, uix'que ullibi ipſius ſubſtantiæ adnaſcuntur, quemadmodum in ſermonis progreſſu audietur diffuſius. [c] Dura igitur cerebri membrana ubi quadam ipſius [d] portione inter dextram et ſiniſtram cerebri partem conſiſtit, ac dein [e] ubi inter cerebrum & cerebellum implicatur, penitiusq; uelut ſeptum quoddam ſubintrat, [f] ſinus quoſdam exigit uenarum modo oblongos, & uenis caluariam petentibus capaciores: ſed interim uenarum modo neutiquam teretes exiſtunt. Verùm horum ſinuum cauitas ſecundum ipſorũ ductus longitudinẽ inſinuata, trianguli ſpeciem exprimit: non quidem cuiuſuis, ſed qui tribus coſtis longitudine paribus, & inſtar quartæ partis circuli incuruatis conſtat. Neque rurſus trianguli coſtarum obliquitas ſeu incuruatio, in omnibus ſinibus eadem exiſtit. nam hæc (uti poſtea auditurus es latiùs) alicubi trianguli imaginem refert, cuius una coſta extrorſum obliqua tur, reliquis duabus introrſum flexis: alicubi uerò trianguli formæ cauitas hæc accedit, cuius tres coſtæ æqualiter introrſum obliquantur.




*VTERQVE triangulus tam ſuperior quàm inferior tribus coſtis quartæ circuli partis modo curuatis conſtat 1, 2, 3 inſignitis. Verùm ſuperior duo latera 1, 2 introrſum obliquata gerit, tertium autem 3 inſignitum extrorſum. Inferior triangulus tria latera 1, 2, 3 notata introrſum curuata exhibet.*

Præſentes ſinus non ſolùm uenarum uſum, ſed & arteriarum quoque præſtant, quanquam id à Galeno cæteris'que diſſectionum profeſſoribus haud animaduerſum fuerit, quum illi hos ſinus uenarum munere tantum fungi arbitrentur: neq; ſinus eos arteriarum ritu pulſare è uiuorum ſectione, aut uulneratorum inſpectione obſeruauerint. Quinetiam ipſis nõ uidetur perſpectum fuiſſe, in iſtos ſinus & uenas & arterias pariter exhauriri, ſuam'que quam amplexantur & continent materiam infundere: uenas quidem ſanguinem craſſiorem, arterias uerò uitalem ſpiritum ſimul cum ſanguine impetu per corpus diffuſo. Præter iſtos ſinus, in duræ membranæ implicationibus ſinuatos, hæc [g] alios quamplurimos obtinet: ex quibus (quemadmodum & nuper commemoratis) [h] frequentes ductus in tenuem cerebri membranam, ac cum hac quoque in cerebri uentriculos excurrunt, qui omnes exactè teretes uenis ſimiliter, cauitates exigunt. non tamen uniuerſi parem animanti uſum præbent, quum nonnulli uenarum pariter arteriarumq; munere fungantur, alij uenarum duntaxat, alij arteriarum. Atque hæc ambo, cerebri membranæ inter reliquas corporis partes peculiaria, rara, & priuata ſortiuntur, eandem nimirũ cauitatẽ ductum'ue arteriæ & uenæ pariter munus obire, & interim ipſos in membranarum corporibus ductus ſeu ſinus neq; uenam, neq; arteriam propriè cenſeri poſſe, uerùm proprias quaſdam implicationes, ac tales omnino fiſtulas ſinus'ue, quales quis formaret, quando ſtylos craſſiori cuipiam corio ſecundùm ipſius craſſitiem in longum, quaſi uenarum ſinus, extructurus impingeret. Quapropter horum ſinuum, aut fiſtularum, aut cauitatum, aut uenarum, aut arteriarum ſi mauis ſeriem enarraturo, uariè nunc hac, nunc illa uoce, prout negocio accommodum uidebitur, uti, quid prohibebit? In uno itaque latere (par enim utriuſque eſt ratio) ſex caluariam ſubingredi diximus uenas, & tres arterias. ac [i] prima uena ſimul cum [k] prima arteria, quæ per tranſuerſos ceruicis uertebrarum ducuntur proceſſus, deinde [l] ſecunda uena, & [m] ſecunda arteria omnes ſimul in unius duræ cerebri membranæ [n] ſinus initium confluunt, qui ad earum quas modò retulimus uenarum & arteriarum in caluariam ingreſſum [o] incipit: ad latus nimirum maximi in occipitis oſſe foraminis, quo dorſali medullæ uia præbetur: deinde & ad eminentiorem foraminis ſedem, quod ſexti paris neruorum cerebri gratia inſculpitur. Sinus hic occipitis oſſi ſemper attenſus, ſecundum [p] cerebelli deſcriptionem ex [q] prioribus uerſus exteriora obliquè retrorſum ſurſum'que conſcendit, & ilico in progreſſu [r] quartam aſſumit uenam, quam ab externa

*Tres arteriæ ex altero latere caluariam ſubeuntes.*

*Cerebri ſubſtantiæ uenas nõ innaſci, ſed ipſius membranis implicari, ipſaſq; uenarum modo cauari.*

*Duræ cerebri membranæ ſinuum uſus. Lib. 9 de Admi. ſectio.*

*Cuiuſmodi cerebri membranarum ſint ſinus.*

*Venæ et arteriæ in primum duræ membranæ ſinum exhauſtæ, ipſiuſq; ſinus ſeries.*

r 3 fi. ca. 12 li. 1 I. — s K. fi. ca. 12 F. ulti. fi. ſ. — t fig. cap. 12 X. — u 1. ulti. fi. ξ. — x Φ. — y L. ulti. fi. ο. — z 1,3 fi. ca. 12 li. 1 X. — a Hæc obuia eſt in 3, 4, 5, 6, 7, 8 fi. lib. 7. — b 4,5 fi lib. 7 P. 6 fi. O. — c potiſſimũ ſpectatur in 1, 2, & 3 fi. lib. 7. — d 3 fi. lib. 7 D, D. inter A, A et B, B. — e 7 fi. lib. 7 O, O. — f 1 fi. lib. 7 B, B. 7 fi. P, Q, R, S, T. — g 1 fi. lib. 7 D, D, D. 3 fig. G, G. 7 figu. circum O, O. — h 2 fi. lib. 7 D, D, G, G. & 6 fig. H. — i D. — k K. — l C. — m I. — n M. — o infimum S, aut T 9 fi. li. 7. uel 3 fi. ca. 12 li. 1. — i proximum C, ad latus e. aut ſemel ſpecta: edu... lo ultimã fi. præſentis libri. — p 7 fi lib. 7 X, X. 8 fi. R, R. 9 fig. B, C, D. — q 9 fi. li. 7 ſecundùm S, S, S, aut T, T, T. — r E.

externa iugulari proprio foramine caluariam ingredi recenſuimus. Præſens ſinus hinc rurſus retrorſum modicéque ſurſum inſtar quartæ circuli partis protenditur, quouſque elatiſſimam cerebelli partem occipitis oſſi contiguam attigerit. [s] Ibidem enim dextri lateris ſinus cum ſiniſtro coit, atque ex ambobus una communis cauitas efficitur. Iſte amborum ſinuum congreſſus occipitis oſſi, quemadmodum & ſinus ipſi contiguus eſt, non quidem ad amuſſim ſub [t] elatiſſima parte eius ſuturæ quam Λ aſſimilamus, uerùm multo [u] humilius, & propemodum in media regione conſiſtit, quæ inter poſtremam foraminis, quo dorſalis medulla ducitur ſedem, & dictæ modò ſuturæ uerticem habetur. Ex mutuo hoc amborum ſinuum [x] congreſſu, alij duo exoriuntur ſinus longitudine & cauitatis forma inuicem uariantes. quippe [y] unus longior eſt, & caluariæ ſemper quemadmodum prædicti duo contiguus, ſecundùm capitis longitudinem antrorſum procedit. Ex eminentiſſima enim ſede congreſſus dextri ſinus & ſiniſtri principium ducens, [z] ſub elatiſſima ſuturæ Λ imitantis parte, & ſub ea quæ ſecundum capitis longitudinē fertur, & deinde ſub frontis oſſis medio ille ſinus protenditur uſque ad [a] oſſiū ſeptum ab octauo capitis oſſe in caluariæ amplitudinem deducto. Quemadmodum uerò dexter & ſiniſter ſinus (niſi mauis illum primum, hunc uerò ſecundum nuncupare) inter cerebrum & cerebellum quà hæc oſſi proxima ſunt, in dura cerebri membrana feruntur: ita quoque tertius ſinus, quem priorem ex duorum primorum mutuò congreſſu enatum recenſui, in [b] ea duræ membranæ conſiſtit ſede, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimens, ſecundùm totius capitis longitudinem eſt eminentiſſima, & caluariæ ſemper contermina. [c] Alter uerò ſinus ex communi duorum primorum ſinuum congreſſu pronatus, & qui opportunè quartus conſtituetur, diſſectionum profeſſores, quantum coniector, latuit. Porrigitur autem ab anteriori ſede communis primi ſecundi'que ſinuum congreſſus recto tramite uerſus priora cerebri, nuſquam deorſum neque ſurſum uergens. Conſiſtit enim in dura cerebri membrana, [d] ubi ſecundum cerebelli longitudinem id & cerebrum ad eas uſque cerebri ſedes [e] intercedit, quæ teſtium & clunium imagini aſſimilamus. Quartus itaque ſinus ſuo ductu cerebelli longitudinem, & duræ cerebri membranæ inter cerebellum & cerebrum implicationem haud excedit, dextræ & ſiniſtræ cerebri partibus & cerebello æquè attiguus: ac proinde id ſibi priuatim uendicat, quod ſit breuiſſimus, & nuſquam caluariæ contiguus. Præterea ipſius cauitas correſpondet triangulo trium æqualium coſtarum, quæ omnes ex æquo introrſum curuantur. Infimam enim coſtam imprimit [f] extuberantior, ac (ut ſic dicam) teres in cerebelli longitudine prominens portio: duas uerò ſuperiores coſtas incuruant [g] dextra ſiniſtra'que cerebri partes, hîc nō in acutum, ſed in obtuſum angulum ceſſantes. Cæterùm tres priores ſinus duas coſtas introrſum, tertiam extrorſum obliquatas gerunt. Horum enim ſinuum coſta oſſi attenſa extrorſum curuatur, quandoquidem his duræ membranæ ſinibus, & reliquis ipſius uaſis ſeu ductibus, qui paſſim per alias membranæ ſedes excurrunt, Natura caluariam inſculpſit, [h] ſinus quoſdam efformans ſecundùm ſemicirculi cauum inciſos, qui duræ membranæ ſinus ea parte qua caluariam ſpectant, [i] conuexos gibboſq; excipiunt, ac admittunt. atque demum in cauſa ſunt, quo minus membranæ ſinus à caluaria comprimantur, ipſorum'ue motus qui arteriarum modo fit impediatur. Verùm reliquæ duæ trium primorum ſinuum coſtæ introrſum curuantur, in primo quidem ſinu & ſecundo à cerebello & cerebro, in tertio autem ſinu à dextra & ſiniſtra cerebri partibus. Hæ enim perinde ac cerebellum quà ipſis ſinus accumbunt, obtuſos & ueluti in quartam circuli partem extuberantes angulos efficiunt. Hactenus itaque quatuor in dura cerebri membrana ſinus enumerati ſunt, in quos primæ & ſecundæ & quartæ exhauriuntur uenæ, & primæ ſecundæ'que arteriæ. Quas uerò propagines, ſinus hi deinceps in duram cerebri membranam & tenuem, ac demum ad cerebri uentriculos diffundant, ſubſequens modò ſermo enarrabit. A' primo & ſecundo duræ membranæ ſinibus, in [k] uniuerſam eius membranæ partem, qua cerebellum operitur, [l] uarij ſurculi deriuantur inſtar uenarum ſinuati & ſparſi. Ab his deinde ſurculis, & ipſis dextro inquam ſiniſtroq; ſinibus, extra duram cerebri membranam [m] ductus plurimi uenarum corpore donati propagantur, in tenuem quæ cerebellum ambit membranam, & eam quæ cerebrum quà id cerebello innititur, implicat excurrentes. Porrò à tertio ſinu [n] permulti ijdemq; ampli ductus utrinque ex lateribus propagantur, non quidem ulterius in duram cerebri membranam, uerùm in tenuem, quà hæc dextram ſiniſtramq; cerebri partes ſecundùm elatiorem cerebri ſedem amplexatur & continet. Præſentes ductus, quemadmodum & alij paulo ante




*TRIANGVLI ſpecies, cauitati quarti ſinus correſpondens.*




*TRIANGVLVS cauitati reſpondens primi, ſecundi, & tertij duræ membranæ ſinuum.*

*Primi & ſecundi ſinus cōgreſſus.*

*Tertius ſinus.*

*Quartus ſinus.*

*Cuiuſmodi quatuor ſinuū ſint cauitates.*

*Propagines à 1 & 2 ſinib. enatæ.*

*Propagines à tertio.*

s M, N coeunt ad O, aut 7 fi. lib. 7 ad R coit ſinus P, P cum Q, Q.
t 3 fi. cap. 6 lib. 1 D.
u 3 fi. ca. 11 li. 1 k.
x O. 7 fi. li. 7. R.
y P, P. 1 fi. lib. 7 C, C
z fi. B, B. 7 fi. S.
z ſecundùm l, l, l fi. 4 ca. 12 li. 1
a 3 fi. ca. 12 lib. 1 z.
b 3 fi. lib. 7. D, D.
c R. 7. fi. li. 7 T ab R.
d 7 fig. li. 7 O, O, O.
e eiuſdem fi. M, N.
f 8 fig. li. 7 medium R. 9 fi. C.
g 3 fig. li. 7. A, A. & B, B.
h 3 fi. ca. 13 li. 1 i, i, k. & 4 fi. l, l, l.
i 1 fig. lib. 7 C, C, C.
k 7 fig. li. 7 O, O. & 8 fig. V, V. 9 fi. P, Q. R.
l S, S.
m 8 fi. lib. 7 X, X.
n T, T. & fi. 2 li. 7. C. C. D, D. fig. 3 E, E. unde etiā tenuis membranæ & cerebri anfractuū naturam [illegible]tes.



antè commemorati, ſimulatq; tenuem membranam contingunt, numeroſa admodum ſerie uarijs anfractibus per eam excurrunt diſperguntur'q;. Qua uerò id fiat ratione, quiſq; ductuum ſit numerus (quia multiplex is uiſitur, raroq; eandem retinet ſeriem) hîc non enitar prolixius commemorare, quum id etiam ex cerebri anfractuum inſtar tenuium inteſtinorum inuolutorum forma numeroq; pendeat. Præter hos ductus à tertio ſinu numeroſa profectò ſerie, in tenuem membranam diſperſos, [o] graciles aliquot ſurculi ex demiſſiori cauitatis tertij ſinus ſede, in eam duræ membranæ partem decliues propagantur, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra interdiuidit. Deinde ex elatiſſima tertij ſinus ſede, [p] tenues admodum portiunculæ illis committuntur uenis, quæ ex uerticis cute in caluariam per [q] exigua ipſis inſculpta foramina procidunt. Verùm quartus duræ membranæ ſinus frequentes etiam educit propagines, pari quodammodo ſerie perpetuò pullulantes. Quum primùm enim hic ſinus ad eas cerebri [r] particulas, quas clunibus & teſtibus comparamus, pertingit, atq; iam [s] ramulos quoſdam exiles ex elatiſſima ipſius ſede in eam quoq; durȩ membranæ partem, quæ dextram ſedem cerebri à ſiniſtra diſterminat, ac dein ex lateribus in eam duræ membranæ ſedem quæ cerebellū integit, in progreſſu obtulit, ex ſuperiori ipſius regione [t] propaginem educit cauitate uenis ſimilimam, & quæ in humillimā dictæ iam duræ membranæ partis ſedem ſecundùm capitis longitudinem uſque ad [u] ſeptum ſinuum olfactus organorum perfertur, & in itinere [x] ſurculos ex elatiori ſua ſede ſurſum in eandem duræ membranæ partem diffundit. Præter hanc notatu dignam propaginem, quartus ſinus ex eadem ſede qua illam deprompſit, utrinque ſecundùm dextram & ſiniſtram cerebri partem, [y] unum edit ductum uenarum corpori ſimilimum, qui [z] calloſo cerebri nobis uocando corpori proximè ſecundùm capitis longitudinem propagatus, tenuiq; membrana ſuffultus, in progreſſu tenui membranæ ramulos aliquot communicat: ac dexter quidem ductus dextræ cerebri parti, ſiniſter uerò ſiniſtræ exporrigitur. Quemadmodum uerò quartus ſinus ad utramq; cerebri partem nuper dictas deprompſit ſoboles, ſic quoq; ab infima ipſius ſede propter ipſius iuxta cerebri teſtes terminum, [a] propagines diſtribuit in tenuem membranam quæ cerebellum amplectitur. Atq; earum propaginum nonnullæ retrorſum tenſæ, ſuperiorem cerebelli ſedem perambulant. [c] Nonnullæ uerò per humiles cerebri anfractus, qui iuxta cerebri teſtes conſiſtunt, etiam ad anteriores cerebri uentriculos repunt, plexui quem illic haberi docebimus cōmiſcendæ. Cæterùm præter has quarti ſinus propagines ductus'ue, is [d] aliā inſignem & amplam educit propaginem, quæ ex ipſius ad cerebri teſtes extremo recto tramite antrorſum uerſus cerebri uentriculos excurrit, [e] plexum efformatura quem à ſecundarum ſeu extimi fœtus inuolucri forma, Grȩci χοροειδῆ nuncupant. Hæc namq; propago ſimulatq; è quarto ſinu prodit, aut ubi ipſe ſinus in hanc propaginem degenerat, illa præter proprium ipſius corpus à tenui membrana proceſſus quoſdam ſeu membranulas exigit, quæ ipſi obuolutæ tutò illius ramos atq; implexus colligant, ac ſuſpenſos aptè ſuffulciunt. Simplex namq; & abſque coniuge ex quarto ſinu enaſcitur, [f] teſtium medio ſupertenſa: quod ubi attigit, uelut in [g] multos diſcinditur ſurculos, qui unius retis inſtar inuicem dirimuntur & coëunt. Hæc propago [h] glandulam cerebri teſtibus innixam, quæ à nucis pineæ ſeu turbinis forma κωνοειδὴς & κωνάριον Græcis uocatur, tranſcendit, ac ſub [i] ea cerebri particula prorepit, quæ à cameræ aut teſtudinis ſpecie ψαλοειδὴς Græcis nuncupatur. Quum uerò propago, ſub illa cerebri prorepens particula, ad anteriorem uſq; communis dextri & ſiniſtri uentriculorum cerebri cauitatis, anteriorem'ue tertij cerebri uentriculi ſedem [k] pertingit, bipartitò ſcinditur, [l] unam partem dextro offerens uentriculo, [m] alteram ſiniſtro. Cæterùm quo'nam modo partes hæ retis ſemper forma quaſi contextæ, & membranulis ipſis adnatis contentæ, [n] arterijs eòdem pertinentibus commiſceantur, opportunè ſubiungā, ubi arterias ſermone in illos quoq; uentriculos deduxero. At arbitrabitur fortaſſis quiſpiam, in hac duræ membranæ ſinuum enarratione aliquid à me prætermiſſum, quod mentio nulla adhuc illius regionis inciderit, quam procul dubio à torculari ληνὸν Græci uocauere. Hanc ſanè non præterijſſem, ſi modo certò quæ'nam pars ita appellata fuerit, mihi conſtitiſſet. quippe aliquam ſinuum ſedem ita nuncupatam fuiſſe non ambigo: ſed apud Galenum non conſtat, an [o] communem primi ſecundiq; duræ membranæ ſinuum congreſſum, à quo & tertius & quartus prodeunt, ita primùm Græci appellauerint: num uerò quarti duræ membranæ ſinus [p] terminum cerebri teſtes reſpicientem, atque in uentriculos exporrectum. uidetur namque Galenus modò huic, modò illi parti torcularis nomen accommodare: uti ſanè utramque torcular dici nihil obſtat. Concurſus enim ille in quartum & tertium ſinum, ſanguinem tanquam uinum è torculari promit. perinde ac terminus quarti ſinus in omnes quas emittit propagines ſanguinem diſpenſat: adeò per me licebit, quamuis ſinuum ſedem torcular appellare, ac in illis regionem conſtituere in qua Arabes ſanguinem extra uenas conſiſtere

m puta-

*Propagines à quarto.*

*Proceſſus à quarto ſinu cerebri petēs uētriculos.*

*Quid cerebri torcular.*

o V, V. 3 fi. lib. 7 H, H.
p X, X. 1 fi. lib. 7 F, F.
q 4 fi. cap. 12 lib. 1 ſ, ſ.
r 7 fi. lib. 7 M, N.
s Y, Y. dein d, d.
t b. 3 fig. lib. 7 F.
u 12 fig. lib. 7 G.
x c, c, c. 3 fi. lib. 7 G, G.
y d, e. 3 fig. lib. 7 I, I.
z 3 fig. lib. 7 L, L.
a f.
b h. 8 fi. li. 7 S, S.
c g commiſcendū cum y. 8 fig. li. 7. T cōmiſcendum cū G.
d 1, 3 fi. li. 7 K. 6 fi. G. 7 fig. V.
e A.
f 7 fig. lib. 7 M, M. 10 fi. E, G.
g i uerſus k 6 fi. lib. 7 H uerſus I.
h 7 fig. lib. 7 L.
i 6 fi. li. 7 A, A, A. atq; eius figuræ & 5 fi. characterū indicē expendito.
k k. 6 fi. lib. 7 I.
l l. 6 fig. lib. 7 K.
m m. 6 fig. lib. 7 L.
n y obliquè uerſus A fertur. 6, 7, 8 fi. li. 7 F, G.
o O. 7 figu. lib. 7 R.
p ante i. 7 fig. lib. 7 ante V.

putarunt, modò sinuum ac cerebri uasorum seriem non perturbes: quorum quia iam primæ, secundæ & quartæ uenarum, & item duarum primarum arteriarum distributionem exequutus sum, modò proximum est, tertiæ uenæ & arteriæ diuaricationem subnectere.[q] Tertia igitur uena, quæ minor est interne iugularis portio, simulatq; [r] ramulum per [s] foramen ipsi & [t] neruulo cuidam quinti paris commune ad auditus organũ transmisit, caluariam ingreditur, ac duram contingens cerebri membranam, in [u] sinum uenæ prorsus modo cauatum & prorepentem cessat, qui nullam arteriæ sobolem in sui ipsius cauitatem admittit, sed passim alium sinum sibi comitem asciscit, in quem arteriæ [x] ramum exhauriri mox dicam. [y] Præsens sinus in quem tertia absumitur uena, uarias soboles in totã duræ membranæ sedem cerebri basi substratam diffundit, à quibus denuo [z] ductus aliquot in tenuem cerebri membranam (ut à quatuor illis grãdioribus duræ membranæ sinibus) deducũtur. Inter cæteras autem huius sinus propagines per duram membranam excurrentes, una secundùm cerebri latus sursum ad uerticem usq; cõtendit, uenæ modo in multam sobolem deriuata. Ad hanc quoq; speciem [a] quinta uena per foramen secundi neruorum cerebri paris ingressa, dein & [b] sexta per maius octaui ossis capitis foramẽ, quà illi olfactus [c] organa incumbunt, caluariam petens, in proximam sibi duræ membranæ sedem exhauriuntur. Harum utrarumq; & tertiæ uenarum sinibus (quia illi caluariæ perpetuò attendũtur) caluaria aptis [d] cauitatibus cedit, quas ipsi elegantissimè insculptos primo libro recensuimus.

*Tertiæ caluariã petentis uenæ series.*

*Quintæ ac sextæ uenarũ series.*

*Tertiæ arteriæ series.*

[c] Tertia arteria peculiari transuersoq; foramine in caluariã ingressa, in duos graciles & totidem crassos dirimitur ramos. [f] Vnus gracilium, qui exterior est, tertiæ uenæ mox attenditur, & in duræ membranæ sinum exhauritur, illi undiq; attensum & commissum, in quem tertiam uenã absumi diximus. [g] Alter gracilium ramus, qui interior humiliorq; uisitur, per [h] proprium & sibi duntaxat exsculptum foramen rectà ductus, in narium amplitudinem procurrit, atq; in plures dissectus ramulos, [i] unũ nasi extremo offert. Verùm [k] duo grandes rami in dextro latere (quod nisi aliud subiunxero, de sinistro quoq; intelligendum est) nõnihil inuicẽ deducti, & adhuc caluariæ instrati antrorsum prorepunt, & mox in [l] unum denuò coëunt, & statim à congressu in duos impares ramos diuiduntur. [m] Minor [n] commune cum [o] secundo neruorum pari foramẽ sibi uendicans, tandem cum [p] uisorio neruo ad oculos prorepit, atq; internæ temporaliũ musculorum sedi surculos cõmunicat. [q] Grandior autem ramus sursum conscendens, duram perforat membranã ad latus [r] glandulæ cerebri pituitã excipiẽtis. Quum primùm uerò in duræ cerebri membranæ amplitudinẽ contendit, in duos denuò ramos partitur, ac horum [s] unus multiplici sobole in tenuem membranã hîc cerebro obductam spargitur: [t] alter uerò tenuis mẽbranæ portiuncula concomitatus, in uarios surculos inuicẽ complicatos dissinditur, ac in cerebri anfractus tantisper ascendit, dum in humillimam dextri uentriculi sedem pertingat. Hinc in posteriora primùm sursum ad postremam usq; eius uentriculi sedem fertur, in ascensu [u] portiunculã propaginis cuiusdam assumens, quæ à quarto duræ membranę sinu cerebri anfractibus inibi offertur. Quum uerò hic arteriæ ramus retis quasi modo implexus, posteriorem dextri uentriculi cerebri sedem [x] superauit, secundùm eius uentriculi ductum in anteriora porrigitur, donec ipsi [y] altera pars eius propaginis misceatur, quam sub cerebri corpore fornicis aut camerę modo extructo, à quarto duræ membranæ sinu huc pertingere dictum est. Ab hac itaq; arteria, & dextra eius propaginis parte plexus ille in dextro cerebri uentriculo constituitur, quem ab [z] extimi fœtus inuolucri forma χοροειδῆ nuncupari scimus, id nomen etiam subinde tenui membranæ cerebri accommodantes. In sinistro cerebri uentriculo plexus ille constituitur, à sinistræ soporariæ ramo, & eódem tendente altera parte eius propaginis, quam ad cerebri uentriculos à quarto sinu pertinere, superiùs scriptum reliquimus. De reticulari uerò Galeni plexu nihil hîc mentiendum duxi, quod iam cerebri uasorum seriem mihi perspectam esse haud dubitem. atq; ideo minus modò aliquid confingendum est, quòd nouimus Galenum boum cerebri dissectione delusum, non hominis cerebrum, uti neq; ipsius uasa, sed boum recensuisse. [a] Si enim tertiæ caluariã petentis arteriæ seriem in homine examinaueris, illam, uti ego nunc enarraui, comperies: interdum tamen unicũ obseruabis esse ramum, duos illos, quos aliquousq; protensos inuicem coire dixi. Cæterùm si bouis arteriam indagaueris, duramq; cerebri membranam iuxta glandis pituitam cerebri excipientis latera diuiseris, aliquid Galeni reticulari plexui simile comperies, neque amplius hæc mea paradoxa admiraberis, quum ea homini, ut Galeni descriptio aliqua ex parte boui, cõueniat. Verùm hæc ad septimum spectant librum, qui principis animæ sedi consecrandus, horum uasorum dissecandi rationem lucidissimè persequetur.

*Plexus in prioribus cerebri uentriculis cõstitutio.*

*Quis Galeni reticularis sit plexus.*

q F. ult. fig. alter ramus diuisionis, insignitæ.
r n.
s 2 fig. ca. 12 lib. 1. V.
t 1 fig. cap. 2 lib. 4. b.
u 13 fig. lib. 7 K.
x r.
y utrig. sinus simul cõmixti nominantur 0, 0, 0. 1 fi. lib. 7 D, D.
z p, p. 2 fig. libri 7. G, G, G.
a G. 13 fig. lib. 7 H.
b H. 13, fig. libri 7. 4 G
quodammodo ad F.
c 13 fig. lib. 7 L, L.
d 3 fig. cap. 12. lib. 1. T, f. & 4 figura T, T.
e L. ult. fig. e. Specta hic pariter 16. fi. li. 7. f procedens cum f per 0, 0, 0.
g f.
h 3 fi. ca. 12 lib. 1 Y.
i t.
k u, u. ult. figura 1, 7. l sub a.
m x.
n 1, 3 fi. ca. 12. li. 1 G.
o 14 fig. lib. 7 G.
p 13 fig. lib. 7 N.
q a 13 fi. lib. 7 P. 14 E.
r 15 D.
r 16 fig. lib. 7 A.
s g. 13 fi. lib. 7 Q.
t y. 13 fi. lib. 7. R. dem 6, 7, 8 fig. F aut G.
u g. 8 fi. lib. 7 T.
x d. 6 fi. li. 7 M.
y l. 6 fig. li. 7 K. eductum ab H & 1 ve, pentibus sub A, A, lib. 5 F, K, Q.
z 30 fi. a Examinabis hic 16 figuram libri 7.





# *DE VENA ARTERIALI, ET arteria uenali. Caput XV.*

## PRIMA DECIMIQVINTI *CAPITIS FIGVRA.*




PRIMAE DECIMIQVINTI CAPITIS FIGVRAE eiusdemq; characterum Index.

*PRIMA figura exhibetur nudæ & ab omnibus partibus liberæ uenæ arteriosæ delineatio: cuius orificium apertum finxi, ut tres membranæ sanguinem è pulmonibus dilatato corde in dextrum ipsius sinum regurgitare prohibentes, in conspectum uenirent. notantur autem illæ notis* 1, 2, 3.

1,2,3.

*A Sedes, qua arterialis uena ex cordis dextro sinu originem ducit.*

*B Interior arterialis uenæ tunica, quintuplo propria uenæ tunica crassior.*

*C Exterior uenæ arterialis tunica, peculiari respondens uenarum tunicæ.*

*D Arterialis uenæ caudicis in duos truncos diuisio. ac E quidem dextrum truncum indicat, multiplici sobole dextris pulmonum sedibus distributum. F uerò dextrum indicat truncum. G &*

E, F.

G, G, G.

*G autem insignitur arterialis uenæ per pulmonum substantiam series.*

## SECVNDA DECIMIQVINTI *CAPITIS FIGVRA.*




SECVNDAE PRAESENTIS CAPITIS FIGVRAE, eiusdemq; characterum Index.

*HAEC figura nudæ omnibusq; partibus liberæ uenalis arteriæ delineationem proponit, ipsiusq; characteres ita se habent.*

H *Venalis arteriæ à corde pronascens initium. Huius uasis orificij membranæ quia in corde consistunt, hic simul cum uase, ut in arteriali uena, exprimi nequierunt.*

I *Indicatur crassities simplicis arteriæ uenalis tunicæ.*

K,L *Prima uenalis arteriæ diuisio, simul cum ipsius ortu facta.*

M,M *&c. Series uenalis arteriæ per pulmonum substantiam innumeris propaginibus facta.*

*Vasa in arteriarum uenarumq; sermone adhuc reliqua.*

RELIQVA adhuc in uenarum arteriarumq; sermone sunt duo uasa, quę singula duabus uocibus à dissectionum proceribus explicantur: [a] ac unũ quidem uenam arterialem, [b] alterum uerò arteriã uenalem appellant, nomen nimirum ab usu, & appendicem à corporea substantia indentes. Vena itaq; arteriosa [c] uas dicitur, ex elatiori sede dextri cordis uentriculi in pulmones numerosissima ramorum serie digestum, sanguineḿque in eo cordis uentriculo elaboratum pulmonibus subministrans. Atq; hoc uas non [d] uenæ, sed [e] arteriæ constat corpore: unde etiam quia sanguinem uenarum modo defert, uenæ nomen obtinuit. quòd uerò arteriarum tunicis conformetur appendix iste, arteriosa illi adijcitur. Porrò alterum [f] uas à sinistro latere basis sinistri cordis uentriculi egressum, sparsa etiã sobole in pulmones dissciditur, ac aërem ex pulmonibus in sinistrum cordis uentriculum deferendo potissimùm famulatur, & interim uenarum [g] corpore constituitur. Vnde quia aëris deductui subministrat, spiritaleq; organum est, arteria appellatur, à substantia autem & consormatione uenalis dicitur. Atq; ita secundum corpoream substantiam, uas quod ex dextro cordis sinu pronascitur, arteria est: quod autem ex sinistro, uena. Contrà usus ratione, uas ex sinistro sinu prodiens, arteria censetur: ex dextro autem, uena. Cæterùm quæ uenarũ arteriarumq; corporea sit substantia, duobus primis huius libri Capitibus perstrinxi. Quamobrẽ uerò hæc uasa & ortu & usu ac substantiæ conformatione à uena arteriaq; discrepent, deinde cuiusmodi membranæ ipsorum orificijs præficiantur, in sexto libro qui uitalis animæ partibus dedicabitur, exequar. Nobis uerò præsenti libro finem imponentibus, nemini mirum uideri debet, prolixum Caput hîc nõ subnecti, quod uenas citra arteriæ consortium in corpus diffusas, item arterias citra uenæ consortium recenseret. Quandoquidem si quis earum desideret (uti sanè debent omnes) enumerationem, ilico hanc ex uenarum & arteriarum tabulis, cùm has mutuò conferet, spectabit. Integræ enim magnæ arteriæ delineationi, nuda uenæ cauæ effigies proportione respondet, ambasq; in eandem circumferentiã digessimus. Cæterùm quo minus hac in parte meam operam quis requirat, ad præsentis Capitis adeóque totius libri finem, meæ Epitomes tabulam impono, qua uenas & item arterias meo marte sum conatus exprimere. Hæc enim quum & arterias simul cum uenis complectatur, etiam lucidissimè commonstrat, quæ nã uena citra arteriæ consortium, & quæ rursus arteria absq; uena coniuge per corpus digerantur. Verùm quum uenæ cauæ ramorum seriem in præsentis libri contextu prosequerer, non semel sanè ad uenæ sectionis tractationem sermo lubens prorupisset, modò uenam huic illíue parti uiciniorem, modò remotiorem, eamq; aut grandem aut exilem, & secundùm rectitudinẽ undecunq; hęc petatur, fibrarumq; consensum huic aut illi parti correspondentẽ, enarraturus: & non uulgariter admoniturus, sanguinem è secta uena fluentem, in totius uenæ corpore complecti: ideoq; non partium uenis accumbentium situm, sed uenarum ductum atq; distributionem in illa quæ omnibus in ore est, rectitudine animaduertendam: itaq; de uenæ sectione agendum, atq; de utero quopiam, qui hinc inde uarios processus educeret, & interim unicus continuusq; esset. At semper quantũuis inuitus sermonẽ cohibui, quum ex uenę distributionis enarratione, adeoq; ex uenarum effigie cuiuis (qui modò tres euacuationis species, & præsentis, aut eminentis affectus naturam minimè ignoret) futurum sit longè facillimum, dignoscere quæ nã uena huic illíue membro propinquior sit, quæq; amplior aut gracilior: deinde quæ leui aut difficili opera diuidi possit: postremo, quæ fibras & rectitudinem cum laborantis membri uenis participet.

VENARVM

a 1 fi.
b 2 fig.
c 6 fil. 61 et 8 fi. C. D.
d 2 fig. I.
e 1 fi. B. C.
f 6 fig. lib. 6 G. 9 fi. C. C.
g 2 fig. I.

CHARTA PARVAS ALIQVOT FIGVRAS COMPLECTENS, QVAE FIGVRAE AD COMMONSTRANDAM VENARUM ARTERIARUMQ; SIMUL COMMISSARUM SERIEM PARATÆ, AC IN PAGINA m 3, AUT NUMERO 313 INSIGNITA OBUIÆ, UENIUNT AGGLUTINANDÆ.

PRIMA.

TERTIA.

SEXTA.

SECVNDA.

QVARTA.

SEPTIMA.

QVINTA.

OCTAVA

*VT figuras hac charta impressas commodè suis sedibus glutines, illæq; ualidiores reddantur, primùm præsenti chartæ membranam sub glutinabis, singulasq; figuras à superflua papyro resecabis.* PRIMA, *quæ uenæ paries carentis distributionem proponit. magnæ figuræ tergo illic uenit cõmittenda, ubi cauæ caudex eam uenam promit. ac o in utrisque figuris scripti spectatur.* SECVNDA, *ubi à redundanti papyro circunciſa erit, duas partes constituet, quarum superior uenam arteriaḿque dexteri lateris exprimit, sub pectoris osse superiorem abdominis sedem petentes. Huius itaq; partis q ad magnæ figuræ q figetur, & * ad ramum qui ad dextrum latus ♃ ☉ m in magna figura occurrit. Cæterùm humilior pars uenã arteriamq; exprimens, quæ inferiorem abdominis sedem implicant, illic est iungenda, ubi earum radices iuxta I in dextro latere spectantur.*

TERTIA *ceteris dignior, uenæ portæ distributionem simul cũ arterijs illam comitantibus, magnáque inferioris membranæ omenti portione & liene pariter exprimens, ad eam iecoris sedem maiori figuræ necletur, ubi u φ, s, & contermini aliquot characteres in utrisque figuris spectantur.*

QVARTA *portionem gibbæ sedis iecoris proponens, nõ inuiliter ueluti ex puncto illic glutinabitur, ubi A inter ſ & F maioris figuræ consistit.*

QVINTA *præter testes ipsorumq; inuolucra, & urinarios meatus, uenas arteriasq; seminales ostendens, illic est committenda, ubi u in ambabus figuris obuium est, aut ubi uena seminalis arteriæ primùm iungitur, meatusq; urinarij illis subijciuntur.*

SEXTA *primùm sub* SEPTIMA *uenis glutinanda. Septima enim ueſicæ & penis anteriorem sedem proponit, unà cum uasis quæ umbilico ascribimus. Sexta autem humiliorem penis superficiem in hoc expreßimus, ut tota figura ex ambabus illis consurgẽs, charactere φ super quintæ figuræ φ necli queat, ac postmodum penis instar S implicari.*

OCTAVA *figura mulieris ueſicam & umbilici uasa, urinariorumq; meatuum portionem continens, maiori non est committenda, sed illi figuræ quæ in chartæ tergo ubi maior impressa est, uterum ipsius, uenas & arterias seminariaq; uasa commonstrat. Iungetur itaq; octaua ad paruam illam figuram ubi u occurrit, uenaq; seminalis arteriæ committitur: nexus uerò fiet urinarijs tantum meatibus, proportione à ueſicæ situ sumpta.*

# ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER QVARTVS, NERVIS PROPRIVS,

ac peculiares ipsi figuras in Capitum quibus conueniunt fronte exhibens.

## QVIBVS CORPORIS PARTIBVS NERVI nomen tribuatur, ac quis propriè neruus uocetur, & demum quid is sit, unà cum ipsius differentia & usu. Caput I.



TERTIO libro uenarum, sanguinem à iecore in uniuersum corpus deferentium, & arteriarum quæ uitalem spiritum simul cum sanguine impetu diffuso à corde corporis partibus subministrant, distributionis seriem complexus sum. nunc uerò proximum est, neruorum à cerebro animalem spiritum membris, qui illo ad ipsorum munia indigent, deducentium propagationem persequi, à generali neruorum differentia sumpto sermonis exordio. Dissectionis enim proceres triplicem neruorum differentiam (uti & antea alicubi monuimus) statuunt, quandoquidem[a] ligamentis ossa mutuò colligãtibus, et non minimam musculorũ portionem constituentibus, nerui nomen, perinde ac uulgus, accommodant. Dein[b] tendines, & uniuersas musculorum eneruationes, sub neruorum nomine, uulgi quoque ritu, complectuntur. Tertium autem neruorum genus enumerant, quod nos in præsenti aggrediendum duximus. [c] organa uidelicet longa, teretia, nullamq; intus cauitatem, quæ sensu dignosci queat, in sui medio sortita, & caluariam uel dorsi uertebras elabentia, ac demum animalem spiritum à cerebro animalis facultatis fomite ad corporis partes deferentia. Atque hæc organa dissectionum professores nerui nomine citra appendicem præcipuè dignantur. Quod à Græcis ad nos demanauit, qui à functione seu munere unicum instrumentum duobus nominibus nuncuparũt, νεῦρον id à νεύειν, & τόνον à τείνειν appellantes, quòd uidelicet musculi neruorum potissimùm ope & nutare & tendere ualeant. quippe quod nulla corporis particula neque motum arbitrarium, & qui è nostra pendet uoluntate, neque sensum sine neruo nanciscatur, ac quòd neruo præciso, aut laqueis intercepto, aut alioquin corrupto compressóue immobilis confestim insensibilisq; pars euadat, omnibus concessum est Anatomes professoribus. Quòd autem cerebrum neruorum, sicut & dorsalis medullæ, origo ac principium sit, quodque nerui partim ex cerebro, partim à dorsali medulla oriantur, minimè omnibus notum exploratumq; fuit. Alij enim cor neruorum posuerũt principium, nonnulli duram quæ cerebrum inuestit membranam, nullus interim iecur, aut aliud eius generis uiscus. Verùm Hippocrates, & quũ iam senio conficeretur Erasistratus, Lycus, Andreas, Marinus, Herophilus, & Galenus dissectionis procerum facile primarius, cæteriq; Anatomicorum præcipui, ex his quæ in corporum resectione conspiciuntur, uerissimè asserunt, cerebrum neruorum esse initium: & præterea neruos ab illo spiritum animalem assumere, atque ad eas partes quæ illo aut ad sensum aliquem, aut motum arbitrarium indigent, deriuare, est quoque fatendum. A' corde enim neruos (ut Aristoteli potissimùm, & alijs nõ paucis uisum est) neutiquam principiũ ducere, uel hinc liquidò colligitur, quòd in corporis dissectione nullus neruus ab illo pronasci uideatur. Quandoquidem nullus omnino neruulus cordi committitur, præter[d] unum impensè gracilem, ac uix tandem post multas sectiones à me inuentum, quem sinister sexti paris neruorum cerebri neruus distribuere suo loco docebitur. Quà enim neruus ille secundum sinistrum cordis latus decliuis fertur, atque sinistræ pulmonis parti, ac item cordis inuolucro ramusculos prætenues offert, [e] neruumq; recurrentem sinistrum cõstituit, à sene neruulum deducit, qui illic cordis inuolucrum penetrat, ubi [f] sinistræ arterialis uenæ sedi adnascitur. Neruulus hic arteriali uenæ adnatus, in cordis basim fertur, inibi absumptus, ubi sinistra posteriorq; arterialis uenæ sedes consistit. Quum itaq; huiusmodi ner-

*Ligamenta, tẽdines et processus cerebri dorsalisq; medullæ, neruos generatim uocari.*

*Organũ neruis nomine priuatim nuncupatum.*

*Neruorũ ortus à cerebro.*

*Nõ à corde.*

a fi. ca. 1. li. 2.

b 1. fi. cap. 2 lib. 2 F. & passim in musculorũ tabulis.

c passim in 1, 2 fi. ca. 2. & 2, 3 fi. ca pitis 11.

d 6 fi. lib. 6. h ad dissectum.

e eiusd. fig. 3 g.

f eiusd. fig. 1.

uulus perinde cordi à ſexto cerebri neruorum pari exhibeatur, quemadmodum reliquis uiſceribus uniuerſis offerri docebimus: ac deinde quum cordis neruulus maximè gracilis ſit, promptè colligitur, cor ne ſiniſtro quidem ſexti paris neruorum cerebri neruo principium dare. tantum abeſt, quòd cæterorum neruorum origo neruulus ille iudicari poſſit. Præterea fibræ quas cordis ſubſtantiæ intertextas nouimus, non magis nerui ſunt, quàm aliorum organorum, puta uentriculi, inteſtinorum, uenarum ac arteriarum fibræ. Ad hæc, [g] fibræ in cordis ſinibus uentriculis'ue conſpicuæ excarnes'que, quia duntaxat membranarum proceſſus ſunt, in neruorum numero etiam minimè ueniunt reponendæ. Nam fibræ in dextro cordis uentriculo ſe offerentes, trium membranarum proceſſus cenſentur, uenæ cauæ orificio præfectarum. Fibræ autem in ſiniſtro cordis uentriculo apparentes, proceſſuli ſunt duarum membranarum, quas arteriæ uenalis orificium ſibi peculiares uendicat. Præterea eiuſmodi fibræ nõ magis nerui exiſtunt, quàm omnium generatim membranarũ partes, quas quidem nerui nomine uulgi more donari nihil prohibet, ſi modò id ad ligamenta, tendines, membranas & neruos, de quibus iam ſermonem inſtituimus, deducitur. Verùm quum eiuſmodi cordis fibræ neutiquam in eorum neruorum claſſem referendæ ſint, qui animalem ſpiritum tanquam riuuli quidam ad corporis partes perferunt, annuendum quoque eſt, fibrarum illarum gratia in corde neruos recenſeri haud poſſe, potiſſimùm quando ab illis membranarum proceſſibus extra cordis ſubſtantiam nihil prorſus aliò educatur.

*Neruos non è dura cerebri membrana oriri.*

Cæterùm qui ex [h] dura craſſa'ue cerebri membrana neruorum originem pendere affirmarunt (in quorum choro ad extremum uſque ſenium fuit Eraſiſtratus) exteriorem nerui partem duntaxat conſpexere à dura cerebri membrana enatam.

*Quibus partibus neruus conſtet.*

Vniuſcuiuſque enim nerui natura [i] triplici conſtat ſubſtantia, nimirum media quadam & intimæ arborum medullæ quàm ſimilima, quæ haud dubiè à cerebro initium ducit, conſtipatæ & coagulatæ induratæ'que cerebri ſubſtantiæ omnino reſpondens. exterioribus duabus, una eadem'que intimæ ſubſtantiæ propinquiori, quàm à [k] tenui membrana cerebri: altera, quam à dura oriri compertum habemus. Dura enim craſſa'ue cerebri mebrana operiendi potiſſimùm occaſione facta cenſetur: mollis autem, ut eodem etiam fungeretur munere, ſed magis tamen ut omnia quæ cerebro continentur uaſcula & receptacula, arterias ſcilicet & uenas tutò colligaret. Quemadmodum itaque cerebrum his induitur, ſic quoque proceſſus à cerebro propagati (ipſi nimirum nerui) illis integuntur, atque ita per corporis partes prorepunt.

*Vnde neruis ſpiritus animalis præbeatur.*

Adeò ſanè ut nemo ſuis oculis fidem non derogans, inficiari poſſit, neruorum principium à cerebro pendere: ac proinde etiam uix ambigere licet, num neruis à cerebro, an uerò à corde animalis ſpiritus, quem partibus deducunt, influat. Quandoquidem nonnulli (ut inter cæteros Chryſippus) etiam ſi cerebrum neruorum darent eſſe principium, non tamen id neruis ſenſus motusq; arbitrarij principium ſtatuebant. Quos profectò uiua ſectio plus ſatis redarguit, in qua [l] omnia à corde ad cerebrum pertinentia colliduntur, aut laqueis intercipiuntur, aut etiam præſecantur. Hæc nanque ſi debitè adminiſtretur, uti in publicis ſectionibus non ſemel à me tentatum eſt, edocebit ſanè quantum cordis munere, hoc eſt uitali ſpiritu, cerebrum indigeat: non minus ſcilicet quàm cor illum quem inſpiramus aërem, & iecoris ſanguinem ad ſua officia exigit. Deinde ea ſectio oſtendet cor neruis nõ magis animalẽ ſpiritum porrigere, quàm uitalem ſpiritũ cordi à iecore deduci cognoſcimus. Verùm quia huiuſmodi diſceptatio ad cordis cerebriq; hiſtoriã potiùs quàm ad neruorum naturam ſpectat, hac modò poſtpoſita, neruorum propriè dictorum differentias aggrediemur.

*Neruorum differentia, à mollicie & duritie, quarum gratia multæ oriuntur neruorũ differentiæ.*

Quemadmodum igitur cerebri & ex ipſo pronaſcentis medullæ dorſalis ſubſtantia, omni ex parte non eandem ſeruat duritiem, neque formam: ita quoq; nerui ab his originem ſumentes, inuicem ſubſtantia non correſpondent, ſed duritie ac mollitie plurimùm uariant. Atque id accidit aut occaſione ſubſtantiæ ſui, à quo nerui prodeunt, principij. Huius enim gratia [m] uiſorij nerui, perinde ac [n] linguæ inſigniter molles cenſentur: qui autem à dorſali medulla, [o] ubi hæc in ſacro oſſe conſiſtit, originem ſortiuntur, duriſſimi ſunt. Deinde aut propter longiorem uel ſuccinctiorem progreſſum, nerui aut molliores aut duriores comperiuntur. uiſus nanque, guſtus, & auditus [p] nerui molles ſunt, quòd breuiſſimo prorepant interuallo. Gratia itineris uerò, uiæ'que anfractuum occaſione tertij neruorum cerebri paris [q] ramus uitis, aut cucurbitæ capreoli inſtar inuolutus durior euadit. Præterea nerui per durum aut molle, aut ſiccum corpus tranſitus, eius'ue corporis contactus, illum molliorem uel duriorem efficit. Viſorius etenim neruus breuiſſimo ductu per [r] foramen in oſſe cælatum fertur, quemadmodum & [s] præcipua quoque tertij neruorum cerebri paris portio, quæ idcirco ex oſſium contactu minimùm induratur. At quinti neruorum paris [t] ſurculus, qui [u] cæcum illud tortuoſum'que foramen perreptat, & [x] unus tertij paris neruorum cerebri ramulus

ab ocu-

*g 7 fi. lib. 6 ſub K, K, M. & 9 fig. G, G ſub E, F.*
*h 1 fig. lib. 7 A, A, B, B. 2 fi. H, H.*
*i 17 fi. cap. 14 lib. 7 α, β, γ.*
*k 2 fig. lib. 7 E, E, 3 fi. O, O.*
*l Illa ſimul omnia pulchrè oſtendit ult. fig. 3 lib. in collo.*
*m 1, 2 fi. ca. 2 G.*
*n earũdem fi. M.*
*o 1 fi. ca. 11 ab F ad G.*
*p 1, 2 fi. ca. 2 G, M, d.*
*q 2 fig. cap. 2 R.*
*r 1, 3 fi. cap. 12. lib. 1. E.*
*s 1, 2 fi. cap. 2 M.*
*t 1, 2 fi. cap. 2 c.*
*u 2 fi. ca. 11 lib. 1. b.*
*x 2 fig cap. 2 O.*



ab oculorum ſede ad genas, ac [y] alius item ad humilius labrum procidentes, quia longo itinere per os incedunt, oſſis contactus beneficio magis quàm ipſorum principia indureſcunt. Pari quoque cauſa ob itineris lõgitudinem, & durarum membranarum contactum, omnes propemodum nerui muſculis exporrecti duriores fieri conſpiciuntur, quàm ubi primum à principio prodeunt. Cuiuſmodi omnia mirabili induſtria à rerum Opifice ſunt excogitata.

*Cur alij nerui alijs molliores, aut duriores reddãtur.*

Senſus namq; organum neruo indiget molli: neruo quidem, quia ſenſus eſt inſtrumentum, quodq; ad ſuum munus obeundum multo animali ſpiritu indigeat: molli autem, quoniam affici & diſponi quodammodo oporteat, & pati aliquid ab extrinſecus occurrente ſenſibili. Eſt enim ad patiendum quidem aptius molle, ad agendum uerò & ad robur (quo neruus in longo ductu indiget) durum. Propterea igitur ſenſus organa mollibus, cæteræ partes quas moueri neceſſum eſt durioribus neruis donantur. Vnde etiam ſenſus inſtrumenta, quæ motu aguntur arbitrario, ut oculus & lingua, duplex neruorum genus ſibi uendicant, [z] unum quidem ſenſui, [a] alterum uerò motui præfectum. Meritò itaque neruorum ex cerebro & dorſali medulla proceſſus, non eandem exortus ſedem nanciſcuntur, neq; ijdem ductus meatusq; mollibus ac duris neruis exculpuntur. Illi enim ex mollibus & anterioribus cerebri baſis ſedibus, hi uerò ex poſterioribus ipſaq; dorſali medulla principium ducunt. Rurſus illi quidem rectà, hi autem tortuoſe longoq; itinere prorepunt.

*Naturæ in neruis digerẽdis ſcopus.*

Cæterum Naturæ triplex fuit in neruoſi generis diſtributione ſcopus. Primus gratia ſenſus in ſenſorijs organis: Secundus occaſione motus ad partes, quas moueri operæprecium fuit: Tertius autem in cæteris partibus uniuerſis ad triſtantium dignotionem. niſi fortè cuipiam magis uiſum ſit, & tertium hunc ſcopum, quia ad ſenſum pertinet, eundem cum primo conſtituere. Senſus igitur nomine, oculis, linguæ, auribus maximi offeruntur nerui, uti etiam [b] internæ extremæ manus ſedi, & [c] elatiori orificio uentriculi, quæ uelut propria præcipuaq; tactus, ſicut oculi uiſus, & lingua guſtus, organa non ineptè cenſerentur. Per manus enim magis exacta, quàm per aliam partem, quamuis plures ſentiant, eſt tactus ipſius dignotio. In ore autem uentriculi ſenſus eſt penuriæ eorum quibus animal nutriendum eſt, quem famem nuncupamus. In omnibus enim ijs tanquam ſenſus inſtrumentis, maximi inſeruntur nerui. Motus uerò cauſa nerui ad muſculos arbitrarij motus inſtrumenta diſpenſantur. Qui propterea quòd corporis partib. mouendis extructi ſunt, grandes neruos admittũt, aut ſaltem circumtenſos habent. At quoniam ex neceſſitate tactus ſenſus omni adeſt neruo, propter hoc muſculos & ſenſus organa uirtus amplior, quàm egebant ad tactilium dignotionem, ſubſecuta eſt. Reliquis aũt partibus tactus ſenſu tãtum indigentibus ex proportione nerui offeruntur. Viſceribus enim, ut [d] pulmoni, [e] iecori, [f] lieni, quia in alto latitant, graciles tantum neruorum ſurculi offerũtur. in cutem uerò, quòd prima extrinſecus occurſantib. obuiam eat, complures ſoboles paſſim digeruntur.

*Differentia ab originis forma.*

Porrò neruorum originis ſpecies, non eadem undique uiſitur. [g] aliqui enim, & præcipuè molliores, continuò neque quaſi in plures ſurculos deducto corpore exoriuntur, proceduntq;. in quorum numero uiſorij nerui, & ſecundum quoque cerebri neruorum par, habentur. [h] Alij tanquam plures funiculi inuicem connnexi ex cerebro prodeunt, quales ſunt tertij & quarti et quinti paris nerui. [i] Alij etiam in ipſo ortu ſurculos hos ueluti funiculos inuicem diſtantes, ac ſingulos propria tenuis mẽbranæ portione circundatos habent: qui quũ caluariam egrediuntur, omnes ſurculi inuicem commiſſi unica membrana induuntur. atq; id potiſsimum in [k] pluribus dorſalis medullæ neruis obſeruatur, ut & in ſexto pari, & ſeptimo neruorum cerebri. Vnde etiam in multorum neruorum diſtributionis in ramos enarratione, nihil intereſſe uidetur, ſiue prædictorum funiculorum frequentiam ſolui dicas, an totum neruum in ramos ad diuerſas partes exporrectos diſcindi.

*Neruum omnem tactus ſenſu præditũ.*

At neſcio qua fronte quidam Anatomicorum principes aſſerere auſi fuerint, ex huiuſmodi ſurculis ſeu funiculis, alios quidem motui, alios autem ſenſui ſeruire: haud ſecus ſanè, quàm ſi quoſdam neruorum ſurculos tactus ſenſu Natura deſtituiſſet. Atque huiuſmodi ſurculorum finiumq; imaginem formam'ue diſces, ſi inter edendum alicuius animalis ex axilla, aut inguine diſſecta caro menſæ apponatur, atque in illa nerui aliquam portiunculam uena & arteria plærunque concomitatam ſpectaueris. Cernes enim nerui extremum alicui chordæ craſſiori reſpondere, quæ ex pluribus torta funiculis, tranſuerſim obtuſiori cultro diuiſa ſit.

*Differentia à neruorum cauitate.*

Cæterum à neruorum cauitate uix ullam auſim petere differentiam, quum ne [l] uiſorium quidem neruum unquam cauum perforatumq; uiderim. etiamſi neruos non minus quàm uenas & arterias, uaſa uocari, haud dubitem, ſoliq; uiſorij nerui à diſſectionum profeſſoribus forati dicantur.

*A ſerie.*

Ab ipſa autem ſerie hunc in modum differentiam ſumere licet, quod alij integri in aliquam partem abſumantur, ut uiſorij nerui in oculos: alij in plures dirempti ſurculos, quoſdã muſculis offerunt, quoſdam cu

ti,

*y eiuſ. fig. V à T pronatum.*
*z 2 fi. cap. 2 G. dein ab M, Y.*
*a 2 fi. cap. 2 K. dein à r, π.*
*b Specta manus 2 fi. cap. 11.*
*c 14, 15 fi. li. 5 V, T.*
*d 2 fig. cap. 2 q.*
*e 2 fig. cap. 2 x.*
*f 2 fi. ca. 2 x.*
*g 1, 2 fi. ca. 2 G, K.*
*h 1, 2 fi. ca. 2 M, Z, d.*
*i 2 fi. ca. 2 e, r. atq; ita etiam hic ſpectabis 9 & 14 fi. lib. 7*
*k Vide 1 fi. cap. 11.*
*l 1, 2 fi. ca. 2 G. fi. 14. li. 7 B, B. 13 figu. cap. 14. lib. 7 k.*

ti, quosdam ossibus, quosdam sensus organo.[m] Vt tertium neruorum par,[n] quod quum lin-
guae quodammodo sit proprium,[o] etiam musculis quibusdam ut inter cæteros[p] temporali mo
tus gratia,[q] & cuti sensus nomine, ad labra nimirum, & dentibus quoque dirigitur. Alij rursus
incommixti, neque cum alijs neruis coeũtes unitiue feruntur:[r] ut secundum cerebri par nulli
neruo commiscetur, & uerè congreditur, licet ipsi[s] minor tertij paris radix in progressu atten-
datur. Alij uerò inter se commiscentur, ut primi paris neruus dexter sinistro permiscetur. Alij
alijs commiscentur, ut[t] qui brachium adeũt nerui, simulatq; è uertebris prosilierunt, non se-
cus uniũtur, quàm pictores galerorum funiculos delineare solent. Verum quum hęc in priua
tis neruorũ descriptionibus abundè sim persequuturus, iam tempestiuũ fuerit singulorum ner
uorum seriem oratione complecti. ac primũ paria quæ à cerebro exoriuntur, deinceps quæ dor
salis medulla educit recensere. siquidem nullus neruus neq; à cerebro, neque à dorsali medulla
inconiugatus prodit, sed perpetuò alter ad dextram, alter ad sinistram eadem prorsus distribu
tionis serie, situm obtinet.

*Neruos coniugatim enarrat.*

m 2 fig. ca. 2. M.
n eiusd. fi. Z.
o eiusd. fi. R.
p 4. mus. ta. r.
q 2 fi. ca. 2. T, V, X.
r 1, 2 fi. ca. 2 K.
s 1, 2 fi. ca. 2 L.
t 1 fig. cap. 2 H.
u Videbis in 2, 3 fi. ca. 11. et ult. fi. huius libri.

## PRIOR DVARVM FIGVRA NOVEM SVBSEQVENTIBVS CAPITIBVS COMMVNIVM, QVA TOtius cerebri & cerebelli à membranis ipsa inuoluentibus liberorum basis exprimitur, ut neruorum cerebri exortus opportunè oculis subijceretur. Hic enim simul cum primis neruorum exortibus tota ea dorsalis medullæ pars delineata est, quæ ab eius medullæ principio ad eam usque sedem pertinet, quà hæc in primam ceruicis uertebram labitur, ac ubi dorsalis medulla primum uerè nuncupatur.




DVARVM





## DVARVM FIGVRARVM QVAE NOVEM modò subsequentibus Capitibus communes censentur, altera, quæ dextrum latus proponit integri cerebri ac cerebelli, et dictæ in priori figura dorsalis medullæ partis, dura interim tenuiq; hæc omnia inuestientibus membranis, nusquam apparentibus. Adhæc præsens figura nudam septem cerebri neruorum pariũ seriem in dextro tantum latere commonstrat. quanquam & ubi necessum fuit, neruorum quorundam seriem etiam in sinistro latere hic delineauerimus. Figuræ huius proportio in ea depicta est magnitudine, in qua corpus circumscriberes, cuius uesica in infima præsentis figuræ sede consisteret, & cuius thorax & abdomen ex anteriori parte conspicerentur, facies uerò uersus sinistrum humerum conuersa prorsus ex dextro latere spectaretur.

CHARA-

# CHARACTERVM DVARVM NOVEM SVB-SEQVENTIBVS CAPITIBVS COMMVNIVM FIGVrarum Index.

*CHARACTERES hoc Indice exprimendi, partim utrisque figuris communes sunt, partim uerò nunc huic, nunc illi peculiares. quemadmodũ his notis 1, 2, quas characteribus subijciemus, significabitur.*

*A, A* 1,2 *Cerebrum notatur.* *B, B* 1,2 *Cerebellum.*

C 1,2 *Processus ac ueluti substantiæ cerebri tubera, quæ mamillares processus uulgò nuncupantur. Ego in altero tantum latere prioris figuræ characterem adhibui, quòd parem utriusque lateris rationem esse nemo ambigat.*

D 1 *Dorsalis medullæ principium ex cerebri pendens basi.*

E 1,2 *Dorsalis medullæ pars iam caluariæ amplitudinem egressura, & in utrisque figuris inibi abtruncata, ubi hæc elatissimam subit uertebram.*

F 1,2 *Olfactus organo subseruientes processus neruis similes, at caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur, notatu digna portione non egredientes.*

G 1,2 *Visorij nerui, seu primum cerebri neruorum par. Cæterùm in prima figura sinistri nerui principium G insignitur, in altera autem dextri nerui in oculorum sede ductus.*

H 1 *Visoriorum neruorum coitus.*

I 1,2 *Oculi tunica, in quam uisorius neruus expanditur & degenerat.*

K 1,2 *Secundum neruorum cerebri par.*

L 1,2 *Tertij neruorum paris minor & gracilior durioráq; radix.*

M 1,2 *Tertij paris maior crassioráue radix.*

N 2 *Minoris radicis propago ad superiorem maxillam procidens.*

P 2 *Propago minoris tertij paris radicis in narium degenerans tunicam, quæ humiliori P priuatim indicatur.*

Q 2 *Minoris radicis propago in temporalem musculum digesta.*

R 2 *Maioris tertij paris radicis ramus capreoli uitis instar conuolutus, qui in temporalem inseritur musculum, ac duos à quinto neruorum pari a signando, ramos b & c notandos admittens, in masseterem seu mansorium musculum, & buccarum musculos, & cutem quoque diffunditur.*

S 2 *Maioris tertij paris radicis ramus superiorum molarium dentium gingiuis, ipsisq; adeò dentibus soboles seriatim distribuens.*

T 2 *Maioris radicis tertij paris propago in maxillæ inferioris os prorepens.*

V 2 *Propaginis T insignitæ ramus inferiori labro multiplici sobole oblatus.*

X, X 2 *Surculi a propagine T notata ordinatim in dentium inferiorum radices diffusi.*

Y, Y 2 *Maxima maioris tertij paris radicis portio in tunicam linguæ soluta.*

Z 1,2 *Quartum neruorum cerebri par. Verùm humilius Z in secunda figura palati tunicã exprimit.*

a 1,2 *Quintum neruorum par auditui dicatum.* Φ. *autem in utraque figura priuatim huius paris portionem indicat, in concauitatem temporis ossis delatam.*

b 1,2 *Ramulus quinti paris ex ipsius anteriori parte enatus.*

c 1,2 *Quinti paris ramulus per cæcum repens foramen, ac tandem, ut & ramulus b insignitus, cum tertij paris propagine capreoli modo intorta, ac cum ramo R in secunda figura notato, coiens.*

d 1,2 *Neruus non procul à quinti paris principio enatus, qui ab alijs Anatomes professoribus præteritus, in musculos maxillam inferiorem mouentes exporrigitur.*

e 1,2 *Sextum neruorum cerebri par, cuius utrorumque neruorum series in secunda figura indicatur. est autem sinister neruus, qui umbrosus sub quinto pari quodammodo ducitur. Dexter autem magis candicat, & ipsi aliquot subsequentes characteres priuatim (quum utriusque lateris nerui eadem sit ratio) adhibitos cernis.*

f 2 *Sexti paris ramus musculos posteriorem ceruicis sedem occupantes accedens.*

g 2 *Sexti paris ramuli in quosdam laryngis musculos hic in descensu transuersim propagati.*

h 2 *Sexti paris ramus costarum dextri lateris radicibus exporrectus.*

i, i 2 *Portiunculæ intercostalium neruorum, sexti paris ramum hàc descendentem adaugentes.*

k, k 2 Rami



*k, k* 2 *Rami neruorum sexti paris in musculorum deprompti capita, quæ à superiori pectoris ossis sede, & clauiculis principium ducentia sursum feruntur.*

l 2 *Dextri nerui sexti paris ramuli, recurrentem dextri lateris neruum efficientes.*

m 2 *Dexter neruus recurrens, seu reuersuus.*

n 2 *Soboles dextri recurrentis nerui, laryngis dispensatæ musculis.*

o 2 *Sinistri sexti paris nerui soboles, recurrentem sinistri lateris neruum constituentes.*

p 2 *Sinister neruus recurrens, qui perinde ac dexter, uocis neruus uulgò nuncupatur.*

q 2 *Sexti paris ramuli in pulmonum tunicam excurrentes.*

r 2 *Ramuli sexti paris, membraneo cordis inuolucro impliciti. Ab illis uerò sinistri nerui surculis, qui ijs quos r indicauimus correspondent, cordis neruulus principium ducit.*

ſ 2 *Sexti paris neruorum portio, quæ stomacho committitur, & series quoque qua uterque neruus bipartitò scinditur. ac dexter sinistram superioris uentriculi oris sedem adit, sinister uerò eius orificij dextræ parti implicatur.*

t 2 *Series sexti paris neruorum, in superius uentriculi orificium & proximas uentriculi sedes disseminata.*

u 2 *Ramus sexti paris neruorũ dextram orificij uentriculi sedem adeuntium: qui secundùm elatiorem uentriculi regionẽ ductus, tandem in iecoris cauum absumitur, ubi x ascriptum cõspicies.*

y 2 *Prima propago rami neruorum sexti paris, qui dextri lateris costarũ radicibus exporrigitur.*

z 2 *Ramulus primæ illius propaginis y notatæ, qui in dextram sedem inferioris omenti membranæ, & colon intestinum hic digeritur.*

α 2 *Soboles primæ illius propaginis duodenum accedens intestinum, & ieiuni initium.*

β 2 *Soboles dextram fundi uentriculi sedem perreptans, ac frequentes surculos uentriculo & superiori omenti membranæ dispergens. Vbi uerò * ponitur, præsentis propaginis in iecur & bilis uesiculam series in conspectum uenit.*

γ 2 *Propago dextrum accedens renem.*

δ 2 *Propago in dextram mesenterij regionem, & huius sedis intestina frequenti ramulorum serie diffusa.*

ε 2 *Neruorum series dextram uesicæ regionem implicans.*

ζ 2 *Prima propago nerui sexti paris, sinistri lateris costarum radicibus exporrecti.*

θ, ι 2 *Duæ notantur soboles propaginis ζ insignitæ, quæ inferiori mẽbranæ omenti, & colo intestino quà sub uentriculo repit, offeruntur.*

κ 2 *Series neruorum, qui lieni inseruntur.*

λ 2 *Hac cruce ramum propaginis ζ notatæ insigniui, qui sinistram fundi uentriculi sedem perreptat, uentriculo & superiori membranæ omenti surculos deriuans.*

μ 2 *Propago in sinistrum mesenterij & eius sedis intestina excurrens.*

ν 2 *Sinistrum renem accedens propago.*

ξ 2 *Series ramulorum sinistrum uesicæ latus admodum obscurè implicantium.*

ο 1,2 *Septimum cerebri neruorum par: atq; in secunda figura utriusq; lateris neruus quoq; delineatus est, ac ν insignitus.*

π 2 *Septimi paris propago musculis dispensata, à stylum imitante temporum ossis processu principium ducentibus.*

ρ 2 *Septimi paris cum sexto coitus.*

ϖ 2 *Septimi paris series, compluribus linguæ ac ossis υ imaginem referentis, & laryngis musculis intertexta.*

1, 2, 3 *Numeri characteres in priori figura ad dorsalis medullæ principium conspicui, tria indicant foramina, quorum duo lateralia 1 & 3 insignita illa demũ sunt, per quæ arteriarum soporalium rami ad dextrum et sinistrum cerebri accedunt uẽtriculos. Medium uerò foramen 2 indicatum, illud est quo pituita ex tertio cerebri uentriculo ad peluim ducitur, quæ pituitam excipit, ac dein instar infundibuli super glandem transmittit, quæ huic cerebri regioni subijcitur. Verùm hæc ad septimum librum imprimis spectant, ad cuius figuras ex interiori subsequentium nouem Capitum margine remitteris: quemadmodum & sexti paris occasione, ad quinti & sexti librorum figuras.*

QVOT

## QVOT NERVORVM PARIA A CEREBRO & DORSALIS MEDULLAE PARTE ADHUC IN CALUARIA CONSISTENTE, ORIGINEM SUMANT. CAP. II.

*S I quando in interiori margine ſcripſimus fig. cap. 2. lib. 4. duas, aut illarum alteram indicauimus, quas præſenti capiti ad primi capitis finem præpoſitas cernis.*

*Quî cerebri ſedes & partes in 7 lib. diſtinguentur.*

LIBRO ſeptimo quum cerebri pertractabitur conſtructio, duplex id eſſe docebimus,[a] unum anterius ſuperiusq; quod cerebrum dicitur, uniuerſam propemodum implens caluariam:[b] alterum poſterius ac humilius, & cerebellum nobis appellatum, ipſoq; cerebro etiam decuplo minus. Deinde anterius tota ſuperiori ipſius ſede[c] geminum eſſe, dextrum uidelicet & ſiniſtrum aſſeremus.[d] inferiori autem parte, quà caluariæ innititur baſi, unicum indiuiſumq; eſſe, &[e] dorſalem medullam ab hac, non autem (ut Anatomicorum præcipui ſcribunt) à cerebello enaſci, & cerebellum potius dorſali medullæ inniti & tenuis membranæ, parum uerò ipſius ſubſtantiæ interuentu, medullæ uniri, quàm dorſalis principium eſſe oſtendemus. Adhæc, addetur præter alios quoſdã cerebri ſinus meatusq;, duos cerebri exiſtere uentriculos,[f] unum quidem dextrum,[g] alterum uerò ſiniſtrum, qui ambo in[h] unam communem coeunt cauitatem ſinum'ue, qui tertius in cerebro uentriculus recenſebitur. qui[i] meatu quodã ad ſinũ inter[k] cerebellum &[l] dorſalem medullã ubi inuicem cõmittuntur conſpicuum, & tam cerebello quàm dorſali medullæ communem, pertingit. Cæterùm

*Quî uentriculi ſeu ſinus cerebri.*

*Vnde neruorũ cerebri initium.*

*Dorſalis initium.*

nerueæ propagines ex caluaria procidentes, aut ab ipſo anterioris cerebri[m] enaſcuntur baſi, aut à dorſali medulla priuſquam uertebrarũ ſinus ingrediatur, nõ autem à cerebello. Vt uerò eam dorſalis medullæ partem, quæ à cerebri baſi ſub cerebello ad foramen uſq;, quo è caluaria labitur, procidit, dorſalis medullæ[n] principium nuncupare liceat, mihi conceſſum uelim: cum quid illo intelligam principio, ſatis iam explicuerim, ac item in ſeptimo libro diffuſiùs id ſim enarraturus. Per me enim licebit illi principio, ſeu parti cerebri, quoduis nomen indere: modò non ignoret, quî illa à cerebello diſtinguẽda ueniat. Porrò nerui omnes à cerebro, illoq; dorſalis medullæ initio pronati, quia geniculatim in caluariç amplitudine, qua cerebrũ continetur, originẽ ducunt, Latinis neruorum paria, ſeu coniugia, Græcis aũt συζυγίαι nũcupantur. quæ Marini, ac demũ Galeni etiam ſuffragijs ſeptenæ enumerantur. quãuis ſi accuratè ſingula expenderimus, plura etiam cenſeri poſſint. Neq; enim hic olfactus[o] organa nerui appellantur, quòd dictam nuper caluariæ amplitudinem non excidant. Item par, quod nobis ex aliorum Anatomicorum ſententia tertium cõſtituetur, uerius[p] duplex quàm unicum enumeraretur. Dein iuxta quinti paris radicem[q] aliud omnibus incognitum diſſectionũ ſtudioſis par enaſci, diligens ſectio me docuit. Verùm à ueteri neruorum cerebri enumeratione haudquaquam receſſurus, ordine ſeptem paria ſeptenis capitibus explicare contendam: prius tamen quædam de olfactus organis ſubnexurus, quum non uulgares etiam diſſectionis profeſſores illis primum neruorum coniugium aſcribant, illa'ue ita nuncupent.

*Quot cerebri neruorum paria.*

a 1, fig. 6. A. aut quid cerebri in 7 lib. figuris occurrit, præter cerebellum 7 fig. inſignitum XX. 8 fig. R, R, R. fig. B, C, D. & tota fig.
b 1, 2 fig. B.
c 3 fig. lib. 7 A, A, & B. B.
d ut in 1 fig. ſpectatur
e 1, 2 fi. D. E.
f 4, 5 fi. lib. 7. L, L.
g 4, 5 fi. lib. 7 M, M.
h 6 fi. lib. 7 ubi cõſpi. H, I ſub A.
A. 7 fi. H.
i 7, 8 fi. lib. 7. K.
k 11 fi. lib. 7 E.
l 9 fi. lib. 7. I. 10 fig. M, N, N, O.
m Spectas ſedulo 1 fig. cap. 2.
n 1 fi. A, D, & E.
o 1, 2 fig. F.
p 1, 2 fig. L. M.
q 1, 2 fig. iuxta d.

## DE OLFACTVS ORGANO NONNULLA. CAP. III.

VARIA profectò de odoratus organo noſtræ tẽpeſtatis, medicis pariter ac philoſophis eſt ſententia, magnaq; inter ipſos, ex Anatomes imperitia, diſſenſio oboritur. Quoſdam namq; reperias odoratus organum in illa[a] cauitate conſtitutere, quam in frontis oſſe ad ſuperciliorum regionem inter duas eius oſsis ſquamas cõſpici, in primo libro recenſuimus. qui ſi[b] duos etiã inſignes ſinus, quos in oſſis cuneum imitantis medio tanquam antra inter ipſius ſquamas ſubinde obſeruamus, adinueniſſent, ac ſubſtantiam illam quodammodo medullarem in illis cauernis repoſitam, ſummoq; ſtudio hic expẽdendam, obſeruaſſent, proculdubio & inibi quoque in oſſe cuneum referente olfactus organum collocaſſent. Alij uerò quoſdam cerebri anfractuum reuolutionumq;[c] apices, ac ad frontis oſſis ſedem uerſus ſuperciliorum medium protuberantia cerebri tubercula, olfactus organa ſtatuũt, & tubercula illa quòd promineant, carniſq; quaſi modo rubeãt, mamillares cerebri proceſſus uocant, utrinq; unum (uti etiam eſt) enumerãtes. Alij rurſus ex aliquot Galeni locis, præcipuè aũt octauo de Partium uſu, ſimpliciter[d] anteriores cerebri uentriculos olfactus organa eſſe aſtruunt, perinde ac ſi anteriores uentriculi præſentis duntaxat ſenſus eſſent principia. Alij quidem duos anteriores cerebri enumerant uentriculos: uerùm deinde alios duos confingunt,

*Multiplices de olfactus organo ſententiæ.*

a 3, 4 fi. ca. 11 lib. 1 K.
b 8 fi. cap. 6 lib. 1 C, D.
c 1, 2 fig. C. 11 fi. li. 7 I. 13 fi. C, C.
d 4, 5 fi. lib. 7 L, L. M.



quos olfactus organa eſſe aſſerunt. Cæterùm quàm probè hi ſentiant, ex diſſectione diſcas licebit, dextri ſiniſtriq; cerebri uentriculorum conſtructionem formámue priùs inſpiciens, quam mehercule multò aliam eſſe in ſeptimo libro intelliges, quàm hactenus diſſectionum periti tradiderunt. Quandoquidem uentriculi in poſteriori ſede neutiquam lati conſpiciuntur, & in priora procedentes paulatim in anguſtum coguntur, inibiq; olfactus organa educunt. neque etiam ad olfactus organorum ſedem pituitam excernunt, multoq; minus ipſa olfactus organa inſtar canalium cerebri pituitam (ut Galeni eſt ſentẽtia) huc deducunt.[e] Præſentes namq; cerebri uentriculi ſecundùm cerebri longitudinem ſuperiùs ampli exiſtunt, anteriori ſede nequaquam anguſtiores redditi, imò potius magis quàm in ipſo medio lateſcentes. In poſteriori autem parte ampli quoque uiſuntur: at hinc cornu[e] modo per cerebri ſubſtantiam deorſum deſcendentes, atque antrorſum porrecti, tantiſper anguſtantur, donec ad eam uſque cerebri pertingant[f] ſedem, quæ[g] glandulæ pituitam cerebri excipiẽtis regioni incumbit, ac ſub qua grandiores ſoporalis arteriæ rami duram cerebri membranam perforant, in cerebriq; uẽtriculos conſcendere incipiunt. Illi namq; arteriarum rami in hos uentriculorũ anguſtos conſcendunt terminos, quos modò ad cerebri baſim deſinere dicebam. Atq; eiuſmodi dextri & ſiniſtri uentriculorum cerebri ductus uiſuntur. A[h] ſede uerò ubi uentriculorum anguſtos terminos deſinere dicebam,[h] olfactus organa, aut ſaltem cerebri proceſſus animalem ſpiritum præcipuo olfactus inſtrumento deferentes, ac[i] ipſi etiam uiſorij nerui enaſcuntur. Hinc enim utrinq; à cerebro alba molliſq; prodit ſubſtantia, quæ in progreſſu etiam cerebro tenuis membranæ interuentu colligatur, quouſq; ad[k] ſinus[l] octaui capitis oſſis pertingat, qui olfactus organis priuatim parantur. Ad poſteriorem enim horum ſinuum ſedem albicantes cerebri proceſſus, à cerebro abſcedunt, neque amplius tenui membranæ connati, in ſuum ſinguli porriguntur ſinum: & adhuc antrorſum magis protenſi ad ſinuum finem, ſeu anteriorem ipſorum ſedem deſinunt, ſinibus ſuffulti, ac cerebro interim proximè accumbentes. Nam etſi cerebro in ſinuum regione non amplius adnaſcantur, nihilominus ipſi perpetuò attenduntur, illiq; ſunt contermini. Hi proceſſus cerebri ductu, colore, formaq; neruis correſpondent. quamuis interim longè neruis ipſis molliores ſint, pauloq; (quod ad teretem ſpectat formam) latiores, quàm profundiores. Verùm quia hi reliquorum neruorum ritu extra caluariç, ut neque etiam extra magnam duræ membranæ amplitudinem, non procidunt, nerui nomine eos Herophilus haud dignatus eſt: ut neque etiam Marinus, neque Galenus. licet Anatomicorum nonnulli hos in neruorum habuerint numero, ipſos primum neruorum par recẽſentes. Porrò in horum proceſſuũ natura non negligenter conſiderandum eſt, quo'nam pacto illi duræ membranæ ſuis ſinibus adnaſcãtur, & quę foramina hinc à dura mẽbrana, & oſſium ſinibus quibus præſentes innitũtur proceſſus, ad nuper cõmemoratas frontis oſſis & cuneiformis cauitates pertingãt. Ac demum expendendum quoque uenit, quod'nam uerum ſit olfactus organum, ſimilitudine quadam ſumpta ab auditus inſtrumento, diſſectionum ac philoſophiæ profeſſoribus nimis perfunctoriè cognito. Verum de auditus inſtrumento, & olfactus quoq;, & aliorum ſenſuum, in ſeptimo libro abunde pertractabimus. Modò autẽ ſat fuiſſe uidetur, proceſſus illos cerebri cõmemoraſſe, quos aliqui etiam mamillares et papillares nuncupaſſe colliguntur: qui ſectionem paulo diligentiùs aggreſſi, illa cerebri[m] tubera mamillarum imagine prominentia, nihil ad olfactus organi conſtructionem auxiliari cognouerunt. Cæterùm quando huiuſmodi proceſſuum naturam examinabis, atque illos longè grandiores in cane item & oue quàm in homine adinuenies, etiam ſedulò perquirendum eſt, quàm anatomicè Galenus per illos cerebri proceſſus pituitam ad nares ab ipſis anterioribus cerebri uentriculis deduci ſcripſerit, haud animaduertens eos proceſſus non perforatos eſſe, & ipſos uentriculos in[n] peluim deſinere, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modo ad glandem deducit, hîc in cerebri baſi repoſitam. quamuis de pituitæ ductibus ſuo dicemus loco. Nunc enim neruorum duntaxat ſeries opportunè pertractabitur.




*HVIVSMODI ferè dextri ſiniſtriq; uentriculorum ductus uiſ tur. ac A & B ſuperiorem uentriculi ind cant ſedem, A quidem anteriorem, B uerò poſteriorem. C regionem notat, quæ decliuis antrorſum ducitur ad D, quod uentriculi extremum terminumq; indicat. At hæc in cerebrum exprimentibus ſeptimi libri tabulis ſunt longè euidentiora, potiſsimum autem in quarta, & quatuor illam ſeriatim ſubſequentibus. Quod uero in hac figura uentriculũ ex latere è directo conſpicimus, neminem latere arbitror.*

*Anteriorũ cerebri uẽtriculorũ ductus.*

*Lib. 8. de Vſu part.*

*Proceſſuum qui aut olfactus organum ſunt, aut ipſi præcipuè ſubminiſtrant, ortus.*

*Lib. 8. de Vſu part.*

e Hic ſectionis ſeriem ſpectabis 5, 6, 7, 8 fi. li. 7.
f 1 fi. cha. 1, 2, 3. aut 13 fi. li. 7. iuxta M, P, Q.
g 16 fi. li. 7 A. dein E, F.
h 1, 2 fig. F. 11 fig. lib. 7 C, D. 13 fi. L, L.
i 1, 2 fig. G. 11 fig. lib. 7 M.
k 13 fig. li. 7 D, D.
l 8 fig. ca. 6 li. 1 A, B, A.
m 13 fi. li. 7 L, L.
n 14 fi. lib. 7 C, C, D. 15 fig. F. & 16 B ad A.

## DE PRIMO NERVORVM A CERE- bro originem ducentium pari. Caput IIII.

*Primi paris ortus.*

INIBI unde[a] proceſſus albos, et neruorum modo progredientes, à cerebri baſi initium ſumere ſcripſimus, utrinq;[b] unus exoritur neruus, omnium corporis neruorum facile molliſſimus, & circumferentia cæteris (dummodo illi ex uarijs non permiſceantur neruis) craſſior. In crure nãque, & item in brachio[c] neruos quidem hoc primo pari craſſiores reperias, ſed qui ex pluribus conflentur neruis inuicem coëuntibus. Vterq; primi paris neruus ſub cerebri baſi quà[d] ſinui innititur, cui glandula inſidet cerebri pituitam excipiens, antrorſum nonnihil obliquè fertur, dextro quidem neruo ſiniſtrorſum, ſiniſtro autem dextrorſum protenſo. In progreſſu moxq; ab ipſo ortu ambo inuicẽ[e] coëunt, atq; in eum permiſcentur modum, ut dextrum à ſiniſtro nulla prorſus ratione queas diſcernere. adeò ſanè, ut uana penitus ſit quæſtio, num dexter neruus in hoc congreſſu dextrã obtineat ſedem, an uerò ſiniſtrorſum continuo ductu feratur. Quandoquidem ille neruorum coalitus non aliud eſt, quàm commune corpus à quo utrique nerui dicerentur pronaſci, modò iſtius corporis ex cerebri ſubſtãtia origo non indagaretur, atq; illic initia neruorum diſſita apparerẽt.[f] Nerui à congreſſu è caluaria ducendi inuicem mox dirimuntur, & per[g] foramina ipſorum nomine inſculpta, in oculorũ ſedes extra caluarię cauitatem procidunt. Quippe &[h] integri in oculos abſumuntur, non quidem accuratè in poſterioris oculi ſedis centrum implantati, ſed neruus dextrum petens oculum ad dextrum magis latus poſterioris eius ſedis implantatur: qui uerò ſiniſtro oculo proprius eſt, ad latus ſiniſtrum centri poſterioris ſedis oculi ingreditur, ac (quemadmodum & dextri oculi neruus) quãdo oculum ſubijt, in latam degenerat expanditur ue[i] tunicam uitreo humori proximam, & mediam oculi ſedem duntaxat ambientem, & dilatatæ cerebri ſubſtantiæ admodum ſimilem: ac proinde mollem, nihilq; minus quàm membraneam: unde etiam Anatomicorum nõnulli hanc tunicam, quæ à retis quadam imagine ἀμφιβληστροειδὴς dicitur, Tunicam appellare haudquaquã dignati ſunt. Quòd uerò hæc tunica (aut quomodocunque ipſam appellare uiſum ſit) præcipuum uiſus organum à multis habeatur, in oculi conſtructionis enarratione perſequar. In præſentia enim neruos hos aut oculos prolixiùs aggredi omnino prẹter inſtitutum foret. quum ſuffecerit dixiſſe, uiſorios neruos illum quem recenſuimus ductum citra omnem ramorum propagationem obſeruare. hoc enim (quemadmodum & dextri nerui cum ſiniſtro mox ab exortu coitum) peculiare rarumq; uiſorij nerui ſibi uendicant. Quinetiam inter reliquos corporis neruos, hi duntaxat meatu qui ſenſu dijudicari poſſit, perforati dicuntur: quapropter Græcis (præcipuè autem Herophilo & Eudemo, πόροι ὀπτικοὶ nuncupabantur. Cæterùm ego eiuſmodi meatum mihi aliquãdo occurriſſe neutiquam queo aſſerere, quantumuis etiam canum adhuc uiuentium & aliorum grandium animalium uiſorios neruos, uel hac ſolùm occaſione aggreſſus ſim, et hominis cuius caput adhuc à decollatione calebat, uixq; quarta horæ parte quum neruos intuerer abtruncatum fuerat, ipſos non oſcitanter ſpectauerim, ac calente aqua ſedulò fouerim. Atque ut eiuſmodi meatus toto neruorum progreſſu me penitus latuit, ita ſanè in mutuo neruorum coitu is neutiquam ſe obtulit. utcunque tamen hunc inibi oportebat eſſe inſignem, ſi modò nerui ob hoc ex Galeni ſententia congrederentur, quo minus ſimplicia nobis gemina perperam uiderentur. Porrò ijs qui de congreſſu hoc meatu'que acriter citra partium inſpectionem indies altercantur, non grauabor duo quæ in congreſſu animaduerti, hîc adijcere, quò & hinc ſuarum nugarum argumenta petant. Patauij itaque adoleſcens ſuſpendio necatus publicæ ſectioni adhibitus fuit, cui ante annum dexter oculus à carnifice erutus fuerat: deinde mulier, eodem ſupplicio affecta, cui dexter quoque oculus ab ineunte ætate emarcuerat, ſiniſtro interim integerrimo. Mulieri dexter uiſorius neruus toto progreſſu longè tenuior ſiniſtro uiſebatur, non ſolum in ea ſede qua iam oculo inſerebatur, uerùm in exortu quoque & in dextra ſede congreſſus neruorum. ac præterquam quòd dexter tenuis erat, durior quoque & rubicundior cernebatur, uti ſanè & in adoleſcente: ſed dexter non admodum neque craſſitie, neque mollitie adhuc ſiniſtro cedebat. His ille acceſſit, cuius neruos uiſorios in illo congreſſu inuicem non connaſci, neq; ſeſe contingere uidimus. ſed dexter nonnihil ea ſede qua caluariam egreſſurus fuerat, ſiniſtrorſum reflectebatur: quaſi non coalitus occaſione nerui congrederentur, uerùm ut commodè per ſuum foramen è caluaria prociderent, potiſſimũ quum etiam hoc ductu ingredientes in oculi poſterioris ſedis medium nõ inſerantur.

*Primi paris neruorum ingreſſus.*

*In oculum ingreſſus, & in tunicam quam reti comparamus dilatatio.*

*Num uiſorij ſint perforati.*

*a 1,2 fi.F. b 1,2 fig.G. c 2 fi.ca.11 4, et cha.71 d 3 fig.ca.11 lib.1.M. e 1 fig.H.13 fig.li.7.M. f 13 fi.lib.7 N,O. g 1,13 fig.ca.12 lib.1.E. h 13 fig.ca. 14.lib.7.K. aut ſimul cum membranis in 18 i 1,2 figu.I. aut 1 fi.cap. 14. lib.7.E ad C.*



rantur. Hunc ductum ſiniſter neruus etiam referebat, non tamen ita quin notatu digno interuallo dexter à ſiniſtro dehiſceret. Quàm ſedulò autem ac ſolicitè eius uiri familiares interrogauerimus, num illi omnia gemina perpetuò oculis obuerſarentur, neminẽ Naturæ operum cognitione flagrantem ambigere ſat ſcio. at nihil aliud reſciſcere licuit, quàm ipſum de uiſu nunquam conqueſtum fuiſſe, uiſuq; præſtanti ſemper ualuiſſe, familiareſq; de uiſorum duplicatione nihil unquam intellexiſſe. Quòd uero Caſſius, et alij nonnulli, quum cauſam rimãtur, quamobrem dextra cerebri ſede uulnerata, aut alioquin læſa, corporis ſiniſtra pars neruorum reſolutione infeſtetur, integra parte dextra, neruos omnes in ortu decuſſatim ferri: ſeu neruos à dextra cerebri & dorſalis medullę ſede pronatos, in ſiniſtram corporis regionem diſtribui, & è contra aſſerant, apud me elegantiſſimum, & inter ſomniandum ab illis problematum interrogatoribus excogitatum figmẽtum habetur. quum[k] ſecundi paris neruorum ac dein[l] tertij &[m] quarti parium, dextri exortus à ſiniſtris aliquot digitorum amplitudine inuicem diſtent, ut modò de alijs neruis nihil dicam: idq; pariter ſileam quî uiſorios porcorum neruos ſubinde nõ continuos, ſed perinde ac crurũ neruos, quaſi è multis funiculis conflatos ſpectarim, ne in aliam quampiam prolixiorem diſceptationem ſermo deflectat, præcipuè cum illis diſſectionum profeſſoribus, qui dextrum cerebrum penitus à ſiniſtro diremptum poſteris tradiderunt.



*PRAESENTI figura neruorũ quos hîc deſcribimus ductus exprimitur, ac A cerebri portiunculam indicat.*

*k 1 fi.k. l 1 fi.M,L. m 1 fi.Z.*

## DE SECVNDO PARI NERVORVM cerebri. Caput V.

CONIVGII[a] ſecundi exortus, nequaquam ex infima mediaq;[b] quodam modo (quod ad latera ſpectat) baſis cerebri ſede, ut[b] uiſoriorum pendet. Dein præſentis coniugij nerui plurimùm uiſorijs craſſitie cedunt, quamuis interim duritia eos ſuperent, uſuq; ab illis multum uarient. Paulò poſteriùs enim quàm uiſorij, ex cerebri baſis lateribus principium ducunt, quòd hæc cerebri regio nonnihil durior illa ſit, à qua uiſoriorum origo ſumitur. Atq; id meritò accidit, ſiquidem ſecundi paris neruos muſculis inferẽdos, duriores ipſis uiſorijs eſſe oportuit. Prorepit enim neruus dexter (quòd et de ſiniſtro, niſi peculiariter ſermoni quid addatur, in neruorum ſerie ſemper ſubaudiendum eſt) ſub cerebri baſis latere ad[c] foramen in oculorum ſedis radice ſibi cum alijs aliquot uaſis commune. Quamprimum autem è caluariæ excidit amplitudine, in ramos diſſectus ſeptem[e] muſculis oculo proprijs ramulos offert, illorum motibus præfectus.

*a 1,2 fi.K, 14,15 fi.li. 7 G. b 1 fi.G. c 1,13 fi.ca. 12 lib.1 G. e figuræ ca. 11.li.2*

## DE TERTIO PARI NERVORVM cerebri. Caput VI.

TERTIVM par duplici radice utrinq; principium ſumit,[a] una quidẽ craſſiori, cui opportunè tertij paris nomen accommodaueris,[b] altera autem lõge tenuiori & duriori, et neq; in ipſo exortu, neq; etiam in progreſſu, craſſiori radice commiſſa. Huius enim initium nõ modico in poſteriora interuallo, ab illius exortu diſtat: adeò ſanè, ut uerius graciliorem hanc radicem peculiare par, quàm tertij paris portionem, quis eſſe aſſereret. At quũ omnes Anatomicorum proceres hanc tertio pari aſcripſerint, nihil ſanè obſtiterit manifeſtioris doctrinæ ſtudio, & me etiam cum tertio pari tenuem illam poſterioremq; radicẽ aggredi: priùs tamen ſtudioſos admonentem, in libro de Neruorum ſectione (quem Galeni libri uix fragmentum cenſuerim) parum rectè tertium par ſecũdo mollius eſſe, tradi. Exoritur itaq; gracilior hæc tertij paris radix à latere baſis cerebri, ubi dorſalis medulla ab ipſa[c] initiũ ducere auſpicatur. Hinc recto tramite ſub cerebri baſi antrorſum progrediens, duram cerebri mẽbranam perforat, &[d] ſecundo neruorum pari attenſa cum ipſo per[e] commune foramen in oculi ſedem procidit, ilico in quatuor diſſecta propagines. quarum[f] prima ſurſum in adipe oculorum muſculis obducto excurrens, per[g] peculiare foramen ad frontis cutem &[h] muſculoſam huius ſedis ſubſtantiam digeritur, frontis cutis & palpebræ ſuperioris motibus præfecta.[i] Secunda propago deorſum ducta, mox in[k] foramen ſibi priuatim exculptum fertur, quouſq; in anteriorem ſuperioris maxillæ ſedem prolabatur, ac multiplici ſerie diſpenſetur in[l] muſculos ſuperius labrum et naſi alam extrorſum in ſuo latere mouentes, ac demum in ipſum labrum & inciſoriorum dentium gingiuas.[m] Tertia propago[n] foramine etiam priuato utens, poſt[o] carũculam in interiori angulo oculi conſpicuam, narium adit amplitudinem, inibi in narium degẽ

*Duplex utrinque tertij paris radix.*

*Tenuioris radicis ortus & ſeries.*

*a 1,2 fi.M. 14 fi.li.7 I. b 1,2 fi.L. 14 fig.li.7 H. c 1 fi.D. d 1,2 fi.K. e 1,3 fi.ca. 12 li.1 G. f 2 fi.N.4 muſ.tab.H. g 1 fi.ca.12 li.1 A. h 3 muſ.ta. A. i 2 fi.O.4 muſ.ta.I. k 1 fig.ca.12 li.1 B. l 3 muſc.ta. H,F. m 2 fi.P. n 1 fi.ca.12 li.1 C. o 19 fi.ca. 14 li.7 λ. p 3 muſ.ta. K*

nerans tunicã, & ramulum exporrigens [p] tenui & membraneo musculo introrsum nasi alam contrahenti. [q] Quarta propago iam dictis crassitie non inferior, per [r] foramen seu scissuram potius, quæ inter primum maxillæ superioris os, & cuneum imitans in extimo latere sedis oculi conspicitur, ad internam sedem [s] temporalis musculi contendit, tota in eum musculum absumenda. [t] Crassior tertij paris radix à latere basis cerebri, anteriùs tamen, et penitiùs seu iuxta dextri & sinistri medium magis quàm enarrata modò radix, principiũ sumens, rectà deorsum tendit, [u] foramẽ, quod ipsi & [x] quarto neruorum pari huic radici proximo cælatur, perlabens. Hæc statim ab egressu [y] propaginem diffundit, quæ uitis, aut cucurbitæ capreoli instar inuoluitur, duriorq; paulatim efficitur, ac [z] binos tandem quinti paris neruorum cerebri ramulos (quorum seriem postea recensebo) in consortium admittẽs, ipsisq; unitus in temporalem musculum inseritur, ac in [a] illum quoq; qui à iugali osse enatus priuatim μασσητηρ seu mansorius nobis dicitur, ramulos porrigit, deinde et [b] musculis buccas mouentibus, ipsisq; demum faciei cuti in buccis etiam surculos offert. Postquam uerò crassior tertij paris radix propaginem hanc capreoli modò intortam exprompsit, nonnihil deorsum magis descendens, [c] furculum deriuat, qui antrorsum ductus gingiuæ molarium dentium, ipsisq; adeò dentibus seriatim soboles distribuit. Dein priusquam maior hæc tertij paris radix decliuis ducta linguam contingat, [d] ramum posteriori ex parte germinat utcunq; insignem, qui [e] musculo in ore delitescenti & maxillam inferiorem attollenti insertus, inferioris maxillæ [f] foramen adit, hîc ubi is musculus ipsi inseritur conspicuum. Ramus ille in foramen delapsus tantisper antrorsum fertur, quousque sui lateris dentium inferioris maxillæ radicibus [g] singulas soboles offerat, quorum beneficio dentes inter cætera hominis ossa, euidentiùs tristantium occursum sentire credimus. Neque uerò ramus hic uniuersus in dentes absumitur, imò non minima ipsius [h] portio per [i] foramen in anteriori maxillæ sede insculptum excidit, dextræ sedi inferioris labri cõplures surculos deriuãs. At [k] maior portio crassioris tertij paris neruorum radicis, quando linguę basi committitur, cũ alterius lateris neruo linguę tunicam efformat, aptum saporibus dignoscẽdis instrumentum. Deinde & exiguos quoq; surculos penitiùs in linguæ substantiam dispensat. Horum enim & tunicæ linguæ producendorum gratia, tertium par potissimùm à rerum Opifice creatum arbitramur, atq; ut [l] primum par uisus, [m] quintum uerò auditus, sic hoc tertium gustus censetur instrumentum, gustatoriusq; neruus meritò nuncupatur.

*Crassioris radicis origo & distributionis series.*

p 2 fi. Q.
q 1,2 fi. ca. 12 li. 1 D.
r 1,2 fi. M.
s 4 mus. ta. r.
t 1,2 fi. M.
u 2,3 fi. ca. 12 li. 1 Q.
x 1,2 fi. Z.
y 1,2 fi. R.
z 1,2 figu. b, c.
a 4. muscu. tab. A.
b 3 mus. ta. r. 4. ta. M.
c 2 fi. S.
d 2 fi. T.
e 6 mus. ta. D.
f 2 fi. ca. 16 lib. 1. F.
g 2 figu. X, X.
h 2 fig. V.
i 1 fig. ca. 10 libri 1. & 5 mus. ta. G.
k 2 fi. Y, Y.
l 1, 2 fi. G.
m 1, 2 fig. 4.

## DE QVARTO PARI NERVORVM cerebri. Caput VII.

HOC [a] par tertio pari nonnihil gracilius duriusq; est. exoritur enim à dorsalis medullę [b] principio posteriùs paulò quàm tertium par, sed antrorsum modicè tensum posteriori tertij paris sedi committitur, atq; unà cum illo per [c] commune ipsis foramen ex capitis amplitudine, seu cerebri sede, ad palatum elabitur: quò simulatq; peruenit, in surculos quosdam partitũ, in palati [d] tunicam degenerat: quæ quum linguæ tunica aliquantulo sit durior, iure etiam quartum par posteriùs tertio pari originem ducit, ac proinde etiam palati tunica sensu hebetiori quàm linguæ [e] tunica donatur.

a 1, 2 fig. Z. 14 fi. lib. 7 K.
b 1 fi. inter D, E.
c 2, 3 fi. ca. 12 li. 1 Q.
d 2 fig. inferius Z.
e 2 fi. Y.

## QVINTI NERVORVM CEREBRI PAris series. Caput VIII.

QVINTVM [a] par nõnihil quarto crassius, ac ueluti pluribus enatũ surculis inuicem mox ab ortu connexis principiũ ducit, ex media propemodũ dorsalis medullæ sede, [b] eius partis quæ à medullæ exortu usq; ad eam regionẽ pertinet, quà hæc è caluaria in uertebras labitur. Hoc quintum par uniuersum per [c] foramẽ fertur impensè tortuosum, & priuatim ipsi incisum, quo usq; in cauitatem pertingat, auditus organo præparatam: ubi quintum par uariè discinditur, & propagines quasdam membranæ modo [d] dilatatas huius cauitatis sedibus offert, auditus organi non infimam partem constituens. Præter has uerò propagines duos educit neruulos, qui seorsum per proprium foramen elabuntur. [e] unus quidem per [f] transuersum ducitur foramen, quod etiam admittit [g] uenulam in auditus organum excurrentem. Hic neruulus non procul ab egressu tertij paris [h] ramo commiscetur, instar uitis capreoli inuoluto. [i] Alter uerò neruulus per [k] foramen repit impensè arctum, & insigniter quo que tortuosum, & immissam ipsi setam aut plumbeum filum non admittens, ob idq; etiam Anato-

a 1, 2 fig. Z. 14 fi. lib. 7 K.
b 1 fi. inter D, E.
c 2, 3 fi. ca. 12 li. 1 Q.
d 2 fig. inferius Z.
e 2 fi. Y.
d 2, 3 figura a crassius quàm Z 9, 14 fi. lib. 7 M ac fi. ca. 8. li. 1. D.
b 1 fi. D. E.
c 3 fi. ca. 12 li. 1 4.
d 1, 2 fig. r. sed potius specta figu. ca. 8. lib. 1.
e 1, 2 fi. b.
f 2 fi. ca. 12 lib. 1 V.
g fig. ca. 14 lib 3 n.
h 2 fig. R.
i 1, 2 fi. c.
k 2 fig. cap. 12 lib. 1 b.



Anatomicis cæcum appellatum. Neruulus iste transuersim supra [l] musculum ducitur, qui à iugali osse pronatus, inferiorẽ maxillã mouet: ubi uerò ad anterius usq; eius musculi latus antrorsum prorepsit, [m] dicto tertij paris ramo commiscetur, in genarum cutem & musculos buccæ motuum autores digerendus. Atque illi demum duo sunt ramuli, quos tertij paris ramo capreoli ritu inflexo commisceri superius dicebam. Porrò quemadmodum [n] iuxta tertij paris præcipuam radicem, alia quædam radix enascitur tertio pari ascripta, simili etiam ratione iuxta quintum neruorum par interiùs paululum [o] alia exoritur radix, quinti paris radici multò gracilior, sed quodammodo durior. Hæc sursum uersus priora sub cerebri basi aliquandiu protensa, duram cerebri membranam perforat, ac per [p] proprium foramen sub secundi paris foramine exculptum, è caluaria procidens in [q] temporalem musculum, illumq; digeritur qui in ore delitescens, inferioris maxillæ ad superiora motus autor censetur. Hanc radicem cum sua coniuge liceret peculiaris coniugij loco censere. Quo minus tamen aliorum Anatomicorum (qui has radices prorsus ignorarunt) numerum perturbem, hos neruulos quinto pari ascribam, ad eum uidelicet modum, quo minorem tenuioremú tertij paris radicem tertio pari superiùs adnumeratam reliqui. In temporalem itaque musculum [r] quinque neruorum pertinent propagines, prima quidem à graciliori tertij paris radice, secunda à maiori radice, tertia autem & quarta à quinti paris primario educũtur neruo. quinta autem is demum neruus est, quem iam quinto pari connumerabam. Neque sanè frustra, atque ut fors fert, tot neruorum soboles temporali musculo Natura exporrexit. Sciebat enim hunc musculum pro sua mole omnium corporis musculorum ualidissimam functionem obiturum. Item quum haud ignoraret, quam molles illi essent nerui quos à cerebro eduxit, summa mehercule prouidentia illos quantum licuit ex ossium contactu, itinerisq; longitudine uoluit indurescere. Nulli enim non obuium est, quàm callidè furculum instar capreoli inuolutum duriorem effecit. quòd is solus ossi minimo spacio contiguus sit: alios autem non inuoluit, quòd longo interuallo ossibus attendantur, ipsorumq; nonnulli per tortuosos & inuolutos ossium meatus etiã porrigantur.

*Neruus iuxta quinti paris radicẽ principium ducẽs.*

*Quot neruorum propagines temporali musculo offerantur.*

l 4 muscul. tab. A. m 2 figu. R.
n 1, fi. iuxta M, L.
o 1, 2 fi. iuxta a oritur d. 14 fig. li. 7 L.
p 3 figu. ca. 12 libri 1. H sub G.
q 6 mus. ta. nus A, alter D.
r 2 figu. Q. R. b. c. d.

## DE SEXTO PARI NERVORVM cerebri. Caput IX.

RELIQVORVM parium, quę in caluariæ amplitudine principium ducunt, nullum æquè sparsam ramorum edit sobolem, neque in tam multas easdemq; uarias inseritur partes, atque [a] sextum cerebri neruorum cõiugium, quod paulò inferius quinto pari aliquot distinctis ac à se inuicẽ diremptis surculis initium sumit, qui mutuò mox ab initio cõmissi, unum efformant neruum, qui per [b] foramen caluariam egreditur, quod arteriæ soporalis [c] minorem ramum, & grandiorem internæ iugularis uenæ ramum, simul admittit. Neruus hic non procul ab egressu in musculos posteriorem cervicis sedem occupantes [d] ramum diffundit, numerosa utcunq; serie in soboles digestum: quarum præcipuæ [e] musculo exporriguntur, scapulam mouentium secundo. Ipse autem sexti paris truncus, [g] soporariæ arteriæ ac [h] septimo pari cohæret, & simul cum ipsis membranæ interuentu connexus, ad laryngis usque latera protenditur, inibi portionem à septimo pari [i] assumens, illaq; se augens. Deinde sextum par quum hanc assciuit portionem, laryngis musculis [k] ramulos transuersim exhibet. Sunt autem illi musculi [l] duo scutum imitanti laryngis cartilagini duntaxat proprij, qui ex stomacho gulæ úe posteriori sede pronati, eius cartilaginis lateribus inseruntur. deinde [m] duo tertiæ cartilaginis basim occupantes, & [n] duo ex illis qui primam cartilaginem secundæ committunt. Hinc uerò sextum par soporali arteria & interna iugulari [o] cõcomitatum, ad thoracis usque elatiorem descendit sedem, ac mox [p] insignem utcunque propaginem ad primæ thoracis uertebræ latus, seu potius ad anteriorem primæ thoracis costæ radicis sedẽ deriuat, quę sub membrana costas succingente, secundùm costarum radices prorepens, à [q] neruis in costarum interualla à dorsali medulla exporrectis, [r] furculos quosdam assumit. Quum uerò hæc propago eiusmodi adaucta surculis, septum transuersum prætergressa [s] est, in cibi potusq; organa, uti postea dicemus, dispensatur. Præter hanc propaginem sexti paris neruus iuxta superiorem thoracis sedem [t] ramulos [u] musculo offert, à pectoris osse & clauicula ad mamillarem capitis processum deducto, & capitis motibus subseruienti. Deinde & [x] musculo qui os υ referens hinc à pectore accedit. Præterea & [y] illi qui hinc ad infimam primæ cartilaginis laryngis sedem perfertur. Huiusmodi sanè utrorumq; sexti paris neruorum priusquam thoracis cauitatem subeant, series uisitur. quæ autem adhuc enarranda supereſt, mox atq; hîc figuram contextui interiecero, describetur.

a 1, 2 fi. c. 9 fi. lib. 7 N.
a 3 figu. N.
b 2, 3 fi. ca. 11 li. 1. C.
c fig. ca. 14 li. 3 let C.
d 2 fig. f.
f 9 muscul. tab. v.
g ult. fi. lib. 3 & r.
h 2 fi. r.
i 2 fig. e.
k 2 fig. g.
l 2, 3 fig. ca. 11. lib. 2 L.
m 7, 8 fi. ca. 21 li 2 V.
n 4 fi. cius dem ca. N.
o ut in ulti. fi. li. 3, x, y.
p 2 fi. b.
q Spectan. tur 2 figur. cap. 11. ubi furculi 2, 3 notantur.
r 2 fi. i, i.
s ad q sub a 7 muscu. tab.
t 2 fi. h, i.
u 4 muscu. tab. o.
x 4. ta. S.
y 5 ta. P.

*QVAMVIS nuda septem neruorum cerebri pariũ delineatio ad finem primi Capitis posita, omnem sexti paris seriem ostendat, atque ita pariter neruos recurrentes (qui Græcis ἀλινδητικοὺς uocantur) exprimit, non absre me factu rum arbitror, si peculiarem eorum tabulam unà cum arteriæ magnæ & asperæ partibus, quãtum scilicet ad ipsorum seriei attinet ostensionem, hic contextui Capitis interijciam. quum horum neruorum adeò frequens medicis sit mentio, & intui tus pariter ob summum Naturæ miraculum nulli non sit longè iucundissimus.*



*A Arteriæ magnæ ex sinistro cordis uentriculo exortus, ubi hæc duas coronales arterias promit.*

*B Arteriæ magnæ truncus deorsum ad spinam reflexus.*

*C Arteriæ magnæ ramus obliquè sursum ad primam sinistri la teris costam tendens, ac in sinistram postea manum excurrens.*

*D Arteriæ magnæ portio iugulum petens.*

*E Arteria transuersim in dextram manum procedens. Quas uerò hæc & illa quam D insigniuimus soboles diffundant, ex nuda arteriæ magnæ figura, decimo Capiti tertij libri subiun cta, petas licebit.*

*F,F Soporalis dextri lateris arteria.*

*G,G Sinistra soporalis arteria. H Asperæ arteriæ caudex.*

*I,K Duo asperæ arteriæ trunci, in quos hæc primùm ad pulmo nes finditur.*

*L Larynx, cuius musculorum, ut & linguæ & ossis υ referen tis figuras, ex tabulis secundi libri dudum didicisti.*

*M Glandula laryngis radici utrinq; ad latus connata.*

*N Dexter sexti neruorum cerebri paris caudex.*

*O Sinister sexti paris caudex.*

*P Dextri nerui ramuli ad arteriam quæ dextræ exporrigitur axillæ, reuoluti, & in unum coëun tes neruum, qui interdum unico constat ramulo.*

*Q,Q Dexter neruus recurrens.*

*R Sinistri sexti paris caudicis surculi, qui ad arteriæ magnæ truncum uersus spinam detortum reflectuntur.*

*S,S Sinister neruus recurrens, qui etiam nonnunquam unico incipit surculo. Reliquæ sexti paris ner uorum propagines in nuda cerebri neruorum tabula spectandæ sunt.*

*Dexter ner uus recurrẽs.*

Quum itaq; dexter sexti paris neruus thoracis cauitatem ingressus est, atq; inter arterias & uenas in iugulo repit, ab interiori ipsius latere[a] modò tres, [b] modò duos inuicem mox succedentes diffundit ramulos [c] reuersiuũ dextri lateris neruum cõstituentes. Ramuli enim isti ad [d] arteriam quæ in dextrã alam exporrigitur, ueluti ad trochlei rotulam reuoluti, simul coëunt, neruumq; unum efformant, ad dextrum asperæ arteriq; latus sursum excurrentem. Quum primùm enim ex illis ramulis (quorum loco interdum simplex uisitur) unus cõflatur neruus, qui dextrum asperæ arteriæ latus petit, & membranæ interuentu ipsi adnexus ad dextrum usque laryngis latus properat [e] glandulæ incumbens, quæ alijs glandulis neque colore, neque substantia respondens laryngis radici hîc in dextro latere (uti in sinistro altera) adnascitur. Illico autem atque neruus laryngem contingit, in plures partitur soboles, in sui lateris musculos digerendas. Qui uerò illi sint, posteaquam sinistrum recurrentem neruum sermone ad sinistrum laryngis latus deduxero, subiungam. Sinister itaque sexti paris neruus iam in thoracis cauitatem ingressus, [f] arteriæ in sinistram manum propagatæ ramulos, qui sursum reflecterentur, exporrigere nequit, quòd ea obliquè sursum, non autem dextræ arteriæ modo, transuersim, in alam contendat. Haud quaquam enim æquè tuta ad obliquum atq; transuersum, chordæ alicuius reflexus perficitur, imò hæc si ad obliquum baculum reuoluitur, sensim sursum consce-

*Sinister re currens.*

a P. 11. fig. gul.
b 6 fig. lib. 6 b.
c Q, Q. fig. m.
d E. fi. cap. 12. lib. 3 Y.
e M.
f C. fi. ca. 11. lib. 3 D.



dit, eandem reflexus sedem nunquam seruans: ac proinde sinister neruus tantisper uersus cordis basim descendit, quousque extra cordis inuolucrum arteriæ magnæ contingat[g] truncum, qui deorsum ad spinam explicatur. Atque hîc mox[h] tres, aut etiam [i] pauciores à neruo educuntur surculi, qui ad arteriæ truncum, quà is ad spinam deflectitur reuoluti, inuicem uniuntur, [k] sinistrumq; recurrentem neruum constituunt. qui sursum properans, membranæ beneficio asperæ arteriæ sinistro lateri attenditur: ac cùm primùm laryngem contingit, non minus quàm dexter neruus in ramos deriuatur, qui omnes in sui lateris musculos deorsum capita habentes cessant. Sunt autem hi, si utriusque lateris musculos iunxeris, [l] quatuor, secundæ cartilagini tertiam nectentes, quorum beneficio tertia cartilago retrorsum atque in latera ducitur, & laryngis [m] lingula adaperitur. Præterea [n] duo tertiam cartilaginem primæ iungentes, qui laryngis rimulam, seu lingulam claudunt, ac soli propemodum tunc expirationi obstant, quum egerentes ui spiritum retinemus, ac interim quantum possumus, cæteris musculis expirationem molimur. His præter alios nonnullos accedunt linguæ [o] musculi, ab ossis υ referentis medio ut linguam moueant pronati. Quum enim præsentes musculi inferiùs sua sortiuntur capita, atq; deorsum necessariò mouendũ corpus attracturi erãt, necessum quoq; esse credimus, ut animalis spiritus ab inferioribus partibus sursum quodãmodo ipsis duceretur. Quod quanta industria immẽsus corporis nostri Opifex in horum neruorũ conuolutione molitus fuerit, & si ex ipsa dissectione, & succincta hac neruorum distributionis narratione, & illa quã antea exhibuimus tabula dignoscere possis: nihilo minus Galenum, qui hos neruorum influxus omnium primùm ab ipso inuentos meritò gloriatur, adeundum hortor. Qui in septimo de Partium usu, ueros Deo celebrat hymnos, magisq; attentam requirit mentem, quàm si Eleusinia & Samothracia, uel aliam quancũq; celebrationẽ diuinã, æquis auribus astans, intentusq; ijs quæ fiunt dicuntur que à sacerdotibus, audias. Iure enim Galenus sibi persuadet, celebrationẽ inibi traditam his nulla parte inferiorem esse, neque minus ostendere incredibilem sapientiam & prouidentiam uirtutémque omnium conditoris Dei.

*Reuersiui nerui cur sit.*

Porrò sexti paris neruipostquam reuersiuos exprompsere, ac iam cordis basim spectant, ramulos notatu dignæ crassitudinis [p] in pulmonũ tunicam [q] & membraneum cordis inuolucrum dispergunt. Item à ramulis sinistram cordis inuolucri sedem implicantibus, atque à sinistro sexti paris neruo depromptis, [r] furculus quidam cordis inuolucrum inibi permeat, ubi id sinistro lateri [s] arterialis uenæ unitur. Atque hîc furculus oppidò quàm tenuis, & non nisi accuratissimè sectionem administrantibus obuius, ipsi arteriali uenæ adnascitur, et ad sinistrum ipsius latus uersus posteriora tamen magis exporrectus, in cordis basim fertur, inibi mox in soboles capillorum modo gracillimas consumptus, ac cordis basis superficiei uix proprius. Qua autem ratione illum nimis quàm tenuem neruulum adinuenias, ad sexti libri calcem sedulò exequar, ibidem cordis ipsiq; subministrantium organorum sectionem pertractaturus. Cæterùm quod ex neruis sexti paris [t] reliquum est, deorsum ad stomachum defertur: ac dexter quidem dextro ipsius attenditur lateri, sinister autem sinistro. Mox uerò atque hi nerui stomacho membranæ interuentu laxè adnectuntur, singuli in binos partiuntur ramos, adeò obliquè secundùm stomachum conuolutos, ut dextri nerui rami sinistram ipsius sedem in progressu obtineant, sinistri autem rami dextram sedem amplexentur. Atque ita quatuor præsentes rami septum transuersum unà cum [u] stomacho permeant, nullos prorsus in transgressu septo surculos offerentes. Verùm sparsa admodum serie superius uentriculi os [x] ambiunt, contexuntq; ramos in priora & posteriora corporis uentriculi spargentes. Ab ijs ramis qui dextrum huius orificij latus implicant, [y] propago utcunque insignis depromitur, quæ per uentriculi superiora secundùm ipsius latitudinem inferius uentriculi orificium accedit, in progressu anteriori posterioriq; uentriculi sedibus soboles quasdam diffundens. Quum uerò illa propago inferius orificium superauit, uenæ portæ instrata in iecoris cauum [z] properat, ibidem in iecoris membranam tunicam ue absumenda. Dextri nerui sexti paris ramus, quem ante recurrentium neruorum principia costarum radicibus sub tunica costas succingente exporrigi, aliorumq; neruorum per costarum interualla excurrentium [b] cõgressu

*Reliqua sexti paris in tho racis amplitudine series.*



*QVONIAM Galenus in horum neruorum descriptione, quemadmodum & nonnunquam alibi, mentionem facit instrumenti glossicomi, nos lectori non incommodaturos duximus, si hunc characterem F, in quo id instrumentũ obiter exprimitur, hic interijceremus: unà cũ E, quo instrumentum delineatur brachij, sed potissimum femoris luxationibus restituendis idoneum. Licet hæc alio libro ac argumento tractanda putemus.*

*Sexti paris series in nutritionis organa.*

p 2 fig. q. q 2 fig. r.
r 6 fig. lib. 6 b.
s cauf. fig. I.
t 2 fig. f. & 14, 15 fig. li. 5 T, V.
u 7 muscul. tab. 2.
x 2 fig. t.
y 2 fi. u. & 15 fi. li. 5 X.
z 2 fi. x. & 12 fi. li. 5 T, & 15 fi. Y. 2
a 2 fi. h.
b 2 fi. i.

augeri docuimus, simulatq; septum transuersum unà cum grãdi arteria prætergressus est, propagines diffundere incipit, ac [c] primam quidem inferiori membranæ omenti offert transuersim iecoris cauum adeuntem. Propago hæc in ipso ductu inferiori membranæ omenti [d] ramum exhibet, qui deorsum tensus, atque in furculos dissectus, tum ipsi membranæ omenti in dextra parte implicatur, tum etiam colo intestino, ubi id huic membranæ tanquam ad mesenterium committitur. Deinde [e] alius ramus ab illa propagine duodeno intestino, & ieiuni initio deducitur adeò gracilis, ut interdum conspici nequeat. Post hunc longè [f] crassior superiori membranæ omenti depromitur, qui dextram sedem fundi uentriculi perreptans, multas sobo les uentriculo & ipsi omento communicat. Quod autem primæ illius propaginis adhuc [g] supereſt, iecoris cauo & bilis uesiculæ furculos præbet. Secundam uerò [h] propaginem sexti paris ramus dextri lateris costarum radicibus attensus, in dextrum renem & [i] pinguem membra nam ipsi obductam digerit. [k] Tertiam porrò dictis iam grandiorem diffundit ad dextram mesenterij sedem, & in intestina mesenterio hîc connata spargendam. Quod autem eius rami [l] reliquum est, subinde in uesicam, & mulieribus in uteri fundum dextra ex parte cessat. Vesica enim & uterus quoque suos neruos à dorsali medulla in sacro osse deducta mutuantur. Ad eundem ferè modum sinistri sexti paris nerui ramus costarum exporrectus radicibus digeritur. [m] Propaginem enim inferiori membranæ omenti largitur transuersim in lienis cauum por rectã, quæ in progressu anteaquam lienem contingit, [n] duos diffundit furculos in humiliorem omenti membranam, & colum intestinum quà uentriculo hîc adtenditur, dispersos. Deinde [o] aliam sobolem emittit illis furculis crassiorem, quæ sinistram fundi uentriculi sedem perreptans, uentriculo ipsiq; superiori membranæ omenti (qua etiam soboles ipsa suffulcitur) per multa germina deriuat. Mox quoque à [p] propaginibus lienis cauo se inferentibus, [q] exiles ramuli sinistrum uentriculi latus accedunt, illis concomitati uenis ac arterijs, quas à lienem pe tentibus uasis huc reflecti, antea diximus. [r] Secundam propaginem ramus ille sinistris exporrectus costis, mesenterio & sui lateris intestinis offert, & post hanc [s] tertiam sinistro reni exhibet, ac demum ipsius [t] reliquo sinistram uesicæ ac fundi uteri sedem interdum amplectitur. A [u] propaginibus in mesenterium sparsis, interdum cum [u] seminalibus uenis & arterijs furculos ad testes usq; deductos animaduerti. atq; hæc sexti paris neruorum cerebri est series.

c 3 ſt. y. De inſpecta ſe riatim; & 4 fi. li. 5. u. bi cũ uena & arteria horũ neruo rum occurrit ſeries.
d 2 fi. z.
e 2 fig. a.
f 2 fig. b.
g 2 fi. *. & ſ fig. 13 lib. 5.
h 2 fig. 7.
i 20 fig. lib. 5 T.
k 2 figu. d.
l 2 fig. c.
m 2 fi. ſ. & huius propaginis ſeriem pete ex 3, 4 & 14, 15 figu. lib. 5.
n 2 fig. d, e.
o 2 fig. f.
p 2 fi. e.
q 15 fi. lib. 5 &. &.
r 2 fig. a.
s a.
t μ.
u 22, 23 fig. lib. 5 x, i, &, y.

## DE SEPTIMO PARI NERVORVM cerebri. Caput X.



NERVORVM cerebri [a] septimum ac ultimum par, uti cæteris paribus durius est, sic quoq; ex duriori enascitur principio. incipit enim aliquot inuicem distantibus furculis, [b] à dorsali medulla, ubi modò caluariam est egressura. Hinc in anteriora modicè tensum, & ipsius furculis in unum coëuntibus, per [c] foramen procidit, sibi priuatim exculptum. Simulatque uerò septimum id par caluariam superauit, [d] sexto cohæret pari, & [e] propagines aliquot dispensat [f] musculis qui à processibus stylum imitantibus principium ducunt. ex quorum numero est alter tertij paris musculorum ossi υ referenti peculiarium, isq; qui inferiorem maxillam deorsum trahit, & alius linguæ proprius. Septimum par hinc ad linguæ usque radicem descendens, in plures diducitur [g] soboles, quæ in linguæ musculos, & ossis υ referentis, & in omnes laryngis musculos superiùs non connumeratos implicantur, eorum'que musculorum motibus præsunt. Verùm præter illas soboles, septimum par non minimam ipsius portionem sexto pari neruorum cerebri ad linguæ radicem inibi [h] offert, sextum par illa portione adaugens.

a 1, 2 fi. r, tt 9, 14 fi. li. 7 0.
b 1, 2 fig. E.
c 3 fi. ca. 12 lib. 1 d.
d 1, 2 fig. e.
e 2 fi. f.
f 4 muſ. 12. Q. & 5 14. H. I. & 1 2 fi. ca. 19 li. 2 F.
g 2 fig. v.
h 2 fig. o.

PRIMA



## PRIMA TRIVM FIGVRARVM QVAE SVBSEQVENTIBVS CAPITIBVS communes habentur.




*PRAESENS figura duabus modò consequentibus tabulis, quæ neruorum à dorsali medulla prodeuntium nudam seriem ostendunt, potißimum subseruit. Hac namque sola dorsalis medulla, quam uulgo nucham dicimus, ab ea sede qua è cerebri basi principium sumit, ad extremum ipsius usque finem, ex humiliori sacri ossis sede procidentem deli neatur.*

A *Dorsalis medullæ initium è cerebri basi pronatum.*

B *Hac sede dorsalis medulla non amplius simplex deorsum ducitur, uerùm imaginem refert multorum funiculorum, qui simul commißi rectà tenduntur.*

3,4, 5,6,7 *His characteribus neruorum radices notantur, à dorsali medulla priusquam è caluaria labatur prodeuntium. Sunt autem radices hæ eorum cerebri parium, quæ singulis characteribus indicantur.*

D,7 *A B ad D in sinistro latere, & ad 7 in dextro latere dorsalis medullæ pars ceruicis uertebris contenta, et septem quoque eius partis parium radices insigniuntur.*

E,19 *A D ad E in sinistro latere, & à 7 ad 19 in dextro, dorsalis medullæ pars ostenditur, thoracis uertebris complexa. Deinde eius quoque partis duodecim parium radices indicantur.*

F,14 *Ab E ad F in sinistro latere, & à 19 ad 23 in dextro usque dorsalis medullæ pars notatur, lumborum occupans uertebras, à qua quinq; parium radices principium ducunt.*

G,30 *Ab F ad G in sinistro latere, & à 24 ad 30, in dextro dorsalis medullæ pars indicatur, senis sacri ossis ossibus contenta, & sex parium eius partis radices, adeò ut 7, & 19, & 24, & 30 sua serie dorsalis medullæ neruorum triginta paria proponantur.*

H *Dorsalis medullæ extremum inconiugatum ab ossis sacri fine procidens.*

TRIGINTA

TRIGINTA PARI-
*QVAE A' DORSALI ME*
*contenta originem ducunt, nuda delineatio*
*næ cauæ & magnæ arteriæ delineationes*
*Capitibus communium figura-*

VM NERVORVM
*DVLLA DORSI OSSIBVS*
*ea proportione expressa, qua superiùs ue-*
*exhibuimus. Hæc trium subsequentibus*
*rum secunda numeratur.*





TERTIA TRIVM FIGVRARVM SVBSEQVENTI
*BVS CAPITIBVS COMMVNIVM, QVAE OSSIVM DORSI*
*cõtextum posteriori facie ita commonstrat, atq; modò præcedens eundem anteriori facie oculis*
*subijcit. Dein uniuersa dorsalis medullæ neruorum series hac figura depingitur, quæ superiori*
*figura minus oculis subiacet, et cui characteres nõ satis cõmodè illic ascribi potuere. Cæterùm*
*in utrisq; figuris dorsalem medullam adhuc in dorsi ossibus repositã finximus, ut neruo-*
*rum parium numerus & egressus in procinctu ocyus esset, quodq; iam dor-*
*salis medullæ ossibus liberæ effigiem proposuimus.*



CHARAC-

# CHARACTERVM DVARVM QVIBVS DORSALIS MEDVLLAE NERVORVM SERIES EXPRIMITUR figurarum Index.

QVONIAM præsens characterum index duabus figuris habetur communis, & nonnulli characteres utrisq; communes, alij peculiares sunt, non inopportune has notas 1,2 pro characterum ratione illis subscribam. et licet numeri characteres in figuris sint obuij, illis subiungendis notis parum obscuritatis accessurum arbitror.

A 1,2 Dorsalis medullæ sedes, qua primum uertebras ingreditur.

1,2,3, 4,5,6,7.1 Septem ceruicis uertebræ. His quoq; characteribus dorsalis medullæ neruorum paria designantur, quæ ad elatiorem sedem eius cui numerus inscribitur uertebræ spectant.

8,9,10, 11,12,13,14,15,16,17,18,19.1 Duodecim thoracis uertebræ.

20,21,22, 23,24.1 Quinque lumborum uertebræ.

25,26, 27,28,29,30.1 Sex sacri ossis ossa. os autem quod coccyx dicitur, hic non appinximus, quia spinalem medullam nõ continet, nullusq; neruus ab ipso elabitur.

B 2 Prima ceruicis uertebra.

C 2 Prima thoracis uertebra. atq; ita à B ad C septem ceruicis notantur uertebræ.

D 2 Prima lumborum uertebra. à C uerò ad D duodecim thoracis uertebræ indicantur.

E 2 Principium ossis sacri. unde etiam à D ad F quinq; lumborum uertebræ in conspectum ueniunt.

F 2 Primi paris neruorum dorsalis medullæ iam in uertebris positæ posterior propago.

G 1,2 Posterioris primi paris propaginis series. notatur autem præcipuè ramus ipsius trãsuersum primæ uertebræ processum accedens, inibi in musculos aliquot digerendus, quos in Capitum contextus serie explicabimus, ne forte neruorum dorsalis medullæ characterum explicatio alioquin prolixa, in immensum excrescat.

H 1 Anterior primi paris propago.

I 2 Secũdi paris posterior propago, atq; hoc etiã charactere eius propaginis minor ramus insignit.

K 2 Posterioris secundi paris propaginis crassior ramus.

L 2 Commixtio coitusue tertij paris rami, S in prima figura notandi, cum secundi paris ramo K iam indicato.

M,M 1,2 Crassioris secundi paris series ad uerticis & occipitij cutem.

N 1 Anterior secundi paris propago.

3.1 Tertiũ par.

O 1,2 Posterior tertij paris ramus retrorsum ad spinã secũdæ ceruicis uertebræ reflexus, ac inter musculos uertebris hac sede adnatos latitãs. Quando uerò spinã cõtingit, extrorsum fertur per mutuum congressum dextri lateris musculorum ceruicis posteriora occupantium cum musculis sinistri lateris. atq; hinc rursus obliquè in latera ducitur. Hunc sanè ductum omnium parium à tertio hoc, ad uigesimum quartum usq;, posteriores rami imitantur.

P 1 Anterior tertij paris ramus, qui in quatuor dirimitur propagines. ac Q in priori figura primam indicat musculis ceruicem flectentibus insertam. R in utraq; secundam propaginem, quæ cum quarti paris propagine Y notãda cõgreditur. S in priori tertiam, quæ posterioris secundi paris propaginis grandiori ramo K notato inibi commiscetur, ubi L in secunda figura scripsimus. T in utrisq; quartam anterioris tertij paris rami insinuat propaginem musculis insertã, qui transuersis uertebrarum committuntur processibus.

4.1 Quartum par. Veritus ne characterum copia præsentes neruorum tabulas neutiquam profectò casu partas, nec alijs plagio suffuratas obliteraret, quarti paris characteres in sinistrum latus reieci, ut dextrum latus alioquin pluribus oneratum characteribus, hac saltem sede liberum esset, ipsiq; quinti paris & subsequentium parium indices opportunius accõmodarentur.

V 1,2 Posterior quarti paris ramus.

X 1,2 Anterior quarti paris ramus in ternas diremptus propagines. Y in priori figura indicatur, prima propago, tertij paris propaginẽ R insignitam admittens. a in eadẽ secunda propago in musculos dispẽsata, transuersos uertebrarum processus occupantes. b similiter in priori tertia propago, quinti paris portionem e notandam, ad septi transuersi nerui constitutionem accedens.

5.1 Quintũ par.

c 1,2 Quinti paris posterior ramus.

d 1,2 Quinti paris anterior ramus, ab ipsius interno latere ramulum musculis ceruicem flectentibus exporrigens, qui inter d & characterem 6 est conspicuus.

e 1 Propago anterioris quinti paris rami, maximam constituens portionem septi transuersi nerui.

f 1,2 Anterioris



f 1,2 Anterioris quinti paris rami propago, quæ inter musculos occultata ad summum perreptat humerum. Characteres illi in secunda hoc modo f, f conspicui, huius propaginis soboles notant, musculis scapulam attollentibus oblatas.

g 1,2 Propaginis f notatæ ramus in cutem exporrectus, quæ summum integit humerum, & musculum quo brachium attollitur.

h 1,2 Propaginis f notatæ ramus musculi brachium attollentis parti insertus, quæ à clauicula & summo humero, quà is clauiculæ articulatur, principium ducit.

i 1,2 Propaginis quam f insigniuimus ramus, brachiũ attollentis musculi parti insertus, quæ à scapulæ spina exorditur: soboles autem rami i notati quæ in brachij cutem exporrigitur, cum brachij neruorum notis π & π in utraque figura indicabitur.

6.1 Sextum par.

k 2 Posterior sexti paris ramus.

l,m Nescio qua incuria l & m in prima figura omiserim, num scilicet in apponendis characteribus eos præterierim, quum in sinistro latere fortassis illos adhibitos arbitrarer: an uerò appositos sculptor non expenderit. Vtcunque sit, ad sinistrum latus e, tuo marte adscribes l, ut sexti paris anteriorem indices ramum. m uerò accommodabitur illi surculo, quem à sexto pari uersus n, hoc est septi neruum, deduci conspicis. Atque id figura hic inserta monitus, multò præsteteris facilius, quàm ego, delineationem fortè uitiaturus, & nihil interim promoturus, iam sculpta ac prælo subijcienda tabula l & m cæteris characteribus adijcere possem.




n,n 1,2 Septi transuersi neruus ex tribus surculis b, e & m conflatus. Quod uerò utriusque lateris neruus & in priori figura & in posteriori obliquo ductu incedat, hinc fit, quòd intersepientes thoracem membranæ propter cordis inuolucrum quod inibi amplexantur, hac sede extuberant.

o,o 1 Septi transuersi nerui in septum series.

p 2 Sexti paris ramus cauam scapulæ sedem petens, & uarijs oblatus musculis.

q 1,2 Anterioris sexti paris rami cum proximorũ pariũ ramis implexus, portioq; brachiũ accedens.

7.1 Septimum par.

r 2 Posterior septimi paris ramus, similiter atque alij huius sedis rami sparsus.

s 1 Congressus septimi paris cum proximis paribus, qui neruos in brachium deducit.

t,t,t 2 Propagines sunt septimi paris, seu potius nerui brachium petentis tertij, ac τ notandi, quæ in huius sedis musculos scapulam & brachium mouentes accedunt.

8.1 Octauum par, seu parium dorsalis medullæ in thoracis uertebris repositæ primum.

u 2 Posterior octaui paris ramus.

x 1,2 Octaui paris congressus cum septimo pari, à quo in brachium aliqui exporriguntur nerui.

y 1 Octaui paris propago secundùm superiorem primæ thoracis costæ sedem ad pectoris usque summum prorepens.

α,α 2 Surculi octaui paris, seu potius quarti brachium adeuntis nerui, qui in huius sedis musculos diffunduntur.

9.1 Nonum par.

β 2 Posterior noni paris ramus.

δ 1 Ne y uicinum ipsi y offenderet, anteriorem noni paris ramum δ insigniuimus, hic quoque notantes eius rami propaginem primæ costæ exporrectam.

ζ 1 Propaginis δ insignitæ surculi, in musculos thoraci hic instratos protensi. Verùm huiusmodi surculi in subsequentibus paribus exprimentur dilucidius.

10,11, 12,13,14,15,16,17,18,19.1 Paria neruorum à nono pari ad uigesimum usque notantur, quibus eadem penè propaginum, & potissimum ad costarum interualla est series.

η,η 1 Surculi intercostalium neruorum sexti paris neruorum cerebri ramum augentes, qui sub tunica costas succingente costarum radicibus exporrigitur.

θ,θ,θ 1 In dextro prioris figuræ latere rami notãtur, ab intercostalibus neruis in musculos uaria serie excurrentes, qui thoraci insternuntur. Verùm in sinistro latere paulo expressiùs eiusmodi ramos insigniui. Nam ι & ι ramos indicant in elatiorem partem exporrectos musculi brachium pectori adducentis, cuius fibræ deorsum obliquè, ut & præsentes rami, porriguntur. κ uerò & λ rami indicantur in humiliorem eius musculi sedem excurrẽtes, ac obliquè sursum reflexi. Porrò λ & λ rami ostenduntur, obliquè descendenti abdominis musculo exporrecti. μ & μ rami insinuantur in musculum propagati, cuius ope brachium uersus dorsi humiliora ducitur. At

etusmodi uarij spectatuq; iucundissimi ramulorum ductus & inflexus ex ipsa potius sectione, quàm hinc ubi omnes delineari nequeunt, obseruandi ueniunt.

ν 1 In dextro latere ν ponitur, indicaturum nerui sobolem papillæ elargitam.

ο,ο 1 Ramuli à decimooctauo pari & decimonono, principiũ accedẽtes musculi femur mouẽtiũ sexti.

π,π 1 Primus neruus brachium accedẽs, qui in externæ brachij sedis cutẽ digeritur. Verùm in utraq; figura ρ secundus brachium subingrediens neruus erit, τ tertius, Φ quartus, * quintus, χ sextus.

ρ 1,2 Secundus brachium petens neruus, quem Galeno plus satis tribuens, graciliorem quàm oportuit expreßi, secus quàm in figura huius libri calci insuta.

ρ,ρ 1 Secundi nerui propagines, quæ capitibus anterioris cubitum flectentium musculi digeruntur.

τ 1,2 Tertius brachium accedens neruus. Quòd uerò secundus & tertius neruus paulò magis quàm natura se habent in brachij exteriora delineati sint, in hoc factum putato, ut nerui inuicẽ in pictura magis quàm natura distantes, omnia ad amußim oculis subijciant.

υ 1 Tertij nerui propago in cutem excidens, inter musculum pectori brachium adducentem, & eum qui brachium sursum ducit.

φ 1 Tertij nerui ramulus capiti oblatus, musculi cubitum flectentium posterioris.

χ 1 Tertij nerui propago, in cutem anterioris brachij sedis diffusa.

ψ 1 Hic congreßus tertij nerui portionis cum secundo notatur. uerùm iam sæpius obseruauimus tertium neruum à secundo augeri, uti in figura etiam pinxi, quæ huius libri calci adhibetur.

ω 1 Secundus neruus post congreßum ipßius portionis cum tertio neruo deorsum prorepens.

Γ 1 Secundi nerui surculus capiti exporrectus oblongi, & radium in pronum ducentis musculi.

Δ 1 Nerui secundi ramus secundùm radium ad brachiale usq; properans, ac externam primi pollicis internodij sedem sub cute inibi ascendens, ubi humilius Δ reponitur.

Θ 1 Nerui secundi ramus, iam dicto ac Δ insignito crassior: qui mox in duas propagines, Λ nimirũ & Ξ diuiditur.

Λ 1 Rami quem Θ insignùi elatior propago, sub cute secundùm internum latus repens musculi oblongi, & radium in pronum ducentis.

Ξ 1 Rami Θ insigniti inferior propago.

Π,Σ 1 Inferioris illius propaginis Ξ notatæ duo præcipui rami, secundùm internam cubiti sedem ad uolam usq; frequenter exporrecti, quemadmodum & in dextra delineatum est manu.

Φ 1,2 Quartus brachium subiens neruus. Huius nerui propagines etiamsi accuratè in utraque delineatæ sint figura, posteriori tamen duntaxat characteres adhibiturus sum, ne prior figura plus satis hic obfuscetur.

Ψ 2 Quarti nerui propagines musculis interdum extendentibus diffusæ.

Ω 2 Quarti nerui ramus in cutem posterioris brachij & cubiti articuli sedis exporrectus.

32.2 Quarti nerui propago cutem accedens humiliori sedi externi lateris brachij obductam.

33.2 Quarti nerui soboles in exterioris cubiti regionis cutem ad brachiale usq; protensa.

34.2 Diuisio quarti nerui, quà iam externo humeri tuberculo insidet.

35.2 Elatior dictæ modò diuisionis ramus.

36.2 Elatioris rami 35 notati, in exteriorem pollicis, indicis & medij sedem propaginum series.

37.2 Demissior ramus diuisionis 34 indicatæ, qui ulnæ exporrigitur.

38.2 Propagines commonstrantur demissioris rami 27 insigniti, quæ musculis inseruntur, ab externo humeri tuberculo initium ducentibus.

39,40,41. 2 His notis propagines notãtur demissioris illius rami qui ulnæ exporrigitur, quas offert triũ musculorum initijs, ab externa ulnæ regione secundùm ipsius longitudinem pronatis.

42.2 Rami illius ulnæ exporrecti, ac 37 insigniti finis, ac surculi, quos articulo brachialis cum cubito præbet.

* 1,2 Quintus brachium ingrediens neruus.

43.1 Tertij & quinti brachiũ accedentiũ neruorũ series, in musculos internã cubiti sedẽ occupantes.

44.1 Tertij nerui ramus radio exporrectus, ac postmodum in internam sedem pollicis, indicis & medij digestus.

45.1 Quinti nerui ramus ulnæ attensus, & propagines deriuans internæ sedi minimi digiti, & anularis, & medij.

46,1 Rami



Rami illius qui ulnæ attenditur, ac 45 insignitur, propago externæ sedi minimi digiti, & anularis, & medij oblata.

46.1

γ 1,2 Sextus in brachium pertinens neruus.

47.1 Sexti nerui finis, non procul à brachialis cum cubito connexu desinens.

48,48.1 Surculi passim à sexto neruo in cutem, cui is exporrigitur, excurrentes.

20,21, 22,23,24.1 Quinq; paria neruorum è lumborum uertebris egredientium.

49,49.1 A uigesimo pari principium ducens ramus, cum seminali arteria ad testem exporrectus.

50,50.1 Series neruorum per abdominis musculos.

51.1 Rami à neruis qui abdominis musculis offeruntur, in musculum excurrentes, quo brachium uersus dorsi humiliora ducitur.

52,522 Posteriores rami neruorum è lumborum uertebris procedentium. Porrò ramuli qui in priori figura hos characteres 20, 21, 22, spectant, illi sunt qui ramum augent sexti paris neruorum cerebri costarum radicibus exporrectum, ac etiam ramuli sunt digesti in principium sexti femur mouentium musculi. Ramuli autem 23 & 24 spectantes, illi sunt qui musculis hanc dorsi partem flectentibus offeruntur.

25,26, 27,28,29,30.1 Sex sacri ossis neruorum paria. Ramuli illi qui numero proximi sunt, illi censentur, qui ueßicæ & uteri quoq; ceruicibus implicantur, aniq; musculos pariter accedunt.

53.1 Primi paris ossis sacri, seu uigesimiquinti paris propago, internæ ilium ossis sedi, ipsisq; adeò abdominis musculis hinc ab ilium osse prodeuntibus exporrecta.

54.2 Vigesimiquinti paris propago, gibbum ossis ilium accedens, & musculis inibi cluniumq; cuti ramos offerens. Huc & à subsequentibus paribus ramuli pertinent.

55.2 Ramus est propaginis 54 insignitæ, qui hic musculis offertur.

56.1,2 Dorsalis medullæ terminus absq; coniuge, indiuisusq; procidens.

57.1 Primus femur subiens neruus.

58.1 Primi femoris cruris ue nerui ramus cutem accedens.

59.1 Primi cruris nerui portio musculis implicita.

60.1 Secundus in crus prorepens neruus.

61.1 Secundi cruris nerui ramus, secundùm internam femoris & tibiæ sedem ad summum usq; pedem sub cute prorepens.

62.1 Rami 61 insigniti, in pedis summum distributio.

63.1 Rami 61 insigniti, notatu dignæ soboles cuti anteriorem genu sedem ambienti digestæ.

64.1 Secundi crus petentis nerui portio, femoris profundiora subintrans.

65.1 Portionis illius quam 64 notauimus ramus facilè primarius, ac quinto femur mouẽti insertus musculo.

66.1 Tertius in femur pertinens neruus.

67.1 Tertij crus petentis nerui soboles, in musculos digestæ, pubis ossis foramen occupantes.

68.1 Tertij femoris nerui ramus in cutem exporrectus.

69.1 Tertij femoris nerui portio in alto permanens, & musculis implicita.

70.1 Præcipua modò dictæ portionis soboles musculo distributa tibiam mouentium secundo.

71.1,2 Quartus, idemq; crassißimus in femur procedentium neruus.

72.1,2 Quarti nerui propago in posterioris femoris sedis cutem magna ex parte diffusa.

73.1 Quarti nerui soboles in musculorum capita depromptæ, quorum origo à coxendicis ossis appendice pendet.

74.1 Quarti nerui ramus, primum quarti tibiam mouentis musculi portioni à femoris osse principium ducenti oblatus, ac mox in cutem excurrens, quæ inferiori sedi obducitur, posterioris regionis femoris & genu articuli.

75.1 Rami quarti crus petentis nerui, qui capitibus offeruntur musculorũ, ab inferioribus femoris capitibus principium ducentium.

76.1 Quarti nerui in duos crassitie impares ramos diuisio, quam inter humiliora femoris molitur capita.

77.1 Gracilior ac exterior dictæ modò diuisionis truncus.

78,78.1 *Exterioris trunci propago, cutem subiens externæ tibiæ sedi obductam.*

79.1 *Exterioris trunci propago cuti subtensa, anteriorem tibiæ sedem ambienti.*

80.1 *Interior crassiorq; truncus magnæ quarti nerui diuisionis.*

81,81.1 *Interioris trunci propago cuti tibiam posteriùs integenti substrata.*

82.1 *Propago exterioris trunci, interiori trunco commixta.*

83.1 *Interioris trunci in pedis humiliori sede distributio.*

84.1 *Portio rami 78 notati, pedis superiora accedens.*

85.1 *Portio interioris trunci, quæ cuti exporrigitur anteriori sedi articuli obductæ, quo talus tibiæ articulatur.*

86.1 *Interioris trunci ramus, pedis superiora accedens, sed interim in alto latitans. Qua autem ratione interioris exterioriscq; truncorum series subinde uariet, in ipso decimiseptimi Capitis contextu sum explicaturus. Præter figuras, quarum modò indices expressi, subsequentibus Capitibus mirè ea confert, qua præsenti libro colophonem additurus sum. Quamuis enim illa non ad hunc librum, sed ad Epitome sit parata, quia tamen postremam & fortè etiam ueriorem ipsam delineaui, non ab re me facturum duxi, eius notas aliquando in margine subsequentium Capitum ponere.*

## DE DORSALI MEDVLLA, ET NERVORUM ab ipsa prodeuntium numero. Caput XI.

*Dorsalis medullæ ab ossiū medulla differentia.*



DORSALIS [a] medulla neruorum modo substantiæ cerebri à qua originẽ sumit correspondens, quanto magis à cerebro recedit protenditurq;, tanto (neruorum etiam ritu) compactior duriorq; efficitur. Variat enim plurimum ab aliorum ossium medulla impense humida, propemodumq; fluxili, siquidem hanc, & præcipuè ipsius substantiam molliorem pinguedini, uel adipi assimiles licet in ossium sinibus nutriendi humectandiq; gratia asseruato. Quapropter ex hac nullum prorsus neruum neq; durum neque mollem exoriri reperies. Quinetiam præsens medulla nec cerebri, aut dorsalis medullæ inuolucris obtegitur, nec præterea ipsi adeò dignæ notatu arteriæ ac uenæ obtenduntur. Quapropter etiam nulla ratione cerebro & dorsali medullæ similis est, neq; ulla illi cum sensus organis aut musculis communio existit. Quum interim dorsalis medulla non paruam cum musculis

*Dorsalem medullam procreandi necessitas.*

communionem sibi uendicet. Quippe si rerum Opifex hanc non produxisset, duorum alterum subsequeretur. aut enim omnes corporis partes capite inferiores, ac à [b] neruis sexti paris neruorum cerebri propagines nullas admittentes, motu destituerentur arbitrario, tristantium q; sensu priuarentur: aut neruum in singulas partes à cerebro deriuari necessum esset. Verùm si motu carerent, tunc homo non amplius animal, sed lapideæ luteæ ue correspondet statuæ. A cerebro autem in singulas partes exiguum & grandem neruum porrigere, artificis esset neruorum securitatem nihili pendentis. Nam non solùm gracilem neruum, ut qui rumpi confringi que possit, longo progressu deduci non erat tutum, uerùm ne aliud quoddam ualidorum etiam organorum, & minus adhuc uenam aut arteriam. [c] Hæ enim ut dorsalis medulla à propria origine grandes amplæq; enascentes instar caudicis in progressu uariè dissinduntur, & quum corporis partibus appropinquant, furculos singulis partibus offerunt, qui materiam ipsis à principio oblatam communicent. Vnde etiam satius fuit dorsalem medullam uelut fluuium aliquem, ex fonte nimirum cerebro effluentem, per eam se-

*Dorsalis quâ munienda.*

dem qua transit geniculatim neruos tanquam sensus & motus arbitrarij uectores [c] germinare, uti modò rerum Opifex probè est molitus. Cæterùm quando dorsalis medulla instar alterius cerebri omnibus propemodum partibus sub capite positis censetur, hanc quoq; oportebat similiter ac cerebrum [d] duro & ferendis iniurijs pertinaci munimẽto, ac uelut propugnaculo cingi. Cuiusmodi uerò id sit, in primo libro, dum dorsi uertebrarum structurã prosequerer, abunde dictum est. Præterea duræ etiam membranæ dorsalem medullam amplexantur, [e] ijs omnino specie respondentes, quibus cerebrum obuoluitur, etiam si distantia inuicem non congruant. Crassam enim seu duram cerebri membranã à tenui in caluaria distare, gratia distentionis contractionisq; uasorum tenuis membranæ, & ipsius adeò cerebri, in septimo libro declarabitur. In uertebrarũ autem sinibus, ubi membranæ dorsalem medullam ambiunt, dura tenuem contingit. Atque hoc uno inuicem membranæ pugnant: ac eo præterea, quod tertium quoddam

*Ossibus.*

*Membraneis inuolucris.*

a 1. figura.

b 13. 2 fi. ca. 2. c.

c fig. cap. 2 lib. 3 B. fig. ca. 6. B, D, f. fig. ca. 12 A. d figu. cap. 14 lib. 1. e in prioribus fi. li. 7.



inuolucrum egregie ualidum nerueum que duabus illis quæ dorsali obducuntur membranis, extrinsecus circunducatur. Neque profectò in cassum hæc molitur Natura: quippe quum dorsalis medulla quædam cum cerebro obtineat communia, quædam peculiaria: in communibus quidem communis est fabrica, in peculiaribus autem propria ac differens. Sunt porrò communia, substantiam corporis similem habere, & neruorum esse principium. Peculiaria uerò, mouere quidem cerebrum, ac pulsare naturali quodam motu, non secus atque cor: & cerebrum interim immobili osse comprehendi, non moueri uerò dorsalem medullam uertebris quæ mouentur inclusam. Meritò itaque ipsis pari ratione, duæ membranæ, dura nimirum & tenuis, circumuoluuntur: una quidem præcipuè, ut colliget simul uasa quæ in eis excurrunt, & totam eorum substantiam utcunque mollem constringat: alia, ut inuolucrum efficiatur, & à circundatis ossibus muniat, ipsa que etiam ossa & cerebrum & dorsalem medullam ambiant, uelut propugnaculum quoddam & murus, sufficiens citra noxam excipere impetum eorum quę aut secare, aut frangere, aut aliter nocere possunt. Cæterùm quoniam cerebrũ tenuisq; membranæ uasa pulsant crassam membranã, tanto interuallo à tenui mẽbrana in caluaria priuatim distat, quantum ipsis dum dilatantur, susciendis sat sit. Quoniam uerò dorsalis medulla non pulsat, neque distenditur, utræ que membranæ simul coëunt coalescuntq;, ne minimum quidem mutuò dissitæ. Porrò quod nullus qui sensu dignosci queat, motus capitis ossibus adsit, in uertebris uerò motus sit uarius, dorsali medullæ tertium id inuolucrum, cuius paulo antè meminimus, obductum uisitur. Nam nobis dorsum inclinantibus, ob id que etiam dorsali medulla nec cessariò flexa tensa que, hæc prompte nullo eiusmodi inuolucro succincta frangeretur. At dor-

*Quæ dorsalis cum cerebro habeat cõmunia, & quæ sibi peculiaria.*

f i. cap. 2 Diuersus E. salem medullam unicam (uti & cerebri sedes, à qua [f] principium ducit, unica simplex que est) iustè à Natura factam esse, neminem latêre arbitror, quum homini duo dorsa procreari fuisset planè ridiculum, atque ad plurimas actiones ineptum, quod que dorsalis medulla ualidior per

*Dorsalis cur unica.*

g ni fi. li. 7. uertebras simplex, quàm gemina prorepat. Quàm uerò sit Galeni ratio uana, qua [g] cerebellum simplex esse docet, ut unica fieret dorsalis medulla, in septimo libro explicabimus. Quanquã sa-

*Li. 8. de Vsu partium.*

h 1 fig. à B ad C. nè & hoc loco hominis medulla dorsalis ueniat expendenda, si quidem per [h] totam ceruicem & ad thoracis usque medium aliquando & inferiùs nonnihil, simplex ac indiuisa mollis que ad-

i 3 figu. sub C ad H. huc deorsum fertur, neruos duntaxat geniculatim à se diffundens. [i] Quum uerò thoracis meditu perrepsit, ut duris ac motui potissimùm seruientibus propagandis neruis idonea redderet, non simplex amplius, sed in innumeras secta soboles descendit, non aliter profectò quàm si frequentes multas que tenuissimas chordulas simul rectà tensas membranæ cuipiam illigares, ac

*Vbi dorsalis ueluti è multis funiculis compingitur.*

k fi. cap. 14 lib. 1 Q. deinde per singula [k] foramina per quæ nerui prosiliunt, unam atq; alteram chordulam ex mutuo illo connexu tantisper distribueres, quousque unica tantum superesset chordula, dorsalis medullæ fini respondens. Ad eum nanque modum dorsalis medulla in neruos absumitur, qui per foramina in uertebris exsculpta elabuntur. Quanto autem artificio hæc concinnata sint, partim in primo libro exequutus sum, partim uerò in sequentibus Capitibus recensere conabor. Cæterùm nerui, quos dorsalis medulla per uertebras ducta, ac paulatim in progressu gracilescens distribuit, resectionis professoribus sexaginta, & interdum quinquaginta octo enumerantur, modò triginta, modò uiginti nouẽ complexi paribus. A dorsalis enim medullæ [l] sede septem ceruicis contenta uertebris, septena exiliunt paria. A medullæ autem [m] sede per thoracis uecta uertebras, duodena dependent paria: [n] à quinis autem lumborum uertebris, quina: [k] ab osse sacro sena. quamuis interim quinque inferiora ossis sacri neruorum paria, si quando id sex efformetur ossibus, quodammodo [o] gemina dici possint, quum nerui utrinque antrorsum & retrorsum ducantur ab una radice uix enati. Dorsalis uerò medullæ [p] terminus ex osse sacro procidens, neruus non censetur, neque in ramulos qui neruorum nomen merentur cessat.: quanquam aliquando illum iam ex sacro osse decidentem in tres impensè breues furculos diffundi uiderim, tunc sacro osse quinque solum ossibus conformato. In canibus autem & alijs animalibus, pro dorsi ossium numero neruorum dorsalis medullę parium frequentia quoque differt. Vt nihil de Galeni libris de Partium usu sententia dicam, quando os sacrum quatuor tantum ossibus formari arbitratus est, nullum que aliud os illis subijci scriptum reliquit. Ex illa enim sententia colligere promptissimum est, quàm aliorum Anatomicorum placitis, dum illos libros nobis tradidit, anxiè institerit, quam que inuicem consona nobis scripta reliquerit.

*Quot neruorum paria à dorsali discindantur.*

l 1 fi. à B ad D. aut cha. 7.

m 1 fig. à D ad E. aut à char. 7 ad 19.

n 1 fig. ab E ad F, aut à char. 19 ad 24.

o 1 fig. ab F ad G. aut char. 24. ad 30.

p Pete id ex 2 & 3 figu. q fi. H. 2, 3 fi. cha. 56.

## SEPTEM NERVORVM PARIVM E CERuicis uertebris proſilientium ſeries. Caput XII.

MODO hactenus[a] memoriæ non exciderit primæ ceruicis uertebræ cum occipitis oſſe, & ſecundæ item uertebræ cum prima ſuperiùs traditæ articulationis ſpecies, meritò in præſentia Naturæ prouidentiam ſedulò admiraberis, quæ primo ceruicis pari, & ſecundo, non cæterorum ceruicis aut thoracis neruorum ritu, ſed peculiari quodam, duarum primarum uertebrarum articulationibus impedita, uiã inſculpſerit, ac duos utriuſque paris, quemadmodum & in ſacro oſſe utrinque machinata ſit exortus: unum quidem anteriori corporis ſedi, alterum uerò poſteriori exporrigens. Quippe ut * poſteriori primi paris propagini concinnè uia præpararetur, Natura in primæ uertebræ eminẽtiori ſede ad radicẽ poſterioremq; regionẽ ipſius cum capite articulationis [b] ſinum cælauit, atq; hîc etiã occipitis oſſi [c] ſinum inſculpens foramen effecit primæ ceruicis uertebræ, ipſiq; occipitis oſſi cõmune. Ne ſi fortaſſe integrum foramen tenui illi uertebræ (uti in canibus, quibus grãdior eſt uertebra, euenit) inſculpſiſſet, ipſa quum alioquin magno indigeat robore, multis perforationibus inualida redderetur. Quinetiam quo foramen id arctius eſſe poſſit, Natura poſteriorem primi paris exortum gracilem effecit, eumq; in muſculos duntaxat diſtribuit, [d] qui à prima ceruicis uertebra in occipitis os inſeruntur, & [e] eos qui ab occipitij oſſe in tranſuerſos eius uertebræ proceſſus implantantur: aut, ut clarius dicam, in quarti & quinti muſculorũ caput mouentiũ parium muſculos, præſens propago ſpargitur. ac dextra quidem propago in dextri lateris deperditur muſculos, ſiniſtra antẽ in ſiniſtri: quod etiã tota neruorũ ſerie ſemper, niſi aliud addidero, ſubaudiri uelim. Cæterùm ab hoc poſteriori primi paris exortu ſeu propagine [f] ſurculus etiã deducitur in principium [g] muſculi à tranſuerſo primæ ceruicis uertebræ, & aliquot ſubſequentium uertebrarum principium ſumentis ac ſcapulam ſurſum attrahentis. [h] Altera primi paris propago non ſemper conſpicua, nimis quàm gracilis eſt, atque ab anteriori dorſalis medullæ regione enata, excidit inter primam ceruicis uertebram & occipitis os, iuxta latus [i] teretis ligamenti ſecundæ uertebræ proceſſum (quem denti aſſimilamus) occipitio colligantis. Hæc propago uti gracillima eſt, ita etiam mox in [k] muſculos abſumitur, qui anteriori uertebrarum ſedi obnati, dorſum mouentium primum par recẽſentur. Secundum neruorum par, quando prorſus ex lateribus ſubſequentium parium modo pronaſci nequiuit, utpote ab articulatione duarum ſuperiorum uertebrarum offendendum, aut quòd ſi foramen inibi uertebris eſſet inſinuatũ, articulationis robur omnino infirmaretur, Natura uertebrarũ noxam fugiens, ſecundũ par ut frequentiùs, binis exortibus ſeu propaginibus exoriri operæprecium putauit. ac [l] poſteriorem propaginem, quæ [m] anteriori longè eſt craſſior (quanquam & ipſa gracilis uiſitur) per latera poſterioris ſecundæ uertebræ proceſſus, quem ſpinam uocamus, eduxit, ibidem opportuniſſimũ tutiſſimumq; [n] iter (uti in primo docuimus libro) machinata. Præſens propago quum utriſq; primi paris propaginibus craſſior ſit, in plures quoq; diuiditur ramos. Simulatq; enim prodijt, in duos craſſitie impares [o] diſcinditur, ac [p] craſſior à prioribus quodãmodo ad poſteriora ſurſum tranſuerſim tendit, ex ſpinæ nimirũ ſecũdæ uertebræ lateribus, uerſus ſpinæ medium, ubi mutuus eſt utriuſq; lateris muſculorũ poſteriorem ceruices regionẽ occupantiũ congreſſus. Ramus iſte tertij paris [q] ſobole huc exporrecta [r] coauctatus, ac ex dictorũ iam muſculorũ medio in exteriora prolapſus, contrario penitus ductu ex poſterioribus ſurſum in priora ad caput contendit, atque inibi in uniuerſam capitis cutem tam quæ circa aures, quàm quæ poſt aures ad uerticis uſque ſummum habetur, [s] ſurculos ſpargit. Huius rami progreſſus accuratè propter ſubſequentium parium ſeriem uenit perpendendus. [t] Ab illis enim paribus rami à uertebrarum lateribus ad ipſarum ſpinas pertingũt, & hinc rectà extrorſum per mutuum muſculorum utriuſq; lateris cõgreſſum, & rurſus hinc à ſpinarum ſeu poſteriorum proceſſuum apicibus, dorſiq; medio antrorſum ſeu uerſus corporis latera aſcendunt, & in muſculos digeruntur à ſpinarum apicibus principiũ ducentes, uti ſubſequens neruorum ſeries ordine doctura eſt. Cæterùm poſterioris ſecundi paris propaginis minor [u] ramus in proximorum muſculorum principia diuaricatur. ſunt autem illi tertij & ſexti paris [x] muſculi, eorum quos capitis motibus præeſſe diximus. [y] Anterior ſecundi paris propago admodum gracilis, ab anteriori dorſalis medullæ ſede originem mutuatur, atque [z] inter ſecundam & primam elabitur uertebram ad latus radicis, eius ſecundæ uertebræ proceſſus, quem denti comparamus. Digeritur autem hæc propago mox in [a] muſculos anteriori ceruicis uertebrarum ſedi adnatos, qui primum par muſculorũ dorſi motus autorum conſtituunt. [b] Tertium

neruorum

*Quam uiam Natura primo parauerit pari.*

*Secundi paris egreſſus et ſeries.*

a Hanc ſi opus erit, ex figuris ca. 15 li. 1 reparabis.
* 3 fig. F.
b 3, 11 fi. ca. 15 li. 1 V.
c 1 fi. eiuſd. cap. H.
d 14 muſc. ta. G, F.
e 14 tabula H, I.
f 2, 3 fig. G.
g 13 muſcu. ta. Q.
h 2 fi. H.
i fi. ca. 30 li. 2 I.
k 8 muſc. ta. A, B.
l 3 fi. I.
m 2 fi. N.
n 10, 11 fig. ca. 15 li. 1 r. ſinus autẽ 4 fig. q. & 6 fig. p.
o ad I 3 fig.
p 3 figu. K.
q 2 fig. S.
r 3 fig. L.
s 2, 3 fi. M, M.
t Petes hæc ex 3 figuræ medio.
u 3 fi. ſuper & ad ſiniſtram I.
x 14 muſc. tabu. A, B. K, L.
y N.
z 11 fi. cap. 15 li. 1 m ad latus r.
a 8 ta. A, B.
b 2 fi. cha. 3.



neruorum à dorſali medulla prodeuntium par ex [c] communi foramine ſecundæ ceruicis uertebræ & tertiæ procidit, mox ab egreſſu in duos diſciſſum ramos. [d] Poſterior retrorſum flectitur, ac inter muſculos ceruicẽ [e] extẽdentes, qui dorſum mouentiũ ſeptimus & octauus enumerãtur, ac deinde inter caput mouentium [f] ſecundum par occultatus, ad ſecundæ uertebræ ſpinam contendit, atque hinc ex mutuo muſculorum poſteriorem ceruicis ſedem occupantium concurſu in poſteriora excidens ad ceruicis properat latera, [g] muſculo ſuffultus, qui ex carnea conſtitutus membrana buccarum motus opifex cenſetur. [h] Anterior aũt tertij paris ramus, in quatuor ſpargitur propagines, ac [i] prima muſculos dorſum mouentium primum ac ſecundum implicat. [k] Secunda propago decliuis ducta, quartum adit neruorum par, cuidam ipſius ſurculo commiſcenda, in dictos nuper muſculos abſumpto. [l] Tertia autem ſurſum contendit, ac poſterioris ſecundi paris propaginis ramo in uerticis cutem excurrenti congreditur, unà cum illo (uti prius dictum eſt) diſpergenda. [m] Quarta autem tertij paris anterioris rami propago in [n] muſculos digeritur, qui tranſuerſis uertebrarum proceſſibus connati, ceruicem in latera mouent: & [o] eum pariter qui à tranſuerſis uertebrarum ceruicis proceſſibus principium ducens, ſcapulam ſurſum uellit. [p] Quartum ceruicis neruorum par è communi tertiæ & quartæ uertebrarum foramine excidens, tertio pari ſimiliter in duos partitur ramos. [q] Poſterior aliorum qui retrorſum ad ſpinam inter muſculos occultati reflectuntur modo, uerſus tertiæ ceruicis uertebræ ſpinam contendit, in progreſſu illis quibus intertexitur muſculis, ſurculos diffundens. Quãdo aũt ſpinam contingit, per mutuum elabitur congreſſum, muſculorum poſteriorem ceruicis regionem occupantium, atq; hinc in latũ membraneũq; digeritur muſculum buccarũ motus autorẽ præcipuũ. [r] Anterior aũt quarti paris ramus, ternas educit propagines. ac [s] unã promit, cui tertij paris [t] propago commiſcetur, quæq; in muſculos deperditur ſtomacho ſubſtratos, ac ceruicem flectentes. [u] Secundam uerò propaginem in muſculos diſtribuit uertebrarum lateribus adnatos: cuiuſmodi ſunt quorum beneficio ceruix in latera ducitur, ac is qui à tranſuerſis colli uertebrarum proceſſibus principium ducẽs, ſcapulam ſurſum allicit. [x] Tertia propago duabus nuper dictis gracilior, decliuis fertur, cum quinti paris [y] ſobole congreſſura, ac ſimul cum illa et ſexti paris [z] propagine ſepti tranſuerſi [a] neruũ conſtitutura. [b] Quinto pari, quod prædictis quatuor ſuccedit, quinta uertebra cum quarta uiam præbet: ipſum uerò ſimiliter atq; quartum in duos diſcinditur ramos, ac [c] poſteriorem ad ſpinarum apices retorquet, eodem prorſus modo digerendum, quo poſteriorem quarti paris ramum digeri diximus. At [d] prior anterior'ue quinti paris ramus, primùm [e] ſobolem ſpargit muſculis ceruicem flectentibus. dein [f] grandiorẽ depromit, qui deorſum repens ramulos utriuſq; uicini paris, quarti nimirum & ſexti excipit, & illis adauctus, [g] neruum [h] ſepti tranſuerſi efformat, qui præcipua quinti paris conſtat propagine, & exigua ſobole quarti paris, & item exigua ſobole ſexti. Interdum uerò & ſeptimi paris ſurculus ſepti tranſuerſi neruo accedit, at tunc quarti paris ſoboles ipſi nulla offertur. Atq; hæc ſanè regio admodum induſtriè ſepto trãſuerſo neruos elargitur. Variat enim id à cæteris muſculis non figura ſolùm, uerùm & functione. Orbicularis enim formæ (uti in ſecundo recenſuimus libro) uiſitur, & ſitu obliquo donatur. Mox caput ipſius à quo fibræ dependent, non ut quiſpiã arbitraretur, ex pectoris oſſe, aut coſtarũ cartilaginibus, aut uertebrarum corporibus educitur, ſed in media totius ſepti regione, quæ neruoſa eſt, id conſiſtere nobis perſuaſum habemus. Ac proinde neruos fibris illis motum largituros, eò prorepere ab alto operæprecium fuit, ut in uniuerſam ipſius ſedem ſuam uim ex æquo diffunderent. Si uerò Natura neruos ſepti partibus, quæ pectoris oſſi, coſtis & uertebris connaſcuntur, inſeruiſſet, ſepti finis in ipſius medio haberetur: quũ neruos in muſculorum initia potius quàm fines exporrigi, Anatomes profeſſoribus axioma ſit. Atque hac ratione ſeptum duntaxat neruos à ceruicis uertebris mutuatur. longo enim progreſſu eos ducere, quum poſſent ex proximis ſedibus emitti, Opificis eſſet ignorantis, quid magis in fabrica conduceret. Hac igitur occaſione ſepto ſublimes tranſmittuntur nerui, uniuerſum thoracem perreptantes. Ne uerò in progreſſu periclitarentur, eos interſepientibus thoracem membranis adnexuit, unum neruum ſingulis membranis exteriùs firmans. Neq; profectò minorem cõditoris induſtriam arguit, [i] id quod adhuc anterioris quinti paris neruorum ceruicis eſt reliquum, atq; in [k] muſculũ præcipuè inſeritur, cuius auxilio brachiũ attollimus. Hic enim quia ingens graueq; membrũ impenſè ſurſum attollere debebat, forti ualidoq; indigebat neruo, quem Natura ipſi ſecuriſſimè à commemorata quinti paris portione deduxit. Natura enim ab hac portione [l] ramulos quoſdam porrigẽs [m] muſculis ſcapulam attollentibus, primùm ab externo huius portionis latere [n] neruũ deriuat, qui foràs emergens, atq; in multas ſciſſus ſoboles cutem implicat, qua attollens brachium muſculus integitur. Deinde reliqua portio in profundo recondita, ſimulatque ſcapulæ ceruici appropinquat, in duos ma-

*Tertij paris ſeries.*

*Quarti paris ſeries.*

*Quinti paris ſeries.*

*Septi tranſuerſi neruorũ conſtitutio.*

*Reliquum anterioris rami quinti paris.*

c 7 fi. ca. 15 li. 1 r cum s 8 figuræ.
d 2, 3 fi. O.
e 14 ta. O.
f 13 tab. A, B, C, etc.
g 3 ta. r.
h 2 fig. P.
i 2 fig. Q.
k 2, 3 fig. R commiſcetur cum Y.
l 2 fi. S. cum K ad L. 3 fi.
m 2, 3 fi. T.
n 8 ta. C. 13 ta. H.
o 13 ta. Q.
p 2 fig. cha. 4.
q 2, 3 fi. V.
r 2, 3 fi. X.
s 2 fig. Y.
t 2 fig. R.
u 2 fi. a.
x 2 fig. b.
y 2 fi. e.
z 2 fig. m.
a 2, 3 fig. n.
b 2 fi. cha. 5
c 3 fig. c.
d 2, 3 fig. d.
e 2 figu. à d ad cha. 6.
f 2 fig. e
g 2 fig. n ex b, e, m. dein 1 fig. lib. 6 P. 3 fig. I.
h 7 muſcu. tab. Δ.
i 2, 3 fig. f.
k 2 muſ. tabul. M.
l 3 fig. r, r.
m 9 tab. r,
Δ 13 ta. Q.
n 2, 3 fig. g.

 gnitudine

gnitudine impares partitur ramos.[o] Anterior, qui & gracilior eſt, ſub ſummi humeri cum clauicula[p] connexu porrigitur, & muſculi brachium attollentis parti ſoboles ſpargit, quæ à ſummo humero & clauicula inibi principium ducit. Atque hic ramus cuti nullum exporrigit ſurculum, niſi interdum extremè gracilem, aliquouſque[q] humeraria uena concomitatum.[r] Poſterior uerò eius quinti paris portionis, quam in profundo reconditã decliuem ferri diximus, ramus qui anteriori craſſior eſt, poſtquã gracilem exprompſit ramulum[s] muſculo hinc à ſcapula ſurſum ad os υ referens proficiſcenti, inſidet[t] foramini inſtar ſemicirculi in ſcapulæ elatiori coſta exſculpto. In hoc foramine poſterior hic ramus uena quoque & tenui anteria concomitatus, mox propaginem diffundit[u] muſculo ſinum occupanti, quem inter ſcapulæ ſpinam & elatiorem ipſius coſtam haberi ſcripſimus. Inſuper in muſculi brachium attollentis ſedem digeritur, à ſcapulæ ſpina & ſummo humero pronatam. Verùm hic ramus in præſentem muſculum non totus exhauritur, ſed[x] ſurculo quopiam cutem brachij externæ ſedi obductam adit, quem ſecundùm exterius latus[y] inſertionis ramus ille ab alto tranſmittit, quam muſculus is brachium attollens in humerum molitur. Eadem ſanè induſtria & à ſuccedentibus neruorum paribus ſeu neruis in brachium progredientibus ad muſculos ſcapulam mouentes,[z] nerui tranſmittuntur, qui omnes intimis muſculorũ ſedibus potiſſimùm inſeruntur. Cæterùm nunc tempeſtiuũ eſt, ſexti & ſeptimi pariũ ſeriẽ ſermoni ſubijcere.

*Sexti paris ſeries.*

[a] Sextũ par ſub quinta uertebra excidens, eadẽ cũ cæteris paribus ſerie ad ceruicis muſculos[b] poſteriorẽ ramũ diſpenſat, tũ eos qui ceruicis & capitis præſunt motibus, tũ illorũ capita[c] qui reſpirationis opifices ex ceruice thoracẽ accedũt, quanq; & hi potiſſimũ ipſorum neruos à ſeptimo pari & octauo quoq; ſeu primo thoracis pari mutuentur.[d] Anterior autem ſexti paris portio, poſtquam[e] neruum exprompſit, qui quinti paris portioni ad neruum ſepti tranſuerſi conſtituendum permiſcetur, cum contiguis paribus, ſeptimo nimirum & octauo[f] coit, & uariè rurſus diſſcinditur, neruos unà cum proximis paribus efformatura, qui in manum contendunt. Priuatim uerò præter cætera ceruicis paria, ſextum par[g] portionem notatu dignam deorſum ad ſcapulæ cauum tranſmittit, & rami quoque tum ab hoc, tum & à cæteris coniugijs ad muſculos digeruntur, qui ſcapulam ſurſum ducunt. Validis enim & magnam molem attollentibus muſculis uarias quoque ac frequẽtes neruorum propagines inſeri, quàm maximè rationi eſt conſonum.

*Septimi paris ſeries.*

[h] Septimi etiam paris ex communi ſextæ et ſeptimæ ceruicis uertebrarum foramine prolabentis, magnus cum duabus proximis coniugationibus ſexta uidelicet & ſeptima[i] congreſſus perficitur, atque huius potiſſima portio in manum fertur. Ab hoc enim pari & quinto & ſexto ceruicis, & primo & ſecundo thoracis uertebrarum omnes manus nerui propagantur. Qua autem ſerie illi digerantur, peculiari Capite perſequar, modò interim adhuc addens, ſeptimum par interdum ramulum ſepti tranſuerſi neruo offerre, & perpetuò[k] ramum in poſteriora ad ſpinam ducere, qui præter cęteras propagines in muſculos poſteriori ceruicis ſedi inſtratos digeſtas, aliquot etiam offert[l] lato membraneoq; muſculo, qui buccas mouet, atq; ex carnea membrana conſtituitur. In hunc enim muſculum à quinti paris neruorum cerebri[m] propagine per[n] cæcum foramen excidente, ac dein ab omnibus paribus uertebrarum ceruicis (ſi primum excipias) ſoboles pertingũt, uniuerſę ſecundùm muſculi fibrarum ductum exporrectę, ac proinde etiam ad uenas & ligamenta multifariam (ut ductum illum ſeruent) reflexę, ac cuti etiam communicatæ.

## *SERIES DVODECIM PARIVM NERVORVM dorſalis medullæ, thoracis complexæ uertebris. Cap. XIII.*

*Primi paris thoracis, ſeu dorſalis medullæ neruorum octaui ſeries.*

PRIMVM thoracis neruorum[a] par, inter ſeptimam ceruicis uertebrarum et thoracis primam, quinq; humiliorum ceruicis parium modo exiliens, ſuperioribus dorſalis medullæ neruorum paribus comparatum, opportunè octauum nuncupabitur. Hoc itaque ſimulatque excidit, in duos impares diductum ramos,[b] poſteriorem, qui & gracilior eſt, retrorſum ad ſpinam inter muſculos uertebris hîc adnatos reconditũ detorquet, à quo in progreſſu ſurculos accipit radix[c] muſculi à prima thoracis coſta in trãſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus inſerti, ac ceruicem in latus (uerſus anteriora tamen magis) inclinantis. Dein & qui ceruicis capitiſque in poſteriora motibus præficiuntur muſculi, ab hoc ramo octaui paris ſurculos adipiſcuntur. Quod autem eius rami ſeptimæ ceruicis uertebræ ſpinam contingit, extrorſum ducitur: & rurſus tranſuerſim à ſpina abſcedens, propagines offert humiliori ſedi eius[d] muſculi qui ſcapulam mouentium ſecundus ac maior enumeratur. Inſuper &[e] muſculo ſcapulæ baſi inſerto, ſcapulamq; ad dorſum trahenti, ac demum

illi



[f] illi quem hominis thoracẽ mouentiũ tertium receſuimus. At anterior octaui paris ramus, poſteriori longè inſignior, ſeptimi, ſed magis adhuc interdũ noni paris nõ minimã portionẽ cum ipſo congredientem[g] ſuſcipit, totuſq; uariè uicinis paribus commixtus, ſi[h] unicam ipſius dempſeris propaginem, in manus fertur. Ex demiſſiori nanq; ipſius ſede ubi iam proximis paribus ſe commiſcuit, propaginem antrorſum emittit, quæ ſecundùm primæ thoracis coſtæ ductum ad pectoris oſſis uſq; ſummum perlata, in progreſſu ſurculos diſpenſat thoracis[i] muſculo à clauicula in primam inſerto coſtam. Præterea huius propaginis terminus in illos digeritur muſculos, qui à pectoris oſſis ſummo principiũ ducentes, ſurſum exporriguntur,[k] tum ad mamillarem capitis proceſſum,[l] tum ad os υ imagini comparatũ, &[m] ad laryngis cartilaginem ſcuto non abſimilem. quanquam interim & his muſculis à ſexto pari neruorum cerebri[n] ſoboles offerantur, ut & à primo intercoſtali neruo, quem mox noni paris[o] propaginẽ eſſe dicam. Quæ autem octaui paris in manum ſit ſeries, cum reliqua manus neruorum explicatione perſequar, id & hoc loco ſubiungens, ab octauo pari, ſeu potius quarto manum petente neruo, quum is alam accedit ex poſteriori ipſius regione etiam[p] ramos pullulare, in cauam ſcapulæ regionem digeſtos.

*Noni paris ſeries.*

[q] Nonum par inter primam & ſecundam thoracis uertebras originem ducens, octaui quoque paris ritu[r] ramum in poſteriora ablegat, ſimili quodammodo ratione atque poſterior octaui paris ramus digerendum. Deinde non minimam ſui partem octauo porrigens, uti ſuo dicam loco, in manum fertur.[s] reliquam uerò ipſius portionem primo coſtarum interuallo offert, quæ ſecundùm primæ coſtæ ductum ad pectus uſque fertur in progreſſu, ut & reliqui coſtarum interuallis exporrecti nerui, ſoboles diffundens in muſculos thoraci incumbentes.

*Reliquorum parium è thoracis uertebris proſilientium ſeries.*

Porrò[t] decimum, undecimum, duodecimum, & reliqua ad primum uſque lumborum, ſeu uigeſimum par, ſubſequentia, eadem quodammodo ſerie digeruntur. Quippe omnia mox atque è uertebrarum lateribus exiliere, bipartitò ſcinduntur, ac minor graciliorq; ramus retrorſum ad uertebrarum ſpinas detorquetur, inter muſculos uertebris adnatos latitans. Sunt uerò illi, quos dorſi & thoracis motibus hîc præeſſe retulimus. Videlicet humani thoracis motorũ[u] quartus, in canibus uerò & ſimijs ſextus: deinde dorſum mouentium ſexti paris[x] alter, mox et[y] alter octaui paris, & circa ſuperiores thoracis uertebras alter[z] primi, &[a] ſecũdi paris caput mouentium, &[b] alter tertij paris, &[c] alter quoq; quarti paris muſculorum dorſum priuatim mouentium. In hos enim muſculos thoracis neruorum poſteriores rami ſparguntur: ueruntamẽ in illos tantum non abſumuntur. ac quum iam ſpinarum attigere apices, extrorſum properãt, inter mutuum dextri ſiniſtriq; lateris muſculorum congreſſum procidentes, atque in muſculos poſtmodum digeſti, qui ab illarum quas contingunt ſpinarum apicibus principium mutuantur: è quorum claſſe (præter aliquot nuper commemoratos, præcipuè autem alterum primi paris muſculorũ caput mouentium) ſunt,[d] muſculus ſcapulam ad dorſum trahens, totiq; ſcapulę baſi inſertus: &[e] humilior pars eius muſculi, quem ſecundum ſcapulã mouentiũ enumeramus, ac monachorũ cucullis cõferimus, qui hac parte ſcapulã deorſum uellit, mox humani thoracis motus opificum[f] quintus, &[g] is etiam qui brachium deorſum dorſo adducit. Et præterquam quòd à poſterioribus horum parium ramis ſurculi in muſculos digerãtur, etiam aliquot in cutem dorſo inſtratam contendunt, at minus frequentes quàm nerui in manus, aut pectoris, aut colli cutem pertingentes. Cæterùm anteriores præſentium parium rami[h] ſurculos offerunt ſexti paris neruorum cerebri[i] ramo ſub tunica coſtas ſuccingente coſtarum radicibus exporrecto, illiſq; ſurculis adaucto. Dein præſentes rami coſtarũ exporriguntur interuallis,[k] uena itemque[l] arteria concomitati, & proprio[m] ſinu coſtarum interiori inferioriq; ſedi inſculpto uecti, ſecundùm coſtarum ductum in anteriora properant. Rami enim ueris exporrecti coſtis, ad pectoris uſque os pertingunt: rami autem ſecundùm ſpurias delati coſtas, haud unà cum illis ceſſant, uerùm in abdominis uſq; anteriora ſuper peritonæum repunt. Ab his ramis in progreſſu[n] ſparſa admodum propaginum ſeries in muſculos thoraci adſtratos diffunditur, è quorum numero[o] ſecundus eſt thoracem mouentium, &[p] qui brachium pectori admouet, &[q] qui ſcapulam pectori adducit, &[r] qui brachium deorſum uellit, &[s] obliquè deſcendens abdominis muſculus. In hos enim muſculos propagines ab intercoſtalibus neruis offeruntur, ſingulę tanta induſtria ad coſtas, & uenas, ac arterias, & ligamenta reflexæ, ut ad amuſſim muſculorum quibus porriguntur, fibrarum inceſſus retineant. Atque ut his muſculis thoraci inſtratis ab intercoſtalibus neruis propagines exhibentur, ſic à neruis ſpurias coſtas ſuperantibus, ſoboles quoq; abdominis muſculis communicantur, fibrarum etiam illorũ quibus attenduntur muſculorum obſeruantes. Porrò à propaginibus muſculos implicantibus, neruuli etiam thoracis cuti offeruntur, non quidem certa neq; nunquam aberrante ſerie, ſed ſparſim, eoq; prorſus modo quo errantes uaſorum rami, σποράδες Græcis nuncupati, digeruntur. Vtcunq; uerò uaria, neq; ſibi conſtans

ſit

*Nerui papillam petentes.*

ſit eiuſmodi neruorum cutem petentium ſeries, Natura tamen uerita, ne tenero adhuc infanti lac familiare illius alimentum, à matre exigenti papilla nonnunquam atrociùs denegaretur, exactum papillis ſenſum impartiri uoluit, quo tenerorũ infantuli labrorum mollisq́ linguæ contactus, papillam uoluptate afficeret, qua homines illecti, hanc promptiùs ſugendam contrectandamq́ offerant. Ac proinde à neruis ferè qui quartum coſtarum perreptant interuallum,[t] propagines diffunduntur in muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducimus: atq́ ab illis propaginibus ſurculi in papillam pertingũt, ſimili[u] qua penis efformatur ſubſtantia conſtantem. Cæterùm ut præſentes ſurculi duodecimo neruorum pari quodammodo peculiares cenſendi ſunt, ita ſanè decimo octauo & decimonono paribus id priuatim aſſcribendum uenit, quòd[x] ſurculos offerant principio[y] ſexti femur mouentium muſculi, quod hincè uertebrarum lateribus pronaſci iam multo antè commemorauimus.

t 2 fig. v. — u 3 fig. tabulæ cap. 49 lib. 2 E, E. — x ad latus characterũ 18, 19. — y 8 muſcul. tab. ⊖.

## *NERVORVM IN VNIVERSAM manum ſeries.* Caput XIIII.



*PRÆSENTI figura plexum, de quo in Capitis contextu mox in initio agetur, & qui ſupra primam thoracis coſtam anteriori in facie conſiſtit, nudum exprimere ita conatus ſum, quemadmodum in poſtrema Anatome is mihi Patauij occurrit. Vt uerò delineatio eſſet conſpectior, omnes ramos à quinto, ſexto, ſeptimo, octauo & nono paribus aliò quàm in brachium deductos, reſectos finxi, quemadmodum etiam à cadauere ex quo hanc tabellam deſumpſi, eos abſecueram. Non eſt tamen, cur quis in omnibus hominibus huiuſmodi prorſus plexum ſe obſeruaturum arbitretur, quum is mihi admodum uarius inter ſecandum occurrerit. Characteres autem quibus hæc figura inſignitur, ita ſe habent.*

5, 6, 7, 8, 9. *Radices ſunt parium neruos conſtituentium, qui brachium ſubeũt, illic reſectæ, quà à uertebris iam procidere. Nerui uerò brachij illic ſunt abtruncati, ubi iam in brachium prolabuntur.*

A *Portio eſt quinti paris, à qua tandẽ neruus deducitur, qui brachiũ ſubeuntiũ primus numeratur.*

B *Secundus neruus.* C *Tertius neruus.*

D *Quartus neruus, qui hîc ex poſteriori ſede prodit congreſſus quinti paris & ſexti, portionemq́ aſſumit ex poſteriori ſede congreſſus ſeptimi paris, ac deinde ſub octaui paris noniq́ congreſſu prorepens, etiam ramum E inſignitum ab illo progreſſu ita atque hîc expreſſimus aſſumit. À quibus uerò commixtionibus congreſſibus ue reliqui nerui prodeant, etiam abſque characterum opera notum eſt, modò illis quà brachium petunt, unum adhibeam characterem.*

F *Quintus brachium petens neruus.*

G *Sextus brachium petens neruus. Verùm ut hunc plexum adhuc accuratiùs obſerues, non pigeat figuram intueri, quam huius quarti libri calci inſuendam duximus.*

*À quibus partibus nerui in brachium ducantur.*

AD brachium à quinto, ſexto, ſeptimo ceruicis neruorum[a] paribus, ac dein à primo ſecundoq́ thoracis ſeu totius dorſalis medullæ uertebris contentæ octauo & nono[b] paribus[c] ſex nerui digeruntur, quorum ſeriem proſequar mox atq́ Naturæ operum ſtudioſos admonuero, ut accuratè neruorum in brachium porrigendorum originem contemplentur: ita enim nerui brachium adituri, ſtatim ab ortu ad uertebrarum latera permiſcentur coëuntq́, & rurſus inuicem dirimuntur, ac denuò congrediuntur: ac poſtremo ſeparantur, ut neutiquam dicere queas, quis nam brachij neruus ab hoc illo ue pendeat pari. At uerius quodammodo ſex præcipuos neruos ab illa commixtione neruorumq́ congerie ac cõtextu reticulari principium ducere aſtrues. atq́ hic implexus tam elegans eſt, ut ab illius effigie chordulas Cardinalium galeris appenſas, artifices primùm miſcere committereq́ didicerint. Quòd autem Natura artificio hoc peculiari & incredibili ſpectatuq́ iucundiſſimo utatur, quo neruos longiſſimo progreſſu deducendos, duriores ac iniurijs ferendis pertinaciores reddat, neminem ambigere exiſtimo, potiſſimùm ſi[d] implexum neruorum crus petentium prius ſpectauerit, neque nimium interim Galeno in primo Affectorum locorum libro acquieuerit.

*Implexus neruorum brachium adeũtium.*

a 2 fig. cha. 5, 6, 7. — b 2 fig. cha. 8, 9. — c 2, 3 fig. τ, ρ, τ, φ, *, ν. — d circa oſſis ſacri regionem in 2 fi. & huius li. ulti.

Cæte-



*Primus neruus.*

Cæterùm[e] primus brachium ſubiens neruus, eius quinti paris neruorum ceruicis[f] rami ſoboles eſt, qui in[g] muſculi brachium attollentis ſedem à ſcapulæ ſpina pronatam digeritur. Atque hæc ſoboles tantum in externæ brachij regionis cutem paulo ſub medio longitudinis brachij diffunditur, inibiq́ ceſſat. Quippe inferiorem huius regionis cutem[h] alia exilis propago implicat, quæ prædictæ nuper ſobolis modo ex alto emergens ab eo editur neruo, qui neruorum brachij[i] quartus erit. Atque hæc propago non ſolum dictæ iam cuti ſurculos offert, ſed & illi cuti ſoboles deriuat, quæ ſedem externam poſterioremq́ cubiti ad humerum articuli amplexatur. Præſentes nerui, ut & omnes quoque cutem accedentes, membrana ſuffulciuntur, quam cum multis alijs diſſectionum profeſſoribus carnoſam uocare libuit, atque inter hanc & cutem prorepunt in homine multo adipe etiam immerſi, membranamq́ illam cuti pertinaciter committentes, ac pilorum modo interim graciles. Deinde non eandem perpetuò in ſitu, numero & craſſitie retinent ſeriem, ſicut in maioribus uaſis: neque parem numerum, neque ſitum, neque magnitudinem accuratè obſeruari, iam antea relatum eſt. Porrò cæteri quinque nerui per axillam brachium ſubeũt, atque in plures ramos quàm primus ſpargun tur, ſinguli maiores craſſiores ue ſpectantur.[k] Secundus itaque brachium petens neruus, ab implexu quem neruos brachium ſubituros ad uertebrarum latera efformare dixi, principium ducit, atq́ ita nemo hunc neruum alicui pari uerè aſcribet, quod non uno, ſed pluribus neruorum paribus textus ille conſtituatur. Cæterùm præſens neruus brachium ſub[l] muſculo cubitum flectentium anteriori ingreditur. Vbi enim duo illius muſculi capita inuicẽ ſunt coitura, neruus ille primùm in brachium fertur, quo etiam loco[m] muſculus brachium pectori adducens inſertionem ſecundùm humeri longitudinẽ molitur, uti etiam[n] muſculus brachium attollens tranſuerſim inibi humero implantatur, præter inſertionem quam hac propemodum regione[o] muſculus tentat, qui ab humiliori ſcapulæ coſta pronatus brachiũ in poſteriora allicit, ac demum eius quoque[p] muſculi, cuius beneficio deorſum uerſus dorſi humiliora brachium agitur, inſertio ſecantibus inibi occurrit. Secundus igitur brachium petens neruus, priori cubitum flectentium ſubditur muſculo, & ſub[q] interiori eius capite quod à ſcapulæ proceſſu anchoræ ſpeciem referente originem ducit, occultatus, utriſque eius muſculi capitibus[r] ſurculum offert, ac decliuis prorepens ſub poſteriori nuper commemorati muſculi ſede reconditur. Quas uerò propagines dein diffundat, ubi & tertium neruum huc ſermone deduxero, ſubijciam.[s] Tertius neruus ſecundo humilior, ex illo quoque prodit complexu reti ue, quod iam prius à neruorum radicibus brachium adeuntibus confici diximus. Neruus iſte quum alam perreptat,[t] ramum promit[u] inter muſculum brachium pectori adducentem, & illum quo brachium attollitur, cuti exporrectum, quæ illorum muſculorum obducitur lateribus, quà illi ſe mutuò contingunt. Simulatq́ uerò tertius neruus humero appropinquat, mox etiam cubitum flectentium anteriori muſculo cooperitur, atque ſimul cum ſecundo neruo deorſum properans[x] ramulum capiti præbet[y] muſculi cubitum flectentium poſterioris, quod etiam interdum & à ſecundo neruo propagine quadam donatur. Cæterùm Galenus aſſerit, à tertio præpoſiti nobis numeri neruo, poſtquam is ramulum hunc in caput muſculi cubitum flectentium poſterioris diduxit,[z] tantam propaginem diffundi, illamq́ ſecundo neruo cõmiſceri, quanta ſecundi nerui portio eſt, hàc ſub anteriori cubitum flectentium muſculo prorepens. Deinde ſubdit, ſe ſemel obſeruaſſe, à tertio neruo ad ſecundum nullam communicari propaginem. Nos ſanè aliquoties utrunque animaduertimus, ſed multo ſæpius & perpetuò quaſi in homine, à ſecundo neruo[a] propaginem notatu dignæ craſſitudinis ad tertium neruum depromptam ſpectauimus, qua tertius neruus craſſior ualidiorq́ reddebatur. Vtcunque uerò ſit, ſiue tertius ſecundo propaginem impartiatur, ſiue à ſecundo (quod uerius duco) ad tertium propago pertineat, ſiue etiam nullus ſecundi cum tertio congreſſus fiat,[b] ſecundus neruus perpetuò deorſum ad anteriorem articuli cubiti ſedem contendit, muſculo cubitum flectentium anteriori tectus, & in progreſſu ab externo ipſius latere[c] ramulum ſpargens in caput[d] muſculi ab humeri oſſe principium ducentis, & radio ad brachialis radicem inſerti, radiumq́ in pronum mouentis. Quum primùm uerò ſecundus neruus ad anteriorem uſque cubiti articuli ſedem cubitiue flexum pertingit, ſecundum externum latus[e] tendinis muſculi cubitum flectentium anterioris ad carneam[f] ducitur membranam, in cutem diſſipandus. mox enim atque ab alto emerſit, in duos craſſitie impares ſecatur ramos, quorum[g] unus qui gracilior ac ſuperior eſt, aliquouſque cum humeralis uenæ[h] ramo ſecundum radium ad mediam uſque cubiti longitudinem exporrecto, ac dein uerſus ulnę appendicem tendenti deducitur,[i] uniuerſam cutem radio incumbentem prætenuibus ſurculis intertexens, quorum[i] præcipuus inferiorem radij appendicem ſuperans, ad ſecundum uſque pollicis pertingit internodium hîc, uti & toto progreſſu,

*Neruos cutem ſubeuntes non eandẽ ſemper proponere ſeriem.*

*Secundi nerui ingreſſus.*

*Tertij ingreſſus.*

*Secundi cum tertio cõgreſſus.*

*Li. 3. de Admi. diſſect.*

*Reliqua ſecũdi ſeries.*

e 2, 3 fi. π, π. ult. fi. R. — f 2, 3 fig. i. — g 10 muſcu. tab. Δ. — h 3 fig. cha. — i 3 ult. fig. — i 2, 3 fig. Φ. ult. fig. ê. — k 2, 3 figura ult. fi. S. — l 6 muſcul. tab. ⊖. — m 3 tab. Δ. — n 4 ta. Ξ. — o 13 ta. S. — p 10 tab. ⊖. — q 6 tab. n, o muſ. ⊖ ab l. — r 2 fig. r, r. — s 2, 3 fig. τ. ult. fi. T. — t 2 fig. v. — u 3 muſ. ta. per lineam ab L ad Q. — x 2 fig. φ. — y 7 muſ. ta. r. — z 2 fig. τ. — a ult. fig. X. — b 2 fig. ω. — c 2 fi. r. ult. fig. Y. — d 12 tab. ⊖. — e 6 tabulæ muſc. ⊖. — f ult. fig. Z. — g 2 figu. Δ. ulti. a. — h fig. cap. 6 lib. 3 i. — i 2 fig. inferius Δ.

inter

inter carneam membranam & cutem repens, soboles{que} tenuissimas diffundens. Huic surculo pollici exporrecto interdum ramuli accedunt, permiscenturq{ue}, ab ijs secundi nerui propaginibus, quas modò internæ summæ manus cutem adire scribam. [k] Humilior enim crassiorq{ue} ramus eius secundi nerui diuisionis, quæ iuxta cubiti flexum perficitur, statim in duas quoque dirimitur propagines, sub[l] media prorepentes uenа ab humerali ad communis uenæ constitutionem proficiscente. [m] Vna harum propaginum quam elatiorem appellare nihil prohibet, postquam dictæ iam uenæ succumbens, ad[n] uenæ communis usque originem obliquo ductu accessit, relicta uena cuti subtenditur, & in descensu elatiùs ad radij sedem nonnihil obliquè conscendens, secundùm internum latus[o] musculi oblongi & radio proprij ad brachialis usque radicem perfertur. [p] Altera propago, quam memoriæ doctrinæq{ue} gratia in scholis humiliorem nuncupo, magis obliquè quàm medium cubiti flexus aut uenæ communis origo consistat, deorsum fertur, ac tandem uenæ maioris cubiti sedis cuti potissimum oblatæ attensa, ad brachiale usque[q] prorepit, in multos exiles surculos in progressu absumpta. Nam priusquam longo ductu in cubiti regionem feratur, in duos præcipuos partitur ramos, quorum[r] unus quodammodo radij regioni exporrigitur, [s] alter uerò ulnæ, ac uterque crebrò brachiale superat, ramulos in cutem internæ summæ manus sedi dispargens. Dein ab illis ramulis qui Veneris monticulum conscendunt, interdum soboles in externam manus sedem excurrunt, neruulis[t] commiscendæ cutem primi pollicis internodij externæ regioni obductam implicantibus. atque in hunc modum secundus absumitur neruus. Tertius autem neruus simulatque secundi nerui[u] propagine adaugetur, frequenter[x] ramulum in cutem dispensat, anteriori brachij sedi hîc obnatam. Hinc uti ab initio in alto repositus, cubiti flexum accedit, æquali propemodũ interuallo in progressu à secundo distans, ac interiorem sedem sibi uendicans. Tertius enim neruus nõ adamussim per mediam cubiti flexus sedem in cubitum delabitur: uerum anteriori sedi insidet[y] tuberculi interioris humeri, ac super internum latus quodammodo uehitur insertionis[z] musculi cubitum flectentium posterioris. Quum uerò hanc transcendit insertionem, in multas[a] dirimitur propagines, seriatim tunc recensendas, ubi[b] quintum neruum ad cubitum usque sermonis serie deduxero, qui unà cum tertio in musculos digeritur, sedem cubiti interiorem occupantes.

*Tertij nerui ad cubiti usque flexum progressus.*

*Quarti nerui in brachium ingressus, ipsiusq{ue} series.*

[c] Quartus neruus à reticulari illo neruorum iuxta uertebrarum latera implexu principium quoque ducens, omnium neruorum qui in brachiũ porriguntur longè crassissimus est, & similiter atq{ue} tertius occultatus cum ipso in brachium properat,[d] axillari uenæ & magnæ manus arteriæ attensus, moxq{ue}[e] insignes utcunque soboles[f] musculis distribuens, quorum ministerio cubitum extendimus. Priusquam uerò præsens neruus ad medium usque longitudinis brachij pertingat, obliquè retrorsum[g] ad humeri os contorquetur, hoc & musculos cubitum extendentes intercedens. Verum anteaq{ue} penitius reflectatur, ab interno ipsius latere[h] propaginem emittit, quæ[i] inter musculos cubitum extendentes & posteriorem cubitum flectentium in internam brachij sedem procidit, uniuersa in huius sedis cutem absumenda, surculosq{ue} partim sursum partim deorsum multiplici serie sparsura. Porrò ipse quarti nerui truncus, ad eum modum secundum humeri posteriora reflexus, sensim ad externã brachij sedem properat, ac ab externo latere[k] propaginem edit, quæ[l] inter exteriorem cubitum extendentium musculum & caput oblongi musculi radium in pronum ducentis ex alto emergens, in cutem dispensatur externæ brachij & cubiti articuli sedi obductam. Quum primum autem quartus neruus in alto semper latitans, [m] exterius humeri contingit tuberculum, posteriori ipsius sedi innititur, in qua huius nerui nomine[n] sinum à Natura priuatim exculptum diximus, quò neruus musculis occultatus, atque hîc in frequentem sobolem spargendus, tutò ueheretur. Mox enim atque neruus ille in cubitum ducitur,[o] ramum promit, qui ex alto emergens, errabundo ductu sub cute ad brachiale usque prorepit, frequentes surculos in progressu educens, à quibus cutis externam cubiti sedem obtegens intertexitur. Deinde quartus neruus in duos[p] discinditur truncos, in profundo, ut & ipsorum radix, reconditos. Horum[q] alter altero elatior est, ac radio exporrigitur:[r] alter autem qui humiliùs consistit, secundum ulnam deorsum fertur. Elatior penitiùs[s] inter superius latus musculi bifido tendine brachiale extendentis, & exterius inferius ue latus musculi longi radium in pronum ducentis ad brachiale contendit, in progressu graciles ramulos utrisq{ue} quibus attenditur occultaturq{ue} musculis cõmunicans. Vbi uerò elatior hic ramus brachiale accedit, per[t] transuersum properat ligamentum, in externa radij sede bifido tendine brachiale extendenti obductum. Cæterum mox atque præsens quarti nerui ramus externam brachialis sedem[u] cõtingit, in duas dirimitur propagines, quarum altera duplici surculo externæ pollicis regioni offertur, altera uerò in duas secta soboles, unam indici porrigit in ipsius externam sedem duplici quoque surculo absumendam. alteram autem medio largitur digito, eam simplicem indiuisamq{ue} interno lateri exterioris sedis eius digiti applicans. [x] Demissior ramus quarti nerui iam cubitum ingredientis in duos ramos[y] sectionis, qui ulnæ exporrigitur ilico [z] frequentes educit soboles, ac primam donat capiti[a] musculi indicem, medium & anularem extendentis, secundam capiti[b] musculi cuius auxilio minimus extẽditur digitus, tertiam autem offert[c] musculo brachiale simplici tendine extendẽti. In ipso autem secundum ulnam processu præsens ramus[d] tribus musculorum principijs ab ulna originẽ ducentibus[e] propagines exhibet. ac eorum quidem principiorum primus musculus est, qui radium in pronum ducentium breuior uisitur: mox ille qui triplicem diffundit tendinem, ac unum brachialis ossi primum pollicis os sustinenti innectit, secundum primo pollicis ossi, tertium secundo pollicis ossi & tertio. Dein musculus, qui tribus pollicis ossibus insertus, pollicem extendendo uersus indicem ducit. Mox musculus, cuius beneficio index, ac interdum quoque medius à pollice extrorsum obliquè aguntur. Horum nanque musculorum principijs seriatim ab ulna pronascentibus, à præsenti quarti nerui ramo soboles offerũtur, accuratè fibrarum eorum musculorum ductum obseruantes, qui obliquè ab ulna uersus radium pertinet. Quod uerò huius rami[f] reliquũ est, brachiale non conscendit, multoq{ue} minus in minores absumitur digitos, sed uniuersum hîc ad brachialis radicem cessat, aliquot surculis brachialis cum cubito articulũ implicans. ad hunc sanè modum quartus neruus in ramos spargitur. Porrò[g] quintus neruus à cõmemorato iam sæpius nobis plexu inferius quàm quatuor hactenus descripti, principiũ nanciscitur, ac quarto attensus per axillam in brachium fertur, nullas omnino soboles cuiquam brachij parti distribuens. Nam indiuisus[h] inter musculos cubitum extendentiũ interiorem, & cubitum flectentiũ posteriorem secundùm internã brachij sedem occultatus tantisper porrigitur, dum[i] internum humeri contingat tuberculum, ad cuius posteriorem reflectitur sedem, hîc priuatim exigens [k] sinum, quo aptè in cubitũ uehitur. Quemadmodum enim tertius neruus anteriorem humeri tuberculi sedẽ occupare dictus est, ita sanè & quintus hîc neruus in posteriori sede eius tuberculi consistit, pariq{ue} quodammodo serie cum tertio digeritur. A duobus nanq{ue} præsentibus neruis[l] propagines omnibus offeruntur musculis internam cubiti sedem occupantibus, qui & ab interiori tuberculo humeri, & ab ipsa ulna radioq{ue} principium mutuantur. Ac à tertio quidem neruo potissimum soboles sparguntur in[m] musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem, & [n] illum qui tertios eorundem digitorum flectit articulos, mox[o] illum qui tertij pollicis ossis flexus est autor. deinde propago quoque à tertio neruo[p] illi porrigitur musculo, qui ab interno humeri prodiens tuberculo, ac posti brachialis ossi indicẽ sustinenti insertus, brachialis flexus opifex habetur. Verum is musculus etiam à quinto neruo furculum subinde ascisit, ut & omnes ab interno humeri tuberculo pronati. ex quorum classe præter nuper commoratum[q] is censetur, qui tẽdine lato summæ manus internæ cuti subnascitur, dein[r] qui quarto brachialis ossi insertus brachiale flectit, mox[s] qui radium in supinum ducentium superior describitur. Porrò quintus & tertius nerui etiamsi sparsam hanc propaginum deriuent seriem, penitus hic non absumuntur, uerùm utrorumque singuli adhuc supersunt rami, insignes sanè, & in plures surculos diffundendi. Ac tertij quidem nerui[t] ramus inter musculum quatuor digitorum secundos flectentem articulos, & illum qui tertium pollicis os flectit, radio exporrigitur, unà cum[u] uena ac arteria hàc deductis ad brachiale properans, & [x] transuersum permeans ligamentum in brachialis interna sede tendinibus obductum. Iste tertij nerui ramus surculos, sed nimis quàm obscuros, quibuscũmusculis exhibere dicitur: qui in extrema manu repositi, digitorum motibus quoque præsunt. cuiusmodi[y] is est quo pollex ab indice maximè abducitur, dein[z] quo pollex indici proximè adigitur, & [a] duo pollicis primũ flectentes internodiũ, & [b] tres secundi ipsius internodij flexus opifices, mox[c] qui indicem ac medium pollici adducunt, ac[d] duo qui indicis primum flectunt articulum, ac interior denique primum medij digiti os flectentium. Verùm his musculis, ut & [e] illi qui radium in supinum ducentium inferior est, nerui potius attenduntur, quàm inserantur, aut etiam superficietenus adnascantur. Ipse tamen tertij nerui ramus in uola tres notatu dignas & insignes quoque emittit propagines, quarum prima pollicis internam accedit sedem, in duos prius dissecta surculos: secunda etiam binis surculis internæ indicis sedi implicatur, tertia uerò simplex interno tantum lateri interioris medij digiti sedis exporrigitur. Porrò quinti nerui[f] ramus ulnæ attensus inter musculum secundos quatuor digitorum articulos flectentem, & illum qui eorundem digitorum tertios articulos flectit, ad brachiale ducitur, [g] uena etiam & arteria cõcomitatus, quæ ulnæ exporriguntur, atq{ue} ad uolam per transuersum brachialis ligamentũ tendunt. Hic ramus simulatque ligamentum id superauit, unam propaginẽ in duos diuisam surculos minimi digiti internæ sedi cõmunicat, ac unam similiter in duos surculos diremptam internæ sedi anularis digiti offert, mox unam

*Quinti nerui in brachium ingressus, ipsius que series cum tertio.*

quoque medio digito communicat, quæ indiuisa externo applãtatur lateri, internæ mediĳ digiti sedis. Nisi fortè uti non infrequenter accidit, à tertio neruo duæ soboles indici offerantur. Præter has quinti nerui propagines nullas in extremæ manus musculos spargi animaduerto, in[h] illos dico qui anularem & minimum ad pollicem ducunt, qui primum os minimi & anularis flectunt, cum externo musculo primum mediĳ digiti os flectentium, & [i] illo qui minimum à cæteris digitis in latus remouet. Nam, uti prius monui, his musculis nerui potius attendũtur, quàm adnascuntur. Porrò quinti nerui præsens ramus ad hunc modum nõ totus absumitur, uerum nõ perfunctoriè expendendam promit[k] propaginem, paulo inferiùs quàm mediũ ulnæ longitudinis consistit. quum enim ramus hic ulnæ medium emensus est, ab externo ipsius latere propaginem illam deducit [l] inter musculum brachiale flectentium inferiorem, & inferiorem brachiale extendentium. Propago hinc ex profundo elabens secundùm ulnam in externam sedem cubiti porrigitur, & quum externam brachialis sedem contingit, in externam regionem illorum digitorũ ramulos spargit, in quam [m] quartus neruus nullas soboles prompsit. Diuiditur itaq; ea quinti nerui propago in tres ramos, quorum primus duplici surculo externam minimi digiti sedem adit, secundus duplici quoque surculo externæ anularis sedi exporrigitur, tertius autem indiuisus externo implicatur lateri exterioris mediĳ digiti regionis. Quoniam uerò quintus neruus, hanc externæ manus sedi exporrectam diffundit propaginem, subinde uidimus quintum neruum tot atque dixi surculos in internam manus sedem non digerere. Haud semel enim obseruaui, à tertio neruo etiam externũ latus interioris sedis mediĳ digiti, & internum latus anularis surculos assumere, quinto tunc duas tantũ propagines internæ minimi digiti sedi & unam anularis interiori sedi porrigente. Atque dictam sanè neruorum in extremam manum seriem non iniucundè in te ipso obseruabis, modò ad amussim neruos pollice alterius manus, aut cubiti innixu, ad os ita compresseris, ut animalis spiritus transitũ compressione cohibeas, ac pars cui nerui inseruntur stupescat. Fit uerò id iuxta cubiti articulum nõ multis intectum uestibus, aut (ut in obesis mulieribus) multa adipe inuestitum cõmodissimè. nam si pollice quartum neruum aliquandiu compresseris, senties externam pollicis & indicis sedem & internum quoque latus exterioris sedis mediĳ stupescere. Quod autem quartum neruum compressurus ui pollicem inter posteriorem ulnæ processum externum humeri tuberculum impingere oporteat, neminẽ latet, qui modò surda aure quarti nerui seriem non obaudiuerit. Si uerò pollicem ad superiorem interioris tuberculi humeri sedem quintum neruum compressurus, ui admoueris, mox interna externaq; sedes minimi digiti & anularis & inferior mediĳ stuporem experientur. At si maiori conatu anteriorem interioris humeri tuberculi sedem compresseris, atque ita tertium neruum obstruxeris, illico interna sedes pollicis & indicis & pars mediĳ stupore laborabunt. Quum uerò hæc exploras, perpende pariter, quàm leue sit nonnunquam motum integro adhuc sensu perire, & sensum quoq; motu adhuc integro aboleri. Nam ut cæteros taceam neruos (& ne à reconditis magis exempla petam) da uulnere aut alio affectu quartum neruum, quà is secundùm humeri posteriora reflectitur, aut etiam quà à reticulari plexu ad uertebrarum latera consistenti exorditur, præscindi, aut aliàs ex humoris affluxu eiusq; generis malo quopiam ita uiciari, ut animalis spiritus cum ipso non deducatur, & quintus neruus interim illæsus (uti factu est facillimum) ac integer sit, non'ne minimi digiti & anularis extensio perdetur? illorum sensu integro? Nam quintus neruus sensum suppeditans illæsus est, at propter quarti uicium musculorum digitos extendentium munus intercidit. Quid si casu quintus neruus, integro interim quarto, cõtusus, aut alio qui oblæsus fuerit: non'ne paruus digitus & anularis stupescent, ipsorum interim motu haud corrupto? Atque ut hæc de quarto neruo & quinto exempli gratia proposui, ita sanè illi quem neruorum series & musculorum natura non fugiunt, expendere confingereq; promptissimum est, quî sensus illæso motu aliquando aboleatur: aliquando autem seruato sensu, motus corrumpatur. Neque necessum est eò deflecti, quod maior uis animalis ad motũ, quàm ad sensum requiratur: & multo magis irridenda est Anatomicorum principis ratio, qua is confingit quosdam neruorum surculos motui tantum, alios autem sensui præesse. quasi uerò quis neruorum surculus sensu tactus destitueretur. Cæterùm quum hæc aliò spectent, sexti nerui (qui adhuc enarrandus superest) seriem quoque perstringemus. [n] Istius principium ab infima retis iam sæpius dicti sede enascitur, & inconiugatus per axillam in brachium properat, nullibi in alto reconditus, sed cuti internæ brachĳ sedis substratus, ad internum humeri accedit tuberculum, in progressu conterminis eius quam perreptat cutis partibus [o] frequentem depromens sobolem. Ad interius uerò humeri tuberculum, in plures partitur ramos uenæ axillaris [p] propaginibus partim incumbentes, partim quoque substratos. Hi deorsum numerosa propaginum serie secundum ulnam digeruntur, inter cutem & car-

*Quî citra sectionem neruorum in manus series experiri possit.*

*Sensum seruato motu perire, & cõtrà.*

*Lib. 1. de Affectorum locorũ cognitione. Sexti nerui in brachiũ ingressus ac series.*

g Confer inter se neruos in 2, 3 figuris, sed magis in ultima.

h Exnuperscriptis petuntur tabulis.

i 3 tab. r.

k 2 fig. cha. 46. ult. fig. p.

l 9 musc. ta. inter z & Δ.

m 3 fig. 9 educebat cha. 36.

d 2 fi. et ult. fig. cha. 20, 21, 22, 23, 24.

b 3 fig. cha. 52, 52.

e 12 tabula musc. Δ. * 13 ta. r. d 14 ta. T.

e 10 tab. o.

f 2 fig. cha. 50, 50. dein 51.

g 8 musc. ta. z.

h 2 fig. cha. 49. 49.

i 2 fig. cap. 2 h.

k Ad latus cha. 20, 21, 22 fig. 2.

n 2, 3 fi. 2. uti. fi. q.

o fig. 2 cha. 48, 48.

p fi. cat. 6 li. 3 11, x.



& carneam membranam deducti, & priusquam brachiale contingãt cessantes, perpetuoq; secundùm inferiorem cubiti regionem seu ulnam exporrecti. [q] Præsens neruus crassitie secundo respondet, ubi is cubitum accedit. Quintus autem neruus tertio congruit, uti etiam secundus, qui priusquam sui portionem tertio offert, crassus uisitur. Atque hi sexto ferè quintuplo crassiores sunt: omnium autem plenissimus est, quem quartum enumerauì: quemadmodum summè etiam gracilis occurrit, qui primus recensebatur.

*Neruorum crassities.*

## QVINQVE PARIVM NERVORVM è lumborum uertebris prodeuntium series. Caput XV.



DORSALIS medullæ lumborum uertebris complexæ [a] nerui, in hoc thoracis uertebrarum neruis magna ex parte conueniunt, quòd à singulis [b] rami retrorsum ducantur in musculos uertebris adnatos sparsi. Committitur autem hic uertebris [c] musculus humani thoracis motorum quartus, dein dorsum mouentium * undecimus, ac demum [d] qui huic substernitur decimustertius. Atque his musculis propagines à posterioribus ramis offeruntur, quum illi adhuc reconditi ad uertebrarum spinas ducuntur. Quando autem rami ex mutuo utriusque lateris musculorum connexu, atque ab ipsis spinarum apicibus procidunt, ad latera denuò excurrunt, cuti & [e] musculo præcipuè intexti, cuius ope brachium uersus dorsi humiliora agimus. [f] Anteriores autem horum parium rami in abdominis musculos, ac illum qui brachium uersus dorsi humiliora detrahit, ipsamq; adeò cutem disseminantur, ut & in [g] musculum dorsi motus autorum nonum, & eum qui femur mouentium sextus mihi numeratur. Dein à uigesimo primo pari, seu secundo lumborum, unà cum seminaria sui lateris arteria perquàm [h] exiguus surculus ad testem ducitur, si modò à sexti paris neruorum cerebri [i] ramis costarum radicibus exporrectis, atque in intestina propagatis nullæ soboles ad testes pertingant. nam & ab illis ramis interdum surculos testibus exporrigi animaduertimus. Quinetiam ab anterioribus ramis trium primorum parium ex lumborum uertebris prosilientium, [k] surculi etiam diffunduntur, qui nuper dictos sexti paris ramos costarum radicibus exporrectos accedunt, illosq; adaugent. A' tribus uerò humilioribus è lumborum uertebris elabentium paribus, non minimi crus accedunt: qua autem serie in illo digerantur, secundo ab hoc Capite exequar.

d 2 fi. et ult. fig. cha. 20, 21, 22, 23, 24.

b 3 fig. cha. 52, 52.

e 12 tabula musc. Δ. * 13 ta. r. d 14 ta. T.

e 10 tab. o.

f 2 fig. cha. 50, 50. dein 51.

g 8 musc. ta. z.

h 2 fig. cha. 49. 49.

i 2 fig. cap. 2 h.

k Ad latus cha. 20, 21, 22 fig. 2.

## NERVORVM È SACRO OSSE PROsilientium series. Caput XVI.



QVAM concinnè Galeni ossis sacri descriptiones inuicem, ac demum [a] hominis ossi congruant, primo explicuimus libro, addentes quoque inter sex hominis sacri ossis ossa anteriori & posteriori sede bina exculpi foramina, adeò sanè ut hominis neruorum series à canum & caudatarum simiarum serie plurimũ discrepet. Ac [b] primum quidem par tam in hominibus quàm quadrupedibus inter os sacri ossis primum, & infimam lumborum uertebram ea prorsus ratione qua neruorũ paria è lumborũ uertebris egredientia procidit, ac mox ab egressu ramum in posteriora non secus atque superiora paria diffundit, qui etiam similiter atq; posteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim uerò à posteriori regione primi paris sacri ossis [c] propago utcunq; insignis in musculos spargitur, ab ilium osse principium ducentes, potissimum autem in [d] primum femur mouentium. Dein eius propaginis soboles non pœnitendæ in cutem clunibus obductam deriuantur. Anterioris uerò præseritis paris portio, neruis in crus deducendis permiscetur. Non enim tota in crus absumitur, quũ ab illa [e] ramus secundùm internam ilium ossis sedem exporrigatur, surculos offerens abdominis musculis & illi pariter [f] musculo, quem ab interna ilium ossis sede pronatum femur mouentium septimum recensui. [g] Cæterùm quinq; humiliora paria peculiari procidunt ratione. nam priusquam ex ipso osse elabantur, gemina ab utroque latere sunt, & unus neruus utrobique à singulis paribus in anteriora procidit, & unus item utrobiq; retrorsum: atque hæc series in hominibus uisitur. In simijs uerò & canibus secus quàm in cuniculis, uti tria tantum in illis sacri ossis neruorum sunt paria, sic etiam duo solùm inferiora anterius posteriusq; excidunt. Dein reliqua paria (quæ in canibus & caudatis simijs cernuntur numerosa) ab ossis coccygis lateri-

a Spectatur hæc fig. ca. 18 lib. 1.

b 2 fi. et ult. cha. 25.

c 3 fig. cha. 54.

d 9 muscul. tab. π.

e 2 fig. cha. 53.

f 8 tabu. Δ.

g Confer secundã figuram tertiæ.

bus in eum modum prodeunt, quo ex thoracis & lumborū uertebris nerui egrediūtur, quum interim ab hominis osse coccyge, ne unus quidem exiliat neruus. Adeò sanè ut minimè mirandum sit, si ego à Galeni sententia in libro de Ossibus, & in horum neruorum paribus recensendis procul declinem, quum is suis sectionibus fidens simiarum potius quàm hominum neruos prosequatur: secus ferè atque in libris de Vsu partium, quos ex aliorum sententia multis locis illum cōscripsisse nulli non constat, qui sedulò ipsius loca, ac demum simiæ sectionem hominis sectioni confert. Quinque igitur sacri ossis inferiora paria neruos in posteriora excidentes ad musculos potissimum digerunt, qui ilium ossis & sacri ossis posteriorē occupant sedem, ex quorum classe in dextro latere est musculus dorsum mouentium [h] undecimus, ac dein [i] decimus tertius, præter membraneum initium [k] musculi brachium ad dorsi humiliora agentis, & quartum humani thoracis motorum. Item [l] quatuor primi femur mouentium, ac cutis denique clunibus obducta, quæ ipsa quoque propaginibus aliquot ab illis neruis donatur. Anteriores uerò nerui uariè magis digeruntur. siquidem tres superiores, primi paris modo in crus (uti subsequenti narrabo Capite) properant. Duo autem humiliores nerui, qui sexti septimiq; parium propagines sunt, in ani musculos digeruntur. ad hæc, in uteri ceruicem frequenti sobole, uti etiam in uirorum uesicæ ceruicem penem'ue, pertinent. Nam uesicæ ac uteri item fundus plerunque [m] neruulos ab illis mutuātur ramis, qui à sexto pari neruorum cerebri costarum radicibus sub tunica costas succingente exporriguntur. [n] Terminus uerò dorsalis medullæ ex sexto sacri ossis osse procidens, nerui ritu mihi haudquaq; digeri uisus est, etiamsi à quibusdam hunc neruum coniuge carentem uocari nō ignorem. In homine tamen, cuius sacrum os quinq; tantū efformari uidebatur ossibus, medullæ dorsalis terminus ab osse procidens unum utrinq; diffundebat surculum, hac ratione sexti paris sacri ossis uices supplens.

*h 13 muscu. ta. r. — i 14 tab. T. — k 9 ta. Θ. — l 9. ta. n. 10 Σ. u Σ ct φ. — m 2 fi. ca. 1, μ. — n 2, 3 figu. cha. 56.*

## NERVORVM FEMVR, TIBIAM ET pedem adeuntium distributionis ratio. Caput XVII.

*Quatuor neruos crus petere.*

CRVRI iuxta femoris initium à dorsi medullæ lumborum uertebris & osse sacro complexæ neruorum paribus, [a] quatuor nerui offeruntur, à reticulari quodāmodo plexu perinde procidentes, atq; præcipuos brachium petentes neruos pronasci iam antea relatum est: quanquam magis uarius in ceruice, quàm hîc ad lumbos sacrumq; os implexus uisitur. His neruis non eadem obtigit crassities, multoq; minus par series & ductus. qui enim primus ac tertius recensebuntur, graciles sunt. Secūdus autem duobus illis crassior subinde reperitur, licet interea tenuis quoque sit. quartus uerò illorum trium unà complexorum crassitiem uincit.

*Primi nerui series.*

[b] Primus à suprema parte implexus neruorum in crus pertinentium originem ducit, ubi scilicet tertij lumborū paris (quod ordine uigesimū secundum est) anterior ramus uigesimo tertio pari commiscetur. Neruus hic lumborum incumbens [c] carnibus, ac peritonæo substratus, in femur procidet secūdùm exterius latus tendinis [d] sexti femur mouentium musculi, qui unà cum septimo femoris motuum autore musculo hàc supra coxendicis os ad [e] minorē femoris processum contendit. Simulatq; uerò neruus ille femur contingit, [f] ramum depromit cuti paulo minus quàm ad genu usque exporrectū, quæ anteriori femoris sedi uersus externū ipsius latus obducitur. Porrò [g] maior præsentis nerui portio in alto latitās, aliquot propagines deriuat [h] primo tibiā mouenti musculo, qui ab antica sede appendicis ilium ossis principiū ducit, dein & [i] septimo tibiā mouenti musculo, qui à maioris femoris processus radice enascitur, mox quoq; in [k] manū tibiæ motuū autorē, atq; cum illis duobus musculis primi huius nerui grādior portio decliuis ducta, elatiùs quàm genu cōsistat articulus terminatur.

*Secundi nerui series.*

[l] Secundus neruus suum principiū inferiùs quàm primus adipiscitur, è regione uidelicet uigesimi secundi paris neruorū dorsalis medullæ, seu è regione articulationis tertiæ lumborū uertebræ cum quarta. Hic neruus peritonæi etiā posteriori regioni subtensus, simul cum [m] uena & arteria per inguina femur petētibus in crus porrigitur, ac mox ab interno ipsius latere [n] ramum deriuat, * uenæ ad pedes usq; pollicem [o] attensum, quam ab inguine per internā femoris sedem, ac per genu articulū internamq; tibiæ regionem sub cute ad summū usq; pedem protendi commemorauimus. Atq; ut illa uena uarias soboles in progressu ad cutem illi cōterminā diffundit, ita sanè & hîc secundi crus petentis nerui ramus anteriori uenæ illius sedi toto ductu cōtiguus, soboles passim in cutem spargit: inter quas [p] illa est præcipua, quam anteriori genu regioni offert, in eius sedis cutem frequenti ramorum serie disseminatam. Neque sanè oscitanter obaudiendum est, præsentem ramum anteriori uenæ parti exporrigi, ut in eius uenæ sectione, quam mox sub genu aut iuxta interiorem malleolum molimur, scalpellum retrorsum atq; in posterio

*a 2 fig. cha. 57, 60, 66, 71. ulti. fig. &c. — b 2 fig. cha. 57. ult. fig. &c. — c 8 muf. ta. Θ, Ξ. — d 8 ta. Θ & Λ. — e 1, 2 fi. ca. 30 li. 1 d. — f 2 fig. cha. 58. ult. fi. λ. — g 2 fig. cha. 59. ult. fi. β. — h 3 muscul. tab. Σ. — i 5 tabul. Λ. ab ν. — k 4 ta. Φ. — l 2 fig. cha. 60. ult. fi. γ. — m ulti. fi. li. 3 d. — n 2 fig. cha. 61. ult. fig. d, d. — * ulti. fi. li. 3 m. — o 2 fig. cha. 62. — p 2 fig. cha. 63.*

ra



ra impingamus, ne is casu antrorsum actus neruum præsecet. Cæterùm [q] grandior secundi nerui portio simul cum uena ac arteria reconditur, & in musculos anteriorem femoris sedem occupantes quoq; digeritur, præcipuè autem in [r] quintum femur mouentium, & in [s] octauū tibiam mouentium, cum quo etiam secundùm internum latus [t] noni tibiam mouentium musculi deorsum fertur supra genu articulū, non minus quàm primus neruus cessans, & in progressu membranulis uasa colligantibus exiguas porrigens soboles.

*Tertij nerui series.*

[u] Tertius neruus secundo succedit, illic enatus, ubi quarta lumborum uertebra quintę articulatur, hîc peritonæo quoq; succumbens, & [x] musculo femur mouentium septimo uectus, ad pubis ossis [y] foramē contendit, hàc in femur prorepens. Verùm priusquam foramen id superat, [z] nono & [a] decimo femur mouentibus musculis ramulos porrigit: mox uerò & [b] illis musculis, qui à pubis osse pronati penis peculiares censentur. At ubi paulo demissiùs prorepsit, duorum neruorū, quos iam descripsimus, ritu, [c] ramum emittit cuti oblatum, quæ internam femoris sedem iuxta inguina occupat. Dein eius nerui [d] reliquum ramum offert [e] secundo tibiam mouenti musculo, ac dein [f] quinti femur mouentis musculi portioni à pubis osse pronatæ ramum deriuat, supraq; medium longitudinis femoris terminatur.

*Quarti nerui series.*

[g] Quartus cruris neruus tertio quidem ortu subsequitur, at sextuplo etiam crassior est, atq; ex uigesimiquinti ac trium succedentium parium anterioribus ramis potissimùm constituitur: non solùm omnium neruorum crassissimus, uerùm etiam quum hinc à dorsalis medullæ termino principium obtineat, durissimus, pariterq; ualidissimus. Hic neruus peritonæo quoq; subditus inter sacri ossis latus & ilium os, quà hæc ossa inuicem dehiscunt, tanquā per [h] sinum ipsi peculiariter paratum ducitur, & mox [i] ramum ex posteriori ipsius sede deriuat, qui aliquousq; sub [k] primo femoris motorum latitans, tandem ad cutem procidit, soboles distributurus cuti inferiori clunium sedi obtensæ, & illi pariter cuti quę posteriorem femoris sedem ultra medium longitudinis femoris integit. Cutis enim supra genu in posteriori femoris sede reposita, ab [l] alia quarti nerui propagine ramulos obtinere mox docebitur. Postquā uerò quartus neruus hunc ad cutem deprompsit ramum, [m] alias utcunq; grandes distribuit soboles in musculorum [n] capita digerendas, quæ à coxendicis ossis appendice principium ducunt, quorum tria tibiæ motibus famulantur, ac tertium, quartum & quintum tibiam mouentes constituunt musculos. Quartum uerò caput femoris motibus peculiare censetur, quintumq; femur mouentem efformat musculum. Quartus neruus hinc inter musculos posteriorem femoris sedem sibi uendicantes reconditus, deorsum fertur, ac paulo sub medio longitudinis femoris [o] ramum educit in quarti tibiam mouentis musculi [p] partem à femoris osse, ac si peculiaris esset musculus, enatam. Ab hoc ramo propagines in cutem excurrunt humiliori sedi posterioris femoris regionis iuxta genu obductam. Simulatque quartus neruus inferiorum femoris capitum radicem spectat, [q] utrinque unam edit propaginem, in [r] capita musculorum disseminandam, qui ab inferioribus femoris capitibus enati, tres primi pedis motores enumerantur. Quando autem quartus neruus in [s] sinu [t] consistit, quem duo inferiora femoris capita mutuò dirempta efficiunt, in [u] duos crassitie inæquales truncos partitur, à quibus uniuersæ propemodum tibiæ & pedi item nerui offeruntur. Nullus enim in tibiam neruus procidit à quarto nō diductus, præter [x] ramū secundi crus petentis nerui interiori femoris & tibiæ & pedis quoq; sedi exporrectū.

*Qui quartus neruus ueluti pluribus funiculis constare uideatur.*

Neq; sanè quenquam mirari uelim, quòd quartum neruum non secus quàm si unicus esset, nō autem (ut Galenus docet) geminus, secundùm totam femoris longitudinem sermone deduxerim: quū uniuersus in homine unicā obtineat circunscriptionē, & si quis ipsius qua inuestitur mēbrana unguibus dirempta hunc uelut in duos neruos dirimere proposuerit (quod leui etiā fit negocio, si manū ab ea [y] sede, qua prope femoris inferiora capita bipartitò scinditur, sursum ad mediam usq; femoris longitudinem duxeris) etiam licebit in quamplurimos neruos ipsum hac ratione diuidere: quum is aliud nihil sit, quàm plures nerui instar plurium rectorum funiculorum protensi, & membranis circundati. Ac proinde ea ratione qua quis quartum neruum geminum esse contendet, ego illum decem & octo neruis cōflari astruam, quum aliquando tot ipsius portiunculę seu funiculi mihi illos studiosè numerāti occurrerint. Quotcunq; uerò quartus neruus constet partibus, in poplite, uti prius dicebam, in duos impares dirimitur truncos.

*Lib. de Admi. dissect.*

[z] Exterior, qui & gracilior est, ad fibulæ cum tibiæ osse iuxta genu articulum prorepit, inibi musculis offerēdus. Priusquā autem penitius inter musculos truncus ille reconditur, [a] propaginem diffundit externę cuti tibiæ propriam, ac per exteriorē malleolum pedis externum latus adeuntem, atq; in progressu frequentes soboles spargentem. Ipse autem exterior truncus postquā nuper commemoratam [b] edidit propaginem, inter [c] septimum & octauum pedem mouentes musculos primùm occultatur, etiam [d] sexto pedem mouentium musculo attensus. Atq; inibi rursus mox in progressu [e] ramum educit, qui errabūdo ductu in cutem dispensatur, anteriori tibiæ re-

*q 2 fig. cha. 64. ult. fi. ι. — r 8 muf. ta. Φ, C. — s 6 tabul. π. — t 4 tabu. Φ. — u 2 fig. cha. 66. ult. fi. ʃ. — x 8 tab. Λ. — y 1, 2, 3 fig. ca. 29 li. 1 r. — z 16 ta. F, G, H. — a 8 ta. Y. — b 1, 2 fi. ca. 49 li. 2 K, L. — c 2 fig. cha. 68. ult. fi. α. — d 2 fig. cha. 68. ult. fi. θ. — e 16 muscu. tab. Δ. — f 8 tab. Φ, C. — g 2, 3 fi. cha. 71. ult. fig. ι ac etiam 10 muf. ta. ʃ. — h 2, 3 fi. cap. 29 lib. 1 c. — i 2, 3 fi. cha. 72. ult. fi. ν. — k 9 tab. π. — l 2 fig. cha. 74. — m 2 fig. cha. 73. ult. fi. μ. — n 10 muscu. ta. ν, ʃ. et 11 tab. λ, μ, ν, &c. — o 2 fig. cha. 74. ult. fi. ʃ. — p 11 tabu. ʃ. — q 2 fig. cha. 75. ult. figuræ ο, ε. — r 11 tab. π, ρ, ω. — s 1 fi. ca. 30 lib. 1 I. — t 2 fig. cha. 76. — u 10 muscu. tab. θ, ν. — x 2 fig. cha. 61. — y 2 fig. cha. 76. — z 2 fig. cha. 77. ulti. figu. π. — a 2 fig. cha. 78, 78. ult. fig. ε. — b ult. fi. π. — c 6 ta. inter Φ & Y. — d 1 ta. Z. — e 2 fig. cha. 79. ult. fi. ν.*

 gioni

# ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER QVINTVS, ORGANIS NVTRITIONI quæ cibo potú que fit, & dein propter partium connexum, ac uiciniam instrumentis generationi famulantibus dedicatus, & omnes sibi peculiares figuras seriatim simulq; mox in initio ostendens, quo minus eædem figuræ plerisq; Capitibus passim præponendæ ueniant.

## PRIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



### PRIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

*PRAESENTI figura tanta humani corporis portio delineatur, quanta ad peritonæi sedes ostendendas sufficit: exprimitur itaq; hac figura anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaq; ex parte dissecta.*

*A, A, B, C, D His characteribus peritonæũ insignitur, quodãmodoq; hac figura terminatur.*

*E, E Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis usq; ossium commissuram procedens, cui obliquè descendentium & ascendentium, & transuersim procedentium abdominis musculorum neruosæ tenuitates pertinacissimè connascuntur.*

*F Vmbilicus, quem inter dissecandum etiã ademptis abdominis musculis, gratia opportunæ umbilici uasorum demonstrationis, reseruare solemus.*

*G Seminaria sinistri lateris uasa suis membranis, quas à peritonæo mutuantur, adhuc obuoluta.*

*H Seminaria dextri lateris uasa.*

*I Vena ac arteria, quæ potissimùm inferiori sedi rectorum abdominis musculorum exporriguntur, quorum & hic quoq; propendet portio.*

*K Vena & arteria, quæ sub osse pectoris exporrectæ, in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, præcipuè rectis abdominis oblatæ musculis, ac superiorẽ abdominis sedem uniuersam quoq; implicãtes: quemadmodũ illæ quas I insigniuimus, humiliorẽ & pubis ossibus uiciniorẽ implicãt.*

L Venarum soboles in peritonæi latera excurrentium, ac ab illis uenis deductarũ, quæ aut à coniuge carente uena, aut geniculatim à caua pronascuntur, quà ipsius caudex lumborum uertebris colligatur.

M Transuersi abdominis musculi portio à peritonæo diuulsa, retrorsumq; flexa.

N Ilium ossis sedes hic nuda conspicitur, cui obliqui transuersiq; abdominis committuntur musculi. Verùm quum præsenti figura, uti etiam subsequentibus omnibus, ea duntaxat organa explicare uisum sit, quæ hoc pertractabuntur libro, non est quod illas quoq; indicem partes, quæ figuris ob hoc adduntur, ut describendæ partis sedes in conspectu promptior esset: cuiusmodi in hac figura est, thoracis inferior sedes abdominis musculis libera, & femorũ initia cute duntaxat denudata.

## SECVNDA QVINTI LIBRI FIGVRA.




### SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

HAEC figura primam sectionis serie subsequitur. hic nanque peritonæum recta lineæ à pectoris ossis mucronata cartilagine ad pubis usque os ita diuisum est, ut umbilici uasorum nullum uitiauerim: dein transuersa sectione à sinistro ilio ad dextrum ducta, quatuor peritonæi anguli ab anteriori corporis sede in posteriora reflexi conspiciuntur. Prætereà umbilici quoque una pars cũ ipsius uasis, quæ peritonæo prius connectebantur, oculis subiacet. Ad hæc præsens figura iecoris portionẽ, & uentriculi sedem, ac omenti intestinis obducti situ indicat, quem omentum obtinet, quum manibus ipsum uersus pubis os inter dissecandum trahitur, si quando sursum uersus sinistrum latus (uti plerunq; accidit, ac sequenti figura occurret) retractũ adinuenitur.

A, B, C, D Quatuor peritonæi partes dissectæ, atq; in posteriora reflexæ, adeò ut interna anterioris



ris peritonæi sedis regio hic exsectionis serie in conspectum uenerit.

E Vmbilicus à peritonæo liberatus.

F Vena ab umbilico in iecur porrecta.

G Venæ umbilici in iecoris rimã ingressus.

H,H Portio iecoris ex gibba ipsius sede apparens.

I Præcipuum ligamentum iecur septo transuerso cõnectentium, quod uersus dextrum latus mucronatæ cartilaginis consistit. Scutum enim id ad sinistrum I latus conspicuum, mucronata est pectoris ossis cartilago.

K Dextra arteria ab umbilico secũdum dextrum uesicæ fundi latus ad magnã prorepens arteriã.

L Sinistri lateris arteria ab umbilico secundũ uesicæ sinistrã sedẽ, ad magnã exporrecta arteriã.

M Meatus, quo à uesicæ fundo fœtus urina in secundam fœtum inuoluentem tunicam expurgatur.

N Vesicæ fundus.

O Peritonæi ad uesicæ fundum nexus.

P Ventriculi anterior pars, quæ neq; iecore, neq; omento obtegitur. Hæc sedes ob hoc amplior apparet, quod uentriculus quem hic depinximus impensè inflatus fuerat: quemadmodum & huius cadaueris uesica paulo quoq; elatiùs solito, supra pubis ossa elatiori sua parte efferebatur.

Q,Q,Q,Q Omentum.

R Vena & arteria simul cum neruo dextræ sedi inferioris partis uentriculi exporrectæ.

S Sinistri lateris uasa, quæ sinistram fundi uentriculi sedem amplexantur.

T Hac sede dextri lateris uasa sinistris committuntur, ac proinde etiam R, T & S suturam indicãt, cuius Aristoteles tertio Historiæ de animalibus libro, ut & quarto de Animalium partibus meminit, quum à medio uentre omentum oriri dependereq; asserit.

X,X Venarũ arteriarũq; propagines superiori omenti membranæ exporrectæ, adipeq; cinctæ.

## TERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA.



## TERTIAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHA-racterum Index.

TERTIA figura secundam administrationis ordine subsequitur, ac humiliorem omenti membranam à superiori diuulsam laceratamq; gerit, ac superior quidem super thoracis anteriora & uentriculum quoque extensa est. Dein uentriculus etiam ui sursum ad pectus ex sua sede tractus uisitur, ut humilioris omenti membranæ natura in conspectum peropportunè ueniret: quam eousq; intestinis adhuc obductã cernis, quousq; omentum subinde sursum sinistrorsumq; collectum dissecantibus occurrit. Præterea in præsenti figura intestinorum situs inturbatus iacet, uti & lien quoq;, cuius pars hic etiam oculis subijcitur.

K.L. M.N & O eadem hic atq; in secunda figura notantur. nam K indicat umbilici arteriam dextram, L uerò sinistram. M meatum, quo fœtus urina in secundum ipsius inuolucrum excernitur, quiq; hic, ut & arteriæ, abtruncatus conspicitur. Cæterùm N uesicam notat: O autem peritonæi cum anteriori uesicæ sede connexum. Atq; in hac figura peritonæi angulos, qui secunda figura A, B, C & D insigniti erant, resecuimus.

a,a Superioris membranæ omenti, quam & alam superiorem nonnulli appellant, posterior sedes, qua inferiorem membranam integro adhuc omento spectat.

b,b Extuberans hæc sedes uentriculus est, superiori membrana omenti tectus.

c,c Omenti humilior mẽbrana, quæ nonnullis humilior ala nuncupatur. Cæterùm extuberans pars, cui duo superiora c & c inscribuntur, colum est intestinum, quà uentriculi exporrigitur fundo, ac inferiori membrana omenti, uice mesenterij utitur.

d Hic lien etsi omento obducitur, protuberans sese ostendit, ad quod etiam pellucida omenti iuuat substantia.

Inferior omenti membrana hic modò quà uentriculo subijcitur, quàmpluribus notanda erat characteribus: uerùm quò minus illam characterum copia obliterarem, eos in subsequenti figura ponendos duxi. præcipuè quum leui opera lector eosdem characteres utrisq; figuris inibi adhibitos fingere possit, ubi ambæ idem exprimunt.

## QVARTA QVINTI LIBRI FIGVRA.



QVAR-



## QVARTAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHA-racterum Index.

HAC figura omentum suis quibus adnascitur, aut potius à quibus initium ducit, membris liberum, & nulla interim parte diuulsum delineatur, integraq; ipsius constructio & præcipuè uenarum, arteriarum & neruorum per ipsum series, & glanduloſa corpora ipsi innata commonstrantur. Quàm concinnè uerò omentum sacculo, aut peræ, aut minoribus piscatorum retibus assimiletur, hac quoq; figura discitur.

e,e Omenti circulus, seu orificium, quo initium ducit.

f,f,f Omenti superioris membranæ anterior facies.

g,g Inferioris omenti mẽbranæ anterior facies. at hæc nõ integra ut superioris membranæ anterior facies hic conspicitur, quum inferioris membranæ sedes tantum in conspectu sit, quæ uentriculo substernitur, atq; ad colon usq; intestinum, quà id uentriculo exporrigitur, pertinet. Reliqua enim inferioris membranæ pars superiori membrana occulitur.

h,i,k Tribus his characteribus ad sinistrum latus inferioris membranæ omenti positis, omenti constructio insignitur. Nam h omenti partem notat membraneam, uenis arterijsq; & adipe quoq; carentem. i uerò uasa indicat, k autem adeps uasis attensus adnatusue exprimitur. Atq; ut hos characteres hac omẽti parte reposui, ita etiã quauis ipsius sede eas potuisse collocari, nemo ambigit.

l Venæ portæ caudex quà ex iecore prodiens inferiori mẽbrana omenti continetur ac suffulcitur.

m Arteria iecoris cauum & bilis uesiculam petens, neruoq; concomitata qui à dextri lateris sexti neruorum cerebri paris nerui ramo, dextri lateris costarum radicibus exporrecto depromitur, ac iecoris cauum bilisq; uesiculam adit.

n Principium uenæ inferioris uentriculi orificij posteriorem sedem potissimum accedentis, & arteriam habentis coniugem.

o,o Arteria & uena & neruus, secundum superioris omenti membranæ principium, dextræ fundi uentriculi sedi exporrecti.

p,p Illorũ uasorũ quæ dextræ fundi uẽtriculi sedi exporrigũtur surculi, corpus uẽtriculi implicãtes.

q,q Dictorum iam uasorum quæ fundi uentriculi dextræ sedi exporriguntur propagines, in superiorem omenti membranam sparsæ.

r Vena arteriaq; duodeno intestino & ieiuni intestini principio exporrectæ, neruulumq; socium frequenter admittentes.

ſ Portæ uenæ in duos truncos bipartitio. quòd uero uenas r & o indicatas hic elatius quàm in nuda portæ uenæ figura tertij libri quinto capiti dedicata, delineauerimus, in hoc factum putato, quòd earum uenarum ortus in hunc modum subinde uariet.

t Dexter seu grandior uenæ portæ truncus, in mesenterium adeoq; intestina excurrens.

u Vena in posteriorem uentriculi sedem citra arteriæ consortium excurrens.

x Vena cum arteria et neruo in dextram inferioris membranæ omenti sedem sparsa, ac colon quoque intestinum hac parte accedens.

y Vena simul cum arteria in uentriculi posteriora excurrens, & tandem coronæ ritu superius uentriculi orificium amplectẽs. uerum huius uenæ arteriæq; tanta duntaxat delineatur portio, quanta inferiori membrana omenti sustinetur.

α Hic nonnihil grandior mesenterij arteria se offert, etiamsi minimo interuallo inferiori membrana omenti suffulciatur.

β Trũcus est arteriæ, q inferiori omẽti mẽbranæ intertextus, uẽtriculo, iecori, bilis uesiculæ, colo quà id uẽtriculo exporrigit, ac dein lieni ramos depromit, neruosq; has partes adeũtes comitat.

γ Vena simul cũ arteria et neruo mediam potissimum sedem subiens inferioris membranæ omẽti, & ramos quoq; offerens colo intestino quà ad uentriculi prorepit fundum.

δ Vena coniugis arteriæ expers, quæ sinistræ sedi inferioris omenti membranæ pauculas soboles, ut & ipsa gracilis est, diffundit.

ε Venarum, arteriarum & neruorum in lienem series.

ζ Vena pariter cum arteria neruoq; uentriculi fundi sinistræ sedi exporrecta.

θ,θ Glanduloſum corpus inferiori membranæ omenti innatum, quod uulgo uocant Brisauolo, Dulcem morsum seu bolum, Buccam saporitam, Rodol.

θ Glanduloſi corporis portio, quod duodeno intestino subnascitur.

# SEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA.



## SEXTAE FIGVRAE INDEX.

*IN sexta quinti libri figura sectionis serie tertiam subsequente, iecur uentriculus & intestina proprias seruant sedes, omento interim quà à uentriculo enascebatur, coloq; intestino continuum erat, prorsus resecto, ne forte id relictum alicuius organi sedem obliteraret. Præterea, ut singula opportunius oculis subijcerentur, costarum aliquot fines (uti inter pingendum factum est) effregimus, ipsas unà cum peritonæo septoq; transuerso illis connato in posteriora reflectentes. Vesica autem hic respondet tertiæ ac secundæ figurarum uesicæ. Cæterùm quia præsentis figuræ characteres magna ex parte cum duabus nunc succedentibus communes sunt, non abs re erit ante illius indicum explicationem, quid his designetur, sermoni adijcere.*

SEPTI



# SEPTIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*HAC figura tenuium intestinorum ductum duntaxat delineauimus, aliqua etiam uentriculi et coli intestini simul cum cæco asseruata portione, ut facile præsens figura iam subsequenti adaptetur. Quòd autem coli intestini initium paulo magis quàm par sit, ab ipsis tenuibus intestinis abductum uideatur, in hoc factũ arbitrator, ut sola gracilia in conspectum accuratè uenirent. potissimum quum coli intestini circum tenuia situm ingressumq; sexta figura pulchrè proponat.*



# OCTAVA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*PRAESENTI figura cæci intestini & coli & recti imago ductusq; commonstratur, unà cum ilei intestini extremo, & musculis recto intestino proprijs.*



## CHARACTERVM SEXTAE, SEPTIMAE ET OCTAVAE figurarum Index.

*SVBSEQVENS modo characterum Index sextæ, septimæ & octauæ figuris cõmunis est. si quis uero interim character harum alicui peculiaris sit, illum profiguræ numero aut 6 aut 7 aut 8 insigniturus sum: characteres autem, quibus huiusmodi nulla subiungetur notula, tribus figuris communes censebis.*

A 6 *Mucronata pectoris ossis cartilago.*
B,B 6 *Peritonæum unà cum disruptis costis, illisq; adnato septo retrorsum atq; in latera flexum.*
C 6 *Primarium ligamentum, quo iecur humanum septo colligatur.*
D,D 6 *Iecoris gibbi magna sedes.*
E 6 *Portiuncula uenæ ab umbilico iecori insertæ.*
F,F 6 *Ventriculi anterior sedes.*
G 6 *Lienis sinistrum latus, seu ipsius pars in corporis anteriora uergens.*
H 7 *Ventriculi portio, quæ inferius uentriculi cõstituit orificium, seu intestinorum principium quod hic chordula ligatum finximus.*

I,K 7 Pars intestinorum ab I ad K protensa, uulgato nomine nunc duodenum intestinum, nunc intestinum duodenûm digitorum longitudine, mihi uocatur.

L 7 Ieiuni intestini initium, graciliumq; intestinorum sedes, ubi primùm in anfractus conuolui atq; antrorsum assurgere incipiunt.

M 7,8 Ilei intestini terminus, & gracilium intestinorum finis. uerùm quánam sede ieiuni intestini terminus, aut ilei intestini principium sit ponendum, augurari nequeo, quum toto ductu qui ab L in septima figura in eadem & octaua ad M usq; pertinet, nullibi discrimen commonstret, quo ieiunũ ab ileo liceret interstinguere.

N Extuberans crassorum intestinorum initium.

O Hoc intestinum mihi cæcum nuncupatur, non admodum contendenti an quis eo nomine aliã crassorum intestinorum partem donari uelit: modò is non adeò nominum sit studiosus, ut illorum occasione ea in intestinorum fabrica spectare negligat, quæ in partium aliarum constructione sedulo inquirimus.

N,P,Q, R,S,T, 6,8 Colum intestinum his characteribus insignitur, uerùm singuli priuatim aliquid notant. N enim ad P usq; coli intestini ductum notat, à dextri renis sede ad iecoris usq; cauum pertinentem. A P uero ad Q coli ductus notatur, secundum uentriculi fundum à iecoris cauo ad lienis usq; regionem protensus. A Q autem ad R ductus coli insinuatur, à lienis regione ad pubis os, secundum sinistrum ile procedens. Cæterùm ab R ad S (quod in 8 priuatim uisitur) coli indicatur ascensus anfractusq;, quem sursum ad umbilici usq; regionẽ molitur. At S ad T usq; progrẽssum notat, dicti nunc ascensus ad recti intestini initium.

V, V 6,8 Depressa coli intestini sedes.

X, X 6,8 Coli intestini utrinq; extuberantes semiglobuli, quos cellulas uulgus uocat.

Y 6,8 Recti intestini initium. Quicquid uerò sub Y consistit, rectum est intestinum.

Z 7 Portio meatus bilem in intestina perferentis.

a 8 Musculus recti intestini finem orbiculatim amplectens, fæciumq; excretioni præfectus.

b,c 8 Duo musculi rectum intestinum post fæcium excretionem sursum alacriter contrahentes.

d,8 Hac sede rectum intestinum uirorum peni & mulierum uteri ceruici interuentu musculosæ substantiæ connascitur.

e,f 6 Duæ arteriæ fœtui peculiares.

g 6 Hoc charactere uesicæ fundus indicatur, uti & meatus quo fœtus urina expellitur, quemq; hic ut & nuper commemoratas arterias abtruncatum finximus.

## NONA QVINTI LIBRI FIGVRA, CVIVS *VTI ET EIVSDEM CHARACTERVM INDICEM* hîc lateri adhibuimus.

HAC figura recti intestini & coli quoque quà id recto continuatur, partem expressimus, intestinorum tunicas commonstraturam.

h Prima intestinorum tunica, quæ & intima est, ac solis transuersis circularibus ue confirmatur fibris.

i,i Secunda intestinorum tunica, quæ transuersis quoq; efformatur fibris. attamen rectis quoq; eo donatur pluribus, quo recto intestino uicinior est.

k,k Mesenterij est portio, quæ rectum intestinum ossi sacro committit, ac tertiam ipsi exporrigit tunicam.

L,L Tertia intestinorum tunica, à mesenterij pronata membranis.




DECI-



## DECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.




### DECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

VT præsens figura mesenterij situm quàm appositissimè oculis subijceret, gracilia intestina undecunq; ad latera sursum deorsumq; inuicem manibus diducta continet, ac proinde mesenterij cõmonstrat centrum, et rationem qua mesenterium intestinis uasa porrigit, intestinaq; dorso connectit. Ad hæc, eius quoque mesenterij partem ostendit, quæ coli finem & rectum quoq; intestinũ dorso alligat. Succedit uerò hæc figura sectionis serie illi quam sextam locauimus.

A, B, C, D Portiones peritonæi, aperto iam abdomine in latera extrorsum flexæ.

E, E, E Tenuia intestina.

F Cæcum intestinum.

G, G, G Colon intestinum.

H Recti intestini initium.

I Vesica, cui peritonæum ea potissimum sede connascitur, ubi alteram ipsi offert tunicam.

K Mesenterij centrum, eaq; dorsi pars qua id à peritonæi membranis initium ducit. quæ magnam arteriam & cauam uenam hic uertebrarum corporibus adnectunt.

L, L Corpus glandulosum, mox in ipsa uasorum distributione positum, quæ mesenterij centro inseruntur.

M,M Glandulæ uaſorum diſtributionibus interiectæ, quæ uaſa in ipſo per meſenterium ad inteſtina moliuntur progreſſu.

# VNDECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



## VNDECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

HIC duntaxat ipſum delineatur meſenterium è corpore exemptum, omnibusq; partibus ipſi connatis liberum, præterquam ab inferioris membranæ omenti portione, qua colon dorſo inibi colligatur, ubi ſecundum inferiorem uentriculi ſedem id procedit.

K Character K, ut & in decima figura, meſenterij indicat centrum.

L,L Hi quoque characteres ſimiliter atque in decima, glandulosum corpus notant, totius meſenterij maximum.

M,M Glandulæ notantur illis interpoſitæ uaſorum diſſectionibus, quæ iam inteſtinis appropinquant.

N,O His characteribus meſenterij circumſcribitur pars tenuia inteſtina dorſo alligans.

P P ad Q uſq; meſenterij indicat portionem, colon inteſtinum dorſo affirmantem, qua id à dextri renis ſede ad cauum uſq; iecoris protenditur.

Q Q ad R uſq; inferioris omenti membranæ partem notat, quæ colon tota illa ſede dorſo commit tit, qua id ſecundum uentriculi exporrigitur fundum.

R R ad S uſq; meſenterij inſinuat portionem colo inteſtino tota ea ſede propriam, qua id à lienis regione ad rectum uſq; inteſtinum pertinet.

S,T Quod S & T intercluditur, meſenterij pars eſt rectum inteſtinum dorſo nectens.

V Hac ſede meſenterij naturam exprimere conati ſumus, quandoquidem unam meſenterij membranam ab altera unguibus diuulſam pinximus: ut X nimirum una ſit, altera uerò Y inſcribatur. Atq; in harum membranarum medio meſenterij uaſa excurrunt, & ipſius adeps, ut & glãdulæ etiam continentur, quemadmodum quoq; in uigeſima quarta huius libri figura eſt cernere.





# DVODECIMA QVINTI LIBRI FIGVRA, QVAE IAM PRAEPOSITIS INTEGRIS FIGVRIS SECTIOnis ſerie ſuccedit.

Habet enim diſſectũ peritonæum, & omentum quoq; in hac ablatũ eſt, & hic coſtas aliquot etiã effregimus, quò iecoris cauũ opportunius delineari poſſet. Hic namq; conſpicitur uniuerſum iecoris cauũ, ipſiusq; iecoris forma. Dein uẽtriculi quoq; apparẽt orificia. Inteſtina autẽ perinde ac uentriculũ in ſiniſtrũ latus depreßimus, ut in cõſpectu eſſet meſenterij pars, ac uenæ portæ in ipſum ſeries: dein bilis meatus in inteſtinũ inſertio, et ſi quæ ſint reliquaquæ characteribus ſeriatim adnotabimus, mox atq; quid decima tertia oſtendat figura, expreſſerimus.



# DECIMATERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA, NVDAM BILIS VESICVLAE EIVSDEMQVE meatuum delineationem exprimens.



## CHARACTERVM DVODECIMAE ET DECIMAE tertiæ figurarum Index.

PRAESENS characterum Index duodecimæ & decimætertiæ figuris ideo habetur communis, quod cauam iecoris sedem pleriſq; characteribus quibus decimatertia occupatur insigniri licuisset, nisi characterum copia delineationem fuisset uitiatura. Quum itaq; character occurret duodecimæ figuræ peculiaris, illi 1 subiungemus, illis qui decimætertiæ priuatim inscribuntur 2 adiecturi. Si uerò quis utriſq; figuris simul communis erit, illi 1 & 2 addetur.

H, H 1 Peritonæi unà cum costis euersi portio.

I, K 1 Cauum iecoris.

L 1 Portiuncula gibbi sedis iecoris.

M 1 Iecoris sectio, cui fœtũ alẽs uena primùm inseritur.

N 1 Rimæ ac impreſsiones & tubercula in iecoris cauo iuxta uenæ portæ exortum cõſpicua. N uerò superius, seu ſiniſtrum, seu ipſo T uicinius, sedem indicat, qua ab umbilico procedẽs uena iecoris cauo ubi portæ caudex prodit, inseritur. Ab M enim ad N uſq; foramen notatur, quod liberè quodammodo umbilici transmittit uenam ad sedem N insignitam. (colligãs.

O 1 Ligamentũ ſiniſtram iecoris partẽ (quæ in angulũ quodãmodo acutũ deſinit) septo trãsuerſo hic

Φ 1 Sinus iecori hic inciſus, ac ſtomacho cedens, ubi is superiori uentriculi orificio continuatur.

P, Q 1 Ventriculus.

R 1 Ventriculi superius orificium, seu ſtomachi finis, unà cum uenis, arterijs, & neruis id orificium amplexantibus.

S 1,2 Humilius uẽtriculi orificium, ipſiusq; duodeni inteſtini initium, quod in duodecima figura secus atq; secundùm naturam ſe habet, ad interiora refleximus, ut in conſpectum ueniret bilis ueſiculæ meatus in ipſum insertus, ac mox c notandus.

T 1 Neruus à neruis elatius uentriculi orificium implicantibus eductus, iecoriſq; cauo insertus.

V 2 Bilis ueſicula. Hæc in utriſq; præſentibus figuris eſt cõſpicua. uerùm priuatim illam duntaxat in decimatertia characterе notaui. ac proinde primùm decimætertiæ, ac dein duodecimæ mentem hic & in ſubſequentibus aliquot characteribus accommoda.

X, X 2 Meatus bilis ueſiculæ per iecoris corpus exporrecti, inter portæ uenæ et cauæ itẽ uenæ ramos.

Y 2 Venæ portæ propago in iecoris ſubſtantiam diffuſa.

Z 2 Venæ cauæ propago in iecoris ſubſtantiam digeſta. Volui enim hic exprimere uaſorum in iecoris ſubſtantia ſitum, qui ſcilicet portæ uenæ rami propaginibus cauæ ſubijciantur, et quónam pacto in horum medio bilis ueſiculæ meatus excurrant.

a 2 Concurſus meatuum bilis ueſiculæ, qui in iecoris corpus digeruntur.

b 2 Veſiculæ bilis ceruix, cui meatus ex iecore ductus ac a notatus inſeritur, communisq; efficitur.

c 1,2 Bilis ueſiculæ meatus in duodenũ inteſtinum inſertus. ac S ad d uſq; in decimatertia figura duodenum indicat inteſtinum, quod humiliori ſede apertum finximus, ne meatus illius c notati inſertio lateret.

e 2 Arteria in iecoris cauum & bilis ueſiculam digeſta.

f 2 Neruulus iecori & bilis ueſiculæ communis, & à ſexti paris neruorum cerebri propagine depromptus, quæ dextri lateris coſtarum exporrigitur radicibus.

g 2 Tenues portæ uenæ propagines, in bilis ueſiculam excurrentes.

h 1 Portæ uenæ caudex. (ſtinet.

i, i 1 Glanduloſum corpus, quod duodeno inteſtino adnaſcitur, uaſaq; ipſi exporrecta opportunè ſu-

k, l, m, 1 Meſenterii. Verùm ſinguli characteres priuatim quid indicant. k enim uenæ portæ dextri ſeu grandioris trunci diſtributionem in meſenterium notat. l uerò glanduloſum corpus in meſenterio primis uaſorum diſtributionibus præfectum. m autem, meſenterij inſinuat partem, cui colon inteſtinum tota illa ſede committitur, qua à dextri renis ſede ad iecoris uſq; cauum pertinet. Hic namq; colum inteſtinum à meſenterio diuulſum eſt, quo meſenterij centrum aptius delinearetur.

n 1 Vena quæ ſub poſteriori recti inteſtini ſede deorſum protenditur, ipſiq; recto inteſtino uenas

o 1 Veſicæ fundi ſuperior pars etiam hic eſt conſpicua. (porrigit.

p 1 Quod hic extuberat dexter eſt ren, ſua pingui membrana adhuc obtectus.

q 1 Meatus urinarius, à dextro rene urinam in ueſicam deducens.

r 1 Vena ac arteria ſeminales dextri lateris.

ſ 1 Vas ſemen à dextro teſte uerſus ceruicis ueſicæ initium perferens.

DECI-



## DECIMAQVARTA QVINTI LIBRI FIGVRA, ANteriorem integri uentriculi & ſtomachi faciem exprimens, unà cum uenis, arterijs & neruis uentriculo inſertis.




## DECIMAQVINTA QVINTI LIBRI FIGVRA, INtegri uentriculi & ſtomachi poſteriorem exhibens faciem.




## CHARACTERVM DECIMAEQVARTAE ET DECImæ quintæ figurarum Index.

CHARACTERES hoc Indice explicandi partim utriq; figuræ communes ſunt, partim nunc huic, nunc illi peculiares: ac proinde communes 1 & 2 indicabimus. peculiaribus uero decimæ quintæ figuræ characterибus, hæc 1 ſubijcietur, decimæ ſextæ autem hæc 2.

A 1,2 Stomachi pars in fauces oriſq; adeò amplitudinem pertinens, hic à faucibus præfecta cernitur.

A, B 1,2 Ab A ad B uſque ductus ſtomachi notatur, recta per mediam uertebrarum ceruicis & quatuor ſuperiorum thoracis ſedem deſcendens.

A B

B,C 1,2 *A B ad C usq; ductus stomachi in dextrum latus super quintam & aliquot sequentes thoracis uertebras modicè declinans.*

C,D 1,2 *A C ad D usq; stomachi ductus insignitur ex dextra sede uersus sinistram, supra magnam cõscendens arteriã, & per septum transuersum in uentriculi superius orificiũ G notandũ pertinẽs.*

E,E 1 *Duæ tonsillæ, quæ non procul à stomachi sede in oris cauitatem pertingente distant.*

F,F 1,2 *Glandulosum corpus stomacho frequẽter adnatũ, qua quintæ thoracis uertebræ corpori insidet.*

G 1,2 *Superius uentriculi orificium.*

H 1,2 *Inferius uentriculi orificium.*

I 1,2 *Superior uentriculi pars.*

K,K 1,2 *Ventriculi demissior pars, seu fundus.*

L,L 1 *Anterior uentriculi sedes.*

M,N, O 2 *Posterior sedes uentriculi. Verum singuli characteres aliquid priuatim indicant. O enim impressionem notat quam uentriculus ea sede exigit, qua uertebris innititur. M quidem promi nentiorem sinistri lateris partem, N uero partem dextri lateris prominentiorem.*

P 1,2 *Duodenum intestinum, quod hic ad ieiuni intestini principium resectum finximus.*

Q 2 *Bilis uesiculæ meatus, in duodenum intestinum insertionem tentans.*

R 2 *Hic character in interna dicti nuper intestini sede uisitur, insertionem meatus illius notans, quem modò Q insigniui.*

S 2 *Glandulosum corpus duodeno intestino subnatum, uasaq; illi intestino exporrecta suffulciens.*

T 1,2 *Dextri nerui sexti paris neruorum cerebri propago, ad stomachũ exporrecta, multipliciq; serie in ipsius orificium elatius distributa.*

V 1,2 *Sinister neruus.*

X 2 *Sinistri nerui propago, secundum elatiorem uentriculi sedem ad iecur usq; excurrens, hicq; quà iecori proxima est, Y insignita.*

Y. 

a 2 *Prima (uti doctrinæ studio nuncupare eam solemus) uentriculi uena & arteria.*

b 2 *Secunda uentriculum accedens uena, quæ coniuge caret arteria.*

c 1,2 *Tertia uentriculi uena cum coniuge arteria & neruo quoq;, secundum dextram uentriculi fundi regionem exporrecta.*

d 1,2 *Quarta uentriculi uena coniugem obtinens arteriam, & elatius uentriculi orificium coronæ ri(tu amplectens.*

e 1 *Rami iam dictæ uenæ & arteriæ, qui secundùm uentriculi elatiorem sedem ad inferius usque ipsius orificium contendunt.*

f 1,2 *Quinta uena simul cum coniuge arteria & neruo, sinistram sedem fundi uentriculi perreptans.*

g,g 1,2 *Aliæ uenæ ac arteriæ, ab illis pronatæ uasis quæ lieni inseruntur.*

## DECIMASEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*HAC figura uentriculum à stomacho ac intestinis liberauimus, ac dein inuertimus, ut interior uentriculi sedes seu superficies cibos & potus amplectens, in conspectum ueniret.*



b *Circulare uentriculi tuber ea sede conspicuum, ubi stomachus uentriculo continuatur, aut ubi elatius ipsius consistit orificium.*

i *Tuber orbiculatum quoq; in humiliori orificio uentriculi apparens.*

## DECIMASEPTIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*PRAESENS figura uentriculi tunicarum seriem numerumq; et naturam, quantùm pictura assequi potuimus, docet.*



k *Tertia uentriculi tunica, à peritoneo pronata, atq; hic à uentriculo magna ex parte diuulsa.*

l *Secunda uentriculi tunica, minus quàm tertia à uentriculo diuulsa.*

m *Prima intimaq; uentriculi tunica, hac in parte à duabus exterioribus tunicis libera.*

DECIMA



# DECIMAOCTAVA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*PRAESENS figura iecoris gibbam posterioremq; sedem unà cum cauæ uenæ caudicis portione exprimit.*



A,A *Iecoris gibbi superior pars.*

B,B *Iecoris gibbi posterioris q; sedis infima regio.*

C *Cauæ uenæ sedes, qua septum permeat, ipsiq; soboles exporrigit.*

D,E *Hoc interuallo sedes notatur, qua cauæ caudex posteriori iecoris sedi innascitur.*

F *Portio præcipuũ iecur septo alligantis uinculi.*

G *Ligamentum iecoris partem in sinistra maximè exporrectam septo connectens.*

H *Venæ portæ portio.*

I *Sinus quo iecur stomacho cedit, qua sinistro uentriculi orificio continuatur.*

## DECIMANONA QVINTI LIBRI FIGVRA, QVAE LIENEM OMNI EX FACIE COMMONSTRAT, CVius situm & ex proportione magnitudinem, uigesima quæ mox subijcietur figura literis O,O,P explicabit: præsens uerò quatuor quodammodo peculiaribus constans effigiebus, seu tabulis, in hunc habet modum.

PRIMA. SECVNDA. TERTIA. QVARTA.



## QVATVOR DECIMAENONAE FIGVRAE TABELLARVM earundemq; characterum Index.

*PRIMA lienem anteriori facie exprimit, unà cum omenti portione, seu inferioris superiorisq; omenti membranarum partibus. A namq; lienis sinistrum indicat latus, dextrum autem*

A. *ac media ipsius sedes omento integuntur. B,B & B enim inferioris omenti membranæ portio-*

B,B. *nem indicant, lienis uasa deducentem. C uerò & C superioris omenti membranæ portionẽ signi-*

C,C. *ficant, qua ad uentriculum uasa perferuntur, ab illis uasis pronata quæ in lienem iamiam inserenda ueniunt.*

*Secunda effigie decimæ nonæ quinti libri figuræ lienis caua regio exprimitur, ab omnibus quæ*

D,E. *illi committuntur partibus libera. ac hic D notat superiorem lienis sedem, E inferiorem, F sini-*

F,G. *stram, G dextram. H uerò & H lineam indicant in caua lienis regione conspicuam, cui lienis*

H. *uasa inseruntur.*

*Tertia effigies lienis gibbum commonstrat.*

*Quarta lienis quoque cauam sedem delineatã continet. At huic duas indidi sectiones, ut lienis*

I,K. *substantia conformatióque oculis subijcerentur. Atque hic I & K sectiones modo dictas indicant.*

# VIGESIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



VIGESIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHA-

racterum Index.

PRAESENS figura sectionis serie duodecimæ succedit. ab hac enim omnia intestina execuimus, relicta duntaxat uentriculi portione superioris orificij uentriculi sedem commonstrante. atq; ita hæc figura pleraq; indicat, quæ nunc opportunius cum characterum indicibus seriatim insinuabuntur.

A,A Septi transuersi portio peritonæo succincta, atq; unà cum costis aliquot sursum reflexa.
B,B Caua iecoris sedes.
C Iecoris ligamentum, quo ipsius sinistra pars septo alligatur.
D Venæ per umbilicum iecori exporrectæ portio, ubi & sinus ille indicatur primum hanc admittens uenam, quæ per priuatum ipsi in iecore humano incisum foramen ad iecoris usque sedem perreptat, ubi hic G non procul à K adhibitum conspicis, ubiq; uena hæc in iecoris substantiam primùm uere digeritur.
E Hac sede iecur sinum obtinet, quo cedit stomacho per septum transuersum ad elatius uentriculi orificium contendenti.
F Superius uentriculi orificium, uentriculiq; portio.
G,G Lineæ impressiones úe tuberaq; in iecoris cauo ubi partem uenam promit conspicua.
H Bilis uesicula.

I Portæ



I Portæ uenæ caudex hic abscissus. Verũ I quoq; duas indicat uenulas bilis uesiculæ exporrectas.
K Iecoris neruus ab illis propagatus, qui elatiori uentriculi implicantur orificio.
L Arteria iecori & bilis uesiculæ communis.
M Neruus à sexti neruorum cerebri paris propagine initium ducens, quæ dextri lateris costarum exporrigitur radicibus. atq; hic neruus iecori pariter & bilis uesiculæ communis censetur.
N Bilis uesiculæ meatus hic abtruncatus uisitur, qui ad intestina pertinet.
O,O Lienis anterior cauaq; regio.
P Lienis linea, cui uasa ipsius implantantur.
Q Vena caua.
R Magna arteria.
S Radices arteriarum in uentriculum, iecur, lienem, omentum, mesenterium, ipsaq; demum intestina excurrentium.
T Dexter ren, pingui sua obductus tunica.
V Sinister ren, similiter pingui ipsius inuolutus tunica.
X Vena in sinistri renis pinguem diffusa tunicam.
Y Vena dextri renis pinguem tunicam accedens.
a Vena arteriaq; dextro reni serosum sanguinem deducentes.
b Vena arteriaq; in sinistrum protensæ renem, emulgentesq; uulgò non secus appellatæ, quàm illæ quæ dextro reni sunt propriæ.
c,c Meatus ex dextro rene urinam in uesicam deferens.
d Meatus quo sinistri renis urina in uesicam ducitur.
e Seminalis uena sinistrum accedens testem.
f Seminalis uena, dextri testis.
g,g Surculi à seminalibus uenis qua peritonæo committuntur, in ipsoq; adeò uersus testes progressu, ad peritonæum deriuati.
h Seminalis arteria dextrum testem petens.
i Arteria seminalis quæ sinistro testi est propria.
k Arteriæ in humiliorem mesenterij sedem ad colon intestinum et rectum excurrentis radix.
l Arteriæ magnæ super cauam uenam ascensus, ac ipsius magnæ arteriæ & cauæ supra ossis sacri initium in duos truncos diuisio.
m,m Præcipuæ uenæ ac arteriæ earum quæ geniculatim à magnis uasis lumborum carnibus ipsiq; peritonæo offeruntur.
n Arteriæ magnæ soboles sacri ossis foramina accedentes.
o Recti intestini pars à colo libera, atq; ut inter dissecandum fit, uinculo intercepta.
p Vesica urinæ receptaculum.
q Semen à teste ad penem deferentis uasis portio, qua secundum pubis os deorsum ad uesicæ cerui cis initium retorquetur.
r Cutis quæ penem inuestiebat.
s Scortum.
t Carnosæ membranæ pars, quæ haud secus atq; scortum, utrunq; ambiebat testem.
u Tunica à peritonæo inibi pronata, ubi seminarijs uasis iter præbet. estq; hæc exterior testis tunica, earum quas testibus singulis proprias peculiaresq; numeramus.
x Denudati penis portio.

## VIGESIMAPRIMA QVINTI LIBRI FIGVRA,

QVAE TRES PROPRIAS CONTINET TABEL-

las sectionis serie inuicem subsequentes, ac appositissimè renũ sinus meatuumq; urinariorum principia ostendentes.

PRIMA. SECVNDA. TERTIA.



## TRIVM VIGESIMAE PRIMAE FIGVRAE TABELLA-rum, earundemq; characterum Index.

PRIMA tabella sectionem secundùm renis longitudinem per gibbum ipsius inductam habet adeò profundam, ut in secundum renis pertingat sinum, interim nulla renis substantiæ abla
α,β. ta portione. Significet igitur α dextri renis anteriorem partem, β uerò posteriorem. γ & γ ori
γ,γ. ficia sunt ramorũ primi sinus renis, seu ipsius mẽbranei corporis, qua inuicẽ illi rami coëunt. Hic
δ,δ. enim rami necessariò per sectionem in mutuo coitu diuiduntur. δ, δ primi sinus corpus, seu membraneum corpus in quod uena & arteria renis terminantur.

ε Foraminulum hoc urinarij meatus est initium.

λ Vrinarij meatus pars. Super membraneum hoc corpus δ & δ insignitum, secundus renis consistit sinus, cuius interius & corpori illi membraneo proximum latus in hac sectione tantum appa ret. Eius enim partes quæ in exteriora ad utrunq; septi ex renis substantia conformati latus pro
ζ,ϰ. ducuntur, ipsumq; sinum uelut bipartitum efficiunt, nisi specillo in circuitu sub ζ hic & ϰ deducto intueri nequis. Septum namq; illud præsenti sectione in duas partes, anteriorem scilicet & poste riorem diuisum cernitur, ac ϰ quidem partem ipsius notat anteriorem, ζ uerò posteriorem.

Secundæ effigiei omnia cum nuper commemorata sunt cõmunia, nisi quòd uniuersa propemodũ renis substantia septum illud constituens, cultello orbiculatim adempta sit, neque aliter sanè septi illius figuram ob oculos ponere licuit. Conspicitur hic itaq; secundus renis sinus uniuersus, at non quemadmodum est bipartitus, eo quod septum abstulerim sinum hunc in exteriori ipsius late re dirimentem. α igitur & β & γ & λ eadem hic quæ in prima tabella notant. Circulus autem
ϱ. inter α & β ductus, secundum renis indicat sinum. ϱ uerò anteriorem partem primi sinus, seu mem
ι. branei corporis, qua hæc in ramos discinditur. ι corporis membranei posteriorem partem indi-
ϰ. cat. adeò ut ϱ & ι simul membraneum notent corpus, seu primũ renis sinum: ϰ autem urinarij mea tus insignitur origo. Tertia tabella primi sinus seu membranei corporis ra mos omnes insinuat. renis enim substantia, quæ summis eius sinus ramis adnascitur, penitus derasa est. Atq; hæc citra characterum operam sunt obuia.

## VIGESIMASECVNDA QVINTI LIBRI FIGVRA-




VIGE-



## VIGESIMAE SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEM-que characterum Index.

PRAESENS figura sectionis serie uigesimæ succedit. in hac namque costarum aliquot fines effracti, & extrorsum sursumq; retorti occurrunt, ut iecoris gibbum ita hic spectare tur, ut ipsius cauum in uigesima figura in conspicuo erat. Renes hicetiam pinguì illorum tunicæ denudati sese offerunt. In hac figura uenarum arteriarumq; seminalium exortus ductusq; etiam ostendẽte, priuatim à cauæ uenæ caudice ramulum pronasci effinximus, qui sinistræ seminali cõ miscetur uenæ. Præterea peritonæum quà uasis seminarijs iter præbet, unà cum tunica à perito neo pronata, testemq; & sui lateris uasa seminaria amplectente, dissectum est, & cum semina rijs uasis testes cum suis musculis obuij sunt. Insuper pubis ossa inuicẽ ita dirempta atq; adeò re flexa uidẽtur, ut inuicẽ insigniter debiscant, & uesica, & glandosum corpus uesicæ ceruici pro priũ, unà cũ ipsius musculo & penis corporib. eorundẽq; progressu oculis subijciãtur. Quòd au tẽ à dextro femore cutẽ prorsus & à sinistro aliqua ex parte ademimus, neminẽ ambigere reor.

a,a Peritonæi pars cum septi transuersi portione, & effractis costis sursum extrorsumq; reflexa.
b,b Iecoris gibbum. c,c Caua iecoris sedes.
d Præcipuum iecoris ligamentum, ad dextrum latus mucronatæ cartilaginis consistens, & hic à iecoris anteriori sede magna ex parte diuulsum.
e Ligamentum iecoris partem in sinistrum protensam septo committens.
f Venæ portæ portio, unà cum arteria & neruis iecur petentibus, et bilis uesiculæ meatu intesti na petente, hic uinculo est intercepta, & dein præsecta.
g Venæ cauæ caudex. h Arteriæ magnæ truncus deorsum spinæ exporrectus.
i Principium uenæ pinguem sinistri renis tunicam adeuntis.
k Radices arteriarum in intestina excurrentium, & uentriculo, iecori, bilis uesiculæ, lieni, et ip si demum omento ramos offerentium.
l Initium uenæ dextri renis pingue inuolucrum petentis.
m Vena ac arteria dextrum accedentes renem.
n Vena ac item arteria sinistro reni serosum sanguinem deducentes.
o,o Dextri renis pingue inuolucrum, ab anteriori sede renis liberatum.
p,p Sinistri renis pingue inuolucrum, ab anteriori etiam sede sui renis diuulsum, et peritonæo unde principium ducit, adhuc connexum.
q,q Et dexter & sinister meatus, quo urina è renibus in uesicam fertur, q insignitus est.
t Seminalis uena dextrum accedens testem.
u Principium seminalis uenæ dextrum testem adeuntis, quod instar rotundi tuberis prominet.
x Seminalis uena sinistro testi exporrecta.
y Venula à uenæ cauæ caudice pronata, ac uenæ seminali sinistræ commixta unitá ue. Quamuis enim hæc uenula rariùs occurrat, tamen quum in alijs figuris sinistra uena absque hac delinea tur, illaq; hic nihil obscuret, ipsam exprimere uisum est.
α Seminalium arteriarum origo.
β Surculi, quos uenæ seminariæ peritonæo inibi depromunt, quà ipsi connexæ deorsum ad pubis ossa contendunt.
γ Dextræ seminalis uenæ, & item arteriæ, per peritonæum supra pubis ossis coxendicisq; regio nem descensus, ac ascensus pariter semen à teste deferentis uasis, quod ι, ι & ϰ mox notabitur.
δ Venæ seminalis & arteriæ commixtio, & corporis quod uaricum imagini conferam, initium.
ε Varicosi corporis in testem insertio. ζ Testis intimo ipsius inuolucro obtectus.
ϰ Principium semen à teste deferentis uasis.
ι Sedes qua deferens semen uas sursum secundum testis humillimam sedem reflectitur, & à teste ipsi non amplius connatum, abscedere incipit.
ϰ Hic semen deferens uas nullam amplius conuolutionum ostendit speciem, at sursum instar nerui teres porrigitur.
ν Vesica urinæ receptaculum.
ξ Glanduloſum corpus uesicæ ceruicis initio adnatum, & semen deferentium uasorum insertio nem excipiens.

ϱ *Circularis uesicæ ceruicem ambiens musculus.*

ϛ, τ *Duo penem constituentia corpora, quorum sinistrum à suo principio quod à sinistro pubis osse ducitur, liberatum est: dextrum autem corpus suo principio adhuc pubis dextro ossi firmatur. Præterea hic Nostri figura in cõspicuo est, quã penis flaccidus lãguidusq; cũ uesica effingit.*

υ *Venarum & arteriarum neruorumq; penem adeuntium series, tam aptè ac in huiusmodi figuris id moliri datur expressa.*

φ, χ *Primum exteriús ue testis peculiare inuolucrum à peritonæo inibi pronatũ, ubi φ ascripsimus. ubi uerò χ locatur, ea eius inuolucri sedes notatur, qua hæc infimæ testis parti connascitur.*

ϒ *Testis musculus iam dicto inuolucro innatus.*

ω *Musculus femur mouentium septimus hic se spectandum offert, quà super coxendicis os deorsum ducitur.*

* *Recti intestini portio, quæ in corpore dum intestina reliqua auferuntur, relinqui consueuit. Supra hanc recti intestini portionem eleganter quoque uenæ cauæ & arteriæ magnæ distributio circa ossis sacri regionem uisitur.*

## VIGESIMATERTIA QVINTI LIBRI FIGVRA.



## VIGESIMAETERTIAE FIGVRAE, IPSIVSQVE PARTIVM & characterum Index.

*VIGESIMA tertia figura multas peculiares obtinens effigies, tabellas ue, simul cum illa quæ mox præcessit, ac ordine uigesima secunda fuit, potissimum ad uirilium organorum generationis inspectionem facit, & ambas quum primum characteribus insignirentur, decimotertio huius libri Capiti præponendas ducebam. unde etiam in utrisq; eadem prorsus est characterum ratio. Verum quòd iam satius fore arbitrer omnes præsentis libri figuras hic seriatim collocari, priuatum indicem huic uigesimætertiæ figuræ dedicabo, characteres quæ huic & uigesimæ secundæ communes sunt, denuò non grauate explicaturus. Porrò in hac uigesimatertia figura duæ sunt præcipuæ effigies, quarũ unam non inopportunè dextram, alteram uerò sinistram appellabimus. ac in utrisq; quidem effigiebus renes, uesicã & seminaria organa cũ uenæ cauæ et arteriæ portionibus execta è corpore finximus. Atq; hæc quidem in dextra anteriori facie, in sinistra autẽ posteriore delineantur. & in dextra adhuc priuatim uesicam, & ipsius ceruicem seu meatum semini urinæq; communem aperuimus, quum hæc in sinistra adhuc sint integra: quem admodum in characterũ explicatione dicturus sum diffusiùs, simulatq; effigies expressero, quæ sinistrum latus & inferiorem præsentis uigesimætertiæ figuræ sedem occupant, ac maiusculis Latinorum literis in hunc modum notantur.*

A, B, *Duabus his tabellis dextrum testem anteriori facie, at magis secundum sinistrum latus ostẽdentibus, idẽ exprimitur. uerùm superior A insignita ab inferiori B indicata in hoc differt, quòd ipsa semen deferentis uasis situm inturbatum ostendat: quum interim inferior B notata deferentis semen uasis partem, quæ secundum testis anteriora sursum fertur, neq; amplius testi adnascitur, ex sua sede sinistrorsum habeat reflexam, detrusam ue, ut insertio applicatioq; uenæ & arteriæ seminalium ad testem in conspectum ueniret. At hæc characterum utrisque effigiebus A & B insignitis communium opera reddentur dilucidiora.*

C *Vena & arteria seminales illic abtruncatæ, ubi iam ex magna peritonæi amplitudine excidentes inuicem implicantur, commiscenturq;, ac corpus quod uaricosum mihi appellabitur efformare incipiunt, seu huius uaricosi corporis quod pyramidi assimilabitur conus.*

D *Basis uaricosi corporis, seu sedes qua uena & arteria seminalis testi inseruntur, & ramulos in testis intimum inuolucrum & testis substantiam spargunt.*

E *Vasis semen à teste deferentis initium.*

F *Reflexus uasis semen deferentis secundùm testis humiliorem sedem.*

G *Sursum conscendens deferentis semen uasis portio, & ipsius regio in qua amplius testi connasci desinit.*

H *Præsens effigies deferentis semen uasis portionem ostendit, quæ testis intimo connata erat inuolucro: & foraminula illa asperitatesq; cernuntur, quæ in eius uasis sede post sectionem conspiciuntur, quæ inuolucro illi connascebatur.*

I *Hac effigie eadẽ uasis semen deferentis portio, quæ et mox præcedenti delineatur. uerùm hæc sedem eius portionis ostendit, quæ gibba est, testisq; inuolucro non connascitur.*

L *Testis à quo semen deferens uas abscectum est, ipseq; adhuc testis cum intimo ipsius inuolucro et uaricoso corpore remansit.*

M *Hæc eadem cum effigie L notata indicat. uerùm ut illa anteriorem testis faciem exprimebat, ita hæc posteriorem: & duæ subsequentes notæ utriq; sunt communes.*

N *Prima uenæ & arteriæ seminalium commixtio, seu uaricosi corporis conus.*

O *Varicosi corporis basis, & in testis substantiam ipsiusq; intimum inuolucrum insertio.*

P *Testis suo intimo adhuc obductus inuolucro, sed à uaricoso liberatus corpore, & superiorem ipsius regionem ostendens, in qua uaricosum illud corpus inseritur. Apparent namque hic foramina ramulorum uaricosi corporis, qui (uti dicebam) testi implantantur.*

Q *In hac effigie intimam testis tunicam inuolucrumue nouacula dissecui, & ex altero latere à testis substantia eius inuolucri partem R notatam diremi, in posteriora q; reflexi, ut ductus in cõ*

R. *spectum uenirent, qui à ramis inuolucrum intertexentibus in testis substantiam pertinent. Alteram uero huius inuolucri partem S insignitam, testi adhuc connatam reliqui.*

S.

T *Hic testis per medium dissectus iacet, uasorum per ipsius substantiam diffusorum, ac V & V naturam distributionisq; seriem commonstrans. Qui uerò modò subsequuntur characteres, duabus grandioribus & magis præcipuis uigesimætertiæ figuræ effigiebus proprij habentur.*

1 *Hac numeri nota indicatur anterior renis regio.*

2 *Posterior renis regio.*

3 *Superior renis regio.*

4 *Inferior renis regio.*

5 *Externum renis latus.*

6 *Internum renis latus: in quo 6, 7, & 8 sinum eius lateris indicant. uerum 6 priuatim notat eius si*

7, 8. *nus tuber. 7 autem & 8 sinus eius angulos impressionesq;.*

g *Venæ cauæ caudex, inibi abscissus, quà deorsum tendens iecur superauit.*

b *Arteriæ magnæ truncus inibi resectus, ubi primùm sub septo transuerso in peritonei amplitudinem fertur.*
k *Radices arteriarum quæ mesenterio & inferiori membranæ omenti digeruntur.*
l *Venæ pinguem dextri renis tunicam petentis principium.*
m *Vena & arteria dextro reni serosum sanguinem deducentes.*
n *Vena & arteria sinistro reni in serosi sanguinis ductu famulantes.*
o *Venæ in pinguem sinistri renis tunicam excurrentis origo.*
q,q *Meatus urinam è renibus in uesicæ amplitudinem deportantes.*
r *Meatuum urinam uesicæ deducentium in uesicam insertio. ac in dextra quidem effigie orificia indicantur, quà hi meatus in uesicam pertinent, & membranei processus quoq; his orificijs præfecti. in sinistra autem effigie sedes indicatur, qua illi meatus primùm uesicæ applantantur.*
t *Seminalis uena dextra.*
u *Tuberculum, seu protuberans seminalis uenæ dextri lateris principium.*
x *Vena seminalis sinistrum petens testem.*
α *Seminalium arteriarum ex magnæ arteriæ caudice initia.*
β *Surculorum radices quos uenæ seminales peritonæo offerunt, quà illi secundùm lumborum regionem committuntur.*
δ *Venæ arteriæq; seminalium coitus commixtio'ue, & uaricosi corporis initium.*
ε *Venæ & arteriæ seminalium ad testem insertio, seu uaricosi corporis basis.*
ζ *Testis intimo ipsius inuolucro adhuc obtectus.*
η *Principium uasis semen à teste deferentis.*
θ *Descensus uasis semen deferentis secundùm posteriorem testis regionem.*
ι *Locus quo deferens semen uas rursus secundum testis humiliora sursum fertur, neq; amplius testi connascitur, uti faciebat ab η per θ ad ι.*
κ *Sedes deferentis semen uasis, ubi primum nerui modo citra omnem reuolutionem spiram'ue sursum properat.*
λ *Hac sede semen deferens uas ad posteriorem regionem uenæ ac arteriæ seminalium reflexum, in peritonæi amplitudinem contendit.*
μ *Dextri semen deferentis uasis cum sinistro coitus, propter uesicæ ceruicis initium.*
ν *Vesica, quæ in dextra effigie priuatim adaperta est, ipsius commonstrans cauitatem.*
ξ *Glandulosum corpus uasorum semen deferentium insertionem excipiens, ac in dextra effigie lõga sectione ad meatus usq; urinarij amplitudinem dissectum.*
ο *Amplitudo cauitasq; ceruicis uesicæ, in quam uasa semen deferentia insertionem moliuntur.*
ρ *Musculus uesicæ ceruicem ambiens, ac urinæ excretioni præfectus.*
σ & τ *Duo penem potissimùm constituentia organa.*
υ *Venæ ac item arteriæ penem ceruicemq; uesicæ accedentes.*
φ *Sedes notatur meatus urinæ seminiq; communis, quæ reliquo ipsius ductu amplior in penis glande uisitur.*

## VIGESIMAE QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

*FIGVRA sequentem paginam occupante muliebris corporis truncus humi stratus exprimitur, cuius peritonæum unà cum abdominis musculis adapertum est, ac in latera (uti inter secandum fit) reflexum. Deinde intestina omnia à mesenterio præsecuimus, recto intestino adhuc in corpore relicto, simul cum integro mesenterio, cuius membranas hic aliqua ex parte imuicem diremimus, ut mesenterij natura oculis subijceretur. Verum præsens figura in hoc potissimùm delineata est, ut uteri & uesicæ positum ita ostenderet, quemadmodum in hac muliere utero nobis nulla ex parte moto, is occurrit. Nulla enim hic ab utero diuulsa est membrana, sed omnia integra ita hic uisuntur, quemadmodum in mediocriter obesis mulieribus iam amotis intestinis secanti obuiam ueniunt. Mulieres namque adeò pingues sunt, ut longo etiam morbo ene catæ & macilentissimæ, nullam uasorum seriem (nisi membranis mutuò diremptis) ostendant.*

VIGE



# VIGESIMAQVARTA QVINTI LIBRI FIGVRA.




A,B, C,D *Peritonæi anterioris sedis interior superficies.*
E,E *Mesenterij pars tenuia intestina dorso connectens.*
F,F *Altera mesenterij membrana notatur, ab altera quam G & G insigniui diuulsa. Vtraq; autem membrana uasorum per mesenterium seriem, et glandularum uasorum distributionibus interpositarum naturam indicat.*
G,G.
H,H *Hac mesenterij parte colon intestinum, quà recto erat proximum, committebatur.*
I *Hac mesenterij parte, coli intestini initium, seu ipsius cum tenuibus intestinis continuitas, dein cæcum quoq; intestinum consistebant.*
K *Rectum intestinum inibi præsectum ubi colon desinit, quæ sedes est è regione connexus sacri ossis cum infima lumborum uertebra.*
L *Anterior uteri fundi sedes, à qua nihil prorsus auulsum cernitur.*
M *Dexter mulieris testis.*
N *Mulieris sinister testis. atq; huius anterior pars hic tota oculis subijcitur, quum interim dextri testis modica uideatur portio: idq; ideo accidit, quod dextrum testem ita delineauerimus, quem admodum uterque testis membrana tegitur seminaria mulieris uasa deducente, atque à peritonæo nata: sinistrum uerò testem illa membrana detexim us, quòd solius manus, nullo adhibito cultro, fit beneficio. Hæc namque membrana anteriori testis sedi nulla ex parte adnascitur, sed incumbit solum.*
O,O *Membrana à peritonæi dextra sede pronata, & testem dextrum unà cum huius lateris seminalibus uasis, ac illis quæ uteri elatiorem sedem implicant uasis, dorso committens, uterumq; pariter continens, & deniq; cum alterius lateris membrana secundam uteri tunicam constituens.*
P *Hàc in nuper dicta membrana carneæ excurrunt fibræ, dextrum uteri constituentes musculũ.*

His

Q,Q *His characteribus sinistræ lateris membrana notatur, quæ illi correspondet, quam nuper* O, O *indicarunt.*

R,S *Vteri ceruicis anterior pars, inter* R *&* S *ea adhuc obducta tunica, quam peritonæi partes illi offerũt, quæ ipsi uasa exporrigunt, deducuntq;, ac illum peritonæo adnectunt. Cæterum inter uallum inter* R *&* S *consistens, uteri ceruicis amplitudinem quodammodo significat. Rugæ uerò hic conspicuæ, illæ sunt quas uteri ceruix in se collapsa, neq; alias distenta, inter secandum commonstrat.*

T *Vesica, cuius posterior facies hic potissimum spectatur. ita enim in figuræ huius delineatione oculum direximus, ac si in corpore prostrato, posteriorem uesicæ sedem quæ uterum spectat, potissimum cernere uoluissemus. Si enim præsens muliebre corpus ita uti id quod modò subsequetur, erectum arbitrareris, etiam secus atq; res se habet, uteri fundum multo elatius ipsa uesica delineatum esse tibi persuaderes.*

V *Vmbilici est portio, à peritonæo inter secãdum liberata, & unà cum uasis fœtui peculiaribus hic deorsum reflexa.* X *Portio uenæ ab umbilico iecur petentis.*

Y *Meatus à uesicæ fundi elatissima sede ad umbilicum pertinens, ac fœtus urinam inter secundum & intimum ipsius inuolucrum deducens.*

Z,et & *Duæ arteriæ ab umbilico huc secundùm uesicæ latera prorepentes, atq; hac sede magnæ arteriæ ramis pubis ossium foramina potissimum adeuntibus insertæ, seu continuæ.*

## VIGESIMAQVINTA QVINTI LIBRI FIGVRA.




VIGE-



## *VIGESIMAE QVINTAE FIGVRAE, EIVSDEM'QVE* characterum Index.

*A præsentis figuræ dextra mamilla cutem abstulimus, ut quàm fieri posset proximè mamillarũ natura hic oculis subijceretur. Deinde uentriculum, & cum intestinis mesenterium et lienẽ re secuimus, recto interim intestino non secus quàm in mox præcedente figura relicto. Ad hæc, uterum suo extimo quod peritoneum ipsi porrigit inuolucro quodammodò spoliauimus, omnes membranas quàm licuit accuratissimè passim, ideo amputantes, ut seminis materiam testibus deferentia & rursus semen ab his utero deducentia uasa in conspectum uenirent. Vesicam uerò deorsum in sinistrum latus refleximus, unà meatum à dextro rene ipsi urinam deferentem abrumpentes, ut urinam uesicæ deferentium meatuum insertio appareret, ipsaq; uesica uteri inspectionem non occuparet. Postremò pubis ossium portionem ab hac figura exsecuimus, quo uteri ceruix ac uesicæ etiam collum appositè uiderentur.*

A,A, *Venæ ad mamillas subinde excurrentes ab illis quæ cuti summo humero obductæ offeruntur.*
B *Venæ ab illis pronatæ quæ per axillam in manum porriguntur.*
C *Præcipuum mamillæ corpus.*
D,D *Glandulæ ac adeps undecunq; corpori illi glandoso ac* C *insignito adstratæ.*
E, F G,H *Peritonæi anterioris sedis interior superficies. est enim hic anterior peritonæi regio, ad latus, & sursum deorsumq; flexa.*
I,K *Venarum ac item arteriarum sub pectoris osse deorsum à iugulo prorepentium portiones.*
L *Iecoris gibba sedes.*
M *Iecoris cauum hic quoq; aliqua ex parte conspicuum.*
N *Venæ ab umbilico iecur petentis portiuncula.*
O *Venæ portæ caudex hic simul cum uasis ipsi attensis præsectus.*
P *Vena caua.*
Q *Arteria magna.*
R *Arteriarum uentriculum, iecur, lienem, omentum ac intestina petentium radices.*
S *Principium uenæ pinguem sinistri renis tunicam implicantis.*
T *Vena ac arteria dextro reni serosum humorem deducentes.*
V *Vena ac arteria sinistro reni serosum humorem deferentes.*
X *Principium uenæ pinguem dextri renis tunicam adeuntis.*
Y *Dextri renis anterior sedes.*
Z *Sinistri renis anterior facies.*
a,a *Meatus à dextro rene urinam in uesicam deducens, & ad humilius à effractus. portio autem huius meatus reliqua, ac uesicæ adhuc continua, b insignitur.*
c,c *Meatus urinam à sinistro rene in uesicam deferens.*
d,d *Dextra seminalis uena, cuius initium elatius d indicat.*
e *Seminalis uena sinistrum petens testem.*
f *Seminalium arteriarum ortus.*
g *Seminalis arteria dextra.*
h *Seminalis arteria sinistra.*
i,k,l *Anterior uteri fundi pars. ac i dextrum fundi obtusum indicat angulum, k autem sinistrum, l uerò regionem uteri ubi ipsius fundi consistit orificium, ipsiusq; ceruix inchoatur.*
m *Rectum intestinum. quo minus utrunq; figuræ latus inibi ubi par utrinque est ratio onerem, uni duntaxat lateri iam characteres opportunè adhibebo.*
n *Venæ ac arteriæ seminalis portio, uteri fundi superiorem accedens sedem.*
o *Venæ ac item arteriæ seminalis portiones testem adeuntes, et inuicem coeuntes, corpusq; instar*
p *pyramidis constituentes. ac p huius corporis basim notat, testi commissam.*
q *A nuper dicto corpore eiusmodi uascula in mẽbranas excurrunt, testem peritonæo cõmittentes.*
r *Testis anterior facies.*
s *Vasis semen à teste in uterum deferentis initium.*
t,t *Vasis semen deferentis reflexus, quos id circum testis latera conficit.*

*u* *Vasis semen deferentis ad uterum progressus.*
*x,x* *Uteri ceruix.*
*y* *Vasa inferiorem uteri fundi sedem ac uteri ceruicem implicantia.*
*α* *Vena uesicam ab illis uasis accedens, quæ uteri ceruicem intertexunt. atque hic etiam character urinariorum meatuum insertionem notat.*
*α,β* *Vesicæ fundi posterior sedes.*
*γ* *Vesicæ ceruicis musculus.*
*δ* *Hac sede uesicæ ceruix uteri ceruici implantatur.*
*ε* *Cuticulares ceruicis uteri orificij carunculæ. atq; hic uteri colles & ceruicis ipsius orificium, citra characterum operam neminem latent.*
*ζ* *Arteriæ humillimam mesenterij partem accedentis radix.*
*η* *Vasa ab illis quæ crus adeunt uenis ac arterijs sursum ad abdominis musculos ascendentia.*

## VIGESIMASEXTA QVINTI LIBRI FIGVRA.



### VIGESIMAESEXTAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

*PRAESENS figura uterum una cum illum peritonæo alligantibus membranis à corpore exsectum commonstrat. atque ipsius ceruix adeò hic sursum est conuoluta euersaq;, ut fundi uteri orificium in conspectu sit. Vesicæ uerò fundum & ceruicem quoq; aperuimus, ut uesicæ cauitas meatuumq; urinariorum insertio in propatulo essent.*

*A* *Uteri fundi anterior facies, nulla membrana prorsus detecta.*
*B,B* *Uteri ceruix.*
*C* *Fundi uteri pars glandis modo in superiorem uteri ceruicis sedem protuberans.*
*D* *Orificium fundi uteri.*
*E,E* *Membrana uterum peritonæo connectens, ipsiusq; uasa continens.*
*F* *Sinister uteri testis.*
*G* *Vena & arteria seminalis.*
*H* *Portio uenæ ac arteriæ seminalium, uteri fundi superiorem sedem accedens.*
*I* *Portio arteriæ & uenæ seminalium testem accedens.*
*K* *Vas semen à teste in uterum deducens.*
*L* *Vesicæ cauitas.*
*M* *Urinariorum meatuum insertio.*
*N* *Urinariorum meatuum frustula hic propendent.*





## VIGESIMASEPTIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.



*PRAESENS figura uterum à corpore exectum ea magnitudine refert, qua postremò Patauij dissectæ mulieris uterus nobis occurrit. atq; ut uteri circunscriptionem hic expressimus, ita etiam ipsius fundum per mediũ dissecuimus, ut illius sinus in conspectum ueniret, unà cum ambarum uteri tunicarũ in non prægnantibus substantiæ crassitie.*

*A, A. B, B* *Uteri fundi sinus.*
*C,D* *Linea quodãmodo instar futuræ, qua scortum donatur, in uteri fundi sinum leuiter protuberans.*
*E,E* *Interioris ac propriæ fundi uteri tunicæ crassities.*
*F,F* *Interioris fundi uteri portio, ex elatiori uteri sede deorsum in fundi sinũ protuberans.*
*G,G* *Fundi uteri orificium.*
*H,H* *Secundum exteriusq; fundi uteri inuolucrum, à peritonæo pronatum.*
*I,I et c.* *Membranarum à peritonæo pronatarum, & uterum continentium portionem utrinq; hic asseruauimus.*
*K* *Uteri ceruicis substantia hic quoque conspicitur, quod sectio qua uteri fundum diuisimus, inibi incipiebatur.*
*L* *Vesicæ ceruicis pars, uteri ceruici inserta, ac urinam in illam proijciens.*

*Uteri colles, & si quid hic spectãdum sit reliqui, etiam nullis appositis characteribus, nulli non patent.*

## VIGESIMAOCTAVA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*HAEC figura canum non prægnantẽ exprimit uterum, quem propter ueterum descriptiones hic humano utero adijcere uisum est, uti magis adhuc uaccinum, quem modò subiungemus.*

*A Vena & arteria seminalis.*
*B,B Venæ et arteriæ seminaliũ portiones, uteri superiori sedi uasa porrigẽtes.*
*C Testis, ac uas semen à teste deferens.*
*D,D Membranæ uterum peritonæo committentes, & secundum ipsius inuolucrum efformantes.*
*E Vena ac arteria uteri ceruicem & humiliorem fundi partem implicantes.*
*F Dextra fundi uteri pars, secunda ipsius tunica adhuc uniuersim obducta.*
*G Sinistra fundi uteri pars, quam media ex parte, exteriore ipsius liberauimus inuolucro. G enim exterius, H uerò interius notant.*
*H.*
*I Sinistri lateris uas semen deferens, hic à teste liberatum, ac in ipsius sede seruatum.*
*K Regio, qua fundi uteri orificium consistit.*
*L Vteri ceruix etiam sinistra ex parte exteriori inuolucro detecta.*
*M Portio ceruicis uesicæ.*
*N Cutis ad pudendum adhuc reliqua.*



## VIGESIMANONA QVINTI LIBRI FIGVRA.

*PRAESENTI figura uaccini uteri fundum, & ipsius ceruicis portionem ita delineaui, ut magna fundi ceruicisq; sedes exteriori inuolucro sit detecta, interiorq; tunica oculis subijciatur.*

*A Testis sinister.*
*B Vas semen deferens à teste in uterum.*
*C Sedes orificij fundi uteri.*
*D Sedes ubi uterus geminus fit, adhuc tamen utraq; parte simul exteriori uteri inuolucro obtecta.*
*E Hac sede prorsus duæ uteri partes inuicem, arietum cornuum modo dirimuntur.*
*F,F Externum uteri inuolucrum his sedibus adhuc seruatum.*
*G Interius uteri inuolucrum innumeris ac uermium implexu non absimilibus uasis intextum.*
*H Membranæ hic adhuc uisitur portio, uterum sinistra in sede peritonæo committentis.*



## TRIGESIMA QVINTI LIBRI FIGVRA.

QVATVOR PECVLIARIBVS COMPLEXA TABVLIS.

PRIMA. SECVNDA. TERTIA. QVARTA.



TRIGE-



## TRIGESIMAE QVINTI LIBRI FIGVRAE TABVLARVM, earundemq; characterum Index.

*PRIMA tabula uterum masculino fœtu turgidum, in anteriori ipsius sede una longa & altera transuersa sectione diuisimus, uteri fundi tunicarum partes in latera, atque adeò ab extimo fœtus inuolucro diducentes.*

*A, B, C, D Interna superficies uteri, quæ ante sectionem fœtus inuolucris obducebatur.*
*E,E Exterior uteri superficies. atque elatius E uteri apicem seu angulum dextrum notat, sursum dextrorsumq; magis quàm sinister, quod hic masculus utero geratur, exporrectum.*
*F Primum extimum ue fœtus inuolucrum.*
*G,G Secundum fœtus inuolucrum hic quoq; magna ex parte uisitur.*
*H Vteri ceruicis pars, cui in altero latere uenam & arteriam adnatam reliquimus, quæ in humiliorem uteri fundi sedem potissimùm dispensatur.*
*I Dexter uteri testis hic quoq;, ut ipsius in grauidis situs uideretur, adhuc relictus.*

*SECVNDA tabula fœtus inuolucra illacera ex utero dempta commonstrat.*

*K Extimum fœtus inuolucrum.*
*L,L Secundum fœtus inuolucrum: quod quum pellucidum membranæ modò sit, in ipso complexũ cum tertio inuolucro fœtum nonnihil conspici sinit.*

*TERTIA tabula extimum fœtus inuolucrũ, & secundum longa sectione diuisimus, ac utraque à tertio inuolucro seducta, hic unà cum tertio inuolucro adhuc integro expressimus.*

*M, M Tertium intimumue fœtus inuolucrum: quod quia egregiè pellucidum est, fœtum nonnihil eo situ ostendit, quo is in ipso iacet.*
*N, Venarum arteriarumq; series ex primo fœtus inuolucro umbilicum petens.*
*O,P, O,P Secundum fœtus inuolucrum: atque O & O internam ipsius indicãt superficiem, P uerò & P externam.*
*Q,R Primum fœtus inuolucrum: atque Q externam notat superficiem, R autem internam. Vasorum autem per tertium & secundum inuolucrum series, etiam citra notarum opem promptè dignoscitur.*

*QVARTA tabula fœtum omnibus suis tunicis liberum, itaq; iacentem exprimit, quemadmodum in utero magna Naturæ prouidentia secus quàm Anatomicorum uulgus arbitratur, in omni media figura locatur. Falsissimum nanque est, quod ita conglobatus, aut (ut sic dicam) sphæricus iaceat, ut genibus faciem contingat, itaq; in extrema prorsus figura reperiatur. imò si hunc uerum ipsius situm obseruaueris, nullius prorsus articuli motum magis inuenies medium minusue laboriosum, atq; is est quem modò singuli obtinẽt articuli. Cæterùm in hac figura M, M, N, O, P, O, P, & Q, ac R idẽ notãt quod tertia tabula: nisi quod M & M*
*S. internam superficiem insinuant tertij seu intimi inuolucri, S autem hic priuatim indicatur uasorum umbilici progressus, qui inter umbilicum & uasorum cum tertio inuolucro connexum habetur, quiq; longo ducitur interuallo, nodis aliquot interdum, aut, ut ueriùs dicam, uaricosis tuberibus donatus, è quorum numero obstetrices ridiculè futuram adhuc proliũ copiam præsagiunt, etiam quum hunc progressum (uti interdum fit) collo obductum cernunt: addentes illam quam suscipiunt prolem, suspendio necandam. Eiusmodi nanq; permulta, si unquam alibi mulieres, quum parturientibus adstant, & non nisi magnis precibus nos admittunt in medium, & potissimùm apud Italas bene peritas, effutiunt.*

QVINTI LIBRI FIGVRARVM, ET IPSARVM characterum Indicum finis.

# HOMINEM NECESSARIO CORRVPTIONI obnoxium mortalemue esse: quo autem diutius uiueret augereturq́, instrumentis ipsum eguisse multifariam nutritioni famulantibus, ac demum quæ instrumenta nutritioni circa cibos potusq́ uersanti priuatim sint extructa. Caput I.



Generationis nostræ principia.

QVANDOQVIDEM corporis humani generationis primordia, & eorum quibus id constituitur materia, hominem fieri immortalem prohibuerũt, rerum autor Deus, ut ille quàm diutissimè uiuat, neq́ aliquãdo species ipsius deficiat, sed semper immortalis perseueret, solicitè machinatus est. Sanguis enim mẽstruus semenq́ genitale generationis nostræ sunt principia: ille ceu materia quædam apta concinnaq́, & semini ad quiduis sequax: hoc opificis rationem obtinens. Constat autem horum utrumq́ ex ijsdem genere elementis, aqua, terra, igni, & aëre, quamuis interim mutuò temperamenti mensura uarient. siquidem in semine plus est igneæ substantiæ atq́ aëreæ, in sanguine aqueæ terreæq́. quanquam præpolleat in hoc quoq́ & calidum frigido, & humidum sicco. Eoq́ fit, ut non siccus instar pili, aut ossis, sed humidus meritò dicatur. At semen sanguine quidem siccius est, cęterùm ipsum etiam humidum fluxileq́ sentitur. Atq́ ita nobis utrinque ex humida substantia genituræ origo succedit. quam tamen humidam seruari non licebat, si modò ex ea uenæ, arteriæ, nerui, membranæ, ligamenta, cartilagines, ossa, & id genus alia fieri debebant. Ergo mox in generationis initio coniunctum copiosius oportuit elementum, quod siccandi facultate polleret: est uerò id natura quidem maximè ignis, sed tamen & terra. Verùm huius plus miscerí principijs nõ oportebat, si modò hęc humida erant futura. Ignis igitur in utroq́ principio tantum admixtum est, quantum non torrens abundè siccet. Ab hoc itaq́ primùm cogitur, paulumq́ concrescit quod in utero concœptum est: mox siccius redditum, ueluti lineamenta quædam & rudimenta cuiusque membri adipiscitur. Vlteriùs uerò etiam siccescens, non lineamenta rudimenta ue solùm, sed & cuiusq́ membri exactam speciem exprimit. Iam uerò in lucem editum, magnitudine proficit, & siccius ualentiusq́ tantisper efficitur, donec ad summum pertingat incrementum. Tum uerò & incrementum omne sistitur, ossibus nimirum ipsis per siccitatem non ultrà sequacibus, & uasa sanguinis ac spiritus amplissima sunt: cuncta denique membra non solùm robusta euadunt, sed etiam uires suas summas obtinent. Subsequenti autem tempore, omnibus iam partibus supra iustum siccescentibus, non solum cuiusque officium minus probè administratur, sed etiam corpus ipsum macilentius graciliusq́ quàm erat antea, redditur: ac proinde ultra siccatũ, non macilentius modò, sed & rugosum euadit. Siccitatis itaq́ excessus homini, ut omni genito corpori, corruptelæ interitusq́ connata est necessitas. Cui altera accedit, quæ etiam in animalibus pręcipuè obseruatur, totius nimirum substantiæ fluor, ab insito calore excitatus. Quum igitur tota hominis moles in perpetuo fluore sit, quumq́ nisi altera similis substantia in defluxæ locum accederet, uniuersa ilico euaporata dissiparetur, summus rerum Opifex non homini duntaxat cæterisq́ animalibus, uerùm etiam stirpibus insitas quasdam uires deficiẽs ac desideratum semper appetentes, ab initio statim indidit. Non enim sugere, uesci, bibere, aut respirare à quoquã discimus usquam, sed statim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra docentem perficiant: & cibo quicquid siccioris substantiæ effluxit restituimus, potione quicquid humidius, atq́ ita ad pristinam commensurationẽ ambo reducimus. Sic uerò & aëreæ igneæq́ substantiæ modum, respiratu arteriarumq́ pulsu tuemur. Cæterùm quum id quod singulis partibus defluit, tale natura sit, qualis ipsa est particula, nihil autem eorum quæ bibuntur eduntur ue, aut inspirantur, eiusmodi prorsus occurrat, necessum fuit animanti, ea primùm assumere, dein emutare & concoquere, ac quàm maximè licet, corpori alendo restituendoq́ similia efficere, ac demum recrementa quæ necessariò has emutationes subsequuntur expellere. Atque hac potissimum occasione Natura nutritionis instrumenta in corpore triplicia instituit: quædam prima ratione ad id quod assumitur concipiendum elaborandumq́, & in totum corpus deferendum. alia secunda, quæ excrementorum sunt receptacula. Reliquas partes ratione tertia, quæ horum excretionibus mittendis, & ne intempestiuè profluant cohibendis, suoq́ tempore

Corruptelæ homini connatæ necessitates. Nutritionis necessitas.

Instrumentorũ tripliciũ nutritioni subseruientium necessitas.



pore expellendis subseruiant. Porrò partes aëri assumendo, conficiendo, deferendo, ipsiusq́ue recrementis ex cõcoctione succedentibus expellendis, à Natura conditas, sequens liber persequetur, cordi omnibusq́ respirationis organis dedicandus. Præsens uerò cibi ac potus instrumentis, & demum generationi subministrantibus organis propter sedis uiciniam nexumq́ue consecrabitur. Ex ore itaq́ per stomachum cibus & potus in [a] uentriculum, uelut in communem quandam officinam seu promptuarium assumitur, quod omnia quæ amplectitur cogit, confundit, & concoquit, concoctum in [b] intestina protrudit, ex quibus quod cocti illius succi melius est, sanguiniq́ efficiendo conueniẽs, unà cum humidiori huius concoctionis recremento [c] uenæ portæ rami exugunt, id iecoris cauo deferentes. Recrementum uerò siccius ac fuctioni ineptum, intestina postmodum depellunt, & hominis arbitratu laxante se [d] orbiculari podicis musculo, ac [e] abdominis musculis, simul accedente etiam [f] septi transuersi officio compressis, excernunt. Ipsum autem iecur postquam id nutrimentum admisit, ei extremũ adijcit ornamentum ad sanguinis perfecti generationem necessariũ, duplici (quod in omni fit concoctione) recremento id expurgans: flaua scilicet bile, ceu recremento tenuiori & leuiori: deinde atro bilioso succo ceu lutoso, terrestri & crassiori. Illud quidem in bilis uesiculæ [g] meatus transmissum, in ipsam uesiculam refluit, à qua rursus in intestina excretum cum durioribus fæcibus ęgeritur. At hoc, uti arbitramur, per portæ uenæ [h] ramos ad [i] lienis nutritionem transmittitur: quicquid uerò is conficere ac in familiare nutrimentum sibi adaptare nequit, id in uentriculum eructat, postmodum cum intestinorum excrementis subducendum. Ergo qui in iecore ad hominis nutritionem præparatur succus, illa duo recrementa deponens, & eam iecoris substantiæ insiti caloris beneficio concoctionem acquirens, ruber iam ac purus ex [k] arctissimis maximeq́ frequentibus uenæ portæ ramis per iecoris substantiam diffusis, ad gibbam iecoris partem in cauæ uenæ [l] propagines similiter innumeras angustissimasq́ conscendit, tenui adhuc aquosoq́ recremento, quod ex intestinis cum optima succi in uentriculo confecti portione exugebatur, concomitatus, atq́ eius aquosi recrementi tanquam uehiculi cuiusdam auxilio arctissimas uias minorí opera perreptans. Quum uerò sanguis eos superauit angiportus, [m] renes recrementum hoc ad se sedulò alliciunt, illoq́ sanguinem purgant, id per [n] urinarios meatus in uesicam huius conceptaculum depellentes, à qua rursus opportuno tempore relaxato uesicæ ceruicis [o] musculo, excrementum illud seu urina è corpore redditur. Sanguis autem per uenam cauam copiosissima ramorum serie propagatam, ad omnes corporis partes deducitur, & quod in ipso singulis partibus familiare ac idoneum est, illæ sibi attrahunt, assimilant, & apponunt: duplexq́ quod in illa concoctione consurgit recrementum, à se per proprios ductus excludunt. Ista quidem obiter de cibi potusq́ instrumentis dicta sufficiant. Quanta uerò sapientia hæc rerum Opifex creauerit, eo ordine persequar, quo ipsa nutritioni famulari commemoratum est. A peritoneo autem opportunè sermonis statuetur initium, quod id horum organorum commune sit inuolucrum.

Quid præsenti libro docendum, ac partiũ nutritioni ex cibo potuq́ factæ functionũ breuis enumeratio.

a 14. fi. per A, B, C in L, L. aut 12 fi. in P. Q.
b 12 fig. à P, Q, in S, ac ita deinceps, aut in 7 & 8 figuras.
c fi. ca. 5 li. 3. aut 12 fi. l, k, h in l, K.
d 1, 2 fi. ca. 49 li. 2 M. e 3 musc. ta. e, 4 n, 5 o, 6 o.
f 7 tab. o. g in X, X. & inde in V, & uirsus per c in S ad d 13 fi. b fi. ca. 5 li. 3 T, T ad a, a. 13 fig. d. 20 fi O, O.
h fi. ca. 5 li. 3 A, A. I fi. ca. 6 li. 3 A, A, a.
m 25 fi. Y, Z. n 22 fig. q, q in r. 25 fi. d, g cum β. o 22 figu. r. 25 fig. γ.

## DE PERITONAEO. Caput II.

*PERITONAEO ostendendo pleræq́ conducunt figuræ, & potissimùm prima, id integrũ anteriore externaq́ facie proponens. Secunda autem anteriorem ipsius partem interiorí sede ostendit. Posteriorem uerò illæ figuræ imprimis intus referunt, quæ ex ipso plura organa gerunt dissecta, ut ex integrioribus figuris posteriores.*



PERITONAEI (quod abdominis membranam aliqui nuncupant) uocem à Græcis mutuantur. illis nanq́ quòd circunte ndatur περιτόναιον, περιτόναιος, περιτόνιον appellatur. Neque ita absolutè tantùm, uerùm à nonnullis hæc tota appellatio inditur, περιτόναιος ὑμὴν, nomine uidelicet à substantia ipsius ducto. à nonnullis hæc περιτόναιος χιτὼν. sunt etiam qui περιτόναιον σκέπασμα ipsum pariratione appellent, ab usu scilicet quo inuolucri modo omnibus propemodum quæ hoc quinto libro prosequemur, organis obducitur. Arabes communi membranarum nomine ziphac & zimphac & chamel peculiariter id nominant. Verùm in illorum interpretum libris, & apud nostræ ætatis manuales medicos, quum de abdomine fuendo, & aqua in ijs qui hydrope laborant educenda, & ramicum curationibus pertractãt, nominum occurrunt myriades: panniculus rotundus, alberiteren, alberitiron. Deinde absque articulo al, quem suis nominibus Arabes secundùm loci exigentiam non mutato nominis significato præponunt, Beriteron, Berbetinen, eius que generis

Peritonæi nomina.

*Peritonæum in ſimilarium partium numero.*

permulta. Peritonæum itaq; ex ſimplicium & primorum corporum, quæ ſimilaria etiam nuncupare ſolemus, numero cenſetur. Membrana enim tenuis ſubſtantię eſt, nullis omnino fibris: ſecus ac uenarum arteriarumq;[a] tunicæ, aut tenues ac membraneę[b] muſculorum eneruationes intertexta. eſtq; inter cæteras corporis ſimplices membranas ampliſſima & maxima. Carnoſa nanq; nobis uocatur mẽbrana, & ſi amplior ipſo peritonæo ſit, ac uniuerſo corpori cutis modo obducatur, tamen accuratè ſimplex non eſt, quũ quibuſdã carneis donetur fibris, & muſculoſa in ipſo[c] collo &[d] fronte efficiatur. Porrò peritonæũ uniuerſam[e] cauitatẽ, quæ ſub ſepto tranſuerſo, ad os uſq; coccygis, totius corporis facilè capaciſſima habetur, ſuccingit, ac omnibus quę illa continent organis obtenditur, eaq; conceptaculi ritu amplectitur: uentriculũ ſcilicet, inteſtina, omentũ, meſenteriũ, iecur, lienẽ, renes, utramq; ueſicã, uterum, & uaſa demũ quæcunq; inter ſeptum tranſuerſum & crura ſitũ habent.

*Peritonæi magnitudo & ſitus.* *Connexus ortus.*

Atq; hæc quidẽ peritonæũ interna ipſius ſede cõtinet, externa uerò undecunq; muſculis cõnaſcitur. Ex ligamẽtis enim, quę lumborũ uertebras cõnectunt, & quæ ſacrũ os iliũ oſſibus cõmittunt, peritonæũ utrinq; principiũ ducit, mẽbranæ latæ modo ab illis enaſcens. Mox ab utroq; latere aſcendens, lumborũ[f] muſculis, & ijs qui internã oſſis iliũ ſedem occupãtes, femorũ præſunt motibus, obducitur: & fibris quibus inuicẽ muſculos cõmitti uidemus, illis adhæreſcit. At ubi muſculos, qui ternario numero utrinq; cõplectuntur, peritonæũ ſuperauit, internæ[g] tranſuerſorũ abdominis muſculorũ, & uniuerſæ[h] inferiori ſepti tranſuerſi ſedi ſubtendit, pertinaciſſimè ipſis, potiſſimùm uerò neruoſis illorũ tenuitatibus connatũ, & quodãmodo propriæ muſculorũ membranæ uicẽ gerens.

*Forma.*

Refert itaq; peritonæũ oblongum oui inſtar utrẽ, ſeu ſphærã aliquã, cuius longitudo pertinet à ſepto tranſuerſo ad humillimã amplitudinis ſedem, quã[i] ſacrũ os cum oſſibus ipſius lateribus commiſſis efformat.

*Ipſius ſuperficies cuiuſmodi.*

& quemadmodũ utres ex tergoribus parati, exteriùs hirti aſperiq;, intus plani ac læues admodum eſſe ſolẽt: ita quoq; peritonæũ externa parte, ut aptiùs muſculis undiquaq; hæreat, aſperũ fibroſumq; ad eum prorſus modũ uiſit, quo membranas mutuò cõnatas, inæquales eſſe dicimus. Interna autẽ peritonæi ſedes, uiſcera quę cõplectitur ſpectãs, impenſe lęuis & terſa, ac ueluti aqueo humore oblita, ſecãtibus occurrit, adipis interdũ copiã ſibi (ut in ſuibus quaſi perpetuò) adnatam obtinens. Verum hunc nõ omni ex parte æquè copioſum reperies. Anterior nanq; ſuperior'ue internæ huius peritonæi ſedis[k] regio qua uentriculũ contingit, ac dein poſterior quoq; [l] regio ad lumbos & ſacrum os pertinẽs, copioſiori abundãt adipe, q̃ ſedis eius internę[m] latera, [n] parsq; umbilico contermina.

*Proceſſus à peritonæo enati.*

Præterea interna hæc peritonæi ſedes portiones quaſdã ſeu proceſſus ijs quę cõtinet organis porrigit, illiſq; proceſſibus ea organa inuicẽ colligat, et ſibi quoq; adnectit, ac ſingulis præter peculiares ipſorũ tunicas (ſi modò quas habeant) aliud etiã inuolucrum obducit. Atq; hinc etiã fit, ut ijs organis quæ duas peculiares ſortiuntur tunicas, quemadmodum uentriculus & inteſtina,[o] ternæ attribuantur: quæ autem unicã duntaxat peculiarẽ tunicam exigunt, è quorum numero ſunt uterus & utraq; ueſica,[p] binas obtineant. Verum organa nulla peculiari donata tunica, ut iecur & lien,[q] eã quæ ipſis obducitur à peritonæo adipiſcuntur. Quo'nam pacto autem, quibuſq; ex locis hoſce proceſſus in eiuſmodi tunicis degenerãtes, peritonæũ educat, & quo modo illi inuicem craſſitie differãt, in cuiuſq; organi enarratione opportuniùs quàm hîc recenſebitur.

*Peritonæũ nõ undiq; pariter craſſum.*

Quemadmodũ uerò interna peritonæi ſedes ab externa uariat, ſic neq; omni ex parte peritonæũ ſibi craſſitie & robore correſpondet. Quà enim ex uertebrarũ ligamentis pronaſcitur, craſſiſſimũ eſt: deinde quà lumborũ incumbit muſculis, craſſum quoq; cernitur. Anteriori uerò parte, quę à mucronata pectoris oſſis cartilagine ad pubẽ uſq; pertinet, peritonęũ tenuius graciliuſq; & inualidius reperitur, q̃ in lateribus & lumborũ regione. Ad hæc uiris peritonæũ craſſius ualidiuſq; eſt iuxta mucronatã cartilaginẽ, quàm iuxta pubis ſedem: in mulieribus uerò ad pubem craſſius ualidiuſq;: neq; his, uti uiris, peritonæũ hîc ad inguina utrobiq; ſeminarijs uaſis[r] uiã præbent.

*Quibus partibus peritonæũ peruium ſit.*

Eſt enim peritonæũ peculiariter in uiris inibi foraminibus, ut ita dicam, peruium, & tunicam utriq; teſti priuatim offert, quo is & ipſius ſeminaria uaſa tutò obuoluuntur, ac dein in uiris pariter atq; in mulieribus, peritonæũ quà ſepto ſubducitur,[s] tria cum ſepto quoque communia exigit foramina: primum quo uenam cauam, ſecundum quo ſtomachum cum ipſi cohærentibus neruis, tertium quo magnam arteriam uena coniuge experti, & aliquot ſexti paris neruorum cerebri ramis concomitatam deducit. Præterea[t] umbilici quoque uaſorum gratia, & in mulieribus finis uteri[u] ceruicis, in uiro autem[x] ceruicis ueſicæ, in utriſque uerò[y] podicis nomine, peritonæum perforatur, ac demum[z] multis uenis, arterijs & neruis crus petentibus, deinde[a] illis quæ maxima portione in rectos abdominis muſculos ſurſum tendunt, &[b] alijs nonnullis quæ dorſi & abdominis muſculis, & cuti à uaſis lumborum uertebris incumbentibus, peritonæum iter præbet, ab ijſdem uaſis ſurculos ſibi aſſumens. Quà enim ſepto ſubductum eſt, ſepti uaſis ad nutritionem utitur, in la-

*Vaſa & nerui quibus peritonæum implicatur.*

teribus

a fi. ca. ili. 3 inſerta, et fi. ca. 2. b In abdomine 3, 4, 5, 6, muſcu. tab. c 3 muſcul. tab. r. d 3 tab. A. e 7 tab. à Δ multo ſub y, aut paſſim in integrioribus 5 li. fig. f 7 ta. t, u, dein x. g 6 tabu. Δ. h quæ 7 ta. ſpectatur, ac Δ inſignitur. i 1 fi. ultimarum 1 M um Θ. k 2 fi. A, B, quibus arte ſectionẽ committebatur F, G, ſupra P. l ad latera g, h: 22 fi. et P, Q fi. 25. m 24 fi. C, D. n 2 fi. C, D. o Vide 9 fi. & 17. p Spectã E, E, H, H 27 fig. q Educitur ab F, G 18 fig. dein B, B, C, C. 1 ta. figu. 19. r 1 fi. G, H. & 22 figu. φ, φ, tranſmittit γ, & educit χ. et 20 fig. u. s 7 muſ. ta. ſ, r, q. t 2 figu. M. u 30 fi. S. u 25 figu. X. x 1, 2, 3 fig. ca. 49 libri 2 G. y 1, 2 fig. eiuſ. ca. M. z In ulti. fi. lib. 3, et ult. fig. lib. 4. a 1 fig. 1. 25 fig. x. aut 6 muſ. tab. c. b fi. ca. 6 li. 3; ξ, π, fi. ca. 12 μ, μ.



teribus autem ab ijs ramis qui in lumborum regione geniculatim à magna uena & arteria porriguntur,[c] plurimas ſoboles quoque peritonæum mutuatur. In anteriori uerò regione, elatiùs quidem qua mucronatam ſpectat cartilaginem, à[d] uaſis ſub pectoris oſſe ad rectos abdominis muſculos excurrentibus peritonæum ſoboles exigit: in humiliori autem regione ad pubis oſſa conſiſtente propagines aſciſcit ab[e] illis uaſis, quæ ſurſum ſub rectis exporriguntur muſculis. Cæterùm quod peritonæo medici tactus ſenſum adimant, ridendum potius quàm refellendum eſt, quum unà cum illis quæ tranſmittit organis, frequentibus quoq; neruis uiam offerat, à quibus ſurculos etiam adipiſcitur, idq; ab ijs potiſſimum[f] qui abdominis exporriguntur muſculis.

*Peritonæi uſus.*

Porrò peritonæi uſus complures enumerari ſolent. primus quidem, ut ea omnia quæ diximus contegat: ex quibus quum pleraque tendi remittiq; debeant, peritonæum quo aptiùs fieri id poſſit, nerueum & membraneum meritò factum cernitur. ualidum quidem, ut opportunè contineret: ſed tenue, quo minùs pondere moleſtum eſſet. Secundus, quo omnia quæ amplectitur ab extrinſecus ambientibus muſculis interſtinguit, ne quando tenuium inteſtinorum aliqua in media ipſorum ſpacia incidant, & dum muſculos premunt, aut ab illis premuntur, arctant aut arctantur, dolore afficiunt aut afficiũtur, inteſtina motum eorum impediant, ac recrementa inteſtinis complexa difficillimè deorſum tranſmittantur: id quod nunc neutiquam accidit. Verùm hæc inteſtina inter media muſculorũ abdominis ſpacia, dum integri adhuc eſſent [g] tranſuerſi, minimè interciderent, & ſi Galenus id præcipuè innuit, quandoquidem hi uelut alterum peritonæum ijs quibus id obducitur inuolucrum conſtituunt, omniq; ex parte ab alijs abdominis muſculis hæc organa interſtinguũt, neque ex ſitu etiam inter lumborum muſculos & tranſuerſos fortaſſis inuolui inteſtina potuiſſent. Sunt autem illi lumborum[h] muſculi dorſum mouentium nonus, & femoris motus autorum ſextus.

*Lib. 4. de Vſu part.*

Tertium peritonæi uſum Galenus cum cæteris Anatomes profeſſoribus recenſet, quo id ſicci alimenti ſuperflua ſepti tranſuerſi accedente opera propellit: quaſi uerò idem officium quod abdominis muſculos unà cum ſepto ad fæcium excretionem ſubire ſuo loco cõmemorauimus, peritonæum præſtet, & arbitrario motu quo ſe contrahat diſtendatq; præditum ſit, ac non tranſuerſorum abdominis muſculorum, & ſepti quibus connaſcitur motum neceſſariò ſequatur. Dein ac ſi peritonæum magis quàm cutis, aut abdominis adeps, ipſumq; adeò omentum illi uſui ſubſeruiat. Miror membranam coſtas ſuccingentem, quæ peritonæo ſubſtantia uſu & conformatione penitus correſpondet, in thoracem arctantium organorum numero habitam non fuiſſe, quum illa nõ minus thoraci comprimẽdo, quàm hoc fæcibus eijciendis auxiliari deberet. His quartus peritonæi uſus ſuccedit, omnibus quæ peritonæum ambiunt, & potiſſimum abdominis muſculis cõmunis, quo is ceu inuolucrum exactè circundatum, ſtringat omnia, ne leui occaſione laxior uentriculus, aut inteſtina etiam flatibus infeſtentur. At poſtremus præcipuuſq; peritonæi uſus eſt, quo omnia quibus circundatũ eſt, ab eo cõtinentur, & ueluti à pelle quadam ſingula ſeorſum tecta, tutò colligantur, ſuiſq; ſedibus fixa hærent.

c 1 fig. L. d 1 fi. K. e 1 fig. I. f In 2 fi. ca. 11. lib. 4. ad abdominis regionem. g 6 muſcul. ta. Δ. h 8 ta. Ξ, Θ.

## DE STOMACHO ET VENTRICVLO.
### Caput III.

*Stomachum perinde ac uentriculum præcipuè oſtendunt decima quarta & decima quinta figuræ, quibus in uentriculo commonſtrando ſuccedit decima ſexta, quæ hunc inuerſum refert, & decima ſeptima ipſius tunicas uti fieri licuit ſemel exprimit. Dein uentriculum ſua ſede repoſitum proponit ſecunda figura ſimul cum ſexta. Sua ſede autem nonnihil motum refert duodecima. Poſtremò ipſius elatius orificium non ineleganter in uigeſima figura ſpectatur, quod Græcorum nonnulli καρδίαν, ut & Latini ſcriptores plerique cor & præcordium, permulti etiam (ut Galenus) ſtomachum appellant. Arabum interpretes Alfud, Alphaed, Fued, Alfaud, Fuhed. Inferiùs uerò Polux, Haſoher.*

*Ventriculus ſub thorace locatus.*

VENTRICVLVS, qui promptuarij modo eſculenta poculentaq; ſuſcipere, eaq; primo labore (ſine quo hæc inutilia & homini ad nihil cõmoda eſſent) concoquere ac mutare debuit, non ſtatim poſt os collocatus eſt, quanquam is ſitus ad cibi dentibus attriti aſſumptionem fuiſſet aptior. Thoracem nanque & illo contenta uiſcera rerum Opifex uentriculo prælocauit, ut is in demiſſioribus ſedibus excrementorum haberet effluxus, illaq; (ut in ædificijs architecti ab oculis & naribus dominorum ea quæ profluentia neceſſariò tetri eſſent aliquid habitura, auertunt) procul à ſenſibus, qui in capite ſe-

dem exigunt, deducerentur. Thoracem uerò aërem per os & narium foramina attracturum, ac rursus eundem emissurum, ut uocis respirationisq; autor efficeretur, elatiùs collocari decuit. Porrò ne nimiũ uentriculus ab ore remoueretur, quumq; longus ab ipso ad recrementorum expulsionis locum ductus sit, Natura illum quàm potuit proximè ori subiunxit. Sub thorace enim & [a] septo transuerso inter iecur & lienem medius statim [b] ponitur, uiamq; ab ore cibos ad se deferentẽ obtinet, quae ab usu οἰσοφάγου nuncupatur, & etiam illis communi nomine quo omnem angustum ductum, seu collum isthmi modo alicui ampliori uentri praepositũ uocitant, σῶμαχου dicitur: qua uoce nos Celsum & Ciceronem imitati potius utemur, quàm gula alijs (uti & meri & uescet) non infrequenti dictione. Haec nanque uia linguam ad radicem eius haerens excipit, ac utraque parte [c] tonsillas attingens, à palati extremo principium sortitur, ac agitatione motibusq; linguae depulsum, & quasi detrusum cibum suscipiens, illum deorsum, pellit partibus ipsius quae sunt infra id quod deuoratur dilatatis, quae uerò supra contractis. Neruosa enim membranea ue, ut facile dilatetur, prompteq; rursus cõcidat, effecta est: & fibris suo muneri famulantibus intertexitur, ac reliquorum denique corporis ductuum modo teres & intus accuratè laeuis lubricaq; cernitur. [d] Duabus etenim proprijs cõstat tunicis, substantia, duritie, crassitie, & fibrarum specie uariantibus. Harum interior quidem neruosior, durior, & paulo tenuior, ac totius oris palatiq; tunicae continua est, & rectis fibris manuũ instar ciborum attractioni subseruientibus donatur. Exterior uerò crassior, mollior, propemodumq; musculorum natura participans carnosior uisitur, unde etiam cibi conficiendi uim plerique ipsi ascribunt: dein transuersis duntaxat circularibus ue abundat fibris, quae ciborum interiores tunicae fibrae beneficio attractorũ fœliciorem, magisq; subitam in uentriculum propulsionẽ efficiant: & si quando uomentibus uentriculus quippiã protrudit, ad eius eductionẽ summopere etiam auxiliantur. Duabus his solùm fibrarum differentijs stomachus indiguit, ut rectae quidem attraherent, transuersae autem arctantes pellerẽt. Nam si obliquae accessissent, cibus in stomacho longiori mora haereret: quod nõ solùm homini inutili, sed & importunum ac molestum esset, quando stomachus cibo plenus, ita prolixius distẽderetur, asperaeq; arteriae à pulmonibus & magnae itidem arterię, dum ea dilatantur, diutius obstaculo esset. Natura enim stomachũ tutò, & illa quae modò comprehendi organa minùs molestaturũ, per ceruicem thoracemq; ad uentriculum porrigens, [e] exactè supra mediam ceruicis uertebrarum & quatuor primarum thoracis sedem, in neutram partem inclinantem asperaeq; arteriae subtensum [f] deducit. Ad principiũ uerò quintae thoracis uertebrae [g] stomachus ut ampliori magnae arteriae truncо secundùm dorsi uertebras inferiora corporis petenti cedat, nõnihil in dextrum latus à media uertebrarum regione abscedit, arteriae illi proximus ad nonã usque thoracis uertebram repens: [h] quò simulatq; pertingit, ab eius uertebrae eleuatus corpore arteriam elatiùs (ne illa fortè à deuorato cibo comprimatur) ascendit, neruosam septi transuersi partem uersus sinistrum latus [i] penetrans. Non equidem ut cum Hippocrate Galenus censuit, arteriae hîc ad inferiora corporis prolabentis [k] foramine utens, uerùm peculiari, quod ipsi neruisq; cum illo descendentibus (dum septum describeretur) praeparatum esse diximus. Neque uerò administratio tantum, sed & ratio quoque id commonstrabit, dummodo [l] superius uentriculi orificium ad amussim perpendere non graueris. Hoc nanq; uentriculi mediae sedi quod ad [m] priora [n] posterioraq; spectat, neque inferius quàm ipsius elatior [o] pars habetur, inseri debuit: quod certè accideret, si communi arteriae foramini stomachus in septo uteretur, atque (ut Galenus reliquusq; Anatomicorũ chorus asserit) ad duodecimam usque thoracis uertebram stomachus arteriae iunctus uertebris necteretur, ac iuxta primam demum lumborũ uertebram, aut paulò infrà, arteriam conscendere, & à dextris in sinistrum prorepere inciperet. Quandoquidem arteriae per septum transitus, qui supra undecimam thoracis uertebram, uel Galeni suffragio, consistit, sub posteriori uentriculi sede in [p] medio ipsius elatioris partis & dimissioris occurrit, non autem ubi elatissima ipsius est regio. Deinde si ad duodecimã usque thoracis uertebram, secundum arteriae latus stomachus descenderet ex thorace, & sub septo primùm arteriam à dorso eleuatus conscenderet, sursumq; denuò ad uentriculi superius orificium necessariò conuolueretur, pluresq; quàm nunc habeat, anfractus, eosq; acutis praeditos angulis adipiscereturAd nonae itaq; thoracis uertebrae initium stomachus uertebrarum corporibus interuentu membranularũ ex ligamentis uertebrarum originem ducentium cõmittitur, atque ab illis membranulis tertiam tunicam nullis omnino fibris interstinctam, & uelut secundae ipsius inuolucrum possidet. Quod uerò iuxta quintam thoracis uertebram ad dextra potius arteriae quàm ad sinistra stomachus explicetur, in causa ipsa est arteria, non adeò tyranni ritu (quamuis multò sit dignior) dorsi mediam sedem occupans, sed quum à [q] sinistro cordis sinu ortum ducat, & per reliquum ipsius ductum uersus sinistrum cauae

*Vtae cibum potumq; uẽtriculo deferẽtis nomine. Initium.*

*Substantia et forma ac tunicae.*

*Inceſſus.*

*Lib. 5. de Admi. ſectio. Stomachum non eodẽ cum arteria magna uti foramine ſepti.*

*Lib. 4. de V. ſu part.*

a 7 muſcul. tab. a.
b 6 fig. F, F inter D, D & G.
c 6 muſ. ta. F. 14 fi. E, E.
d Harũ delineationẽ pete ex ſimilitudine 9 aut 17 figurarum.
e 7 muſ. ta. E ſuper B ac ſub F.
f 15, 14 fig. ab A ad B.
g eiuſ. fi. B uerſus C, ut cederet 1 fi. ca. 12 lib. 3.
h 15, 14 fig. C uerſus D, G.
i 7 muſcul. tab. r.
k 7 muſcul. tab. q.
l 12 figu. R, 20 F.
m 14 fig. L, L.
n 15 fig. M, O, N.
o 14, 15 fi. I.
p ad regionem 015 fi. non ad G aut I.
q Spectato tam 10 fig. lib. 6. ac O, P, 6 fig.



uae uenae [r] subijciatur, sinistrorsum maiore sui parte necessariò uergens, ac proinde aliquantulum stomacho cedens, communicatorem, ac uelut socium sedis uertebrarum admittit, adeò ut stomachus & minus obliquetur, & firmiorem adhuc sedem quàm in sinistro latere reperire posset, obtineat. Porrò stomachus non dextram septi perforat sedem, rectaq; in uentriculum ex dextro dorsi latere porrigitur, sed arteriae superuectus [s] obtusoq; obliquatus angulo sinistram petit, ne stomachus uentriculum adeundo iecur uniuersam dextram sedem inferioris regionis septi occupans, perforare cogatur, sed eam septi partem adinueniat, qua minor iecoris pars ipsi facilem aditum praebitura consistit. [t] Talis sanè est tenuior totius iecoris portio sinistrae septi sedi hîc subtensa, cui in posteriori regione quà stomachus septum permeat, "sinus instar semicirculi insculpitur, stomacho (cuius anteriorem sedem inibi amplectitur) proportione congruens. Neque est ut quispiam alijs credat dissectionis professoribus, qui septum, idq; potissimùm quod diximus foramen, ne cibus è uentriculo superiora repetat obstaculo esse arbitrantur, quum idem quoque tunc in uentriculum cibi descensum potius prohiberet. Quemadmodum & mera quoque est fabula, qua angustiorem stomachum hic quà uentriculo continuatur, quàm in ceruice esse contendunt, atra bile in uentriculi superius os à liene eructata eum colligi constringiq; falsò existimantes. Cæterùm obliquus ille ductus quo stomachus arteriam conscendens in sinistrum fertur, [x] neruis etiam commodus est, quos paulo pòst uentriculo inseri audies. Neque profectò sufficit Naturae, stomacho in eum modum obliquato ad uelocem ciborum transitum eas quas innuebam tribuisse fibras. uerum ut ipsius concauitas semper humecta ac uelut uncta esset, glandulas adiunxit, [y] alias quidem ad fauces, stomacho & laryngi communes, quae saliuam humoremq; illis organis ne exiccentur, praeparantes, Latinis tonsillae appellantur. [z] In medio itidem propemodum stomachi ductu, quà is asperae arteriae in * duos truncos ad pulmones diuisae subijcitur, binas alias saepe stomacho non apponit modo, sed & in posteriori ipsius sede & ad latera adnectit, [a] illis planè respõdentes, quas uesicae uricis initio in uiris Natura circumdedit. & quemadmodum has urinae seminisq; genitalis meatum irrigare humectareq; suo loco commemorabimus, sic etiam glandulae stomacho adnatae illius amplitudinem irrorant, ac ne ob siccitatem difficiliùs in uentriculum cibus prolabatur, saliuali quodam humore imbuunt. Cæterùm si quid de stomacho adhuc dicendum supersit, in uentriculi descriptione id persequemur. Ventriculum qui inter reliquos corporis uentres sinus ue non minimam cauitatem obtinet, unde etiam γαστὴρ & κοιλία Graecis, ut nobis uenter & uentriculus potissimum dicitur, mox sub thorace collocatum, iam obiter diximus. Nunc uerò exquisitè ipsius situm, formam, quantitatem, substantiã, tunicas, uenas, arterias, neruos, ac demum ipsius uires, quaeq; ad eas auxilij quicquam praestant organa recensebimus. Galenus itaque uentriculum in medio corporis collocatum asserit, quod plerique dissectionum professores ab ipso mutuati non simpliciter enunciant, uerum hunc secundum omnes positionis differentias ad amussim mediam sedem instar communis omnium partiũ officinae adeptum asserunt, perfunctoriè admodum in hominis proportione metienda uersati. Sedes enim [b] mucronatae cartilagini proxima, aut ut Galenus alibi etiam astruit, umbilicus, haudquaquam erecti corporis medium est, uerum elatissima pubis ossium regio. At si crura simul cum ceruice illi negligerent, solo uidelicet corporis trunco (quem thoracem Aristoteles uocat) intellecto, fortasse regio mucronatae cartilagini subiecta in corporis medio cõsisteret, uti umbilicus ferè in homine medius est, cui circulus obducitur, qui & manuum & pedum & uerticis summum æqualibus ferè interuallis complectitur. Neque etiam æqualis uentriculi portio dextrum & sinistrum occupat, neque uentriculus in posteriora adeò atque in priora corporis exporrigitur, quamuis fortè [c] elatius ipsius orificium id sibi non immeritò uendicare posset. Statim enim ac stomachus septum in sinistra neruosae ipsius partis sede penetrat, continuũ cum uentriculo corpus [d] efficitur, quod in sinistro latere amplã septi sedem contingens, totam regionẽ inter iecur & lienem uacuam complectitur. In dextro autem latere uentriculus nusquam septum attingit, sed iecoris duntaxat concauo subtensus, tota ipsius parte superiori, & dextro item latere à iecore occultatur, tantumq; à dextra septi sede passim abscedit, quanta iecoris est crassities, quum interim magnam septi sedem (uti modò dicebam) sinistro suo latere contingat. Neque id sanè admodum lien impedit, qui non ita uentriculi sinistro lateri attenditur, adeoq; in corporis anteriora, ut medicorum uulgus arbitratur, pertingit, sed potius in posteriora humilioraq; (tamen & ad latus nonnihil) substernitur. Dein profectò non solùm in sinistrum ad septum usque scilicet, quàm in dextrum, utpote sub iecoris tantum cauo uentriculus magis pertinet: uerùm ipsius forma in homine (nulla enim nunc mihi cum Galeno, neque canum, neque simiarum est consideratio) talis cernitur, ut maxima ipsius quoque portio

r 22 fi. h ad g.
s 14, 15 fig. Diuerſ. G.
t Pete idem ex 12 fig. ad Φ, R. 20 fi. ad E, F. 18 fig. I.
x 14, 15 fig. T, V.
y 14 figura E, E.
z 14, 15 fig. F, F.
* fi. cap. 6 lib. 4 inſerta K, I.
a 22, 23 figura ſ.
b 6 fig. A.
c 12 figu. R. 20 fig. F.
d ad G 14 et 15 fi. atque ita eas figuras, & inſuper 6, 12, et 20 expendito.

*Glandulae ſtomacho crebrò adnatae.*

*Ventriculi hiſtoria.*

*Lib. 4. de V. ſu part. Vẽtriculi ſitus.*

portio in ſiniſtro collocetur,haud ſecus quàm ſi inibi maiorem qua aptè cõtineri poſſit ſedem
*Ventriculi forma.* adinueniſſet, idꝗ illius functionibus uideretur accommodum. Ventriculus enim forma per-
quam uarius eſt:at ſi quis illum obiter examinet,rotundus,& à dextro in ſiniſtrum oblongus,
aut ſecundum latitudinem quodammodo teres primum occurrit:rotundus quidem,quod ro
tunda omnia ſint capaciſſima, & interim minimum noxijs expoſita : oblongus uerò,quod id
ſedes qua continetur,& deinde bina ipſius [c] orificia,alterum quo cibos admittit,alterũ quo iam *c 14,15 fig.*
confectos in inteſtina protrudit,exigere uideãtur. Cæterùm ſi deinceps uentriculi forma accu *G,H.*
ratius expendatur, in ſiniſtro latere multò amplior rotundiorꝗ, & ad inferiora prominulus
cernitur,ac dein hinc uerſus dextra uergens,paulatim in anguſtũ cogitur,& ſuperiori quidem
ſui parte deſcendere,inferiori autẽ aſcendere conſpicitur,adeò ut in dextro latere multò quàm
in ſiniſtro gracilior euadat. Sic quoque ſuperiori ſua ſede,quæ ab uno orificio ad alterum per-
tinet,ſtrictior anguſtiorꝗ eſt,inferiori latior ampliorꝗ. [f] Anteriori parte æqualiter undiꝗ gib *f 14 figura*
bus occurrit, nulla ex parte deformatus. Poſteriori ſede duos quodãmodo gibbos common- *L,L.*
ſtrat,[g] unum ſiniſtrum,eundemꝗ magnum,proceriusꝗ extuberantem:[h] alterum dextrum,mi *g 15 figura.*
norem,ac depreſſum magis. Atque hos gibbos [i] ſinus quidam impreſſio'ue parat, ſecundum *M.*
*Duo uentriculi orificia.* corporis longitudinem poſteriori uentriculi ſedi impreſſa. Quà enim uentriculi dorſi uerte- *h 15 fig. N.*
bras,ipſisꝗ exporrectos uenæ cauæ & arteriæ magnæ deſcendentes [k] truncos reſpicit,ac ſedi *i 15 figu. O. k 22 fi. g. h.*
quam ſortitur ſeſe utcunque adaptat,poſterior ipſius regio introrſum quaſi ad eius amplitudi *25 fi. P,Q.*
nem nonnihil imprimitur: quamuis uentriculus è corpore auulſus inflatusꝗ, eiuſmodi ſinum
non oſtendat, & perinde totus inibi gibbus atque anteriori regione occurrat. Porrò ad uen-
triculi quoque formam duo ipſius faciunt orificia,è quibus [l] unum quo cibus & potus aſſumi *l 14,15 figu*
dicebatur, in elatiſſima ſiniſtræ uentriculi partis ſede ob hoc conſiſtit, quod ſtomachus inibi *ra G.*
ſeptum commodè perforans, illic primùm uentriculo connaſci,commune'ue cum ipſo corpus
fieri potuit. Et quanquam ſuperius uentriculi os in ſiniſtra eius parte haberi dicimus, propin-
quius tamen mediæ ipſius ſedi quàm ſiniſtro lateri accedit: quod tanto apparet manifeſtius, *m 14,15 fi.*
quanto uentriculus turgidior occurrit. Alterum uentriculi orificium cibos in cremorem emu *H. 12 fi. S.*
tatos ad inteſtina tranſmittẽs (unde etiam πύλωρος Græcis,nobis autẽ ianitor & inferius os ap
pellatur) in dextra eius ſede conſiſtit,nõ quidem, ut totus Anatomicorũ chorus arbitratur, in
dextræ ſedis inferiori regione, ſed in elatiſſima,dextroꝗ uentriculi lateri proxima. Non enim
ſat erat mutuo è directoꝗ hæc orificia inuicem (ne ocyus cibus adhuc immutatus è uentriculo
laberetur) nõ opponi: uerum inferius à ſuperiori remotiùs abduci oportuit,& ex elatiori quo-
que uentriculi ſede explantari, quo minus ſua grauitate cibus uentriculum præterſugeret: ſed
tunc primum quum confectus, & in cremorem exquiſitè mutatus eſt,uentriculi potius excer-
nendi robore,quàm ſuo pondere, in inteſtina propelleretur. Atque horum inteſtinorum prin
cipium,uentriculi orificium conſtituit,explantatꝗ: quare etiam [n] primum inteſtinorum,quod *n 14,15 fig.*
duodecim digitorum eſt longitudine, exortum plerique nominarunt. Neque profectò iniuria *P. 7 figu. ab I ad K.*
alterum hoc orificium dextram uentriculi ſedem occupat, quum hæc medio cauæ iecoris ſedi
contermina ſit, in quam iecur ſuarum uenarum beneficio, ex inteſtinis ipſoꝗ adeò uentriculo
quicquid ſucculentũ ab illo cõfectum eſt, arripit ac depaſcitur. quod eo iecur præſtat facilius,
quo partes confectum à uentriculo cremorem primum excipientes illi uicinius allocantur.
*Orificiorum non par amplitudo.* Præterea uentriculi orificia non ſitu duntaxat inuicem uariant, ſed inferius quoque ſuperiori
arctius eſt, quòd rudes,non tritas, duras, magnasꝗ moles homo ſubinde deuoret, ad quarum
ingreſſum amplam uentriculi uiam eſſe oportuit. Infrà è contrario,rariùs magnũ, durum,non
conuerſum in ſuccum crudumꝗ tranſit: quanꝗ ſanè nõ adeò anguſtũ ſit inferius uentriculi os,
ut ſolum cremorem tranſmittere queat. quandoquidẽ non pauci quamplurima fructuum oſſa
*Lib. de Naturalibus facultatibus.* impenſe etiam magna, crebrò deuorata innoxiè excernunt, & Galenus à quodam anulum au-
reum qui ore tenebatur,imprudenter deglutitum, eundemꝗ promptè excretum narrat. Neꝗ
orificij huius amplitudinem ſe ignoraſſe callidus ille Hiſpanus docuit, qui ſuperiori anno Cli
nianæ cuipiam Bacchidi quadraginta uniones, ex illis quas hîc nobiles matronæ collo geſtãt,
unà cum aurea cruce quinque gemmis inſtructiſſima, & fide pariter qua hæc continebantur,
ſuffuratus eſt. Illa nanque quum huic noctem ſe daturam niſi prius numeratis quinquaginta
aureis negaret, atque is tandem annuiſſet, ipſa à patricio Veneto pattico ſuo, ut comptior or
natiorꝗ,& magis placida eſſet,elegantiſſimum uxoris ſuæ monile (quod hîc non minima do-
tis ſolet eſſe portio) obtinuit,ac id in lecto adhuc collo appenſum,ne fortè ſubduceretur,ſerua-
uit. Huic monili Hiſpanus quo meretriculæ uices reponeret,inhians, eamꝗ quàm potuit ſala-
ciſſimè,ut ſuauiùs tandem obdormiret,exercuit,ac poſtmodum ſoluto monili ſingulos unio-
nes,& crucem,ac poſtmodũ fidem(ne quid ſuo furto obſtaret)deuorauit. Conſtat igitur inſe
rius



rius quoque uentriculi orificium etiamſi ſuperiori anguſtius ſit, amplum tamen eſſe, & inter-
*n 12 fig. i,i. 15 fig. S.* dum grandiora quoque tranſmittere. Cæterùm Galenus & omnes eius aſſeclæ [n] glandoſam *Glãdulosa caro non procul ab inferiori orificio diſtãs.*
carnem inferiori orificio priuatim tribuunt,hanc ad eius orificij conſtrictionem auxiliari,ac in
quibuſdam animalibus manifeſtiorem eſſe affirmantes. Iſtam ſanè in canibus primùm,qui illa
donantur maxima,& quum carnis colorem obtineat, manifeſtiore,deinde in homine exami-
nes uelim. Eam ſiquidem hanc eſſe arbitror,quæ duodeno inteſtino adnaſcitur,qua portæ ue-
*o 12 figu. h.* næ [o] ramus illi ſubtenditur. Verum hæc nõ in hoc ut inteſtinum illud, aut inferius uentriculi
orificiũ claudat arctet'ue,procreata eſt,ſed ut uaſa illi inteſtino exporrecta ſuffulciat, ac parem
*p 2 fig. F.* cum glandio [p] iuguli & [q] meſenterij,& [r] humilioris membranæ omenti uſum præſtet. Deinde
*q 10, 11 fig. L,L,M,M.* ſi quæ conſtringendi uis huic glandoſo corpori indita eſſet, ipſum neceſſariò orificium aut
*r 3,4 fi. 11,12.* inteſtinum ambiret,& fibrarum natura participaret, aut tranſuerſarum muſculi ueſicæ ceruı-
cis modo,aut obliquarum ueſicæ & uteri corporis modo. Quinetiam multum abeſt,ut inteſti-
num illo glandio orbiculatim circunducatur, quum ad inteſtini longitudinem recta duntaxat
linea id adnaſcatur. Quanquam nõ deſint,qui ſolis libris edocti,ſuoꝗ arbitratu Naturæ opera
fingentes,glandoſum id corpus muſculum eſſe ſcribãt,eo inferius uentriculi orificium orbicu-
latim amplecti nugaciter affirmãtes, atque hinc etiam corpus id πύλωρον ianitoremꝗ appellan
*s Intuere 16 fig. ad h,k.* tes. Porrò (quod nullos animaduertiſſe plurimũ admiror) [s] non ſolum in inferiori uentriculi *Protuberans uentriculi in orificijs ſubſtantia.*
orificio,ſed & in ſuperiori ſubſtantia uentriculi craſſior ſpiſſiorꝗ eſt,ac orificia uelut in interio
ra extuberantiorem inſtar circuli partem exigunt,uentriculi ſubſtantiæ penitus reſpõdentem:
quæ quidem inter diſſecandum integro adhuc uentriculo tactu percipitur,aperto autem inuer
ſoꝗ in conſpectum uenit, ac manifeſte uentriculi initium ſtomachi'ue finem & duodeni in-
teſtini originem commõſtrat. Videtur enim tunc ſtomachus, idꝗ inteſtinum ex ipſo uentricu-
lo quodammodo enaſci, aliæꝗ omnino quàm uentriculus ipſe,partes eſſe, quum tamen exte
riùs nihil tale appareat, neque ulla craſſior uentriculi portio emineat. Atque hæc craſſior uen-
triculi portio in hoc potiſſimum facta eſt, ut ora ipſius robuſtiora denſioraꝗ, quàm reliquum
eius corpus euadant, ne fortè à tranſeuntium impetu diuellantur,rumpanturꝗ,& dein fortaſ-
ſis, ut quũ ora cõſtringuntur huius extuberantioris particulæ introrſum cõniuentis occaſio-
*t 14 fig. u 16 fig.* ne citius arctentur occludanturꝗ. Et ſanè quemadmodum [t] exterior uentriculi ſuperficies læ *Ventriculi ſuperficies.*
uis & plana undique eſt, ſic & magis adhuc [u] interior ipſius concauitas: ſi modò duo, quæ iam
diximus, tubera circulatim prominentia exceperis. Ventriculus enim inibi nihil præter rugas
*x 23 fi. r in dextra fig.* quaſdam ſi uehementer conſtrictus reperiatur,oſtendit, inteſtinorũ & [x] ueſicæ cauitati reſpon
dens,quamuis interim obfuſcum & quaſi nubeculis intenſe rubentibus interſtinctũ colorem
exprimat,quum tamen exterius omnino penè albicet. Cæterùm ut in obeſorum inteſtinis,ita
quoque interdum adipem fundo uentriculi intus adnatum, atque hunc copioſum quandoꝗ
inuenies. Quod uerò plerique diſſectionis profeſſores internam uentriculi ſedem cellulis qui-
buſdam aſperitatibusꝗ abundare ſcripſerint, uaniſſimum putato,ac ipſos ruminantiũ anima-
lium omaſis deluſos,idꝗ quum boum pinguia deuorarent exta effinxiſſe arbitrator. Quan *Ventriculi quantitas.*
titas itidem uentriculi uaria admodum eſt. nam ſi ueſicæ modo infletur,haudquaquàm mira-
beris tantam ciborum uim uiniꝗ copiam uno tempore poſſe abſumi. Neque in homine æquè
ſemper eſt turgidus,ſed quum pro ſua natura ſe habet, cõſtrictoriaꝗ ui utitur,quamlibet exi-
guum multum'ue ſit quod continet, totum id undique complectitur, nullam uacuam ſedem
relinquens. ac proinde pro aſſumptorum ſe habet ratione, ut & multa (ne perpetuò edere co-
gatur homo) aſſumere amplectiꝗ poſſit: & rurſus ſi modica offerantur, ea undiꝗ amplexetur
*y Quod fieri licuit, uẽtriculi tunicas 17 figura expreſſimus.* ac concoquat. Huic actioni ipſius congruit ſubſtantia nimirum membranea, quæ commodè *Vẽtriculi ſubſtantia quibus formetur tunicis.*
uſu exigente ampliari dilatariꝗ queat: & rurſus quum opus eſt,colligi ac conſtringi.[y] Conſtat
enim uentriculus duabus latis tenuibusꝗ tunicis ſeu plexibus ſibi inuicem iunctis,perinde ac
ſtomachus,ſed nonnihil diſſimilibus. Quandoquidem interna uentriculi ſimiliter,atꝗ interna
ſtomachi,neruoſa membraneaꝗ eſt,& totius ſtomachi, oris & labrorum,uti ſanè & inteſtino-
rum interiori tunicæ continua, duritie tamen ab oris ſtomachiꝗ tunica modicè differt. quòd
duriores aſperioresꝗ cibos, priuſquam in uentriculũ decidant,ore conficiamus: à quibus oris
amplitudo contunderetur & raderetur,niſi dura denſaꝗ eiuſmodi tunica euaſiſſet. atque idcir
*z Laryngẽ ſimul cum ſtomacho oſtendunt 2,3,5 fi. ca. 11 lib. 2 ubi ſtomachus H notatur.* co tunica ori, & ſtomacho, & uentriculo communis,ſenſim ad uentriculi fundum accedens,
mollior efficitur. Fibris hæc duplicibus intertexta eſt, quo etiam ab interna ſtomachi uariat.
Interior enim tunicæ pars uentriculi cauitatem reſpiciens, rectis ijſdemꝗ plurimis donatur fi-
bris. Attrahat nanque uentriculus cibos & potus per ſtomachum oportet, huiuſmodi fibris
ceu manibus alliciens: quæ quum contrahuntur, ſtomachum uentriculumꝗ breuiant,adeò ut
inter deglutiendum [z] larynx deſcendente ſtomachi initio, ſurſum conſcendat, quòd mutuus
ſtomachi

ſtomachi & laryngis ſit connexus, & interior utriuſque tunica cõtinua cernatur. At ſecundum fibrarum huius interioris uentriculi tunicæ genus obliquarum eſt, in externa tunicæ ſede, qua ſecunda illam amplectitur, ſitum. Quemadmodum enim cibi potusq; attractio, eorundem neceſſariò præcedit retentionem, ita rectas fibras interiùs obliquis Natura coordinauit. Deinde ut retentionem, ciborum iam confectorum ſuccedit expulſio, ita quoque ſecunda exterior'ue uentriculi tunica trãſuerſas fibras obliquis exteriores meritò nanciſcitur, nõnullis interim obliquis fibris etiam implicita. Exterior enim tunica, quæ interiore craſſior & mollior minusq; compacta eſt, tranſuerſis fibris abundat, ſecundæ ſtomachi tunicæ reſpondens, niſi quòd illa paulo minus quàm hæc carnoſior ſit, & aliquot etiã obliquis intertexitur fibris. Cur autẽ uentriculum, aut hanc exteriorẽ ipſius tunicã adeò impenſe carnoſam ſecundùm uentriculi fundũ humiliorem'ue ipſius ſedem eſſe plerique ſcribant, non ſatis aſſequor. Videntur enim ſuis ſomnijs confiſi,[a] fundum uentriculi inſigniter carneũ ſtatuere, quum interim uentriculus illic neq; carnoſior, neq; craſſior ſit, quàm ad elatiorẽ ipſius ſedẽ: imò ſi uerùm fateri licet,[b] ſuperior uentriculi pars carnoſior eſt inferiori fundo'ue: ut nunc taceã neuorũ ſuperioris ſedis frequentiã, tunicarũ eius ſedis craſſitiem inſigniter adaugentem.

*Exteriorem uentriculi tunicam in fundo impenſe nõ eſſe carnoſam.*

Cæterùm duabus his uentriculi tunicis [c] tertia accedit, inſtar operimenti & propugnaculi cuiuſdam tunicæ exteriori circundata, & à peritonæo,[d] quà id ſepti partem ſtomacho iter præbentem integit, pronata. Huic enim peritonæi portio primùm elatiori uentriculi orificio, deinde uniuerſo ipſius corpori ad duodeni uſque inteſtini originem obducitur. atq; hæc à peritonæo procedens tunica, omnium quas id reliquis organis exporrigit, facilè craſſiſſima cernitur, ac ut poſtea dicturus ſum,[e] ſuperiori membranæ omenti principium præbet. Hæc tunica primum omnes uentriculum petentes uenas, arterias & neruos excipit firmatq;. Ac iſtæ quidẽ uenæ omnes à ſola portæ[f] uena originẽ petunt. nulla enim uel quantumuis exilis à[g] caua uentriculo ſubſtrata (quanquam id Galeni ſit dogma) uentriculum adit. Arteriæ autem uniuerſæ ab illis ortum ducunt,[h] quæ à magna arteria in humiliorẽ omenti membranã primùm digerũtur, ac in id & iecur & bilis ueſiculam, & lienem, & in uentriculum deniq; ipſum deriuãtur.

*Ventriculum petentes uenæ ac arteriæ. Lib. 6. de Admi. ſectio.*

Ac[i] prima quidem uentriculi uena à portæ uena priuſquam in duos grandes ipſius truncos diſcindatur, principium habet, ad inferius uentriculi orificium conterminaq; ipſi ad poſteriorem eius ſedem loca excurrens.[k] Arteria autem huic uenæ coniunx, propago eius arteriæ cenſetur, quæ ſecundùm portæ ductum iecoris cauum adit.[l] Secunda uena coniugem undecunque habens arteriam toti dimidiæ inferiori uentriculi parti ſubtẽditur, ſuperiori membrana omenti ſuffulta, à qua & anterior & poſterior fundi uentriculi dextra ſedes ſurculos mutuatur. præſens uena frequenter ortum ducit ex dextra uenæ portæ regione, quà in duos grandiores ipſius truncos finditur.[m] Arteria uerò ab illa pronaſcitur, quam in iecur deriuari diximus.[n] Tertia uentriculi uena impenſe gracilis eſt, comite arteria carens, & à uenæ portæ graciliori ſiniſtro'ue trunco enata, in poſteriorem uentriculi ſedem (qua dextrum ipſius gibbum inibi prominet) pauca ramulorũ ſerie diſpergitur. [o] Quarta uena ab eodem quo nuper dicta trunco prodiens, toto progreſſu arteriam ſibi coniugem aſciſcit, omniumq; uentriculum aſcendentium uenarum, ut & arteria arteriarum, facilè præcipua, atque in numeroſiores ramos diuiſa. Procedit enim ſurſum ad medium poſterioris ſedis uentriculi, ac primùm utrinque ramum ſpargit in plures ſurculos per poſteriorem uentriculi ſedem diuaricatum. Dehinc ſurſum ad dextrum ſuperioris uẽtriculi oris latus ſenſim conſcendit, illudq; coronæ modo amplectens, ramulos complures deorſum in uentriculi corpus digerit, paucos, eoſdemq; graciles in ſtomachi finem, quo is uentriculo committitur, ſurſum offerens. Ab hac uena dextrum oris uentriculi latus ambiente[p] propago editur, ſecundùm elatiorem uentriculi ſedem ad ipſius uſque humilius orificium pertingens, ac in progreſſu deorſum quoque ſoboles diffundens. Porrò[q] arteria præſentis uenæ coniunx ab ea depromitur, quæ per inferiorem omenti membranam in lienem contendit.[r] Quinta uena comite arteria non priuata, ſiniſtram uentriculi fundi ſedem ambit, & ſuperiori membrana omenti ſuffulta ramos elatiori ſua ſede in uentriculi anteriora poſterioraq; emittit. Huius principiũ dependet ab ampliori uenæ portæ ramo, lienis infimæ ſedi inſerendo: &[s] arteria, uenam eam concomitans, ab arteriæ ramo pululat, lienem hîc accedente. Sexta uentriculi uena, ea demũ eſſet, quæ ſola Anatomicis in ore uerſatur, quanquam à liene in ſuperius uentriculi orificium perferri omnes aſtruunt. Ego uerò ut uerum fatear, non unicam, ſed[t] plures, easq; non ſemper pari numero ab illis quæ lieni exporrigũtur uenas pronaſci, præter quintam antè enumeratã obſeruo, ſiniſtri uentriculi lateris ſedem lieni proximam accedentes: inter quas ea ſolet eſſe præcipua, quæ à maiori uenæ portæ ramo altiori lienis parti inſerto, principium ducere conſueuit, à qua minus quàm raro ſurculi pilorum modo graciles, quaſi ad ſuperius uentriculi orificium pertingunt. His ue

nis

a Secũdum K, K 14, 15 fig.
b 14, 15 fig. iuxta G.
c 17 fi. k, k.
d 7 muſcul. tab. r.
e 2 figu. Q, Q, Q. 3 fi. d, d, d.
f figu. cap. 5 lib. 3.
g 22 figu. g.
h fig. indici fi. ca. 12 li. 3 inſertam. hic uero 4 fig. β.
i fi. ca. 5 li. 3 D. fig. 15 & uerſus H.
k fi. cap. 12 lib. 3 p.
l fi. ca. 5 li. 3 H. 2 fig. R. 14, 15 fi. c.
m fig. ca. 12 lib. 3 r.
n fi. ca. 5 li. 3 K. 15 fig. b.
o fi. ca. 5 li. 3 N. 14, 15 figu. d.
p 14 figu. e uerſus H.
q fi. cap. 12 lib. 3 x.
r fi. ca. 5 lib. 3 Z. 14, 15 fi. f. 2 fi. S.
s fi. ca. 12 li. 3.
t fi. ca. 5 lib. 3 X, Y. 14, 15 fi. g, g.



nis ſiniſtrum uentriculi latus adeuntibus comites perpetuò iunguntur arteriæ. Commune omnium uentriculi uenarum officium eſt, ut & alimentum ipſi adferant, & ſucculentioris ab illo confecti cremoris ad iecoris cauum non aliter ac inteſtinorum uenæ, deducant. Proprium uerò earum quas ſexto loco enumeraui uenarum, & potiſſimùm quintæ munus cum alijs diſſectionum profeſſoribus eſſe (at timidè interim) annuam, ut ſi quid in uentriculum lien eructet, illæ eius ſint uehiculum, idq; in uentriculum fundant.

*Venarũ uentriculi munus.*

Cæterùm frequentes uentriculi arteriæ innatum ipſius calorem recreant, & ſucculenti etiam aliquid ex uentriculo ſugere uidentur.

*Arteriarum.*

Præter has uenas & arterias uentriculo nullum aliud uas implantatur, & ſi fortè meatuum bilem deducentium aliquis in uentriculi fundum pertineat, id ſanè fit quàm rariſſimè: & mihi ſemel hactenus duntaxat eius generis meatulus occurrit in bilioſiſſimo homine, quem ex longis pontificijs nauibus ſectioni adhibuimus.

*Veſiculæ bilis meatus in uentriculum.*

Porrò nerui uentriculi in hunc habent modum,[u] præcipuè ſexti neruorum cerebri paris portiones: poſtquam[x] recurrentes diffuderunt neruos, ramulosq; cordis inuolucro & pulmonibus communicauere, deorſum ad ſtomachum properant, dextra quidem ad dextrum latus, ſiniſtra autem ad læuum. Simulatq; uerò aliquantiſper nerui cum ſtomacho deſcenderunt, fibrarum duntaxat interuentu illi commiſſi, uterque neruus bipartitò ſcinditur, & dexter quidem ſuis ramis obliquè in ſiniſtrum fertur, ſiniſter autem in dextrum, atque ita ambo nerui ſtomachum concomitati ſeptum tranſuerſum permeant, nullam interim (ut diſſectionis rudibus uiſum fuit) ſepto ſobolem offerentes. Vbi autem quatuor duorum neruorum rami[y] elatius uentriculi orificium contingunt, multiplici propaginum ſerie id amplexantur, ſurculos notatu digno interuallo rectà deorſum promentes. A ſiniſtro ſexti paris neruo dextram uentriculi oris regionem implicante,[z] inſignis utcunque ramus ſecundum elatiorẽ uentriculi ſedem ad ipſius uſque inferius orificium deducitur, qui & ſi in progreſſu aliquot diffundat propagines, uentriculiq; inferius orificium ſurculis quibuſdam implicet, nõ tamen inibi abſumitur, ſed in iecoris cauum[a] prorepit. Cæterum humiliorem uentriculi partem[b] alij duo accedũt nerui, à ſexti neruorũ cerebri paris[c] propaginibus, ſecundum coſtarum radices deorſum deductis principium obtinentes,[d] ac illarum arteriarum coniuges, quæ ſuperiori membrana omenti ſuffultæ, in uentriculi fundum digeruntur. Quinetiam interdum ſiniſtro uentriculi lateri[e] quædam neruorum offeruntur ſoboles, à[f] neruis pronatæ, qui cum arterijs lienem accedũt.

*Ventriculi nerui.*

Inter hos tam uarios neruorum quos uentriculus exigit ſurculos, nulli profectò tantam Naturæ oſtendũt prouidentiam, atque ſuperiori ipſius orificio[g] inſerti. non enim duntaxat id ut noxam à bilioſo eius'ue generis humore aliquo inductam ſentiat, adeò frequentibus ſcatet neruis, ſed ut per illos ueluti riuos & ductus, animalis uis ipſi imprimis diſpenſaretur, ac cibi potusq; indigentiam uentriculus ſentiret, ad ſumendaq; cibaria excitaretur. Cum enim totius corporis particulæ, plantarum modo quatuor donentur facultatibus nutritioni ſeruientibus, neque illis eorum quæ deſunt ſenſus ſit inditus, atque omnes propemodum à cauæ ramis nutrimentum alliciant: aliæ autem ex cauæ per iecur diſtributis propaginibus, hæ iterum ex ijs quæ per iecoris portas ferũtur uenis, & hæ rurſus ex inteſtinis & uentriculo: quumq; adhuc nulla iam ſuperſit pars, ex quo uentriculus aliquid aſſumere poſſit, neceſſum erat, ut foris ingeſto cibo repleretur. atque in hoc à plantis differimus. Hæ nanque & ſi uim propriæ qualitatis attractricem, & attractorum retentricem, ac rurſus ſuperfluorum excretricem, atque ante has omnes alteratricem perinde ac homo habeant, ſenſu tamen eorum quæ deſunt priuantur. Neque etiam per os plantas nutriri oportebat, promptuarium copioſi nutrimenti ſubmiſſum habentes terram, cui complantatæ coniunctæq; copia eorum quibus enutriri debent nunquam deſtituuntur. Verum humana ſubſtantia, præterquàm quod longè à terra ſeiungitur, à qualitate quoque terrea plurimum diſcrepat, motuq; arbitrario ex loco in locum ſubinde permutari debuit, adeò ut impoſſibile fuerit homini plantæ ritu ex terra humorem ſugere. Oportuit itaque ſecundum propriam eius naturam, herbis, fructibus, ſeminibus, aliorumq; animalium carnibus hominem ali, eaq; illo adferri tempore, quo uentriculus ſentit indigentiam. at quum nulla pars ex ſe ipſa innatum ſenſum poſſideat, in uentriculum, uti prius dicebamus, eiuſmodi uim à ſenſitiuo principio influere oportuit. Et huius ſanè gratia[h] ſexti neruorum cerebri paris præcipue ſoboles uentriculi os, conterminasq; ipſi partes potiſſimùm implicant & intexunt. atque ij demum illi nerui ſunt, quibus obliquum ſtomachi ductum conferre prius retuli. Molles enim quum ſint, & graciles, ſi longa uia recto tramite tenderentur, & uentriculum cibis recipiendis deſtinatum à ſe ſuſpenſum haberent, ab eius mole perpetuò tenſi, leui occaſione rumperentur, niſi eiuſmodi implexibus & tortuoſis ductibus Natura illis ſedulò proſpexiſſet.

*Neruorum uentriculi uſus.*

Porrò uentriculus, ut iam ipſius uires aggrediar, octo habet facultates, ac quatuor quidem omnibus uniuerſi corporis partibus, quæ nutriũtur, communes: quatuor

*Ventriculi totius munus.*

 autem

u 2 fi. cap. 2 lib. 4 ſ. 14, 15 fig. T, V.
x 2 fig. ca. 2 lib. 4 m, p.
y 14, 15 fig. G.
z 2 fi. cap. 2 li. 4 u ad x. 15 fig. X.
a 15 fi. Y. 20 fig. K.
b 2 fi. cap. 2 lib. 4 β, †.
c 2 fig. ca. 2 lib. 4 h.
d 14, 15 fig. c, f.
e 15 fi. g, g.
f 2 fig. ca. 2 lib. 4 κ.
g 14, 15 fi. T, V.
h 1, 2 fi. ca. 2 lib. 4 e.

autem sibi peculiares, quibus uniuerso corpori uentriculus famulatur. Verùm hæc nimium obiter perpendunt, integros libros hac quæstione, An uentriculus suo quem iecori conficit succo, aut sanguine seorsum, an simul ambobus enutriatur, commaculantes. Quandoquidem beneficio illarum facultatum, quas uentriculus cum reliquis partibus communes adipiscitur, proprium sibi nutrimentum ex uenis allicit, retinet, elaborat, & si quid superfluum ipsi fuerit, à se abigit. At munijs, quibus toti corpori uentriculus famulatur, quarumque gratia plerisque Rex corporis uocitatur, is esculenta quidem poculentaque rectis fibris per stomachum ex ore assumit, mox obliquis fibris assumptum retinet, totumque tantisper amplectitur, donec id ingenita sibi altrice facultate, in succum cremoremque colore substantiæ suæ similem reddat. ac demum quod confecit intestinis exhibiturus, inferius orificium suum laxat, transuersisque fibris quod amplexabatur deorsum protrudit.

*Quî uentriculi munijs subseruiant partes ipsi accumbentes, atque ita illius ad alias partes contactus.*

*Hæc petes è 2, 3, 6, 11, 20 figuris, uti quũ uentriculi sitũ narrare mus colligere promptum fuit.*

Cæterum uim ipsius alteratricem, undequaque eum circundantia organa, ac uelut lebetem ingentes foci solent, excalefacientia, non parum adiuuant. totam enim superiorem eius sedem uersus anteriora & dextrum ipsius latus, & in posteriori sua sede dextrum gibbum, iecur complectitur. elatior uerò pars ipsius ad superioris sui orificij posteriorem sedem consistens, & sinistrum eius latus uniuersum, septo ambitur, excepta solum ea regione quam lien ad sinistrum uentriculi latus humiliori posteriorique parte occupat. In posteriori autem sede uentriculus inferiorem omenti membranam, & quæ in illam excurrunt uasa proximè subtensa obtinet. Dein sub hac septi transuersi pars, & uena caua, & magnæ arteriæ truncus præter dorsum, ipsiusque musculos consistunt. Porrò uniuersæ inferiori uentriculi sedi omentum ipsi partim attenditur, partimque connascitur. præterea & huic sedi sub omento colum intestinum elatiùs, tenuia uerò intestina demissiùs, adtenduntur.

*Nullã omenti partem anteriori uentriculi sedi obduci.*

At alij anteriorem uentriculi sedem omento integi somniant, quum tamen elatior omenti membrana recta duntaxat linea inferiori ipsius parti secundùm anteriora adnascatur, nulla interim omenti parte uentriculi anteriori sedi obducta. Vacat itaque magna anterioris uentriculi sedis regio, neque iecore, neque septo transuerso, neque omento, neque liene obducta, sed omenti uice aliud uentriculus hîc obtinet subsidiũ, in calefaciendo huic non absimile. Præter peritonæum enim & octo abdominis musculos [i] uena ab umbilico iecori deducitur, qua fœtus nutrimentum accipit, quæque post partum exanguis inutilisque efficitur. Huic uenæ quà peritonæo nexa uentriculo insternitur, in circuitu adeps multus non tamen omnibus æquè copiosus adnascitur, qui ut & uentriculus suo in concoquendo munere alacrius laboret, aliquid auxilij præbet. Impensius enim conducit iecur, lien, & quæ posteriori uentriculi sedi subtenduntur uenæ ac arteriæ, ut & ipsum quoque septum indefesso suo motu uentriculum minime negligit. Quinetiam cordis septo incumbentis calor, ad perfectiorem uentriculi functionem non inutilis censendus est.

*i 2 figura F, dein G.*

## DE OMENTO. CAPVT IIII.

*OMENTI delineationem imprimis proponit quarta figura, ac secunda, & tertia, uti in illarum figurarum indice commemoratum est. hoc Arabum interpretibus & nostræ ætatis chirurgis dicitur Zirbus, sine appẽdice: aut cum appendice, Zirbus adipinus, Tirbus, Clypeus, Ventris mappa. & ut Græcis, Eflos, Epiplex.*

*Omẽti sermonem nunc instituendum.*

*Omenti situs.*

PROXIMVM nunc erat intestinorũ, ut quæ confectum à uentriculo succum excipiant, enarrationẽ subiungi. sed quia illis omentum incumbit, & uelut innatat (unde & à Græcis ἐπίπλουν & ἐπίπλοον dicitur) & dissecantibus prius quàm intestina occurrit, ac demum non minus quàm intestina uentriculo continuum magna ex parte est, non admodum inopportunè id hoc loco aggrediemur. [a] Omentum itaque in peritonæi amplitudine positum, mox anteriori illius sedi subijcitur, & super [b] intestina extensum, ad lienem quoque & iecoris cauum, ac posteriorem uentriculi sedem propemodum uniuersum, eiusque fundum exporrigitur: atque ab his etiam sedibus omentum originem ducere, non multo pòst audies. quare etiam in dissectionibus perpetuò illis sedibus attensum proximumque reperitur. At non ita omnibus obductũ intestinis ad pubis usque os (ut in canibus propemodum semper) in homine reperitur. Nam ipsius, quæ intestinis obuolui debeat, portio, rarò ultra umbilicũ descendere cõspicitur, [c] sed maxima sui parte sinistrorsum lienem uersus retrahi & conuolui. Quod quũ in hominibus laqueo suffocatis primùm obseruarẽ, ex cõcussu motuque corporis hoc euenisse arbitrabar: sed postea id ipsum in aquia suffocatis, & capite trũcatis, item laterali morbo, aut phrenitide, eiusue generis affectu alio quopiã mortuis, & in ijs etiam quibus

*a In 2 figu. Q, Q, Q, mox in ac sub A, B, C, D.*

*b Confer 2 figurã sextæ, & seduló specta 3 figu. & 4.*

*c Quemadmodũ c, c, c 3 fig.*



quibus uiuentibus thorax abdomenque aperiebatur, animaduerti: atque, ut semel dicam, in sano quod ad omentũ attinet homine, ad pubis usque os id descendere rarò cõperi. Quin etiã quum idem obseruasset in dissectionibus obeundis uir diligens IOANNES DRYANDER, medicinæ mathematicesque professor, quid de Hippocratis aphorismo sentirem, in quo ille mulieres præter naturam obesas concipere negat, quia os uteri illis omento comprimitur, prolixè & eruditè literis à me percunctatus est, ac præter cætera quæ de ramicum differentijs symptomatibusque mecum egit, sibi omentum ad scortum deuolui, & inibi ramicem (quem ab omenti descensu, Græci ἐπιπλοκήλην appellãt) haud posse fieri arbitrabatur. Verùm retractus ille omenti sinistrorsum sursumque, fundi uteri os omento comprimi, & ad scortum deuolui posse omentum non impedit. Nam si dissecans humiliorem omenti partem sursum reuolutam leuiter deorsum traxeris, citra aliquam omnino diuulsionẽ in omnibus hominibus facilè ad pubis usque os intestinis ipsum obtendi posse deprehendes, eiusque finem [d] inter posteriorem uesicæ sedem, & uteri anteriorem leui occasione colligi, ibidemque uteri ceruicem (si omentũ præpingue sit) utcunque comprimere doceberis, dummodo in muliere id inter uesicam & uterum, ut in sua sede poneretur, extenderis. Quanquam eiusmodi compressum uix tantum esse autumem, ut ingressum uirilis seminis in uteri fundi [e] orificiũ inhiberet, nisi penis breuitas hîc simul obesset, ac procul ab uteri fundi orificio semen redderet, cuius dein ad fundum ingressum concidens compressaque ceruicis uteri ante fundi orificium sedes remoraretur, quæ simul obeso comprimeretur omento, ac parum fœliciter à pene distenta, semen sibi adhærens seruaret. Similiter etiam omentum ad scortum decumbere, in ramicum sectionibus interdũ animaduerti, quum in ijs quibus intestina in magnam peritonæi amplitudinem detruderentur, & cum seminarijs uasis ipsa amplectens tunica præscinderetur, portionem omenti quæ in scortum deciderat, auferri uiderim. Neque istud solum manu tales affectus curantibus interdum accidit, uerùm etiam intestini portiũcula ab imprudentibus artificibus amputata, præsentem ægro mortem parat. Præterea in latomi cuiusdam, quem ex casu ab alto mortuum Patauij dissecuimus, ramicis uitium, id quoque luculentissimè ostẽdit. Huic nanque dexter testis cum seminarijs uasis, quum à ramice semel curaretur abscctus [f] fuerat, & rursus in sinistro latere idem affectus inuaserat, quem ex intestinorũ & omenti in scortũ descensu cõtigisse, dissecando comperi. adeò ut is certam mihi coniecturam faceret, ad pubis usque os, ipsumque scortum etiam omentum deuolui posse, licet id sursum in latus sinistrum dissecantibus plerunque retractum obseruetur.

*d 24 fig. inter L et T, super R, S.*

*e 26 fig. D. 27 fig. G.*

*f Quicquid u cõplectitur 20 figuræ, præscinditur.*

*Omenti figura.*

Magnum enim (nollem nanque cum Galeno maximum dicere) inter animantia hoc homines sortiuntur, ut & inde nonnulli ἐπιπλοκομισταί, quasi dicas omenti gestores appellentur. Porrò omenti [g] figura proximè marsupij, aut sacculi, aut peræ imagini conuenit: ac in primis aucupum peris, quæ orbiculatum habẽt orificium, posteriori sua parte elatiùs quàm anteriori ascendens. Huiusmodi nanque pera omenti figuræ ad amussim cõgrueret, si uno constaret corio, aut ex lana texeretur, ac undequaque inconsutilis, & unum duntaxat corpus esset. cuiusmodi profectò est omentum, quod substantia est membrana nullis fibris implicita, simplexque, sed multis abundans uenis, arterijs, neruis, & aliqua sui regione glandosum sibi innatum habens corpus, & multum quoque adipem.

*g Hæc potissimũ ostendit 4 fig.*

*Omenti substantiæ breuis enumeratio.*

Vnde uerò hæc omnia ortum ducant, intelliges promptissimè, si talem peram qualem antea proposui, animo cõcœperis. in qua unam partem anteriorem superioremque, alteram posteriorem inferioremque appelles. Ad eum nanque modum unam omenti partem [h] superiorem anterioremue membranam, & alteram rursus [i] inferiorem seu posteriorem dicimus. etiam si omentum re uera duntaxat [k] unica (atque id potissimũ in canibus) sit membrana, anteriorque pars posteriori, ut in dicta nuper pera, incumbat, & cõtinua sit, & omentum quoque sacculi modo cauitatem quæ repleri posset, constituat.

*h 4 fi. f, f, f. 3 fig. a, a, a.*

*i 4 fi. e, e, e. 3 fig. c, c, c.*

*k Qualis est tota 4 fig.*

*Omenti ortus ac dein nexus.*

Inferioris itaque membranæ omenti origo à peritoneo pendet ea sede qua [l] primùm sub septo magna arteria descendit, ac primùm uenam cauam ibidẽ contingit. Peritonæum enim quà à uertebrarum ligamentis principium ducit, ac utrinque tantquam à uertebrarum corporibus abscedit, membranulas magnæ arteriæ & uenæ cauæ offert, quibus illæ dorso affirmãtur. Ab his membranis iuxta eam septi [m] partem, quæ undecimæ thoracis uertebræ corpus respicit, aliæ propagines membraneæ exurgunt, omento originem præbentes, illudque dorso hîc alligantes. Inferior hæc omenti membrana dextrorsum ad iecoris cauum unde portæ uena prodit, perfertur: ac iecoris portioni aliàs alij aliquãdo adnascitur, ut & alicui septi transuersi sedi spurijs costis hîc obductæ. ac id rarius accidit, neque ex eiusdem costæ id semper fit regione. Præsens omenti membrana à iecoris cauo ad dextrum uentriculi latus, cui etiam connascitur, procedit, & ad duodeni intestini exortum, cui propemodum ad ieiunum usque intestinum etiam subnascitur, hinc [n] orbiculatim semper ad infimam uentriculi partem cõscendit: quam simulatque attigit, ac ex dextro uentriculi latere uersus anteriora repit, ea

*l 22 fi. ad g, k, h.*

*m Ad q 7 musc. tab.*

*n Hunc ductum potissimum petes ex 3 figura, dein ex quartæ e, e, e, n, m, f, p, p, o, qui characteres circulum quodãmodo circumscribũt.*

omenti pars quam ſuperiorem ipſius membranã dicimus, à uentriculo exoritur.° Tertia enim uentriculi tunica à peritonæo pronata, ſecundùm totius uentriculi latitudinem[p] recta linea, & ut Ariſtoteles dicebat, futuræ modo ex humili ſede uentriculi uerſus anteriora ſuperiorẽ omenti membranã ex ſe deducit. Superior hæc membrana ex dextris uerſus ſiniſtra ſecundùm uentriculi fundum procedens, cauæ lienis ſedi recta linea *implantatur, quò etiam inferioris omenti membranæ ſiniſtra pars protendit, ambæq; ſuperior uidelicet & inferior membranæ lienis cauo ſimul commiſſæ innaſcuntur. ita ſanè, ut cõmemoratus iam omenti ductus, orbicularem efficiat circulum à dorſi medio ad iecoris portas, & hinc ſecundùm uentriculi fundum ad lienis cauum, & inde ad dorſi medium procedentem. Totum igitur ſemicirculum inferiorem à lienis cauo per dorſum ad uentriculi uſque dextrum latus pertinentem, inferiori omenti membranæ attribuimus. ſuperiori uerò membranæ (quam cum multis Anatomicis ſolùm nouiſſe uidetur Ariſtoteles) eam circuli partem aſcribimus, quæ à uentriculi dextro latere per ipſius fundum ad cauam lienis ſedem ducitur. Porrò inferior membrana toti poſteriori uentriculi ſedi[q] ſubtenſa, decliuis, ac uerſus anteriora fertur, atque ad humilimam uentriculi ſedem ſecundum corporis latitudinem omenti membranam ſuperiorem contingit. hinc cambæ mutuò ſibi incumbentes, deorſum ſuper inteſtina ſubq; peritonæo ducuntur, & ſi in hoc ſuper inteſtina ductu membranæ non implicentur, ea anteriori parte ac in lateribus obtegũt, & ad pubis uſque os humiliori ſuo extremo pertingunt. Si uerò inteſtinorum ſedem duntaxat operiant, quæ ſupra umbilicum conſiſtit, atque quod frequenter euenit in ſiniſtrum latus cõtractæ iaceant, illæ ſeſe uiſui offerunt reuolutæ admodum, & uelut in ſpiras collectæ. Membranæ hæ nullis nexibus inteſtinis connaſcuntur, præter inferiorem membranam, quæ in hominibus colo inteſtino pertinaciſſimè continuatur per totam eius inteſtini[r] ſedem, quæ ſecundùm uentriculi fundum prorepit. Neque id ſegniter in homine obſeruandum uenit, quum inferior omenti membrana meſenterij loco ipſi colo inteſtino ſit, qua id uentriculo exporrigitur. Colum enim toto illo ductu nullam exigit meſenterij partem, ſecus multo quàm in canibus & ſimijs, quibus omentum uix colo connaſcitur, atque uti prius relatum eſt habet. In homine uerò inferior omenti membrana meſenterij uicem gerit: imò ſi omnem fidem libris (uti profectò in diſſectione decet) derogans, accuratè ſingula examinaueris, membranæ inferioris omenti portionem inteſtinis exporrectam quodammodo ex tertia coli inteſtini tunica pronaſci fateberis. Atq; id eo te expendere uelim diligentius, quo id minus à Galeno, qui ſimijs nimium tribuit, animaduerſum eſt: uti ſanè Herophilo & Ariſtoteli id uidetur fuiſſe perſpectiſſimum, qui omenti partem colon dorſo colligantem, omenti loco non habuere, ſed eam tantum partem quæ à uentriculi fundo & colo inteſtino enaſcitur, inteſtinisq; obducitur. Quanquam ſatius fore arbitror, ſi eam quoque omenti partẽ quæ uentriculo ſubtenditur, columq; continet, omento attribuamus, quum ea omenti reliquæ portioni cõtinuetur, & eoſdem uſus cum inferiori canum omẽti membrana ſuppeditet: quamuis interim exabundanti hominis colo meſenterij uice ſit. Cæterùm ad hæc, ſuperior omenti membrana in homine inferiori membranæ ad coli regionem connata reperitur, quà id uentriculo exporrigitur. adeò ut quiſpiam nonnullis nexibus ſuperiorem omenti membranam colo quoque inteſtino ſecundùm uentriculi fundum connecti, haud abſurde dicere poſſit. Quod autem Galenus omentum modicis, & ijſdem laxis nexibus, idq; ad dextrum duntaxat latus colo inteſtino committi prodiderit, in cauſa fuere ſimiæ mediam inter canes & homines naturam ſortitæ. Omentum nanque canibus nulla ex parte colo alicui[ue] alteri inteſtino adnaſcitur. Simijs autem medio ſe habet modo, licet illæ adhuc ad canis conſtructionem potius quàm hominis accedãt. Venæ omento implicitæ ſolius uenæ portæ ſunt ſoboles. nulla nanque à caua in omentum, uel ubi id principium ſub uentriculo ducit (& ſi aliter Galenus ſenſerit) pertinet. Venas enim inferiori membranæ omenti diſpenſatas, ſi ad amuſſim ſingulas examinaueris, ab eo portæ[s] trunco diſpergi inuenies, cuius præcipua portio in lienem exhauritur, quemq; doctrinæ ſtudio graciliorem & ſiniſtrũ portæ truncum ſuprà uocaui. Primùm itaq; omentum portæ[t] caudicem ex iecore proficiſcentem excipit, ſibi iam commemorandas in ipſo ductu propagines aſſumens. Ac inferior quidem omenti membrana[u] tres uenarum radices admittit, ex humiliori ſede eius portæ trunci, qui ad lienem fertur, depromptas. Vna notatu ſatis dignæ magnitudinis in dextram potiſſimùm eius membranæ partem multiplici ſerie diſpergitur, quibuſdam furculis in colon quoque pertingẽs. Secunda iam commemorata amplior aliquantulum poſt originem in duos mutuò multum abſcedẽtes ramos diducitur, à quibus poſtmodum in mediam inferioris membranæ omenti ſedem, uerſus ſiniſtrum tamen magis, frequentes admodum ſoboles diffunduntur, quæ homini in colum inteſtinũ ea[x] ſerie pertinent, qua uenas meſenterio intertextas alijs inteſtinis deriuari nouimus. ac proinde etiam frequentior

*Omenti cum colo nexus.*

*Venæ omentũ implicantes. Lib. 6. de Admin. diſſect.*

o 17 figu. h, h, i.
p ſecundùm R, T, S. 2 fi.
* Intuere 1 tab. 19 fig.
q Vt cernere eſt in 3 fi.
r 6, 8 fi. à P ad Q.
s fi. ca. 5 li. 3 F. 4 fi. ad ſiniſtrum latus ſ.
t fi. ca. 5 li. 3 B. 4 fi. l.
u fi. ca. 5 li. 3 L. S. V. fig. 4 x. y. z.
x 10, 11 fig.



quentior multò ramorum ſeries in hac membranæ parte colum dorſo alligante uiſitur, quàm in reliqua eius parte, quæ à colo deorſum ducta, inteſtinis obtenditur. Deinde etiam radices hæ hominis omento inſigniores obtingunt, quàm canis, quòd illi nulla uenula omentum accedens colo committatur. Tertia radix, non ſemper apparens, in ſiniſtram humilioris membranæ partem aliquouſq;, perinde ac in ipſum colum quoque, deducitur. Porrò ſuperior omenti membrana uenas mutuatur à[z] duabus ad inferiorem uentriculi ſedem in ipſa membrana exporrectis. Ab his enim innumeræ ſoboles deorſum in eam omenti membranam excurrunt, non quidem recto prorſus tramite, ſed obliquo quodammodo & errabundo, uti retium funiculos implicari cernimus. Ac proinde etiam omentũ Græcis γαγγαμὼν & σαγλίων, ut & uulgò rete & reticulum dicitur. Quanquam fortè non à uario uaſorum ductu, omentum ita fuerit appellatum, ſed quod ab ijs quibus cõmittitur partibus[a] liberatum, & deinde diſtentum, rete piſcatorium uni accommodatum baculo referat. [b] Arteriæ omenti ab illis pendẽt, quæ uentriculo, lieni, iecori, & bilis ueſiculæ diſtribuuntur. has nanque omnes non ſecus ac uenas omentum tutò deducit, ac ab illis ſuarum peculiariũ uenarũ coniuges adeò numeroſas adipiſcitur, ut quàm pauciſſimi uenarũ ſurculi, citra arteriæ cõſortium, ipſum perreptent. Item præter cõmemoratas modò arterias, inferior omẽti membrana aliquouſq;[c] grandiorẽ in inteſtina porrectã deducit arteriam. Sic[d] neruis quoque illis omentum intertexitur, qui à ſexti paris cerebri neruorum portionibus ſecundum coſtarum radices exporrectis iecori, lieni & uentriculo implantantur. Cæterum[e] adeps quo omentum abundat, in obeſis præpinguibusq; hominibus plurimus, in macilentis modicus, in extremè ſiccatis & maraſmo mortuis, etiam aliquis reperitur: isq; perpetuò uenis & arterijs omenti attenſus, ad uaſorum quidem latera duntaxat medio cris eſt, ſuperius uerò ac inferius quoque, quibus multus accidit: adeò ut illis etiã uaſa alioquin gracilia pinguedine prorſus occultentur. At in[f] intermedijs uaſorum ſpacijs, nullus adeps aſſeruatur, ut nec in alijs membranis quibus adeps innaſci conſueuit. unde etiam promptius colligitur, hunc ab exudante è uenis ſanguine & membranarũ frigore incraſſato, mutantisq; corporis (membranæ nimirum) colorem mutuante progigni. Præter adipem qui ambabus omenti membranis communis eſt, inferior ipſius membrana poſteriori uentriculi ſedi ſubſtrata, priuatim[g] glandoſum quoddam corpus impenſe magnum exigit: quod quia in canibus rubet, ſimplicisq; carnis ſpeciem quodãmodo exprimit, Græcis λαπίκωδες & πάγκρεας appellatur. In homine autem hoc corpus magis album quàm rubrum cernitur, uenæ portæ, arteriarum & neruorum ramis inibi attenſum, ut illorum diuaricatio inferiori membrana omenti duntaxat ſuffulta, reddatur ſecurior, utq; uentriculo etiam inſtar ſubſterniculi ac puluinaris ſubijciatur. Huiuſmodi planè[h] corpus ſubſtantiaq; eſt, quæ duodeno inteſtino ſubtenditur, quæq; hactenus falſo uentriculi humilius orificium (ne quid inconcoctum efflueret) occludere credita eſt. Atque is profectò præcipuus maximusq; omenti uſus mihi cenſetur, ut ſecurè ramos portæ in lienem, uentriculum & duodenum inteſtinum, ac coli non infimam partem exporrectos ſuffulciat, ac ipſi implexos deducat, neque uerò hos duntaxat, uerùm etiam ut arterias quoque & neruos illis quas modò dicebam partibus inſerendos ſuſtentet ac tueatur, & demum uſui potiſſimum reſpondeat, in utero quidem[i] ſecundarum, in capitis autem amplitudine[k] tenuis qua cerebrum inuoluitur membranæ. Deinde quod haudquaquam minimum eſt, omentum dorſo uentriculum colligat, & rurſus iecur lienemq; uentriculo unà cum uaſorum neruorumq; interuentu connectit: ut iam taceam quantum homini firmando colo officium ſeparatim ſubminiſtret. ex accidente uerò uelut quoddam inteſtinorum inuolucrum tegumẽtumq; efficitur, ipſorum calorem inſtar penicilli cuiuſdam ſouens ac continens. His ſanè uſibus omenti fabrica reſpondet. membraneum nanque eſt, ut fortius uenas, arterias, neruosq; ipſi implexos colliget, meliusq; inteſtinorum calorem reflectat, ac promptè cum inteſtinis ſubſidere extendiq; queat. Tenue autem, & potiſſimum qua inteſtinis innititur, ne pondere grauet. Vnde etiã Bruxellenſi noſtro idiomate plumæ nomen meretur. Quòd uerò omentum ſanguine & ſpiritu frequentibus illis uenis arterijsq; aſſeruato, inteſtinorum & uentriculi qua parte ipſi attenditur, fouendo calori accommodum ſit, etiam ſi non dicatur, manifeſtum eſſe arbitror. Cæterùm num adeps inſita ac peculiari natura calefaciẽdo proſit, an tantum penicilli carniſue aut membranæ potius ritu iuuet, non æquè ab omnibus conceditur, alijs quidem frigidum adipem, alijs uerò calidum pronunciantibus.

*Omenti aſteriæ.*

*Neruí omẽti.*

*Adeps.*

*Glandoſum omẽti corpus.*

*Omenti uſus.*

*Omenti fabricam ſuis uſibus reſpõdere.*

z ſi. ca. 5 li. 3 H, Z. 2 figu. R, S. dein X, X. 4 figu. o, o, ſ. de in q. q.
a Quemadmodũ 4 fi. b lit. 2, 3, 4 figuris, uenis attẽdum tur. & fig. cap. 12 lib. 3 m, ac ferè tota illius trunci ſerie.
c 4 fi. 4 fig. ca. 12 li. 3 ſ. d Venis quo q; & arterijs in 2, 3, 4 ſi addendum tur. & 2 fi. ca. 2 li. 4 y, z, e, b, ſ, g, i, †.
e 4 figura h ad i.
f 4 fig. h. & 4 fig. e, r.
i ſi. 30 P. K. Q. R.
k cõſpicitur pulchrè 2 figu. li. 7.

## DE INTESTINIS. CAPVT V.

*Inteſtinorum imaginem potiſſimum ſexta figura & ſeptima & octaua & nona exprimere conati ſumus. quanquam huc etiam faciat tertia figura, ſimul cum decima & duodecima.*

*Quæ hìc inteſtinorum nomine complectantur.*

INTESTINORVM conſtructionem ipſorum officio & uſui cõuenire tum demum opportunè narrabo, ſimulatq; eorum ſitum, formã, ſubſtantiam, connexum, quæq; ipſis implantantur uenas, arterias & neruos, ac ſi quid aliud ad eorum fabricæ enarrationẽ reliquum erit explicuero. Inteſtinorum igitur, quæ Græcis ἔντερα dicũtur nomina, nõ omnia in præſenti complectimur uiſcera, uel quæ coſtas ſuccingẽte membrana & peritonæo amplectuntur[a] organa: aut etiam uel ſtomachum & uentriculum, ijs quæ nunc inteſtina uocabuntur, non aſcribam. Quandoquidem[b] ductum ab inferiori orificio uentriculi ad podicem uſque pertinentem, qui ulnas Italicas utplurimum quatuordecim & dimidiam longitudine æquat, peculiariter nũc inteſtinorũ nomine comprehendam.

*Inteſtina cõtinui quidem eſſe corpus, ſed pluralitatis numero uarijſq; nominibus, diuerſas ob cauſſas donari.*

Quæ etſi continuum idemq; ſint corpus, quum tamen in uarios & multiplices & figura differẽtes anfractus ſpiraſq; circunducantur, neque omni ex parte eandem ſitus, ſubſtantiæ, & formæ naturam ſortiantur, ac denique alia alij hominis parti contigua efficiantur, neq; præcipuus omnium eorum uſus par uideatur eſſe, ac ſi plura inteſtina eſſent, diſſectionũ peritis hæc enumerãtur, primum in[c] craſſiora &[d] graciliora ipſa diuidentibus, atq; ex his rurſus ſingulis ternariũ numerũ, ut ſex ſint uniuerſa cõſtituentibus, ad eum quaſi modum, quo idem cõtinuumq; perpetuò iter plura uarias ob cauſas nomina ſortiri cõſtat. Quemadmodũ Lutetiæ à diui Iacobi porta ad eam uſq; quæ Martini dicitur, iter, etiã ſi rectum ſit, neq; per uarios giros procedat, nihilominus tamen ſexies (ſi rectè memini) nomen euariat. Primùm à diuo Iacobo, inde à paruo ponte, mox à templo Virginis, & nõ multo pòſt ab eius ponte, inde ab œnopolio quodam, & poſtremũ ab æde Martini appellationem mutuans. Idem multo magis in fluminibus nõ regijs, & quæ per multos giros procedunt uijs fieri cernimus.

*Breuis inteſtinorũ hiſtoriæ enumeratio.*

Cæterum utcunq; inteſtina inter ſeſe uarient, omnia tamen inter uentriculum, & qua excrementa egerimus ſedem collocantur, forma tereti donata, ſed nõ omni ex parte æquè capaci & orbiculata. Subſtantiam habẽt membraneam, uerùm undique non pariter aut craſſam, aut tenuem: deinde duas peculiares tunicas orbicularibus, & alicubi etiam rectis fibris intertextas ſortiuntur, tertiã ad has tunicam à peritonæo obtinentia. Venarum præterea, & arteriarũ, & neruorum ſurculos ſuſcipiunt, ſed non ubique ſimiliter numeroſos, quemadmodũ nunc perſequi enitar, ab ipſo inteſtinorũ exortu ſumpto initio.

*Inteſtinorum à uẽtriculo exortus, et gracilis ductus ſeu ſitus.*

Ex[e] humiliori orificio uẽtriculi, quod in elatiori ſua ſede & dextro ipſius lateri proxima cõſiſtit,[f] principium inteſtinorũ exoritur, illi'ue orificio continuatur, quod ſimulatq; è uentriculo prodit, in poſteriora retortũ, ſub ſede uentriculi poſteriore ſecundùm dorſi dextrũ latus rectà deorſum[g] proficiſcitur, in nullos omnino anfractus reuolutum. Quũ primũ uerò ad inferiorẽ uſq; uentriculi ſedem inteſtinũ iſtud ſic occultatũ, rectaq; deſcẽdens[h] pertingit, ſub colo inteſtino (quod paulo pòſt hàc[i] porrigi audies) latitans, ſtatim ex dextra ſede in ſiniſtrũ retorquetur, ac uelut ex alto ſurſum antrorſum'ue aſſurgẽs, in frequẽtes innumeroſq; giros & anfractus[k] reuoluitur, ac nullis omnino inteſtinis obtectũ, ſedem uniuerſam quæ ſub uentriculo ad pubis uſq; oſſa, & ad ilia utrinq; habetur, occupat, ea demum excepta, qua huic inteſtino colum inſtar orbis ad latera[l] circumduci, poſtea dicã. Horum ſanè anfractuũ ſeu reuolutionũ nullus omnino neq; numerus, neq; idem penitus ordo habetur, neq; ille magis dextrã quàm ſiniſtrã uentris ſedẽ implent, præter quàm quod ad dextrũ ilium ſeu ile, ubi ſedem longè maiorem ſupra ilium os ad pubem uſq; opplent in ſiniſtro latere, coli inteſtini[m] anfractu quopiam eam ſedem ſibi priuatim uendicante. Vtcunq; uerò multiplices, uarijq; huius inteſtini conſpiciantur anfractus, perpetuò tamen[n] è directo mediæ ſedis dextri ilij formam, ipſiuſq; amplitudinem, & pleraq; alia (uti pòſt ſubiungã) euariat, eãndemq; craſſitiem amplitudinemq; ab orificio uentriculi inferiori ad hanc uſque ſedem obſeruat, niſi aliquãdo huius inteſtini[o] pars ſub uentriculi fundo ad dorſum proximè affirmata, inter diſſecandum capacior, ampliorq; reliquo inteſtini ductu (quemadmodũ ſubinde fit) occurrat.

*Gracilis inteſtini in tria diuiſio.*

*Primum.*

atque huiuſmodi gracilis inteſtini ductus uiſitur, quod ter nomen, ac ſi tria eſſent inteſtina, uariat. Primum quidem conſtituitur tota ea inteſtini pars, quæ uentriculo ſubſtrata, ab inferiori ipſius orificio rectà quodammodo eouſq; deſcendit,[p] ubi inteſtinũ in anfractus orbeſq; primum cõuolui incipit. ac de huius inteſtini nomine aniles admodum contentiones apud illos reperies, qui partis reſectione neglecta, futiliter de uoce altercantur. Sunt qui totam hanc partem quæ duodenum digitorũ longitudinem in uiro utplurimum æquat, non inteſtinum, ſed ἔκφυσιν & exortum, ſeu proceſſum, ſeu ut eorum uertunt nonnulli appendicem uocandum cõtendant. Alij etiam ſi ipſius principium è uentriculo naſcatur, inteſtinum tamen eſſe, ipſiuſq; orificium ἔκφυσιν, reliquum uerò ipſius ductum, inteſtinũ uocari affirmant, integros commentarios nugaci diſceptatione implentes, parte interim quam in controuerſiam uocant, prorſus ignorata. Vocetur itaq; nobis uulgato nomine tanquã ſuccinctiori, duodenum,

a Huius & 6 libri figuris ſunt obuia.
b 7 fig. I ab H, ad 8 fi. 4.
c 8 fig.
d 7 fig.
e 14, 15 fig. H. 16 fig. R.
f 7 figura I ex H.
g 7 fig. ab I ad K. 14, 15 fig. P.
h 7 fi. K, L.
i 6, 8 fig. P uerſus Q.
k 7 fi. ab L ad M continuo ductu.
l 6, 8 fi. N, P, Q, R, S, T.
m ab R, S ad T.
n ad 7, 8 figuræ M.
o Eſſet iuxta L et K 7 figuræ.
p 7 figu. ab I ad K.





aut inteſtinum longitudinem duodecim digitorum æquans, ſiquidem id Græcis, & imprimis Herophilo δωδεκαδάκτυλον appellabatur.

*Secundum.*

Secundum inteſtinum[q] illic incipit, ubi iam commemoratũ in anfractus gyros'ue primũ conuoluitur: & νῆστιν, ſeu ieiunum appellãt, quòd inter diſſecandum reliquis inteſtinis inanius & magis uacuũ reperiatur. Huius nomen alij explicare conantes, tanquam nihil unquam in ſe contineat, ac per ipſum à uentriculo confectus cremor nunquam tranſeat, aut momento tantùm in eo hæreret, ſcribere uidentur.

*Tertium.*

Tertium inteſtinum ileon, ſeu uoluulus Latinis, ut & Græcis ἴλεον, à frequentibus fortaſſis quibus inuoluitur anfractibus dicitur: ac etiam loco in quo ad abdominis latera continetur, nomen indidit.[r] Hoc in craſſi inteſtini principium deſinit. ubi uerò principium ſuum obtineat, nõ ſatis mihi conſtat.

*Vbi ieiuni inteſtini finis et ilei initiũ debeat conſtitui.*

Equidem ignoro quantam gracilis inteſtini portionem ieiuni nomine, grauiter de nominibus litigantes, comprehendi uelint: neq; ſanè[s] à ieiuni inteſtini initio, ad ilei uſq; finem manifeſtum aliquod indicium obſeruo, quo ieiuni finem ac ilei initium internoſcere queam. Vbi enim duodenum inteſtinum in ieiunum finire, ieiunumq; inteſtinum incipere credimus, copioſiores uenæ ac arteriæ, quàm propter ilei ad craſſiora inteſtina terminum, uiſuntur: uerùm media medio ſeſe habent modo. Deinde ieiuni initium rubicundius eſt, ilei finis magis albicans. Ad hæc, inter ſecandum ieiuni initium fortè magis inane ilei termino offenditur, ac in medio ductu, uti & antea dixi, omnia ſunt media. Quapropter quis ieiuni habendus ſit finis, aut quod ilei principium, non ſtatuo: id intrepidè affirmans, nihil minus ieiunum ab ileo quàm inanitione, ut cæteri diſſectionis profeſſores obſeruari aſſerunt, dirimi poſſe. neque profectò minus duodenum, quàm id quod ieiunum uocant, inane reperitur: & maiores (ut dicam poſtea) ob cauſas.

*Gracilis inteſtini forma.*

Ac tales gracilis inteſtini ter nomen emutantis, ductus ſituſq; ſunt. Forma autem undecunque conſtat ſimili, ad amuſſim uidelicet tereti, & omni ex parte æquè ampla, niſi interdum (ut prius quoque innuebam) quà dorſo proximè committitur, ieiunum'que incipit, ac ad inſertionem[t] uaſis bilem ad inteſtina deferentis, amplius obſeruetur.

*Subſtantia.*

Subſtantia quoque toti inteſtino gracili eadem eſt, membranea ſcilicet, modicè'que admodum carnea. Conſtat enim[u] tunicis duabus, quarum interna durior membraneaq; eſt, uerùm interiori uentriculi tunica mollior: externa tenuior, magiſq; carnea: utraq; tamẽ, tam exterior inquam quàm interior tenuis eſt, & tranſuerſis orbicularibus'ue fibris tantum intertexitur: niſi fortaſſis externa, idq; potiſſimùm ad ilei in craſſiora inteſtina[x] terminum, rectas quoque aliquot nanciſcatur fibras, quę tamẽ ſunt quàm pauciſſimæ. Duodeni inteſtini pars elatior, utpote quæ uentriculo uicinior eſt, tunicas ſuas craſſiores obtinet, cum uentriculi[y] tunicis aliquid ſibi commune adhuc uendicantes.[a] Tertia præter duas peculiares tunica à peritonæi membranis uaſa ad inteſtina ſecurè deferentibus originem ducit. Hæ namque unà cum uaſis ad[b] cauam inteſtinorum ſedem pertingentes dilatantur, tertio'que inuolucro inteſtina induunt.

*Caua inteſtinorum pars, quæ Anatomicis dicatur.*

Caua autem inteſtinorum pars Anatomicis doctrinæ gratia nuncupatur, quam uaſa primùm attingunt, ſeu quæ inteſtina reſpicit, gibba uerò huic contraria. Ac duodeno quidem inteſtino tertiam tunicam ea omenti[c] pars exporrigit, cuius beneficio inteſtinum id dorſo colligatur. Ieiunum uerò ac ileum tertiam tunicam à meſenterio, quod ea dorſo firmat, accipiunt.

*Graciliũ inteſtinorum uenæ et arteriæ.*

Sic duodenum quoque & ieiuni initium[d] uenam[e] arteriam'que habent peculiares, ſecundum ipſorum longitudinem rectà deorſum ductas, multoſq; ſurculos in progreſſu illis diffundentes. Ac uena quidem à portæ uena priuſquam meſenterio inſeratur, principium obtinet: arteria autem, ab ea quæ iecori offertur. Ieiunum ac ileum frequentes uenas arterias'que ſuas nanciſcuntur ab[f] illis quæ meſenterio à portæ uena, & ab arteriæ radice ſupra renum arterias à magna originem ducente exporrigũtur. pauci enim rami in graciliora inteſtina ab arteriæ[g] propagine diffunduntur, quæ à magna arteria poſt ſeminalium arteriarum ortum originem ſumit. Neq; etiam uaſa, quemadmodum in duodeno, ſecundum ieiuni & ilei longitudinem ſub ipſis deducũtur, ſed[h] uelut ex meſenterij cẽtro ex alto ſurſum tendunt, rectaq; antrorſum in inteſtina pertingunt, in quæ numeroſa ſobole arboris radicum modo, in cauam præcipuè ipſorum partem implantantur, oſculis ſuis in internam inteſtinorum ſedem hiantia.

*Nerui.*

Ileum & ieiunum[i] neruos quoq; exigunt deriuatos à ramis ſexti neruorũ cerebri paris, qui coſtarũ radicibus exporriguntur. duæ enim ab illis propagines utrinq; ſingulæ, ad meſenteriũ, & dehinc ad inteſtina frequẽti utcũq; ſobole diſſcindunt. Duodenũ uerò[k] neruos ſi quos habet, ab illis exigit, qui inferius uẽtriculi orificiũ, & dextrã fundi ſedem adeunt. Dein duodenũ priuatim id ſibi uendicat, quòd[l] meatus bilẽ flauã ad inteſtina deferens, illi implantetur.

*Inteſtinorum glandes.*

Idem inteſtinum in hominibus, & adhuc magis in canibus[m] glandoſum illud corpus, cuius antea uentriculum deſcribendo memini, peculiariter ſubſtratũ poſſidet, ad ſuffulciẽda uaſa ei inteſtino propria, ac quarũdã corporis glandularũ modo amplitudinẽ eius lento humore irrigandã. Quanq; nõ duodenũ ſolùm, ſed et reliqua inteſtina omnia lento quo-

q 7 fig. K.
r 7, 8 fig. N committitur M.
s 7 fi. ab L ad M.
t 13 fi. c in d.
u Petebarũ cõſtructionẽ ex 9 fi.
x 7, 8 fi. M.
y 17 fig.
a 5 fi. k, k finitur in L, ambiens i.
b Vide inteſtinorũ nexum ad meſenteriũ 10 figura.
c Ad 3 4 fi.
d fi. ca. 5 li. 3 I.
e fig. ca. 12 lib. 3 q, aut ſimul 4 figuræ r.
f fi. ca. 5 li. 3 G. 12 fi. k. dein fi. cap. 12 lib. 3 ſ.
g fi. cap. 12 lib. 3 λ.
h Vt cernere eſt in 10, 11 fig.
i 2 fi. ca. 2 li. 4 ſ, λ.
k eiuſ. fi. α.
l 13 figu. c.
m 12 fi. i, i.

*Crassorum intestinorum historia.*

dam & lubrico humore interna sede imbuantur, atque ut Rhazes non ineptè dicebat, fictilium uasorum more inuitrentur instanneãtur ue. At quum huiusmodi pleraque crassis etiam intestinis sint communia, illa quoque recensenda nunc ueniunt. Ileum intestinum sub dextri renis regione à quodam crasso intestino multis modis ipso gracili intestino ampliori excipitur, non quidem ac si quis diceret exactè in crassi eius intestini initium, sed in ipsius propter initium latus sinistrum. Hoc enim crassioris intestini initium instar globi cuiusdam præmagni extuberat, in sinistro suo latere duo obtinens orificia. unum quidem ileo intestino continuum, & magis ab initio distans: alterum uerò humilius, & ipsi initio propinquius. Huic continuum est in hominibus intestinum, quod τυφλὸν, seu cæcum ueteribus dissectionum professoribus uocatum esse certissimò noui. non ignarus interim, quid hodie plerique de cæco intestino commentẽtur: decepti profectò, quod inter crassiora intestina id à Galeno alicubi recenseatur, neq; aliter quàm amplus quispiam saccus, ac ueluti alter quidam esset uentriculus, ab ipso cæterisq; qui illum subsequuti sunt Anatomicis describatur. quum tamen in homine id quod cæcum appellandum duco, cæteris omnibus intestinis sit breuius, atque arctissima omnium intestinorum parte multo angustius strictiusq;, & crassiori lumbrico in orbes conuoluto potiùs quàm intestino simile: adeò ut cæcum uix intestinorum appendicis loco, ac proinde minus lon gè in crassorum intestinorum numero habendum esse uideatur. Atque hinc fit, ut Æsculapij nostri, scilicet quando hanc gracilem portiunculam in homine cæci intestini loco me, common strare uident, Galeni descriptione nobis obstrepere, ac alij quidem ex saccosis illis cæcisq; Rabinis contendant, amplum illud coli intestini initium saccum, aut ut ipsi loquuntur, orbum & monoculum esse: alij uerò asserant, cęcum intestinum ob secãdi imperitiam à nobis minimè obseruari. Neq; uerò in cathedra hæc boasse contenti sunt, quum non desint qui de cæco intestino paradoxa conscribere, integrosq; libros, ut de duodeno intestino, commaculãtes, magnum operæprecium se feciss gloriẽtur, si nõ unum cum ueteribus Græcis in cæco orificium esse, sed duo sibi proxima esse in mediũ adferant. Quæ si uiderint, aut imaginati rectè fuerint, ea demum sunt quæ in coli initio extuberãtiori uisuntur, ac unũ quidem foramẽ ilei intestini terminus est, alterum uerò eius quod cæcum esse dico initium. Neq; est profectò cur minus credamus, gracilem illam intestini portiunculam mesenterio nõ annexam, sed sibijpsi in orbes cõuolutam, & fibrarum beneficio hærentem, in homine cæcum esse intestinum: quantumuis eam amplitudinem usumq; Galenus ipsi tribuat, quę huic minimè adesse uisuntur, suas potius caudatas simias hac appendice destitutas, quàm homines describens: quos tamen ueteres illi aggredientes, appendicem hunc intestini cæci nomine procul dubio donabant. Deinde Galeni descriptio cani fortassis accommodari hîc posset, cui cæcum intestinum multo quàm homini cõtigit amplius, neque in illo, ut in homine, inane propemodum reperitur. Quin etiam ueras glires & sciuros cæcum hoc intestinum adeò amplum nactos scimus, ut amplitudini ipsorum uentriculi facilè respondeat, fæcibusq; turgidũ in sectione obseruetur: atq; hinc constat gracilem hunc appendicem in homine cæcum esse, quum uidelicet ductu ac situ & forma pariter (licet nõ amplitudine) illorũ animaliũ cæco intestino his congruat, unumq; (unde etiã cęcum primò dictũ est) nanciscatur orificiũ. Insuper summus profectò Naturę admirator Galenus, si hominis intestina unquã ita ut canũ intuitus fuisset, hunc appendicẽ, & extuberãs illud in homine coli initium, ileiq; cum ipso unitatẽ, & coli formã, longè secus descripsisset. quippe si aliud homo cæcũ nãciscereẽ, eum appendicẽ minimè præterijsset Galenus, quanq; ortu nõnihil in homine & cane uariet. nã etiã si utrisq; in dextro ileo collocet, hominis tamẽ cæcũ ex sinistra magis coli initij sede q; dextra, ut in canibus, ut & Galenus attestatur, principiũ ducit. Porrò si cũ nõnullis, qui secãti mihi astiterunt, in homine quidem ad eũ usum quem Galenus ei tribuit, appendicẽ hunc à Natura primùm formari dicerem, & ob nimiã hominum ingluuiẽ ex ileo intestino à uentriculo confectum succum absq; eo ut is totus cæcum subintret protrudi, atq; hinc appendicẽ in nobis tanq; inutilẽ & marcidũ, aliter fortè q; in temperatis Galeni hominibus, pendere affirmarẽ, ad nugacem illam tergiuersationẽ deueniendũ foret, qua alios tum fuisse homines fateremur, præcipuè quum amplum hoc coli intestini initium in homine cæci intestini usum abundè suppleat, & notæ duntaxat gratia cæcum in homine haberi uideatur. In dextro itaq; ileo ad humiliorem renis dextri sedem extuberans illud amplum & rotundum coli principium habetur, quod hinc sensim rectà ad iecur sursum contendit, iecoris que cauæ parti nonnihil substernitur, ac bilis ueiculam in homine contingit, cuius etiam contactu flauo colore hîc intestinum quandoq; tingitur, inde ex dextro latere secundùm inferiorem uentriculi sedem in sinistrũ fertur, uentriculi fundo attensum: haud tamen, ut alijs uisum est, eum conscendens: aut ut uulgò dicitur, uentriculi fundo superequitãs. Quum primum uerò ad sinistri uentriculi latus pertingit, super demissiorem

*Cæcum intestinum cuiusmodi.*

*Crassi intestini ductus situsq;.*

n 7,8 fig. M in N.

o 7,8 fi. M. p 7,8 fi. O.

q 6, 7,8 fi. O. 10 fi. E.

r 6, 7, 8 fi. gu. N.

s Sum. Oct. Mad N fig. 7, & 8.

t 10 fig. T. u 6, 7,8 fi. gu. N. x 6, 8 fi. ab N ad P. y 10 fig. H. z 6, 8 figu. à P ad Q. in sexta secundùm E, F.



a 6 figu. G. b 10 fig. V. c 6, 8 figu. à Q ad R. d 8 fig. ab R ad S. & inde ad T ac Y. e 8 figu. ab Y ad a. f 12 figu. * sub *, g 24 K sub L. h 8 fi. ab N per P, Q, R, S ad T. i 8 fig. ab Y ad a. k 6, 8 figu. V, V. l 6, 8 figura X, X.

m Has pertes ex 9 fi.

n 6, 8 figu. V, V.

o 9 fig. k, h educa l super i & h.

p 4 figura c, c, c.

q 12 figu. h. r secundum H fig. 10 & 12 fig. r. s fi. ca. 5 li. 3 c ad d, d, e, c. t fi. ca. 12 li. 3 a.

*Crassum intestinum in colõ & rectum diuidi.*

*Coli à recto differentia.*

*Crassorum intestinorum tunicæ.*

missiorem lienis partem anfractus quosdam leuiter inflexos obtinet, ac paulatim supra sinistrum renem per ilium sinistrum decliue fertur, secundùm peritonæi latus ad pubis usq; os descendens. Hinc rursus ad sinistrum latus quasi ad umbilici sedem ac anfractum (quem à medicis propter suos clysteres, quos ad gracilia usque intestina sese infundere arbitrantur, colicosq; cruciatus perpendi melius optarim) hîc constituens, super ossis sacri initium tenditur, à quo rectà deorsum ad podicem usque descendit, in uiris quidem sub uesica, in mulieribus uerò sub utero ossi sacro & coccygis instratum, huic intestino, ab ilei intestini fine ad podicem usque pertinenti: & si par undique propemodum, præterquam in initio, ubi multo capacius apparet, sit amplitudo, figura tamen ductu que uariat, ac proinde tanquam in duo intestina subdiuiditur, ut quicquid à dextro ilio super dextrum renem sub iecoris cauo, deinde secundùm uentriculi fundum ad lienem properat, & hinc rursus super sinistrum renem uersus pubem fertur, ac alium anfractum supra internam ossis ilium sedem faciens, ad sacri usque ossis initium prorípit, Latinis pariter ac Græcis colum intestinum appelletur. quod uerò ab osse sacro ad anum usque pertinet, Græcis ἀπόυθυσμένον & ἀεχὸν dicitur, Latinis longaon, rectum, & princeps. Colum enim in hominibus, aliter quàm in canibus, non ad amussim teres est, uerùm per uniuersum ipsius ductum superius inferius que depressum uisitur, ad latera utrinque quadam serie, uelut in medios globos cellulas que extuberans. Atque hæc figura eo minus conspicua fit, quo colon recto intestino uicinius accedit, quod exactè teres, non autem coli modo depressum extuberans que cernitur. Ambo itidem ut cæcum quoque tunica extruuntur duplici: quarum, ut in gracilibus intestinis, interna exteriori neruosior membranea ue magis & durior est, uerùm colon utramque tenuiorem graciliorem que quàm rectum obtinet: & quanto colon recto magis conterminum est, tanto quoque ipsius tunicæ crassiores melius que enutritæ conspiciuntur. Interna utriusque intestini tunica transuersis circularibus que fibris, ijsdemq; frequentissimis solum abundat: externa uerò in colo intestino transuersas quidem nanciscitur, sed & rectas quoque quamplurimas exigit, non quidem secundùm uniuersam intestini superficiem protensas, sed duntaxat inferiùs & superiùs ubi colon depressum esse diximus. Secundùm enim eas coli impressiones rectæ fibræ protenduntur, & coli tunicæ ibidem sunt robustissimæ, admodum que spissæ, & ut Galenus in quarto de Partium usu, de pluribus animalibus innuebat, colon fortibus ligamentis utrinque singulis constringitur, secundùm longitudinem desuper ad inferna porrectis. quod me Hercule & homini Galenus asscripsisset, nisi ipsius intestina canum intestinis eiusmodi ligamentis carentibus respondere putasset. Porrò exterior intestini recti tunica per totum intestini ambitum rectis fibris admodum frequentibus passim abundat, adeò ut hæc plures rectas quàm orbiculares sortiatur. Cæterùm tertia crassorum intestinorum tunica, quemadmodum & gracilium tunica tertia, à mesenterio ipsis uasa porrigente pendet. hoc enim caue intestinorum sedi applantatum, in tertiam ipsorum tunicam degenerat. quanquam coli intestini pars, uentriculi fundo attensa, priuatim in hominibus ab inferiori membrana omenti tertiam ascíscat tunicam, quòd hæc coli sedes eius membranæ beneficio dorso ita affirmetur, atque reliqua intestina mesenterij interuentu dorso colligari nouimus. Coli itidem & recti intestinorum uenæ & arteriæ, quas pauciores hæc quàm intestina gracilia exigunt, à portæ & magnæ arteriæ ramis pendent. Colo quidem intestino toto progressu, qui à dextro ilio ad sinistrum ferè renem pertinet, arteriæ uenæ que, quemadmodum ieiuno & ileo, implantantur, ex alto scilicet sursum seriatim conscendentes, ac parti ipsius inferiori à sinistro rene ad rectum usque intestinum ductæ, & ipsi quoque recto uenæ arteriæ que, quemadmodum duodeno porriguntur. Vna enim insignis uena à portæ ramis in mesenterium excurrentibus, & arteria etiam ab illa principium ducens, quæ ab arteria magna ad mesenterium seu uasorum seminalium exortu depromitur, secundùm dictam coli partem & rectum intestinum mesenterio suffultæ, rectà protenduntur, ac in progressu furculos seriatim uno que ordine intestinis offerunt. Verùm de uenis ac arterijs in mesenterij descriptione rursus pertractabitur. Neruos autem crassiora hæc intestina cum gracilibus communes habent, & utraque lento uiscido que humore intus oblinuntur: ac uti obesorum uentriculi adipem, aliquando satis etiam copiosum intus adnatum exigunt. quemadmodum & exteriori superficiei coli intestini, quà id recto proximum est, & ipsi quoque recto, pingues quidam appendices adnascuntur. Intestinum rectum musculos uoluntariæ fæcium excretioni præfectos sibi priuatim uendicat, quos quum in secundo libro persequutus sim, non est necesse hîc quoque eosdem recensere. Sed admirabilis potius Naturæ industria hîc considerãda uenit, quæ ea omnia adeò diuinè machinata est, nec quicquam nisi ad summum usum in intestinis extruxit, primùm & potissimùm

*Coli & recti uenæ ac arteriæ.*

*Nerui.*

*Adeps intestinis obnatus.*

*Recti intestini musculi.*

*Intestinorum munus, ac deinde eorum cõstructionis ratio.*

u 8 figu. a, b, c, d, et fi. ca. 5 li. 2 E, B, C, D.

ea

ea efformans, ut horum beneficio quicquid esset succulenti in cibo uentriculi opera elaborato, id ad iecur sanguinis officinam duceretur. Deinde ut fæces & quæ suctui inepta essent, debitè excernerentur. Postremum etiam coquendi alterandique ui modica nonnihil intestina prodesse, Natura uoluit, ut à uẽtriculo scilicet prius confecta absolutius paulùm emutarentur. Atque ad hos sanè scopos illa respiciens, intestina artificiosissimè fabrefecit. quod enim præcipuè neque gratia eductionis excrementorum, neque concoctionis, sed ut id quod in cremorem uersum est, per uenas assumptum in iecur totum deferatur, intestina ad eum quem diximus modum, fabricata sint, coniectare licet permultis. Primò quidem, quòd in nullo animali constructus sit uentriculus illis organis contiguus, quibus egerendo idem expurgatur. quamuis non impossibile esset, uentriculum ad anum usque extendi. Deinde, quod plurimis animalibus intestina in multos frequentesque gyros & anfractus inuoluuntur. Postremò, quòd constet uentriculum cibum non antea demittere, quàm perfectè illum confecerit. Ventriculum igitur sedi non esse contiguum, aut illi recto saltem meatu ductu'ue iunctum, liquidò commonstrat, aliud concoctionis esculentorum, aliud uerò redditionis digestionisque, aut ut Græci dicunt, ἀναδόσεως organum fieri oportuisse. Quippe si idem omnino existeret, metuendũ esset, ne frequẽter uenæ crudum incõcoctumque assumerẽt cibum: qui postmodum à iecore malè confectus, homini inutilis noxiusque foret. Sed & redditionis instrumentum, quod non rectà à uentriculo ad anum extenditur, sed quàm plurimis orbibus & anfractibus spirisque (ne ocyus hominis nutrimentum non exuctum elabatur) inuolutum uisitur, nunc dicta confirmat. Si enim alius uenter uẽtriculo succederet, essetque ille redditionis, sicut hic concoctionis est, promptuarium, nequaquam exiguo tempore & plurimum alimenti per uenas frequentes in iecur susciperetur. Nunc autem per innumeras uenarum soboles, ex uarijs illis copiosisque intestinorum anfractibus, quicquid succulenti à uentriculo confectum est, in iecur promptè transsumitur. Aliàs uerò si raris uenarum orificijs parum cibi in cremorem uersi, continuò incideret, tarda & diuturna succederet digestio: quum necessarium sit, ora uasorum elaboratum succum tangere. Si uerò alter magnus uenter priori subtenderetur, cibus omnino modicam eius uentris sedem tangeret, solam nimirum eam cui proximus attiguusque suis parietibus esset. Plurima uerò cibi portio, quantacunque scilicet esset in profundo, seu medio eius uentris spacio, uenarum apprehensiones suctusque effugeret. Sed nunc demũ transitus angustia cibum in exiguas cõminuens particulas, cogit ut is propemodum totus tangat intestinorum tunicam, ad quam uenæ suis osculis hiant. Et si quid in transitu primi anfractus, uasorum ora in internam intestinorum sedem hiantia effugerit, per secundum quidem tangit: & si hunc præterlabatur, tum omnino per tertium, aut quartum, uel alium eorum anfractuum qui frequentes numerosique subsequuntur, ut tandem nullus effugiat, aut lateat, aut excidat cibus ad nutritionem utilis, quando lege Naturæ & morbo liberum corpus dispensatur. Intestinorum itaque anfractus, ut quicquid succulenti humidique in confecto à uentriculo cremore esset, uniuersum distribuatur, comparati sunt. Et id præcipuè tenuium intestinorũ munus est. Crassa enim, & si ipsa quoque ad succorum distributionem conducant, peculiariter tamen eò conferunt, ne continuò, sed per longa interualla egeramus. Hæc enim tanquam uenter aliquis siccis excrementis, uti uesica urinæ, subijciuntur: unde etiam inferiorem uentrem ea nonnulli appellarunt. In his namque excrementa ita colliguntur, ut repente uniuersa simul educi queant: ita tamẽ, ut & hinc aliquis homini usus accedat. quippe si gracilium intestinorum suctum aliquid præterfugerit, quum longiori mora excrementa in crassis intestinis resideãt, ipsorum uasa id exugunt. Ad hæc, quo maior adhuc esset cõmoditas moræ ciborum per eos anfractus delabentium, quandam alterandi concoquendi'que uim toti intestinorum generi Natura indidit. Quamuis quum prorsus impossibile sit, non adesse unicuique animalis particulæ uirtutem quampiam alteratricem, & non absit longè, parum'que à uentriculo intestinorum substantia: necessarium sanè est, & uirtutem alteratricem ijs inesse, & uentriculi uiribus consimilem, & proinde in ipsis quoque intestinis cibum concoctionem aliquam suscipere est quàm manifestissimum. Quod autem commemoratis iam usibus, quæ de intestinorum constructione suprà scripsi, omnia competant, obiter quoque nunc subnectam. Hæc itaque ad uentriculum statim, à quo cibum accipiant, opportunè locantur.[x] Duodenum uerò etiamsi id fuisset utile, in nullos tamen anfractus ducitur, quòd sub uentriculo, quà fertur, nullam omnino uacuam sedem obtineat, in qua aptè in gyros flecti queat: deinde quòd[y] portæ uenæ à iecoris cauo prodeunti cedere oportuerit.[z] Ieiunum uerò & ilium mediam uentris sedem iustissimè occupant, quòd inibi mesenterij[a] centro sint proxima, breuissimo'que ductu & uenæ portæ rami, & arteriæ magnæ propagines illis hîc diffundi possint. Porrò de[b] coli situ nimis quàm miserè se torquent dissectionum professores, quòd id quum excre-

*Situs intestinorum ratio.*

x 7 fig. ab I ad K.
y 12 figu. h.
z 7 fig. à K per uarios anfractus, tãdẽ ad M.
a 10, 11 fig. L, L.
b 6, 8 fi. N, P, Q, R, T.



excrementorum uelut quoddam sit promptuarium, ad uentriculi fundum iecoris'que cauum porrigi conspiciant. ac alius quidem quia id fæces continet, innato'que calore destituitur, ad uentriculum ferri uult, ut illius uicinarum'que partium contactu maiorem concoquendi uim assumat. Alius sub iecoris cauo colon deduci contendit, ut ex bilis uesicula in illud resudans bilis, incitando excrementorum egerendi uim feliciorem reddat. Alius aliud comminiscitur, & interea nemo animaduertit, colon mesenterij centro non admodum debere uicinum esse, neque id uenæ portæ ramos cauo iecoris proximos oportuisse assumere, quum parum quod exugi deceat amplexetur. Vt itaque[c] grandior dexter'ue uenæ portæ truncus breuiori ductu gracilibus intestinis insereretur, ac succinctiori uia cibum ad iecur transferret, colon intestinum gracilibus cedit, ac ueluti per distantia maximè à mesenterij centro loca procedit, atque hac etiam occasione id præcipua sua portione sinistram corporis sedem occupat. Rectum autem intestinum illic commodissimè reponitur, quà opportunè paulatim asseruata egerere tandem queat.

*Intestinorum formæ ratio.*

Forma autem tereti in hoc intestina creantur, ut sint capaciora, minus'que iniurijs occursantibus exposita. At angusta sunt gracilia intestina, ut minima cibi portio ab ipsorum tunicis, adeo'que ipsorum uasis tangatur. Crassorum intestinorum magna est amplitudo, ut multa colligere possint, ac ne frequentiùs egeramus opitulentur.

*Substantiæ.*
*Tunicarum.*

Substantia constant, facilè quæ continet amplectente, & rursus à contentis distendi apta.[d] Duplicem uerò exigunt tunicam, ut iniurijs innoxiè ferendis magis sint idonea. nam interior aliquando in intestinorum difficultatibus, alijsque diuturnis affectibus putrescit, exteriore salua: unde & ægri nonnulli euadunt. Porrò interior gracilium musculorum tunica[e] interiori uentriculi tunica mollior est, quòd nulla aspera intrita'ue illa, sicut hic, recipiant. Exterior uerò intestinorum tunica interiore uentriculi minus carnosa est, quoniam digestionis potius quàm concoctionis organa sint. Cæterùm tunica crassorum intestinorum tanto gracilium intestinorum tunica interiore durior est, quanto illa materiam continent duriorem, & à succo magis liberam. Quandoquidem quæ gracilibus continentur intestinis, liquida, fluida, aquea'que adhuc sunt: quæ autem crassis, dura.

*Fibrarum ratio.*

Intestinorum tunica utraque transuersas sortitur fibras, ut ocyus quod in illa defluit propellant, ita'que cito uniuersus succus ad iecur exugatur. At externa recti intestini & coli tunica, præcipuè quoque rectas fibras obtinuit, ut hæ uelut uinculum circularium fibrarum efficerentur, ne fortè quum illæ dura excrementa crebrius protrudunt, inuicem abscedant diuellantur'que. atque hac potissimùm occasione recto intestino, ut quod sicciora excrementa amplectitur, eius generis tribuuntur quamplurimæ. Quanquam fortassis non ob id solùm ut transuersas colligent, rectæ fibræ huic offerantur, sed etiam ut recrementa alioquin non admodum sequacia illæ attrahant. Tertia intestinorum tunica secundæ uelut propugnaculum est, & copula, cuius beneficio intestina[f] mesenterij interuentu dorso colligentur.

*Venarum arteriarumque ratio.*

Cæterùm uenæ arteriæ'que (nam & hæ ex intestinis aliquid elicere creduntur) non omnibus pari numero ac frequentia distributæ sunt, quod non in omnibus intestinis eadem exugenda succorum copia sit. Quo enim intestina uentriculo in continuitate uiciniora sunt, eo plus optimi cremoris continent, ac proinde frequentiora uasa gracilibus intestinis deferuntur, pauciora crassis. & pari hac ratione pauciores uenæ uentriculo, quàm tenuibus intestinis inseruntur: quoniam qui in ipso continetur cibus, non semper plenè confectus mutatus'que est.

*Neruorum ratio.*

Neruis autem intestina donantur, ut infestantes humores dignoscant: quandoquidem si sensus penitus essent expertia, nihil obstaret, quin ex flaua bile, aut alio mordaci succo intestinum penitus subinde corroderetur, priusquam homo sentiret.

*Vesiculæ bilis meatus insertionis ratio.*

iam uerò bilis[g] meatus in duodenum insertus, intestina bilis influxu stimulans, eorum actionem uehementer adiuuat, ac pituitam ipsis incidentem expellit.

*Quamobrẽ ieiunum intestinum cremorẽ ocyus transmittat.*

Atque hæc præcipua, præter succi tenuitatem, causa est, cur ieiunum intestinum suum quem continet cremorem ocyus quàm reliqua transmittat. nam dum bilis adhuc cremori non mixta, intestini lateribus adfluit, sua acrimonia id magis stimulans, ad ea quæ continentur uelocius propellenda inuitat. Reliquæ enim inanitatis ieiuni causæ, ut succorum optimorum copia, frequẽtes uenæ, proximus iecori situs, & ante hæc omnia deorsum rectà tendens intestini ductus, & liquidissimus adhuc succus, duodenum magis ieiunum esse, uti sanè etiã reperitur, documento sunt. Quanquã bilis in ipsum influens, & illud quoque ad subitã excretionẽ irritat impellitque. Sed de bilis natura, ipsius meatibus, suo postea loco accuratiùs pertractabitur.

c fi. ca. 5 lib. 3 G.
d 9 fi. h & i, quibus obducitur postea L à k, k.
e 17 fig. m.
f Spectatur id fi. 10.
g 13 figu. c add.

DE

## DE MESENTERIO. Caput VI.

*MESENTERIVM inter cæteras figuras oſtendit undecima, mox decima & duodecima, & non perfunctoriè uigeſimaquarta. uti ex illarum figurarum Indicibus colligere promptum eſt.*

*Meſenterij nomẽclatura.*

CORPVS Græcis μεσεντέριον, & μεσάραιον nuncupatum, Gaza in Ariſtotelis hiſtoria de Animalibus lactes appellauit. Cicero autem in tertio de Natura Deorum inteſtinum aliquod ita uocari arbitratus, medium inteſtinum uertit: quod quum falſum ſit, neq; lactes idem omnibus ſignificent, & medianum recepta parum uox uideatur, à Græcis nõ inopportunè uocem mutuabor.

*Ipſius ſitus.*

Meſenterium itaq; ad poſteriorem inteſtinorũ ſedem [a] locatum eſt, uinculum, cuius beneficio inteſtina inuicem ut ad dorſum colligarentur, futurum. Vt uerò id tantũ homini uſum ſecurius preſtet, dura membraneaq; conſtat

*Subſtantia.*

ſubſtantia. Ex [b] duabus enim mutuò attenſis & accumbentibus membranis à peritonæo originem ducentibus, meſenterium conformatur. Non quidem ex una eademq; peritonæi ſede his membranis origo eſt, uerùm ex uaria, pro meſenterij ipſius nimirũ forma, quam ferè inteſtina

*Forma ac ortus.*

fingunt, à meſenterio colligata. Nam ut nõ inteſtinorum omnium par anfractuũ ductus eſt, ita quoq; non eadem undecunq; meſenterij effigies. Quam forſitã Galenus animaduertẽs, etiam ſi

*In li. de Sectione uenarum & arteriarũ.*

omnino continuũ meſenterium ſit, nihilo minus tria meſenteria quodãmodo recẽſuit, [c] unum quidem dextrũ, [d] alterũ uerò ſiniſtrũ, [e] tertiũ aũt medium innuens. Ac Galenũ quidem medium meſenteriũ appellare arbitror meſenterij partẽ, ieiunum ileumq; inteſtina dorſo colligantẽ: quę anguſto orta principio, in miram amplitudinẽ latitudinemq; ducitur, ut omnibus ieiuni ileiq; inteſtini connaſceretur anfractibus. Dextrum uerò & ſiniſtrum appellare potuit, quod colon inteſtinum, & rectum dorſo alligat, dextrum quidem in dextri ilij regione, ſiniſtrũ uerò in ſiniſtri collocans. Meſenterij itaq; pars gracilibus inteſtinis peculiaris, ſimilẽ omnino cum [f] inferiori membrana omẽti ſortitur exortũ. Ex [g] magnæ enim arteriæ & uenę cauę tunicis, quas ea uaſa ſecundùm uniuerſum ſuum per lumborum uertebras ductum à peritonæo obtinent, membraneæ fibræ admodũ frequentes exurgunt, ſtatim in duas degenerãtes membranas, dextræ quidem in dextram, ſiniſtræ autem in ſiniſtram. Hiſce membranis mutuò adnexis, meſenterij pars gracilia inteſtina dorſo colligans efformatur: partes autem colon & rectum dorſo connectentes, ab illis peritonæi regionibus principium ducunt, ſecundum quas hęc inteſtina exporriguntur, peritonæo ſemper fibras quaſdã quæ in meſenterij membranas degenerent, illic emittente.

*Subſtãtiæ meſenterij ratio ac uſus.*

Neq; profectò meſenterij ſubſtãtia in hoc ſolum quo ualidius inteſtina dorſo adnecteret, membranea eſt, uerùm etiam alterius magni cuiuſdam uſus gratia, quo [h] uenas omnes ex iecoris porta, & [i] arteriæ propagines à magna arteria ad inteſtina excurrẽtes tutò colligaret, ac ne illæ dum homo ſalit aut cadit, contundantur & diſrumpantur, tutò ſecureq; admodum ſuffulciret. Grandior enim uenæ portæ truncus, quà meſenterium iuxta renum regionem à dorſo pronaſcitur, inter duas meſenterij membranas ducitur, arteriã habens comitem, quæ à magna arteria priuſquam hæc ad renes ramos diſpergat, in hoc ut in inteſtina diffundatur, originem ducit. Huc quoque pertingunt [k] duo nerui, utrinq; nimirum ſinguli, ab illis pronati ramis, qui à ſexto neruorum cerebri pari coſtarum radicibus exporriguntur. Adeò ut ingens is uenæ portæ truncus, & dicta nuper arteria cum duobus illis neruis ſimul meſenterij [l] centrum ſubeant, atque inter duas ipſius meſenterij mutuò cohærentes membranas ingrediantur, ac tutò poſtmodum per uniuerſam meſenterij ſedem numeroſa ſobole ad inteſtina perferantur. At præter commemoratam arteriam, alia quædam magnæ arteriæ propago eam meſenterij partem ingreditur, quæ ſub renum regione à dorſo principium obtinet. atque huius propaginis [m] exortus paulo ſub ſeminalium arteriarum principio à magna pendet arteria. Venas autem nullas præter dictum nuper uenæ portæ truncum, meſenterium admittit. Neque ſatis aſſequor, quid Galenus ſibi uelit, quando inteſtinis, ipſiq; adeò meſenterio uenas offerri teſtatur in iecur non terminatas: & dum alibi, à caua inteſtinis ramos quoſdam propagari commemorat, quod ſanè falſiſſimum eſſe uel ſectio ipſa luce clarius tibi demonſtrabit: etſi nulla alia, ſaltem illa in qua portæ uena, & quos dixi, arteriæ ramis uinculo interceptis ac reſectis, inteſtina ſimul cum meſenterio in uiuente adhuc animali à dorſo auelluntur. Hæc enim ſi quis eſſet uel capillaris ramuſculi à caua uena ad inteſtina exortus, ſanguinem tibi ex illo profluentem oſtenderet. Porrò in canibus duplicem meſenterij membranam adinuenire non adeò promptum eſt, quòd illis macilentius obtigerit meſenterium, cuius membranæ inuicem omni ex parte (niſi quà uaſa admittunt) perinde ac ſi ſimplici membrana meſenterium conſtaret, connatæ uiſuntur.

*Lib. 6. de Admin. diſſectio.* (ad: Neque ſatis aſſequor, quid Galenus…)

*a Vti uidere eſt in 10 fig. & 11.*
*b 24 fi. F,F una, altera G,G, ſic & 11 fi. X,Y.*
*c 11 fig. N, N,O,O.*
*d 11 figu. P uerſ. Q. 12 fig. m.*
*e 11 figu. R, S,T.*
*f 4 fi. e,e,e.*
*g 25 figura P,Q.*
*h fi. ca. 5 li. 3. G,b,b,b. & 11 fi. k.*
*i fi. ca. 11 li. 3 λ,λ.*
*k 2 fig. ca. 2 lib. 4 λ,λ.*
*l 10, 11 fi. L, L, 12 fig. l.*
*m 25 figura ſ ſub ſ.*



*Meſenterij adeps.*

At in homine binæ meſenterij membranæ inuentu ſunt perquàm faciles, ac multa intercedente pinguedine inter ſe diſtãt. Vt enim homo copioſa undecunq; abundat pinguedine, ſic meſenteriũ quoq; præpingue adipiſcitur, ſanguine hîc ex uaſis reſudante, membranarumq; ui in adipem mutato, ita ut præter uaſa & neruos multum adipem meſenterij membranæ in ſui medio contineant. Sed præter adipem aliud quoque meſenterio accedit. neq; enim ſat eſſe uiſum eſt Naturæ ſagaci, frequentem illam uaſorum ſobolem meſenterij membranis cõtineri,

*Glandes.*

quin glandoſum corpus, Græcis παγκρέας & καλλίκρεας dictum, ſingulis uaſorũ ſciſſionibus, ita undequaq; ſubſtruxit ſimul & circumpoſuit, ut nulla ipſarũ inualida fieri, aut per motum quaſſari poſſet: nõ ignorans, quiduis ſuſcipiendis noxis opportuniſſimum eſſe, ubi in ramos ducitur. Ac proinde ad meſenterij quidem [n] centrum, ubi prima uaſorum fit diſtributio, grande corpus glandoſum extruitur, inſigniores ac primos uaſorum ramos ſecurè admodum deducens. Per reliquam uerò meſenterij ſedem, ſingulis propè uaſorum diductibus Natura [o] glandulam quoque aliquam interiecit, diuiſionis robur ſimul ac firmamentum futuram. Adeò ut ſimul glandulis illis accedentibus, meſenterij membranæ uaſa uerſus inteſtina tutiſſimè deferant, inteſtinaq; omnia dorſo quamaptiſſimè colligent, ac demum [p] tertiã inteſtinorũ tunicam efformẽt. Quum enim meſenterij membranæ uaſa ad cauam inteſtinorum partem deducunt, ipſis inteſtinis ſimul cum uaſis adnaſcuntur, atque hîc inuicem abſcedentes ſingulæ per ſuum in inteſtina latus aſcendunt, ac in tertiam inteſtini tunicam degenerant, hac occaſione fortius inteſtina ligantes, & ualidius uaſorum propugnaculum conſtitutæ.

*n 10, 11 fig. L,L. 12 fi. l.*
*o 10, 11 fig. M, ſed maximè in 24 fig. ad F, F. G,G.*
*p 9 fig. k, k cõſtituit L.*

## DE IECORE. CAPVT VII.

*IECVR pleræq; oſtendunt figuræ, uerùm inter cæteras duodecima & uigeſima cauam ipſius ſedem imprimis ſpectandam offerunt. Gibbam uerò proponit decima octaua, & aliqua etiam ex parte ſecunda, ſexta, ac uigeſima ſecunda, & uigeſima quinta, quæ & cauæ regionis nonnihil exprimunt: quum in his iecur ita collapſum ſit, ut extra naturalem ſitum id anteriore ipſius ſede ſurſum in duodecima & uigeſima protruſimus, quò caua ipſius ſedes integra in conſpectum ueniret.*

*Iecoris ſitus.*

IECVR nutritionis organorum facilè præcipuum, & ſanguinis craſſioris officina, animæq; cibos ac potus quæ que corporis naturæ neceſſaria ſunt, appetentis fomes, elatiſſimam ei miniſtrantium partium regionem obtinuit. Sub iraſcibilis enim & iam dictæ concupiſcibilis animæ [a] ſepto iecur ſtatim [b] collocatur, maximam inferioris ſepti ſedis regionem occupans. Etenim totam dextram ſepti partem contingit, parum admodum illius partis intactum relinquens, quà ſeptum undecimæ duodecimæq; coſtis adnaſcitur, [c] ſuaq; ligamenta quibus uertebris colligatur porrigit. Mediæ autem ſepti parti uniuerſæ iecur ſubtenditur. Siniſtræ uerò parti non itidem, quanquam huius magnam quoque ſedem teneat, totam uidelicet anteriorem ad eam uſque partem, qua ſiniſtrum ſepti latus coſtarum medio (quod ab ipſarum radicibus ad finem uſque eorundem metior) incumbere incipit. Et profectò longè magis quàm noſtris uiſum eſt medicis, in ſiniſtrum latus iecur [d] pertingit. Neque uerò ſepti tranſuerſi latitudinem ullibi excedit, niſi quod paulo demiſſiùs, quàm [e] mucronata conſiſtit cartilago plerunque, & potiſſimùm arctato thorace pertingit.

*Situs ratio.*

Porrò humanum iecur maiorem ſui portionem in dextro latere extenſam habet, propter [f] lienem, qui ipſo dignitate multò inferior, ſiniſtram ſedem erat occupaturus. Vt igitur corpus redderetur æquilibre, ſagax Natura minorem iecoris partem in ſiniſtra deduxit. quod aues manifeſtò atteſtantur, quibus iecur propemodum æqualiter in utrunque latus conſiſtit, ut & canibus. His enim quia gracilis, neque ponderoſus admodum lien contigit, magna iecoris portio in ſiniſtram fertur. Vtcunque tamen deducatur iecur, etiam ſi ſub ſepto locetur, eam ſedem perpetuò exigit, quæ coſtis ſuccingitur, adeò ut cibi organorum ſitus magnam rurſus Naturæ oſtendat prouidentiam.

*Iecur maxima ex parte coſtis ſuccingi, munirique.*

Quum enim abdomen propter ea quæ extendi ſubſidereq; crebrò debent organa, oſſibus deſtituatur, Natura eas partes quarum gratia illud oſſibus carere uoluit, ab iniurijs minus texit: reliquas uerò hac extenſione non indigentes, tutiſſimè condidit. [g] Atque ita peritonæo inter diſſecandum aperto, primùm occurrunt, uentriculus, inteſtina, ueſica, & uterus. Verùm iecur, lien, renes, uena caua, & arteria magna tutiùs reconduntur.

*Iecoris forma.*

Iecoris forma uaria eſt, & ſuis quibus accumbit organis reſpondens, non aliter quàm ſi id nullam peculiarem exigeret formam, & ſibi à uicinis partibus, inſtar fictilis terræ, quamuis effigiem

*a 7 muſcul. tab. Δ.*
*b Videtur id 2, 6, 12, 20, 22, 25 figuris, & ultima quoq; fig. lib. 3.*
*c 7 muſcul. tab. o, p.*
*d Ad O fig. 12, & ad C fig. 20.*
*e 6 figu. ſub A habetur D, D.*
*f 20 fig. O, O, P.*
*g confer 2, 6 figur. 20, 22, & 25.*

indi sineret. Nam & suprà, & retro omni ex parte qua septum[h] spectat, gibbum læueq; admodum uisitur, nullis omnino extuberans processibus: & cauitati septi, quæ in inferiori ipsius sede necessariò[i] constituitur, ad amussim congruens. Videtur enim iecur uelut gleba illi inferiori septi sedi impressum fuisse, ac ab ipsa hîc formatum.[k] Ne uerò uenæ cauæ caudex secundùm posteriorem iecoris sedem protensus, aut huius grauitate, aut septi transuersi motu comprimeretur, tantus sinus in posteriori iecoris sede exsculptus est, quantus amplectendo innascẽdoq; cauæ caudici sufficiat. Cæterùm[l] inferiori sede iecur admodum amicè uentriculo cedit, ac ab illo (quem rotundum secundumq; corporis latitudinem oblongum necessariò procreatum esse diximus) cauum efficitur: & læue quidem hîc existit, sed non undecunque processibus[m] tuberibus'ue & sinibus liberum. Quemadmodum enim organa quibus iecur caua sui parte incumbit, simplici quadam superficie neutiquam gibba sunt, ita quoque iecur unica superficie haud sinuatum est, sed rupis præcipitio aliqua ex parte accedit. Quà nanque[n] duodenum exporrigitur intestinum, & uena[o] portæ à iecore prodit, iecur quodam[p] tubere prominet, sedem quam hîc uacuam reperit adimpleturum. Præterea ubi bilis[q] uesicula cauæ iecoris regioni innascitur, sinus in illa exculpitur, medium eius uesiculæ corpus eleganter excipiens. Ad hæc, iecur quoque ea parte[r] sinum adipiscitur, qua stomachum tangit, ipsiq; septum transeunti, & superiori orificio uentriculi continuando, locum præbet. Adeò sanè ut iecur nullam peculiarem formam obtineat, sed eam quæ à conterminis partibus ipsi imprimitur. Velut canum sectio pulchrè attestatur, in quibus iecur sinu suo superiorem dextri renis sedem concinnè admodum excipere cernitur. Atque hoc rectè à Natura factum est, quum iecoris munus nullam separatam propriam'ue exigat figuram, uti uentriculus, intestina, uesicæ, & eius generis permulta, quæ amplam cauitatem eamq; unicam necessariò obtinentia, opportunissimè rotunda effinguntur, & septum quoque transuersum ob suam functionem dilatando thoraci imprimis præfectam necessariò, quam nunc sortitur formam, obtinuit. Iecoris enim substantia & uenarum per ipsum reptantiũ series, facilè tibi documento erunt, ad ipsius usum quo sanguificationis est officina, magnum id & crassum oportuisse fieri organum, ac interesse, utrum rotundum an oblongum, gibbum'ue an cauum extrueretur. Iecur itaque superiùs posteriusq; quà septum spectat, præter sinum uenæ cauæ caudici paratũ, exactè gibbum & læue, sed quà uentriculum amplectitur, omni propemodum ex parte cauum cernitur. Rursus ubi posteriori uentriculi sedi & dextro ipsius lateri attenditur, crassissimum est: quà uerò superiori orificio uentriculi eiusq; sedi superiori uersus sinistrum incumbit, tenue apparet, & sensim hominibus illic in acutum fertur[s] angulum. In dextra uerò parte rotundum quodammodo & orbiculare obseruatur, & nusquam tenuius est, quàm in ambitu, & præcipuè in anteriori ipsius sede, ubi sanè tenuissimum uisitur, interdum inibi impressiones quasdam obtinens, sed omnes exiguas præter[t] unam patulæ sectionis modo anteriori ipsius parti inductam, ac à mucronata pectoris ossis cartilagine parum in dextrum iecoris latus uergentem, & ueluti[u] foramine quodam ad eam iecoris sedem penitius pertinentem, à qua portæ uenæ[x] caudex principium ducit. Atque hæc sectio seu foramen est, quo umbilici[y] uena humano iecori implantatur. Cæterùm nos neque porcini, neque canini, sed humani iecoris formam nunc persequimur. Quæ enim dissectionum professores de eius forma ac penulis seu fibris (quas λόβους Græci uocant) commentantur, è canum potius & simiarum sectionibus, quàm hominum didicerũt. Humanum enim iecur in fibras, porcini iecoris modo nõ discinditur, & multo adhuc minus ut caninum. Nam unicum cõtinuumq; præcipua ipsius substantia corpus hominis iecur est: canum uerò in quinque, nonnunquam in sex aut quatuor tantum partes est disiunctum, solarum uenarum interuentu inuicem continuatas. Porcis uerò in pauciores, uenis duntaxat hærentes: aut etiam in plures, si sectiones quoque impense altas fibrarum uice numerare lubeat. Atque hinc natum est illud medicorum ac Anatomes peritorum commentum, quo uentriculum à iecore quinq; fibris manus appræhendentis modo, amplecti asserunt. Quin Græcorũ nonnulli, nescio à quibus ut testantur mathematicis medicis nomina mutuãtes, illis fibris priuata (uti apud Theophilum illum parum Anatomicum uidere est) imponũt nomina. Quatuor enim quum sint, inquiunt, iecoris fibræ, prima focus dicitur: maximè nanq; ad succi concoctionem facit, quem admodum concoquendis cibariis focus. Secunda mensæ nomen sortitur, quod mensæ uices gerat: nam membrorũ alimenta in ipsa apponuntur. Tertia culter nuncupatur: diuidit enim, segregatq; inter se humores, aut si quid crassius distribuendũ sit, id secat atq; commutat. Quarta aurigæ nomine appellatur: nam naturales uires iam excoctos humores bene regunt, atque in melius rectà ducunt. Huiusmodi profectò eorum qui humanam fabricam imaginationibus,

*Iecur nulla peculiari eguisse forma.*

*Humani iecoris formam à canũ & porcorum iecoribus uariare.*

h *fig. 18. et 22 præcipuè.*
i *7 musc. tab. a.*
k *1d tectum pete ex 18 figura.*
l *12 fig. I, K cedit P, Q.*
m *12 fi. N, N. 20 fi. G, G.*
n *15 fi. P.*
o *12 fi. b.*
p *12 fi. inter N, N.*
q *20 fi. H.*
r *12 fi. occidit R. 20 fi. E spectat F.*
s *20 figura iuxta C.*
t *Inter H, H, figura. & ad E 6 fig. & ad D 20 fig.*
u *20 fi. quæ fi à D ad G.*
x *20 fi. I.*
y *2 figur. E ad G.*



tionibus, non sectionibus, aut brutorum potius quàm hominum administrationibus discere conantur, nugæ figmentaq; sunt. Ac proinde exuto affectu omnes qui mihi unquam secanti astitere testor, me iecur in fibras aliquo pacto diuisum nunquam inspexisse. Neque est cur quispiam iecur duplici fibra constare astruat, propter[z] scissionem seu foramen potius, quo uena ex umbilico proficiscens excipitur. aut ob eius iecoris[a] portiunculam, sub ortu uenæ portæ extuberantem, fibris aliquot constare affirmet: si modò unquam uel per somnium animalia quibus iecur in fibras uti cani diuisum est, contemplatus fuerit. non autem hæc solùm læui negocio obseruabit, sed & animaduertet, quotquot hactenus uenæ cauæ exortum, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributionẽ literis prodiderũt, ridiculè nugaciterq; admodum deliraſſe. De magnitudine uerò iecoris, quòd scilicet timidis gulosisq; maius obtigerit, & quòd iuxta proportionem homini, ut & cerebrum, inter reliqua animantia, grandius iecur datum sit, non præter rationem à quibusdam Anatomicis dictum est: quanquam nõnulli nostratium medicorum ijsdem crapula absumi iecur, seriò adeoq; cõtentiose affirment, ut rerum omnium imperiti, & uulgo & sibi ipsis persuadeant, insignibus illis uini gurgitibus iecur ad nucis dun taxat molem reduci consueuisse. Porrò de iecoris substantia, uenis, arterijs, tunica, & ligamentis plerique rectè sentiunt. Per uniuersum enim iecoris corpus ad humiliorem eius sedem uenæ portæ[b] propagines innumeræ diffunduntur, in superiorem uerò ipsius sedem uenæ cauæ[c] soboles numerosè spargũtur: quas & ab earum ortu, initijsq;, aut ab ea parte qua caudices uenarum constituunt, describere integrum est. Orbiculatim nanque (uti in tertio libro complexus sum diligentius) ex omnibus extremis iecoris partibus infiniti uenarum surculi, capillorum modo tenues prodeunt, ex quibus alij in elatiori uisceris parte, alij in demissiori habentur. Inferiores surculi paulatim inter se in alios paulò crassiores colligũtur, & hi rursus in alios. Atqꝫ ita deinceps sensim ac tantisper coëunt, donec tandem omnes in iecoris cauo in[d] unam uenam congrediantur: non equidem ut quispiam dissectionũ fidens professoribus putauerit, in cauæ sedis centro, sed in humiliori eius parte, qua dextro dorsi lateri iecur proximũ est. Hinc prodiens uena eos quos sæpe recensui ramos in bilis uesiculam, uentriculũ, omentum, lienem, & intestina digerit. Sic ramorũ qui superiorem iecoris sedem occupant, tenuissimæ soboles in grandiores paulatim, & hæ rursus in maiores, ampliores'ue tantisper colliguntur, donec omnes in[e] duos maximos ramos coëant, qui in anteriorem uenæ cauæ sedem, quà hæc iecori innascitur, pertinent. præter aliquot etiam[f] graciles surculos eidem uenæ cauæ sedi insertos. Neque rursus hoc in gibbæ iecoris sedis medio fit, sed[g] in posteriori ipsius sede, qua septo incumbit potius quàm adhæret, dum resupinatum hominem intelligimus.[h] In dictorum ramorum medio aliquibus in locis tenues graciles q; admodum deducuntur surculi, qui caui sunt, & uenarum corpore donati, in unum quoque caudicem mutuò collecti definunt, in bilis uesiculam (uti pòst dicemus) deducendum. Quin & in humiliori iecoris sede, uti portæ rami in suum caudicem coaceruantur, exiles arteriæ in corpus iecoris excurrunt, ab ea diffusæ, quæ dextræ sedi inferioris membranæ omenti à magna arteria offertur. His omnibus uasis rubra mollisq; adnascitur substantia, nuper concreto sanguini quàm similima, nisi quòd durior, & potissimum in iecoris gibbo cernatur. Hanc Erasistratus, quod uasis his & propaginibus circunfundatur, περίχυμα nuncupauit. Præsens substantia iecoris uasa continet, & amplectendo suffulcit, totam propemodum iecoris molem constituens. quæ perquàm tenui obuoluitur tunica, à ligamentis pronata, quibus iecur peritonæo, quà id septo subditum est, affirmatur. Sunt autem hæc duo præcipua:[k] unum quidem densum & insigniter ualidum, sed membranæ modo tenue, quod peritonæi pars inferiorem septi sedem succingens, paulum à latere dextro mucronatæ cartilaginis educit, rectà ex anterioribus in posteriora protensum.[l] Alterum uerò, quà iecoris sinistra pars in acutum desinit angulum, à peritonæo nascitur. hîc enim fortissimo & quodammodo tereti ligamento iecur peritonæo alligatur. Dein quà cauæ uenæ caudex septum permeat,[m] & dein secundùm cauæ per iecoris posteriora deductum, peritonæum iecori adnascitur, ipsumq; peritonæum iecur colligat. Quinetiã cauæ iecoris sedi ubi portæ est principiũ, omenti quoq; portio adnascitur. Præterea iecur anteriori peritonæi sedi (quod alijs animaduertendum fuerat Anatomicis) cõnectitur, beneficio[n] uenæ ab umbilico in ipsum iecur pertinentis. Hæc enim fœtu è matre excluso arescit, ac instar ualidi efficit uinculi, ipsum, uti iam dixi, peritonæo colligãtis. Porrò ex his omnibus uinculis quibus iecur peritonæo adnectitur, tenuem suã & sibi peculiarẽ sortitur tunicam, in quam duo quoq; inseruntur nerui:[o] unus quidem à sexti paris cerebri neruorũ ramis, elatiori orificio uentriculi implãtatis:[p] alter uerò ab alijs Anatomicis ignoratus, à sexti eius cõiugij propaginibus discin-

*Iecoris substantia.*

*Venarum series.*

*Bilis uesiculæ meatus in iecore.*

*Arteriæ.*

*Substãtia uasis circumfusa*

*Iecoris ligamenta ac ex illis pronascens tunica.*

*Nerui.*

z *2 fi. inter H, H quà in greditur G.*
a *20 fig. inter G, G.*
b *fi. ca. 5 li. 3 A, B, A.*
c *fig. cap. 6 li. 3 A, B, A.*
d *fi. ca. 5 li. 3 B, & 20 figu. L.*
e *Alter A ingreditur fi. ca. 6 lib. 3. f fi. ca. 6 li. 3 4.*
f *18 fi. inter D & E.*
g *In 15 figu. X, X, habetur inter Z & Y.*
h *20 fi. L. et fi. cap. 12 li. 3 f.*
k *18 fig. K. 2 fig. l. 6 fi. C iuxta A. 22 fig. d. l 18 fi. G. 12 O. 20 C. 22 c.*
l *iuxta A, A, B, B. 18 fi.*
m *2 fi. F nec flebatur A et B. atq; ita H, H ad A, B.*
n *2 fi. cap. 2 lib. 4 x. 12 fig. T.*
o *2 fi. cap. 2 lib. 4 x. 20 fig. M.*

ditur, quæ coſtarum exporriguntur radicibus. Hic in iecoris tunicam raris modicisq; ſurculis diſpergitur, priori in iecoris quoque ſubſtantiam pertinente. Et talis quidem uiſceris huius fabrica eſt. quòd autem ad uſum ipſius partium attinet, ſic ſeſe ordine habent ſingula. Iecori quic quid humidum ſucculentumq; à uentriculo conficitur, [q] uenæ portæ rami ex ipſo uentriculo & inteſtinis id depaſcentes, adferunt. Quod uerò ijdem rami priuſquam iecori ſucculentum id porrigant, rudem aliquam ſanguinis formam cremore ſeu ſucculento illi conferant, & ut Galenus atteſtatur, modo iecori ſimilimo iſtud præparent, nõ facile conceſſero. Nam ſi uenis, non his ſolum, ſed & omnibus cauæ uenæ propaginibus præter proprij nutrimenti alterationem, alia quæ toti ſubſeruiret corpori alteratrix uis, quemadmodum uentriculo ineſſet, ea ſanè nõ in rubrũ, at in albũ quod à uenis amplecteretur, emutarent. ſi quidẽ alteratũ in nutritione, alterãtis colorem ut aſſumat, neceſſum eſt. Iecur itaq; in omnes portæ ramos per ſubſtantiã ipſius digeſtos, quicquid humidum ſucculentumq; uentriculus confecit, in ſe admittit, & ſubſtantiæ ſuæ ingenita ui alteratrice id emutans, ſibiq; quàm ſimilimum reddens, ſanguinẽ generat. Verùm ut in omni concoctione, ita quoq; in hac iecoris ſanguificatione duplex fit recrementum. Alterum quidem tenuius, alterum uerò craſſius. At ſatius fuerit ad ſimilitudinem actionis & conuenientem euidentiam humido liquori iam quidem præcocto, & prius elaborato, indigenti tamen abſolutiori adhuc concoctione ſuccum aſſimilare, quem ex uentriculo & inteſtinis uenæ in iecoris cauum deducũt. Sit itaq; uinum nuper exuuis preſſum, ac in dolia infuſum, & quod ab inſito innatoq; calore adhuc elaboretur, ſecernatur, cõcoquatur & ferueat, eiusq; excrementorum quod quidem eſt graue & terreſtre (fæcem uocant) in fundum uaſorum ſubſidat, alterum uerò quod eſt leue & aëreum ſupernatet, hoc autem flos uocatur tenuioribus uinis innatans copioſum, ſicut craſſioribus fæx reſidet plurima. Ergo iuxta exempli huius ſimilitudinẽ, ſuccus à uentriculo & inteſtinis in iecoris uenas allatus, à temperie alteratriceq; ui cõcoquitur, ac inſtar muſti feruens ad ſanguinis benigni generationem alteratur. In hac autem ebulitione, recrementum quantumcunq; lutoſum craſſumq; eſt, ſubſidet, & in lienem depellitur. Quod leue ac tenue eſt, ſpumæ modo ſanguini innatat, & à bilis ueſiculæ meatibus ſupra uenæ portæ ramos in iecoris ſubſtantia ſtratis aſſugitur. At humidum illud quod uelut uentriculi elaborationis aqueum exiſtit recrementũ, in iecur per uenas cum benigno ad ſanguinis generationem ſucco aſſumptũ, à ſanguiue nondum in iecoris cauo repurgatur, ſed ſui iam maximũ præſtans uſum, nutrimẽti uehiculum, ut Hippocrates ipſum uocabat, ſe eſſe eleganter oſtendit. Sanguis enim in iecoris cauo confectus, exilibus è portæ uenæ ſurculis ad cauæ uenæ ramulos uerſus iecoris gibbum procedit, ad cuius per anguſtiſſimos ductus tranſitum aquoſus ille liquor uehiculi ritu plurimum auxiliatur. Caro igitur iecoris, quæ proprium ipſius eſt corpus, primarium ſanguificationis eſt organum. Venæ autem per uniuerſum eius corpus diſperſæ ſinus loco cenſentur, in quibus quod ab illa confici debebat appoſitè cõtinetur, & hi poſtmodum ſanguinem præparatum, alijs partibus tanquam proprij iecoris riuuli perferunt. Eſt autem uenarum, quæ in iecoris ſubſtantiam digeruntur, tunica longè tenuior, quàm earum quæ per uniuerſum corpus diſtribuuntur, ne ſcilicet uim ſubſtantiæ iecoris, cuius beneficio contentus in uenis ſuccus elaboratur, ſua craſſitie retundant: quo fit, ut iecur etiam craſſiori ſanguine enutriatur, quem tenuis uenarum tunica à iecoris facultate allectum tranſmittit. Porrò ut ſanguis diutius in iecore moram traheret, ac perfectam elaborationẽ experiretur, utq; totus iecoris ſubſtantiæ appropinquaret, non unum uentrem illi uelut lagenam quandam rerum Opifex indidit, uerùm uenas illas omnes infinita ramorum ſerie, & in arctiſſimos ductus digeſſit. Meatus autem bilis inter utraſq; uenas locum obtinent, ut commodo ipſorum ſitu prius expurgatus ſanguis in uenæ cauæ ramos abſumeretur. Arteriam autem cauæ duntaxat iecoris ſedi credimus exporrigi, ut huius tantummodo calorem euentilaret, temperaretq;, ſuperiore iecoris parte, quæ ſeptum contingit, ab eodem motum adipiſcente continuum. Ne uerò iecur ſenſus plantæ modo expers eſſet, & à ui rationali concupiſcibilis animæ pars minus moueri cohibericq; poſſit, Natura iecori neruos exprompſit, quibus ceu freno illa pro imperio uteretur. Tunica iecoris inuolucrum quoddam & tegumentum eſt: uincula uerò, ne uiſcus quum graue ſit, aliquãdo decidat, plura, eademq; ualida iecori committuntur.

*Iecoris officium, ipſiusq; ſtructuræ ratio.* *Lib. 4. de V. ſu partium.*

[q] fig. cap. 2. lib. 3.

*Qui iecoris perficiatur ſanguificatio.*

*Primarium ſanguificationis organum.*

*Venarum ſeriei ratio.*

*Bilis meatuũ ſitus ratio. Arteriæ.*

*Neruorum.*

*Tunicæ.*

DE



# DE BILIS FLAVAE VESICVLA. Caput VIII.

*HANC pulchrè liberam oſtendit decimatertia figura, iecoris uerò cauo adhuc innexam refert duodecima & uigeſima.*



VESICA bilis flauæ conceptaculum in caua iecoris parte ſedem obtinet. Iecori enim quà dextrum uentriculi latus amplectitur, ſinum inſculpi antea diximus, mediæ bilis ueſiculæ portioni exquiſitè cõgruentem. Illi namque ſinui media ſuperior eius ueſiculæ portio ſecundùm ipſius longitudinem innaſcitur, inferior autem extra iecoris ſubſtantiam deorſum prominet, à nullo cui innititur corpore grauius preſſa. Nam uacuo penè interſtitio, ad dextrum uentriculi latus colonq; hùc [a] prorepens inteſtinum conſpicuo incumbit, & ſedem qua commodè flauum tenuéque iecoris recrementum ſuſcipere, idemq; ad inteſtina depellere poſſet, opportunam adipiſcitur. Forma huius ueſiculæ oblonga rotundaq; eſt, ſenſim ad ipſius fundi uſque apicem longioris cuiuſdam pyri modo dilateſcens. Quo enim à caua iecoris ſede, ubi portæ [b] caudex educitur, ipſiusq; ueſiculæ ceruix conſiſtit, hæc antrorſum magis fertur, eo illa ſenſim magis ac magis ſenæ folliculi inſtar ampliatur. Cum enim, ut reliqua corporis receptacula, capax eſſe debuerit, neque tum globi modo adamuſſim rotunda fieri potuerit, ipſius cauitas ſua longitudine adaucta fuit, ita nullo à uentriculo affecta incommodo, ipſoq; iecore non nimis inſinuato. Vt autem inanita bilis ueſicula appoſitè ſubſidere, ac impleta uiciſſim extendi poſſit, membranea neruea q; conſtituitur ſubſtantia: quippe ſimplici & unica peculiari conſtat tunica, tenui quidem, ſed denſa & forti, ac triplici fibrarum genere intertexta. & rectas quidem fibras intimas habet, quibus ſuccedunt obliquæ, ſed rectas multo pauciores, extimæ uerò orbiculares ſunt trãſuerſæ ue. Huic tunicæ alia à iecoris tunica obtenditur, non toti ueſiculæ, ſed illius duntaxat parti, quæ extra iecoris corpus propendet, ſolaq; propugnaculo & inuolucro indiguit. Veſicula etiam ſi iecori ſanguificationis officinæ innaſcatur, à portæ uenæ tamen caudice, [c] duas graciles admodum aſſumit uenulas, ea ſerie in ipſius tunicam diffuſas, qua in adhærentem [h] albam ue oculi tunicam uenulas digeri conſpicimus. Ab arteria quoque cauo iecoris exporrecta [i] ramus admodum gracilis ueſiculæ illi offertur, ad ipſius uſque fundi extremum excurrens. Et neque [k] neruulis deſtituitur, ne ſenſus ſit expers. nam iecoris neruus per humiliorem omẽti membranam à dextra ſexti neruorum cerebri paris propagine coſtarum radicibus exporrecta, diductus, etiam huic ueſiculæ ſurculum promit, in macilentis uix minus quàm ipſius arteria conſpicuum. At meatus quibus ueſicula bilem allicit, rurſusq; aliò depellit, ita ſe habent. [l] Ceruix ueſiculæ, fundo ipſius multo durior paulatim in anguſtum deſinit meatum, ad eam iecoris partem protenſum, unde uena portæ principium ducit. quò quum peruenit, in duos diducitur proceſſus, [m] hunc quidem ſurſum, [n] illum autem deorſum porrigens. Qui ſurſum fertur, anteriori uenæ portæ ſedi innitens, in iecur conſcendit, & in duas primùm diſſectus propagines, unam dextrorſum, alteram ſiniſtrorſum in iecur porrigit. Hæ propagines ſingulæ in ipſo iecore rurſus in [o] alios ſurculos, & hi in alios rurſus tantiſper digeruntur, donec innumeram ramorum conſtituant ſeriem, per iecoris corpus inter portæ uenæ ramos & cauæ propagines diffuſam. Atque hi ſurculi, ij ſunt, quorum ope bilis in ueſiculam defertur. At [p] proceſſus, dicti nuper ueſiculæ meatus, qui deorſum porrigitur, inferiori membrana omenti ſuffultus, parumper obliquè deorſum properat, ac duodeno inteſtino non procul à ieiuni principio [q] implantatur. Hic proceſſus depulſam ex ueſicula bilem in inteſtina defert, interim nihil ab illis neque cremoris, neque flatus, neque ipſius denique quam deduxit bilis regurgitantis, quippiam admittens. Quod non ſolùm tortuoſi in inteſtinum ingreſſus, ſed & duarum membranularum beneficio fit, quæ utrinque ad orificij latus laxè propendent, influentis bilis ponderi facilè cedentes, & ne quid in meatum regurgitare poſſit, iter præpedientes, quòd ſcilicet collectæ ac primùm meatus os ſubeuntes id occludant. Non autem una aliqua eſt membrana ori huic præfecta, uti unus in follibus aſſer, aut ſimplex in pilis quas inflamus lingula uiſitur. Præſentis meatus in inteſtina implantatio [r] longiùs à uentriculi orificio inferiori, quàm Anatomicorũ uulgus exiſtimat, remouetur. An uerò is inteſtino inſertus ſimplex omnino ſit, aut in progreſſu bipartitò ſcindatur, ita ut una parte inteſtina, altera uentriculi fundum adeat: hoc loco me dicturum animaduertis opinor, cùm hac de re in ſcholis indies & in libris medicorum pleniſſimè contendatur. alijs affirmantibus, hunc bilis ueſiculæ meatum inteſtinis, frequentiùs tamen interdum uentriculi fundo inſeri: alijs aſſerentibus, eum quandoq; bipartiri, atque altera portione in uentriculum, altera in

*Bilis ueſiculæ ſitus.*

*Formæ.*

*Subſtantiæ.*

*Venæ arteriæ & nerui.*

*Meatus excipiendæ & emittendæ bili parati.*

*Bilis ueſiculæ meatus duodeno inſertus an propaginem uentriculo offerat.*

[a] 46 fig. P.

[b] 20 ſi. ab 1.

[c] 13 ſi g. et figu. cap. 5 lib. 3 C.

[h] 18 fig. ca. 14 libri 7 n, r.

[i] 13 ſi. ab e. ſi. ca. 11 lib. 3 ſ.

[k] 13 ſi. ab f. & 2 fig. ca. 2 li. 4 ab *

[l] 13 ſi. b. [m] 13 ſi. a. [n] 13 fig. c.

[o] 13 ſi. a di. ſcinditur in X, X inter Z & Y.

[p] 13 ſi. c.

[q] 13 ſi. d.

[r] 13 ſi. Q. di. ſtat ab H.

intestina tendere, alijs uerò semper hunc bifurcantibus, ac perpetuò alterum ramorum, nunc tamen ampliorem, nunc angustiorem in uentriculum distribuentibus. Interea omnes quotquot sunt autoritatum congerie tantùm, nõ rerum ipsarum inspectione, sese tuẽtur. Equidem ut semel dicam, quid hîc mihi inter secandum contingere soleat, uerè affirmare possum, quod in uniuerso corpore neq; molestior, neq; difficilior mihiq; grauior sectio sit, quàm dum inferior omenti membrana, & caua iecoris regio, organaq; contermina nobis sunt aggrediẽda, maximè uerò in homine, aut animali quopiam præpingui. adeò sanè ut quemuis artificem, licet industrium, facile hîc hallucinari existimem. Atq; hoc ideo dico, quòd certi nihil, sed id duntaxat quod mihi uidetur asserere statuerim. Nullam igitur uel minimam bilis uesiculæ meatus portionem in uentriculum porrigi animaduerti, præterquam in uno pontificis tríremium remige. Hic enim, ut alijs quibusdam organis, & præcipuè circa thoracis costas & musculos, ab aliorum hominum fabrica uariabat: ita & meatum hunc in duas dissectum propagines obtinuit, quarum minor gracilior úe uentriculi fundo, [s] quà primùm uena dextram inferioris ipsius sedis regionem ambiens, uentriculo committitur, inserebatur. Is quidem calidi siccíq; temperamenti fuisse uidebatur: ut autem rescíscerem num uomitu bilioso, quem huiusmodi hominibus frequentem Galenus esse testatur, uexari consueuisset, ab eius familiaribus diligentissimè quæsiui, ecquid eiusmodi in illo obseruassent. Asserebant itaq;, se nunquam illũ uomentem, aut in maximis etiam procellis nauseabundũ uidisse: uerùm ut erat robustissimus, ab omnibus eum prædicari affirmabant, quod longissimo spiritu subinde cornu inflaret, omnesq; commilitones graui uoce, & uno spiritu recensendis numeris longè superaret. Verùm non semper meatus huius de quo in præsenti agimus, portionem in uentriculum deduci, hinc mihi abunde persuadeo, quod inter dissecandum, hoc à conterminis uasis membranisq; libera to, nullum foramen appareat, ex quo ad uentriculum propago eius meatus deducatur. quòd sese offerret, si modò uel minima quæpiam propago à præcipuo meatu diducta, per incuriam præscinderetur. Nam si uel acu meatum pertundas, ac bilis uesiculam digitis comprimas, bilis ex meatu defluit, quę citius ex propaginis eius (si quam Natura condidisse) orificio promanaret. Adstipulatur itidem ratio. nam si diligenter expenderis, eum meatum bilem intestinis offerentem non in quamcunq; siue uentriculi, siue intestinorum sedem decenter inseri potuisse, sed in quã & meatus ipse tutò implantandus, uentriculoq; & intestinis minus incõmodaturus biliosum istud recrementũ expurgare posset, nõ debuisse ad uentriculum ne meatulum quidem inseri, uel citra sectionem fatebere. Tutò enim ducuntur, quæ neque procul, neque alijs organis inconcomitata procedunt: quod huic meatui usu uenit, qui nulla succinctiori uia, aut in uentriculum, aut in aliam intestinorum partem inseri potuit, quàm ea qua nunc implantatur, & interim tutò portæ uenæ caudice & inferiori membrana omenti deorsum modicè prorepens suffulcitur. Quòd si uentriculo inserendus fuisset, non adeò commodè atque nunc omenti mẽbranis sustineretur, & obliquos anfractus faciens etiam longiùs abduceretur. Eodem modo, si bilioſam hanc superfluitatem oblongo meatu ad sedem usque, ut in intestina primùm illic defluens, unà cum fæcibus excerneretur, Natura perduxisset, periculum erat ne tenuis meatus quauis occasione ocyus rumperetur. Quòd autem materia hæc nutritioni inepta, duodeno intestino aptissima, non itidem uentriculi fundo innoxiè immitti potuerit, primùm ex bilis natura, dein ex uentriculi & intestinorum muneribus, postremùm pituitæ, quæ in utriſque necessariò in illorum obeundis functionibus asseruatur, examine, & è curatione quam huic exuberanti pituitæ adhibemus, discere licebit. Nam bilis flauæ naturam tenuem fluxilémque, & dein incidentem detergentem'que ac expurgantem dum abundat nimium curationem adhiberi, medicorum præcipuis concessum est. Deinde cibum quousque concoctus sit retinendum, ocyssimè uerò cremorem confectum per gracilia intestina deducendum, nemo ambigit. Ventriculo itaque pituitæ istius incidendæ expurgandæ'que gratia bilem deferens meatus utilis fuisset: uerùm quia ui retentrice uentriculo utendum maximè fuit, summo malo Natura nonnihil boni nequaquam prætulit. Nam si uentriculo bilis influeret, tum ille (uti Galenus rectè affirmat) huius mordacitate perpetuò ad excernendum iritaretur: neque tantisper dum cibus probè confectus esset, retentrice sua facultate fungeretur: & bilem illam respuens, eius'que occasione nauseabundus, quod sibi offerretur, minus quàm decet, ambiret amplecteretur'q;. At quo minus in intestina bilis influeret, nihil omnino obstitit. Hæc namque pituitam, quæ in gracilibus illis ductibus ex intestinorum mune re coaceruatur plurima, incîdit, detergit, atq; expurgat. deinde intestina iritãs & mordẽs, ad fæces excernẽdas inuitat, & stimulat, & ipsa quoq; unà cũ excremẽtis nullã (quũ lege Naturę omnia in homine dispensantur) noxam, sed uti liquet summũ usum præstãs, è corpore tandem propel-

*Ex bilis uesiculæ meatum in uẽtriculum non semper pertinere.*

*Vbi bilem expurgare conduxerit.*

*Bilis in intestina fluxus utilitas.*

[s] circa cet K figu. 14 & 15.



propellitur. Meritò igitur intestinis, non autem uentriculo, meatus ille bilem deferens implantatur, neque obiter cuiuis intestinorum sedi, sed ferè duodeni termino, quòd id primum intestinorum sit, quodq; in eo bilis citius suum quem intestinis præstat usum conferat. Duodeni autem terminus tantum à uentriculo remouetur, ut rariùs bilem in uentriculum ex intestinis sursum conscendere contingat. Quanquam & id bilioſis naturis familiare sit, quoties his ieiunus uenter paulo diutius (ut ipse quoq; nonnunquam experior) torquetur. At homines qui bilis uesicula carerent, quos Aristoteles enarrat, et post hunc cum alijs permultis Plinius, hos uita firmissimos esse affirmans, hactenus nondum comperi. Quanquam facile fieri posse arbitrer, ut ex iecore ad intestina meatus aliquis bilem deferat, ita ut ea in uesiculam quampiam prius non colligatur. Et haud mediocriter inter dissecandum mirari solitus sum, quamobrem bilis recto ductu ex iecore in intestina non pellatur. non ignarus interim subtilis eius Anatomicorum commenti, qui bilem in suam uesiculam asseruari docent, ut iecur à putredine uindicet: non expendentes quàm innumeros bilis folículos & cerebro, & lieni, & pulmonibus, et plerisque alijs corporis partibus, ne ipsæ quoque putredinem contraherent, Naturam adhibere oportuisset.

## DE LIENE. CAPVT IX.

*LIEN potissimum quatuor tabellis decimæ figuræ exprimitur. earum namq; prima lienis cauum cum omenti portione illi connata exprimit, secunda cauum omento liberum, tertia lienis gibbum, quarta eiusdem substantiã utcunq; proponit. Quanquam etiã lien in corpore adhuc seruatus, in secũda figura ad characterẽ d, & in sexta ad G, & in uigesima ad O, O, P occurrat.*

*a* 6 *si.* G. 20 *si.* O, O, P.



*Lienis situs.*

*b* 7 *muscul. tab.* 2. *c spectã figuram* 19.

IENEM ad sinistram uentriculi sedem secundùm inferiora magis ac posteriora[a] locatum, iam antea recensuimus. Non enim is, ut medicorum turba arbitratur, sanis alioquin hominibus extra costas, quasi ad abdominis medium anteriora'q; non adamussim costis, ceu tutissimis uallis septus, prominet, neq; etiam tactu admodum depræhẽdi potest: quamuis medici illũ an mollis, aut durus sit, in omnibus sese eque contingere persuasum habeãt. Innititur itaq; lien sinistræ parti[b] septi transuersi, medius ferè inter sinistram uertebrarum corporum sedem, & spuriarum costarum cartilagines.[c] Formam adipiscitur sedi suæ proportione respondentem, ac iecoris modo à uicinis partibus sibi impressam. Quà enim septum contingit, ut id leuiter inibi cauum est, ita etiam lien leuiter gibbus cernitur. Quà uentriculus lieni quodammodo innititur, ut amplus ille & instar grandioris globi hîc extuberat, sic quoq; lien humanus modicè ac in superficie duntaxat, cauus occurrit. Nam porcis canibus ac bubus, quum longior, sed arctior lien obtigerit, ac uentriculi gibbo longiori interuallo in ijs obtendatur, magis quoq; cauus magisq; quartæ circuli partis modo uentriculum complectitur. Homo quidem crassum & magnum & latum, sed breuiorem quàm illius generis animalia lienem exigit, non tamen exactè, ut quispiam forte à spleniorum forma monitus arbitraretur, quadratum. Longitudo namq; latitudinem ipsius impense superat, deinde superior pars inferiori paulo elatior uisitur, ut linguæ ad incisorios dentes tantùm

*Formæ.*

*d* 19 *fig.* E. *e* 19 *fig.* D.

protensæ imagini proximè accedat, unde etiam lien linguosum uiscus appellatur.[d] Humilior enim ipsius pars ad corporis anteriora magis protẽsa, in obtusum desinit angulum:[e] superior autem in obtusiorem adhuc angulum adeò comprimitur, ut hęc pars utrinq; unum obtusum exprimat angulum. Sinistrum latus leuiter gibbum est, dextrum uerò duabus quodammodo leuibus impressionibus modicè simum. Porrò lienis non mediocris, & omni ex parte propemodum æqualis crassities, ab ipsius latitudine ac multo adhuc magis à longitudine uincitur,

*f* 19 *figura* H, H

Lienis cauũ profundiori[f] linea secundùm eius longitudinem ducta abundat, quæ rectà quidem ducitur, & inæqualiter extuberans, sinuataq;, lienis uasa (ut mox audies) admittit. At reliqua ipsius superficies nõ ita ut iecoris, aut renũ, leuis est, sed obscuris quibusdam et leuiter prominentibus tuberibus, ad eam ferè formã qua elephantiasi morbo insigniter laborãtium cutis inæqualiter extumescere cõsueuit. Neq; illi solùm inæquali cutis superficiei respondet lien, uerùm etiã colorem quoq; illius affatim exprimit. Parisijs enim in diui Lazari monasterio, & in plerisq; superioris Germaniæ agris, & alibi quoq; elephantiasi morbo affectos uidi, nigricantẽ lienis humani colorẽ superficiemq; exactè referentes, nõ secus quàm si quis ex liene eos confinxisset. In homine nãq; hoc uiscus atro quodam & perquàm obscuro colore nigricat, in cane autem splendidius plerunq; ipso iecore rubet. Sues albicantem magis lienem exigunt. Neque

*Lienis superficies ac color.*

uerò in externa tantum ſuperficie, uerùm etiam intus, ſiue coctum ſiue crudum lienem ſecueris, hic color ſeſe offert.

*Hominis uiſcera ad ipſorum fabricam diſcendā haud inutiliter coqui.*

Neq; inutiliter hominis uiſcera in aqua nonnunquam elixantur, aut ſaltem ut magis cōcreſcat ſanguis, in calidam ſubmerguntur. Solet enim fluxilis adhuc ſanguis in iecore, & liene, & pulmonibus etiam, quo minus aptè ſpectari ſingula queant, impedimento eſſe. Potiſſimum autem in liene tentandum hoc duxi, quòd de ipſius uſu uehementer ambigerem, uenasq; & arterias longè aliter quàm in iecore, pulmonibus & renibus diſperſas intuerer.

*Vaſorum per lienis corpus ſeries.*

etenim lienis ſubſtantia craſſo nigroq; admodum, ſed ſolidioris ſpongiæ, aut leuioris pumicis modo, raro concretoq; ſanguine conſtare mihi uidetur, frequentibus fibris filamentisq; non inſigniter ualidis duntaxat implicita. Per huius enim corpus, & ſi per multas uenas & arterias inſeri certo cognoſcamus, nullę tamen quemadmodum in iecoris & pulmonum corpore, per ſubſtantiam ipſius diſperſæ animaduertuntur, niſi perquàm rarę, eædemq; admodum graciles, non aliter quàm ſi ſimulatque lienis ſinum uaſa ingrediuntur, in innumeram [g] ramorum ſobolem diffunderentur, adeò tenuium, ut cauitate carentes fibræ potius quàm uaſa nūcupandi eſſent.

*Lienis ſubſtantia.*

Hiſce ramis ſeu fibris undecunque implexis, fæculentus craſſusq; admodum ſanguis obducitur, quem Eraſiſtratus, ut opinor (quod uaſis circumfundatur) παρέγχυμα, quemadmodum & in iecore, appellat. Neq; profectò tenuis ſanguis quo lienem enutriri damus, raritatis ſubſtantiæ lienis ſola cauſa eſſe uidetur, ſed innumerus ille fibrarum (uix auſim enim arteriarum dicere, et uenarum) implexus. Talis mihi lienis in ſanis hominibus apparuit ſubſtantia. In quodam laborante elephantiaſi, quæ nondum penitius radices egerat, turgidiorem maioremq; lienem reperimus: in reliquis autem, ſano ſimilem. In ciue Patauino, qui annis tribus carcere detentus, tandem nigro arquato defunctus, ſectioni publicæ adhibitus fuit, lienem præter cætera minus craſſum latumq; & exiguum omnino reperimus, & gibba eius parte adipem adnatum, inſtar candidiſſimi duriſſimiq; lapidis concretum. Subſtantia uiſceris huic erat arida, et impenſe dura. Qui Montiſſelis ſuſpenſus, ad publicam ſectionem Patauium aduectus fuit, adeò grandem oſtendebat lienem, ut modicè admodum iecoris moli cederet, & anteriori iecoris parti adnatus, anteriori quoque uentriculi ſedi exporrigeretur. Lienis eius ſubſtantia, ſanorum uiſceris ſubſtantiæ penitus reſpondebat. Adoleſcens hic fuerat candidiſſima & glabra cute, minimeq; natura melancholicus. adeò enim ob Diogenicos mores plebi gratus extiterat, ut ter laqueum euaſerit. Nam primùm Venetijs loris cæſus, Patauium uenit, ubi dextro oculo & manu itidē dextra mulctatus, Montiſſelis iterum apprehēſus (nam è carceribus illic ſemel eruperat) extremū ſuæ tragœdiæ actum egit, & morū potiſſimum occaſione à ſtudioſis ſectioni fuit adhibitus. Galli ſacerdotis Bononiæ in xenodochio aqua ſubter cutem mortui, lienem albidum, ſed exiguum adinueni. Hæc idcirco recenſeo, ut huius uiſceris ſubſtantia & uſus (ſi modò de eo quem Galenus ipſi tribuit, dubitare fas ſit) à ſtudioſis ſedulò indagaretur.

*Vnde lienis uenæ, arteriæ & nerui ducantur.*

Porrò [h] uenæ, arteriæq; & nerui lienis in hunc habent modum. [i] Minor ſeu ſiniſter uenæ portæ truncus, inferiori membrana omenti ſuffultus, tranſuerſim ad lienem tendit, poſteriori primum uentriculi ſedi, eiusq; elatiori orificio & humiliori membranæ omenti, adeoq; ipſi colo, quà uentriculo exporrigitur, ramos offerēs: quos ubi deprompſit, reliqua ipſius portio in duos primùm ramos, deinde hi rurſus in alios diſſeminantur, ut tandem multiplici ſerie per humiliorem omenti membranam medio cauæ lienis ſedi ſecundùm rectam lineam illi implantentur. Porrò priuſquam hi rami in lienis ſubſtantiam deperdantur, ab inſigniori ramo uiſceris humiliora petente [k] uena pronaſcitur, ſiniſtram fundi uentriculi ſedem amplectēs. ab alijs uerò lienem adeuntibus ramis modò [l] tres, modo etiam plures rami enaſcuntur, in ſiniſtrum uentriculi latus, uti ſæpe prius relatum eſt, excurrentes, nequaquam autem ad ſuperius uſq; uentriculi orificium conſcendentes. Quemadmodum uerò lienem accedentes uenæ inferiore omenti membrana ſuffulciuntur, ſic quoque ab illis uentriculum petentes ſuperiori membrana omenti [m] ſuſtinentur, cuius ut & uaſorum interuentu lien uentriculo connaſcitur. [n] Arteriæ itidem frequenti ſerie lieni implicitæ, ortum ab illa ducunt arteria, quæ à magna arteria ſupra renum regionem pronata, inferiori membranæ omenti innaſcitur, ac ſiniſtrorſum lieni potiſſimum offertur, pari prorſus ſerie cum uenis in lienem pertinentibus. [o] Nerui lienis à ſexto neruorum cerebri paris ſobole pendent, quæ ſiniſtri lateris coſtarum exporrigitur radicibus, & ſurculum humiliori membranæ omenti mittit in lienis potius tunicā, quàm ſubſtantiam ſpargendum.

*Lienis tunica.*

Lien enim non minus quàm iecur tenui quadam & ſimplici obducitur tunica, ab omenti [p] membranis, quæ lienis rectæ lineæ innaſcuntur, orta.

*Ipſius nexus.*

Hæ namque membranæ lienis cauo inſertæ, in ipſius degenerant tunicam. Et quia à peritonæo originem ducunt, earundem beneficio interuentuq; peritonæū ipſum lieni tunicam offerre meritò dicimus. Sed præter lienis ad dorſum & ad uentriculum omenti auxilio nexum, à peritonæo quà

g fig. ca. 5 li. 3 d, d, d.

h Oſtendit harum ſeriem 4 fig. ut & 3, ac inſuper 1 tab. fig. 19.

i fi. 1 ca. 5 li. 3 F. diffundens primū K, L, M, N, S, diuiditur in T, T.

k fi. cap. 5 li. 3 Z.

l fi. ca. 5 li. 3 X, X, Y. et 15 fig. 8, 8.

m Oſtendit id 3 fig. et 1 tab. fig. 19.

n fi. cap. 12 lib. 3 d, d.

o 2 fi. cap. 2 li. 4 x.

p 19 fi. B, B, C, C.



quà ſeptum ſuccingit, tenues interdum fibræ impari numero lienis gibbo adnectuntur, ipſi quoque ſepto lienem ita colligantes. Verùm ut in hominibus huiuſmodi fibræ quandoq; non reperiuntur, ita in canibus nunquam. Eſt etiam aliquando cernere, lienis gibbum exteriori renis ſiniſtri inuolucro, quod multa abundat adipe, fibrarum quarundam medio firmari, potiſſimùm ſi ren lieni (ut non infrequenter fit) magna ex parte [q] ſubſternatur. Atque hæc eſt lienis ſitus, formæ, & partium enumeratio.

*Lienis uſus ac functio.*

Quàm iuſtè uerò corporis noſtri architectus illa diſpenſauerit, ſingulorum edocebit uſus, & functio: de qua non medicorum modò proceres, uerùm & philoſophorum pręcipui diſſenſerunt. Eraſiſtratus uulgi opinione (quod curſoribus lienem eximi ſtultè credit) perſuaſus, lienem fruſtra factum eſſe quodammodo atteſtatur, dum ait, Naturam timentem necubi artis ſuæ obliuiſceretur, quum fœtui uix dum cōcepto iecur in dextris conformaret, in ſiniſtro quoque latere aliquid molitam eſſe, & conſiſtentem in eo ſplenem iecori oppoſuiſſe: perinde ac ſi ipſa uentriculo paululum in ſiniſtram producto, creationem ſuperuacuam uitare non ualuiſſet. Ariſtoteles communem uſum, quem omnibus tribuit uiſceribus, lieni quoque primùm aſſcribit, uidelicet quo uenæ, utpote penſiles, ſuſtineri, & copia uiſcerum ſtabiliri ad corpus poſſint: Quaſi enim (inquit) anchoræ partibus appenſæ, uiſcera ad corpus iaciuntur. Deinde iecoris lienisq; uſum priuatim docēs, ſubiungit: Iecur & lienem ad ciborum concoctionem auxiliari, & lienem uapores uagantes diuertere, & ex uentriculo attrahere, eosq; poſſe concoquere, ut qui ſanguineus ſit. atque ut ſemel dicam, Ariſtoteles lienem adulterati iecoris loco recenſet. Eodem modo autor libri de Reſpirationis uſu, quem Galeno falſò tribuunt, præter alia quædam de uenis, quæ gibbo lienis inſeri arbitratur, nugamenta, lienem ex uentriculo & inteſtinis confectum cremorem per uenas uentriculi & inteſtinorum aſſumere, ac ſanguificationis organum eſſe contendit. Huius ſententiæ nonnulli etiam medicorum ſubſcribunt, lienem iecore malè affecto nomine iecoris ſanguinem elaborare affirmātes. At qui cæteris diſſectionis profeſſoribus probabilior eſſe uidetur lienis uſus, in hoc illum à Natura fabricatum eſſe docet, ut luto ſi fæculentiq; in iecore confecti ſanguinis ſit receptaculum: & quemadmodum tenuiori leuioriq; recremento bilis ueſicula reficitur, ita lienem craſſiori & grauiori ſuſcipiendo extructū eſſe, quod lien ad ſe per portæ uenæ truncū, multiplici ſobole eum adeuntem, tanquam familiare ſibi alliciat exugatq;: attractum autem conficiat, elaboret, ac ſuæ nutritioni aptum reddat, ſanguinē illum, & ſi craſſus fæculentusq; ſit, rarum ſpongioſumq; efficiens. Ad quod præcipuè opitulantur frequentes in lienē inſertæ arteriæ, ſuo calore ad exactam ſanguinis illius elaborationem ſtrenuè auxiliantes. Sed quòd primarius præcipuusq; huius actionis autor, lienis ſit caro, etiam ſi nō dicatur, manifeſtum eſſe neutiquam ambigo. Atq; ita etiam omnibus conceſſum eſt, lienem non uniuerſum ſanguinem quem à iecore admittit, ſuaq; inſita ui allicit, conficere, ac in ſui nutrimentum reponere: uerùm quicquid nutritioni ineptum continet, ſuæq; ſubſtantiæ adaptari nequit, in uentriculum magni cuiuſdam uſus gratia reuomi.

*Quid lien in uentriculum eructet, & quo meatu.*

Primùm enim omnes affirmant, ſuccum melancholicum à liene in uentriculum eructari, alij quidem per uenam à liene in uentriculum pertinentem, alij per proprium quendam meatum, atq; inde à uentriculo in inteſtina, & hinc unà cum fæcibus è corpore expurgari. Porrò uenā illam, aut ut alijs arridet, meatum nonnulli ſimpliciter in uentriculum à liene duci ſcribunt: alij inſertionis locum intrepidè exprimentes, illum in ſuperius uentriculi orificium implantari adijciunt. Par etiam in eius excrementi uſu aſſignando, inter diſſectionis proceres occurrit diſſenſio. nam alij perquàm utile & amicum uentriculi functionibus hoc eſſe, ſicut bilem flauam inimicum & hoſtem pernicioſiſſimum aſtruunt. ſed alij quidem contenti ſunt, ſi doceant, atram hanc bilem ſua ſaporis qualitate, quam acerbam & acidam eſſe fatentur, omnes uentriculi functiones, quæ in amplexu quodam conſiſtunt, aſtringendo & colligendo corroborare, ac proinde ne inconfectus à uentriculo cibus elabatur, prohibere. Alij autem huic tantum uſui non acquieſcentes, iam dictis utilitatibus addunt, uim uētriculi appetitricem hoc excremento adeò incitari, ut eius pręcipuè uſus gratia uenam aut porū à liene in ſuperius uentriculi orificiū inſeri ſtatuant: imaginatione ſolùm, non ſectionibus ita edocti. Ego ſanè de hoc recrementi lienis in uentriculum eructatione, & eius uſu nihil affirmare audeo: neque etiam ſectio iſta luculenter, quæ tamen citra ullam controuerſiam Anatomes profeſſores audaciſſimè aſſerunt, mihi commonſtrat. Primum enim nullum meatū illi quo bilis in inteſtina repurgatur, ſimilem eſſe haud ambigo: uenæ autem quæ ſiniſtro uentriculi lateri implantātur, non à lienis [r] prodeunt corpore, ſed ab illis quæ iam lieni inſeruntur. Neque alia penitus harum uenarum per uentriculum ſeries uiſitur, quàm reliquarum omnium corpus uentriculi petentium. dein nulla hîc prorſus eſt uena, coniuge carens arteria. Poſtremò, ſi quid in uentriculum à liene defertur, id potius uentriculi fundum petit, quàm ſuperius illius orificium. [s] Vena namque ſiniſtram fundi uentriculi ſedem

q 20 fig. V ſubijcitur O, P, O.

r Videre id eſt in figu. ca. 5. li. 3. & 3 fi. et 1 ta. fig. 19.

s fi. ca. 5 lib. 3 Z.

dem perreptans, atq; ab ijs quæ humiliori lienis sedi inseruntur, principium ducens, omnium uenarum uentriculo ab illis quæ lieni exporriguntur oblatarū, facilè maxima occurrit. Quanquam neque hæc uena, uti nec alia, prorsus sinistrum uentriculi adiens latus, ullo alio turgeat sanguine, quàm reliquæ uentriculū implicātes uenę. At hac de re paulo prolixius in ea Epistola egi, quæ in laterali morbo nihil interesse docet, dextri ne an sinistri cubiti uenā seces: aut si quid interfit, dextram cubiti uenam potius quàm sinistram aperiendam. Cæterùm lienem suo calore innato, ac frequentibus qui illum intertexunt arterijs, uentriculi concoctionem fouere, iam antea proditum est. Quod autem uulgo lienem risus authorem esse dicimus, hinc fortassis sumptū esse conijcio, quod crassum, fæculentū, & lutosum sanguinem ad se lien alliciens, reliquum sanguinem agiliorem, ac ut ita dicam, hilariorem reddere, omnibus creditum est. Porrò lienis beneficio cor refrigerari (quod Arabum præcipuis affirmatur) non autumo: neque enim is cor contingit, & si quod illi innatum esset frigus, lienis arteriæ id ad cor haud deducerent.

## DE RENIBVS. CAPVT X.

*RENES pingui ipsorum membrana indutos, ac characteribus T, V insignitos, uigesima commonstrat figura. uigesima autem secunda, & uigesima tertia, ac uigesima quinta figuræ, eosdem ea membrana liberos proponunt. Vigesima uerò prima renem tribus tabulis dissectum continet, ipsius harmoniam concinne spectandam offerens.*

ORGANA bili flauæ & fæculento lutoso; sanguini expurgando sacrata, sermo præcedens iam pertractauit. Hic uerò illis dedicabitur, quæ sanguinem in cauam uenam ex iecore missum serosa aquea; humiditate colant, quam cremoris ex intestinis in uenæ portæ surculos sumendi, & elaborati sanguinis ex iecoris cauo in gibbum eiusdem ducēdi, uehiculum, ex Diui Hippocratis sentētia esse dicebamus. Hunc enim humorem postquam proprium opus expleuit, neq; sanguis per plures atque ita angustos meatus ducendus est, non decet amplius in corpore omnem asseruari, uenis alienum onus futurū.

*Renū numerus & situs.*

Huius igitur usus occasione [a] renes, quòd id recrementum & bilem ipsam & fæculentum sanguinem copia superet, bini sunt facti, situm, formam, totam; constructionem huic muneri conuenientem obtinentes. Quò ocyus enim humorem serosum, quem urinā & lotium uocamus, sanguini adimant, quàm fieri potuit proximè ambo iecori allocantur. Dexter enim [b] superiori sua parte humillimam iecoris portionem [c] contingit, in canibus sinum quoque in iecore sibi, ut altius collocaretur insculptum, appositè conscendens. Sinister uerò adeò altam sedem occupat, [d] ut & lieni aliqua ex parte substernatur. Vterque uerò iuxta uertebrarum corporum latera, humiliori [e] septi sedi incumbit, qua id decimæ & undecimæ & duodecimæ costis obducitur, ea potissimùm parte, qùa costæ in posteriora impensius obliquantur. Is enim costarum in posteriora flexus, opportunam renibus sedem offerre uisitur, ut & tutò uallentur, & ne in anteriora uel minimum prominentes, cæterorum nutritionis organorum sedem occupent. Quæ nisi respexisset Natura, unum semper, eundemq; maximum (ut interdum in habentibus uentrem impense prominulum, & uitiatum costarum ductum, moliri Naturam uidimus) [f] super uenæ cauæ & arteriæ magnæ corpora renem collocasset, breuiori succinctiorique compendio serosum sanguinem attracturum. Non enim renes, ut alijs scribitur Anatomicis, lumborum [g] musculis, qui dorsi & femoris famulantur motibus, prorsus insternuntur, & etiam non multo humilius quàm costæ sunt, uel [h] infima sui parte uersus ilia descendunt, etiam si alter altero semper sit elatior, neque ad amussim è directo mutuò opponantur. Quum enim lien demissiùs quàm iecur descendat, uterque autem ren uenæ cauæ, quà sub iecoris corpore ducitur, uicinus esse contendat, meritò dextrum sinistro elatiorem esse plerunque cernimus. quippe non rarò etiam sinister dextro elatior obseruatur, in ijs præcipuè quibus lien minor & iecur maius obtigit: perinde ac si id dextrum renem deorsum deprimeret, ille autem sinistrum altius ascendere, sibiq; subijci sineret. Porrò contrarium hunc situm renibus non tam loci, quo aptè locari possent, occasione, quàm ne è directo utrique serosum sanguinem attrahant, ac alter in contrarium reuellens alterius munus prohibeat, accidisse constat. Neque etiam in renum situ Galeni ratio probāda est, qua dextrū sinistro editiorē esse docet, ut secundū rectitudinē magis trahat, quū ea quæ dextro uenæ lateri ascribit, nō magis illi quàm sinistro lateri propria sint. Nemo enim sanæ mentis ex iecore in uenæ cauæ latus dextrū plures uenas quàm in sinistrū pertinere fatebitur, si ad amussim eius uenæ secundū iecoris posteriora ductū contemplatus fuerit. Cæterùm utcunq;

*Lib. 5. de Vsu part.*

*a* 20 fig. T, V. 25 Y, Z.

*b* 21 figura cha. 3.

*c* 25 figu. Y uicinum est L, aut 22 fi. o ad c.

*d* 20 fig. V sub O, O.

*e* 7 muscul. tab. 2.

*f* super P, Q. 25 fig.

*g* 7 muscul. tab. 1, 2.

*h* 23 fi. cha. 4.



*i* 23 figura à cha. 3 ad 4.
*k* 23 figura cha. 1.
*l* 23 figura cha. 2.
*m* 23 figura cha. 5.
*n* 23 fi. cha. 6, 7, 8. qui characteres singuli aliquid priuatim indicāt.
*o* 22 fi. g, h. *p* 20 fi. a, b. & 22, 23 fi. m, n.
*q* 23 fi. cha. 7, 8.
*r* 20 figu. e. *s* 20 figu. Y ad T.
*t* Hìc ne in notando nimius sim, seorsum species tabulas 21 fig.

utcunque renes situ inter se discrepent, neuter tamen alterius altitudinem, quanta media est illorum longitudo, superat unquam. Sunt enim humani [i] renes oblongi, & minus lati, omni que ex parte æqualiter crassi. [k] Anteriùs nanque & [l] posteriùs comprimuntur renes, & in [m] latere exteriori ad amussim orbiculares & gibbi: [n] in interiori autē, quod exteriori breuius est, partim gibbi, partim caui. In media enim interioris lateris sede sinū profundius sibi impressum exigūt, superius inferius que uelut in acutū angulum desinentem, in medio autem extuberantē. Superiori parte paulo quàm inferiori latiores sunt renes, & parū admodum exteriùs quàm interiùs crassiores. Magnitudine ea donantur, qua probè quantum sanguini ex usu est, seroso humore illum emundant. Superficiem iecoris gibbo similiter impense leuem & lubricam sortiuntur, ut & colorem intense rubrum & resplendentem. Substantia nanque constant carnea, densa, admodumq; solida & dura, parumq; à cordis substantia uariante, præterquam quod nullis omnino fibris intertexitur. Renum enim substantia fibrarum, ut & iecoris pulmonumq; substantia, expers est: uasorum per ipsam diffusorum fibris ad attractionem, retentionem & expulsionem famulantibus. Quum enim sanguinis serum renes excolare oporteret, neq; commodè uenæ cauæ magnæq; arteriæ [o] corporibus, uti iecur, ad uenam cauam adnasci potuerint, [p] insignis rami à uena ac arteria in ipsos deducti sunt. Ac à caua quidem duo grādes rami, utrinq; nimirum singuli, ad singulos renes enascuntur, qui non è directo inuicem prodeunt, sed pro renum situ, origine uariant, dexterq; ramus elatius sinistro principium possidet, si quidem ren dexter altius collocetur. si uerò sinister superiorem dextro sedem sibi uendicet, sinister quoq; ramus elatius dextro à caua pronascitur. Ac par sanè arteriarum est ratio, quæ sub uenis protensæ unà cum illis transuersim ad renum [q] sinus, quos in interno ipsorum latere gerunt, perferuntur. Quum primum in hominibus ad illum alterius renis sinum uena ac arteria peruenerint, in duos ramos priusquam renem subeant, ambæ diuiduntur, unum ramum superiori eius sinus angulo, alterum inferiori offerentes. In ipso autem uasorum ad renes progressu, admodum rarò à se ramulos arteriæ diffundunt, sed totæ in renes absumuntur. quum interim à sinistri renis uena, [r] seminalis uena sinistrum petens testem depromatur: ab ea autem quæ dextrum renem adit [s] ramus in pinguem membranea; renis tunicam numerosa sobole spargitur: quod & sinistra uena interdum imitatur, dum ren sinister elatiorem dextro sedem occupat. Cuiusmodi uerò sit hæc pinguis renum tunica, paulo pòst exequar: [t] nunc enim uasorum ductus, ac per renis corpus distributionem unà cum renis sinibus, & meatuum urinam è renibus in uesicam deducentium ortu, propter continuum de uasis sermonem perscribere aggrediar, atq; utinam ita hæc tibi ob oculos ponere, quemadmodum si præsens essem, leuiq; admodum opera in renis sectione commonstrare possem: maximè quum tot fabulæ de renum officijs, sinibus, membranis, & quæ in renibus distribuuntur uasis, antehac cæteris dissectionis professoribus effictæ sint. Galenus inquit simpliciter, uenas ac arterias per renis corpus distribui, & per spissam duramq; renum substantiam, retento sanguine, urinam cum bilis quæ sanguini adest portione transmitti, inq; urinarium meatum effluere. Nostrorum medicorum, & qui Galenum sequuti sunt omnium, hæc exprimere studentium, alij perperam oscitanterq; renis fabricam aggredientes, & quæ hæc uasorum sit distributio & situs non obseruantes, nescio quas colatorias membranas ementiuntur. Alij sectionem auersati, & in altis cathedris sedentes, sibiq; ipsis mirificè placentes Promethei, abundè suo munere se perfunctos esse arbitrantur, si discipulis imaginatione hominem cōfingant. Atq; hinc illud est, quod præcipuos nostræ ætatis medicos & docuisse & scripsisse scio, nobis triplicem, quo urina à sanguine in renibus discernitur modum excogitari posse: non addentes interim, quid in ipsa hominis sectione appareat, sed sibi sinus & ductus suo arbitratu effingunt. Adeò sanè ut nunc omnibus recepta probataq; sit opinio, duos in renibus esse sinus, secundū uisceris lōgitudinem sitos, elatiorē scilicet unum, demissiorē alterū, qui transuersa quadam membrana interdiuidantur, superior dico ab inferiori. In superiorem renis uenam arteriamq; finire, easq; serosum sanguinem in illum infundere,

*Renū forma.*

*Magnitudo.*

*Substantia.*

*Venæ ac arteriæ renibus oblatæ.*

*Renum in internis sedibus conformatio.*

*DVABVS præsentibus figuris medicorum de urinæ excolatione commentum exprimere conatus sum, ac superiori figura renem ab ipsius gibbo uersus sinum cauum ue dissectum finxi, inferiori autem renis duntaxat media spectatur portio. Cæterùm quid singulis indicetur, ipse characterum Index in hunc modum edocebit.*




*A Vena & arteria serosum sanguinem reni offerentes.*
*B, B Sinus, in quem medici uenam & arteriam nuper dictas serosum sanguinem profundere docent.*
*C, C Sinus, in quem urina ex iam dicto sinu colaretur.*
*D Renis substantia orbiculatim sinus hos amplectens.*
*E Meatum & nugacissimum renis colatorium, seu membrana cribri modo perua, & urinam ex sinu B indicato in sinum C insignitum unà cum bile promanare sinens.*
*F Vrinam è rene ad uesicam deferens meatus.*

fundere,deinde membranam ſinus intercipientem,tam arctis anguſtisq; foraminulis peruiam eſſe,ut & aqueum illud ac tenue recrementum & bilem quoq; tranſmittat,ſanguine interim propter ſui craſſitiem non penetrante. Addunt præterea illi humanæ fabricæ ſtupentes architecti, ut tanto ſcilicet elegantius Naturæ opus confingant, ex inferiori ſinu meatum urinarium explantari,illumq; urinam iam colatam excipere. Profectò ſagaciſſimus ille rerum Opifex tãtum munus uni membranulæ cribri modo perforatæ non tribuerit, neq; in renibus eandem extruxerit. Quin renum ſubſtantia facultate ſibi innata,ac propria ad iuſtitiã temperie,ex uenis ac arterijs per ipſius corpus deductis,ſeroſum illud recrementum excolat, ac in ſinum qui urinario meatu excipitur,diffundit. Quod incredibile artificium ut uideas,caninum renem utpote macilentum,& nulla, quemadmodum humanus eſt,pinguedine oppletum,ad manum tibi eſſe uelim,illumq; uti renis adminiſtrationem ad præſentis libri calcem ſubiungam,te primum aggredi. Poſt aliquot enim obitas ſectiones(dummodo prima non ſuffecerit) duos in renibus ſinus adinuenies,ſecus multo ac noſtri arbitrantur medici, à Natura formatos. [u] Vena enim & arteria in renis corpus ſubeuntes,in unum degenerant corpus,arteriarum tunicis duritia craſſitieq; reſpondens. Hoc cauum & uenæ arteriæ'ue modo per renis corpus diſtributum cernitur. Primum enim paulatim lateſcẽs, in duas quodammodo partes diducitur: quarum unam quidem anteriorem,alteram uerò poſteriorem(renum figuræ perpetuò memores) doctrinæ ſtudio uocabimus. Anterior una ſerie unoq; ductu, modò ſex, modò ſeptem, modò plures etiam,æquè craſſos producit ramos,in quos etiam anterior hæc membranei corporis pars finitur. Præſentes rami per anteriorem renis partem æqualiter à ſe inuicem ſecundùm renis formam abſcedentes,uerſus exterius renis latus properant,nõ quidem ad externam uſq; lateris eius ſuperficiem, ſed interius multo in renis corpore permanent. Hîc in aliquot propagines rurſus diſſecti,corporis membranei poſterioribus ramis,quos nunc proſequar, commiſcentur. Poſterior enim corporis eius pars eodem modo quo & anterior in ramos digeritur,ad externũ renis latus contendentes. Quum uerò hi eouſq; quo anteriores deuenerint,mutuò poſteriores rami cum anterioribus coëunt,ac ſinguli ſingulis,ac ſi unum idemq; corpus eſſent,uniuntur, mutuamq; cauitatem conſtituunt. Elegans iſte ramorum coitus inſtar ſemicirculi ad exterioris renum lateris formam perficitur. Porrò membraneum cauumq; iſtud cum ſuis ramis corpus non undecunq; renum adnatam habet ſubſtantiam. Corpori enim ipſi priuſquam in ramos digeratur, anterius poſteriuſq;, & ad internum ipſius latus,nõ autem ad externum,renis ſubſtãtia adnaſcitur. Ramis uerò anterioribus duntaxat anterius,poſterioribus uerò poſterius renis ſubſtantia adnaſcitur,quouſq; ad mutuum coitum rami ducantur. Hîc enim ubi in plures ramos ſinguli diuiduntur,ac anteriores cum poſterioribus coëunt,renis ſubſtantiam adnatam undiq; habent. quanquam inter ramos ipſos,quà nihil adnaſcitur ad renis interiora, uelut ſeptum quoddam procedit,ramis non connatum,& ab illa renis ſubſtantia prodiens,quæ ramis dum coëunt cõnaſcitur. Adeò ut hic inter anteriores poſterioreſq; corporis illius membranei ramos alter quidam renis ſinus exurgat,quodammodo bipartitus. Qua enim is exterius membranei corporis latus,ubi primum ramos germinat,reſpicit,unicus eſſe apparet: quum autem ſecundùm ſeptũ ex renis ſubſtantia pronatũ,uelut ad exteriora fertur,geminus conſpicitur. Vna enim eius pars inter ſeptum & ramos anteriores, altera inter idem ſeptum & poſteriores ramos porrigitur. Sinus hic inter diſſecandum ſubhumidus exanguiſq; omnino occurrit, corpus autem illud membraneum cum ſuis ramis omnibus,aut primus ſinus (ſi ita corpus id appellare uiſum ſit) ſanguine plenus ſemper inuenitur. Homines ut paſſim pinguetudine, quemadmodum & porci,ſcatent,ſecundum ſinum quoque adipe duriuſculo, & quaſi ſeroſo humore enutrito oppletum habent: qui non ſolùm humanorum renum ſpeculationem diſſecantibus obſcurauit, ſed quibuſdam accuratè ſectionem aggredientibus ita impoſuit,ut hunc adipem [x] urinarij meatus operculum quoddam eſſe,& urinæ in renibus excretioni ſeu colationi præfici,& quoddam uelut colatorium eſſe,ſcriptum reliquerint. Qui enim ſuis imaginationibus & ſomnijs non contenti,plenam operam unà cum ratione ſectioni quoq; impenderunt,ſi nihil aliud, ſaltem meatus urinarij [y] initium uiderunt, quod ſanè ex altero renis ſinu pendet, non quidem ex humiliori ipſius ſede, ſed ex interni lateris ſecundi iſtius ſinus medio. Incipit enim meatus ille ab externo latere membranei corporis,ubi primùm in ramos ſcinditur. deinde per eius corporis medium procedens,ex renum medio in internum renis latus uenæ cuiuſdam inſtar procidit.

*Renum munus.* Hæc mehercule demum renum conformatio eſt, quæ in membraneum illud corpus ipſiuſq; ramos ſeroſum ſanguinem renis ſubſtantiæ ui,& fibrarum eius corporis rectarum beneficio attrahi commonſtrat: quo ſanguis quantum ſufficit ſeroſo illo humore ita liberetur, ut ſanguinẽ à portæ uenæ ſurculis in cauæ ſoboles aſſumi tranſmittiq; nouimus. Quippe non uniuerſum

renes

u Vti ſuperius monui ſedulo hic inſpicies tabulas 21 figuræ.
x 22,23 fig. t,q.
y 21 fig. a.



renes alliciunt. Imò ut ſanguis ad fluxum per uenarum cauitates aptior ſit,eius humoris portio unà cum eo per reliquũ adhuc corpus ducitur, quem extracto iamq; cõcreto ſanguini innatare conſpicimus. Quinetiam manifeſtum quoque euadit, renum ſubſtantiam à ſanguine nõ ſolùm in uena caua,ſed & in arteria magna contento,aqueum illum humorem, & ſi quid bilioſi excrementi adhuc ipſi ſit admixtum,colare,atq; in alterum illum ſinum protrudere,eumq; inde per [z] urinarium meatum ad ueſicam huic humori inſtar lagenæ ſubditam ſenſim defluere. Quę uerò horum meatuum conformatio ſit, ubi renum tunicarum explicationem præcedentibus addidero,ſtatim audies. *Renum tunicæ.* Renibus binæ ſunt tunicæ,ortu ſubſtantiaq; uariantes. [a] Prima,quæ exterior eſt,renum corpori pertinaciter non adnaſcitur, nihilominus ipſi inſtar inuolucri circumquaque obducitur,& hinc etiam renis faſcia uulgò nuncupatur. Hæc à peritonæo humiliorem ſepti tranſuerſi ſedem ſuccingente principium ducit. Quà enim ipſi renes incumbunt, membraneas quaſdam fibras producit,in membraneam tunicam,quæ renes ipſi colliget,degenerantes. Præſens tunica frequentibus uenis inſtar omenti intertexitur, multa pinguedine(ut & illud)abundans,renumq; actionem penicilli cuiuſdam ritu fouens. Dextri quidem renis tunica à uena ad ipſum renem pertingente [b] propaginem exigit,in membranam frequenti ramorum ſerie excurrentem. Siniſtri autem renis tunica [c] uenam adipiſcitur à ſiniſtro uenæ cauæ latere,elatius quàm renis uena enatam: aliquando etiam contraria eſt in eiuſmodi tunicas implicantium uenarum exortus ratio. Porrò altera renum tunica tenuior eſt, & nullis uenis neq; etiã pinguetudine obſita,& ut iecoris & lienis tunica renum ſubſtantiæ connata. Hanc procreat tertia renẽ petentis arteriæ tunica,& uenę item altera. nam dum hęc uaſa reni implantantur, hæ tunicæ ab eis abſcedentes,in præſentis renis tunicã dilatantur. *Renũ nerui.* Cæterùm renis [d] neruus, quem quaſi prætericram,gracilis eſt,neq; uenæ,neq; arteriæ renis proportione reſpondens. Illæ enim alterius uſus quàm nutriendi calorisq; inſiti recreandi gratia reni offeruntur. neruum autem ſenſum duntaxat obtuſum præſtare oportuit,ac proinde à ſexti paris ramis qui coſtarũ exporriguntur radicibus,Natura ſingulos ad utrumq; renem diffudit,in internam ipſorum tunicam potius quàm in corpus illos diſpergens.

z per t, q in r figuræ 22,23.
a 20 fig. T, V. 22 o,p.
b 20 fig. Y.
c 20 fig. X.
d 2 fi. cap. 2 lib. 4 γ,λ.

## DE VESICA VRINAE RECEPTACVLO,

### *& meatibus urinam è renibus in ueſicam deducentibus. Cap. XI.*

*VIRILEM ueſicam imprimis oſtendunt uigeſimaſecunda,& uigeſimatertia figuræ,hanc ſimul cum urinarijs meatibus detectam prorſus exprimentes, uti & quarta figura Capitis quadrageſimi noni, libri ſecundi. Superiorẽ uerò ueſicæ fundi partem adhuc peritonæo nexam,proponit ſecunda figura,tertia,ſexta,decima,duodecima,uigeſima. Cæterùm muliebrem ueſicam pulchrè delineatam continẽt uigeſimaquarta,uigeſimaquinta,uigeſimaſexta,uti ex illarum figurarum Indicibus petere licet.*

PERINDE ac renes ſuis functionibus opportunam ſedem ſibi uendicant, tuto'que locantur,ita quoque & ueſica & urinarij meatus. *Veſicæ ſitus.* [a] Veſica enim quum ſit aqueæ ſuperfluitatis receptaculum,in quo ſenſim à renibus id colatum(ne frequenter & perpetuò,ſed rarò & repente ac ſimul urina nobis reddenda ſit)coaceruatur, eam ſedem meritò obtinet, qua cõmodè dum urinæ copia aut qualitate moleſtatur,eam excernere poſſit: quem locum non decuit ab [b] eo quo ſicca excrementa emittuntur procul abeſſe. Deinde elatiorem ſedẽ alia nutritionis organa,hac ueſica longè nobiliora,altamq; ſedem expetentia, ſibi occuparunt,adeò ut iure quodã non minus ueſica quàm inteſtinũ rectum humilius locata ſit. Ad poſteriorem enim [c] pubis oſſis ſedem ueſica reponitur,elatiori ſui parte ſuperiorem pubis oſſis ſedem modò plus,modò minus,prout urina diſtenditur,excedens. *Veſicæ forma.* Eſt namq; oblongæ ſphæræ inſtar aliquantulum rotunda,& elatiori parte,quam fundum ipſius propriè uocamus,apparet amplior: id quod ſitus occaſione accidit. Quanquam enim ut capacior iniurijſq; ferendis minus obnoxia redderetur, figura ad amuſſim globi modo rotũda, magis ipſi conueniſſet, attamẽ oblongiorem ſuoq; fundo ampliorẽ Natura machinata eſt,non quod eiuſmodi commoditatem negligeret,ſed ne pubis os rectumq; inteſtinum poſteriori ueſicæ ſedi in uiris, ut & [d] uterus in mulieribus attenſum,eius diſtenſionem nimium arctarent. quod ſane neceſſariò accidiſſet,ſi quam ex longitudine ſortitur capacitas,etiam in latitudine inter pubis os & rectum inteſtinũ adiecta fuiſſet. ſed & fundum quoq; tanto eſt humiliore ipſius parte, quę in cer

x uicem

a 20 figu. p. 22,23 r. & 24. T. 25 β.
b 1,2 fig. ca. 49 li. 2 M.
c ult. figurarum lib. 1 ρ.
d 24 fig. L, 25 fig. i,k,l.

uicem anguſtum'ue meatū deſinit,amplius,quanto cōmodius id pubis os excedēs propter ce-
*Veſicæ ſubſtantia.*
dentes abdominis muſculos diſtendi dilatariq́; poteſt. Veſicā enim amplam & extendi prom-
ptam fieri oportuit,quo rarius,ut dictū eſt,urina nobis reddenda ſit.ac proinde mēbraneo ner
ueo'ue conſtat corpore,quod dilatari poſſit cōmodè,& rurſus quū nihil cōtinet,ſubſidere.Ete
nim[e] ueſica læui,dura,ualida,mēbraneaq́; conſtat tunica,quæ modò craſſior,modò tenuior ui- *e Veſicā diſſectā habet dextra figura figuræ 23, et fi. 26.*
ſitur,prout nimirū aut impenſiùs diſtendit̄, aut arctatur:peculiariter hoc ſibi uendicans,quod
in elatiſſima ſui fundi parte,& qua in ceruicē deſinit, ob meatuū quorundā implantationes &
explātationes durior craſſiorq́; ſit.Hanc triplici fibrarū genere intertextā,uel pueri nouere,un-
guibus dum ueſicā inflant,ut prōptius diſtendatur,illam fricantes,ac eiuſmodi fibras diuellen-
tes.Etenim nulla corporis tunica occurrit triplex hoc fibrarū genus exactiùs oſtendēs,q̄ ſi ue-
ſica infletur:adeò ut è ueſicis,quas puer,uti noſtratibus moris eſt,inflare,contundere,& ungui-
bus ac digitis terere ſolebā,quid ſibi fibræ tunicarū uellent in Anatomicorū libris,ilico intelle-
xerim. Cæterùm ueſicā implicantes fibræ eadem qua fibræ uētriculi & bilis ueſiculæ collocan
tur ſerie.Rectæ enim intimæ ſunt,extimæ tranſuerſæ, mediæ uerò obliquæ,pro functionū or-
dine ſitus ſeriem adipiſcentes.Expulſionem namq; præit retentio,& hanc rurſus attractio.Du
ram uerò & craſſam ueſicæ tunicam fieri oportuiſſe, præter cætera argumento ſunt, quod in
magnam molem ſæpe diſtendi eam oporteat,quodq́; urinæ acrimonia & ulceribus ac calculis
idq́; generis malis alijs frequenter uexetur: quæ,niſi dura eſſet,eam facilè lacerarent, eroderent,
ac perforarent. Vt autem ualidiora adhuc efficiantur hæc,peritonęum illi denſum robuſtumq́;
inuolucrum peculiariter circundedit,quod ſecunda ueſicæ tunica cēſetur. Hanc peritonæum
ipſi offert,[f] quà ſupra pubis os ueſicæ fundū anteriorq́; ipſius ſedes uniuerſa peritonæo in ho- *f 3 fi. O. 20 fig. P.*
minibus ſecus multo q̄ in canibus adnaſcitur.In canibus enim & alijs quadrupedibus proceſ-
ſus tantū à peritonæo ueſicæ offertur,neq; tota ipſius ſedes anterior peritonæo ne laxè quidem
adnaſcit̄,ſed ut & poſterior ueſicæ ſedes leuis & lubrica cernit̄. In hominibus etiā ſedes ueſicæ
poſterior rectū inteſtinū & uterū reſpiciēs,lęuis & lubrica & aqueo humore oblita eſt. Cæterū
cū urina ueſicæ(ut & bilioſum recrementū ſuæ ueſiculæ)ad nutritionē inepta ſit,uenas,& qui-
bus ipſius calor refocillaret̄ arterias Natura illi[g] diſtribuit,ac primū utrinq; in ceruicis ueſicæ la- *g 22, 23 fig. v. 25 figu. κ.*
*Venæ et arteriæ ac nerui ueſicæ.*
tera unā uenā & arteriā unā à cauę uenę & arterię magnę[h] ramis per pubis oſſis foramē crus ac- *h ulti. figu. lib. 3. i.*
cedētibus deriuauit,quę hinc ſurſum per corporis ueſicę longitudinē conſcendētes,in tenuiſſi-
mos piliq́; modo graciles ſurculos diſſipant̄. Neq; neruis itidē,quibus ob triſtantiū ſenſationē
maximè indiguit,ueſica deſtituit̄. Quantūuis enim urina ueſicæ ut bilis minori ueſiculę tanq̄ ſa
miliare quippiā influat,neq; quū naturalis eſt ullā ab illa noxā patiat̄,ea tamē interdū tantū bilio
ſi excremēti admixtū habet,mordaxq́; & acris reddit̄ adeò,ut niſi urinæ qualitatē ueſica pērci-
peret,illā diutius continēs,grauiter plerunq; afficeret̄. Proinde inter cæteras corporis partes,
[i]neruos nō minimos ſenſu tactus duntaxat gratia ueſica obtinuit,eos à ſexti paris ramis coſta- *i 2 fi. ca. 2 li. 4 1, μ.*
rum radicibus exporrectis,& ab[k] infimis ſpinalis medullæ paribus exigēs. Præter hæc uaſa & *k 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 27, 28.*
*Meatus fœtus urinā educens, et fœtus peculiares arteriæ ueſicæ commiſſæ.*
neruos ex elatiore mediaq́; fundi parte[l] meatus exoritur,qui per umbilicū &[m] intimū fœtus in-
uolucrū,quod à farciminis ſpecie nomen inuenit,quū adhuc utero gerimur, urinam deducit.
Quinetiam ueſicæ lateribus[n] duæ attenduntur arteriæ,uitalem ſpiritum ex uteri arterijs fœtui *l 2 fi. N ab N ad E 24 fig. Y.*
deferentes,quæ in natis non minus q̄ meatus urinā deducens,exareſcunt,inutilesq́; reddūtur,
niſi quod ueſicæ ad peritonæum ligamentorum uicem abundè gerant,ueſicamq́; erectam con- *m 30 figura M, M.*
tineant. Porrò in humiliorem ueſicæ ſedem præter ſuos neruos & uenas & arterias in cauita- *n 2 fi. K, L. 24 Z, σ.*
*Meatuum urinā è renibus in ueſicam deducentium hiſtoria.*
tem uſq; ipſius,alij[o] duo meatus inſeruntur ex renibus urinam deducentes, ac iuſtiſſimè à Na-
tura formati. Quum enim renes quàm proximè iecori neceſſariò allocentur, ueſica autem hu- *o 22, 23 fi. t, q. 25 fi. 4, 6.*
milem ſedem ſibi uendicet,meatus quoſdam effingi oportuit,urinam ex renibus in ueſicam de-
ducturos. Atq; hos uenarum corpori quàm ſimillimos Natura efformauit. quippe ſimplici
conſtāt tunica,uenarū tunica paulo duriore,paucioribusq́; q̄ illa fibris obliquis intertexta. ita
namq; meatus illi iniurijs ferendis redduntur aptiores,& tendi ſubſidereq́; facilè poſſunt,& o-
bliquæ fibræ quo minus in ueſicam urina ocyus delabatur, nihil interim pręrediunt. Verùm
quod his meatibus,quos Græci ab officio οὐρητῆρας,& οὐρανὰς,& πόρους οὐρητικοὺς appellant, tanta cum
uenis ſit ſimilitudo,quod'que illi ſecus quàm uenæ ſanguine turgentes, candicent, Celſo albæ
uenæ nuncupantur. [p]Explantantur uerò iſti ex ſecundo renum ſinu, eos per medium primi *p 21 figu. κ, λ.*
ſinus deducēte.Hinc peritonæo ſuper[q] lumborum muſculos ſupertenſi, ſecuriſſimè deorſum
ad ueſicam prorepunt. Adnaſcuntur enim in progreſſu peritonæo, & ab illo fibras quaſdam *q 7 muſcul. tab. t, μ.*
adepti,alteram aſſumunt tunicam,uenulis & arterijs ut peritonæum ipſum intertextam. Por-
rò ductus ipſorum quum itineris longitudo nihil commodi adferre hîc poſſit, quàm minimè
anfractuoſus eſt, ex renum enim ſinu deorſum modicè uerſus interiora, ut ad ueſicam pertin-
gant,



gant,deducuntur.Ne uerò parum firmati,& omnino penſiles ueſicę inſererentur,aut obliquū
nimis ductū efficerent,nō elatiſſimæ parti ueſicæ,ex qua[r] meatus,urinā fœtus extra umbilicū *r 2 figu. M.*
deferens pendet,[s] implantātur,ſed illi ueſicæ ſedi,quæ poſteriori peritonæi regioni, ad quam *s 23 fi. r. 25 fi. non procul ab α. 27 fig. M.*
meatus toto ductu ſecurè adnaſcuntur,uicinior eſt. Eſt autem ea regio in poſteriore ueſicæ ſe-
de paulo anteaquam in ceruicem deſinat,cui utriq; meatus primùm adnaſcuntur, & obliquo
anfractu ueſicæ tunicam à peritonæo pronatam penetrantes,tandem in ueſicæ cauitatem alte-
ram quoq; tunicam penetrantes aperiuntur ingrediuntur'ue,modo ſanè quàm ſimillimo,[t] quo *t 13 figur. c ad d.*
bilis meatum in duodenum inſeri relatum eſt: laxis nimirum membranulis utrinq; ad meatus
foramen ex ueſicæ corpore appendentibus,non aliter quàm ſi ueſicæ internæ tunicæ tenues hu
*Artificioſa meatuū urinā deducentiū inſertio.*
iuſmodi proceſſus inibi adnaſcerentur. Horum uſus, membraneorū proceſſuum bilem dedu-
centi meatui adnatorum uſui reſpondet, ut ſcilicet urinæ quidem ex meatibus in ueſicam de-
fluenti cedant,& dum ueſica diſtenta urinam rurſus in eoſdem meatus regurgitare uolet,colle-
cti illi meatumq́; opplentes,urinæ tranſitum præpediant. Id quod adeò pręſtant commodè, ut
ueſica uel flatu plurimo repleta,nihil planè ſpiritus per hos meatus reddere queat. Verū quod
& obliquus ille in meatuū inſertione ductus,eidem uſui famuletur,ueſicæ dum inflantur, exa-
ctè cōmonſtrant. Eadem in follibus indies experimur:nam per foramen quod à tergo illis adhi
beri ſolet,aër quidem attrahitur,ſed quum follis comprimitur,propter aſſerculum impetu aë-
ris foramini appreſſum,nihil uenti exſpirat. Idem quoq; in pilis obſeruamus,quas flatu diſten-
dimus. Quanquā longè maiore induſtria,neq; ita pendulis operculis rerum Opifex in urina-
riorum meatuum implantatione utatur,q̄ nos ipſius artificium imitātes in follibus & pilis, aut
etiam in admittendis quas poſtmodum egredi nolumus columbis molimur. Vrinariorū itaq;
meatuum implantatio ad inferiorem poſterioremq́; regionē ueſicę non procul ab ipſius ceruice
conſiſtit. Hîc enim humillima ueſicæ pars in anguſtum finitur[u] meatum,quem ipſius ceruicem *u 23 fig. à v per o ad φ. 25 fig. γ, δ.*
*Veſicæ ceruix.*
collum'ue nuncupamus:aliter in uiris quàm in mulieribus protenſum, & alijs quoq; in illis q̄
in his adnatum coagmentatumq́; partibus,& uſum deniq; ambobus diuerſum prębentē. Com
mune eſt enim utriſq; huic ceruici ſeu meatui urinam ex ueſica deferenti[x] muſculum orbicula- *x 22, 23 fig. ρ. 25 fig. γ.*
tim circunduci,quo cauetur ne urina pręter uoluntatem noſtram effluat: cuius uſum,ſitum,&
formā in ſecūdo libro diffuſè perſequuti ſumus. Deinde utriſq;,& uiris & mulieribus per illum
meatū urina excernitur, ſed uiris ad ſeminis quoq; eiaculationē ille auxiliatur. Eaq́; propter pe-
culiariter hi[y] glandoſum illud corpus adnatū habent, ſemen deferentium uaſorum[z] inſertionē *y 22, 23 fi. ξ.*
ſuſcipiens,quo corpore urinæ meatum humectante & irrigante mulieres deſtituūtur. Quine- *z 23 figu. μ.*
tiam mulieribus ſuper uteri[a] ceruicem meatus hic ſeu ueſicæ ceruix fibris membraneis illi adna- *a 25 fi. x, x.*
tus extenditur,ac ubi primùm ſub pubis oſſe cum uteri ceruice ſurſum inflecti ceperit, in illius
cauitatem[b] ceſſat. Viris autem ultra[c] porrigitur ac prominet. nam quamprimùm humillimam *b 25 fi. A. 27 fig. L.*
pubis oſſium commiſſuræ regionem ſuperauit, penis corporibus ſubnatus ad elatiorem uſq; *c Pete hæc ex 1, 2 figu. ca. 49 lib. 2 ad G, A, B.*
pubis oſſium commiſſurę ſedem ſurſum fertur,& hinc rurſus prout rigidus flaccidus'ue eſt pe
nis,ſurſum ſpectat aut propendet,nunc σ Græcorum,nunc S Latinorum elementū exprimēs.
At hæc opportuniùs unà cum generationis organis pertractabuntur. Hactenus enim triplicia
*Quot nutritionis organa hactenus commemorata ſint.*
cibi organa utcunq; perſequutus ſum:prima quidem quæ concoquunt, & quæ alimentū utile
propellunt ac tranſmittunt. Secunda autē quæ expurgant & deferūt, & ſuſcipiunt recremēta. *d 3 fig. cap. 49 li. 2 N. et eiuſ. capitis figu. 1, 2 M.*
Tertia uerò,quæ excrementorū effluxui adhibentur. Atq; hæc in duplici erant differentia:alia
enim intempeſtiuè effluere prohibent,ut orbicularis[d] muſculus ueſicæ ceruici & podici adhibi
tus:alia autem tempeſtiuè excrementa propellunt,ut[e] ſeptum,& abdominis[f] octo muſculi. *e 7 muſcul. tab. Δ. f 3 tab. Θ. 4 n. 5 Δ. 6 Δ.*

## NATVRAM PROPAGANDAE SPECIEI prouidiſſe. Caput XII.

IN præſentis libri initio nutritionis organorum neceſſitatem in humana fa
brica adinuenientes, ex humani corporis primordijs, & qua id conſtat
materia, hominem neceſſariò morti eſſe obnoxium colligebamus. Pręter-
quam enim quòd mixtum genitumq́; ſit corpus humanum, idipſum im-
mortale incorruptibileq́; fieri nequaquam potuiſſe, arteriæ,uenæ,nerui,ca
ro, & id genus partes reliquæ, è quibus conformatur, abundè common-
ſtrant. Quando itaq; uel materiæ occaſione hominem producere immor-
talem rerum Opifici negabatur, ipſi ad immortalitatem quod licuit auxilium machinatus eſt,
inſtar boni ciuitatum conditoris, cui non præſens duntaxat cohabitatio cordi eſt,ſed rationē
quoq; prouidet, qua uel in æternū,uel ad quamplurimos annos ea duret. Sed ciuitas quidem
quantumuis bene fortunata, quæ non unà cum ſeculis ætatibusq́; quandoq; intercidat, nulla

uidetur unꝗ̃ inſtituta fuiſſe. Prouidi uerò ſolertiſꝗ rerum Opificis opera, quæ multis annorũ
millibus iam ſuffecerunt & perdurarũt, adhuc permanẽt, mirabili quadam arte ab ipſo inuẽta,
ut ſemper pro hominibus qui corrũpuntur noui ſuccedant, perpetuaꝗ ſpeciei conſeruatio fiat.

*Partiũ generationi ſubſeruientiũ breuis enumeratio.*

Homines namꝗ initio ita extruxit, ut unus quidem potiſſimũ fœtus principij rationẽ exporri-
geret, alter autem id ſuſcipiens fœtũ enutriret foueretꝗ. Sic uiro organa,[a] teſtes ſcilicet ipſos in
didit, quæ præcipuum noui conſtituendi hominis principium efformarent, uaſa illis adiungẽs
duplicia:[b] alia quidem materiã ex qua hi aptè ſemen cõficerent apportantia,[c] alia uerò iam confe
ctũ in unũ[d] meatũ, qui opportunè id in[e] uterũ proijciat, deducẽtia. Is enim mulieri daẽ, ut prin
cipiũ hoc cõcipiat: deinde is quoꝗ[f] uaſis cõſeritur, quorũ beneficio genitura temporis ſucceſſu
enutriatur, ac præcipuo Naturæ miraculo in nouum hominem prodeat. Interim &[g] teſtes[h] ua
ſaꝗ illorũ functionibus ſeruientia uterus ſibi uendicat, ut & mulier aliquã primarij principij ra-
tionẽ fœtui adijciat. Quinetiã his omnibus non hominũ duntaxat, ſed & cæterorũ animaliũ ge
nerationi famulantibus organis meras cõmiſcendorũ corporũ libidines, & peculiarẽ quandã
delectationis uim ad generationẽ rerum Opifex copulauit, ipſi uerò animę ea uſuræ mirabilem

*a 22, 23 fi. ſ.*
*b 22, 23 fig. x, α, dein γ, δ, ι.*
*c 22, 23 fi. x, ε, ι, etc.*
*d 23 fi. ι, φ.*
*e 24 fig. L. 25 fig. i, k, l.*
*f 25 fi. π, γ.*
*g 25 figu. r.*
*h 25 fi. primũ d, g, o, p, deint, t, u.*

*Vtendi appetitus generationis organis adiectus.*

quandam & indicibilẽ utendi appetitũ quoꝗ elargiens. À quo uſu animalia incitata & ſtimula
ta, etiã ſi ſtulta aut iuuenilia, aut ratione priuata prorſus fuerint, prouident tamẽ ſucceſſione ſpe
ciei, haud ſecus q̃ ſi omnino eſſent prudentia. Quũ enim Opifex haud ignoraret ſubſtantiã, ex
qua inſtrumenta generationi ſubſeruientia creauit, perfectam ſapientiã neutiꝗ admittere illece
bram & uelut ineſcationẽ, quam ſolam accipere poterãt, ad ſalutẽ conſeruationemꝗ ſpeciei ijs
indidit, delectationẽ uehementiſſimã illarũ partiũ uſui adijciens. Atꝗ hinc illa in Timæo Plato-
„ nis de generationis amore à rerũ Opifice nobis ingenita differentis eſt ſententia: Quocirca pu
„ dendorũ naturæ in uiris inſita uis inobediens ac imperioſa, & quaſi animal nõ exaudiẽs ratio-
„ nem, furioſarũ libidinũ uiolentia, ſubijcere ſibi cuncta conatur. Vulua quoꝗ & uterus in fœmi
„ nis pari ratione animal auidũ generandi, ſi intempeſtiuè diuꝗ à generando abſtineat, ægrè fert
„ morã, plurimumꝗ indignatur. Vt modò nihil dicã de amore, quo animalia ſuos proſequũtur
fœtus: & temperie à Natura mulieri priuatim cõceſſa, ut nõ ſolũ utero adhuc cõtento fœtui ali
mentũ ſubminiſtret, uerũ natũ quoꝗ ſuis mamillis tam ſedulò & ſolicitè enutriat. Quàm uerò
affabrè has perinde ac reliqua generationi ſubminiſtrantia organa extructa ſint, iam paulatim
auditurus es, quum cuiuſꝗ organi ſitum, formam, ſubſtantiam, connexum, uaſa, neruos, ortũ,
inuolucra, quibus integitur aut conſtat, ductus, actiones, uſus, & eius generis reliqua, à uirorũ
organis ſtatuens ſermonis initium, proſequi pergam.

## *DE VIRORVM ORGANIS GENERATIO- ni ſubſeruientibus. Caput XIII.*

*PRAESENTIA organa primùm uigeſima figura, mox uigeſima ſecunda & uigeſima tertia abſolutiſsimè exprimuntur, quemadmodum earum Index manifeſtò edocuit.*

*Quæſtiones ac controuerſiæ in tractatione de generationis organis obuiæ.*

VIRI ſemen primariũ hominis effectiuũ eſſe principiũ, medicis iuxta ac phi
loſophis conceſſum eſt omnibus: mulierẽ uerò ſemen emittere, & effectiui
principij partẽ præbere, Ariſtoteles & alij pleriꝗ inficiãtur. Rurſus nõ mi
nus ambigitur, nunquid genitale ſemẽ duorũ principiorũ materialis et effe
ctiui rationẽ ſubeat, ut cũ Diuo Hippocrate et Polybo Galenus exiſtimat:
an effectiui tantũ, ut Ariſtotelis eſt opinio, qui licet principiũ motionis mẽ
ſtruo ſanguini à ſemine inferri arbitrabatur, non tamẽ ex ipſo, ueluti ex ma
teria, animal formari putabat. His præter alias de ſeminis materia, & ipſius ab animalis parti-
bus ſedibuſꝗ deciſione, ac uaſorũ ſeminaliũ ductu, forma, ortu, numero, inſertione, prętereа et
acetabulorũ in utero eſſentia, & ſanguinis mẽſtrui natura, fœtuſꝗ enutritione, inter primarios
medicos & philoſophos innumeras atꝗ penitus ex diametro contrarias diſſenſiones, accedit,
quæ teſtium ſit conformatio, & nunquid ſemen illi, ut Galenus annuit, generent: num uerò tan
tum planarum, quæ Græcis λεῖαι uocantur, quaſꝗ textrices ſuis telis appendent, uicem ex Pe-
ripateticorum ſententia gerant. Vt interim prætercam mille de fœtus formatione, & quando
maſculus, quando fœmina producatur, de fœtus ad parentes ſimilitudine, ac ſignis, de optima
animæ parte: num ſcilicet hæc calor ſemini innatus, alia'ue ſubſtãtia ſit, aut alicunde miſſa, ac ali
quid prorſus incorporeũ aut corporeũ: & rurſus ſi ita ſit, num id cũ homine, an prius cũ omni-
bus animis creeẽ, unde id dimittatur, præterea mortale'ne an immortale ſit, eiuſꝗ generis alias
penè infinitas philoſophorum medicorumꝗ differẽtias, & quæ cœlum terræ miſcẽt nomina à
uarijs uſurpata autoribus, ac diuerſis pugnantibuſꝗ partibus diuerſimodè impoſita, & denuò
ab



ab interpretibus miſerè conuerſa. Adeò ſanè, ut ingentibus undequaꝗ opinionũ dogmatumꝗ
procellis fluctuans, uehementer ambigem, unde generationis in uiro organorũ tractationẽ bo
no omine auſpicer. Si enim meã cõmemoratorum dogmatũ ſententiã primũ expoſuero, præ-
ter hoc quod ſanctiſſimæ religionis noſtræ fides nõnulla ſibi priuatim uendicat, & pleraꝗ me-
ritò in dubiũ uocari prohibet, hęcꝗ noſtra ætas rerum capitibus potiùs q̃ prolixa enarratione
oblectatur, qui de ſeminarijs inſtrumentis incideret ſermo, illis nondum explicatis, obſcuri-
tatem nõ leuem pararet. Rurſus ſi poſtpoſitis aliorũ controuerſijs, organorũ deſcriptionẽ ag-
grediar, pleraꝗ illorũ placitis repugnantia occurrent: quæ ſi exactiùs cõprobare adniſus fuero,
manca interceptaꝗ reddeẽ oratio. At quum alicunde inchoandũ ſit, nuda organorũ deſcriptio
ſubijcietur: quam ubi ex diſſectione uerã (qualem profectò deſcripturus ſum) animaduerteris,
ilico in procinctu erit, quid de quamplurimis dogmatibus citra prolixam argumentorũ confu
tationem ſentiendum ſit. In quibuſdam autẽ quantumuis etiã ſedulò Naturæ opera expendas,
nihil quod tibi omni ex parte ſanũ uidebiẽ, adinuenire poteris: niſi fortè in alicuius uerba ſecus
atꝗ decet iurans, tuo ſenſui derogare lubeat, rationeꝗ prorſus careas. Atꝗ hîc adeò non iniuria
miraberis, omnes qui huiuſmodi tractationẽ aggreſſi ſunt, ſubinde ignorata & neglecta orga-
norũ conſtructione, tot opinionũ portẽta inuexiſſe, omneſꝗ inter ſe quodãmodo diſſentire, ac
differẽtibus argumẽtis eoſdẽ autores ſua placita Andabatarũ modo confirmaſſe. Quo autem
ex his ſententiarũ fluctibus aſſequuta Anatome facilius euadas, generationis in uiro organorũ

*d 22, 23 fi. ſ.*

*Teſtium ſitus ac numerus.*

fabricã ordine explicabo. Teſtium itaꝗ in uiris ſitus nulli nõ cõſpicuus eſt, ut & binarius ip
ſorũ numerus, unde δίδυμοι & gemini appellãtur: quamuis interdum unus tantũ, & interdum
tres ſimul reperiantur. at id rariùs q̃ nõnulli exiſtimant, tertiũ teſtem tuberculũ præter Naturã
ex meliceridum, aut ſteatomatum, aut atheoromatũ numero in ſcorto reconditũ enumerãtes.

*Teſtium forma.*

Porrò teſtium forma, ſubſtantia, tunicæ, & illorũ functionibus ſubſeruientia uaſa, nõ etiam pa-
tent ſingulis. Sunt igitur teſtes rotundi, ſed paulo admodũ oblongiores q̃ aut lati, aut profun-
di: dein humiliori parte nõnihil obtuſiores ampliores ꝗ, q̃ ſuperiori ſede uiſuntur. uerùm & id

*Subſtantia.*

admodũ obſcurè: etiã ſi teſtes ouorũ nomẽ à pleriſꝗ, & pręcipuè Arabibus inuenerint. In exter
na ſuperficie nullũ penitus ſinũ impreſſionem'ue aut inęqualitatẽ obtinẽt. Subſtantia conſtant

*b 23 figu. T & V.*
*c 19 fi. I, K.*

alba, lactea, molli, & ſibi undecũꝗ ſimili ac cõtinua, niſi quòd[b] uenulis frequẽtibus ijſdemꝗ exi
guis tenuiſſimiſꝗ oppleta ſit, ob idꝗ rara cauernoſaꝗ, quemadmodũ lienis[c] ſubſtantia eſſe ui-
deaẽ. Atꝗ id parũ alijs animaduerſum eſt diſſectionis profeſſoribus, meꝗ diu latuit, quòd inter
diſſecandum teſtẽ uehementius cõprimere ſoleã. Neꝗ uirorũ teſtes ullum omnino ſinũ cauita-
tem'ue exigũt, præter eã quæ ſecundariò ipſis eiuſmodi uenularũ gratia accedit. Vnde autẽ ue-
næ uaſcula'ue, quæ teſtiũ ſubſtantię implicari dicebam, ortum ducant, ſenſim explicare conten

*Teſtiũ inuolucra, utriſꝗ teſtibus communia.*

dam. Teſtes pluribus tunicis ſeu inuolucris integũtur: ac alijs quidem utriꝗ teſti cõmunibus,
alijs autẽ priuatim ſingulos teſtes inuoluentibus. Ambos enim teſtes unà cum ipſorũ peculiari

*d 20 fig. r. ſ.*
*e 20 figu. t.*

bus tunicis & ſeminarijs uaſis,[d] cutis ipſa &[e] membrana, quã carnoſam nõ immeritò uocari di-
ximus, perinde atꝗ uniuerſum corpus, amplexanẽ, & duo utriſꝗ teſtibus cõmunia ſtatuũt in-
uolucra: cutis quidẽ unũ, quod reliqua corporis cute tenuius eſt, et uelut ſutura quadã & rugis
interſtinguiẽ, ac quibuſdã ſcrotũ, quibuſdã uerò (qui ſe Latinius loqui exiſtimãt) ſcortũ, Græ-
cis uerò ὄσχεον dicitur. Alterũ autẽ cõmune inuolucrũ mẽbrana carnoſa efformat, hîc perinde ac
cutis, longè q̃ in reliquo corpore tenuior, ſed uenis frequẽtioribus intertexta. Præter hãc uerò
tenuitatẽ cutis & mẽbrana aliud peculiariter hîc, ut & in fronte ac pene ſibi uendicãt, quãdoqui
dem nullus inter ipſas interuenit adeps: nõ aliter profectò q̃ ſi Natura uirorũ teſtibus laxius te
nuiuſꝗ uoluiſſet à cute & ea mẽbrana obduci inuolucrũ, à uirorũꝗ teſtibus nõ minus q̃ à cere
bro omnẽ abeſſe pinguedinẽ. Nam & ſi membranarũ quę uenis arterijſꝗ frequentibus interte
xunẽ circa teſtes adſit copia, nullus tamẽ, ut ferè in reliquo corpore eſſe ſolet, hîc cõſpiciẽ adeps.

*Priuata utriuſꝗ teſtis inuolucra.*

*f 20 fi. u. integra eſt. uigeſima autẽ ſecunda ad ϕ, φ, ψ, χ diſſecta.*
*g 22 fig. φ φ tranſmittit ſ.*

Porrò utrumꝗ teſtẽ priuatim inuoluentes tunicæ, amplitudine, conformatione, tenuitate inui
cẽ admodũ uariãt.[f] Vna enim, quæ & exterior eſt, teſtẽ cũ ſuis uaſis ad eã uſꝗ ſedẽ, qua magnæ
peritonęi amplitudini cõmittunẽ, induit, ualida quidẽ, ſed tenuis, ueniſꝗ abundãs.[g] Quà enim
uenã arteriamꝗ ſeminales, ac dein uas ſemẽ à teſte ſurſum ducens, ex peritonæi magna amplitu-
dine in inguinũ regionẽ ipſumꝗ ſcortũ duci audies, illic peritonęũ pręſens educit inuolucrum,
quod peritonæi pars proceſſuſꝗ meritò cenſeẽ, itaꝗ ab ipſo peritonæo prodit, ut ſcortũ à cute
deduci pronaſciꝗ cernimus. Hoc inuolucrũ ſeu tunica exteriori ſuperficie, qua hanc carnoſa
mẽbrana cõtingit, fibris quibuſdã mẽbraneis illi cõnaſciẽ, adeò ſanè frequẽtibus, ut interdũ has
aliã teſtiũ tunicã cõſtituere arbitratus fuerim. uti etiã ſubinde in aquoſis ramicibus accidere cõ-
ſpicimus. Ab his nãꝗ mẽbraneis fibris tunica interdũ conflaẽ, quã inter ſecãdũ aqueo humore
oppletã inuenimus. Cęterũ quà dextri teſtis tunica ſiniſtri teſtis cõtingit tunicã, ambę tunicę fi

bris quoq; mutuò cõmittuntur, ac ob id externã ſuperficiẽ non admodũ leuẽ habere uidentur, ſed membranarũ inuicẽ cõnatarũ modo aſperã ac fibroſam. Interior eius inuolucri ſuperficies, quà teſtẽ ipſiusq; uaſa reſpicit, læuis & aqueo quodã humore obducta eſt, neq; ulli penitus corpori cõnaſcitur, prɇterq; quod elatiori ſui parte, qua ex peritonɇo procedit, illic peritonɇo continuatur adnaſciturq;: quin & inferiori teſtis parti ualide[h] applantatur, nõ quidem teſtis corpori, ſed humillimæ uaſis ſemen à teſte deferentis parti, quà id ſurſum ſecundũ teſtis humiliora reuoluitur. Ad hæc, tenuiſſimæ membranæ interuentu præſens inuolucrũ interna ipſius ſuperficie uaſorũ membranæ adnaſcitur, quæ à peritonæo enata, uenæ quidẽ ſeminali alterã cõſtituit tunicã, arteriæ autẽ tertiã. Atq; is cõnexus nõ orbiculatim ad uaſa perficitur, ſed ſecũdum rectã duntaxat lineã, quæ ad poſteriorẽ uaſorũ ſedem ducitur. Hoc inuolucrũ aliquid cum carnoſa corporis mẽbrana cõmune nanciſcit. Vt enim hanc carnoſis quibuſdã fibris[i] aliqua ſui parte augeri intertexiq; ac in muſculi naturã degenerare dictũ eſt, ſic quoq; hoc teſtis inuolucrũ ſecundum totã ipſius longitudinẽ poſteriori in ſede, à peritonæo uſq; ad humillimã teſtis partẽ, carnoſas fibras obtinet, &[k] longi ſtrictiq; cuiuſdã muſculi naturã refert, quem mẽbranæ ſeu ipſi inuolucro innatum cernimus, nuſq; ab inuolucro abſcedentem, ſed unà cum illo à peritonɇo incipientem, & etiã inferiori parti uaſis à teſte ſemen deferentis, ſimul cum inuolucro[l] adnatũ. Inuolucrum hoc præterq; quod teſtem commodiſſimè integit, illumq; ſuſpenſum continet, muſculi etiam illius beneficio, quaſi uoluntario motu teſtem ſurſum allicere ſentitur. Porrò & muſculi huius occaſione, quod ſcilicet ruber ut reliqua caro ſit, id inuolucrũ ἐρυθροειδὴς priuatim appellatum à Græcis arbitror. aut etiam ob uenarum gracilium quæ id adeunt frequentiam, quæ illi inuolucro etiam ruborem aliquẽ conciliat. Verùm nõ ignarus quoſdã à uaginã id Græcorum nomen deducere, nollem de nominibus quæ harum particularũ innumera uariaq; admodum (ſi modò alibi) occurrũt, uideri contentioſior. id enim mihi ſat eſt, ſi uerè ſingula, uti inter diſſecandum apparẽt, deſcripſero, totius capitis ordinem ac nominũ liberã impoſitionem lectori relinquẽs. nihil enim in tractatione obſtabit, quodcunq; primũ libuerit prius et poſterius hic perlegere, atq; ex ſententia ſingula nuncupare. Quod præcipuè propter alterũ priuatim teſtem ambiens[m] inuolucrum addendum duxi. Quippe id præter teſtis corpus ſubſtantiamq; nihil omnino amplectitur, teſtis figurɇ ad amuſſim reſpondens, aut potius illam efformans. Quippe dura & craſſa ac ualida admodum membrana eſt, teſtis ſubſtantiam utcunq; mollem ac ſequacem inuoluens. Atque is ſanè præſentis inuolucri præcipuus uſus cenſendus eſt. dein in hoc conducit, ut ipſius interuentu & medio, uaſa teſti cõmittenda ipſi adnaſcantur. Inuolucrum enim laxius, tenuius, molliuſque inibi cernitur, quà uaſa illi connaſcantur, quàm per reliquam circunferentiam. Et elatiori quidem huius tunicæ parti uena ac arteria teſti ſanguinem ſpiritumq; deferentes[n] adnaſcuntur, ac quamplurimi ramuli eam tunicam hîc perforantes, in teſtis ſubſtantiam[o] exporriguntur. Præter illos uerò, frequentes, ſed perquam graciles ſurculi, deorſum in tunicæ illius corpus à uena arteriáque deriuantur, in tauris & arietibus inſtar uitis capreolorum eleganter deducti. In poſteriori uerò ſede tunica hæc per uniuerſam ipſius longitudinem ualidiſſimè adnatos exigit omnes deferentis ſemen uaſis[p] anfractus teſti obductos, inibi etiam undecunque tenuibus ac uiſum fugientibus foraminibus pertuſa. Cæterùm per reliquam exteriorem ipſius ſuperficiẽ, lɇuis & aqueo humore perfuſa, nulliq; penitus parti cõnexa eſt. Interna uerò ſuperficie, qua teſtis ſubſtantiam hæc tunica continet, undecunque illi ſubſtantiæ connaſcitur. Porrò hanc tunicam ſeu inuolucrum à primis Anatomes profeſſoribus, qui teſtem δίδυμον uocauere, ἐπιδιδυμίδα, quaſi ſupergeminalem dixeris, appellatum ſat ſcio: quicquid alij de teſtis nugentur capite, qui quum inuolucrum hoc ignorarent, & apud ueteres Græcos ἐπιδιδυμίδα legerent, præter elatiorem teſtis partem, Galeno teſtis caput procul dubio nuncupatam, aliam effinxerunt particulam, quæ parui teſtis inſtar, teſti impoſita, ipſius caput & ἐπιδιδυμίς uocaretur. Alij horum errore (quem & Græcorum interpretes mirificè auxerunt) eluſi, ſed in ſectione interim diligentes, quum huiuſmodi caput non reperirent, Arabes quoſdam imitati, uas aliquod hoc nomine appellandum finxerunt, quod inter teſtem & uenam ac arteriam, quæ præſenti inuolucro primum adnaſcuntur, medium poſuere,[q] eam fortaſſe ſemẽ deferentis uaſis particulã ita appellãtes, quɇ ipſius eſt principiũ, & in poſteriori teſtis ſede elatiorem ipſius ſedem orbiculatim aliqua ex parte cõplectitur. Sed quũ ex reſectione horũ nugæ etiã leui opera obſeruẽtur, poſtpoſita nominũ cõtentione, hanc ex proprijs cuiq; teſti tunicis alterã habeto, & δαρτὸν ueteribus etiã Grɇcis appellatã ſcito, nũc uaſorũ ductui mentẽ alacriter accõmodans. Ad ſingulos enim teſtes ſingulɇ pertingũt uenɇ, ac itẽ arterɇ ortu differẽtes.[r] Vena nanq; dextrũ accedẽs teſtẽ, à uenæ cauæ caudice demiſſiùs q̃[s] uenarũ ad renes exporrectarũ origines pendẽt, principiũ ducit; nõ quidem à dextro caudicis latere, ſed ex ſuperiori anteriorìue ipſius

ſede

*Teſtis muſculus exteriori ipſius inuolucro innatus.*

*Intimũ teſtis inuolucrum.*

*Vaſorũ teſtibus ſanguinẽ ac ſpiritũ deferentium numerus, mox & ortus.*

h 22 fi. χ ad plantatur. i 3 muſcul. tab. A, r. k 22 figu. r. l 22 fi. χ ad naſcitur. m Illo teſtis 22, 23 figurarũ induitur, in uigeſima tertia tamẽ ad Q à teſtis ſubſtantia modicè diuulſum cernitur. n 23 fig. N. o 23 figura R, V. p 23 fi. π, δ, ι, et E, F, G. q 22, 23 fig. π, et 23 fi. E. r 22, 23 fig. s 22, 23 fig. m, n.



ſede ad dextrum modicè declinans,[t] oblongo quaſi & craſſiuſculo tubere exoritur, ac ſenſim obliquè uerſus dextrum latus protenſa, peritonæoq; ſuffulta deorſum fertur. Siniſtri teſtis[u] uena non à cauæ caudice principium mutuatur, at elatius multò quàm dextra enaſcens, ex uenæ ſiniſtro reni exporrectæ humiliori ſede originem habet. Atque in hunc modum plerunque uenarum ortus cernitur. uerum quandoq;, ſed rarius, à ſiniſtro cauæ caudicis latere[x] ramulum exporrigi conſpicies, qui deorſum ad ſiniſtra repens, ſiniſtræ ſeminali uenæ commiſcetur, ac cum illa coit. Galenus[y] idem & dextræ ſeminali uenæ aliquando cõtigiſſe teſtatur, quod ſcilicet à dextri renis uena egrediens ſurculus, deorſum protenderetur, & uenæ commiſceretur à cauæ caudice principium exigenti. At neſcio quid Prometheis in mentem uenerit, qui ſuis ſomnijs hominem in cathedra fingentes, dextram ſeminalem uenam à dextri renis uena, ſiniſtrum uerò ex cauæ caudice toties enaſci docent, quoties ſiniſter ren dextro elatiorem ſedem occupat: quaſi uerò dextra uena non demiſſius multò, quàm renum uenæ, initium duceret: & quia plerunq; dextri renis uena nimis elata eſſet, teſtis dextri uena à cauæ caudice deriuaretur. Nos crebro eum renum obſeruauimus ſitum, ſed dextri teſtis uenæ aliud principium ſemel duntaxat, quamuis tunc utriuſque lateris ſeminales uenæ à renum uenis principium ducebant. Porrò ſeminales uenæ, ad hunc modum deorſum protenſæ peritonæo fibroſis nexibus qui in alteram earum degenerant tunicam committũtur, coniuges arterias ſortitæ. Vtræq; enim arteriæ humilius quàm dextrum teſtem petentis uenæ principium conſiſtit è directo, & ſibi proximæ ex elatioris anterioriſue magnæ arteriæ ſedis medio[z] promuntur, ac dextra quidem cauæ uenæ[a] caudicem (quod parum à Galeno animaduerſum miror) conſcendens, deorſum obliquè ad dextri teſtis uenam properat. Siniſtra uerò ſui lateris uenam accedens, non ſemel mihi deſuiſſe uiſa eſt, ſiniſtri teſtis uena ſolito tunc longè ampliori. Ab arteria uerò ſiniſtro reni communicata illam enaſci, uix unquam occurrit: quanquã id interdum accidere poſſe, nõ eo inficias. quòd tamen crebriùs par uenarum & arteriarum teſtes petentium (uti paſſim Galenus docet) obſeruetur exortus, nequaquam cõceſſero. Dextra uena & arteria (idem de lateris ſiniſtri uaſis ſubaudito) ſeſe inuicem contingentes, peritonæo uti dicebã incumbunt, & ipſi fibroſis membraneiſue nexibus alligatæ, decliueſq; in dextrum protenſæ,[b] ſuper urinariũ meatũ ex dextro rene urinam ueſicæ deferentẽ ducuntur, peritonæo in progreſſu[c] tenues ac perquam graciles ſurculos diffundentes. Quum primum uerò uaſa hæc ad pubis uſque oſſis ſedem peruenerint, qua[d] ſeptimus femur mouentium muſculus ſupra coxendicis os deorſum uerſus minorem femoris proceſſum fertur, illa peritonæum iuxta internum eius muſculi latus[e] permeant, & ex magna peritonæi amplitudine procidentia in[f] exterius teſti peculiariũ inuolucrum quòd hîc à peritonæo ducit principiũ, pertingũt, unà cum neruulo ad teſtes uſq; producto, qui interdũ à ſexti paris neruorũ cerebri propagine coſtarũ radicibus exporrecta[g] diducit,[h] interdũ uerò à uigeſimo primo ſpinalis medullæ neruorũ pari. Porrò peritonæi[i] foramen uaſa cum neruo tranſmittens non ita patet, ac ſi quis ori pennam inderet, aut eadem chartã hanc pertunderet, ſed peritonæum exactiſſimè uaſorum lateribus, ipſarumq; tunicæ, quam in progreſſu adhuc in magna ipſius cauitate uaſis exporrigit, cõnaſcitur, tutò ipſa nõ ſecus tranſmittẽs, quàm ſeptum & quibus id ſuccingitur membranæ ſtomacho & uenæ cauæ[k] uiam offerũt. Simulatq; uerò uaſa illud peritonæi foramen ſuperarunt, ex dextro quodãmodo latere rurſus obliquè deorſum in ſiniſtra ad dextri teſtis elatiorem ſedem[l] ducuntur, arteria non amplius uenæ duntaxat, ut in reliquo proceſſu, accumbit, fibriſq; membraneis tantùm[m] cõnectitur, ſed uaria quadam peculiariq; ratione uena cum arteria[n] coit, & ambæ inuicem cõmiſcentur,[o] corpuſq; unum pyramidis anterius poſteriuſq; depreſſæ inſtar efformãt, cuius quidem conum uaſa ubi primũ inuicẽ permiſcentur efficiunt, baſim uerò ea ſede qua elatiori teſtis parti cõmittuntur. Per uniuerſum hoc corpus ramorũ myriades inuicẽ complexi obſeruãtur, non quidem omnes rectà deorſum procedẽtes, ſed alij partim rectà, partim orbiculatim, partim trãſuerſim, alij alio modo inuicẽ implicari apparẽt: impoſſibileq; eſt, unam ductus ſeriem unumue ordinẽ inibi animaduertere. Neq; etiam, quod alijs traditum eſt reſectionis profeſſoribus, hîc expẽdere ualeo, quo nam pacto maiorẽ dextri lateris quàm ſiniſtri uaſorũ implexum fieri nugentur, quũ mihi hac ex parte uaſorum nullum conſpiciatur diſcrimen, & aliundè profectò quàm à maiori illo minoriue implexu maſculorum fœminarumq; pendet procreatio. Porrò quum tot ramorum in membrana illa quam peritonæũ uaſis inibi offert, quà illi fibroſis nexibus hærent, implexus fiant, corpus id nidum erucis uidelicet aut lumbricis oppletum referre uidetur, aut etiam ſenioris ruſtici, aut baiuli ſuræ, temporumue cutem uaricibus turgidam. Vt enim multifariam in illa uenæ inæqualiter extuberantes errabundo ductu feruntur, ita quoq; in hoc quod narramus corpore, uenæ ſeminalis ac arteriæ innumeræ ſoboles oberrant. Perquàm raro enim accidit, uarices

*Ad teſtem ductus.*

*Venæ cum arteria cõmixtio & implexus.*

t 22, 23 fi. u. u 20 fi. c. 23 fi. x. x 22 figu. y fertur ad x. y Spectatur id fig. ca. 9 li. tertij inſerta, ad C, quod miſcetur μ. z 22, 23 fi. a educitur ſub u ab b. a 22, 23 fi. h. b 22, 23 fig. ſuper q. c 22, 23 fi. β. d 8 muſcul. tab. Λ. e 23 fi. φ, φ. f in u 20 figuræ. g 2 fi. cap. 2 libri 4 ab i iuxta ι. h 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 49. i 22 fi. φ, φ. k 7 muſcul. ta. r, ſ. l Ductũ hũc pete ex 20 fi. quæ teſtes ſuo loco oſtẽdit. m 22 fig. γ. n 22, 23 figu. δ. o 22, 23 fi. à δ ad ι, aut 23 fi. à C ad D, aut N ad O.

capreolorum uitis imaginem exprimere, sed uti dicebam hic rectà, illic transuersim & obliquè uarieq́ admodū prominere. Atque ab hac similitudine reor parentes illos omni laude dignissimos, qui domi pueros ut lectione & scriptura, sic etiam in cadauerum consectionibus exercebāt, corpus hoc κιρσοειδῆ παραστάτην, quasi uaricosum ad testes assistentē diceres, appellasse. Quanquam Herophilus, Lycus, Marinus, & dissectionis procerū primarius Galenus, etiam id nomen [p] alij parti, neque illi semper eidem, uti mox dicam, accommodent. Cæterùm unicus mihi ex tot Galeni libris occurrit locus, ubi præsens corpus uariciformem plexum appellat. atque is est in nono de Partium usu, quo reticularē in caluaria plexum suis bobus delusus effingit.

*Implexus uenæ ac arteriæ in testis substātiā, ipsiusq́ proximum inuolucrum insertio.*

Vtcunque uero id corpus nuncupes, [q] basi sua elatiori parti intimæ testis tunicæ, quam uerè primoq́ ἐπιδιδυμίδα uocatam arbitror, adnascit, [r] ac multos ramulos rectà hanc tunicā perforantes elatiori quoque testis parti distribuit, multipliciter per testis substantiam perinde ac iecoris uenæ in ipsius substantiam disseminatos, & perquam tenui constantes tunica. Præter ramos, quos rectà corpus id testis substantiæ offert, alias per ambitum dictæ nunc tunicæ frequētes, & uenis in oculi [s] tunica adhærente sparsis, quàm similimas soboles diffundit, à quibus denuò germina in testis substantiā pertingunt. Hæc uenæ ac arteriæ seminaliū est series, quas siue ita, siue uasa testi sanguinē spiritumq́ deferentia, aut præparantia nuncupes, nihil moror, modò hæc à iam recensendo [t] uase prorsus distinguas.

*Vasis semen à teste ad uesicæ ceruicē deferentis historia.*

Ad externū enim uaricosi illius corporis latus quà testi applātatur, [u] aliud corpus album & durioris nerui modò durum, intimæ testis tunicæ adnascitur, hincq́ incipit. Hoc exteriùs quà testi nō cōmittitur gibbum, & quodāmodo teres est. nam latius nōnihil quàm crassum uisitur: qua uerò tunicę illi connatū est, secundū conuexū testis id cauum [x] existit. Secundū hoc corpus ab externo uaricosi corporis latere, ad ipsius posteriorem sedem fertur, & deorsum modicè uersus interiora prorepens, secundū posteriorem testis sedē intimæ testis tunicæ ualidissimè tantisper adnascitur, donec ad humiliorē testis [y] descenderit sedem, à qua denuò sursum [z] reflectitur intimæ testis tunicæ attensum, incumbensq́ quidem, at nō amplius ipsi connatū, & nō eandem formam retinens. Per totum enim ductum, quo testis tunicæ corpus id nectit, propemodū æqualiter crassum eiusdemq́ figuræ est, quam compacto uitis, aut cucurbitæ capreolo assimilare queas. quanquā tamen nō in orbē, sed uelut in latera, huius corporis reuolutiones fiant, ad eum ferè modū quo angues & anguillas ocyus repere cernimus. Huius nanq́ corporis anfractus & inuolutiones admodū inuicem cōtinuæ & connatæ cōspiciuntur, ut & lignorū uermibus eas assimilare integrum sit. Respōdent enim illis, & deinde etiā multum referunt cerebelli [a] processus, quos in septimo libro à uermium imagine nomen inuenisse dicam. Atq́ hinc etiā fortassis in Arabū interpretibus lumbrium nomen legitur: ita enim præsens corpus, quà testi connascitur, Arabū nōnulli uocauisse uidentur. nam eorum aliquis etiā [b] implexum uenæ, arteriæq́ supra sedem testis elatiorē, ita nuncupauere. Porrò secundùm hoc corpus quod uermi assimilabā, nihil prorsus uaricibus, qui inæqualiter neq́ eadem serie extuberant, accedit. Quanquā si bene Galeni sententiam in libris de Semine percipiam, alibi has reuolutiones ex Herophili suffragio κιρσοειδῆ παραστάτην appellari uelit: alibi autem eo nomine aliā eius quod iam tractamus corporis [c] partem, quà id peni inseritur, ita uocet: quæ uerò ea sit, ubi corpus hoc, sermone ad penem usq́ deduxero, audies. Ad hunc itaq́ modū corpus id intimæ testis tunicæ cōnascitur, & exterius demptis reuolutionū impressionibus læue est, intus uerò quum ab intima testis tunica acutiori cultello adimitur, asperū, sed nullis quæ oculis subijciuntur meatibus peruium est. Neque etiam aliter cauum esse uisitur, nō hîc solum quà testis tunicæ connascitur, sed neque quà ab illa abscedens sursum fertur. Quum primum nanque ad inferiorem testis partem descendit, rectà [d] sursum reflexum angustius, magisq́ teres sensim efficitur, & non amplius inuolutum, in teretem quasi neruum desinit. atque id ipsi maximè euenit, ubi elatiorē testis partem sursum scandens superat. Quò quum pertigerit, anteriori eius [e] corporis, quod nos uaricosum esse diximus, parti uersus interiora innititur, & ipsi tenuis membranulæ interuentu connexum, altius tantisper procedit, donec per idem peritonæi [f] foramen, quod uenam ac arteriam seminales transeunt, in peritonæi amplitudinem pertingat. In quo transitu corpus id non amplius anteriori uenæ arteriæq́ parti [g] attenditur, sed in posteriora reflexum, sub illis in peritonæum transcendit. [h] Hinc ex dextro latere (dextri enim testis enarrationem prosequor) ad posteriorem pubis ossis sedem reflectitur, & posteriori peritonæi parti connexum, super [i] urinarium dextri lateris meatum sub [k] uesica deducitur. Eódem pari omnino ratione à sinistro teste corpus simile perfertur, & ambo sub posteriori uesicæ sede super [l] rectum intestinum ad uesicæ ceruicis initium protensa, sensim mutuò [m] appropinquant, & latiora crassioraq́ facta, inter se tandem coëunt, unumq́ corpus sub uesicæ ceruicis initio constituunt, in [n] glandulosa quæ nunc dicemus organa absumptū. Hoc sanè corpus à teste ad hunc
modum

p 23 fig modò quidē ε, θ, aut E, F, G, aut H, I. modò autem ξ.
q 22, 23 fi. ι, aut 23 figu. D. & O.
r Seriatim id pete ex 23 fig. P, Q, R, S & T.
s 18 fig. cap. 14 li. 7 ι, κ.
t dextræ figuræ fig. 23 κ, θ, ι, λ, ξ.
u 22, 23 fi. ι ad ι. aut 23 fig. E ad D.
x 23 fi. H, I.
y 22, 23 fi. ab μ ad ι. aut ab E ad F.
z 22, 23 fig. ab ι ad κ.
a 11 fi. lib. 7 C, c, et H, I.
b 23 fig. à C ad D. & ab N ad O.
c sinistra fi. figuræ 23 iuxta ξ.
d 22, 23 fig. ab ι ad κ.
e 22, 23 fi. λ, ι. aut 23 fig. C, D.
f 22 fi. φ, ρ.
g ad λ 23 figuræ idspectatur.
h 23 figura à λ ad ξ.
i 22, 23 fi. supra dextrum q.
k 22, 23 fig. sub υ.
l 22 fig. ψ.
m in sinistra figura 23 fig. ad ξ.
n 22, 23 fi. ξ.



modum ascendens, procul dubio id est quod Herophilus σπερματικὸν πόρον appellauit, quodq́ nos uas semen deferēs, ad illius imitationē, aliquādo & iactatorē dicimus. nam re uera corpus hoc à testis substātia semen assumens, ad penem id defert. Verū ut cauitas ipsius per uniuersum ductum perquam obscura est, raroq́ admodum sectione deprehenditur: ita quoq́ obscuriores [o] meatus foraminaq́ sunt, quæ à teste per intimā ipsius tunicā in eius corporis aut uasis semen deferentis reuolutiones pertinēt. Præterea uasis huius in penem [p] insertio conspectū quodammodo fugit, & coitus tantum aut excretionis seminis tempore aperitur. quod quidam Patauij dissectus facilè edocuit, qui ante suspendium inuoluntario seminis fluxu laborans, hos meatus omnes apertos laxosq́ habuit, eos potissimum qui ex testibus in deferentis semen uasis reuolutiones pertingunt, & quibus dextrū & sinistrū deferentia semen uasa in uesicæ ceruicem terminantur. Herophilus, & ex ipsius suffragio Galenus, [q] hîc ubi dextrum uas sinistro permiscetur, amboq́ paulò anteaquam coëant latiora crassioraq́ reddi diximus, alijs quibusdā reuolutionibus hæc uasa circumagi inuoluiq́ uidētur innuere, quū & in hac sede præsentia uasa subinde παραστάτην κιρσοειδῆ nomināt. Vasa hæc inibi nunquā nisi perq̃ obscurè mihi inuolui uisa sunt: & si quæ sit reuolutio, ea penitus illi similis apparet, quam hæc uasa obtinent, [r] quà primùm ab intima testis tunica nō amplius illi tunicæ connata abscedūt. tale enim quid canes, & magis adhuc caudati simij & tauri indicant, parum cōspicuis reuolutionibus ea sede frequenter donati.

*Glandosum corpus uasorū semen deferentium insertionem excipiēs.*

Cæterum corpus [s] glandosum, in quod deferētia semen uasa postquam coiere inseruntur, quodq́ Herophilus ἀδενοειδῆ παραστάτην appellat, ad humillimā uesicæ partem reponitur, mediū quodammodo inter uesicæ corpus & illius ceruicem. Est autem corpus id unicum, & subinde ipsis testibus grandius, at nō ad amussim rotundū. nam anterius & posterius depressum, à lateribus autem rotundum instar globi cernitur. per ipsius uerò mediū uesicæ [t] canalis procedit, qui hic paulo quàm in reliquo progressu latior, amplior'ue existit: non tamen quod manifestè cōspici possit, à semen deferentibus uasis foratus, sed asper duntaxat ac inæqualis & rugosus: idq́ potissimum in posteriori ipsius sede, ubi interdum deferentium uasorum ingressum accurato studio secantes, conspicuè deprehendimus. Deinde uesicæ ceruix, qua per glandosum corpus fertur, distincta ab illo corpore membrana neutiquā est. nam solus glandosi corporis sinus communem hic urinæ seminiq́ meatum conficit, per reliquum autem processum canalis ille priuatum est corpus, [u] orbiculari musculo statim à glandoso corpore circundatum, & [x] dein duobus quæ penem præcipuè constituunt corporibus adnatum. Quæ uerò hæc penis sint corpora, quum penis persequebar musculos, obiter cōmemoraui. ubi autem singulorum quæ iam complexus sum usus succinctè ascripsero, rursus paulo diffusiùs ipsorū constructionem (quod ipsorum cognitio manuali artifici, propter crebros quibus homines uexantur morbos, nimis quàm necessaria sit) recensebo.

*Partium quæ hoc Capite describūtur constructionis ratio.*

Quando itaq́ hactenus enumerata diligenti sectione aggressus eris, ut singulorum usus tibi præscribatur, minimè exiges, quum is attentè secantibus locupletiùs, ac cum maiori Naturę admiratione occurrat, quàm quis prolixè & sedulò exprimere possit. Ex iecoris enim pulmonum lienis & renum constructione, pugnantium inter se autoritatum relicta congerie, doceberis, testium substantiam ingenita sibi facultate, ex materia quam uenæ ac arteriæ illi deferūt, ac per totum testem (ut uenæ per iecur sanguinem) diffundunt, semen efficere: & quemadmodum iecoris caro sanguificationis opifex censetur, ita & hanc testium substantiam seminis procreatricem, paremq́ hic organorum ac in iecore, constructionem esse. Quemadmodum enim cibos nutritioni aptos ore assumimus, eosq́ uentriculo conficimus, & quod confectum est ex intestinorum anfractibus longo ductu in iecoris cauum fertur: ita quoq́ optimam sanguinis spirituumq́ portionem testium uenæ ac arteriæ perferunt. non quidem breui aliquo, aut non anfractuoso progressu, uerum longissimo, & innumeris reuolutionibus spirisq́ tortuosum & errantem: ut materiam testi præparatam, seminiq́ efficiendo magis opportunam communicent. neque id in unam amplam testibus incisam cauitatem, sed in tenuissima, eademq́ tunica subtili admodum formata uascula, per testis substantiam frequentissima serie distributa. Vt quemadmodum de iecoris carne dictum est, ita & testis substantia facultate sibi insita sanguini & spiritui suis uasculis contentis perfectam seminis naturam impertiat. Atque hæc uis in masculis roboris & uirilitatis, in feminis muliebritatis causa existit, corpusq́ uniuersum ita alterat, ut id quod neque mas, neque femina per se esset, mas uel femina euadat.

*Vasorū testi materiā deducentium ortus ratio.*

Rursus ut in iecore uenæ cauæ surculi ex portæ ramis sanguinem assumebant, atque in illis quoque is perfectius elaborabatur: sic etiam pori meatusq́ innumeri, sed gracillimi, paratum à testibus semen in deferentis uasis anfractus testi connatos exporrigunt, ut hinc rursum ex utroque teste semen in eam sedem in uiris deducatur, qua commodè in uterum proijci & eiaculari ualeat. Ad hanc functionem conducit, dextri testis uenam à ca-
uæ

o 23 fig. H.
p 23 figu. ι.
q in sinistra figura 23 fig. ad ξ.
r 23 fig. à G sursum.
s 22, 23 fi. ξ. et fi. cd. 49 lib. 2 R.
t in dextra figura 23 fi. à ν per o ad φ.
u 22, 23 fi. ρ.
x 1, 2 fi. cd. 49 lib. 2 G adnascitur A, B.

*Penis ſitus.*

teris. quod tunc feceris ocyus, ubi uirilis membri fabricam ſubiunxero: cuius ſitum Galenus prolixiſſimè & eleganter recenſet, quòd nimirum citra ſectionem is illum non minus latuerit, quàm hominis digiti, & ad inguina & poplitem inflexus, quibus locis duntaxat hominem à ſimia Galenus differre perſpectū habuit. Atque ut ſitus in conſpectu citra longiorem enarrationem eſt, ita quoque leui opera colligitur, quàm is penis muneribus obeundis examuſſim quadret, neq; aptius aliquò reponi poſſit, ita ſanè ut moles ipſius & conformatio nulli non pateant.

*Penis cōſtructionem ſubeuntia. Duo præcipua ipſius corpora.*

Conſtructionem uerò ipſius ſubintrāt duo quæ illum præcipuè efformare docebimus corpora, meatus ſemini urinæq; communis quatuor muſculi ad penis radicem repoſiti, ac demum uenæ, arteriæ, nerui, cutis, & quæ huic ſubſternitur carnoſa membrana, & uinculum cutem hanc cum carnea membrana peni connectens. Ex dextro itaque pubis oſſe, [d] ubi id craſſius & quaſi teres ad inferiorem commiſſuræ pubis oſſa committentis ſedem uiſitur, [e] teres quoddam corpus ualidiſſimè principiū ducit, ligamenti naturā prorſus referēs, quod ab oſſe nōnihil ſurſum recedens interno latere [f] aliud contingit corpus, ſimiliter à ſiniſtro pubis oſſe pronatum. Hæc corpora in eum modum inuicem cōmittuntur, ac ſi utrarumq; manuum indices internis partibus mutuò iungeres, unitosq; fingeres. Vt enim interna indicū ſedes plana, nō autem gibba & teres, exterioris ſedis modo eſt, ita etiam hæc corpora quà inuicem connaſcuntur plana ſunt, externis autem lateribus & ſuperiori ſede teretia inuicem iunctorum digitorum inſtar, qui ſimul commiſſi latius quàm profundius corpus ad penis modum efficiunt. Deinde ut inferior indicum, ita cōmiſſorum ſedes modicè dehiſcit, planaq; uiſitur: ſic & penis corporum inferior ſedes dehiſcit, ac [g] urinarium ueſicæ meatum ſub ſe ita porrectum exigit, ac ſi calamum quo ſcribitur, inferiori indicum ſedi exporrigeres, & indices tibi penis corporum loco, calamus

*Meatus urinæ ſeminiq; cōmunis.*

autem urinarij meatus uice eſſent. Mox enim à corporum exortu ipſis urinarius meatus ſeu ueſicæ ceruix ſubtenditur, ac cum illis ad [h] glandis uſque initium in eum modum porrigitur, ut corporum ſubſtantiam nuſquam ingrediatur: uti in glandis ſede, ubi meatum in corporum ſubſtantiam duci paulo pòſt audies. Corpora hæc in hunc modum enata, ſimulq; cōmiſſa ſeorſum ſingula oblongum referunt corpus, ex neruea cōtextum ſubſtantia, inſtar coriaceæ fiſtulæ, cuius interior [i] ſubſtantia rubra prorſus, & nigricans, & fungoſa, & atro ſanguine oppleta cernitur, ad eum ferè modū, ac ſi ex innumeris arteriarū uenarumq; ſurculis quàm tenuiſſimis ſimulq; proximè implicatis retia quædā efformarētur, orbiculatim à neruea illa ſubſtantia tanq; in corio cōpræhenſa. Atque hæc duo penis corpora ad glandem uſque priuatim ſingula nerueum retinent inuolucrum, & fungoſam hanc ſubſtantiā ſumma diligentia à naturæ operum

*Glans.*

ſtudioſo expendendam. Quum autem ad eam uſque penis regionem perrepſere, in qua iam glandem efformatura ſunt, in acutū feruntur, & carnoſa glandis ſubſtātia ipſis obnaſcitur, quæ meatum urinæ ſeminiq; communem nō ſubnatum duntaxat ut corpora illa exigit, uerùm eum in ſe complectitur, meatumq; ambit, qui hic reliquo ipſius ductu [k] amplior efficitur: & rurſus ſuo fine extremo ue arctatur, non ſecus quàm ſi Natura in cōcubitu ſeminis moram, ac proinde intenſiorem pruritum in glande (quam affrictus potiſſimum occaſione adauxit) eſſe cupiuiſſet. Vnde etiam inuoluntario ſeminis fluxu laborātes, hac ſede plurimum ulceribus infeſtantur, propter ſeminis in hac amplitudine aſſeruati acrimoniā, urinarium meatum impenſe exulcerantem: qui profluentis urinæ mordacitate, dum urina redditur, in glande inſigniter infeſtatur, non minus ſanè quàm rigido pene eiuſdē meatus ſedes inter anum & teſtes, ubi perinæum nobis uocatum habetur, cōſiſtens, grauiter eo malo affectis cruciatur: quod imprimis meatus obliquitatis ac reflexus, & deinde decliuis etiam ſedis ratione accidit. Quum enim meatus hàc primum ſub penis corporibus ſurſum reflectitur, hæcq; ſedes humillima eſt, ſeminis copia à quo meatus exulceratur, non minus hic quàm in glande conſiſtit, ac proinde magis quàm in reliqua meatus ſede erodit, & deinde eroſus meatus quando unà cum pene tenditur, ſolutionē

*Venæ, arteriæ & nerui.*

unitatis uehementiùs inibi percipit. Porrò [l] uenæ ac arteriæ ad horum penis corporū radicem accedentes, ab illis deriuantur, quę humilioris illius diuiſionis rami ſunt, quam uaſa òs ſacrum prætergreſſa tentare, in tertio libro prodidimus: & quanquam hæc uaſa ad penis corpora pertingant, uix tamen ſectione aſſequor, quo itinere in corporum illorum cauitatem inſerātur, ſanguinem illum nigricantē & craſſum, quem fungoſa corporū ſubſtantia plurimū poſſidet, deductura. Rami tamē [m] cuti hæc corpora induenti, etiā ante ſectionem cōſpicui offeruntur, illamq; intercurrunt. Nerui quoq; huc plures ab infimis ſacri oſſis paribus pertingunt, ſecundum corporum longitudinem diffuſi: ac [n] duo tenues in humillima penis ſede exporrigūtur, unus utrinque ad meatus urinæ ſeminiq; communis latera. Quinetiam & alius ſubinde conſpicuus eſt, ſuperiori corporum ſedi qua hæc inuicem connaſcuntur, [o] expanſus. His neruis accedunt mem-

*Cutis.*

branea uincula, ſuperiorem corporū ſedem, qua primum ſurſum ducuntur pubis oſſium com-

miſſuræ

*d 1,2,3 fig. ca. 29 li. 1. — e 2 fig. cap. 49 lib. 2 B & dein illi ſubditū C. — f eiuſ. fig. A & illi ſub. d. tum C. — g 1,2,3 fig. ca. 49 li. 2 G ſub A,B. — h Figurarū 49 ca. lib. 2 D. — i 3 fig. cap. 49 li. 2 E, E. — k 23 figu. ρ. — l 22,23 fi. u. & ultimæ fi. li. 3 ſ. — m 20 fig. r. — n Eâ ſede ubi n ſpectatur 22 figu. — o Inter 2 et 7 figu. 22.*



miſſuræ ad eam uſq; partem nectentia, qua primùm penis orbiculatim cute obtegitur. [p] Muſculi quatuor penem adeuntes, in ſecundo libro deſcripti ſunt: dum duos meatui urinæ, ſeminiſq;, & ſingulos ſingulis corporibus exporrigi recenſuimus. Adeò ut nihil de penis fabrica modò dicendum ſuperſit: niſi quis Naturam laudare uelit, quod nullum adipem [q] inter carneam membranam & cutem peni obductas interiecerit, quo tenuius, & conuolui implicariq; & extendi aptiùs inuolucrum peni adaptaretur. Si itaq; humanū penem reſecueris, non unum concauum reperies neruum, aut ligamentum à pubis oſſe enatum, quemadmodum Galenus docuit, ſed duo quæ deſcripſi corpora: quæ nō uacua & ſanguine indiga, ut Galenus boum pene deluſus malè ſcribit, exiſtunt, ſed fungoſa illa & ueluti carnea, uti Ariſtoteles rectè innuit, materia, & plurimo nigricante ſanguine inſtar farciminum implētur. Deinde ad ſeminis urinæq; meatum alij non exporriguntur muſculi, quàm duo illi quos à recti inteſtini orbiculari muſculo pronaſci oſtendimus. At Arabes adhuc magis admiror, qui tres in pene finxere meatus, unū quidem urinæ dicatum, ſecundum ſemini, tertium autem illi uiſcido humori, quem ab illo glanduloſo corpore parari arbitramur, quod ueſicæ ceruicis initio circumnaſcitur, quiq; humectū penem ſubinde reddit uiro impenſius cōcubitum appetēte, quū interim his omnibus unus extruatur meatus. Verum facilè exiſtimo hanc ſententiā primùm ab Arabe quopiā fuiſſe inuectā, qui penis ſectionem aggreſſus, eiusq; fabricam Galeni placitis non conuenire animaduertens, [r] tres arbitratus ſit eſſe penis meatus, duo quæ dixi corpora, & meatum ſemini urinæq;, & dicto etiam nuper humori communem. Quandoquidem ſi tranſuerſim penem reſecas, neq; nigricantem qui inter ſecandum promanat ſanguinem abſtergis, profectò ſingula corpora ſinguli meatus tibi apparēt, quibus tertius accedit qui uerè meatus eſt. At expreſſo abſterſoq; ſanguine, fungoſa corporum ſe offert ſubſtantia, leui negotio probans corpora illa meatus non eſſe. Vtcunq; tamen ſit, hîc Patauij adoleſcens iuris ſtudioſus, ac è nobili Symionum apud Foroiulienſes familia natus, mihi familiaris eſt, qui in glandis apice duos obtinet meatus, unum ſemini, alterum urinæ paratū. Verùm quum quæ non niſi rariſſimè accidunt, hîc nequaquam recenſenda duxerim, ea quæ præter naturam ſe habere comperi, nō lubens ſcribo. Quare etiam hermaphrodytorum ſpecies, quas aliquot uidi, modò non recenſeo, generationis non monſtroſæ mulieris organa nunc perſequuturus.

*p 1,2 fi. ca. 49 lib. 2 H, I,K,L. — q 20 fig. inter t & r. — r 3 fig. cap. 49. libri 2 E,E,G — Lib. 15. de Vſu part. — Lib. 1. de Hiſtor. cap. 13.*

## *DE VTERO RELIQVISQVE MVLIEbribus generationi famulantibus organis. Caput XV.*

*PRAESENTIBVS organis oſtendendis ſeriatim faciunt uigeſimaquarta figura & uigeſima quinta, duæq; illas ſubſequentes, uti illarum Indices diffuſe docuerunt.*

*Vterū in fundum & ceruicem diuidi.*

ANTE omnia uterum (ne mox inter initia aliorum diſſectionis profeſſorum dogmatum turbis obruamur) in [a] fundum & [b] ceruicem ſeu collum perinde ac ueſicā meritò diſtinguimus: quandoquidē & ſi illis ambobus ceruice uidelicet & fundo uterus cōſtituatur, unumq; ex illis corpus conſurgat, ea tamen ſitu, forma, magnitudine, conſtructione, ſubſtantia, uaſorum inſertione, & exortibus, implantationibus, ligamētis, & id genus alijs, in uteri hiſtoria diligenter ſpectandis, admodum differunt.

*Vteri ſitus, partiumq; uicinarum contactus.*

Ceruix igitur uteri à mulieris pudendo rectà ſurſum ſub pubis [c] oſſibus, & ſecundùm [d] recti inteſtini ductum in peritonæi cauitatem tantiſper aſcendit, donec paulo demiſſiùs quàm è directo ſedis pertingat, qua à pubis oſſibus rectorum abdominis muſculorum [e] principia pendent. inibi enim [f] ceruix in fundum uteri, aut fundus ipſe in ceruicē deſinit, & rariſſimè altius protenditur, ac proinde humilior fundi pars hic habetur: ſuperioris uerò ipſius partis, & laterum ſedes pro magnitudine ipſius uariant. Quanto enim maior magiſq; diſtentus eſt uterus, tanto elatiùs ad umbilici regionē protenditur, atque ad ilia magis accedit. Adeò ut nullam peculiarē ipſi ſedem circumſcribere queam, niſi quòd ſub peritonęi anteriori parte elatius quàm pubis ſunt oſſa plerunq; conſcendat. In nullis tamen omnino mulieribus utero non gerentibus, fundus ſacri oſſis [g] initium infimæ lumborum uertebræ coarticulatum ſuperat, neq; in illis fundus & ceruix poſteriori parte aliud præter rectum inteſtinū tangunt, uixq; ipſius etiam uincunt amplitudinem, neque elatiſſima fundi pars tam altè atq; recti inteſtini [h] ſedes, in coli anfractus ducta prorepit. Anterior uteri pars ueſicā habet [i] prætenſam, atque hac utero nō gerentibus uniuerſus fundus obtegitur, ueſica nimirum altiùs illo procedente. Nunquam enim in muliere uterum nō gerente, hunc tam altè atq; ueſicam uel prorſus inanitam, conſcendere animaduerti, niſi fortaſſis uterum manu apprehenſum ipſius producta ceruice ſurſum traherem. Prout enim hanc in ſe laxa

*a 25 fi. i,k,l. — b 25 fi. x,x. aut quicquid ſub G, K,K conſiſtit in 27 fi. — c ult. fig. li. 1 ſ. — d 25 fig. m. — e 5 muſcul. ta. n, o muſculi Δ. — f 24 fi. R,S in L deſinunt. — g 1 ultimarum fig. li. 1 M. — h 8 fi. iuxta T & Y. — i 24 fi. T ſuper L, et 25 fi. 8 ſuper i, k,l.*

tam ſinis,aut utero ſurſum tracto protendis,uteri ſitum plurimum uariabis. Si tamen adaperto
inter diſſecandũ peritonæo,uteri ſitum inquiſiueris, priuſquam illum manu aut demiſſius,aut
elatius moueas,conſpicabere illum humilius multo quàm elatior ueſicæ conſiſtat pars, collo-
catum,& neutiquam ad ſacri oſſis initiũ pertingere,itaq; poſitum,& ut mox dicã connexũ,libe-
rumq;, ut ſurſum ac deorſum leui opera agi poſſit: quod in uiuentibus adhuc mulieribus indi-
catu eſt longè facillimũ, ſi modo fundi uteri [k] os inſpicere conatus fueris. Nam leui quaq; occa- *k 27 fig. D.*
ſione ad uteri ceruicis [l] os, fundi os in quibuſdã mulieribus, præcipuè autẽ ætate prouectioribus *l 25 fig. i.*
deciſſe cernitur. ſubinde enim adeò deorſum procidit,ut uiſum nõ fugiat,ac mox in ceruicis
ore reponatur. Aliĳs autem mulieribus altius reconditũ prorſus latitat,quòd ſuis [m] membranis *m 24 fi. O, P, Q. 27 E, E.*
uterus ſuperius contineatur,illæq; non laxatæ hunc minus decũbere ſinant: ſecus quàm in illis
quæ ſæpius pepererũt, quibusq; uteri ligamẽta laxiora euaſere. Cuiuſmodi uerò hæc uteri ſint
ligamenta,dicam poſtea,nunc reliquũ de uteri ſitu ſermonem abſoluturus. Anterior itaq; uteri
pars,uti dicebam,ueſica obtegitur: hîc tamen [n] humilima omenti parte in illis interueniẽte,qui- *n 2 fi. inferiora Q, Q.*
bus id ſurſum uerſus lienem non cõuolutum omnibus inteſtinis obducitur. Omenti enim mo-
les longitudoq; tanta eſt, ut inter uterum ueſicamq; facile implicari,atq;(quod Hippocrates de
obeſis dicebat mulieribus) uteri os ne aptè cõcipiant,leuiter comprimere poſſit. [o] Anteriori au- *o 25 fig. β, γ & δ inſternitur x, x.*
tem uteri ceruicis parti,ueſicæ quoq; fundum illic ubi uteri ceruix fundo ipſius eſt contermina,
incumbit. per reliquã enim ſedem quaſi ad pudendũ uſq;, collum ueſicæ (quod breuiſſimũ eſt)
ipſi duntaxat exporrigitur. Verum quia uteri ceruix ueſicæ collum lõgitudine ac latitudine plu-
rimùm ſuperat, tota ceruicis uteri pars, ueſica, ipſiusq; collo non operta,eam peritonæi ſedem
contingit,quæ internã pubis oſſium regionẽ ſuccingit. Porrò ceruicis fundiq; uteri latera,uaſa *p 24 fi. O, P, Q, et 27 fig. I, I.*
quæ uterum adeunt,& [p] membranas illum proximis partibus nectentes ſpectant. Atq; ita ute-
rus ferè in nõ prægnantibus habet. In utero autẽ gerentibus ſuper [q] gracilia inteſtina ſub omen- *q tota ferè 7 figura.*
to & peritonæi anteriori parte ducitur, ilia quoq; quum partui uicinior eſt, impẽſiusq; turget,
inſigniter opplens. Vnde etiam [r] humilior fundi pars qua is in ceruicẽ deſinit, his etiam altius *r 27 fig. G, K, K.*
quàm in nõ prægnantibus aſcendit, & uteri ceruix illis mulieribus ſurſum tracta,ac in longitu-
dinem ducta,preſſius quàm cæteris arctatur. Quinetiam uterus his non ad amuſſim (ut aliàs)
mediã,quod ad dextrũ & ſiniſtrũ attinet, ſedem occupat,ſed quaſi apice elatiori in [s] dextrũ ma- *s VI i tabella figu. 30.*
gis,aut ſiniſtrũ,quãuis interim modicè,uergit. Quod etſi plerunq; fœtuũ ſexus ratione fiat,nõ
tamen perpetuũ eſt. Nam mulieres dextram abdominis partem magis prominulam grauemq;
habẽtes,fœminas peperiſſe cognoui: & etiã in ſiniſtro latere facta tenſione, maſculos aliquãdo
progenitos. Cæterum [t] canini uteri,ut & caprini & [u] uaccini,ſitus,quemadmodum etiam con- *t 28 fig. u 29 fig.*
formatio à muliebris uteri ſitu plurimum uariat. illis nanq; animalibus ceruix uteri ad elatio-
rem uſq; ueſicæ ſedem protẽditur,& uniuerſum uteri fundum etiam non prægnantibus elatius

*Vteri forma.*

quàm ſacrum os locatur. Muliebris uteri formam ueſicæ plerunq; [x] aſſimilamus, & potiſſimũ *x 25 fi. confer β cum i, k, l. aut 24 fi. T cum L.*
prægnantium, quibus ad amuſſim propemodum ueſicæ reſpondet: quippe illis uteri fundus,
ut & ueſicæ,amplus admodum magnusq; eſt: & ceruix,ſi hanc ad fundi contuleris amplitudi-
nem,anguſta. In nõ prægnantibus autem ceruicis latitudinem fundi latitudo uix ſuperat: & ſi
ceruicem uel leuiſſimo conatu dilatare conaberis,iam eius latitudinem plurimum fundi latitu-
dinem uincere ſpectabis, quũ fundi ſubſtãtia utcunq; protendenti haudquaquam ſequax ſit,
ac proinde etiam iniqua uteri ad ueſicam eſt comparatio. deinde ueſica quod ad latitudinem
attinet,exactè orbicularis eſt: uteri autem fundus non prægnantibus anteriori poſterioriq; par-
tibus (ut latior craſſiorue euadat) comprimitur. Veſicæ etiam ſuperior pars exacti globi inſtar
paulò minus rotunda eſt. nam quà [y] urinarius meatus urinam è fœtu per umbilicum deducens *y 2 fig. M educitur ab N.*
ab ipſa pronaſcitur,uelut in acutum aſſurgit. Vterus autem [z] hîc obtuſus eſt,& quartam circuli
partem etiam nonnihil erectam,aut nouiluniĳ imaginem refert, non aliter quàm ſi ſuperior fun- *z 25 fi. abi ad k.*
di pars [a] utrinque obtuſum cõſtitueret angulum: ut & Arabes inſinuarunt, quum formam ute- *a 25 figur. i & k.*
ri quadratam dixere. [b] Ab huius enim partis ſuperioris lateribus,uteri fundus ſenſim, ſed mo- *b 25 fi. abi & k ad l.*
dicè interim, arctior redditus, deorſum ad ipſius ceruicis originẽ fertur: ita tamen, ut totus ute-
rus nõ multo fiat prolixior quàm latior, ceruice interim inſtar oblongi meatus longa & tereti. *c 26 fi. fundus læuis eſt ad A, A, per ad E, proximum A.*

*Vteri ſuperficies cuiuſmodi.*

[c] Fundus uteri omni ex parte præterquam in lateribus,ubi uaſorum membranarumq; fiunt ap-
plantationes,externa ſuperficie læui & æquali & ueluti madente linteo abſterſa ſubrubicãteq;
conſtat. Ceruicis quoque exterior ſuperficies in poſteriori parte ab uteri fundo nonnihil ultra
mediam ipſius longitudinem,& anteriori quoq; parte fundo propinquior,læuis & humecta,
magis tamen quàm fundi ſuperficies candicans conſpicitur: per reliquam uerò externã ſedem
propter aliarum partium adnexus aſpera, eorum quæ inuicem adnaſcuntur modo exiſtit. At *d Spectatur in 27 figu.*

*Fundi uteri ſinus.*

[d] interna fundi ſuperficies non prægnãtibus æqualis quoq; ac læuis, ut inanitarum ueſicarum
cauitas



cauitas apparet. Sed harum ſinus maioribus profundioribusq; rugis oppletur,illius autẽ plu-
ribus quidem, at minus profundis,& uiſum quodammodo propter continuitatẽ compreſſio-
nemq; fugientibus,non aliter quàm ſi exactiſſimè læuis foret. Attamen præter ueſicarum caui-
tatem humanus uterus,ut uirorũ ſcortum,leuem & perquàm modicè extuberantem [e] futuram *e 27 figura C, D.*
ſeu tenuiſſimæ lineæ inſtar prominẽs tuberculum exigit, ſecundũ uniuerſæ ſuperficiei longitu-
dinem & anterius & poſterius exporrectũ, quaſi quoddã ſiniſtræ à dextra ſuperficiei interſti-
tium,aut notula quędam cenſenda eſſet. Superficies hæc fundi uteri ſinus eſt ſemen genitale ſu-
ſcipiens,fœtumq; cõtinens,quem nõ imperitum uulgus modo,uerum & Anatomicorum fæx
non unum enumerãt, ſed ſeptenario numero eum complectẽtes,ſeptem matricis cellulas recen-
ſent: ac tres quidem in dextra uteri ſede maſculis ſuſcipiendis aptas enumerant, tres uerò in ſini-
ſtra fœminis dicatas: ſeptimã autẽ in uteri medio ſtatuũt, illam hermaphrodytis cõſecrantes.
Hæc memini me admodũ puerum prima dialectices rudimẽta addiſcentẽ, in Alberti illius Ma-
gni indoctiſſimo, de uirorũ mulierumq; ſecretis libro, ac in quodã Michaele Scoto non minus
ſectionis eiusq; quam profitetur phyſiognomiæ indocto, quàm barbaro legiſſe: & etiam apud
Iureconſultos eiuſmodi loculos deſcribi, cum aliàs ſæpius, tum maximè ab utriuſq; iuris cõſul-
tiſſimo literatiſſimoq; uiro GVILIELMO MARTINO STELLA cognato meo, ut
cæterarum diſciplinarũ, ita quoq; Naturę operum mire ſtudioſo didici, quando prolixè de fœ-
tus formatione, ac quo potiſſimũ tempore perfectus is dici mereatur, & diuini Hippocratis nõ-
ſtri ſuffragio partum ſeptimeſtrem perfectum eſſe aſſerentis, colloqueremur. His accedit præ-
ter Nicolum Gentilem, & alios pleroſq; eius cohortis homines, Mondinus, Alberti, & reuera
τοῦ σκοτοῦ illius meritiſſimus comes, qui aliĳs ipſius de uteri formatione commentis, à placitis
ſcholaſticorum theologorum (quibus frequentior de genitalibus & ſemine quàm medicis di-
ſputatio eſt, quoſq; quum generationis organa in ſcholis oſtendimus frequẽtiſſimos habemus
ſpectatores) declinare ueritus, ſeptem ſinibus uterum diſtinctũ eſſe adiecit. Quos quibuſdam
imaginatos fuiſſe, non ſat uiſum eſt, niſi rurſus ſeptem illos ſinus ſcrobesue, ſeu foſſulas decem
rugoſos inflexus obtinere aſtruerẽt, ut ſcrobiculi ſeptẽ, rugę uerò ſeptuaginta eſſent. Atq; hinc
totidem fœtus ſimul concipi poſſe pleriq; autumant: parũ per Iouem in hominũ, multo etiã mi-
nus in brutorũ, quæ plures fœtus plerunq; ſimul utero gerunt, diſſectione uerſati. Vnica enim
duntaxat in uteri fundo eſt cauitas, latior quidem & altior quàm profundior, cuiuſmodi etiam
uteri fundi formã eſſe retulimus. [f] Cauitas hæc ſeu ſinus, in humilima ſede iuxta fundi foramen, *f Quaſi A & B ducẽres ad G, et dein ab A et B ſurſum, in 27 figu.*
pro illius foraminis amplitudine anguſtior eſt, deinde ſecundũ uteri formã ſurſum dilatatus,
in elatiori ſua ſede uelut in duos ceſſat angulos, ad elatioris uteri partis latera cõſcendẽtes, quã
uelut duos obtuſiores efformare docuimus [g] angulos. [h] Media enim ſedes elatioris ſinus partis *g 25 fig. i, k.*
non tam altè atq; latera ipſius cõſcendunt, uteri ſubſtãtia deorſum hîc quaſi ſeptum aliquod, in *h 27 figura F, F.*
ſuam amplitudinẽ ſpectante. Hunc ſinum in non prægnãtibus talem ſemper adinueni, ut plu-
rimum uiſcido quodã & ſubalbo muco illitum, & læuem quidem, uti dicebã antea, & incon-
ſpicua propemodum ſutura, ſeu extuberantiori linea interſtinctum. In angulis illis aut in ſupe- *i 25 fig. o.*
rioribus ipſius apicibus rugoſiorem, ac omnino illi [i] cauitati ſimilem deprehendi, in quam defe-
rentia ſemen uaſa in uiris inſerũtur. Nullus enim hic in inuolutario ſeminis fluxu, ſeu albis, ut
uocamus, menſtruis non laborãtibus, manifeſtus occurrit meatus: quemadmodũ neq; in uiro
aliquis conſpicitur, niſi ex [k] uaſe ſemen deferente ſtylum acutiorẽ ſecundũ uaſis inſertionem ui- *k 25 fig. u.*
intrudamus, atq; ſecus quàm ſecundũ naturam habet meatũ dilatemus. etiamſi uaccis interim
leui negocio ſtylus ex uteri amplitudine deferenti ſemen uaſi indatur. Quinetiã non prægnan-
tibus in ſinum hunc nunquam arterias aut uenas prominere obſeruaui, eorũ capitulorũ inſtar
extuberantes, ex quibus ſanguis è uenis ad anum pertinentibus in hæmorrhoidum uitio efflu-
xurus eſt. Nec ſinus quoq; aliquos in nõ prægnantis uteri ſinu intuitus ſum, illis ſimiles quos
in ſepiarum & loliginum & loliorum promuſcidibus cernimus: qui eiuſmodi ſinus ſunt, ac ſi
ceræ medias piſas impreſſiſſes, uti caprarum & uacarum Galeni oſtendunt uteri, quemadmo-
dum in Capite quod priuatim acetabulis dedicabitur, diffuſius oſtendã. Ad hæc, uenam aut ar-
teriam quoq; non extuberantem, ſed nullo penitus pacto uiſui ſeſe offerentem in hoc, ut neq; in
[l] uentriculi aut inteſtinorũ cauitates terminare, in non prægnantium mulierum uteris cõſpexi: *l 16 fig.*
imò fundi ſinus cõtinuo colore inter rubrum ac pallidum medio perfuſus ſpectatur. Hæc qui-
dem internę fundi ſuperficiei ſinusue, cuius tractatio ad uteri formã ſpectat, eſt deſcriptio. [m] In- *m 26 figur. B, B.*

*Interna ceruicis ſuperficies cuiuſmodi.*

terna autẽ ceruicis uteri ſuperficies magna ex parte uaria eſt. quũ cõniuet enim, neq; aliàs diſten-
ditur, undecunq; rugoſa implicitaq; eſt, ac in ſe cõcidit: ſi uerò admodũ diſtẽditur, exactè læuis
& lubrica ſecundũ uniuerſam ipſius longitudinẽ, præterquàm ad eam partem, qua in puden-
dum terminatur, apparere poteſt. Hic nanq; perpetuò præter laxos implexus [n] cuticulares illas *n 25 fi. r.*

carunculas tuberculaq́ non æqualiter omnibus mulieribus propendula adipiſcit, quæ *νυμφὰι* Græci uocãt. Ad hæc, in anteriori ceruicis ſede paulo ſupra pudendũ, ubi ueſicæ collũ ipſi° inſeritur, nõ ad amuſſim æqualis eſt. Nã utrinq; ad inſertionis latera, tenuis uteri ceruicis portiũcula excreſcit, in ipſius amplitudinẽ propẽdens, ac illis mẽbraneis proceſſibus forma perq̃ ſimilis, [p] quos urinæ in urinarios meatus è ueſica, & bilis ex duodeno in deferentẽ illã meatũ, regreſſum prepedire innuimus. Haud ſecus quàm ſi uteri ceruix urinã admitteret, penduli uerò proceſſus urinã aut aliã materiã in ueſicæ collũ regurgitare prohiberẽt. Præterea uteri ceruicis amplitudo toto ipſius ductu nõ anguſtatur, & eiuſdẽ eſt amplitudinis [q] quà fundo cõtinuatur (ſi modò amplior diſtẽdiq; aptior inibi nõ ſit) ac [r] quà in pudendũ ceſſat. Verùm in huius amplitudinis finẽ ſeu elatiorẽ ſedem, fundi [s] orificium prominet, nuſquã ceruicis latera ſuo mucrone cõtingens, neq; propter ceruicis cõtractionem aut diſtentionẽ mobile. Porrigitur enim ex humillima fundi ſede in hanc ceruicis regionẽ, uteri ſubſtãtia obtuſioris in pene glandis modò, cuius tranſuerſa ſciſſura ſeu foramen ineſt, quod uteri aut fundi ipſius os uocari ſolitũ eſt: quemadmodũ mulie[t]bre pudendum, ceruicis uteri os nuncupamus. Verum ut hoc nõ diſtentũ alioquin ſecundùm corporis rectitudinẽ ductæ ſectionis modò cõniuet, ita quoq; illud tranſuerſa, at non perpetuò æquali. Prægnãtibus enim rugoſa eſt admodũ, & perquàm anguſta, ut ſpecillum niſi ualidius impulſum uix admittat. Quæ nuper pepererũt, ampliorem hanc ſciſſionẽ, minusq; cõtractam rugoſam ue poſſident: nõ prægnãtes autem, medio habent modo. Quod uerò, quoties fundi orificiũ diſtenditur ac dehiſcit, ut & ceruicis orificiũ, orbiculare fiat, manifeſtũ eſſe, etiamſi nõ dicatur, arbitror. Aperitur autẽ in coitu nõ ſemper quidem, ſed quũ uirile ſemen appetẽs, id naturali motu ſugendo allicit, & quando uterus non concepturus, uirile ſemen unà cum muliebri ſemine iterũ eructat, aut in pollutione, uel affrictu muliebre duntaxat ſemen excernit. Nequaq̃ enim diſtenta uteri ceruice, ſimul quoq; id perpetuò recluditur. haud enim decuiſſet inſatiatæ mulieris arbitrio, etiã poſt cõceptum uehemẽter procaciter nimium deſideraturæ, orificium illud ſubijci. Vt interim prætereã quãta ſucceſſionis ſpeciei noxa, mulieres ſubinde genituræ præter ſententiã non reſeruarẽt: quantaq; licẽtia nullo habito cõceptionis metu, maritis parentibusq; imponerent, ſi modò fundi orificio Natura muſculos arbitrarij motus opifices elargita fuiſſet, idq; ita ac ceruicis uteri fundi orificium ſemper aperiri potuiſſet. Quàm ineptè uerò & falſo plerique fundi orificiũ penem in coitu excipere, illumq; in uteri ſinum inſeri ſcripſerint, præter alia, corporis quoq; reſectio luculentiſſimè teſtatur. Porrò in partu quũ toto tempore quo uterum geſſit mulier, ad amuſſim contractũ occluſumq; fuerit, adeò aperiri, extendi, remittiq;, ut fœtus hàc procidat, ſcimus quidẽ, & audiẽtes ſtupeſcimus: at Naturæ miraculũ nimis quàm ſegniter admiramur, ſummi rerum Opificis prouidentiam hymnis parum celebrãtes. Ad uteri quoq; formam ipſius cornua ſpectare uidentur, quæ Herophilus in mulieribus opportuniſſimè iam naſcentibus boum cornibus aſſimilauit. Quemadmodum enim uitulorum capita utrinq; quà pronaſcentur cornua, extuberant: ita etiam ſuperior uteri pars, quam quartæ circuli parti comparauimus, [u] utrobiq; uelut in duos obtuſos deſinit angulos, qui re uera ueteribus Anatomicis hominũ cadauera ſecantibus cornuũ uice habebãtur, [x] uaſorumq; ſemen muliebre deferentiũ inſertionem excipiunt. Neq; hîc quenquam Galeni ſtudioſum (uti ſanè omnes qui Medicinæ nomen dedimus oportet eſſe ſtudioſiſſimos) mihi ob pleraq; illius dogmata obſtrepere uelim, atq; alias uteri partes requirere, quas cornu accuratius aſſimilari cupiat, priuſquã ſedulò Galeni loca in libris de Partium uſu, de Semine, de Vteri reſectione, expenderit, atq; uaccinũ uterum muliebri, ac demum Galeni ſcripta ambobus uteris cõtulerit: ut tandem doceatur, Galenũ, ne per ſomniũ quidem muliebrem uterum unquam inſpexiſſe, ut uaccinũ duntaxat, & caprinum & ouillum. inſuper ipſum in libris de Partium uſu aliorum Anatomicorũ placitis nixũ eſſe, ac proinde uterũ illic ueriùs (quamuis interim obiter) deſcripſiſſe. in libro aũt de Vteri reſectione humano capiti equinã ceruicem adieciſſe, atq; ex uaccino utero & muliebri chimeram texuiſſe, quum uaccini uteri deſcriptionem cum aliorum diſſectionis profeſſorũ ſcriptis permiſcet. Si itaq; quis naturæ operũ ſtudioſior, Græcorũ impoſturas uidendi cupidus hæc diligẽter præſtiterit, [y] uaccini uteri cornua ad eum modum habere ſpectabit, ac ſi dextrum ſiniſtrumq; decrepiti arietis cornua radicibus, ac internis lateribus linteo ſimul cõmitteret, ac cornuũ radices uaccino utero, quà is ipſius ceruici cõtinuatur, aſſimilaret, cornuũ uerò apices uteri apicibus conferret. Hæc profectò diffuſius explicatiusq; proſequerer, niſi cuiuis promptum eſſet macellum adire, uaccinumq; uteri ſitum, formã, magnitudinẽ, aliaq; in partiũ fabrica ad amuſſim contemplanda, intueri: aut ſi grauius ſit parumq; deceat macellũ accedere, leue omnino eſt iubere uaccinum uterũ adferri, ut tanti autoris ſenſa intelligãtur, ac muliebri utero caſu oblato, obſeruẽt, quàm cõcinne Galenus caprinũ uaccinumq; uterum, non autẽ humanũ depinxerit, ac demum expen

*Fũdi uteri orificium cuiuſmodi.*

*Vteri coruna.*

*Galenũ humanũ uterũ nunquam inſpexiſſe.*

o 25 fi. d. 26 fi. ueſicæ etiam cruſtius ceruice aperta ſpectatur. item 27 fi. L. p 23 figu. r. item 15 fi. R aut 13 d. q 27 figur. K, K. r 27 fig. ad crimam ſedem. s 26 figu. C item D. t 25 fig. u.

u 25 fi. d. x 25 fig. u.

y Hîc 29 figuram inſpice.



expendatur qua ratione tot cõtrouerſiæ inter præcipuos uiros fuerint cõcitatæ, quòd cuius animalis partem deſcriberent, non expreſſerint, ipſiq; arbitrati ſint hominis membra illorum animalium membris conuenire, quæ illi potiſſimùm ſectioni accõmodare ſolent. Atq; ſi quis hæc attente examinauerit, facile dijudicabit, quoties oratio alioquin ſatis prolixa mihi interturbanda eſſet, ſi perpetuò quãdo à Galeni placitis ſtudiò & ſciens reclino, adijcerẽ, aut etiã rationem

z 25 fi. i, k. a 29 fi. F, F. [z] dicti iam antea obtuſi anguli, caprini uerò & uaccini & ouilli uterorũ cornua [a] apices illi arietũ cornibus undecunq; ſimillimi: aut non apices ſolũ, ſed fundi uteri in illis animalibus tota pars, quam geminã eſſe, etſi longo interuallo connexa inuicẽ ſit, poſtea dicã. Quandoquidẽ Galenus alibi etiã totas eas partes cornua nuncupauit, quum ex quorundã etiam ueterũ ſententia in cornibus fœtus cõplecti docet: quod nõ ita inepte de illis animalibus prolatum eſt. quemadmodũ multò adhuc rectius de canibus & ſuibus, qui uterum ſtatim à fundi ipſius orificio, ita in [b] duas partes diremptum gerunt, ac ſi indicem à medio maximè diduceres, illoſq; digitos uteri partes eſſe fingeres, quæ in nõ prægnãtibus rectà quodãmodo ducũtur, & in apicẽ mucronem ue ſenſim nõ ſecus deſinunt, quàm ſi recta, nõ autẽ obliquata eſſent cornua: in utero autẽ gerentibus quaſi arietis cornuũ modò, & hæc quoq; inflectũtur. Porrò ne latiùs expatietur oratio, eorum animaliũ uteris neglectis, nunc muliebris uteri magnitudinẽ aggrediamur, quam modò antea in ſitus uteri deſcriptione utcunq; expreſſimus, neq; [c] fundi quoq; moles magis quàm uentriculi aptè deſcribi poteſt, ut qui pro cõtenti fœtus ſeminis ue quantitate diſtẽdatur, cõtrahaturq;. Præterea idem quoq; de [d] ceruice cenſendum eſt, quæ modò uariè cõplexa rugoſaq; conniuet, modò in coitu (quãuis non ſemper æquè prompte) pro penis, in partu autẽ pro fœtus mole, diſtenditur. Et quemadmodũ latitudo ceruici eadem nõ eſt, ita quoq; neq; longitudo. nam nobis uterum inter diſſecandũ attollentibus, in miram longitudinem ceruix porrigitur. adeò ut non minus ridiculum ſit, uteri ceruicis longitudinẽ uel latitudinẽ, quàm penis deſcribere: quanq̃ & is minus adhuc quantitate quàm illa differat. Quinetiã uteri ceruix pro mulieris libidine turgidior, anguſtioq; & directior (præterq̃ quod alijs natura ſit ſtrictior) efficitur. ac proinde etiã haud miror omnes quodam digitorum numero eius longitudinẽ deſcribere aggreſſos, inter ſe pugnare, & hunc à pudendo ad fundi ſinum undecim, illum duodecim, iſtum plures, aliũ paciores digitos enumerare, & quod omniũ abſurdiſſimũ eſt, parem cum nõ prægnãtibus fundi longitudinẽ atq; ceruicis ſtatuere. Præterea uterus in eum modum à peritonæo ligatus pẽdet, ut ipſius fundus ſurſum & deorſum plus minus in coitu ſeſe ducere, ac ad penis ſummũ tanq̃ animal quoddã, ut & Plato dicebat, dehiſcere poſſit. Quanq̃ interim uetulis, & ijs quæ ſæpius pepererunt, aut rudius ab obſtetricibus in ſecundarũ euulſione fuerũt tractatæ, fundi os in pudendũ quaſi depẽdeat, ac proinde breuiſſima implexaq; in illis ceruix uideat, quã inter ſecandũ ſurſum tractã, aut aliàs in uiuẽtibus intrò protruſam, inſigniter producere integrũ eſt. Quod autẽ puellis uteri fundus minor ſit, quàm illis quæ iam diu coiere, aut aliquando uterũ geſſere, etiã alijs proditum eſt Anatomicis: quanq̃ in his omnibus teſtium ferè modò ita fundus uariet, ut nullã ipſius molem, quemadmodũ neq; ueſicæ etiã, priuatim circũſcribere queam. Vigeſima ſeptima tamen præſentis libri figura, eam uteri magnitudinem exprimit, quæ frequẽter in non prægnantibus, & præcipuè in huius anni cõſectione Pataui occurrit. Fundus enim multo minor eſt, quàm diſſectionum rudis ſibi facilè perſuaderet. Quòd uerò Anatomes profeſſoribus, etiã menſtruæ purgationis occaſione, fundi uteri magnitudinis differẽtia ponatur, legi quidẽ, quando uterũ ſanguine turgentẽ, & paulo pòſt menſtruũ ſanguinẽ repurgaturũ, grandiorem illo eſſe docẽt, qui nuper uniuerſum ſanguinẽ, quem menſis interuallo aſſeruari ſenſim arbitramur, excreuit. Verùm hac ex parte nunq̃ mihi ſe obtulit uteri differentia, & de ſanguinis illius collectione purgationeq; ſuo loco ad præſentis Capitis finem quædã ſubijciã. In uteri etiã ſubſtantia, non minus quàm in deſcribenda ipſius magnitudine, diſſectionis profeſſores grauiter diſſentiũt, atq; adhuc multo magis in ipſius tunicarũ numero, & deinde in uenarũ arteriarũ & neruorũ uteri ortu & implexu. Mihi (ne illorũ falſis ac imaginatione plerunq; cõfictis dogmatibus enarrãdis prolixè hæreã) nõ prægnantiũ fundi ſubſtãtia cõſpicitur neruea, mẽbranea ue, ſed craſſa admodum, compactaq;, neq; nimiũ dura, & nõ ad amuſſim, ut cætera quę generatim neruoſa dicuntur, candicãs, ſed carneũ aliquid præ ſe ferẽs. Quòd autẽ in præſentia neruoſam ſubſtantiã, non quæ frequẽtibus cerebri aut ſpinalis medullæ neruis intertexitur uocẽ, ſed eam neruorum materiã, quæ ligamẽtis, tendinibus, ac illis qui propriè nerui nuncupãtur ſubſtãtia (quanq̃ non uirtuti) reſpõdet, neminẽ ambigere reor. Hæc uteri ſubſtãtia, æqualis duritia, continuaq; paſſim eſt, niſi fortaſſis ad fundi [e] foramen paulo durior collectioq; euadat. In exteriorẽ huius ſubſtãtiæ ſuperficiẽ, uenæ obſcuræ, graciles q;, ſed admodũ frequẽtes integro adhuc utero excurrere uidẽntur, quæ inter [f] internã [g] externamq; uteri tunicã porriguntur. Sũt enim duæ uteri

e iuxta G 27 figuræ. et iuxta C, D 26 fig. f 27 fig. E, E. g 27 fig. H, H.

*Vteri ſubſtantia.*

*Vteri tunicæ.*

tunicæ, exterior una quam à peritonæo, ut & uesica ipsa cæteraq; quæ illo ambiũtur, insigniter ualidam ac crassam obtinet. Hæc principiũ ducit à [h] membranis [i] uasa uterũ accedẽtia continentibus, uterumq; peritonæo cõmittẽtibus. A peritonæo enim quà uasa ipsi cõnascunt, quæ à maxima uasorũ [k] distributione supra sacrũ os facta, uersus crura tendunt, ipsius peritonæi partes processus'ue enascũtur, illis membranis substãtia formaq; simillimi, quæ mesenteriũ efformãt. Sunt enim hi processus instar duarũ tenuium membranarũ in ipsarum medio uenas & arterias deducentiũ, & multo adipe oppletarũ. Atq; tales membranæ à peritonæo utrinq; procedũt, quæ toti ceruicis & fundi uteri lateribus ad eum modũ cõmittunt, quo cauæ intestinorũ Anatomicis uocatæ parti mesenteriũ [m] applãtari docuimus: & quemadmodũ mesenteriũ intestinis tertiã obducit tunicã, ita etiã hæ peritonæi mẽbranę utrobiq; uterũ accedẽtes, in secundã ipsius degenerant tunicã, longè crassiorẽ [n] ea quam mesenteriũ intestinis offert. quòd scilicet quatuor peritonæi portiones, utrinq; nimirũ duæ, eam efforment, quum intestinorũ tertiã tunicã duæ tantũ membranæ constituant. ueluti & in canibus & suibus accidere uidemus, quibus [o] ambæ uteri partes instar intestini sunt, singulæq; suo duntaxat latere ad peritonæum in lumborũ regione colligant: quũ unicus & simplex muliebris uterus utrobiq; peritonæo connectat. Porrò præsentis tunicę crassities ob hoc duntaxat nõ tanta est, quòd tot peritonæi partibus cõstituat, sed quia hæc in cõtracto, neq; grauido utero impense collecta compressaq; est, uti & modò de interna dicturus sum. [p] Interna fundi uteri tunica ipsi peculiaris ac propria est, neq; à peritonæo pendet, & quæ prius narrata est uteri substantiã constituit. Hæc tunica in non prægnãti utero (quem donec aliud subiũxero, subaudiri uelim) crassitie omnes reliquorũ corporis organorũ tunicas, ut tres [q] uentriculi & [r] intestinorũ simul etiã implexas, uincit. Ipsa tamen omni ex parte non pariter crassa uisitur. Vbi enim fundi efformat [s] orificiũ, crassissima est, & paulo quàm alibi compactior: deinde etiã in [t] media sede superioris fundi partis crassa quoq; est admodũ, & ut in sinus uteri enarratione dicebã, in ipsum quasi sinum extuberans. Cæterùm quà uterus in obtusos [u] angulos desinit, semenq; deferentia uasa excipit, hæc tunica tenuior, minusq; secantibus spissa, quàm in reliqua parte occurrit. In lateribus autem & anteriori & posteriori sede pariter crassa uisitur, adeoq; compacta, ut nihil præter ipsius substantiam citra fibrarum quibus abundat distinctionẽ, utcunq; eam disseces, intueri liceat: facileq; hallucinari illos intelligas, qui hanc uteri tunicã geminã esse uolunt, in dextris quidem unã, in sinistris uerò alterã, quasi utriusq; manus cõcaua simul ex opposito iungeres, ac singulas manus singulas esse tunicas fingeres. Adeò enim Galeni locus in libro de Vteri sectione ualuit, ut in dissectione peritiores, eum legentes, uteriq; dein constructionem inquirentes, suoq; sensu derogantes, illum geminum, etsi non sit, descripserint. quod profectò nõ accidisset, si [x] uaccinum caprinum'ue uterum diuisissent, quem inibi, non uerò muliebrem, Galenus describit. Si enim exquisitè uaccinum aggrediaris, & [y] partem ipsius quæ ab uteri ceruice ad eam usque sedem habetur, qua is primùm in arietis cornua duci conspicitur, tunica [z] liberaueris, quæ à peritonæo educta toti huic uteri parti communis, simplexq; existit, mox interna uteri tunica in cõspectu erit, non unica quidem, uti exterior, sed gemina, utriusq; scilicet uteri partis una peculiaris. quippe tunica exteriori ablata, uaccini [a] uteri pars, quæ prius unica cernitur, ita gemina est, ac si indicẽ cum medio simul iunctum conspiceres: aut ut de cornibus arietis dicebam, duorũ cornuũ radices internis lateribus inuicem committeres. Neq; solum id Galeni nomine in uaccino utero expendendũ uenit, uerùm etiam externam utrorumq; fundi uteri partium communem tunicam ab interna, quæ singulis uteri partibus peculiaris est, adimens accuratè, obseruabis non oscitanter spectandum uenarum arteriarumq; [a] implexum, inter internam externamq; tunicas consistentem: sed adeò internæ connexum, ut eius connexus gratia internam uteri tunicam Galenus uenosam (uti sanè est) appellandam duxerit.

*Libro de Vteri sectione.*

Verùm interim muliebris uterus [b] substantia adeò compacta constat, ut uix uenæ capillorum modo tenues appareant, neque interna tunica non prægnantibus uenis cõspicuis intertexta cernitur.

*Interioris tunicæ uteri fibræ cuiusmodi.*

At de uteri uenis & arterijs paulo pòst agetur, & nunc internæ tunicæ quæ in muliebris uteri fundo simplex, uti diximus, est, fibræ explicãdæ ueniũt. Triplici nanq; fibrarum genere intertexitur, ac rectas quidẽ intimas exigit, sed eas nõ ita numerosas. Extimas habet orbiculares, transuersas'ue, rectorum copiam utcunq; uincẽtes. At medias, quæ obliquæ sunt, possidet plurimas, easdemq; robustissimas.

*Prægnantiũ uterus cuiusmodi.*

Atq; hæ omnes in his quæ utero aliquandiu gesserunt, non secus quàm in uesica flatibus turgida cernuntur, in hisq; omnia iam emutãtur. [c] Venæ etenim ac [c] arteriæ uterũ adeuntes magnæ admodũ & cõspicuæ sunt. ac interior uteri tunica tanto tenuior rariorq;, & magis neruea uisitur, quanto magis uterus ipse in magnitudinem promouit. Neque amplius exanguis aut nullis consita uenis apparet, uerùm magnæ frequentesq; uenæ eam intertexunt, ad internam ipsius superficiem usque ad [d] secundas uidelicet, admodũ dilucidè procedentes: ac deniq; (ut semel dicam) in utero gerẽtibus omnia à nõ prægnan-

h 24 fig. O, P, Q. et 26 fig. E, E. 27 I, I. — i 25 fi. n, u, y. — k ult. fig. li. 3b. — l 24 figu. F, G. — m Spectatur id in 10 figura. — n 9 fig. k, k educunt L. — o 28 fig. F, G, atq; ita quæ hic describuntur, illinc ex characterũ indice petes, quemadmodum & à 29 fig. — p 27 figur. E, E. — q 17 fig. — r 9 fig. — s 27 fig. G. 26 C, D. — t 27 fi. F. — u 25 fig. i, k. — x 29 fig. — y 29 figu. à D ad E. — z 29 figur. F à G. — a 29 fi. circa D & G. — b 27 figura E, E, F. — c 25 fi. n, y. — d 1 tabellæ 30 fig. F.



*Ceruicis uteri substantia.*

gnantibus plus minus emutãtur. Ceruicis porrò uteri [e] substãtiæ aliquid cõmune cum uirili [f] pene Natura elargitur, eam dico qua duo penis corpora & glandem præcipuè formari diximus. Quemadmodum enim illa inuolucro inter neruũ carnemq; substantia medio conformantur, quã alia fungosa spõgiosaq; oppletã esse diximus substãtia, sic quoq; & ceruix uteri carnea nerueaq; constituit tunica, eiusmodi etiã substantiæ fungosę nõnihil possidẽte. Atq; huius substantiæ beneficio uteri ceruix penis modo muliere uenerẽ appetẽte extuberat, pudendiq; ipsius colliculi (quas & alas alij uocant) ac cuticulares illius carunculę extrà prominent, ceruicisq; amplitudo penẽ amplexura, arctatur, & quod ad rectã uirilis seminis eiaculationẽ sat est dirigitur. Atq; hoc parũ cæteri animaduerterũt Anatomici, ceruicẽ uteri multis & orbicularibus musculis intertextã, non aliter ac [g] uesicæ sit ceruix, fingẽtes. Quod & si in plerisq; mulieribus concubitus delectationẽ fortassis augeret, & illę cõstringentiũ arctantiũq; medicaminũ uim nostris officinis relinquerent, nimis tamen uoluntariã uim Natura genitalibus indidisset, & nescio quo pacto penem plus satis uteri ceruicis arbitrio subiecisset. At nõ prætererunt Anatomici, ceruicem in puellari ætate delicatiorem molliorem q; esse: contrà in prouectioribus, & ijs quæ frequentius pepererunt, calloſiorem temporis successu reddi, ut etiam cartilagini asperæq; arterię illam in uetulis subinde assimilent. crebro enim congredientium attritu, partiumq; exeuntium collisione ceruix occallescit: & frequenti astringentium lotione, assiduoq; mensium fluxu, haud secus indurescunt, quàm ob continuum acremq; humorem defluentem ulcera ad fistulas permutari consueuerũt. [h] Venæ & arteriæ ceruici insertæ non prægnantibus manifestiores mihi semper uisæ sunt, quàm fundi. at diuersum utero gerentibus accidere certum est. Vteri autẽ uenarum arteriarumq; seriem unà cum seminalium uasorum constructione iam opportunè subijciam, ut deinde uteri connexu quoq; sermoni addito, uniuersa ipsius fabrica absoluatur.

*Mulierũ testes cuiusmodi.*

Mulierum [i] testes uteri accumbunt lateribus, non prægnantibus quidem paulo elatiùs quàm fundi superior pars consistit, utero autem gerentibus eandem certè sedem occupant. at quo magis uterus extenditur, eo inferiùs quàm ipsius summum habetur, ad latera illius [k] accumbere apparent. Innituntur autem peritonæo ea parte, qua ilium ossa sacro committuntur, omnino laxi, neq; aliter quàm [l] seminalium uasorum beneficio peritonæo connexi. Hi uirorum testibus minores multo sunt, forma autem oblongiores, & secundùm latitudinem minus rotundi, & quasi latiores quàm spissiores effici deberent, anteriùs posteriusq; depressi. Externa superficies inæqualis, ac haud secus quàm multæ eædemq; exiguæ unà colligarentur glandulę, multis inequalibus tuberculis oppleta uidetur. Substantia quippe non constant, ut uirorum testes, molli, ac innato sibi humido læui, continua & æquali: uerùm duriori, [m] mesenterijq; ac [n] inferioris omenti membranæ glandoso corpori non absimili, & præter exiguos uenarum ac arteriarum in ipsa consistentes plexus, sinuosa cauaq;. Habent enim mulierũ testes intus præter uasa sinus quosdam tenui aqueoq; humore plenos, qui prius non læso teste, sed ui compresso, ac inflatæ uesicæ modo crepante, in miram altitudinem inter dissecandum non secus quàm ex scaturigine quapiam exilire solet. At huiusmodi sinibus nulla peculiaris est forma: inæqualis enim, ut exterior ipsorũ testiũ superficies sunt, & nõ unus, sed plures, neq; illi semper ijdem uisuntur.

*Testium inuolucra.*

Hæc testiũ substantia mẽbraneo inuolucro undiquaq; circũdatur, quod ipsi ualidissimè adnascitur. Atq; hoc quidem durum est: sed tenue & longè [o] illi inuolucro quod uirorum testes proximè ambit, duritia & crassitie cedens: neq; adeò promptè à testium substantia inter dissecandum separabile, & sui testis substantiæ magis participans. Præsens inuolucrum mulieribus eundem quem uiris usum præstat. seminarijs enim uasis excipiendis aptum est, testium'que continet substantiam. Præter hanc tunicam mulierum testes nullum exigunt inuolucrũ, [p] nisi quòd in ambitu peritonæi membranei processus seminaria uasa continentes, & uespertilionũ alis longè simillimi, testium mediã duntaxat partem integunt, non autem ut [q] exterior uirilis testis tunica, prorsus induunt.

*Seminaria uasa mulieribus cuiusmodi.*

Seminaria uasa mulieribus similiter ac uiris [r] duæ sunt arteriæ, & [s] totidem uenæ, parem omnino cum uirorum uasis ortum sortitæ, at progressu distributionisq; serie differentes. [t] Dextra enim uena ac arteria, quemadmodũ & alterius lateris uasa, à primo ipsarum ortu dextrorsum peritonæo, ut in uiris, firmatę, ad sui lateris testem descendunt, ac cum primũ arteria uenæ [x] cõmittitur, ambę inuicem, ut uirorũ [y] uasa postq; aliquousq; è magna peritonęi amplitudine exciderũt, implicari inuoluiq; incipiunt: non quidẽ uniuersum ipsorũ corpus in implicationẽ absumẽtes, uerùm [z] mediã sui partẽ uena ac arteria in superiorẽ sui lateris fundi partẽ deriuant, multiplici sobole in uteri fundum excurrentẽ. Quod uerò ex implicationis initio reliquũ est, paulatim magis magisq;, ut in uiris, [a] inuoluit, uaricosumq; illud corpus efformatur, sua basi elatiori testis parti adnatũ, & similiter atq; in [b] uiris ramos in testis substantiã, & illũ ambiens inuolucrũ diffundẽs. Deinde [c] uas semẽ deferẽs secundũ testis corpus, ut in [d] uiris habet: quanq; magis testi orbiculatim, quàm in posteriori solũ sede aduoluit. Ab interna enim sede basis uaricosi

e 27 fig. K, K. — f 3 fig. cap. 49 libri 2. E, E. — g 25 fi. y. — h 25 figu. y. — i 24 fig. M, L, et 25 fi. r, & 26 fi. F. — k Id uidere est in 1 tabella figuræ 30. — l 25 fi. o, p, t, t, u. — m 10, 11. figu. L, L. — n 4 fi. x, u. — o 25 fi. R, S. — p Pete hæc ex 24 figu. O, P. — q 20 fig. u. — r 25 fi. g, h. — s 25 fi. d, e. — t 25 fi. d, g. — u 25 fi. e, h. — x 25 figu. o. — y 22, 23 figu. d. — z 25 figu. n. — a 25 fi. ab o ad p. — b 23 fig. N, O, P, Q, T. — c 25 fi. f, t, u. — d 23 figura a, θ, ι.

corporis[e] incipiẽs,[f] externo testis lateri, &[f] deinde inferiori ipsius parti & nõnihil interno quoq; *e 25 figur. f ad p.*
lateri adnascitur, haudquaq; tot inuolutionibus, quà testi adnascitur, ac uirile uas donatũ. Por-
rò à teste nõnihil sursum ascendens, & testi nõ amplius[g] adnatũ, reuolutiones eas instar uermis *f 25 fig. t,t.*
æqualiter procedentes amittit, ac teres planumq; instar nerui in uterũ errabundo ductu fertur, *g 25 fig. u.*
in mediã[h] cornu dextri sedem insertũ. His organis per me quidem licebit queuis nomina impo *h 25 fig. i.*
nere: ego autem quoniã uirorũ organis forma substantiaq; correspondent, eadẽ nomina illis,
quæ his indere inter ostendendũ soleo, cum Aristotele, num semen hæc quoq; organa, ut in ui-
ris, num uerò duntaxat ad uoluptatẽ quendam preparent humorẽ, non admodũ contendens.
*Vteri uenæ ac arteriæ.*
Porrò hæc uasa pinguibus, quæ inter dissecandum omnia obliterare solent,[i] membranis à pe- *i 24 fig. O, O. 26 E,E.*
ritonæo natis suffulta tutò porriguntur. Cæterũ præter nuper cõmemoratas uteri[k] uenas & ar *k 25 fi. n. 26 fig. H.*
terias quæ à seminalibus uasis principiũ duxerant,[l] aliæ multo insigniores à caua & arteria ma-
gna post illarũ supra sacri ossis initiũ[m] diuisionẽ accedunt. Postq; enim ea uasa primùm in duos *l 25 fig. y.*
insignes truncos diuiduntur, & hi rursus singuli in[n] duos insignes, sed amplitudine impares ra *m ultimæ figu. li. 3 b.*
mos dissecti sunt, unũ quidẽ qui maior est, ac per inguina crus accedit, alterũ uerò humiliorem *n eius. fi. d.*
minoremq;, cuius[o] finis per pubis ossis[p] foramen elabit̃, uteri uenæ ac arteriæ oriuntur, à mino *o eius. fig. i.*
ribus humilioribusq; secundæ illius diuisionis ramis pronatę. Rami itaq; in dextro consistẽtes *p 1, 2, 3 fig. ca. 29 li. 1.*
(ut qui in sinistro sunt quoq;) insignẽ porrigunt propaginẽ: uena quidẽ uenã, arteria autẽ arte-
riam: quæ simul accumbentes, dextrũ uteri latus propter fundi orificiũ accedunt, ubi in multas
scissæ soboles, quasdã sursum in humiliorẽ fundi sedem exporrigunt, quasdã per uteri ceruicem
deorsum digerunt,[q] nõnullas etiã uesicæ impartiẽtes. Quæ uteri fundũ accedunt, nõ pregnan- *q 25 figu. u.*
tibus quodãmodo graciliores & pauciores apparent, q; quę ceruici & potissimùm iuxta fundi *r 26 fig. D.*
[r] os implicantur. Neq; ut quispiã arbitraretur ab his uterũ accedentibus uasis,[s] uenæ & arteriæ *s 25 fi. u. & 6 mus. tab.*
originẽ ducũt, quæ secundũ rectos abdominis musculos sursum ferunt̃,[t] illisq; uasis quæ ad pe *e in f.*
ctoris ossis posteriorẽ exporriguntur sedẽ, cõmunes fiũt. nam hæ ortũ sumunt à præcipuis ua *t 6 mus. ta. d. aut fi. ca.*
sis per inguina in crus deductis, à quibus etiã[u] surculi pronascunt̃, muliebre pudendum collicu- *6 lib. 3 l. ad*
losq; ipsius accedentes. Vnà cum præsentibus uteri uenis ac arterijs ab ossis sacri neruorũ[x] pa- *M.*
ribus utrinq; etiã nerui deducunt̃, tenuibus surculis potissimũ in uteri ceruicẽ, & circa humilio *u fig. cap. 6 lib. 3 Δ.*
rẽ fundi sedẽ excurrentes, ramosq; etiã uesicę promẽtes. Ad elatiorẽ porrò fundi regionẽ subin *x fi. 2 ca. 11*
de[y] neruuli perq; graciles diffundunt̃, à sexti neruorũ cerebri paris ramis deducti, qui costarũ ra *lib. 4 iuxta*
*Quibus partibus uterus adnascitur, & quas solum tangit.*
dicibus exporrigunt̃. Verùm ut hi neruuli prætenues albicãtesq; sunt, & pinguibus mẽbranis *cha. 25, 26 etc.*
suffulciuntur, ita quoq; inter dissecandũ difficulter occurrunt. Atq; ideo nunc propemodũ ma *y ab 1 & μ*
nifestũ esse arbitror, quas partes uterus tangat solũ, ac quibus alligetur & adnascatur. Anterior *fig. 2 cap. 1*
enim posteriorq; & superior fundi uteri regiones nullis quas contingunt partibus adnascũtur, *lib. 4.*
latera uerò cõnascuntur,[z] membranis uasa utero deducentibus, & uterũ peritonæo ualidè col- *z 24 figu. O,O.*
ligantibus, exterioremq; uteri[a] tunicam producentibus, ac demũ[b] carneis illis fibris intertextis, *a 27 figura H,H.*
*Vteri musculi.*
quæ duos efformant musculos, quorũ beneficio uterus uoluntario motu nõnihil sursum, dum *b 24 fig. P.*
mulieres ilia trahunt & quasi colligunt, allicitur, quiq; adeò obliquè prorepunt, & quà uterum
accedunt, adeò crassescunt, ut perperã uteri cornua illos musculos esse aliquãdo arbitratus fue
rim, quod scilicet obtusos muliebris uteri[c] angulos cornuũ imagini nõ accedere uidebã: neq; ar *c 25 fig. i,k.*
bitrabar mihi uaccã aut caprã, ut Galeni Anatomicorũ primarij sensa intelligerẽ, secandã. Cer-
uix porrò uteri ex lateribus[d] mẽbranis quoq; & uasis ipsi exporrectis adnascit̃, & illorũ interuẽ- *d 27 fi. I,I.*
tu peritonęo (sed quemadmodũ & uterus, laxè) cõnectitur. Posteriori parte per mediã longitu
dinem, qua fundo propinquior est,[e] recto intestino ita innititur, ut accumbentes inuicẽ intesti- *e 25 figu. m.*
norũ[f] gyros mutuò allocari cernimus. Verùm ad ceruicis in pudenda finem, illa podici firmis- *f Spectãtur in 6, 7, 8 fi.*
simè cõnascitur, perinde ac si recto intestino & ipsi cõmunis esset tunica, quemadmodũ stoma-
cho & asperæ arteriæ cõmunem tunicã esse nõ dubitamus. Rursus ceruix anteriori sede elatius
quidem ad fundi orificiũ innitentẽ duntaxat habet uesicã, sed paulo inferius fibris quibusdã hu
millimã uesicæ partẽ & ipsius ceruicẽ adnatã possidet.[g] Vbi autẽ hæc illi inserit̃, uelut cõmune *g 25 fi. d. 27 fig. L.*
utriusq; corpus & tunica efficitur. Cæterũ in fine quà ceruix in pudendũ desinit, cõmune utri-
usq;, ceruicis scilicet & cutis, ut in labris & podice, corpus constituit̃. Hęc cutis prætereq; quod
pilosa euadat, ipsi duriuscula, quemadmodũ & in mẽto, substernitur pinguedo, in uetulis (etiã
si illis ceruix occalluerit) unà cũ mamillis flaccescens, neq; ita bellè pudendi colliculos alas'ue ut
*Prominulæ in ceruicis orificio carunculæ.*
in iunioribus sustinẽs. At quũ hæc citra mortuorũ sectionẽ conspicua sint, enarratione neutiq;
indigent: quemadmodũ neq; illi primi in pudendo implexus, & utrinq; una[h] prominẽs cuticu *h 25 figu. u.*
laris carũcula, longa quidẽ, sed tenuis, & ex longa basi in mucronẽ desinens. Has νυμφὴν Grecis
uocari innuimus, qui earũ præcisionẽ plus q; quis arbitraretur cruentam, & cicatricẽ perinde
ac reliqua huius sedis ulcera difficulter suscipientẽ, docuerũt: quod hæ coriaceæ quodãmodo
carunculæ in nõnullis mulieribus ad tantã molẽ augeant̃, ut pudorẽ deformitatemq; inducant,
&



& multis nationibus quoq; insignis impudicitiæ argumento sint: imò à uestimentis iugiter at-
tritæ, ad libidinẽ irritant, & Veneris ardorẽ suscitant. Vnde etiã Ægyptijs precipuè uisum est,
ut anteaquam carunculæ illæ extuberent, tunc potissimùm amputentur, quum proximè uir-
gines nupturæ sunt. Porrò quis harum præcipuus usus sit, suo ordine iam audies. Vte- *Vteri officiũ, ipsiusq; cõformationis ratio.*
rus concipiendo semini idoneus, & fœtum tantisper complexurus, dum perficeretur, ac a-
lijs quàm sanguine nutriri posset, in humillima trunci corporis sede locatus est, qua ad con
cubitum seminisq; susceptionem, & adhuc ad concœpti fœtus augmentum, perfecti'que par *Situs ratio.*
tum, nulla aptior excogitari posset. Hæc siquidem longè à facie & nobilissima rationis ar-
ce situatur: deinde ossa nulla, quo minus in miram amplitudinem distendi uterus queat,
inibi præpediunt, atq; etiam ipsi parituro hinc ad inferiora & uersus crura exitus facilis est.
Forma autem uteri fundo cõuenit rotundæ proxima, quo reddatur capacior, iniurijsq; minus *Formæ.*
sit obnoxius. Dein fundus unicus simplexq; est, quod unicum fœtum amplecti debeat: attamẽ
latior uisitur quàm spissior, quod interdum & gemellos concipiat. Non enim geminus cerni-
tur, & intestini instar oblongus, qualis cani & sui, & illis deniq; animalibus obtigit, quæ plures
simul fœtus semper propemodum enituntur. Paruus autem, ac magis quàm facilè crederetur *Magnitudinis.*
contractus in non prægnantibus uidetur, ut quàm minimum alia tunc comprimeret organa,
*i 27 figura A,A,B,B.* &[i] sinum ipsius adeò angustum redderet, ut q; proximè uniuersam genituram amplecti queat,
eam nulla ex parte à se intactã relinquẽs. Ac proinde commoda quoq; ipsius functioni constat *Substantiæ.*
substantia, quæ affatim scilicet contrahi colligiq; quũ nihil complectitur possit, & rursus secun
dum contenti augmentũ sensim in miram amplitudinẽ distendi. Atq; hæc nõ imbecillis disten-
di'ue citra diuulsionẽ inepta uisitur, at ualida & iniurijs ferendis pertinax, fibrisq; nõ infirmis,
neq; ijs ut sors fert intertexta. Verùm rectas habet intimas, quod ante omnia semen allicere de-
beat: & easdem possidet paucas, quod ocyus semen illi ex tẽperamento ad iustitiã placẽs, ac flui-
dum aptoq; membro porrectum, in illum labatur. Obliquas autẽ plurimas, easdemq; rectis or
dine succedentes possidet, quòd conceptũ diutissimè retinendũ sit. Transuersas uerò extimas
nanciscitur, quòd illas uterus tum primũ maximè requirit, quando fœtum diu satis amplexũ in
lucem est editurus. Quod unica eademq; crassa contẽtus fuerit peculiari tunica, neq; duas cum
uentriculo, carnosam uidelicet unã, & neruosam alterã obtinuerit, hinc factũ nemo addubitat,
quod cõtinere tantũ uterus amplectiq; debeat, non autẽ uẽtriculi modo præter hæc aliud quip
piam à proprio nutrimẽto concoquere & elaborare. Peritonæũ illi ualidã exporrigit tunicam,
propriæ ipsius tunicæ inuolucrũ, & tutissimũ propugnaculũ futurã. Hæc externa superficie le *Superficies & nexus ratio.*
uis aqueoq; humore oblita est, aliarũ partiũ modo quæ inuicẽ tangere quidem, nõ autẽ cõnasci
satius fuit. Si enim uteri fundus nõ pregnãtibus incũbenti illi uesicę, & quod illi subiacet recto
intestino cõnasceret̃, neq; laxis illis, sed duris uinculis quibus accũbit partibus alligaretur, quis
inficias ibit, uterũ cõmodè tunc unà cũ fœtu non posse distendi, aut etiã in congressu aut partu
deorsum uelut animal quoddã repere? Rursus si utero gerẽtibus, is omnibus quas tunc contin-
git partibus connatus hæreret, quo'nam pacto obsecro semen denuo amplexurus in se conci-
deret, debitamq; angustiam efformaret? & quum minimè opus est, intestinorum functioni non
semper obesset. Orificium fundi tale est, quod semper conniuet, nisi quum naturali instinctu se *Orificij fundi ratio.*
men admittere, aut fœtui, aut mensibus iter præbere debet. meritò enim ex mulieris arbitrio, uti
& antea dicebam, ipsius apertio occlusioq; haudquaquam pendet. Quod uerò crassiori & den
siori, ac idcirco glandis modo in ceruicis amplitudinem protuberante substantia, quàm reli-
quum fundi corpus constet, nemo ambigere potest, id ob hoc maximè factum, ut in partu satis
distendatur, neq; in mira illa amplitudine lacerari diuelli'ue periclitaretur. Atq; insigni proui- *Vteri ceruicis ratio.*
dentia in uteri ceruicis substantia efformanda Naturã uti, quis ignorat? qui eam ut dirigi disten
diq; ad seminis susceptionẽ facilè posset, & rursus ne uterus refrigeraretur, locusq; seu amplitu-
do frustra inanis seruaretur, colligi & conuolutim occludi queat, extructam conspicit? Dein-
de ceruicem substantia ad ueneris pruritum apta constare diximus. Vt uerò ipsius conuolu-
tio & inflexus, ne uterus frigore afficiatur, plurimum auxilij præstat: ita quoq; conniuentes pu
dendi colles, & illæ cuticulares carunculæ, ceruicis opplentes initium, eidem usui accommodę
censentur. Vasorum seminalium in mulieribus ortus & ductus, ipsaq; testiũ substantia & con- *Seminaliũ uasorum et testiũ ratio.*
formatio, mulieres semen habere mihi utcunq; persuadent: uerùm id humidius frigidius'que
uirili semine esse, indubitatum est. quod testes ipsi & minores sint, & mediam duntaxat arteriæ
uenæq; seminalium portionem asciscant: dein quod præter sectionem, quæ semen muliebre o-
stendit, mulierem frigidiorem esse constet. Neq; etiam frequens scortorũ concubitus argumen
to est, mulieri plus seminis, aut illius humoris quem libidinis nomine Aristoteles mulieri da-
tum scribit, quàm uiro adesse, quum id non ex concubitus, sed ex seminis humoris'ue illius eie-
ctionis

ctionis frequentia & copia (quibus illa à uiris longè uincūtur) metiendum sit. Porrò muliebriū ualorum & testium functionē ac usum, ea quæ de uiri seminarijs organis prodidimus, satis cō- monstrant. Sic quoq; ut uterus, & potissimùm ipsius ceruix exacto sensu donarētur, neruos il- lis frequentes insertos fuisse, quē nunc obtinent sensus liquidò attestatur. Cæterùm uenis quas in fundum uteri & ceruicē pertinere diximus, uterum, & quando concœpit mulier ijs quę fun- do peculiares sunt, fœtum quoq; enutriri: arterias uerò communi, quod illæ reliquo præstant corpori officio fungi certum est, ipsaq; sectio in utero gerentibus, id nō minus iucundissimè q̃ luculentissimè attestatur. Et mulierum menstruas purgationes ex uterum quoq; petentibus ue- nis euacuari indubitatum est: at quo modo id fiat, & per quas potissimùm uenas, fundi scilicet, an ceruicis ille sanguis profluat, fortassis si diligens Naturæ operum fueris admirator, neq; in a- licuius iuraueris uerba magistri, & tu quoq; nō mecum modò, uerùm etiam cum eruditissimis uiris IOACHIMO ROELANTS primario apud Mechlinienses medico, nostræq; Bra- bantiæ singulari ornamento, ac VITO TRITONIO ATHESINO, studiorum mihi dulcissimo comite, qui hac de re non semel mecum tum propter alias occasiones, tum maximè propter Hippocratis Aphorismum sexagesimum libri quinti, & Galeni in eundem commenta rium literis egerūt, ambigas. Non sanè quod quis menstruus sit sanguis, & quæ ipsius natura, & quantus, & qua ratione in muliere abundet, & quî fœtū nutriat, quamq; falsa de ipsius pra- uitate & graueolentia Plinius, & cum alijs plerisq; Albertus ille scripserint, nos lateat. Neq; (etsi quibusdam secus uisum sit) dubitamus, pariter sanguinem illum in fundi sinum toto mensis in- teruallo sensim minimè coaceruari, ac mensis periodo turgente iā utero promanare. Hoc enim si accideret, sanguis menstruus neutiquam tenuis, fluidus, ac illi perquam similis esset qui è na- ribus guttatim distillat: à quo mēstruus neq; manandi forma, neq; alijs omnibus differt, nisi for tassis plerunq; tenuior & aquosior, alia'ue eiusmodi qualitate prẹditus occurrat. Qui si in utero seruaretur, quis ignorare posset, illum concretū & frustulatim educendū: ut taceam fundi orifi cium tum nisi purgatis mēsibus nō posse in congressu recludi. alioquin quando mulier iniret, ac fundi ore semen acciperet, aut id os semē emitteret, etiam sanguini menstruo uia pateret, isq; proflueret. Quin & magnam huius rei coniecturā dant mulieres quædam, nuper à partu neq; fluidum neq; tenuem sanguinem emittentes, uerùm magna cōcreti sanguinis cum seroso quo- piam humore frusta, perinde ac si sanguinem in uenę sectione extractum, atq; in uitrum aliquot horis collectum in partes cultro diuideres, ac illum tunc in terram abijceres. Eius namq; formæ illis mulieribus sanguinem profluere aliquando conspexi, haud aliter q̃ si apertæ adhuc in ute- ri fundum pertinentes uenæ, quæ secundinis innascebantur, in uteri sinum sanguinem effunde rent: & is ita concretus, non autem stillatim, ut aliàs solet, ex pudendo manaret. adeò ut facilè in fundi cauitatem sanis mulieribus sanguinē menstruum nequaquā sensim asseruari, certò possi- mus colligere, & arbitrari ut in fœtuum dissectione intuemur, uenas ad fundum ceruicemq; per tinentes, quà suis suffulciuntur membranis, sanguinem hunc paulatim aceruare, ac turgētes il- lum singulis mensibus apertis ipsarum osculis emittere. Quod ex mulierum quidem sectione mihi uisum esse affirmare nequeo: uerùm quod in quodam hæmorrhoidum uitio laborātē nō illubenter expendi, id mihi certissimò in uenis illum sanguinem, non autem in fundi amplitudi- nē asseruari argumēto est. Hic nanq; ordinatis uicibus, ut mulieres suis mensibus, ex uenis in se- dem pertinentibus, sanguinis crassioris fluxu uexari consueuerat: & quū ex nigro arquato ieco risq; mira duritie perijsset, num portæ rami, an cauæ hunc sanguinē euacuarent indagaturus, illum dissecui, atq; uenæ portæ[i] ramū sub coli intestini fine, & tota recti longitudine in mesente rio ductū pollicis ferè crassitiē æquare, & sanguine illo crassiori lutosoq; turgere animaduerti, cauæ uenæ[k] ramis huc pertinentibus nihil prorsus immutatis. adeò ut perq; stupidus censerer, si posthac ambigerem, num ex portæ ramis, an cauę, melancholicus sanguis ex sede frequētius promanaret: & nō certissimò mihi persuaderē, uenas has nimiū oppletas, quū iam sensim san- guinē illum admiserint, apertis ipsarū oris eructare. Atq; ita in mulieribus fieri arbitror. an ta- mē ex fundi uenis, an uerò ex ceruicis semper, aut modò ex his, modò ex illis mēses defluāt, igno rare me, neq; quicq; certi quod mihi omni ex parte sanū esse uidetur, posse affirmare fateor. Ha- ctenus enim nondum mulierem non prægnantē, quæ uenarū crassitie ab alijs differret inueni, quanq; tamē diuerso modo affectas plerasq; uiderim. Lutetię enim in publica sectione præstan ti forma & floridæ ætatis meretricē suspendio necatam primùm secui. Patauij quoq; altera ob- tigit, quæ sibi laqueo mortē intulerat. Deinde monachi cuiusdam diuo Antonio hîc sacri elegās scortum repente uelut ex uteri strāgulatu, aut attonito morbo, mortuū, Patauij studiosi ex mo- numento ereptū ad publicam sectionē attulere, mira industria cadauer uniuersa cute liberātes, ne à monacho dignosceretur, qui id è monumēto ereptū cum scorti parentibus apud urbis prę fectum

*Neruorum ac uenarū ratio.*

*Mēstruæ purgationes unde fluant.*

*i fi. ca. 5 li. 3 d, d, e, e. aut hîc 12 fi. u.*

*k fig. cap. 6 lib. 3 ℣.*



fectum conquerebatur. Præter hoc superiori anno mulierculā utcunq; senē, & fame (uti conij- cio) in ea annonę penuria enecatā, pari ratione subductam in scholis adepti sumus. Quę autem postremò nobis obtigit, & qua in uigesimaquarta & uigesimaseptima figuris exprimēdis usi su mus, suspendij metu se grauidā falsò finxerat. Verùm Prætoris iussu ab obstetricibus (quæ illā minimè grauidā affirmabant) interrogata, nunq; quantum à menstruis purgationibus abesset, utcunq; id sedulò nos resciscendum ab ea curauimus, indicare uoluit. Verùm huic, & quas non prægnantes uidi, omnibus uenæ pari se habebāt modo: neq; uel imaginari licebat, quo'nam pa cto in uteri fundum sanguinē per crassam collectamq; adeò uteri substantiā ducere possint, prę- cipuè quum in his uenæ capillorū modo essent tenues, uisumq; quodāmodo effugerent. Quæ autem ad ceruicem & infimam uteri fundi sedem tendebant, apparuere crassiores, & faciliùs ex his menses defluere expurgari'ue posse uidebātur. Haud secus quàm si sectio ex uenis ceruicem implicantibus menstruum sanguinem semper excerni, propemodum suaderet.

## *DE VTERI ACETABVLIS. Caput XVI.*

VETERVM dissectionis professorum de uteri acetabulis dissensio ad nos quoq; manauit. Grauiter etenim in scholis contenditur, quid'nam uteri sint acetabula: qua etiam de re tantisper dubitaui, donec in oue, quæ non ita diu utero gesserat, quid uerè uteri acetabula sint, inspexissem. Hæc enim altero ipsius uteri sinu semen receperat, qui dissectus asperā inæqua- lemq; ostendit superficiem, multis[a] sinibus oppletam, qui tales prorsus e- rant, ac si mediam pisæ partem singulis sinibus quis nō secus impressisset, quàm si in ceram eiusmodi sinus pisa quapiam moliretur. Quando itaq; sinus illos intuerer, ac Galeni loci ad finem libri de Vteri resectione non immemor essem, quo acetabula sinui foliorū herbæ assimilat, quam Græci ab acetabuli, seu potius heminæ forma κοτυληδόνα, & à cymbali i- magine κυμβαλίτιδα & κύμβαλον uocant: nos autē acetabulum, & Veneris hortum, seu umbilicū nuncupamus, promptè collegi, hos uteri sinus κοτυληδόνας Gręcis, nobis autē acetabula primū fuisse ad eū modū nuncupata, quo altiùs incisis ossium sinibus acetabuli nomen accommoda- mus. Si enim coxendicis[b] acetabulum intuitus fueris, illudq; ad hos uteri sinus contuleris, nul las reperies corporis partes æquè ex merito ab imagine nomen obtinuisse, atq; acetabulum id coxendicis ossis, à quo iam paulo antè femur resectum sit, & hos uteri sinus. Vt enim coxendi- cis sinus ita ac si medius globus ipsi impressus esset, cauus cernitur, sic etiā & hi uteri sinus insi- nuantur: deinde ut coxendicis acetabuli[c] supercilia extra reliquam ossis superficiē prominent, ita etiam in uteri amplitudinem suorum sinuū supercilia proceriùs quàm reliqua uteri superfi- cies in ipsius cauitatem extuberant. Ad hæc, ut coxendicis ossis acetabulum mucoso humore oppletur, ita sanè & uteri sinus mucoso sanguine mihi conspiciebātur infarti: à quo iam in non nullis sinibus teres & insigniter mucosum uasculū uidebatū pronatū, ad eū prorsus modū quo[d] teres ligamentū ex coxendicis acetabulo in femoris caput inserit. Quum itaq; hos ouilli uteri si nus inspexissem, unde uteri acetabulorū nomē primū sit institutū, nequaq; hęsi. Vt aūt quo'nā pacto illa procrearentur cognoscerē, non prægnantis ouis uterū mox aperui, & uteri amplitu- dinem multo aliter q̃ muliebris uteri asperā inæqualemq; adinueni. Per uniuersam enim superfi ciem[e] subflaua uisebanť tubercula, & semiglobuli, tales omnino ac si dimidiatas pisas uteri mu liebris amplitudini passim quis agglutinasset. Atq; hîc primùm discere cœpi, quid Anatomes professores uellent, qui acetabula uteri extumescentibus in ano uenarū capitibus cōparant, ex quibus iam paulo pòst sanguis melancholicus est profluxurus. Si enim non prægnantem uac cæ uterum secueris, illo quauis ratione aperto, nihil eiusmodi prominētibus capitulis erit mani festius: nihilq; addubitabis, illa acetabulorum loco plerisq; Anatomicis habita fuisse. non for tassis quod illa ueris acetabulis assimilarent, ueraq; acetabula uteri esse arbitrarentur, sed quod ex uteri sectione didicissent, uenas ac arterias inter internā externamq; uteri tunicas admodum[f] multiplici & implexa prorsus serie in uaccis distributas, suis finibus in hæc capitula per uniuer sam uteri amplitudinem extuberantia pertinere, ac demum cōcœpto iam semine illa aperiri, se- menq; amplecti, & uasa quædam educere, quæ à uenis & arterijs in capitula pertinentibus pro nata, ad seminis usq; superficiem insererentur, illicq; implicita[g] secundinam seu tunicā fœtus exti- mam efficerent. Præterea ubi sedulò in nō prægnanti uacca hæc tubercula expenderis, & rur- sus in illa quæ nuper cōcœpit, sinus illos quos tubercula sese aperientia efformant didiceris, ac pariter obseruaueris in uacca quæ paulo diutius cōcœpit, quî sinus illi obliterentur, & disten- to iam utero prorsus uisum fugiant, ac uasa tantum appareant: ex sinuum loco ab uteri tunica ad secundinam porrecta, etiam facilè ratiocinaberis, quid medici indicauerint, qui acetabula uoca-

*Quid uerè uteri sint acetabula, & quæ primùm ita fuerint nuncupata.*

*a Hos sinus spectabis in oue, aut capra, aut uacca, quæ non ita pridem concœpit.*

*b 1, 2 fi. ca. 29 lib. 1 g, e, f.*

*c 1, 2 fi. cap. 29 lib. 1 i, i.*

*d 2 fig. cap. 49 li. 2 P.*

*Quæ secundò acetabula à ueteribus fuerint appellata.*

*e Et hæc quoque ex uaccino utero petenda ueniunt.*

*f Specta D, G fig. 29.*

*g 1 ta. figuræ 30 F.*

*Ad quæ tertiò acetabuli nomen fuerit deductum.*

uocauere neq; sinus illos, neq; tubera, uerùm uasa ex utero in secundinam pertinentia. Ea enim
*Aphoris. 45.* Hippocrates tum aliàs, tum maximè in quinto Aphorismorum libro, acetabuli nomine intelle xisse uidetur, appellationem hinc fortassis sumens, quod hæc uasa ab illis uteri sinibus, quæ pri mùm acetabula uocari innuimus, porrigantur. Atq; hinc liquet, unde tot in Naturæ operum descriptione exurgant contrariæ prorsus autorum sententiæ, quòd scilicet Galeno dissectionis studiosorum facilè præcipuo nimium in humani corporis fabricæ cognitione credamus, & ipsi nostris manibus dissectionem non aggrediamur: aut si id tentemus, ab illis casu abstineamus animalibus, ex quibus Galeni dogmata expendere liceret. Fruſtra enim in muliebris uteri[h] amplitudine tubercula illa quæ subflaua & dimidiatæ pisæ simillima esse diximus, indagabis: quū illa his penitus non donetur, uti neque asinæ uterus. Si tamen uaccinum uterum ex macello ti bi curaueris adferri, nihil his tuberibus (quouis etiam pacto uterum aperias) promptiùs occurret. Insuper in muliere quæ non ita pridem concœpit, incassum sinus illos quos coxendicis acetabulo conferebam, inquires: quod non solùm hinc conijcio, quia non prægnantes mulierum uteri illis tuberibus prorsus expertes sunt, sed & quod resectione id in muliere fuste à marito interfecta didicerim, cuius uteri interior superficies, & uasorum iam in semen pronascentium series nihil à canini & suilli uteri forma discrepabat, quam in fœtis canibus indies conspicere licet. Porrò quum in mulieribus ab utero in secundinam uasa pertingere cernamus, illud acetabuli nomen illis propter Hippocratem asscribi poterit, quod ultimò recensebam, quum uasa quædam ab utero in secundinam pertinentia, acetabuli nomine quibusdam comprehensa atte starer. At iam opportunum erit secundinæ & reliquorum fœtus inuolucrorum naturam, & fœtus formationem sermone quoad licebit uerissimè pertractare, & dein mamillarum quoque historiam hoc libro persequi.

## DE INVOLVCRIS FOETVM IN VTERO tegentibus. Caput XVII.

*FOETVS inuolucra utcunque quatuor tabellis trigesimæ figuræ exprimere conati sumus.*

*Quæ in tractatione de fœtuum formatione in controuersiam uenire soleant.*

QVVM præsente libro etiam organa generationi subministrantia propter sedis uiciniam describere proposuerimus, conduxerit hîc quoque de fœtu, & potissimùm de ipsum inuoluentibus tunicis, quædam subijcere. Quando quidem diffusum de fœtus formatione sermonem instituere, prolixi esset negocij, & ut uerum fatear, hîc mihi aliorum autoritatibus duntaxat insistendum esset, & tandem uix mihijpsi probabilia, non absque frequentibus controuersijs, adducerem. Nam & si quædam ex fœtuum & prægnantium uterorum dissectione didicerim, & in scholis nonnulla commonstrare soleam, id tantummodo ex brutis, neq; id ea qua oporteret diligentia habeo. prægnantes namq; mulieres mihi ad dissectionem paucissimæ hactenus obtigere. Quum itaq; adhuc permulta ex frequenti ac sedula sectione me adepturum non diffidam, modò in dissertationum Oceanum me haud quaquam conijciam, præter cætera disputaturus, num muliebre semen ad generationem aliquid præstet. mulieres etenim semen perinde ac uiros habere, muliebrium organorum fabrica superiùs edocuit. Dein num semen effectiuū simul & materiale principium fœtui offerat, an tantum effectiuum. Rursus si semen effectiui principij tantum autor sit, quorsum id euanescat: & si materiale etiam principium sit, quas partes efformet, num scilicet eas quas solidas semper spermaticasq; nuncupamus. Item quid primū generetur, omnia ne simul, an iecur, cor, & cerebrum priùs simulq;: an cor priùs, aut iecur priùs, & quo nam tempore singula in fœtuum formatione fiant: præter eius generis quæstionum quamplurimas, uix paginis aliquot enumerandas, in quibus omnibus ferè Galenum ab Aristotele medici iuxta ac philosophi dissentire arbitrantur, hi quidē Aristotelis placita, illi uerò Galeni mordicus defendentes: sed per louē omnes sectione postposita, friuolis quibusdam rationibus, & autoritatū congerie duntaxat innixi. Quum interim sectio hîc pleraq; luculentissimè ostendat. quam si ita in mulieribus atq; in brutis aggressus fuissem, & in has disceptationes me quoq; injiciens (uti aliquando quum quid exactius reperero, facturus sum) aliquot chartas absumerem, & ostenderem pariter quàm bellè Galenus qui alios de sectionis negligētia increpat, sibi passim consentiat: & quàm futiles rationes & à ueritate prorsus alienas in Aristotelem nimis profectò sophistice contexit, autumans neminem post illum sectiones aggressurum, suasq; imposturas deprehensurum. Quanquam Aristotelis sententiam undiq; ueram esse, non annuam, nihilominus tamen medicos expendere



dere uelim diligentius Galeni nimium omnibus concessum placitum, quo præter simplicem carnem pinguedinem'que corporis nostri, omnia semine constare docet: ossa uidelicet, cartilagines, membranas, ligamenta, uenas, arterias, neruos, tendines, musculorum fibras, cerebrum, & si quid aliud in corpore præter pinguedinem & carnem habeatur. Hoc enim ubi sedulò medici affectu omni remoto indagauerint, uiderint'que, dein quî Galenus ad[a] secundi fœtus inuolucri constitutionem, muliebre semen non sufficiente uirili requirat. At præsens sermo quantumuis ipse renitatur, in alium locum supprimendus est, & ut mihi à principio institutum fuit, fœtum inuoluentes tunicæ ueniunt pertractādæ, quas num ritè Galenus & in libris de Partium usu, & libris de Semine & fœtus formatione descripserit, aut uiderit etiā, ipse tecum ubi eas tute in homine, aut sue, cane'ue obseruaueris, expendito. Quum enim Galenus canis & suis inuolucra hominis respondere docuerit, tantisper dum mulier sese offerat, in cane effœta aut sue fœtuum inuolucra non oscitanter inuestigare erit operæprecium, ut dein hæc mea Galeni locis conferens animaduertas, num uel canis inuolucra is rectè descripserit: ut etiam tunc perspectum habeas, quousque ueram humani fœtus fabricam Galenus recensere potuerit. [b] Primum itaque fœtus inuolucrum, quod & extimum mihi nominabitur, fœtum uniuersum non eo modo obuoluit, quo nucleum à suo putamine obduci integi'que cernimus, aut quo reliqua duo inuolucra fœtum ambire mox audies, imò fœtum duntaxat circulorum uasa contingentium modo cingit. Haud quaquam enim superiorem, uti neque etiam inferiorē fœtus partem contingit, sed tantum ita se habet, ac si quis à mucronata pectoris ossis cartilagine ad elatissimam usque ilium ossium sedem fascia impensè laxa cingeretur. Inuolucri enim huius latitudo ex fœtus proportione tanta duntaxat est, quanta longitudo à fœtus ilium ossium elatissima sede ad mucronatam usque cartilaginem pertingeret: aut ut expressiùs dicam, inuolucri latitudo non multum excedit cubiti cum extrema manu longitudinem: tantum abest, ut inuolucrum id fœtum uesicæ alicuius, aut ipsius uteri modo amplexaretur. Porrò inuolucri amplitudo tanta est, quanta summa interioris uteri superficiei extensio. inuolucrum enim hoc externa superficie utero undique contiguum est, & adnascitur quoque. Dein exactè consistit ad fœtus mediam regionem, si modò mihi fœtum ita iacentem subaudis, quemadmodum conuolutus implexus'que in utero (aliter ac uulgus persuasum habet) secantibus occurrit. Porrò ipsius crassities nequaquam membranæ modo tenuis est, sed quum fœtus ab utero paulo pòst resoluendus est, uteri inuolucrorum crassitiem longè superat, & pollicis etiam crassitiem facilè æquat. Deinde substantia non constituitur membranea, uerùm peculiari, & cui in uniuerso corpore alteram non reperias simílem, nisi fortassis illam[c] fungosæ penis, aut propinquius adhuc [d] lienis substantiæ assimilare uelles. Est enim huius inuolucri substantia, lienis quasi modo nigricans, friabilis, fungosa, & frequentissima uasorum serie implicita. Quippe[e] omnes uenæ & item arteriæ ab utero fœtum petentes, in hoc inuolucrum duntaxat pertingunt, neq; undiq; in fœtus ambitu in aliquod uniuersum fœtum inuoluens inuolucrum finiunt, sed in hoc duntaxat quod iam describere (utinam tam fœliciter, atque præsens in sectione ostendere possem) conor. Vasa itaque uterum implicantia suis osculis in hoc inuolucrum, quod lato crassoq; circulo non inopportunè contuleris, pertingunt aperiunturq;, & ex singulis uasorum oris noua procreantur uasa tot numero, quot uasorum ora inuolucrum id contingunt. atq; à uenarum quidem oris uenæ procreantur, ab arteriarum autem arteriæ: quę per huius inuolucri substantiam uariè admodum implicitæ, tandem inuicem colliguntur, uenæ quidem in uenas, arteriæ autem in arterias, & tantisper grandiores rami ita collecti in maiores adhuc coëunt, donec omnes uenæ in duos colligantur uenarum caudices, & arteriæ item in duos arteriarū caudices: qui ut uenarum caudices duo inuolucra, quæ uniuersum fœtū ambire mox dicā,[g] penetrantes in umbili cum pertingunt, sanguinem & uitalem spiritum fœtui in eum prorsus modū deducentes, quo reliquæ corporis uenæ & arteriæ ijs quas perreptant partibus suam quam cōtinent materiam digerūt. Hoc itaq; extimū fœtus inuolucrū aliud nihil est, cēplexus quidam & textum, in quod uasa uteri pertingunt implicanturq;, ob hoc potissimùm, ne totidem uasa fœtum subirēt, quot ab utero in inuolucrum hoc pertingunt, sed ut huius inuolucri beneficio collecta in pauca redigerentur uasa: quæ per fœtus umbilicum ducta, unica tantum sede eademq; tuta fœtum perforant. [h] Exterior igitur præsentis inuolucri superficies uniuersa uteri internæ superficiei adnascitur, proximaq; est: interior autem ipsius superficies adhuc pertinaciùs obnascitur secundo fœtus inuolucro, quod iam aggrediar: simulatq; indicauero per me licere, ut huic extimo inuolucro ex tuo arbitratu nomen imponas, memor Galenum reliquosq; dissectionis professores extimum inuolucrū χορίον, uti & Latinos secūdas, seu secundinā, alij et loculos appellare. & quum fortè idem cum Galeno illi nomen impones, expende an is id ritè descripserit: quod tum feceris

*Lib. 2. de Semine.*

*In lib. de Fœtus for.*

*Primū ac extimū fœtus inuolucrum.*

a 1 tab. fig. 30 G, G. 2 tab. L, L, 3, 4 tab. O, P.

b 1 tab. fig. 30 P. 2 tab. K, 3, 4 tabula Q.

c 1 fig. cap. 49 li. 2 E, E.

d 19 fi. 1, K. e 25 fi. 11, y.

g 4 tab. fig. 30 S.

h Hæc petes ex 1 tabella 30 figuræ, et cum ex reliquis.

opportunè, quum animaduerteris id neutiquam membranã esse, sed potius lienis suo nigricãte sanguine admodum turgidi substantiam: & non toti uteri superficiei adnasci, sed duntaxat

*Secundum me diuiue fœtus inuolucrum.*

tantæ superficiei uteri parti, quanta est ipsius inuolucri exterior superficies. [i] Secundum fœtus inuolucrum à farciminis imagine admodum eleganter ἀλλαντοειδὴς à ueteribus est appellatum, qui id secus ac Galenus uerè cognouerunt. Quum enim inter dissecandum extimum inuolucrum ab utero diuulsum est, aterq; & nigricans subuiridisq; sanguis ab illo profluxit, nullo´que alio fœtus inuolucro effracto, fœtus ab utero eximitur, is unà cum suis inuolucris farciminis alicuius, nõ quidẽ oblongi, & quod ex tenuibus formatur intestinis, sed breuis, & ex crassioribus intestinis formati, supraq; & infrà consuti, non autem laqueo tantum intercepti, imaginem exprimit. secundum enim inuolucrum intestino respondet: fœtus autem, & omnia quæ id inuolucrum amplectitur, intestino infartorum rationem obtinent. Est enim secundum hoc inuolucrum exacta membrana, uenulis quibusdam & arterijs intertexta, ad eum ferè modum, quo [k] adhærens alba´ue oculi tunica illis donatur. Externa ipsius superficies tanta amplitudine, quantum est extimum fœtus inuolucrum, pertinacissimè illi connascitur, & uenulas suas arteriolasq; ab extimo fœtus inuolucro assumit: nullum enim uas immediatè ab utero in hanc membranam pertingit, etiam si externa ipsius superficies reliqua (quæ scilicet extimo non connascitur inuolucro) uterum contingat, sed non connascitur. Nullibi enim secundum hoc inuolucrum utero, nisi extimi inuolucri interuentu nectitur. Interior huius superficies ad amussim læuis est & humecta, neque alteri prorsus parti connascitur, nisi puncto quodam (ut ita dicam) intimo seu tertio fœtus inuolucro: atque is connexus, [l] umbilici uasorum ab extimo inuolucro per secundum & tertium ad umbilicum tendentium fit interuentu. In reliqua enim amplitudine secundum hoc inuolucrũ tertio nusquam adnascitur, & [m] inter secundum hoc & tertium inuolucrum fœtus urina colligitur. A' suprema enim fœtus uesicæ fundi regione [n] meatus quidam per umbilicum in cauitatem pertinet, quæ inter secundum & tertium consistit inuolucrum, atque is meatus fœtus urinam in illam amplitudinem defert, οὐραχὸς hinc appellatus, & mira industria in hoc à Natura formatus, ne fœtus urinam per uesicæ ceruicem reddens, illam corpori suo proximam tantisper dum nascereturasseruaret, & eius acrimonia mordacitateq; mollis illa ac tenerula cutis erodatur ulceretur´ue: sed ut urina procul à fœtus cute eius urinarij meatus beneficio, inter secundum inuolucrum & tertium deduceretur, & ut mox de fœtus sudore quoque dicam, partus promptitudinem dum paulo ante egredientem fœtum profluit, & uteri ceruicem humectando emollit ampliat´que, plurimum iuuet. Galenus secundum inuolucrum quo ipse urinam contineri scribit, toto fœtui non obduci attestatur, sed duntaxat clunibus, & extremis partibus. qua in re tuum ipsius requiro iudicium: & hortor pariter, ut quum fœtum, si non humanum, saltem canis secas, ut mox atque extimum mihi appellatum fœtus inuolucrum ab utero distraxeris, fœtumq; & ipsius reliqua inuolucra manu contines, ut fœtum erigas, ac urinam deorsum uersus pedum regionem colligi intuearis, ac dein capite illum rursus declines, & animaduertas mox urinam uersus capitis regionem asseruari, illud´que membraneum inuolucrum quod ego descripsi, & utero undique (nisi ubi extimum inuolucrum obstat) dixi esse proximum, urinam continere, & neutiquam χορίου esse, quum nullas prorsus possideat uenas & arterias, ab ijs quæ ipsi nutritionis gratia, ut & cæteris membranis offeruntur, & hæ neutiquam ab utero immediatè procedunt, sed ab illis quæ crasso illo & lienoso fœtus inuolucro implicantur. Si enim hæc sedulò expenderis, hæc´que mea cum Galeni placitis ad sectionem contuleris, promptissimè dijudicabis, quàm reliqua Galeni de Fœtuum formatione & seminis natura constare possit sententia. [o] Tertium fœtus inuolucrum forma prorsus secundo respondet, sed minus est amplum, & longè tenuius. tenuissima enim (unde & ἀμνιὸς dicitur) membrana est, alba quemadmodum & secundum inuolucrum, & uenulis pariter ac arterijs implicita, fœtui proximè & undecunque obducta. Huius exterior superficies prorsus læuis & humecta est, neque ulli penitus parti adnascitur, nisi [p] uenarum arteriarumq; umbilicum petentium interuentu. hæ enim quum ab extimo inuolucro per secundum & tertium umbilicum adeunt, secundum inuolucrum primo committunt. Interior quoque tertij inuolucri superficies læuis quoque & humecta est, fœtui nusquam nisi ad umbilicum, uasorum umbilici beneficio nexum. Inter hoc autem & fœtus cutem sudor copiosus continetur, qui fœtus est recrementum, ac ante partum non minus quàm fœtus urina profluens ceruicem uteri irrigando, fœtui faciliorem exitum parat. deinde fœtus cuti subflaua quædam & lutosa obducitur substantia, eius concoctionis (uti arbitramur) recrementum, quod in singularum partium enutritione fieri putamus. Venæ & arteriæ hoc inuolucrum implicantes ab umbilici uasis, quum illud permeant, principium mutuantur: quæ & si sint longè gracillimæ ac tenues, tamen

*Tertium fœtus inuolucrũ.*

i 1 tab. fig. 30 G, G, 2 tab. L, L, 3, 4 tab. O, O, P, P.

k 18 fi. cap. 14 li. 7 vs.

l 3, 4 tab. 30 fig. N.

m 3 tab. fi. 30 inter O, O & M, M.

n 2 fi. M. 46 N.

o 3, 4 tab. fig. 30 M, M.

p 4 tab. 30 fig. N & S.



men inter dissecandum prompte occurrunt, quòd hæc membrana præ cæteris corporis membranis & tenuissima sit, & omnis prorsus adipis expers. Vnde etiam ipsa post partum apud quasdam nationes non inèleganter exsiccata uesicæ modo seruatur, atque uulgò apud nostrates in masculis galea, in fœminis uitta, apud Italos uerò indusium fuisse persuasum habent: in hoc errantes, quòd omnibus pueris hanc membranam communem haud esse arbitrantur. Quod obstetricum inscitia fieri uideo, quæ interdum, & ut plurimum tertium inuolucrum simul cum secundo à fœtu abstrahunt, tunc illam suam camisiam non obseruantes. Aliquando uerò quum extimum inuolucrum utero adhuc in partu pertinacius adhæret, ipse´que fœtus antea prodit, tunc intimum ipsius inuolucrum capiti ipsius aut cruri, aut manui obductum absq; secundo inuolucro prodit: id´que tunc mulieres religiosè, & magna superstitio ne asseruant, neq; ab his modò, uerùm & ab occultis philosophis summopere expetitur. Quum interim pariter & intimũ & secundum possent semper matres æque puerorũ nomine (uti charissimam meam matrem fecisse uideo) reponere, si extimum inuolucrum, aut lienosam illam substantiam à secundo inuolucro deradi mox curarent, & ablutas postmodum membranas fœno leuiter opplerent, uesicarum´que modo exsiccarent. Putauerim enim elegantius fore, si grandi iam puero mater illius offerret inuolucra, quàm quod ea simul cum fœtus urina, & sudore, & qui profluit tunc atro sanguine in cloacas reijci, aut in terram fodi curant. Quum cæteris uiuiparis animalibus ferè sit innatum, ut simul omnia quæ fœtum inuoluunt, deuorent, ac deglutiant, id quod in parturientibus canibus non iniucundè aliquando obseruaui. Porrò [q] quæ uenarum & arteriarum in umbilicum pertinentium sit series, in tertio libro qui uenis & arterijs dedicabatur, exequutus sum, quum uenam dicerem in iecur ferri, à qua priusquam in iecur absumitur, in canibus ramus in mesenterij centrum pertingit: [r] arterias autem secundum uesicæ fundi latera deorsum prorepere, atque in humiliores ramos arteriæ magnæ inseri, quos diffundit post magnam supra sacri ossis initium diuisionem. Quo´nam pacto autem hæc omnia ad amussim dissectione indagaturus sis, ubi mamillarum sermonem absoluero, ordinatim subiungam.

q 2 fi. F, G. K, L.

r fig. ca. 12 lib. 3 f.

## DE MAMILLIS. CAPVT XVIII.

*MAMILLARVM fabricam non aliter delineare licuit, quàm in dextro latere uigesimæquintæ figuræ eam exprimere conati fuimus.*

a Non cõtinetur inter A, B, C, D 2. & 24 figu.

b 3 muscul. tab. 4.

MAMILLAE etiamsi peritonæo nulla ex parte [a] amplexentur, quum tamen fœtum ubi is in lucem prodijt, alant, atq; in organorum generationi subseruientium numerum recensendæ sint, hoc quoq; loco ipsarum fabricam opportunè prosequemur. Mamillarum itaque situs nulli non conspicuus est: super pectus enim ad ossis pectoris latera locantur, parti inferiori brachium pectori admouentis [b] musculi superstratæ. Verùm ut figura admodũ uariant, sic quoq; parem non semper sedem occupant. Ampliores enim mamillæ latiori firmantur basi, propendulæ uerò ac flaccidæ à naturali loco declinant: & quibusdam mulieribus uicinius ad pectoris medium inuicem accedunt, quibusdam autem (quod & pulcherrimum ducitur) inuicem recedunt, thoracisq; lateribus magis appropinquant. Forma illis penè propria, semiglobum refert: quippe exteriùs rotundæ, gibbæq; sunt, papillã (quæ Græcis θηλὴ appellatur) instar processus obtinentes: intus uerò seu posteriùs, quà pectus spectant, leuiter admodum sinuantur, secundùm pectoris gibbum planè & amplæ basi commissæ. Mamillarum moles quum à brachium pectori adducente musculo abscedit, quà illæ potissimùm dependent, ampliores quàm in medio ductu euadunt, ut plerisque fœminis simul in basi, & in ipsarum extremitate ampliores ob concidentem ipsarum substantiam uisantur. Porrò substantia qua constant glandulosa est, multo adipe abundans, & uenis paucisq; admodum arterijs & neruis intertexta. Nerui quidem semper ijdem in mamillas pertingunt, ac sibi perpetuò similes sunt: uenæ autem & arteriæ crassitie & contento humore admodum pro mamillarum mole, & quo tunc funguntur munere differunt. In glandularum forma, substantia, multitudine & situ multo maior singulis temporibus est differentia. Viris nanque multis nullæ ac perquàm paucissimæ eædemq; aridæ sunt glandulæ, uti etiam admodum puellis. Alijs autem frequentes extuberantesq; adsunt, duritia, & mollitie, ac forma uariantes. Iuuenculæ enim quibus iam mamillæ in molem attolluntur, generationiq; aptæ fiunt, harum glandularum obtinent copiam, sed inuicem compactarum & durarum, nulloq; lacteo humore

*Mamillarũ situs.*

*Formæ.*

*Substantia.*

re oppletarum. Dein ſeries formaq́; glandularum in mulieribus à cæteris animalibus, & potiſ-
ſimùm uniparis differt. his nanq; unicum quodammodo & continuum in uniuerſo ubere con-
ſiſtit glandoſum corpus, illis autem ad papillæ centrum[c] una magnaq́; & mamillæ modo effi-
giata habetur glans, cui[d] aliæ frequentes, ſed paruæ, & amygdalis à cortice liberatis ſimiles in
circuitu accumbunt, duriori adipe, & uenarum & fibrarū ex carnea membrana in cutem per-
tinentium interuentu mutuò commiſſę connatæq́;. Vniuerſa enim mamillarum ſubſtantia adi-
pis ritu inter cutem & membranam à nobis carneā dictam continetur, neq; coſtis incumbenti-
bus muſculis mamillæ alio nexu committuntur, quàm per reliquum corpus carnea membrana
ſubditis ſibi muſculis: niſi fortè hîc paulo plures uenæ interueniāt, à muſculis in mamillas dige-
ſtæ. Vtcunq; tamen mamillæ aliquando flaccidæ propendeant, carnea membrana à muſculis
nō abſcedit, uerùm glandulæ illæ unà cum adipe non amplius conſtrictę, ſed flaccidæ à carnea
mēbrana laxātur. Mulieres enim lactātes & ultimis menſibus uterum gerētes, has uenas lacteo
humore aut lacte oppletas habent, & ipſæ etiam glandulæ eo abundant, & ob id molliores &
fungoſæ admodū, neq; ita inuicē continuæ redduntur, & illum tonum non amplius ſeruantes,
neq; amplius duriuſculo illas ſuſtinente adipe, ſenſim flacceſcunt & propendent. Verùm nun-
quam eò perueniunt raritatis, ut deuoratum à muliere pilum in ſe (uti Ariſtotelis eſt ſententia)
reciperent, & pilari morbo, Græcis τριχιάσει nuncupato, uexarentur. quandoquidem nulli du-
bium eſt, per tot angiportus tenuesq́; anfractus ab ore in mamillas pilum nequaq; duci poſſe,
etiam ſi illū mamillæ, quū in ipſarū conſiſteret uenis, amplexuræ eſſent. Eſt enim id Ariſtotelis
commentū, ipſi ab anu quapiam perſuaſum. Quanq; fortaſſis, ut in[e] renibus[f] urinarijsq́; meati-
bus, quid pili ſimile in mamillis progigni poſſe, non omni ex parte uideatur abſonū. Cutis ma-
millæ obducta, reliquæ thoracis cuti congruit: mamillæ enim ſubſtantiæ, ut reliquo adipi, con-
naſcitur, pariterq́; inibi craſſa eſt. At ubi orbiculatim ad papillam nigricat, circulum'que conſti-
tuit, qui φῶς Græcis nuncupatur, pertinaciùs maximæ in mamilla glandi connaſcitur, uelut
plurium neruorum, & tenuium uenarum inſtar fibrarum albicantium interuentu. Quinetiam
cutis hîc interdum tenuior quàm alibi euadit, fungoſum quippiam, ut & papilla, adipiſcens.
Huius namq; ſubſtantia penis[g] ſubſtantiæ accedit, hoc eſt neruea quodāmodo cuti intus ſpon-
gioſa ſubſtantia oppletæ, quæ dirigi ac uiciſſim laxari non minùs quàm penis apta, & pari ſen-
ſu prædita eſt. Obſcuri illi tenuesq́; nerui ac prorſus fibræ modo albicantes, in papillam perti-
nentes meatus uenarū ſurculi ſunt, multiplici ſerie inter glandulas excurrentes. Venæ porrò ma-
millis exporrectę, à triplici plurimum pendent radice. Axillaris enim uena thoracis amplitudi-
nem egreſſa,[h] ramum inſignē in[i] muſculos pectori ſuperſtratos, & pectoris cutem ipſamq́; de-
mum mamillam depromit. Quæ etiam elatiorem ſcapulæ ſedem, & ſummum humerum impli-
cant uenę, deorſum in pleriſq; mulieribus ante ſectionem[k] conſpicuos ſurculos in mamillæ cu-
tem ipſamq́; mamillam deriuant. Apparent namque crebro mamillarum cutis uenæ in multis
mulieribus, & potiſſimùm quę aliquando lactarunt, inſignes, ſubuirides, & errabundo ductu,
ut in ſura & in cubiti interna ſede, aut in tēporibus, tortuoſæ incedētes. Porrò uenæ mamillarū
à[l] tertia radice principium ducentes, non perinde in cutem atq; priores, ſed in mamillarum ſub-
ſtantiam penitiùs excurrunt, arterijs concomitatæ perquàm gracilibus. Hæc namq; uaſa ger-
minant uenæ ac arteriæ à iugulo deorſum ſub pectoris oſſe exporrectæ, & inter cartilaginum
interualla ramos pectori incumbentibus muſculis & hinc mamillis diffundentes. Atq; hæ præ-
cipuæ ſunt uenæ in conſtructione mamillarum animaduertendæ, quandoquidem harum in-
teruentu uterus cum mamillis conſortij lege afficitur.[m] Hæ namque mamillarum uenæ & ar-
teriæ (ſi modò quæ illis diſpergantur) à iugulo, uti in uenarum & arteriarum ſerie docui-
mus, pronatæ, eos'que quos diximus ramos per cartilaginum interualla germinantes, deor-
ſum ſub pectoris oſſis lateribus prorepunt, atque thorace excidentes, ſuper anteriorem pe-
ritonæi[n] tranſuerſorum'que abdominis muſculorum ſedem rectis muſculis exporriguntur,
horum poſteriori ſedi innatæ, frequentes'que ſoboles, donec ad medium illorum longitudi-
nis deuenerint, huc illuc utrobique emittentes. Porrò hæ iuxta umbilici ſedem alias uenas
& item arterias ſub rectis muſculis ſurſum conſcendentes operiuntur, atque cum illarum ra-
mis ita implicantur, ac ſi utriuſque manus digitos inuicem inſereres. neutiquam enim oſculis
ſuis ita conniuent, ac ſi utriuſque manus digitorum apices è directo, non autem ex latere unà
commiteres. Hæc uaſa ſurſum petentia ea demum ſunt, quæ à grandioribus cauæ & arte-
riæ truncis per inguina crus acceſſuris principium aſſumere, in tertio libro commemoraui-
mus. Quæ & ſi ab eadem cum uterum petentibus[o] uenis radice non enaſcantur, adeò ta-
men utero accumbunt, uicina'que ſunt, ut qui hîc in uteri uenis coaceruatur ſanguis, illis
uaſis excipi, ſurſum'que ferri poſſe credatur, aut ſuis oſculis ſanguinem à deſcendentibus ſub
pecto-

*Libro 7. Hiſtoriæ de animalibus.*

*Papillæ ſubſtantia.*

*Venarum mamillam petentium ſeries.*

*c 25 figu. C.*
*d 25 figura D,D.*
*e tabulæ figuræ 21.*
*f 22, 23 figura q,q.*
*g 3 fig. cap. 49 lib. 2 E, E, F.*
*h fi. ca. 6 li. 3 parum ſupra m educitur P. & hic 25 fi. B.*
*i 3 muſ. tab. Δ. 5 ta. r. 7 tab. L.*
*k 25 fi. A, A.*
*l fi. ca. 6 li. 3 L. aut 2 fi. lib. 6 B, C.*
*m Specta 6 muſcu. tab. a, e, f. & fi. cap. 6. lib. 3 L, M, r. & figu. cap. 12 li. 3 G & r.*
*n 6 muſcul. tab. Δ.*
*o 25 fi. uteri uenæ y notātur, illi autem aſcendentes rami n.*



pectoris oſſe uaſis, accipientia ad uteri uenas ac arterias diffundere. Verùm hæc ad uenarū &
arteriarū in tertio libro traditarū ſeriem ſpectāt, quæ in præſenti uenit adeunda, hoc paradoxo
non poſtpoſito, pauciſſimas prorſus uenas ab illis quæ ſub pectoris oſſe porriguntur, in ma-
millas diffundi, & arterias adhuc multo rariores, & ſi auſim dicere nullas. Nerui mamillarum
ab illis pendent, qui ſubditis muſculis exporriguntur, neq; aliter hi in mamillarum quàm reli-
quam thoracis cutem deriuantur, præter[p] unicum qui ſubinde ex quinto coſtarum interuallo
papillam adit, multosq́; ſurculos ipſi offert. Quàm uerò ſingula primario mamillarum muneri
idonea rerū Opifex iuſtiſſimè fabrefecerit, intelliges, ſi ſeorſum unumquodq; ſuo uſui adhibue-
ris. Ac præcipuum quidem mamillarum officium in omnibus animalibus quæ animal conci-
piunt, & animal in lucem edunt, cenſendum eſt, tenero adhuc ac iam nuper nato fœtui alimen-
tum præparare: quemadmodum uteri munus eſt ſemen concipere, fœtum'que tantiſper dum
abſoluatur continere. Non autem in hoc præcipuè, quanquam in quarto de Animalium par-
tibus libro Ariſtoteles hoc innuit, ubera creauit Natura, ut cordis ſedem operiant, & deinde in
mulieribus ſecundariò, aut illis abutente Natura ad lactis generationem, & ad ipſum continen-
dum facerent. Quandoquidem plerorumq; animalium & uirorum puerorum'que mamillæ
ad lactis primò generationem, dein uerò ex poſitu, quem non ſolum in homine commodum,
ſed & neceſſarium in pectore obtinuerunt, cordi uelut propugnaculum eas effici documento
ſunt. Quum enim neque pueris neque alicui animali ad generationem nondum apto mamil-
læ exurgant, ſed ueluti notæ cuiuſdam gratia abſque peculiari aliquo in illis corpore, quo à re-
liqua inter cutem & carneam membranam pinguedine diſcerni poſſint, duntaxat in illis haben-
dæ ſunt, certum eſt, eas primò non propugnaculi uice fieri: nam in illis animalibus ac pueris ma-
millæ neque copioſiorem adipem, neque glandulas, neque aliud quippiam præter teneram pa-
pillam habent, quo propugnacula illis quibus incumbunt organis meritò dicerentur. Ad hæc,
ſi quod incrementum in uiris mamillæ recipere apparent, & quaſi alterius cōmodi cauſa, quàm
notæ cuiuſdam habendæ ſunt, id illis magna ex parte prouenit peracto anno bis ſeptimo, quum
primùm genitale ſemen ferre ac pubeſcere incipiunt, ut ſtirpes ſemen laturas primùm florere no-
uimus, adeò ſanè ut lactis gratia potiùs quàm propugnaculi intumeſcere, effœminatiores'que ip-
ſis mamillas fieri conſtet. Nam & lac nonnullis uiris poſt pubem exprimi, & per ſuctum fre-
quentiorem uel mulctum prodijſſe, Ariſtoteles ipſe aſſerit, & nos quoq; non ſemel id conſpexi-
mus: uerùm hoc potiſſimùm accidit iunioribus & ſenioribus uiris, quibus mammæ redduntur
conſpectiores, præcipuè ſi humidiores, lęuiores, neq; amplis uenis ſunt, eorum'que ipſorum ijs
magis qui fuſci quàm candidi ſunt. Quòd uerò mamillæ homini, quemadmodum & ſimiæ, in
pectore collocentur, non ita autem cæteris: præter hoc quod brachiorum manuum'que opera-
tiones non impediunt, latum'que pectus, neque ut reliqua ferè animalia in acutum prominēs ha-
beat, mulier puerum lactans abundè indicat, nobis'que in illo officio uarijs coniecturis colligere
promptiſſimum eſt, mamillis commodiorem regionem ſeſſili animali & manibus uſuro (ut in-
terim ueneris præteream uſum) anteriori thoracis regioni nullam excogitari poſſe. Nam hic ſi-
tus lactis generationi propter cordis calorem non eſt ineptus, & ex abundanti mamillæ cordis
propugnaculum & uallum quoddam cenſeri poſſunt, homini imprimis pectus exporrecturo,
neque illo cæterorum ferè animalium modo humi reclinaturo. Deinde & ſitus hic reciprocum
quendā calorem (qui tamen magis neceſſarius uentriculo & inteſtinis fuiſſet) cordi retribuit.
Mamillæ enim lanei penicilli, aut ueſtis, aut ipſius in corpore adipis, aut carnis ritu à corde calo-
ris officina prius excalefactæ calorem illum reprimēdo tegendoq́; reuerberant. Item, cordis tho-
racisq́; cōtinuum motum, cordisq́; inexpugnabilem calorem ad lactis generationem plurimùm
conferre, qui concoctionis alterationisq́; naturam perſpectam habet, abſq; negocio colligit. Por-
rò mamillas homini elatius, cæteris uerò animantibus humilius ex Ariſtotelis & Galeni aliorūq;
philoſophorum & medicorum ſuffragio collocatas eſſe propter alimenti, aut ut ipſi dicunt, ex-
crementi quod in lac conuertendum erat, penuriam: nō omni ex parte ſanum eſſe arbitror. Pri-
mùm enim huc ſcopum dirigūt, quòd fœtus in utero inferioris corporis partis excrementitium
ſanguinem in nutrimentum aſſumit, mamillæ uerò ad lactis generationem ſanguinem pręcipuè
ſuperioris partis. Dein adijciūt, homini in elatiori parte mamillas reponi, cæteris autem anima-
libus non item, quòd his ſuperioris partis excrementum in cornua & iubas, ſecus multo quàm
mulieri abſumeretur. Quaſi uerò cerui, equæ, eiusq́; generis animātia uenis quæ à iugulo deor-
ſum ſub pectore feruntur magis ac homines carerent: & in illis ex ſuperioribus corporis parti-
bus ad uterum ſanguis minus quàm mulieri poſſit tranſſumi: & non multo plus mulieri, depili
aliàs omnino, excrementi in longiſſimos capitis crines, quàm alijs animalibus in cornua & iu-
bas pro proportione deperiret. Sed profectò hæc Ariſtotelis ratio illi correſpondet, qua innu-



*p 2 fig. ca. 11 lib. 4 r.*

*Mamillarū nerui unde ducantur.*

*Mamillarū munus & officium, ipſarūq; conſtructionis ratio.*

*Situs ratio.*

mera de menſtruis purgationibus problemata, neſcio an tam uerè ac audacter medici & philoſophi ſoluunt. quum inter reliquas huius generis queſtiones, quam ob rem animalium ſola mulier, & fortè equa, menſtruo laborent ſanguine, interrogant. ac intrepidè uulgo imponentes aſſerunt, alijs fœminei ſexus animalibus in pennas, crines, cornua, ſquammas, eam menſtruam purgationem abſumi: in muliere uerò, utpote læui ac depili, ſingulis menſibus defluere. quaſi uerò nõ frequentioribus & procerioribus plumis gallus quàm gallina, & in reliquo auium grege maſculi magis quàm femellæ ornarentur: deinde illi ſolidiores maiores'que ungues, & criſtam (qua aues ornantur) longè proceriorem maiorem'que obtinerent. Ac dein quaſi leo non hirſutior leæna eſſet, & ampliori longiori'que cauda & iuba equus quàm equa. & in ceruorum ſexu & boum non tam pilorum quàm cornuum frequentia, & proceritate, nulla planè eſſet differentia: & quaſi mulieris ad talos uſque pendens coma, qua ſponſas apud noſtrates crines, acrium medicaminum ui, Italarum more haudquaquam erodentes, uelut chlamyde obtectas indies uidere eſt, non uiri omnes pilos ſæpe etiam mole ſuperaret. Verùm hæc aliò ſpectant: quemadmodum & illud, cur mamillæ mulieribus maiores cẽ uiris obtigerunt. ac proinde reliquam conſtructionis mamillarum rationem aggrediamur. His forma exteriùs rotunda, ut minus iniurijs eſſent obnoxiæ, perquàm idonea fuit: intus uerò ea parte qua pectori commiſſuntur, planas latas'que meritò illas fecit Natura, ut firma niterentur baſi. Teneram quoq; & prominentem meritò adipiſcuntur papillam, ut hanc anguſto tenero'que infantis oſculo inditam, is confeſtim labijs molliuſculis conſtringat, & inferiorem deducens maxillam, & buccas contrahens lac attrahat, deinde inſtar canalis linguam inflectens ad ſtomachum, à nemine interim edoctus, propellat. Vt uerò in illo ſuctu papilla turgidior proceriorq; quàm aliàs dum minimè opus eſt redderetur, ſimilem cum pene poſſidet ſubſtantiam, quæ & laxari concidere'que, & rurſus à ſuaui contactu intumeſcere erigi'que idonea cenſeretur. Papilla autem ſenſu exactiori, & neruorum furculis abundat, ut mamillis hac quoque ex parte cum genitalibus eſſet affinitas. Vt enim illis ad uenereum congreſſum generis'que propagationem, illecebram ac uoluptatem indidit Natura: ſic quoque & uberibus, & potiſſimùm papillis, ut in lucem iam editus fœtus tenerulo & nondum dentato ori papillam lubentiùs mater titillandam prurienda'm que inderet, ac ſugendam offerret. Mamillarum uerò glandulоſa ſubſtantia eius eſt ad iuſtitiam temperiei, ut in uenis adductum ſanguinem in lac familiare hominis alimentum conuertere concoquereq; poſſit. Venæ etiam non minori induſtria ex remotis longisq; partibus multis anfractibus, ut ſanguis melius mamillis præpararetur, ſunt porrectæ: quod non tam neceſſariò atque utiliter accidit. Neceſſariò quidem, quoniam (&ſi ſecus Galeno uiſum ſit) ſuccinctiori quàm nunc uia uenæ mamillis non potuiſſent deduci. Quo pacto enim, quæſo, à uena caua, quà [q] inter ſeptum tranſuerſum & cordis auriculam nulla ſuffulta baſi uena quæpiam rectà ſurſum inter coſtarum interualla ad mamillas (quod Galenus facile factu arbitratur) commodè deduceretur? Primũ enim nõ ut reliquus cauæ uenæ caudex, hãc craſſam fieri oportuit, ac proinde fuiſſet inualida, neq; cartilaginum interualla tantam uenam indemnem admiſiſſent, ſed continuo comprimerentur, & ipſa tutius non firmata in thoracis motibus ilico diuellerẽtur, ſanguinisq; eruptionis periculo homines ſemper fuiſſent obnoxij. Verùm exacta uenarum inter diſſecandum ductus conſideratio facilè argumẽto eſt, neq; ab illis quæ in brachium feruntur uenis, in mamillas ſurculos cõmodius quàm nunc poſſe porrigi, multoq; minus à caua & arteria magna, niſi à iugulo ubi hæ pectoris oſſis ſummum contingunt. Quis uerò inflexionum & erratis itineris uenarum, & harum quidem frequentium, non autem unius grandioris ad mamillas ductuum uſus ſit, uenæ ac arteriæ ſeminalium & aliorum uaſorum materiam ab alio organo concoquendam deferentium errabunda itinera & gyri commonſtrant. Quid porrò ualeat uteri cum mamillis communio, ac proinde uenarum à mamillis ad eas quæ prope uteri uenas enaſcuntur [r] congreſſus, is demum pernoſcit, qui ex Ariſtotele lactis generationẽ uſumq;, & lactis ad tenerum adhuc infantẽ alendum, neceſſitatẽ perdidicit. Primũ enim inter mamillas & uterũ mirificum eſſe conſenſum, præterq; quod ſimul cum utero mamillæ exurgũt, quotidiana in abortibus, & quũ ſecunda ualetudine fœtus fruitur, experiẽtia eruditi. Neq; id profectò iniuria, quũ ad unũ opus conficiendũ uterũ & mamillas cõparauerit Natura: uterũ quidẽ, ut & antea diximus, ad ſemẽ cõcipiendũ, abſoluendũq; fœtũ: mamillas uerò, ad fœtũ recẽs in lucẽ proditũ alendũ. Atq; hãc ſanè cõſortij legẽ uenarũ arteriarũq; mutuus congreſſus ductusq; efficiũt, quę neceſſaria eſt, ut quãdo fœtus in utero augeẽ efformaturq;, illi ſoli alimentũ ex utriſq; ſuppeditatũ uenæ deriuẽt: ubi uerò in lucẽ editus fuerit, totũ id rurſus mamillis influat. Vnde etiã fieri nõ poteſt, ut ſimul & mẽſes probè defluãt, & mulier lactet. Alterũ nanq; membrũ ſemper ſicceſcit, dũ ſanguis in alterũ declinat, deferturq;, Sanguinis autẽ dum utero gerit mulier, ad mamillas refluxus

*Formæ ratio.*

*Papillæ conſtructionis & totius ſubſtantiæ eiuſdem ratio.*

*Veteri cũ mamillis communionis ratio. Lib. 4. de Generatione animalium ca. 8.*

*q 5 fig. lib. 6 inter D per C ad B.*

*r fig. cap. 6 lib. 3 M.*



fluxus, priuſquã parit, iam diu ad hunc modũ incipit. Antequã mulier conceperit, & floridæ tamen ſit ætatis, ſanguis ille ſingulis mẽſibus profluit: ex quo fœtus, ubi mulier cõceperit, alimentum allicit. Cæterùm [s] uenæ indidem ad uteri latera conſitæ, tam latæ, tamq; prolixæ frequentesq;, ac ſanguine turgidæ ſunt, ut efformatum iam fœtum, & augmẽto duntaxat indigentem temporis ſucceſſu affatim enutriant, & nonnihil ſemper ſuperflui colligant: quod in illis collectum, aliò regurgitat, regionem quærens, in quem commodè tranſmigret. Commoda autem regio ſunt (ſed ad hoc famulante Natura, & peculiari indita ipſis ui) uenæ [t] ſecundùm rectos abdominis muſculos ſurſum conſcendentes, & ad illas accedentes, quæ ſub pectoris oſſe deorſum excurrunt. illæ nanque ſuum ſanguinem in has deponunt, & lac menſibus (ut diuinus aiebat Hippocrates) germanum efficiunt. Quod autem, ut Galenus aſſerit, uteri uenæ in quo ſuperfluum id reponerent, nullam commodiorem regionem habeant, falſum eſt, niſi diuinæ cuidam ac peculiari operationi tantum munus aſcribamus. Venæ enim quæ in crus pertinent ampliores, & rectæ magis deorſumq; protenſæ ſunt: aut etiam ut inter conceptionis initia, aut quum mulier uterum non gerit, per uteri uenas ſanguis is abundans menſtruarum purgationum modo effluere poſſet. Et adhuc minus ueritati conſonum eſt, uentris in utero gerentibus molem comprimendo ad ſanguinis illius ad mamillas influxum quicquam auxiliari. nam luculentiſſimè recti abdominis muſculi, dum fœta reſcindimus animalia, compreſſi, admodumq; latiores redditi, mirum Naturæ opus nos exoſculari cogunt, quo ſurſum ſiue per uenas cuti proximè ſubditas, ſiue eas quæ rectis exporrigũtur muſculis, craſſior ille ſanguis per compreſſas anguſtasq; uenas, & etiam plus quàm non prægnante muliere inflexas tanta copia regurgitat. At in hunc modum de mamillarum uſu ſermo plus ſatis excreſceret: quod ne fiat, nunc opportunum erit omnium quæ hoc libro perſtrinximus organorum diſſectionem quàm accuratiſſimè ſubiungere.

*s 25 fig. n. y.*

*t Intuere 6 muſcul. tab. a, e, f.*

## QVONAM PACTO ANATOMEN AGgredi conueniat, & priuatim omnium quæ hoc libro commemorantur partium adminiſtrandi ratio. Caput XIX.

HOC Caput, ac dein poſtremum ſexti libri, & poſtmodum ſeptimi penultimum lubens ita accõmodarem, ut ſingula capita eorum organorũ quæ ſuis libris tractantur ſecandi artificium ſic perſequerentur, ac ſi quis hæc duntaxat in aliquo corpore intueri, aut alijs commõſtrare propoſuiſſet. Deinde ea Capita ita uelim deſcripta, ut ſi ſimul nexa fingerentur, inſtar libri cuiuſdam eſſent uniuerſum ſecandi artificium complectẽtis: quo quis probè in Anatome uerſatus, apud ſtudioſos in publica ſectione uti poſſit. Quanquam enim priuatam & inter paucos exhibitam ſectionem, publicæ præferendam nemo ambigat, quum tamen omnibus nõ ſuppetat corporum copia, multoq; minus peritior aliquis, qui ad cuiuſque uota ſectionem aggrederetur, in promptu ſemper ſit, publicam quoque ſectionem à ſtudioſis ſummoperè expetendam duco, ut ipſi uel obiter in ea ſpectatorum turba edocti, ſi quando in cadauer incidant, proprijs manibus adminiſtrationem accuratè obeant, & ſtudia inuicem conferentes, hanc medicinæ ſeu naturalis philoſophiæ partem debitè amplexentur: idq; potiſſimùm in noſtra huius ſeculi fœlicitate, quando unà cum cæteris diſciplinis, Anatome prorſus ſopita, eouſq; promouerit, ut omnia quæ hoc opere perſequor, una eademq; hyeme & Patauij & Bononiæ in ea ſpectantiũ frequentia ad eum modum non ſemel aggreſſus ſim, quo præſentes ſeptem libros digeſſi. Primùm enim adhibitis ſtudioſorum & mea opera uariorum hominum ſenum ac iuuenum, mulierum & uirorum oſſibus, compactis & diſſolutis, ſimul cum ſimiarum & canum, aliquotq; aliorum animaliũ oſſibus, Galeni librum de Oſſibus ad eos qui introducuntur, prælegi, ac oſſium cartilaginumq;, ſeu eorum quæ fulcri modo humanam fabricam ſuſtinent, ac quæ reliqua deſcribuntur cognitionem unà abſolui. mox omnium muſculorum & ligamentorũ pariter, ac omnium quæ ſecundo pertractantur libro, fabricam perſecutus ſum: priori lectione ſtudioſos admonens, quo'nam loco Galenus eos quos ſequenti lectione oſtenſurus eram muſculos deſcriberet. atque quum longius duxiſſem Galeni uerba prælegere, ante ſectionem, ipſius ſententiã ſemper recenſui. ac poſtmodum hominem & canem, &, quum obtigit, ſimiam in omniũ præſentia ſecui, ſedulò omnia uti à me deſcribuntur commonſtrãs. Abſoluta muſculorũ hiſtoria, in eodem corpore in quo illos adminiſtraueram, uiſcera, & quæ uulgò in tribus uentribus cõtineri dicimus, obiter oſtendi: ſpectatorũ animos ad uenarum, arteriarum & neruorum diſciplinam hac ratione parans, qua ante muſculorum doctrinam oſſa aggredior, ut ſcilicet uenas poſtmodum, arterias & neruos commodius in alio

*Ordo in Anatome docenda obſeruandus.*

corpore tunc pertractarẽ,ac pariter in eodem quæ ad interiora ſpectabãt ad amuſſim abſoluerem,ante ſectarum partium oſtenſionem earum fabricam ad eum modum ſemper docens,quo illam his libris cõmemorare adniſus ſum. Quo autẽ modo quis hæc omnia obiturus ſit,partim in primo & ſecundo recenſui,partim uerò hoc capite & in calce ſubſequentium librorum complectar.In primo enim libro oſſium parandorũ rationem, in ſecundo autem muſculorũ diſſecandi in uno corpore methodum perſequebar. At hiç me negocio ita accingam, ut etiam hæc omnia in uno tantũ cadauere,ſi modo in corporum penuria id opus eſſet,adminiſtrare queas: acrurſus,ſi uelis,priuatim ſingula in uariis cadaueribus perficias: quod longè etiã eſt cõſultiſſimum, ne eorundem organorũ partium ue ſeries interturbetur,ac uenas quũ muſculi oſtenduntur,aut quum neruos tractas,muſculos explicare tenearis. Corpus itaç publicæ ſectioni adhiberi conuenit,in ſuo ſexu quàm temperatiſſimum, & ætatis mediæ,ut ad hoc tanquam ad Polycleti ſtatuam alia corpora poſſis cõferre. In priuatis autem ſectionibus, quæ crebrius accidũt, utile erit quoduis aggredi, ut cuiuſmodi id quoque ſit expendas, corporumç differentiam,ueramç multorum morborũ naturam aſſequaris.[a] Theatrum porrò ac menſam cui cadauer imponetur, ea ratione confici curabis,qua hanc tibi commodiorem,illud uerò excipiendis ſpectatoribus aptius fore duxeris.[b] Inſtrumẽta autẽ operi adhibenda, in ſecundo libro utcunç recenſui. Quum itaç in uno corpore omnia abſoluere neceſſum eſt, neç ſeriatim,ut in his libris docemus, ſingula pertractare licet, de corporis humani fabricę cognitionis dignitate & uſu quædam, ſi uiſum fuerit, leuiter præſenti ſceleto præfaberis. uix enim hodie ulla eſt Academia,quæ non unum atç alterũ habeat,quod ſectioni ſemper utiliſſimè adhibeatur. Cadauer autẽ ipſum poſtquam hominem à cæteris animantibus diſtinxeris,in caput, corporis truncum, manus & crura, oratione diuides, aut tres ipſius ſedes uel uirtutes conſtitues,quæ ſingulæ ſingulis ſecundùm Platonis præcipuè ſententiam dicantur animis, atque his ſedibus & generationis organis poſtmodum manus cruraç adiũciuntur. Mox licebit accuratius corpus diſtinguere, & exteriorum partium nomenclaturam ſtudioſe recẽſere,quam ex uariis Galeni & Ariſtotelis locis, deinde collectim ab autore Introductorij ſeu Medici,& Iulio Polluce,& cũ aliis pleriſç,Georgio Valla petes: quanquam & ego paſſim in primo libro Oſſium nomina perſtringens,earum uocum non pœnitendam ſupellectilem collegerim. nomina enim ſuperficiariis ſedibus indita, etiã oſſibus ferè adhibentur. Vnde etiã aliquando in cadaueris cute oſſium delineationẽ in ſua ſede pinxi,quò ita aptius idem nomen oſſi partiç quam os occupat accõmodatum oſtenderẽ. His nomẽclaturis adnectes partiũ differentiã,eas in ſimilares ac inſtrumẽtarias ſubdiuidentẽ. atç hic utile fuerit cõmemorare, quæ nam partes in harum illarum ue claſſem reponantur,nõ neglecta cõmuni cuiuſç partis deſcriptione: quam & hic noſter labor affatim ſuggeret, ſi modo ſingulas deſcriptiones in ſuis locis requirere nõ grauaberis. Partium nanç enarrationes ab ipſarum deſcriptione ferè auſpicatus ſum,uti etiã inter diſſecandũ cõſueui, quũ ſeriatim omnia aggredior,& quam doceo partẽ in alio animali nudã oſtendere conor: quod etiã nunc accepto cane,aut agno,aut alio quouis paratu facili nõ abſç ſpectantium uſu præſtiteris: ſi modò quid os,cartilago,fibræ,ligamentũ,adeps,caro,glãdoſum corpus,deinde quid muſculus,eneruatio ſeu tẽdo,aliç muſculi partes,uena,arteria,& neruus ſint,lubeat docere,ac mox quo pacto magis inſtrumẽtarię partes cõficiantur oſtẽdere. hęc enim nõ inopportunè generatim,uti dicebã, in animali quopiã(ne hominis corpus hac occaſione uicies)cõmonſtrãtur, quò minus earum partiũ ignorãtia in cuiuſç membri inſtrumẽtiç enarratione ſpectatorẽ remorẽtur, & ipſe narrationis ſeriẽ cogaris interrũpere. Porrò differẽtias,quæ inter enarrandũ à partiũ uſu,ut quòd quædã ad uitã,aliæ ad ſpeciei ſucceſſionẽ,aliæ ad bene uiuendũ faciant, aliæç eius generis differentiæ,quæ huc quàm plurimæ referri poſſunt,in præſentia neutiquã propoſitũ eſt recenſere, quod huiuſmodi paſſim in ſingularũ partiũ capitibus ſatis prolixè doceã,quodç hic ſectionis rationẽ mihi explicandã potius cẽ illum in cathedra citra partiũ cognitionẽ, ac ex aliorũ libris duntaxat philoſophandi modum cõmemorandũ aſſumpſerim. Illã itaç aggreſſurus,ſtudiorũ ſodalibus potius quàm miniſtris, qui ſecantẽ adiuuent,adhibitis,acutiori nouacula orbicularẽ ſectionẽ ſecundũ umbilicũ adeò profundã duces,ut cutem penetret. dein à media pectoris oſſis longitudine rectã ſectionẽ ad umbilicũ uſç molieris, & ab infima umbilici ſede perges ad pubis uſç mediũ uirilis membri(ſi modò uiri cadauer ad manũ ſit)radicem cõtingẽs: aut,ſi mulieris corpus ſecas,quouſç pubis oſſis ſedẽ inter uuluæ ceruicis colliculos ſuperaueris, ut ſcilicet à pectore ad pubẽ uſç,una quaſi ſectio(integro interim umbilico)pertingat. Poſt hãc, utrinç ab umbilici latere ſectionẽ trãſuerſim ad lũbos uſç duces,id interim ſtudẽs,ut ſolã cutẽ pertundas,quod in homine,et potiſſimùm obeſiore,factu non adeò eſt arduũ,quum adipis craſſities, ne carnoſam uities membranã,promptè remoretur. Factis hunc in modũ ſectionibus, cutis angulum

*Cuiuſmodi corpus ſectioni adhiberi cõueniat.*

*Quum in uno corpore omnes partes ſunt oſtendendæ, à quibus tractatio ſit inchoanda.*

*Cutis, cuticulæ, adipis, & carnoſæ membranæ in abdomine adminiſtratio.*

[a] Bononiæ & Patauij talc parauimus, quale ex dimidia parte, hauius libri frons proponit.

[b] fig. cap. 7 lib. 2.



gulum, qui ex quatuor rectis angulis umbilicum ſpectantibus ſuperior dexterç eſt, hamulo, aut ſummis ſiniſtræ manus unguibus attollito, acutiſſimaç nouacula cutem ab adipe ſecernere ſtudeto. Vbi cutis portiunculam liberaueris, hac ſiniſtra manu eleuata, reiectoç hamulo, paulatim cutem ad mamillas uſque uerſus dorſum tranſuerſis ſectionibus proximè ad cutem factis, ab adipe diuides. Hac abdominis thoracisç parte à cute nudata,reliquæ tres pari modo ſunt detegendæ,ac cutis & cuticulæ(quàm ἐπιδερμίδα Græci uocãt)natura uenit inquirenda, quæ in cute quidem abſque alio negocio ſeſe offert: cuticulæ uerò non niſi illam ardentis candelæ, quam cuti adhibeas,ui,ueſiculæ modo à cute abſcedere cogas. Cum cute deinceps & [c] uenis ſub ipſa ſecundum abdominis regionem,& ab imò ſurſum & à pectore deorſum excurrentibus adipe quoque examinata,ſi hac homo (uti ferè ſolent omnes diuturniori morbo non enecati) abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipę liberaſti,à carnoſa membrana ſeiunges. quod ſanè niſi acutiſſima nouacula nunquam aptè confeceris. Si uerò macilentius obtigerit corpus, adipem carnoſæ membranæ adhærere ſines. adeps enim tunc quòd nullam obtineat craſſitiem,quo minus carnoſioris membranæ natura in cõſpectum ueniat, nihil impedit. Vtcunque feceris, ſiue adipem abraſeris, ſiue adnatam membranæ reliqueris, iſidem per membranam ductis ſectionibus, quas à pectore ad pubis os, & ab umbilico ad ilia in cute faciendas retuli, harum quoque ſectionum anguli hamulo ſunt ſeriatim eleuandi, & ipſa membrana retuſiori ſi lubeat nouacula, aut digitorum beneficio à ſubditis corporibus ſeparanda, ut iam ſimul cum magna thoracis parte uniuerſum abdomen cute adipe & carnoſiori membrana detectum occurrat. Ad hunc ſanè modum adminiſtrationem in ſcholis ſubinde ſum aggreſſus: quanquam ſi quis uelit,integrum etiam ſit in una tantum abdominis parte cutem,adipem,& carnoſam membranam examinare, & à reliqua abdominis ſede cutem ſimul cum adipe & membrana abſque ullo artificio laniorum ritu auellere. Verum de harum partium natura,adeoç adminiſtratione, in ſecundo libro egi prolixius, in eodemç libro rationem qua optimè [d] abdominis muſculos, qui utrinque quatuor ſunt,aggrediaris,& [e] peritonæum nudes,do cui: dum duplici ratione abdominis muſculos dicerem reſecandos, in uno quidem latere ſectione ab abdominis medio uerſus muſculorum origines inchoata,in qua primum abdominis muſculus obliquè deſcendens,ab aſcendẽte obliquè auſertur, mox is à recto & tranſuerſim ducto abdominis muſculo,dein rectus à tranſuerſo, recti interim inſertione à coſtarum cartilaginibus liberata. Alteram ſectionem à lateribus ad abdominis medium faciendã præcepi, quæ etiam obliquè deſcendentẽ ab obliquè aſcendente auſert, & dein hunc aſcendentem à tranſuerſo ac recto, & rectum inſuper à tranſuerſo, & poſtremò tranſuerſum à peritonæo liberat,ſectionis uidelicet ſerie ad abdominis medium deducta. Ac proinde ſi ſeriatim ſingula in uno corpore oſtendere animus eſt, ex ſecundo libro abdominis muſculorum adminiſtratio petenda uenit, quæ nunc proſequar præcedens. In hac etiam priuatim [f] uenarum & [g] arteriarum & [h] neruorum ſeries eſt examinanda. uenarum quidem ac arteriarum,quæ à pubis regione ſurſum ſecundùm rectorum muſculorum poſteriorem regionem uerſus umbilici ſedem contingunt, & eas quæ à pectore huc quoque contendunt, & in proximas ſedes quemadmodum illæ ſurculos utrobique deriuant: neruorũ autem ab illis productorũ,qui coſtarũ ſpuriarum interuallis offeruntur, & à lumborum uertebris ad abdominis muſculos (ut ſuo loco comprehenſum eſt) uariè diſpenſantur. Cæterùm tranſuerſis muſculis undecunque à peritonæo liberatis,[i] tota ipſius propemodum exterior ſuperficies oculis obiicitur. omni enim ex parte euadit conſpicua,præterquàm qua [k] ſepto tranſuerſo obnaſcitur, & quà ex uertebris & oſſe ſacro originem ducit. Cæterum hominis peritonæum natura infirmius eſt, quàm ut leui negocio id undecunque à ſepto dirimi queat: quamuis interim ſolius manus beneficio peritonæum dum adhuc integrum eſt,ad ſpinam uſque à [l] ſubditis illi muſculis, & nonnihil quoque à carnoſa ſepti ſede liberetur, & ſphæram planè oblongam referat. Porrò ſi minori negocio peritonæum penitus à ſepto auellere uiſum ſit, id in porcellis præſtiteris commodiſſimè, ſi poſtquam (ut in homine) à peritonæo tranſuerſum abdominis muſculum ſeiunxeris,id à carnoſa ſepti parte tuis digitis, cultri uice ſenſim ſeparare ſtudeas. ita nanque à neruoſa ſepti tranſuerſi parte peritonæum abſcedet: & ſi deinde in opere perrexeris, ab uniuerſo uentriculi corpore ad omenti [m] uſque membranas, deinde & à iecoris gibbo peritonæum auelles, diſcesç quo nam pacto id illis organis tunicas inuolucraç offerat. Poſtquam diligenter peritonæum exterius cum ſuis foraminibus, uenis, arterijs, neruiſç perpenderis, nouacula aut cultello à ſiniſtro mucronatæ cartilaginis latere deorſum ad ſiniſtram uſque umbilici ſedem ſectio in peritonæo ducenda eſt, mente adhibita, ne altiùs cultello impacto quicquam ſubditorum uulneres. Hinc ab umbilico eandem ſectionem modicè ſiniſtrorſum inclinantem ad pubis

*Venarum per abdominis regionem inter cutem & carneam membranam excurrẽtium.*

*Octo abdominis muſculorũ.*

*Venarum, arteriarum, neruorum per abdominis muſculos repentium.*

*Peritonæi à partibus extrinſecus ipſi commiſſis liberatio.*

*Apertio peritonæi, et una uaſorum umbilici adminiſtratio.*

[c] fi. ca. 6 li. 3 à radicib. uenarũ L. & r.

[d] 3 muſ. ta. 6. 4 ta. n. 5 ta. a. 6 ta. a. e ut in 2 figura.

[f] fi. ca. 6 li. 3 ab L et r. g fig. ca. 12. li. 3 d G et 7. aut in 6 muſcul. tabula a, e, f. b 2 fi. ca. 11 lib. 4 f, a, char. 50, 51 etc.

[i] Quemadmodũ fig. k 7 muſcul. tab. a. l 7 muſc. ta. t, u, x.

[m] Quemadmodũ in 17 fi. k ab l dictum eſt.

bis uſque os (ut aliquo interuallo ab ipſius medio in ſiniſtrũ latus deuiet) tentanda eſt. Inſuper in hac ſiniſtra peritonæi parte è directo umbilici ſectionem uerſus ſiniſtrum ile molieris, & ſuperiorem eius peritonæi partem ad coſtas, inferiorem uerò uerſus coxam reflectes. Leuata autem nunc ſurſumꝗ nonnihil reuoluta, ſeu dextrorſum inuerſa peritonæi dextra parte,[n] uenæ ex umbilico in iecur pertingenti animũ adhibebis, quæ potius funi multo adipe oblito, quàm uenæ reſpondet. Hanc quà iecori proxima eſt, & ubi duntaxat à peritonæo abſcedit, ſiniſtra manu apprehendes, & acutiori cultello inter ipſam & peritonæum iniecto, tranſuerſis ſectionibus eam ad umbilicum ſenſim accedens à peritonæo diuides. Quò quum perueneris, intacta uena, ab umbilici dextro latere ad ilia uſꝗ ſectionẽ in peritonæo duces, eam peritonæi partem, quæ nunc libera eſt, ſuper dextri lateris coſtas reflectens. Cæterum iam adhuc una peritonæi pars, quæ in dextro latere inferior eſt, umbilico cõnata manet, nõdum'ue libera pendet. quare ut & hanc liberes, neꝗ aliquid interim uities, umbilico ſiniſtra manu comprehenſo, ab ipſius dextro latere, ſectio in hanc peritonæi partem ad pubis uſꝗ os facienda eſt, quæ digitorum aliquot latitudine à pubis oſſium[o] commiſſura in dextrum declinet. Inuerſa modò peritonæi particula, quæ triangularis adhuc ab umbilico ad pubis os ac ueſicæ fundum pertinet,[p] tres quaſi funiculi inuicem appoſiti, atque illi peritonæi parti interius adnati uiſuntur, qui ſtudioſe cultello acutiori ab ea ſunt diuidendi, ipſiꝗ funiculi inuicem attentè dirimendi ueniunt, ne in homine uerſus pubis oſſa nimium liberè ſectionem producens, ueſicæ[q] fundum uulneres. Hominis nanque ueſica, eo quòd tota anteriori ſede peritonæo connaſcatur, multaꝗ pinguedine obducatur, ita rudibus imponit, ut hic ueſicam reponi ignorent, ueſicam quærentes, quæ ipſis in hominibus perinde atque in bobus & canibus occurrat. Quum itaꝗ hæc nõ oſcitanter expenderis, medium funiculum ueſicæ fundi medio innaſci, & nuſquam à peritonæo abſcedere obſeruabis: reliquos autem duos ſecundum ueſicæ latera deorſum, penitiuſꝗ ad[r] arterias per pubis oſſium foramina in crus delapſuras porrigi conſpicies, modò eos à peritonæo acutiori cultello ad illorum uſque inſertionem liberare non pigeat. Medius funiculus, meatus eſt, quo è ueſica, quũ utero gerimur, urina in mediã fœtus tunicã, quæ à farciminis ſpecie nomen inuenit, excernitur. Reliqui autẽ duo, arteriæ ſunt, quibus naturalis fœtus calor recreatur. Verùm neꝗ hæc tria corpora, neꝗ id quod iecori inſeritur, ullam nunc cauitatẽ habere uidebuntur, ſed planè emortua aridaꝗ & multo adipe enutrita apparebunt. Vnde etiã alios Anatomes latuerunt proceres, ea omnino aboleri in natis hominibus, quemadmodũ in canibus ferè accidit, aſſerentes.

*Vmbilici uaſorum præſectio.*

Cæterũ poſteaq̃ uenæ ab umbilico iecori inſertæ implantionẽ ſedulo inſpexeris, integrum eſt, eam cum umbilico, quem hactenus ſeruaſti, deinde & tres alios funiculos reſecare, animaduerſoꝗ peritonæi ad ueſicæ fundum[s] connexu, ſectionem ad omentum cõferes.

*Omenti ſitus obſeruatio.*

Reliqua enim quæ in peritonæo adhuc uidenda ſuperſunt, niſi paulatim organa hoc obcincta abſtuleris, uidere nequis. Porrò priuſquam aliquid loco dimoueas, omenti ſitus uenit obſeruandus, num ſcilicet ut in canibus & porcis, atque adhuc multo magis in ſimijs, ad pubem uſꝗ id ſub ueſicæ poſteriori ſede[t] exporrigatur: an uerò (uti frequentius obſeruatur) uerſus ſiniſtrum latus[u] reuolutum, ſurſumꝗ etiam ſupra mediã inteſtinorum ſedem contractum occurrat. Si poſtremum illud inueneris, utraque manu humilius omenti extremum modicè eleuabis, ac ſenſim æqualiter deorſum detrahens id omnibus inteſtinis ad pubis uſque os obtendes. ita enim quantum ſit, quodꝗ interdum[x] ad inguina & ſcortum &[y] inter ueſicam & uteri ceruicem deuolui poſſit, condiſces. Vt uerò omẽti ad colum inteſtinũ, quà uentriculo id exporrigitur, connexũ cernas, duabus rurſus manibus humiliorẽ omenti finem ſurſum ad pectoris os attolles, & priuſquam aliqua ex parte inferiorem omenti membranæ partem, quæ ueluti ex tertia coli inteſtini tunica enaſcitur, à colo diſſeces,

*Inteſtinorũ ſitus examen.*

omentum quàm poſſis maximè pectori obtendito, ac inteſtinorum ſitum ſumma qua poteris induſtria ſolis utens manibus inueſtigato, & primùm anteaquam alicuius inteſtini locum perturbes, ipſa ut ſe eleuato iam omento ſpectanda offerũt, ad amuſſim contemplaberis. ut quũ cuiuſꝗ inteſtini ductũ didiceris, cui peritonæi regioni unumquodꝗ uicinius ſit, in medicamentorum uſu & affectibus dignoſcendis perſpectum habeas. Simulatꝗ igitur id accuratè neꝗ obiter profectò obſeruaueris, dextram manum recti inteſtini[z] quà id oſſis ſacri incumbit initio, accommodabis, & ſiniſtra manu tenuia inteſtina leuiter in dextrum deprimes, non quidem omnia, ſed eorũ partem quæ dextræ manui quum à recto conſcendes, in progreſſu erit uicinior. Ad hunc itaꝗ modum ſiniſtra dextræ famulãti, à recto inteſtino ſenſim dextram colo admouebis, atque[a] ſecundùm ipſius ductum reuolutioneſꝗ ad ſiniſtri renis ſedem, hinc ad lienem & fundum uẽtriculi pertinges. quò quum perueneris, mutato manuum miniſterio, ſiniſtra colum eſt apprehendendum, dextra uerò tenuia inteſtina in ſiniſtrum modicè depellenda, quouſꝗ omnẽ fundi uẽtriculi ſedem, iecurꝗ ſuperaueris, & colum ſub dextri renis

n 2 fi. F,G.
o ultimarũ figu. lib. 1.
p 2 figura M,K,L.
q 2 fig. N.
r fig. cap. 13 li. 3 ꝑfertur inter ſ et t.
s 2,3 fig. O.
t Vt Q,Q in 2 fig.
u Vt inferior membrana C, c nota in 3 fig.
x per p p 12 figuræ.
y Inter T et L 24 fig.
z Ad T et Y 6 & 8 figu.
a Secũdum 8 fi. T,S,R, Q,P ad N. aut 6 figur. R,Q,P,N.



renis regionem (ubi finit) deduxeris. Huc enim quum pertigeris, ſiniſtra manu coli terminum modicè ſubleuabis, ac[b] cæci inteſtini ſitu, formaꝗ ſimiliter obſeruata, manu dextra ſimul cum ſiniſtra apprehẽdes, & utriſꝗ manibus ſibi proximis, ijſdemꝗ ab inteſtinis nunquam remotis, [c] à colo mox ductus ilei inteſtini, & dein ieiuni ſequeris, quod factu longè eſt facillimum, uſque dum perueneris ad ieiuni principium, quà ſub colo retorquetur, ac dorſo quodammodo alligatum[d] duodeno continuatur. Quapropter ut uniuerſus inteſtinorum ductus tibi occurrat, dextra adhuc ieiunum complecteris, ſiniſtrã uerò inter iecur & dextram uentriculi ſedem intrudes, duodeni inteſtini inquirens principium: quod ubi inueneris, deorſumꝗ ſecundùm ipſius ductum deſcenderis, ieiuni inteſtini principium, & quæ illi proxima eſt pars, quamꝗ dextra adhuc amplecteris, etiam innoteſcet. Si modò lubet (quod & faciendum maximè conſulo) poteris à ieiuno ad ileum, & hinc ad cæcum ac colum, & à colo ad rectum contrario ductu inteſtinorum ſitum ſecundò examinare, nulla interim (ne quid uulneres) facta auulſione.

*Ventriculi, iecoris & lienis ſitus examen.*

Perpenſo inteſtinorum ſitu, ac ijs utcunꝗ in ſuum locum repoſitis, omentum rurſus inteſtinis eſt obuoluendum, uentriculiꝗ iecoris & lienis ſitus uenit examinandus. Primum itaꝗ inter ſeptũ tranſuerſum & iecoris gibbum, manum inſeres, ut illius gibbum[e] ligamentaꝗ in cõſpectũ ueniant. ac quo'nam pacto ex præcipuo iecoris ligamento tenue ipſius inuolucrum naſcatur intuearis, manum tranſuerſim hinc inde ducens. Deinceps inter iecoris cauum & dextrum uentriculi latus ſiniſtram manum, dextram uerò inter ſeptum & latus uentriculi ſiniſtrum impones, paulatimꝗ inuicem adductis manibus, ad uentriculi[f] ſuperius orificium accedes. quod in conſpectum ueniet, ſi modò iecur ſiniſtra ſurſum non nihil protruſeris, & dextra uentriculi corpus deorſum compreſſeris, atque una eademꝗ opera iecoris cauum ac uniuerſum ipſius ſitum obiter examinaueris. Præter hæc, ea quoque operatio uentriculi ſedem etiam accuratè cõmonſtrabit, dummodo hinc inde, nunc iecur ſurſum trudens, nunc uentriculum deprimẽs, manus ducere non detrectes. Lienis porrò ſedem adinuenies, ſi inter ſiniſtrũ uentriculi latus & ſeptum tranſuerſum, ſiniſtrã manũ immiſeris, uentriculumꝗ cum colo inteſtino hàc excurrente, in dextrum latus attraxeris: ſiquidem tunc lienis ſuperius & dimidium ipſius caui latus ſeſe uiſui offerunt, etſi dextram manum inter lienem & ſeptum tranſuerſum mediam immiſeris, lienemꝗ modicè eleuatum uerſus uentriculum protruſeris, ipſius quoque gibbum apparebit.

*Quî iecur, uentriculus, lien, uoluti in thoracis cauitatem tracta, deorſum protrahi queant.*

Quo tamen hæc omnia leuiori negocio conficias, nõ erit inutile interdum aliquod coſtarum interuallum arcto uulnere ad thoracis uſque amplitudinem pertundere. Quum primum enim thoracem uulneraueris, ſeptum tranſuerſum deorſum concidens inſigniter flacceſcit, quantumuis etiam uehementer antea tenſum, ſurſumꝗ attractum, iecur & uentriculum in thoracis amplitudinem ſurſum duxerit, difficilemꝗ horum inſpexionem ob id parauerit.

*Omentum quî diuellendũ, ipſiuſꝗ ortus inueſtigandus, unà cum uaſis illo ſuffultis.*

Cæterum iam omenti membranæ inuicem ſunt dirimẽdæ. quod fiet, ſi dextram omento ſubieceris, hacꝗ inferiorem membranam, ſiniſtra uerò manu ſuperiorem apprehendere, trahereꝗ ſtudueris. hæ enim ocyus inuicem dirimuntur, marſupij, ſeu ſacculi ſpeciem commonſtrantes: qua uiſa, inuicem membranas adeò diuelles, ut alibi lacerentur, commodeꝗ manum in illarum amplitudinem inſeras, & utrinꝗ in lateribus, & humiliori omenti fine ſuperiorem membranam ab inferiori[g] diſcerpas. Illam inferiorem membranam inteſtinis exporrectã ſinere conuenit, & ſuperiorem adeò pectori ſupertendere, ut elatius uentriculum è ſua ſede eleuet. quod ſi nõ ſucceſſerit, ſodalis manu id facias oportet, ut cõmodè inferioris omenti membranæ exortus, quæꝗ per ipſum ferunt organa in conſpectũ ueniant: ac diſcas pariter, quo'nam pacto hæc in hominibus colo inteſtino meſenterij uice ſit, tota ea ſede[h] quà colum uentriculi fundo attẽditur. In hac enim membrana ubi uentriculo ſubſternitur, minor portæ uenæ trũcus ferri, ſuoſꝗ in quos digeritur ramos educere, apparebit. Deinde præter truncũ conſpicietur arteria, quæ lieni, uentriculo, iecori, bilis ueſiculæ, & ipſi demum omento ſurculos deriuat. ſic quoque & arteriæ radix, quæ ſuperiori ſede meſenterij diſſeminatur: deinceps & nerui duo, quorum dexter iecori bilis foliculo, & dextri fundi uentriculi ſedi, & hac quoque parte omento ſpargitur, ſiniſter uerò lieni & ſiniſtri fundi uentriculi ſedi, ipſiꝗ dextræ omenti parti diſtribuitur, & ante hæc omnia in humiliori omẽti membrana, quà uentriculo ſubiacet, corpus glandoſum, uaſorum & neruorũ ſeriem muniens cernitur. Hæc obiter, neque ullo adhibito cultro in præſentia ſunt intuẽda, manibus tamen ſummiſꝗ digitis ſuperior omẽti pars diligenter eſt inquirenda: quam obſeruabis, ſi miniſtri opera uentriculo ſemper eleuato, ac uelut ad ſuperiora truſo, ab ipſius fundo deorſum uerſus iecoris cauum, ubi omentum ſimul multa colligat corpora, & hinc per dorſum quà arteria magna ſeptum permeat, ſecundùm lienis cauũ ad uentriculi fundum uſꝗ deueneris. Hic enim ſuperior eſt omenti circulus, & ſi illud ſaccum marſupium'ue eſſe dixerimus, eius orificium. Quo'nam pacto autem ipſius ortum adinuenias, paulo pòſt dicam. In præſentia enim uentriculo in ſuum locum

b 6,7,8 figu. O.
c Ab N per M ad L,K uſꝗ 7 fig.
d 7 fig. ab I ad K. 12 fig. ſub S.
e 6 fig. C. 12 fi. O.
f 12 fig. R.
g Corpus ad imaginẽ 3 figuræ paraturus.
h A P ad Q 6 fig.
i Spectabũtur omnia quæ 3 & 4 figura characteribus inſigniuimus.

*Quî organa in caua iecoris ſede poſita ſint ſpectanda.*

locum repoſito, illum in ſiniſtrum latus cum inteſtinis trahi[k] curabis: iecur uerò, ut ipſius cauum adamuſſim uideas, in dextrum & uelut ſurſum protrudes. deinde poſtquam obiter bilis ueſiculam contemplatus fueris, ſectionem omnium totius corporis moleſtiſſimam maximeq́; operoſam aggredieris. Bilis namque meatus, & neruorum & arteriarum uenarumq́; rami (qui omnes ſimul inferiori membrana omenti ad cauum iecoris colligantur) nunc ueniunt retuſiori cultello examinandi, ne acutioris cultelli mucrone uenam quampiam pertundas, ſicq́; omnia cruore obliteres. Offertur itaq; primùm neruulus ab humiliori uentriculi orificio iecoris cauo inſertus, qui à ſexti neruorum cerebri paris propaginibus ſuperius uẽtriculi orificiũ adeũtibus pendet. Vbi hunc à uicinis organis diremeris, à membranarũ cõnexu diuidendus eſt alter neruus, qui uno ramo iecoris cauũ, altero autem bilis ueſiculam accedit. Huic neruo arteria attenditur parem cum illo efficiens diſtributionem, ac mox poſt neruum liberanda. Huius uerò, ut & nerui initium, paulo pòſt inuenies. nunc enim ſat eſt, hæc inuicem iuxta iecoris cauum ſeparare, hicq́; eorum ſeriem diſcere. Sub arteria bilis ueſiculæ meatus cõſiſtunt, à portæ uena iam liberandi: primùm duo illi, qui ex iecoris cauo ex multis ſurculis colliguntur, & ilico in unum coëunt meatum, qui una parte in bilis fertur ueſiculã, altera in duodenum inteſtinum. Vbi hos à portæ uena ad inteſtinum uſque & bilis ueſiculam ſecreueris, illam pollice adeò comprimes, ut meatus bile turgentes cõmodius appareant, & num quis meatus ab hac ueſicula in uentriculum pertingat, animaduertas: quem ſi non inueneris, acu meatum in inteſtina properantem leuiter pertundes, ut profluens bilis argumẽto ſit, nullum proceſſum ab illo meatu tibi incuria præſectum.

*Portæ rami unà cum arterijs & neruis illis attẽſis quî examinandi.*

Poſtremò[l] uena portæ eſt examinanda, ac ilico atque ipſius circumſcriptionẽ quà ex iecore prodit animaduerteris, propagines illius obtuſiori cultello ſunt inquirendæ, ſemper arteriæ & nerui, uenæ per uniuerſum ipſius ſeriem attenſorũ, diligenti habita ratione. Primùm itaq; ſurculos portæ aggredieris, qui bilis ueſiculæ exporriguntur: deinde eum qui ferè citra arteriæ conſortium in dextrã uentriculi ſedem, iuxta ipſius inferioris orificij poſteriorem regionem modica ramorum ſerie digeritur. Hunc ſubſequitur, qui dextrã fundi uentriculi partem & medium ſuperioris omenti membranæ perreptat. Poſt hunc, qui duodeno nobis uocato inteſtino deriuatur, quem ſecundùm inteſtini longitudinẽ in[m] corpus quoddam glanduloſum carneumq́; deſcendere obſeruabis, ſi modò (uti iam monuimus) retuſiori cultello uenam, illiq́; accumbentem neruum, arteriamq́; nudare ſtudueris. Modò magnam portæ[n] diſtributionem deteges, truncum, qui meſenterium adit, obiter tantùm expendẽs. Atque hoc in præſentia relicto, ad truncum qui lieni potiſſimùm exporrigitur, te cõferes. Atque ut hunc cõmodè uideas, uentriculus & inteſtina tibi ueniunt ad eum[o] modum aptanda, quo ſituabantur dum inferiorẽ omenti membranam intuebaris, ac uentriculum ſodalis manu ſurſum attolli, & inteſtina deorſum premi curares. Patente itaq; nunc tibi ſuperiori ſede humilioris omenti membranæ, accurata cura ramos omnes minoris portæ trunci examinabis, quos omnes aut uẽtriculo, aut lieni, aut ipſi omento, coloq́; inteſtino in homine exporrigi adinuenies. Interea uerò quũ ramos hos inquires, ipſosq́; à glandoſo corpore illos ſuffulciente liberabis, omnibus ferè arteriam, multis autem neruum attendi obſeruabis.[p] Arteriarum radix ſeſe offeret in elatiſſima inferioris omenti membranæ ſede, ubi etiam occurret magnæ arteriæ in meſenterium deducendæ origo: deinde utrinq; unus ſeſe offeret neruus, ad magnæ hàc deſcendentis arteriæ latera exiliens, ſexti neruorum cerebri paris propaginum, quæ coſtarum radicibus exporrigũtur, ſoboles. cuius ramuli unà cum arterijs dum uenam nudas, in conſpectum ſemper ueniunt.

*Meſenterij natura quî indaganda.*

Iam & grandioris portæ trunci & paulo antè dictæ arteriæ & nerui per meſenterium ſeriem, & quæ inibi diuiſionibus præſunt glandulas[q] inueſtigare tempeſtiuum eſt. Primum itaq; ſolis manibus inteſtina hinc inde inuicem diduces, & nunc in dextrum, nunc in ſiniſtrum latus reuolues, ut citra ſectionem meſenterij naturam perfunctoriè cõtempleris. Deinde obtuſiori cultellulo maiorem uenæ portæ truncum & dictam nuper arteriam & neruum inuicẽ liberabis, & dein ut uniuerſum ipſorum ductum, & glandulas diuaricationibus interiectas intuearis, unguibus unam meſenterij membranam ab alia diuelles. Ac hoc per uniuerſum meſenterium haud uenit tentandum, ſuffecerit enim in præſenti à centro ipſius aliquot uaſorum ſurculos ad tenuia uſq; inteſtina deduxiſſe, ac mox[r] alteram meſenterij arteriam aggredi, à magna arteria ipſi poſt ſeminalium arteriarum ortum depromptam. Atque hanc promptè inuenies, ſi cum inteſtinis meſenterium in dextrum latus reuolueris, unguibusq́;, aut obtuſiori cultello meſenterij membranas,[s] quà colo ſub ſiniſtri renis ſede adnaſcitur, inuicẽ dirimere conaberis. Hîc enim ilico eius arteriæ rami uenis commiſſi ſeſe offerẽt, rurſus arteriæ radicem cõmonſtrantes. Quam ubi inueneris, ipſius diuaricationem proſequere, ut diſcas quî hæc cum uena meſenterio ſuffulta recto inteſtino ramos exporrigat. Parum modò ſolicitus, etiamſi uenæ huius extrema in rectum inteſtinũ inferi



k Quodam modo 12 figurã parauimus, atq; ita hic ſpectabis quæ illa figura & 13 characteribus notaui, unde etiam ex illis figuris ſequentiũ notas ſeriatim petes.

l Et hanc quoq; petes ex 12 figu. dein ex 3 ſimul cum 4. aut integrã ſeriem ex ſi gu. ca. 5 li. 3.

m 12 fig. i, i.

n 4 fig. ſ.

o Prorſus ut in 3 fig.

p 4 fi. 8. uerum ſi hic notas requiris, illas omnes ex 3 & 4 fi. ſumes. aut 3 & 4 librorum figuris uenas, arterias, neruos exprimentibus.

q Partim ut in 10 figur. partim ut in 12 fig.

r 20 figu. k. aut fi. ca. 12 lib. 3 ſub, & n enatũ.

s 10 fi. circa H, et illi proximũ G: ac 12 fig. n. aut 11 fig. ab R ad S, dein ad T.



non intuearis: id enim paulo pòſt fiet facilius. Hac ſanè omenti adminiſtratione inteſtinorum, uentriculi, iecoris, lienis & meſenterij ſitus, præterea quæ his omnibus exporrigũtur uenarum & arteriarum & neruorum ſurculi ſunt examinandi. Porrò adminiſtrationi, qua quæ adhuc in illis organis uidenda ſuperſunt, commode intuearis, alijsq́; monſtres, nunc me accingam.

*Quî inteſtina à meſenterio reſecãda, ac à corpore auferenda.*

[t] Maiuſculæ inſtar ſemicirculi obliquatæ acui filum, quo literarum faſciculi colligãtur, traijciendum eſt. hanc per meſenterium ſub[u] recto inteſtino, quà ſacro oſſi incumbit duces, & eius inteſtini fæcibus ſurſum ad coli amplitudinem protruſis, recto inteſtino uinculum inijcies. abſecto iam quod ſupereſt filo, fæces uinculo proximas ex recto inteſtino ſurſum denuò comprimes, & interuallo trium digitorum plus minus interpoſito acum rurſus ſub recto inteſtino ſupra prius uinculum traijcies, ſecundò rectum inteſtinum ita ligaturus, ut inter duo uincula nihil excrementi ſit reliqui. Deinceps nouacula rectum inteſtinum inter duo uincula diuides, & ſuperiorem ipſius partem ſenſim à meſenterio obtuſiori nouacula (ne fortaſſis negligentior inteſtina uulneres) reſecabis, & dehinc colum, ileum, ieiunum continuò à meſenterio ad ieiuni uſq́;[y] principium liberabis, inteſtinis in peluim repoſitis. Atq; in hac functione coli inteſtini ſupra renum [z] pingues tunicas connexus ſedulò eſt animaduertendus, unà cum uaſorum frequenti ſerie inteſtina implicante. Vbi uerò ad ieiuni uſque principium pertigeris, id perinde atque rectum, duobus uinculis intercipies, ita ut elatius uinculum[a] inſertioni meatus ueſiculæ bilis proximũ ſit, non autem elatiùs conſcendat.

*Inteſtinorum tunicæ quî examinandæ.*

Inteſtina à uentre libera baiulo alicui, quales hîc ſectioni adhibemus, abluenda offeres, ut ſi uiſum fuerit ablutorum iam[b] tunicas & longitudinem examinare queas. Patauij & Bononiæ poſtquã abluta ſcholarumq́; ſcamnis exporrecta eſſent, aliquando ueſicæ inſtar inflari curauimus: ita enim nõ ſolum longitudinem, quæ omnibus uix eadem eſt (quanquam quatuordecim ulnas ferè æquet) uerùm formam ac amplitudinem facile didicimus. Tunicas autem, inteſtinis ad hunc modum exporrectis, inquirere eſt longè facilimum. apparet enim meſenterij pars inteſtinis proxima, quæ ex duabus conſtat membranis. una ſuperiori, altera inferiori. Has ſi unguibus ab inteſtinis dirimes, quî tertiam inteſtinorum efficiant tunicam intueberis, ac qua ratione hæc à peritonæo pendeant obſeruabis. Quandoquidem meſenterij membranas paulo pòſt à peritonæo enaſci ſpectabis, & iam quî hæ inteſtinis obuoluantur diſces. Hac tunica ab inteſtinis diſtracta, obtuſiori nouacula ſectionem ſecundùm inteſtini longitudinem duces, ſtudioſe præcauens ne id uulneres. Huius inſuper ſectionis labra unguibus diuelles, & abſq; negocio ſecundã inteſtinorũ tunicam ab intima liberabis, præcipuè ſi id iuxta rectum moliaris. in tenuibus enim inteſtinis tunicæ nõ ita facile in conſpectũ ueniũt. Nunc licebit inteſtina inuertere, atque unum eius inteſtini quod nos[c] cæcum eſſe putamus, orificium examinare. Verùm inteſtinorum tunicas licebit ijs adhuc in uentre relictis interdum diſcindere: quanquam illis exemptis, id fieri malim. Interdum priuſquam uaſa in caua iecoris ſede conſpicua, & humiliori membrana omenti ſuffulta aggrediaris, neceſſum erit inteſtina ad eum quem dixi modum auferre: idq́; tunc potiſſimum, quum publicã obibis ſectionem, in qua diutius quàm tibi ex uſu eſſet, inteſtina forte aſſeruarentur.

*Vẽtriculus et lien & omentũ ac meſenteriũ quî ſimul eximenda, ac quæ in eo opere obſeruanda.*

Porrò iam uentriculus eſt adeundus, quem modò quoque cum liene eximere ſoleo,[d] neruis ipſius orificio inſertis diligenter prius examinatis. aliàs enim uentriculum relinquere conſueui, quouſque thoracis omnia eſſent diſſecta, ut commodiùs ipſius orificium neruiq́; examinari poſſent. Verùm in præſentia ut rite illum eximas docebo: quum autẽ gulam perſequar, ut relictum debitè adminiſtres ſubijciam. Vnguibus itaque quantum fieri licet in homine, peritonæum à ſepto tranſuerſo ad uentriculi uſque ſuperius orificium[e] auellere conaberis, ut tertiæ uentriculi tunicæ uideas principiũ. Quod ubi paululum à uentriculi orificio liberaueris, ſtudebis utcunque etiam diuulſam ad uentriculi fundum deducere, ut ex tertia uentriculi tunica ſuperiorem omenti membranã conſtitui oririq́; diſcas. Deinde acu ſub ſuperiori orificio uentriculi traiecto, uinculum ſedulo nexum ipſi inijcies, paulo ſupra uinculum ſtomachum à uentriculo tranſuerſim liberans. Nunc uentriculo miniſtri manu è uentre eleuato, non tamen penitus (ne uenas rumpat) exempto, inferioris omenti membranæ & meſenterij ex peritonæo originem diſces, ſolis unguibus hanc à dorſo ſenſim diſtrahẽdo utens, uinculis uerò pleraq; intercipiẽs.[g] Primùm ſimul omnia quæ in cauo iecoris occurrunt, portæ ſcilicet uenam, arteriam, & bilis meatum, aut ſi lubet ſingulis ſeorſum funiculos accõmodabis: poſt hæc arteriarum radicibus, quæ meſenterio & inferiori omenti membranæ primùm digeruntur, illa ſanè arteria nõ omiſſa, quæ ſub ſeminalibus arterijs orta in meſenteriũ fertur. Atque his omnibus unum duntaxat uinculum addi ſat eſt, quanq̃ duo (ut in inteſtinis faciendum monuimus) inijcere nihil prohibeat: imò, idq́; præcipuè ad ſuperius uentriculi orificiũ, plurimum conduxerit. Inductis in hunc modum uinculis, porta, & reliqua quæ interſepta ſunt, ita ut uinculum in corpore maneat diuidentur, & ocyus ſolarum manuum opificio uentriculus cum me



t fi. ca. 7 li. 2 N,N.

u Ad Y & T 6 figuræ, aut H 11 fi.

x Vti factũ eſt 20 fi. ad o. aut 24 fi. ad K. ubi etiam inteſtina reliqua à meſenteri oreſecuimus.

y uſq; ad L fig. 7.

z 20 figura T,V.

a 7 fi. Z. 13 d. 15 Q. R.

b Vt in 9 fi.

c 6, 7, 8 figura O.

d 14, 15 fi. T, V.

e Vt k diuulſum eſt ab l, fig. 14.

f 2 fi. Q. Q.

g Quodãmodo ita facturus, ut 20 figuram parauimus. aut magis adhuc ut 22, aut 25.

*Lienis tunica quî obſeruanda, ſimul cũ ipſius ad uentriculum nexu et ſubſtantia.*

ſenterio, omento & liene ex uentre exempta menſæ imponentur. ac ſtatim cum omenti portione extracto liene, [h] omenti pars lieni obnata unguibus ab illo eſt diſcerpenda, ut expendas qui lienis tunica ab omento initium ducat. Quod uerò attẽtiſſimè ſummaq; diligentia inſpiciendum ſit, num meatus aliquis à liene in uentriculi orificium pertingat, quæq; uaſorum hic habeatur ſeries, etiam ſi taceam, neminem ambigere reor. Cæterùm ut lienis ſubſtantiã obſerues, aliquot [l] ſectiones ipſi induces, & illo inter duos aſſeres compreſſo, ipſius ſubſtantia ab illi inſertis uaſis aliquot locis ſeparabis, hacq; ratione uaſa aliquot ſola & lienis carne enudata ſpectabis.

*Ventriculi capacitatis et tunicarum examen.*

Ventriculum uerò lauandum, deinde ueſicæ inſtar inflandum dabis, ut ipſius capacitatem, quæ ſanè eſt quàm maxima, intuearis, & tunicas ipſius, ut in inteſtinis faciendum præcepimus, [m] examines, poſtmodumq; inuertas, ac bilis meatus [n] inſertionem in inteſtinũ quod adhuc uentriculo appendet, uideas. Porrò ubi hæc omnia exemeris, ſi quis ſanguis alibi effluxerit, & quæ in uentre adhuc reliqua ſunt obliterauerit, ſpongia aqua copioſiori, non autem aceto imbuta, ſemel atque iterum eluendus eſt. nam ſi lino abſterſeris, plus tingendo oberis. Solent enim plerunque exigui uaſorũ ductus, multa adipe & membranulis obſiti, difficulter admodum in homine reperiri, idq; magis ſi ſanguine obliterentur. Eluto itaque ſanguine, ac obiter ijs quæ adhuc in uentre reliqua ſunt abſq; ſectione inſpectis, & iecore nulla ex parte uulnerato, ſed uenæ cauæ gratia in corpore aſſeruato, primùm membranulas, quæ uelut uenæ cauæ ſecundã conſtituunt tunicam, ad ſacrum uſque os auellere conaberis, diligẽter præcauens ne [o] dextrã ſeminalem arteriã, quæ cauæ corpus tranſcendit, ſimul cum membranis adimas. Eſt enim hæc tenuis & membranæ modo albicans, multaq; pinguedine in homine obducta. Quapropter cõmodè admodum feceris, ſi priuſquam aliquid eorum quæ in uentre adhuc reliqua ſunt aggrediaris, [p] arterias ſeminales inquiras, ac deinde ne lædãtur in reliquarũ partiũ adminiſtratione caueas.

*Seminales arteriæ quî obſeruandæ.*

Vt uerò id præſtes accuratiùs, animum adhibebis [q] dextræ ſeminali uenæ, quà ex caua oritur: deinde & [r] arteriæ exortui, quæ inferiorem meſenterij ſedem adit. Inter hæc duo organa partim aſcendens, partim deſcendens, nitẽris obtuſo cultello cauam uenam ex ſiniſtro ipſius latere ab arteria magna dirimere, membranoſis fibris, quorum interuentu hæc uaſa committuntur, diſſectis. In hoc opere duarum ſeminalium arteriarum radices in cõſpectum uenient, eæq; quò illæ porrigantur commonſtrabunt, ſi modò ab exortu eas arterias ex membranulis quibus inuoluuntur ad ſeminales uenas uſque quibus tandem committuntur ſedulò, nullaq; in trahendo ui facta liberaueris.

*Cauæ uenæ et arteriæ magnæ ſeries, in peritonæi amplitudine facta, quî obſeruanda.*

Hæc ubi præſtiteris, uenaq; caua & magna arteria ut commodius in conſpectum ueniant, membranulis fuerint detectæ, ramos quos in ipſo per uentrem ductu emittunt examinabis, ac primùm [s] uenas renum pinguibus membranis implexas, & deinde magnæ arteriæ ac cauæ [t] propagines renibus ſeroſum ſanguinem deferentes. Horum origine citra omnem ſectionis operam inſpecta, uenæ cauæ propaginẽ dextro reni propriam ſuis membranulis deteges, & deinde renis quoque pinguem membranam unguibus lacerans, quo pacto illi [u] inuoluatur diligenter examinabis.

*Renũ tunicarum totiuſq; adeo eorũdẽ naturæ examen.*

Denudato rene [x] urinarius meatus qua ex rene prodit, cultello eſt inquirendus: deinde & arteriȩ magnæ propago dextrum renem accedens, quò ſimul integer ren uena & arteria & urinarij meatus principium conſpiciantur. Licebit modò aut totam renis naturam examinare, aut quouſque alia quædam diſſecueris, renem relinquere. [y] Vtcunq; uerò id modo poſtea'ue feceris, uenæ cauæ, arteriæq; magnæ propagines uinculis iuxta renis cauum intercipi debent, & deinde nouacula acutiori ſectio recta ſecundùm renis longitudinẽ in ipſius gibbo uerſus cauum eſt ducenda, renq; ita bipartitus aperiendus, ſanguiſq;, ſi quis ſit, ſpongia madente eluendus uenit. Ita enim ilico renis ſinuum natura, deinde & urinarij meatus principium intuebũtur, niſi cadauer nactus fueris obeſius. ſolet enim pinguetudo in ſecundo humani renis ſinu collecta, impedimento eſſe, cur minus ſinuum natura penitus ſecanti occurrat. Quapropter operæprecium fuerit, canis renem diligenter prius examinare, & ex illo dein humanum cognoſcere. Diuiſo igitur ſecundùm gibbum ſeu exterius latus rene, primùm digito ſinus ſecundi in quem urina colatur latera inquires, & foraminis quod in medio ipſius, ſeu in primi ſinus membranei renum corporis externo latere apparet, ſtylum immittes, qui in urinarium meatũ uerſus ueſicã facile protrudetur. Deinde ubi membranei huius corporis primi'ue renis ſinus anteriorum ramorum cum poſterioribus ramis coitum, qui non procul ab externo renis perficitur latere, obſeruaueris, ut illorum ramorum ductus, & primi ſinus reliquum corpus & ſecundi ſinus formam naturamq; adinuenias, ea ſectione diuiſum & adapertum renem uiciſſim claudes & recludes, quo mutuus nuper dictorum ramorum coitus manifeſtius appareat: dein ſtylum ſecundo ſinui indes, & ubi ipſius formam expenderis, ab anterioribus primi ſinus ramis eam renis præſcindes ſubſtantiam, quæ poſteriori illarum ſedi obnaſcitur: à poſterioribus autem ramis eam adimes, quæ illarum anteriori ſedi continuatur, ut modò integer ap

parcat

h Quaſi B, B & C diſcerperes ab A in 1 tabula 19 fig.
l Vt in 4 tabula 19 fig.
m Vt in 17 figura.
n 15 fi. R.
o 20 fig. h. 25 fig. g.
p 20 fi. h, i. 25 fi. g, h.
q 2 fig. f. 25 fig. d.
r 20 fi. k.
s 20 figura X, Y.
t 20 fi. 4, b. 22, 23 fi. m, n. 25 T, V.
u Confer renes 20 figuræ cum renibus 22 fi.
x 20 fi. c, d. 22, 23 figu. q, q. 25 a, c.
y Hic ſectionis ſerie diligenter obſeruabis tabellas figuræ 21.



pareat primus ſinus, cui modò ſtylos, quo illum adhuc exactius cognoſcas, indere poſſis, & admirari quàm ridicula ab Anatomes profeſſoribus de renum officio fuerint hactenus prodita. Cæterùm tunica præter pinguem membranam renem inueſtiens, facilè tibi occurret, ſi ſectionis in renis gibbo ductæ labris animum adhibueris. ſolet enim ea tunica ibidem tunc nonnihil à renis ſubſtantia abſcedere, & dein promptè ad renis uſque cauum unguibus diuelli, ac qualiter hæc è renis uenæ & arteriæ membranis pronaſcatur, conſpici.

*Vaſorum ſiniſtrũ teſtem petentium ortus examen.*

Hæc ubi in dextro rene intuitus fueris, ſiniſtrum quoque ſua pingui membrana liberabis, & uenæ cauæ & arteriæ ramum uerſus ipſius cauum excurrentem inueſtigabis, animum priuſquam aliquid diuellas, [a] ſiniſtræ ſeminali uenæ adhibens, quam ex medio uenæ ductu enaſci citra ſectionem utcunque conſpicies. Vt uerò ritè intuearis, num à renis ſiniſtri quoque arteria, ſeminale uas originem ducat, obtuſo admodum cultello (niſi fortè ſecandi peritior fueris) membranulas à renis uena detrahes, & accuratè aliquouſq; uenæ ſeminalis principium quoque à membranulis liberabis: dein uenam renis ab arteria nonnihil deorſum reflectes, numq; ex ipſius ductu ramus qui ſiniſtræ ſeminali uenæ exporrigitur, principium obtineat, inquires. Vbi uerò hunc non inueneris, ſiniſtro rene pari ratione atque dextro (ſi modò illum ſecuiſſe non ſuffecerit) aggreſſo, ſeminalium uaſorum conſtructionem examinato. [b] Arteriarum & [c] ſiniſtræ uenæ originem iam prius indagaſti, ac [d] dextræ etiam uenæ principium citra ſectionem à caua oriri conſpicitur.

*Teſtiũ et penis à ſuis inuolucris detectio.*

Vbi igitur ortum didiceris, & uenas ad arterias uſque ſenſim ex membranis ipſas liberans deduxeris, ſi maſculi obtigerit corpus, penis cutem & ſcortum à teſtibus adimes. Primùm itaque à pubis oſſe recta ſectione per penem in cute duces, & deinde eius ſectionis labris hamulo aut unguibus eleuatis, cutem cum carnoſa membrana à pene [e] auferes, adamuſſim conſiderans in cutis extremo ipſius cum carnoſa membrana coalitum, & carnoſæ membranæ ſub glande à penis corporibus abſceſſum. ad hæc, perpendes ipſius ad glandis radicem ligamentum, deinde & uenas cutem eam adeuntes, poſtremò nullam pinguedinẽ adipem'ue inter cutem & carnoſam membranam, ut neque in palpebris hîc reperiri, ac proinde leui occaſione, ut illas hyatide aut inflatione penis cutem infeſtari. Pene detecto, & deductis cruribus à pubis oſſe inter inguina & ſiniſtrum teſtem ſectio ad podicem uſque ducenda eſt, & deinde cum penis cute ſcortum à teſtibus & interfeminio liberandũ, ſectionibus ſemper uerſus dextrum latus deductis.

*Teſtium ſitus examen.*

Quum uerò teſtes cute carnoſaq; mẽbrana nudas, ne teſtes ſuo loco moueas inuertas'ue, accuratè obſeruandum eſt. Quum primùm enim cute nudati ſunt, ipſorũ ſitum, & cui'nam potiſſimùm parti uaſa ſeminalia illis applantẽtur, indagare oportet, ut Naturæ diſcas prouidentiam, quæ teſtes ita collocauit, ut ipſius uaſa ſint tutiſſima, illiſq; ipſi teſtes uelut propugnacula præponantur. [f] Iam dextrũ teſtem cum ipſius uaſis & tunicis à ſiniſtro digitis aut cultello dirimes, & iunctis cadaueris cruribus dextrum teſtem femori impones, ac mox cultello [g] uenam & arteriam ſeminales dextri lateris, uicinis membranulis ad peritonæum uſque quà illæ procidũt, deteges, hîc primùm in interiori ſede peritonæi, poſtmodum in exteriori qualiter [h] tranſeant ſolis manibus conſiderans.

*Exterioris teſtis tunicæ apertio, uaſorumq; ſeminalium detectio.*

Dein ſtylum foramini quà egrediuntur ui ad teſtis uſque infimam ſedem protrudes, & peritonæum uſque ad foramen qua uaſa tranſmittit diuides. Inſuper ſecundùm ſtyli longitudinem cultello foramini quoque indito, ad humilimam uſque teſtis ſedem primam ipſius peculiarem tunicam ſecabis, & repoſito cultello, diſtentaq; tunica huius à peritonæo [i] ortum, & ualidum ad humilimam teſtis partem [k] adnexum, præterea & teſtis [l] muſculum examinabis huius nanque natura, ductus & forma in conſpectum ueniunt unà cum gracilibus ramulis à uena & arteria in hanc tunicam numeroſa ſerie [m] excurrentibus.

*Vaſorũ ſeminaliũ circa teſtem ac ipſius adeò teſtis examen.*

Hac tunica relicta, teſtem & uaſa nunc rurſus hinc inde diligentius ſubleuans, reuoluenſq; uenam, arteriamq; ab ipſis contermino ſemen deferente uaſe ad teſtis uſque elatiora [n] diſcernes. Vt uerò uenæ arteriæq; inſertionem adamuſſim diſcas, uas ſemen deferens à proxima teſtis corpori tunica eſt [o] liberandum, non quidem uniuerſum, ſed ad eam uſque partem quæ uenæ arteriæq; finibus eſt proxima. Liberabitur uerò uas ipſum facile, ſi tranſuerſas ſectiones inter teſtem & uas illud ad ſuum uſque principium acutiori nouacula duxeris. Hac ſiquidem adminiſtratione uaſis illius anfractus, & ad teſtis connexũ, ortumq; manifeſtè animaduertes. Verũ nulla ipſius cauitas, neq; quo pacto illud à teſte ſemen aſſumat, in conſpicuo erit. Hoc enim nihil, niſi poroſum quid quà teſti adnaſcitur referet, nullo meatu manifeſto ex teſte in ipſum pertinẽte. Semen deferẽti uaſe ab intimo teſtis inuolucro ad eum modum liberato, uenæ ac arteriæ anfractuum ramuli proximæ teſtis corpori tunicæ oblati melius cõſpiciuntur. Vt uerò prorſus in conſpectum ueniãt, ſanguinem ex anfractibus ad teſtem comprimes, & deinde anfractibus uinculo ne ſanguis refluat interceptis, teſtem ſecundùm ipſius longitudinem diuidere conuenit. deinde quî ex tunica teſti proxima, & ex anfractuum fine rami ad teſtis ſubſtantiam excurrant, qualiterq; teſti ea tunica com-

 mittatur

a 20 fi. e.
b 20 fi. h, i.
c 20 fig. e.
d 20 fi. f.
e Vt factum eſt in 20 fi.
f Facturus id in quo 20 figu. hîc à 22 uariare cernis.
g 22 fig. γ.
h 20 fi. e & i in u. aut per φ, φ 22 fig.
i 22 fi. φ, φ.
k 22 fi. iuxta i nectitur x.
l 22 fi. ψ.
m uti uidere eſt in u 20 fig.
n 22 fig. diſcernes à ab i uſq; ad κ.
o Hic ſectionem aptabis uti 23 figura uidere eſt. Primum ad A & B, dein H, I, etc.

mittatur, quæꝗ teſtis ſit ſubſtantia, obſeruare. Atque hæc primùm in uno quidem teſte, dein in altero ſunt examinanda. Quippe uix prima fronte hæc omnibus erunt obuia, quum hactenus nemo hæc aſſecutus fuerit. Vnde etiam eadem adminiſtratione perpetuò non eſt utendũ, ſed quum commemoratam in dextro teſte tentaueris, integrum tibi erit ſiniſtrum tuo arbitratu aggredi. Examinatis ad hunc modũ teſtibus, ipſorumꝗ nihil reiecto, penis muſculi & ipſius corpora, deinde ueſica & urinarij meatus, & reliquus ſemen deferentiũ uaſorum ductus, inſertioꝗ cum adenoſo aſſiſtente, & omnium uenis, arterijs, & neruis ſecanda ueniunt. Diductis itaꝗ cadaueris cruribus, & cute uti monuimus ab interfemineo adempta, primùm[p] duos muſculos ab orbiculari muſculo recti inteſtini in penis radicem, & potiſſimùm in meatum urinæ ſeminiꝗ communem pertinentes aggredieris. dein[q] alios duos, qui ab humiliori pubis oſſium ſede originem ducentes penis corporibus inſeruntur, adimes, ac ilico penis corporum[r] originem examinabis, acuto cultello dextrum corpus ab oſſe unde pronaſcitur, quàm poteris proximè diuidens. Deinceps uerò in penem excurrentibus uenis, arterijs & neruis perfunctoriè hîc perpenſis, oſſa pubis inuicem ſunt[s] ſeiungenda. quod fiet ocyus, ſi ueſicæ corpus à peritonæi parte pubis os ſuccingente, cultello diremeris, & deinde cultro quàm minimè craſſo pubis oſſium[t] cartilaginem recta ſectione penitus diuiſeris. Nouacula enim quum craſſior ſit, illi officio non æquè eſt accõmoda. Mox uno cadaueris crure in menſa relicto, & alio ab illa propendente, ita cadauer in menſa reclinabis, ut ipſius os ſacrum menſæ lateri incumbat, & ui diductis cruribus, ad trium quatuor'ue digitorũ latitudinem pubis oſſa inuicem ſeiungas. parum enim aptè feceris, ſi pubis oſſium portionẽ exemeris, quòd id & fiat incommodè, & præter alia multos ita uitiaueris muſculos, neque ullus poſtmodum oſſium uſus ad ſceleti præparationem futurus ſit. Quapropter pubis oſſium cartilagine diſſecta, & dein ipſis oſſibus ui diremptis, primùm à renibus[u] urinarij meatus à ſuis membranis quibus obuoluuntur ſunt liberandi, atque ad ueſicæ uſque corpus perducendi: deinde[x] uaſa ſemen deferẽtia quà ad pubis oſſa deorſum in peritonæi amplitudinem reflectuntur, pari modo ad glandoſum aſſiſtentem uſque ex pinguioribus quibus integuntur membranis denudandi, atque in eo opere ſodalis manu ueſicam modò in dextrum, modò in ſiniſtrũ comprimere eſt neceſſum, idꝗ maximè quum uenæ cauæ & magnæ arteriæ[y] ſeriem hac in ſede inquires. Hæc nanque iam uenit expendenda, ac primùm rami quos uena & arteria lumborum uertebris & ſpinæ, abdominisꝗ muſculis & peritonæo exporrigunt, qui omnes ſunt repertu faciles, ſi uenam & arteriam nunc in hoc, nunc in illud latus ualidius reflectas, &[z] neruos qui ſub illis feruntur obtuſo cultello quoque inquiras, ac demum ad ipſorum quibus inſeruntur organa deducas: illos dico, qui teſtibus & ueſicæ fundo exporriguntur. Porrò rami uenæ ac arteriæ poſt ipſarum ſuper os ſacrum bipartitionem excurrentes, in cõſpectum uenient, ſi radicibus ſemper animum adhibueris, & cultello retuſiori, ne ramorũ aliquem uities, ipſorum ſequaris proceſſum ductumꝗ: & id eo leuiori præſtiteris negocio, quo noſtras uaſorum delineationes diligentius operi accommodaueris. Verùm ubi hæc diligenter eris intuitus, ſiniſtrum penis corpus à pubis oſſe etiam dirimito, & quàm poteris commodiſſimè ueſicam, ipſiusꝗ ceruicem à recti inteſtini termino, cui fortium fibrarum interuentu hæret, diuidito, abſectis interim uenis & arterijs in ueſicã penemꝗ excurrentibus: quas ſi prius uinculis fortè interciperes, parum profectò ſectioni obeſſes. Veſicam modò ſimul cum pene exemptam, alteri cruri aut aſſerculo impones, & denuò ſeminalis uenæ ac arteriæ ductum uerſus teſtem, & à teſte dein ſemen deferentis uaſis ad glanduloſum aſſiſtentem progreſſum obſeruabis, quo denuò exactius ſeminalium uaſorum harmoniam expendas. Poſt hæc[a] muſculum ueſicæ meatui præfectum examinabis, & oblongiori ſtylo penis glandi ad ueſicæ uſque fundum impoſito, ueſicæ meatum à glande ad ipſius uſque fundum cultello ſecundùm ſtylum porrecto[b] diuides, ut ſimul ueſicæ cauitatem, & ipſius tunicã, & urinam deferentium meatuum inſertionem, & ſemini urinæꝗ communem meatum peni exporrectum intuearis. Alicubi igitur urinarium meatum ex renibus in ueſicam pertinentem forato, ſtylumꝗ ad ueſicæ fundum uſque indito, ut[c] membranulas meatus illius ori in ueſicæ fundo connatas ſpectes, quanquam etiam integrum ſit, ex ueſicæ fundo ſtylum ipſius meatibus indere. Corpus uerò glandoſum ſemen deferentium uaſorum ſuſcipiens implantationem, ut lubet poteris diſcindere, & quo'nam pacto ea ueſicæ meatui immittantur perquirere. Poſtremò ueſicæ ceruicem à duobus penis corporibus ad glandem uſque cultello ſecernes, ac deinde duo corpora quoad poteris inuicem dirimes, quamꝗ habeant formam, quaꝗ natura ad glandem ſint prædita conſpicies. Vt uerò adamuſſim ipſorum diſcas ſubſtantiam, peni nunc tranſuerſas, nunc longas, rectas'ue ſectiones induces. Reiecta modò cum ſuis appẽdicibus ueſica,[d] tres recti inteſtini muſculos, &[e] uenas examinabis, quæ à portæ uena huc deducũtur, & quæ cauæ hac in parte ſunt ſoboles.

*Penis muſculorum examẽ.*
*Penis corporum ortus, & uenarum, arteriarum, et neruorum huc pertinentium examen.*
*Pubis oſſa quî dirimenda.*
*Vrinariorum meatuum ad ueſicam, & uaſorum ſemen deferentium ad glandoſum ueſicæ corpus examen.*
*Cauæ & arteriæ magnæ diſtributionũ ſub oſſe ſacro.*
*Muſculi ceruicis ueſicæ, ipſiúsque ueſicæ fundi et ceruicis examen.*
*Penis corporum.*
*Recti inteſtini muſculorũ.*

p 1, 2 fig. ca. 49 lib. 2 H, I, ab M ad G. q 1, 2 fi. ca. 49 lib. 2 L, K in A, B. r 2 fig. cap. 49 lib. 2 C, C. s Vti factũ cernis 22 fi. t ultimarũ fig. li. 1 r. u 22 fig. q, q ad r. x 22, 23 fi. n, 4, n uerſ. f. y Pete hanc ex fig. ca. 6 et ca. 12. & ultima li. 3. z Infimi ſurculi fi. 2 ca. 2 lib. 4. a 22, 23 fi. f. b Vti factũ eſt in dextra figura 23 fig. c 23 fig. r. d 8 fig. a, b, c. dein d. e fi. ca. 5 li. 3 c, e.



ſoboles. Vbi id quoque præſtiteris, recti inteſtini finem ex corpore exſectum abijcies. Deinde[g] cauam uenam qua primùm ſub iecore conſpicitur, &[h] magnam arteriam[i] quà ſeptum tranſit, deinde ipſarum præcipuos ramos crus adeuntes uinculo duplici intercipies, ut ſimul cum renibus ſi adhuc eos in corpore reliqueris, uenas omnes, arteriasꝗ ex uentre auferre liceat. ita enim peritonæi diſces ortum, & muſculos & neruos quoque crus petentes, ſi fortaſſis illos poſtmodum aggredi ſtatueris, incorruptiores longè habiturus eris. Iecur autem, ut & antea dixi, tantiſper illæſum ſeruandum eſt, quouſꝗ cor reſpirationisꝗ organa adminiſtraueris. Atꝗ hæc quidem organorum nutritionis, generationisꝗ in uiro eſt adminiſtrandi ratio, in muliere uerò erit huiuſmodi. Primùm mamillarum uiſurus naturam,[k] in cute ab ipſo iugulo deorſum (ut in uiris) ad umbilicum ducenda eſt ſectio: deinde à iugulo ſecundùm clauiculã alia ad ſummum uſque humerum, cutisꝗ à mamillis non aliter ac ſi in alia corporis ſede, ea ab adipe diuideres, uenit liberanda. Mamillis cute detectis, & uenarum[l] ramis qui à uenis in brachiũ excurrentibus illis porrigũtur, perpenſis, dextram mamillam à[m] muſculo brachiũ pectori adducente auferto, uenarum arteriarumꝗ examinans propagines, ab illis quæ muſculis thoraci incumbentibus deriuantur, in mamillam aſſurgentes. Vbi mamillarum corpus à thorace fuerit liberum, & adeps undiquaque ſtudioſiſſimè ademptus, & uarijs per mamillarum corpus ductis ſectionibus ipſarum ſubſtantiam condiſcere licebit. Quanquam hæc quoque in uiro inquiri poterunt. is nanque ſi colore fuſco & habitu ſit obeſiori, eandem quoque oſtendet ſubſtantiã. Deinde &[n] uenæ quoꝗ & arteriæ ſub rectis latitantes muſculis, pari modo in ambobus, etiam ſi magis in muliere expendentur, reliquaꝗ adminiſtratio ad uaſorũ uſque ſeminalium[o] ortum cõmunis mulieri quoꝗ cenſenda eſt. Simulatꝗ igitur mulieris ſeminaliũ uaſorum originem didiceris, ſolis manibus adinueniendus eſt[p] uterus &[q] ueſica, inſuper teſtes & muſculi & uenæ quoque cum arterijs uteri fundo & ceruici exporrectæ, priuſquam ſcilicet aliquid diuidas. Deinde diductis cruribus à pubis oſſe utrinque ſecundum pudendi colliculos ſectio in cute ad podicem uſque ducenda eſt, ut deinceps inguina aliquouſꝗ opportunè cute denudentur: & ea quæ in medio ſectionibus intercipitur, uerſus pudendum quoque à pubis oſſibus ſeparetur, uuluæꝗ adhuc appenſa maneat. Pubis uerò oſſium cartilaginem, ut in uiris faciendum præcepi[r] diuides, ac illis inuicẽ quàm poteris maximè ui diremptis, mox cultello[s] uenam ac arteriam ſeminales dextri lateris ad teſtem uſque ex pingui cui obducuntur membrana nudabis, obſeruans ne[t] ramos ab illis priuſquam anfractus ſuos conſtituant, in elatiorem fundi uteri ſedem exporrectos uulneres. Poſtquam uerò ad teſtem[u] anfractus deduxeris, perinde ac in uiris ipſorum inſertionem &[x] deferentis uaſis proceſſum, ipſiusꝗ in uterum inſertionem, & teſtis ſubſtantiam formamꝗ examinato, uas illud ex pingui cui inhæret[y] membrana liberans, quæ ueſpertilionum alis imagini multum accedit. Poſtquam hæc in altero quoque latere obſeruaueris, animum adhibebis[z] uenis ac arterijs inferiorem uteri fundi ſedem, & ceruicem, ueſicamꝗ adeuntibus, quæ in grauidis animalibus accuratiſſimè, ut &[a] illi qui à ſeminarijs uaſis in uterũ porriguntur, utꝗ etiam omnia uteri reliqua in conſpectum ueniunt, quandoquidem in illis ſupra modum uenæ arteriæꝗ turgent.[b] Vrinarij meatus à renibus in ueſicam pertinentes, ſimiliter ac in uiris ad ueſicam uſque à ſuis membranulis ſunt emundandi, & deinceps uterus cum ueſica ex corpore eximendus, diſſectis in ipſum & ueſicam procedentibus uenarũ arteriarum & neruorum ramis, & membranulis uterum uaſaꝗ illa continentibus, & fibris quoꝗ quorum interuentu uteri collũ inteſtino recto ualide continuatur unà amputatis. Exempti iam uteri formam contemplaturus, ipſius ceruicem[c] inuolues, quo unà ueſicæ ceruicis in illum pertinentis foramen, & uteri fundi orificium citra aliam ſectionem uideas, & modò opportunè ueſicam & ipſius ceruicẽ muſculumꝗ urinæ meatui præfectũ longa ſectione diuidas, ueſicæ amplitudinẽ & urinariorũ meatuum inſertionem, ipſiusꝗ ceruicis cum uteri ceruice coalitum inſpecturus. Inſuper uteri quoque ceruici eodem modò ad illius uſque os longam ſectionem inferes, ac acutiori nouacula uniuerſum uterum ſecundùm latera ab ipſius orificio ad cornua uſque[d] diuides. ita enim illius ſinum, ſubſtantiam, formamꝗ exactiſſimè cõtemplaberis. Porrò ſi interdum grauidæ mulieris cadauer nactus, & uterũ duntaxat cum fœtu, ipſiusꝗ inuolucris intueri, animus fuerit, ilico à mucronata pectoris oſſis cartilagine, ad pubis uſque os acutiori nouacula ſectionem molieris, quæ peritonæum quoque penetret: deinde aliam utrinque ab umbilico ad ilia molieris. Hac nanque ratione ilico ſe uterus ſpectandum offeret: & ſi in alterum latus illum detruſeris, uenæ & arteriæ ipſi inſertæ ſupra modum apparebunt turgidæ, adeò ut ipſarum neꝗ ſeries neque ortus citra aliam adminiſtrationem latêre poſſint. His itaꝗ uenis & arterijs unà cum uena & arteria ſub recto muſculo conſcendentibus, diligẽter obſeruatis, leuem ſectionem nouacula ſecundùm uteri longitudinem[e] tentabis, cauens ne altiùs quàm uteri eſt craſſities penetres.

*Peritonæi ortus examen.*
*Cuiuſmodi dictarũ partiũ adminiſtratio in muliere ſit.*
*Mamillarũ examen.*
*Vteri ac ueſicæ ſitus quî obſeruandus.*
*Seminaliũ uaſorum examẽ.*
*Venarũ uteri fundi humiliorem ſedem & ceruicẽ petentium.*
*Vrinariorũ meatuum.*
*Fœtus ipſiusque inuolucrorum examen.*

g 20 fig. Q. h 22 figu. h. i 7 muſcul. tab. q. k Vt factum eſt in 25 fig. l 25 fi. A, A, B. m 3 muſcu. tab. Δ. n 6 muſ. ta. a, e, f. o 25 fi. d, e, f, g, h. p 24 fig. L. q 24 fig. T & cætera, quemadmodum ex reliquis 24 & 25 figurarũ indicibus petere licet. r Vt in 25 figura. s 25 figu. d, dein g. t 25 fi. n. 26 fig. H. u 25 fi. o & padr. aut 16 figura l ad F. x 25 fig. ſ, t, u. & 26 K. y 24 fi. O, P. 26 E, E. z 25 fig. y. a 25 fig. n. b 25 fi. a, b, & c, c. c Vt in 26 figura. d Vt in 27 figura.

netres. post hanc alias duas, utrinque nimirum unam duces, cum illa rectos angulos facturas. Sectionum labra unguibus apprehensa inuicē modicè dirimes, & uteri tunicam solis manibus à secundina sensim diuelles, uenarum arteriarumq; ora ex utero in secundinam pertinentia rumpens, quod in partui proximis feceris facilius. Exemptum ab utero unà cum suis inuolucris [f] foetum in peluim aqua plenam repones, atrum & uiridem quodammodo liquorem abluens, qui ex effractis uasorum oris promanat, secundinæq; obducitur. Modò autē diligenter secundinæ substantiam, & quæcunque in illa spectanda sunt unguibus aut cultello examinabis, id imprimis animaduertēs, num ipsa membrana quæpiā sit uniuerso foetui obducta: an tantùm instar latioris cinguli sit, lienis substantia efformati. Atque hîc etiam sedulò expendes, qualiter secundinæ substātia externæ superficiei eius inuolucri pertinaciter obnascatur, quod farmicinis imagini comparamus, secundumq; seu medium inuolucrum nuncupamus. Vbi itaq; secundinæ naturam adamussim examinaueris, foetum hunc inde attolles, secundi illius inuolucri naturam consideraturus. quam simulatq; exteriùs inspexeris, atque quî totum foetum ambiat didiceris, cultello id alicubi pertundes, & foetus urinam profluere sines, ipsumq; inuolucrum à foetu [g] inuertes, atque ab umbilici uasis dependere tantisper sines, donec intimi quoque foetus inuolucri sudorem continentis harmoniam didiceris. Hoc itaq; pertusum & sudore euacuatum à foetu [h] amouebis, & ab umbilico etiam propendere sines, uasa umbilici inuicem disiungens, meatum illum præcipuè reperturus, cuius beneficio foetus urina in secundum ipsius inuolucrum perfertur. Inuenies aũt hunc promptè, si cultello uenas & arterias qua umbilico proximæ sunt, diuiseris, ac meatum in ipsorum medio repositum indagaueris. Abscissis his umbilici uasis unà cum foetus inuolucris, & foetu in mensam extenso, à clauiculis per costarum cartilagines ad pubis usque os sectionem in sinistro magis latere cultro aut nouacula molieris, quæ in thorace & peritonæi usque cauitatem pertingit: deinde ab umbilico uenam in iecur & arterias, ad suos quibus inseruntur ramos, & meatum urinam deducentē ad uesicæ fundum, paruo admodum negocio deduces, omnemq; foetus administrationem absolues. Nisi etiam uisum esset inquirere, num in foetu peculiaris aliquis processus [k] à uena caua ad uenalem arteriam, & [l] ab arteria magna in uenam arterialem pertineat. Acetabula uerò in oue aut capra sunt inuestiganda, utero utcunque uisum fuerit diuiso. abundè etenim fuerit uteri comparere cauitatem, quæ in nõ prægnantibus uaccis oppletur tuberculis ab illis non dissimilibus, ex quibus paulo pòst sanguis è sede profluxurus est: aut si primo conceptionis tempore eiusmodi diuidatur uterus, tuncis finibus conspicitur decoratus, qui primùm à ueteribus dissectionis professoribus acetabuli nomen sunt emeriti. Atq; ita præsenti Capite partium quinto hoc libro traditarũ administrandi rationem absoluimus: itaq; corpus sectionis serie reliquimus, ut ad reliquarum partiũ quas simul in illa administratione non recensui, demonstrationem neutiquam futurũ sit inutile.

*Vmbilici uasorũ examen.*

*Acetabulorum examen.*

f Vt 2 tab. figura 30.

g Vt in 3 lib. figura 30.

h quèadmodũ in 4 tabu. fig. 30.

i Ferè ut 2 figuræ E, G, M, K, L.

k A C figura 5 li. 6 in G figu. 6.

l Ab O in 1 figura 6 libri 6.

LIBRI QVINTI FINIS.

AN.



# ANDREAE VESALII
## BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER SEXTVS, CORDI IPSI QVE famulantibus organis dedicatus, ac mox in fronte figuras sibi proprias offerens, quò minus & hîc quoq; eædem figuræ uarijs Capitibus passim præfigantur.

## PRIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



## PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

*PRAESENS figura tantam hominis in dorso cubantis partem ex sinistro latere commonstrat, quantam ostendendæ thoracis sedi sufficere arbitrati sumus. Ab anteriori itaq; thoracis sede et lateribus, ac dein ab aliqua colli regione cutem sectionis serie ademimus, ac dein musculis qui costis obducuntur resectis, costarum ossa à suis cartilaginibus unà cum pectoris osse liberauimus, & costarum oßibus (uti inter secandum fit) effractis, costarum cartilagines sursum uersus dextrum latus attraximus, ut thoracis amplitudo, hanc̃q; interscpientes membranæ, et pulmo, reliquaq; in conspectum uenirent, quæ modò in characterum Indice significabuntur.*

A, A *Sinistri lateris costarũ indicãtur cartilagines, unà cũ pectoris osse, dextrosum sursumq; tractæ.*
B, B *Intercostales musculi interualla cartilaginum occupantes.*
C, C *Costarum à cartilaginibus seiunctarum ossa.*
D, D *Intercostales musculi interualla ossium adimplentes.*
E *Clauicula hic nuda, atque in sua sede adhuc asseruata cernitur.*
F *Venarum, arteriarum, neruorumq; in axillam perreptantium series.*
G *Exterior iugularis uena hic mox aurulsa cute secantibus occurrens.*
H, H *Sinistra thoracis amplitudinem interdiuidens membrana, superficie ipsius sinistra hic conspicua.*
I, I *quam etiam L, M, N & O indicant. Septum transuersum ea superficie hic apparens, qua sinistram cauitatis thoracis sedem respicit.*
K *Sedes ubi interdiuidentium thoracem membranarum sinistra septo connascitur.*

L *Hæc protuberans ſedes, cordis gratia hic in ſiniſtrum adeò prominet. id namq; unà cum ipſius inuolucro inter membranas thoracem diuidentes comprehenſum, in ſiniſtrum longè magis quàm in dextrum porrigitur. atque huius potiſſimum tuberis occaſione præſentem figuram ex ſiniſtro potius, quàm dextro latere expreſsimus.*

M *Vena ſiniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & ſiniſtræ thoracem interdiuidenti membranæ uarios ſurculos offerens.*

N *Arteria ſiniſtro pectoris oſſis lateri exporrecta, & ſimiliter ac uena M inſignita ramulos ſiniſtræ thoracem interſepienti membranæ exhibens.*

O,O *Ramuli à uena ac arteria deducti, quæ ſecundum pectoris oſſis ſiniſtrum latus à iugulo ad abdominis regionem pertingunt.*

P,P *Neruus ſepti tranſuerſi ſiniſter, hic conſpicuæ thoracem interſepientis membranæ ſuperficiei inprogreſſu adnatus.*

Q *Vena in hominibus potiſſimum à iugulo unà cum ſepti tranſuerſi neruo deorſum excurrens, & membranæ thoracem interſepienti ramulos deriuans.*

R,S,T, V *Pulmonis pars ſiniſtram thoracis cauitatẽ occupans. ac R & S huius partis ſedem notant, quæ coſtis, ſeu ipſas ſuccingenti mẽbranæ proxima eſt, gibbá ue cernitur. T uerò & V eius partis ſedem indicant, quæ priuſquam collaberetur, exteriori ſuperficiei membranæ thoracem interdiuidentis committebatur. Rurſus R & T partis huius pulmonis ſuperiorem inſinuant fibram, ſeu lobum. S autem & V inferiorem.*

## SECVNDA SEXTI LIBRI FIGVRA.







## SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

*PRAESENS figura, quam erectam, nõ autem humi proſtratam finximus, primam ſectionis ſerie ſubſequitur. etenim anteriori thoracis ſede & lateribus cute & muſculis qui illis adnaſcebantur, denudatis, ac coſtarũ cartilaginibus ab oſſibus liberatis, ipſiſq; oſſibus extrorſum effractis, tandem pectoris os unà cum ipſi coarctatis cartilaginibus ab utriſq; thoracem interſepiẽtibus mẽbranis liberauimus, ſurſumq; deduximus, ut illius interior ſuperficies obuia eſſet, et mẽbranarum thoracẽ interdiuidentiũ natura accuratiùs adhuc quàm in prima figura exprimeret.*

A,A *Pectoris oſſis unà cum coſtarum ipſi commiſſis cartilaginibus interior, ſeu thoracis cauitatem ſpectans ſuperficies.*

B,C *Duæ indicantur uenæ à iugulo pectoris os petentes, ac præter frequentes quas diffundunt ramulos, etiam ad elatiorem abdominis ſedem excurrentes.*

D,E *Duæ arteriæ uenas nuper commemoratas ad umbilici uſq; regionem concomitantes, nullibi tamẽ ut uenæ ad cutem ſubeuntes.*

F *Glandulæ ſub elatiſſima pectoris oſſis ſede in iugulo repoſitæ, ac uaſorum ſecuræ diſtributioni à Natura præfectæ.*

G,G *Dextræ thoracem interdiuidentium membranarum pars, quæ dextro pectoris oſſis lateri adnaſcebatur.*

H *Dictæ modò membranæ dextra, ſeu pulmonem ſpectans ſuperficies.*

I,I *Siniſtræ thoracis cauitatem interſepientium membranarum pars, quæ ſiniſtro pectoris oſſis lateri ante ſectionem connata fuerat.*

K *Dictæ modò membranæ ſiniſtra, ſeu pulmonem reſpiciens ſuperficies.*

L,L *Interuallum indicatur inter duas thoracem interſepientes membranas inibi conſpicuum, ubi humano pectoris oſſi continuantur.*

M,M *Hæc protuberans regio cordis indicat ſitum. cor enim unà cum ipſius inuolucro immotum inter membranas thoracem ſepientes collocatur.*

N,O, P,Q *Pulmonis gibbum ſedesúe coſtis contermina indicatur. neutra namque ex parte pulmonis partes in latera refleximus. Verum N & O duas fibras dextræ partis pulmonis indicant, N quidem elatiorem, O uero humiliorem. atq; ita etiam in ſiniſtro latere P & Q.*

R,R S. *Septi tranſuerſi ſedes, quã à mucronata pectoris oſſis cartilagine hic S inſignita, & dein à cartilaginum quæ pectoris oſſi non coarticulantur mucronibus, liberaui.*

T,V *Cutis deorſum à thoracis anteriori ſede, euerſa, atque ea ſuperficie conſpicuà, qua muſculis obducebatur.*

## TERTIA SEXTI LIBRI FIGVRA.



## TERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARA. cterum Index.

QVONIAM duæ præcedentes figuræ cordis ac pulmonis sitū abundè indicant, præsentem figuram (uti & subsequentes uniuersas) tanquam è thoracis cauitate euulsam delineauimus, ne si singulis figuris truncum corporis appinxissemus, negotium frustra operosius redderetur. Tertia itaq; figura cor suo uestitum inuolucro continet unà cum pulmone & septi transuersi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis inuolucrum connascitur.

A Hic uenæ cauæ portionem sursum conscendentem & magnam arteriam præscidimus, tantaq; uasorum cordis asseruata portione, quanta cordis inuolucro obducitur, aut à qua id inuolucrū potius initium ducit. Vbi enim hic B asscripsi, illic inuolucrum pertinacissimè cauæ uenæ & magnæ arteriæ & uenæ arteriali adnascitur, ab illis uasis non secus quàm à corde, toto illo interuallo abscedens, quod à B ad C metitur. C enim cordis basis sedem regionemue indicat.

D, E, F Cordis inuolucri anterior sedes, cordis figuram nuci pineæ non admodum absimilem referēs. D enim & E basim notant, F uerò mucronem.

G Ab F ad G sedes insignitur, qua cordis inuolucrum septo transuerso in hominibus secus multo quàm in canibus adnascitur. Cæterùm uenulæ hic in cordis inuolucro conspicuæ, non cordis, at ipsius inuolucri sunt. id namque in hominibus tam crassum ualidumq; uisitur, ut cordis color per illud uix transpareat.

H Septi transuersi pars.

I, I Septi transuersi nerui.

L, M, N, O Pulmo. at singuli characteres singulas humani pulmonis insinuant fibras, lobos'ue.

## QVARTA SEXTI LIBRI FIGVRA.




## QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

HAEC figura cordis inuolucrum diuisum gerit, ipsumq; cor et cordis uasa anteriori sede ab inuolucro deteximus, corde interim immoto.

A Sedes, qua cordis inuolucrum cordis uasis supra ipsius basim continuatur.

Cor-



B, B Cordis inuolucrum ab anteriori cordis sede in latera reflexum.

C, D, E Cordis anterior sedes. ac C quidem & D ipsius indicant basim, E uerò mucronem.

F Vena caua.

G Arterialis uena.

H Magna arteria. Venalis autem arteria nisi corde in dextrum latus (uti sexta ostendit figura) reflexo, nulla ex parte conspici potest.

I Dextra cordis auricula.

K Sinistræ cordis auriculæ apex.

L, L Venæ sunt ac arteriæ à cordis basim cingentibus uasis pronatæ, atq; huc ex posteriori cordis sede, adeoq; sinistro ipsius latere antrorsum reductæ.

M, N, O, P Pulmonis indicantur fibræ lobi'ue.

Q Septi transuersi pars.

## QVINTA SEXTI LIBRI FIGVRA.




## QVINTAE FIGVRAE, ET IPSIVS CHAracterum Index.

PRAESENS figura unà cum pulmonibus cor exprimit, uerùm ab ipsius inuolucro penitus liberum: ac in sinistrum latus in hoc reflexum, ut uenæ cauæ ad cordis basim continuitas oculis subijceretur.

A Cordis dextrum latus, magnaq; ipsius posterioris sedis regio.

B Dextra cordis auricula.

C Vena caua, quà in cor debiscit, aut ab ipso pronascitur.

D Venæ cauæ portio, septum transuersum permeans.

E Septi transuersi pars.

F Venæ cauæ portio iugulum petens.

G Venæ pari carentis initium.

H Arteriæ magnæ radix.

I Arteriæ magnæ truncus, qui deorsum ad spinam explicatur.

K Portio est nerui sinistri, sexti paris neruorum cerebri, à quo subsequens figura cordis neruulum depromi ostendet.

L, M, N, O Pulmonis notantur fibræ.

P Vasorum pulmonem adeuntium hic aliqua series conspicitur.

SEXTA

# SEXTA SEXTI LIBRI FIGVRA.



## SEXTAE FIGVRAE, ET IPSIVS CHARacterum Index.

*PRAESENS figura cor in dextrum latus ita conuolutum proponit, quemadmodum mox præcedens id ad sinistram ostendebat reflexum. atq; ut illa uenæ cauæ ad cordis basim continuitatem indicabat, ita præsens uenalem exprimit arteriam, ac sinistram cordis aurem, & cordis quoq; neruulum. cuius ductus ut esset conspectior, arteriæ magnæ aliquot propagines, & asperæ arteriæ & neruorum sexti paris cerebri portiones huic figuræ adnexas reliquimus.*

*A,B,C* Cordis sinistrum latus, & posterioris ipsius sedis magna regio.
*D* Venæ & arteriæ cordis basim cingentes.
*E,E* Venæ & arteriæ à uasis cordis basim ambientibus deorsum exporrectæ.
*F* Sinistra cordis auricula.
*G* Arteria uenalis.
*H,H* Arteriæ uenalis soboles in sinistram pulmonis partem excurrentes. Quæ uerò in dextram feruntur, oculis non patent: quòd illarum radix sub corde mox in huius uasis ortu ad dextram pulmonis sedem prorepat.
*I* Venæ arterialis principium.
*K* Arterialis uenæ pars, sinistram pulmonis partem petens.
*L* Arterialis uenæ pars dextræ pulmonis parti distributa, ac secundum posteriorem caudicis magnæ arteriæ sedem reflexa.
*M* Apex dextræ cordis auriculæ.
*N,N* Vena caua.
*O* Magnæ arteriæ caudex.
*P* Magnæ arteriæ portio deorsum ad spinam detorta.
*Q* Magnæ arteriæ portio sinistram axillam accedens.
*R* Arteriæ magnæ portio iugulum petens.
*S* Arteriæ magnæ portionis iugulum petentis dextra pars, à qua axillaris dextri brachij constituitur arteria *T* insignita.
*V,X* Soporariæ seu somniferæ arteriæ.
*Y* Asperæ arteriæ caudex.
*a* Dexter neruus sexti paris neruorum cerebri.
*b* Ramuli, quos neruus *a* insignitus ad dextri recurrentis nerui constitutionem digerit.





*c* Dexter recurrens seu reuersuus neruus.
*d* Sinister neruus sexti paris neruorum cerebri.
*e* Sinistri nuper commemorati nerui surculus, sinistræ pulmonis parti oblatus.
*f* Ramuli sinistri nerui *d* insigniti, à quibus sinister recurrens neruus constituitur.
*g,g* Sinister recurrens neruus.
*h* Neruulus secundum uenam arterialem exporrectus, ac cordis basis centrum adiens.
*i,k,l,m* Pulmonis indicantur fibræ.
*n,o* Septum transuersum.

# SEPTIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



## SEPTIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARacterum Index.

*HAEC figura cor à pulmone & septo transuerso liberum ostendit, cuius dexter uentriculus unica sectione adapertus cernitur ab anteriori sede orificij uenæ cauæ ad cordis usq; mucronem ducta, quò id orificium et ipsi præfectæ membranæ in conspectum uenirent. dein ut interior dextræ cordis auriculæ superficies oculis subijceretur, eam intro euersam finximus.*

*A* Venæ cauæ pars, septum transuersum permeans.
*B* Venæ cauæ pars iugulum petens.
*C,C, C* Orificium uenæ cauæ in dextrum cordis sinum pertinens.
*D,E* Orificia sunt ascendentis & descendentis uenæ cauæ partium.
*F* Dextra cordis auricula inuersa, & inæqualem fibrosamq; ipsius notans superficiem.
*G* Coronalis uenæ principium.
*H,H, H* Protuberans in uenæ cauæ orificio circulus.
*K,L, M* Tres membranæ uenæ cauæ orificio præfectæ.
*N,N* Fibræ ab inferiori sede membranularum uenæ cauæ orificij, deorsum ad uentriculi dextri latera mucronemq; ductæ.
*O,O* Carneæ partes indicantur, quæ fibras nuper dictas amplexantur, teretemq; formam exprimüt.
*P* Hæc uentriculi dextri cauitas uersus uenæ arterialis orificium pertinet.
*Q,R* Crassities substantiæ dextrum cordis uentriculum constituentis.

# OCTAVA SEXTI LIBRI FIGVRA.



OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARA-
cterum Index.

OCTAVA figura in hoc à iam præcedente uariat, quod ex dextri cordis uentriculi sede, inibi P insignita, sectionem duxerim in uenæ arterialis usque amplitudinem, ac eius uenæ orificium distenderim, ut membranæ ipsius aptè in conspectum uenirent.

A Venæ cauæ portio iugulum petens.
B Arteriæ magnæ caudex.
C,D Venæ arterialis orificium. uerùm singuli characteres indicant singula foramina ramorum, in quos arterialis uenæ caudex primum discinditur.
E,F,G Tres membranæ arterialis uenæ orificio præfectæ.
H,H Cordis uentriculorum notatur septum, seu sinistrum latus dextri cordis uentriculi: atq; ita hic dextri uentriculi cordis uniuersa amplitudo in conspectu est.
I Vna membranarum uenæ cauæ orificio adnatarum.
K Dextra hic pendet cordis auricula adhuc inuersa, atque cum cordis substantia cui proxima est reflexa.

## NONA SEXTI LIBRI FIGVRA.



NONAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARA-
cterum Index.

HAC figura idem cor, quod duabus iam præcedentibus, ostenditur. uerùm hic una sectio ex arteriæ uenalis orificio ad cordis usq; mucronem ducitur, ipsumq; uenalis arteriæ orificium unà cum sinistro cordis uentriculo distenditur, apparentibus simul membranis illi orificio præfectis, & inuersa cordis sinistra auricula, ut & hæc internam ipsius superficiem ostenderet.

A Magnæ arteriæ caudex.
B Venæ arterialis portio.
C,C Venalis arteriæ orificium.
D,D Protuberans in uenalis arteriæ orificio circulus.
E,F, Duæ uenalis arteriæ orificio præfectæ membranæ.
G,G Fibræ ab humiliori dictarum membranarum sede deorsum ad sinistri cordis uentriculi latera protensæ.
H,H Carnea cordis substantia, eas quas modo G & G insigniui fibras amplectens.
I Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.
K Septum cordis uentriculorum.
L Hàc sinistri uentriculi amplitudo ad magnæ arteriæ orificium conscendit, cuius membranas modò explicaturi sumus.
M,M Substantiæ cordis, quà sinistrum ipsius uentriculum constituit, crassities.

DE-



## DECIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



DECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARA-
cterum Index.

HIC ex sinistri cordis uentriculi dextra elatioriq; sede sectionem ad arteriæ magnæ amplitudinẽ usq; duximus, ut distẽto eius orificio tres membranæ ipsi præfectæ, in propatulo essent.

A Arteriæ magnæ orificium.
B, C, D Tres membranæ arteriæ magnæ orificio præfectæ. uerùm harum trium (uti inter dissecandum crebro fit) una per medium dissecta est, & utrinq; una ipsius pars conspicitur. Estq; quam B insigniuimus.
E,F Principia sunt duarum coronalium arteriarum.
G Coronalis uenæ & coronalis arteriæ hic apparet portio.
H Arteriæ uenalis orificium.
I,K Duæ membranæ arterialis uenæ orificio appositæ.
L Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.
M Fibræ ab humiliori dictarum membranarum sede, ad sinistri cordis uentriculi latera pertinentes.
N Carnea cordis substantia dictas nuper fibras adaugens, amplectensq;.
O Portio uenæ arteriosæ.
P,Q Cordis substantiæ crassities, ubi sinistrum cordis efformat uentriculum, indicatur.
R Cordis uentriculorum septum.
S,S Hic ad arteriæ magnæ radicem dura & ueluti cartilaginosa cordis conspicitur substantia, quæ dissectionis professoribus ossis nomine habetur.

## VNDECIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



VNDECIMAE FIGVRAE EIVSDEMQVE CHA-
racterum Index.

HAEC figura cor per transuersum dissectum ostendit, ut cordis substantiæ secundùm ipsius uentriculos crassities in conspectum ueniret.

*A* Cauæ uenæ pars. *B* Dextra cordis auricula.
*C* Arteriæ magnæ caudex.
*D* Vena arterialis.
*E* Sinistra cordis auris, cui portio appendet uenalis arteriæ. Atque hi characteres cordis basim insinuant. *F,F* Cordis mucro.
*G,G* Dexter cordis uentriculus.
*H,H* Sinister cordis uentriculus.
*I,I* Septum cordis uentriculorum.

## DVODECIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.



### DVODECIMAE FIGVRAE, EIVSDEM QVE CHARACterum Index.

*PRAESENTI figura anterior pulmonis sedes, à qua cor præfectũ est, delineatur. quæ inferiori, terramq; spectanti bubuli pedis sedi non admodum imagine absimilis uisitur.*

*A,A* Stomachi quo cibus in uentriculum fertur pars. *B* Aspera arteria.
*C* Vena arterialis. *D* Venalis arteria.
*E,F, G,H* Quatuor pulmonis fibræ, seu lobi. Verum *G & H* priuatim pulmonis sedem indicant, septi transuersi gibbo thoracis amplitudinem spectanti congruentem.
*I* Septum transuersum.

## DECIMATERTIA SEXTI LIBRI FIGVRA.



DECI



### DECIMAE TERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

*HAEC figura pulmonis ex thorace euulsi posteriorem notat sedem.*
*A,* Asperæ arteriæ portio, posteriori ex sede hic conspicua.
*B, C, D, E* Quatuor pulmonis fibræ seu lobi, bubuli pedis superiorem regionẽ forma exprimentes.

### SEXTI LIBRI FIGVRARVM *Indicum finis.*

## QVAS PARTES NATVRA AEREAE substantiæ reficiendæ fabrefecerit, ac quæ priuatim uitali spiritui subministrẽt. Caput I.



QVAM affabrè cibi potionisq; organa corporis nostri architectus extruxerit, quemq; ipsorum usus & actionis gratia numerum, situm, formam, connexum, substantiã, uasorum neruorumq; insertionem singulis largitus sit, superior liber non perfunctorie explicuit. Quocirca præsens instrumenta, aëream quæ continuò defluit substantiam restituentia, ac calorem innatum recreantia, opportunè complectetur. Quòd autem omnes respirationi pulsuiq; famulãtes particulæ in horum classem collo candæ ueniant, cuiuis perspicuum esse arbitror. neque minus quenquam respirationis & pulsus usum (quoad nobis animæ substantiam ignorantibus hunc nosse datur) latêre existimo: ac proinde etiam nunc in illorum usu explicando haud longius hærendum est. Quanquam in secundo libro, quum respirationi subseruientes enarrarem musculos, & in tertio, ubi arteriarum usus recensebam, de respirationis & pulsus natura usuq; nonnulla pertractauerim. Absolutam enim horum tractationem neque illic neque hîc subiungendam duxi, quòd hanc priuatos eosdemq; complurimos libros exigere, Galenus omnium bonorum autor nos abundè docuerit, quod q; in præsenti potius partium corporis descriptionem, quàm contentiosè, ignorata adhuc animæ essentia, pulsus & respirationis usum perscribere sit animus. Quando inspiramus itaque, omnibus corporis partibus secundùm naturam sese habentibus, neq; caloris ingeniti (quem Galenus animam, aut primarium saltem ipsius instrumentum esse alibi attestatur) qualitate quauis occasione aucta, tunc aërem per nares attrahimus: cuius portio ad cerebrum, quum per [a] octaui capitis ossis foramina, quibus olfactus [b] organa incumbunt, tum etiam atque id magis per [c] meatus pituitam ex cerebro ad fauces deducentes assumitur, spiritum animalem nonnihil enutritura. Verùm per nares attracti aëris copiosior portio, ex amplis narium [d] foraminibus in fauces secundùm posteriorem [e] gargarij sedem ducitur, nonnihil ab illo temperata. Hinc in [f] laryngem, & dein per totam asperam arteriam in frequentes ipsius per pulmonis substantiam propagatas soboles fertur. Postquam uerò aër ab hac substantia emutatus, ac cordi quodammodo præparatus est, ab [g] arteriæ uenosæ furculis similiter pulmonis substantiæ intextis, ex asperæ arteriæ ramis elicitur, atque in [h] sinistrum cordis uẽtriculum per arteriã uenalem delatus, tenui feruidoq; admodum quem cor inibi continet, sanguini cõmiscetur. Huius aëris qualitate contenti in hoc uentriculo caloris qualitas euentilatur, substantia autem caloris (quæ aëre & spirituosi sanguinis exhalatione constat) illius aëris substantia enutritur. Quod uerò uelut fuliginosum ex hac cordis propria peculiariq; functione congeritur, rursus per arteriam uenalem in pulmonẽ ablegatur, atq; ab asperæ arteriæ propagínibus exceptum, unà cum reliquo aere, quem ex illis propagínibus arteriæ uenalis germina tanquam cordi ineptum non attraxerant, denuò per asperã arteriã & laryngẽ fauces q; & nares educitur. Huiusmodi sanè in naturali respiratione aeris ductus perficitur: in non naturali uerò aer potissimùm per os attrahitur, efferturq;. Vocamus autem non naturalem respirationem, qua alterius quàm temperatæ caloris innati qualitatis nomine utimur, ut quum ea qualitas aliqua ex causa in eum modum increuit, ut per nares adductus aer homini non sufficiat: aut quoties exufflationem, uocem, eius que generis reliqua, ad quę secundariò respiratio famulatur, tentamus. Ab aeris substantia in sinistro cordis uentriculo sanguini ibidem contento permixta, uitalis spiritus conficitur, qui ex hoc uentriculo in [i] magnam arteriam unà cum sanguine impetu ruẽte ac feruido diffusus, per uniuersum corpus secundùm

*Sexti libri argumentum.*

*Quî aër inspiratione digeratur, cordisq; & ipsi subministrantium partium functionis enumeratio. Lib. 2. de Arte curat. ad Glauconem.*

a 8 fig. ca. 6 li. 1 A, B.
b 12 fi. li. 7 C, D. & 13 fi. L, L.
c 3 fig. cap. 12 li. 1 characteres ad latera M positi.
d 2 fi. ca. 12 li. 1 n, o.
e 6 muscul. tab. E.
f in figurã asperã arteriam exprimentem ca. 38 lib. 1, & hic 6 fi. Y.
g 2 fi. ca. 15 lib. 3. et hic 6 fig. G, & 12 fig. D.
h Apertus est in 9 fig.
i 10 fi. A. 6 fi O. et tota fig. cap. 12 lib. 3.

arterię seriẽ digeritur, & calorẽ singulis mẽbris priuatim innatũ reficit temperatq́, quod ipsius diffusum est instaurans, haud secus sanè atq́ membrorum substantia à sanguine per uenas adducto restituitur. Et quemadmodum respiratio & sanguinis ex [k] dextro cordis uentriculo in sinistrum assumptus, cordi ad uitalis spiritus caloris q́ natiui repositionem faciunt: sic pari ratione materia à sinistro cordis uentriculo per arterias reliquo deducta, corpori aliarũ partium spiritum & natiuum calorem recreat. Atque huius etiam occasionis gratia idem pulsus & respirationis usus censetur. quod enim inspiratio materiei in sinistro cordis uentriculo repositæ præstat, id reliquis partibus in pulsu arteriarum dilatatio largitur: expiratio autem arteriarum contractioni correspõdet. At quibus organis, incredibili diuinaq́ artificis ui fabricatis, hæc omnia perficiantur, quaq́ ratione hæc admiranda Naturæ opera compleantur, iam ordine enitar persequi: ea interim non repetiturus quæ in primo libro de thoracis ossibus, & asperæ arteriæ cartilaginibus, ac in secundo de eorundem musculis, & in tertio de arteriarũ constructione persecutus sum. Quapropter ut in libro hunc præcedente à peritonæo sermonis cibiac potus organorũ initium opportunè instituimus, ita quoq́ & hîc à tunica costas succingente nõ immeritò instrumenta aereæ substantiæ nutriendæ dedicata auspicabimur.

*Respirationis & pulsus idem usus.*

k Pate in 7 fi. & 8.

## DE TVNICA COSTAS SVCCINgente. Caput II.

*QVANDOQVIDEM costas succingens tunica aliud nihil quàm membrana est, neque ita integrè à costis, ac peritonæum ab ipsi commissis musculis, liberari potest, eius delineationem aliunde sumere non licet, quàm ex figuris internam thoracis amplitudinem superficiemq́ exprimentibus, cuiusmodi imprimis censeri potest octaua musculorũ tabula: ac ex ossium figuris thoracis ossa simul proponẽtibus, ut duæ priores Capitis decimononi libri primi, & tres ultimæ eiusdem libri figuræ.*

*Nomen & situs tunicæ costas succingentis.*



TVNICAE membranæue costas succingentis, ac περιζωκὸς Græcis, uulgò autem pleura dictæ situm, nomen ipsius indicat: hæc nanque omnibus costis (præterquam duodecimæ à [a] septi transuersi implantatione occupatæ) præterea & toti pectoris ossi subtensa, thoracis uerò uertebrarum corporibus, & superiori septi parti thoracis amplitudinem respicienti obducta, figuram & magnitudinem totius thoracis cauitati correspondentem adipiscitur. Pertinet quidem parte ipsius posteriori à prima thoracis uertebra deorsum ad undecimam, è cuius regione septi pars arteriam [b] magnam transmittens consistit. Anteriori autem ipsius parte à iugulo ad humillimam pectoris ossis partem, cui septum innascitur, descendit. In lateribus uerò à prima costa ad superiorem septi superficiem, quam thoracis cauitatem respicere diximus, fertur, hanc uniuersam, ut & reliquam thoracis amplitudinem sublinens. Præsens itaq́ tunica, perinde atque thoracis cauitas, figura admodum uariat. Superiori enim parte, ut & thorax, angusta est, ac uelut in acutum desinit. inferiori uerò parte latior quàm superiori existit. at in lateribus thoracis quoq́ modo latior, quàm inferiori sede uisitur. Deinde anteriori parte breuior est, posteriori autem multo longior pro obliqui situs septi ratione existit. nam à pectoris ossis mucrone ad undecimam thoracis uertebram pertingit. Rursus anteriori parte, ut & in lateribus exteriùs, quemadmodũ & thorax ipse, gibba uisitur: at posteriori secundum uniuersam longitudinem, uelut ad amplitudinem ipsius internam impressionem peritonæi quoque ritu exigit, atque id ratione uertebrarum & radicum costarum. Vertebrarum enim corpora in thoracis prominent cauitatem, ut & costarum radices, quæ à uertebrarum corporibus retrorsum tantisper reflectuntur, donec denuò uersus anteriora deorsum procedentes obliquentur. Interiùs omni ex parte leuis, & ueluti aqueo humore perfusa est, pręterquam ubi processus quosdam membraneos exporrigit, ex quibus aut alias educit membranas, aut corpus aliquod sibi colligat. Fit autẽ id præcipuè secundùm uniuersam posterioris suæ partis longitudinem, ad uertebrarum nimirum progressum, ubi [c] intersepientes thoracẽ membranas educit, & [d] asperam arteriam, [e] stomachum, [f] magnam arteriam, & [g] sine coniuge uenam firmat, & sibi ipsi hæc uinculis connectit, illisq́ tunicas exporrigit. Pariter se habet secundùm ossis pectoris & septi quoque à pectore ad dorsum longitudinem, ubi interseptentes thoracem membranæ illi continuantur. Nonnunquam, sed admodum rarò, non secus ac peritonæo internæ huius tunicæ sedi adeps durior adnascitur, id quę præcipuè, ubi uertebris propinquior

*Magnitudo.*

*Figura.*

*Tunicæ superficies quales, quisq́ earũ ad alias partes nexus.*

a 7 muscul. tab. a.

b 7 muscul. tab. q.

c 1 fi. H, K, L, O. 2 fig. G, G, H et I, I, K.

d 1 fi. ca. 38 lib. 1 c 14, 15 fig. li. 5 A, B, C.

e fig. cap. 12 lib. 3 i.

f fig. cap. 6 lib. 3 F, F.



pinquior est, quáque ipsius insigniores uenæ porriguntur. Præterea modo in uno, modo in altero latere membraneas fibras pulmoni applantat, quibus illum sibi admodum pertinaciter adnectit. Hoc enim non semel obseruauimus, idq́ potissimum in læuo latere, nõ quidem ad costas duntaxat, uerum & ad septi [g] partem pulmoni uicinam. In canibus uerò, suibus, simijs id rarius, aut nunquam reperimus. Quinetiam in hominibus priuatim qua hæc membrana thoracis amplitudinem succingens septo obnascitur, cordis inuolucrum [h] magnã amplitudine ipsi coalescit continuaturq́: haud secus, quàm si id hinc initium duceret. Porrò hæc membrana superficie externa, quòd undiq́ adiacentibus partibus adnascatur aspera, inæqualisq́, inuicem connexarum membranarum modo uisitur, uix aliqua tamen pinguedine inibi obducta. Insuper, ut neque peritonæum, præsens membrana non adeò pertinaciter omnibus partibus connata hæret. ualidius nanque costarum ossibus ac cartilaginibus tunicæ peculiariter unamquanq́ costã inuestiẽtis, cuiusq́ mox meminero, interuentu adnascitur, quàm internæ intercostalium musculorum sedi. Sic quoque septi carnosæ parti longè remissius quàm neruosæ committitur. Quòd autẽ similia cum septo foramina peritonæi modo hîc adipiscitur, perspicuum cuiuis esse arbitror. quà septo nanq́ obducitur, [i] ternis foraminibus est peruium. uno quidem uenæ cauæ caudici parato, secundo autem stomacho, tertio uerò magnæ arteriæ & uenæ parí carentis fini. In iugulo amplo continuoq́ foramine non pertunditur, uerum quæ eam inibi perreptant uasa pluribus foraminibus cõplectitur, ipsiq́ adnascitur, & tunicã aliam à propria illarum ipsis offert. transmittit uerò hîc uenæ cauæ & arteriæ magnæ [k] ramos, ad hæc [l] stomachum, [m] asperam arteriam, sexti paris neruorum cerebri [n] neruos, & septi transuersi etiam [o] neruos. Postremò secundùm posterioris ipsius sedis longitudinem utrinque ordinata serie perforatur, [p] uenis ac [q] arterijs costarum interualla petentibus uiam præbens. Substantia deinceps constat membranea, dura scilicet & tenui, alba, æquali, & robore nõnihil peritonæum superante: uerùm similiter ipsi quoq́ peritonæo huius substantia ad dorsum durior quàm iuxta pectus sentitur. Ipsius nanque origo à uertebrarum ligamentis illarum corpora cõnectentibus potissimùm pendet. Porrò uenis ac arterijs & neruis quoque abundat. ac primùm quidem in posteriori parte ipsi uena coniugis expers adnascitur: deinde & magna arteria. in lateribus uerò subtensas exigit longas, neque eas ualde graciles uenas & arterias, quæ singulis costis exporriguntur. Priori autem parti [r] uasa ipsi incumbunt, sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora prorepentia, & ramos in costarum cartilaginum interualla digerentia. Neruos quoq́ adipiscitur quamplurimos: quippe in iugulo transmittit maximas sexti paris neruorum cerebri portiones, quæ in pulmonem, uentriculum, & iecur distribuuntur, [s] neruosq́ recurrentes germinant. Deinde etiam ibidem iter, uti diximus, præbet septi [t] neruis, à quibus innumeras sobole s tunica hæc mutuatur, quà septum succingit. Atque hos quidem neruos intus complectitur, exteriùs autem [u] magnos, eosdemq́ una serie ad singula costarum interualla deductos obtinet, qui huic tunicæ unà cum uenis arterijsq́ attenduntur. Præterea in posteriori sede utrinq́ ipsi subtendũtur, sexti paris neruorum [x] propagines costarum radicibus distributæ, ac tandem in nutritionis organa (uti diximus antea) diffusæ. Cæterùm præter hanc costas succingentem tunicam singulis costis [y] alia peculiaris obtigit, quam Græcos alteram succingentem costas membranã uocasse reor. Tale enim quid in libro de Cõstitutione artis medicæ Galenus, morbi lateralis species subdiuidens, indicare uidetur. Est autem altera hæc succingens costas tunica inuolucrum, quod omnibus propemodum ossibus commune censetur, ea nimirum membrana, quam quòd os ambit, περιόστεον Græci nuncuparunt. Quemadmodum enim ossa huiusmodi membranula obcingit, ita quoque & singulæ costæ orbiculatim ipsas ambientem membranam exigunt, peculiare nihil ab eiusmodi cæterorũ ossium membranis sibi uendicantem, quas ossium diximus esse inuolucra, & uelut amicitiæ uinculum quo aptè durũ os molli carni committatur. At thoracis cauitatem succingens membrana, quia amicum pulmonis ad costas contactum molitur, totius thoracis cauitatem uelut una superficie non asperam reddit. Deinde omnibus quæ thorax cõtinet inuolucrum quoddam euasit, unde etiam ab usu tunica (uti à substantia, membrana) dissectionis procerebus uocitatur. Ad hæc ipsa quoq́, ut & [z] peritonæum ijs omnibus quæ amplectitur organis tunicas exporrigit, eademq́ firmata colligat. Quòd autem thorace distendatur, arcteturq́, neminem ambigere arbitror. thoraci enim undique adnata, tali constat substantia, qualis & inuolucri loco habetur, ac simul leuis & quaxq́ est. His accedit, quòd præsens tunica septo transuerso tenui & robusto interim opportunè facto, non inefficax robur adiungat, & in ipso, ut & in [a] intercostalibus musculis, membranæ musculorũ uentrem ambientis uicem abundè gerat: quanquam & propriam membranam intercostales musculi aliorum musculorum modo obscurè sortiri uidentur. Venæ autem & arteriæ & ner-

*Singulis costis peculiaris tunica.*

*Tunicæ costarum foramina.*

*Substantia tunicæ costas succingentis.*

*Principium.*

*Tunicæ costarum usus, & ipsius cõstructionis ratio.*

g 1 figura I ad V.

h 3 fig. d G ad F.

i 7 musc. ta. primũ s. secundũ r, tertium q.

k Pete hos ex ult. figu. lib. 3.

l 7 muscul. tab. E.

m 7 tab. F.

n 6 fig. a, d.

o 3 fi. I, I.

p fi. ca. 6. li. 3 G, G.

q fi. cap. 12 lib. 3 h, k.

r 2 fig. B, C, D, E.

s fig. capiti 9 lib. 4 inferiæ O. Q. & S.

t 2 fig. P.

u Spect. antur 2 fig. ca. 11 lib. 4 secundum costarum ductum.

x 2 fig. ca. 2 li. 4 altera h insignitur.

y Hanc primùm nulli bi delineauimus, quum membrana sit ossi obducta, ex offiumq́ circumscriptione petẽda sit.

z 1 fi. li. 3. et 2 figu. lib. 5 A, B, C, D.

a 8 muscisl. tab. E, E.

ui quibus tunica committitur, etiam si ad ipsius nutritionem & sensum usui sint, non tamen huius gratia præcipuè, sed uicinarum partium, illi adeò frequentes attenduntur. Vnde etiam ipsi & crebrior cum magna tensione & punctili cruciatu, ut & in cerebri membranis, inflammatio oboritur.

## DE MEMBRANIS CAVITATEM THORACIS INTERSEPIENTIBVS. Caput III.

*MEMBRANAS thoracis amplitudinem interdiuidentes non aliter oculis subijcere potuimus, quàm id prima & secunda figura præstare conati sumus, uti ex illarum figurarum indicibus petere licet.*

*Interseptiendium membranarum nomenclatura.*

MEMBRANA superiori Capite explicata, uniuersam thoracis cauitatem succingit, sublinitq́. at membranæ quas Græci διαφραγματας, nos autem interseptientes thoracem, aut uulgò mediastinũ nuncupamus, eandem cauitatem interdiuidunt, in duas præcipuas amplitudines eam distinguentes, unde & nomen suum meritò obtinent. Habentur autem in thoracis medio utrinque [a] singulæ secundùm ipsius longitudinem procedentes. *Numerus.* *Situs.* *Forma. Magnitudo.* à iugulo enim ad totam septi longitudinem pertingunt, & à tota pectoris ossis longitudine ad thoracis usque uertebrarum corpora exporriguntur. Atque his etiam terminis membranarum amplitudo circumscribitur, quæ triangulum quodammodo exinæqualibus & obliquis costis lateribus ue cõformatum refert. una enim costa, quæ & breuior est, à iugulo secundùm pectoris ossis longitudinem ad eius mucronem, & septi hîc connexum fertur: secunda uerò hac longior, à iugulo secundùm dorsi ductum ad undecimam usque thoracis uertebram procedit: tertia longitudine inter illas media, ab osse pectoris secundùm septi longitudinem decliuis ad dorsum descendens, duas priores costas cõmittit. Præsentes membranæ in mutua distantia & coitu plurimum uariant. secundùm dorsi enim longitudinem, quà uertebris committuntur, inuicem cõtiguæ sunt, & quàm minimam inter se cauitatem fibris membraneis oppletam efformant. Quà uerò pectoris ossi cõmittuntur, in homine quidem inuicem neutiquam contiguæ sunt, imò pro [b] ossis pectoris latitudine mutuò [c] distant. Superiori enim parte, ubi id amplissimum est, ac clauiculas primamq́ utriusque lateris costam sustinet, membranæ etiam inuicem admodum abscedunt: cauitatem nihilominus uniuersam, quam inter se continent, fibrosis membraneisq́ nexibus adimplentes. Vbi uerò pectoris ossi secundæ costæ cartilago coarticulatur, quemadmodum pectoris os hic arctius euasit, ita quoque dextra membrana minus inibi à sinistra remouetur. Hæc membranarũ disiunctio sensim secundùm ossis pectoris longitudinem descendens, ut os ipsum latius efficitur, sic quoque & illa capacior reddita magis diducitur, ita sanè, ut tanta in homine hîc membranarum cõsurgat distãtia, quanta undique pectoris ossis cernitur amplitudo. Cæterùm quà membranæ septo transuerso [d] committuntur, omnium maximè inuicem abscedunt, atque hic tantam efformant amplitudinem, quanta septi transuersi membranei circuli est [e] latitudo. Cauitas, quam ibidem membranæ efficiunt rarioribus membraneis fibris obsita, admodum ampla dissecãtibus occurrit, atque huius amplitudinis basis ad amussim correspondet figuræ membranei circuli ipsius septi, quæ latior est qua pectus quàm quà dorsum respicit, latissima uerò in medio existit. *Quid inter membranas interseptientes reponatur.* Præsens cauitas in hominibus nihil prorsus præter cordis [f] inuolucrum, ipsumq́ cor & uenam cauam septum penetrantem cõplectitur. In canibus uerò & reliquis animalibus longius pectoris os, longioremq́ thoracem possidentibus, amplitudo hæc multo capacior uisitur, nullis membraneis fibris obducta. Dein eius amplitudinis basis à cordis inuolucri mucrone multum, secus quàm in hominibus, ut mox subijciam, distat. Ad hæc, præter uenam cauam illa quoque amplitudo in dictis animalibus pulmonis lobum continet, qui substernaculi & manus cuiusdam instar cauam uenam hàc progredientem suffulcit. hoc enim homines quum breuiori ductu ipsis uena, quàm illis animalibus ducatur, destituti sunt: quanquam Galenus ex simijs cõiecturam faciens, hunc lobum etiam hominibus tribuerit, ut post eum reliqui dissectionis scriptores ad unum omnes. qui nulla rei habita consideratione, neq́ quicquam minus quàm Anatomen aggressi, nil nobis aliud præstitere, quàm quòd perperàm pleraq́ ex Galeno descripserunt: neq́ solum cum illo ueritati pepercerunt, uerùm aptè à Galeno edocta admodum misere deprauantes, ac nescio in quæ compendia fœdissimè consarcinantes, ut Galeni ueterumq́ omnes de re Anatomica libri propemodum interciderint, occasio fuerũt. Cæterùm hæc membranarum, quà dorso, pectori & septo connascuntur, distantiæ est descriptio. Præter quam & alia uisitur, eas quas dixi sedes nequa-

[a] 2 fig. dextra G, G, H. sinistra I, I et K insignitur.

[b] 6, 7 fi. ca. 19 lib. 1.

[c] 2 fig. G, G distant ab h, l.

[d] 1 fi. K. e ab n ad l 7 muscul. tab.

[f] 3 fig. C, D, E, F, G. de in quæ habetur in B, B 4 figu.



nequaquam contingẽs, & ad cordis effigiem formata. Præsentes enim membranæ in ipsarum medio cordis inuolucrum, uti diximus, complectuntur, & pro eius amplitudine formaq́ dextra membrana à sinistra abscedit, & utraque inuolucrum id adnatum exigit. Adeò ut inter has membranas cordis inuolucrum, ob idq́ & ipsum cor unà cum suis uasis contineatur, deinde et cauæ uenæ caudex, & innumeræ membraneæ fibræ membranas has inuicem quibus dixi sedibus colligantes. His in medio nulla, nisi id perquàm rarò, adnascitur pinguedo: exteriùs uerò quà quaq́ suam thoracis respicit amplitudinem, multa sæpe, ac præcipuè in hominibus, adipe abundant, adeò ut [g] omento quibusdam partibus similes, & pinguiores sepiùs uideantur. Præter pinguedinem ipsis adnascitur [h] glandosum corpus, uasorũ distributionibus in iugulo præfectum. [i] Venis ac arterijs abundant, sed tenuibus, ac illis quæ per omenti membranas digeruntur perquàm similibus. Venæ quidem non à caua, [k] ubi septum permeat (quanquam ita Galenus censuit) originem ducunt, sed potissimùm ab [l] illis quæ deorsum à iugulo pectoris ossi exporriguntur. Illæ enim uenæ ac arteriq́ secundùm harum membranarum ad pectus ductum descendentes, in progressu surculos dispergunt ex anterioribus in posteriora pertinentes. Deinde aliquot soboles his membranis à [m] uena coniugis experte offeruntur. At præter has plerunq́, & potissimũ in hominibus, [n] alia notatu dignæ crassitudinis à iugulo secundùm utriusq́ membranæ longitudinẽ deorsum ad septũ usq́ deducitur, septi neruo cõcomitata. Septi enim transuersi nerui in externa membranarum sede ipsis adnati deorsum protenduntur, æquali ferè interuallo à pectore & dorso in progressu distantes. Atq́ hi solùm nerui cum uasis & adipe [o] exterinæ membranarum regioni, quæ pulmonem respicit, adnascuntur, & læuis quodammodo, & aqueo quasi humore oblita uisitur: interdum etiam aliqua ex parte pulmonem adnatum possidens. [p] Interna uerò membranarũ sedes tum propter fibras membraneas, quibus inuicem membranæ committuntur, tum eas quibus ualidissimè citra adipis interuentum cordis inuolucro adnascuntur, utraq́ asperæ sunt. At si quæ iuxta septum huius cauitatis regio fibris non obsidetur, ea quoq́ læuis similiter & aqueo humore madens uisitur. Membranæ hæ tunica costas succingente tenuiores aliquantulo sunt, ab hac ex omnibus illæ sedibus ubi ipsi membranę committuntur ortum ducẽtes. Sunt autem illæ sedes, uti diximus, pectoris os, septum transuersum & thoracis uertebræ, unde potissimùm illæ membranæ enascuntur. Quæ primario usu in hoc creantur, ut cordis inuolucrum, ac proinde ipsum quoq́ cor, ne deorsum ac retrorsum concidat, in sua sede continerẽt. id enim & si ab alijs minimè animaduersum fuerit, uiuorum & mortuorum sectio luculentissimè (si animũ modò adhibueris) ostendet, quacunq́ ratione has membranas aggressus fueris. Deinde ad uasorum securiorem ductum auxiliantur, & postremò ex uniuersa thoracis amplitudine duas efficiunt cauitates, qui usus haudquaquam minimus censeri debet: quandoquidem huius beneficio altera thoracis cauitate pertusa, & pulmone hac sede propter aërem per foramen ingredientem à motu cessante, altera cauitas adhuc illæsa animali fa mulatur, quemadmodum in uulneribus & uiuis sectionibus frequenter condiscimus. Num autem ab his membranis, an uerò à tunica costas succingẽte organa in thoracis cauitate reposita, tunicas inuolucraq́ mutuentur, hîc contentioſè haudquaquam disceptandum duxerim, quum planè idem usus, quod ad eiusmodi tunicas uasorumq́ connexus spectat, harum membranarũ & tunicæ costas succingentis censendus ueniat. Præterea neutiquam inuestigandum est, num una tantum in uniuerso thorace costas succingens sit membrana, quemadmodum eam descripsimus: num uerò duæ, ut una quidẽ dextra esset, ea scilicet quæ dextrã thoracis cauitatẽ succingit, unà cum dextra interseptiente membrana: alia autem sinistra, quæ ibidem thoracis amplitudini obducitur, & eius sedis interdiuidentem membranam efformat. quod prorsus non esset absurdum, esseтq́ peculiaris differentia, qua succingens costas tunica à peritonæo distingueretur, quum id unicum reuera sit, illa autem tunc duplex censeretur.

*Quæ interseptientiũ membranarũ substantiam subeant.*

*Pinguedo.*

*Glandosum corpus.*

*Venæ, arteriæ.*

*Tum alibi sepius, tum falsa in Aristotelem argumẽta confingens in 6 de Placitis Hippocr. & Platonis.*

*Interseptientium memb. superficies & connexus.*

*Ortus interseptiẽtiũ memb.*

*Interseptientium membranarum usus.*

[g] 1 fig. lib. 5 Q, Q, Q, et tot. 4 fi. eiusdem lib.

[h] 2 fig. F.

[i] 1 fig. O, O & Q.

[k] iuxta B fi. cap. 6 lib. 3. aut hic 5 figuræ D, I 5 fi. M, N.

[l] 2 figu. B, C, D, E.

[m] fi. ca. 6 li. 3 F, F.

[n] fi. Q. attẽsum P, P.

[o] 2 fig. H, K.

[p] 2 fi. L, L.

## DE ASPERA ARTERIA. Caput IIII.

*AD asperæ arteriæ harmoniam spectandam imprimis conducunt figuræ trigesimi octaui Capitis libri primi, dein eæ quæ uigesimo primo Capiti libri secundi præponuntur: ac proinde illas, earundemq́ Indices intueri erit operæprecium.*

IN

IN tertio libro, ubi arteriarum complectebar ſeriem, hæc cuius conſtructionem modò perſequi ſtatutum eſt, ſimpliciter quòd aërem contineat, arteria ueteribus Græcis primùm appellata dicebatur: at temporis ſucceſſu, quum & uaſa[a] uitalem ſpiritũ ſanguinemq; impetu ruentẽ deducentia, & in uenarum numero non amplius habita, arteriæ etiam nomine donarentur, hæ quidem læues arteriæ, illa uerò aſpera, ab inæquali qua cõſtat ſubſtantia, nuncupabantur: eoq; nomine ad hunc uſque diem aſpera arteria eſt obuia, non minus ſanè quàm ſitus quoque ipſius, & numerus citra longam enarrationem conſpicui ſunt. Vnica enim non hominibus modò, uerùm & animalibus quæ pulmonem nanciſcuntur omnibus obtigit, quæ longo ductu, inſtar caudicis cuiuſdam, ex faucibus deorſum protenſa, frequenti ſobole in pulmonis ſubſtantiam digeritur. In faucibus enim (quæ Græcis φάρυγγος nuncupantur)[b] duobus narium foraminibus in oris amplitudinẽ pertinentibus,[c] alia duo in humiliori faucium ſede correſpondent, quæ quidem nõ ſecundùm latus, ut illa, mutuò contermina, ſed unum altero prius cernuntur. At horum quidem poſterius ſtomachi cibum potumq; ex ore in uentriculum deducentis initium exiſtit. Anterius uerò aſperæ arteriæ principium eſt, quæ hinc deorſum rectà nuſquam in latus declinans, ſecundùm ceruicis longitudinẽ ad quartam uſque thoracis uertebram ducitur, tota poſteriori ſede * ſubſtratum habens[d] ſtomachum, uertebrarum corporibus, primoq; dorſum mouentium muſculorum pari abſq; alterius organi interuentu innitentem. unde & aſpera arteria à uertebris tantum remouetur, quãta[d] ſtomachi eſt craſſities. Anteriori autem aſperæ arteriæ ſedi non eadem toto ductu prætenduntur. in elatiſſima nanque ſede, ubi oris amplitudini committitur,[e] os ab υ figura ὑοειδὲς nuncupatum, ipſi cum illius oſſis quoque[f] muſculis & cute prælocatur. Hinc uerò ad iugulum ac pectoris oſſis elatiorem ſedem uſque, præter cutem & illi[f] ſubditum ex carnoſa membrana muſculum, arteriæ aſperæ obtenditur,[g] bifidus muſculus, qui à pectoris oſſe enatus, oſſis υ referentis anteriori parti inſeritur, & deinde[h] alij duo à pectoris quoque oſſe in ſcutiformis cartilaginis humiliorem antiquamq; partem pertingentes, proximæ arteriæ hîc incumbunt. Vbi uerò thoracem hæc ingreditur, principia quoq;[i] muſculorum ex clauiculis & pectoris oſſe ad[k] mamillares in capite proceſſus deductorum, tanquam propugnacula ipſi quoq; præfiguntur. In iugulo[l] glandium inibi uaſorum diuaricationi ſubſeruiens, & uaſa ipſa pręter pectoris os illam obtegunt. Quod tamen ipſius corpori proximum eſt, in iugulo quidem eſt glandium, & paulo demiſſius in thoracis amplitudine[m] ramus arteriæ magnæ in[n] ſoporales arterias diſtributus, quæ unà cum ſexti paris cerebri[o] neruis, &[p] internis iugularibus aſperæ arteriæ lateribus uicinè attenduntur. dein ad laryngis radicem utrinq;[q] glandulosum, ſed rubicans corpus (quod poſtea expreſſiùs deſcribemus) ipſi adnaſcitur. Cæterùm quum primùm ad quartæ thoracis uertebræ corpus arteria aſpera[r] deſcendit, in duos pares bipartita truncos, unum[s] dextris pulmonis lobis, alterum[t] ſiniſtris exporrigit, qui pulmonis ſubſtantia undiq; amplexi, parem cum pulmone ſedem occupant.[u] Imaginem aſperæ arteriæ uix ulli rectiùs quàm arbori aſſimilaueris, cuius caudex in duos primùm ramos diſciſſus ſit, & hi rurſus in innumeras ſoboles diffuſi. Huius nanq; arboris à radicum propaginibus liberatæ ex terra prodiens initium, laryngi reſpondebit: totus autem caudex reliquæ aſperæ arteriæ parti à larynge ad quartam uſq; thoracis uertebram protenſæ conueniet: arboris uerò rami eorundemq; innumera ſoboles arterię in pulmonem diductibus conferentur. Vt enim caudicis initium radices educens, uarium, neq; pari undiq; conſtans forma uiſitur, ſic & larynx aſperæ arteriæ caput undiq; uariã diſſimilemq; figuram exigit. Superiori enim parte prout aut depreſſum aut erectum finxeris laryngis[x] operculum, acuta aut depreſſa obtuſaq; erit. Anterior autem laryngis pars, & latera quoq;, anteriorem[y] ſcutiformis cartilaginis ſuperficiem commonſtrant, quæ ſecundùm ipſius longitudinem in medio extuberat, illinc lateribus obliquè in poſteriora extrorſum procedens. Ad hæc, ut huius cartilaginis ſuperior pars amplior longè inferiori in hominibus (ſecus quàm in bobus) exiſtit, ita etiam laryngis ſuperior ſedes hîc latior inferiori cernitur. imò[z] humillima laryngis ſedes, quæ ſecunda laryngis conſtituitur cartilagine, amplitudinem latitudinem'ue reliqui aſperę arteriæ caudicis ductus adæquat.[a] Poſterior laryngis regio, ac præcipua huius regionis ſedes quodammodo plana eſt, propter primæ cartilaginis quæ ſcuti imaginem refert, ad poſteriora ſuis lateribus progreſſum. aliàs enim hæc regio ſecundæ ac tertiæ laryngis cartilaginum gratia, paulo minus tota teres eſſet, uti ſanè eſt humillima poſterioris regionis ſedes, haud aliter quàm anterioris regionis humilior ſedes, idq; occaſione ſecundæ cartilaginis humiliùs prima procedentis. In poſteriori ſede, prout tertia cartilago in laryngis cauitatem cõtrahitur, aut extrorſum porrigitur, ita quoq; elatiores ipſius apices in interiora exteriora'ue magis prominent, laryngis figu-

*Aſperæ arteriæ numerus.* — *Situs.* — *Ipſi commiſſa corpora.* — *Aſperæ arteriæ forma.*

a Figura 12 cap. lib. 3.
b 2 fi. ca. 12 li. 1 n, o.
c Poſſes illa ferè petere ex 3 fig. ca. 21 lib. 2 ut unum eſſet inter L & l, alterũ uero ſ ſuperius H.
* 7 muſ. ta. E ſubijcitur. R quod pri uſquã præſcinderetur incũbebat ſuper B & C, D.
d 2, 3, 5 fig. cap. 21 libri 2 H.
e 1 fi. ca. 21 lib. 2 A. aut 4 muſ. tab. P cũ R, Q, S, T, V.
f 3 muſcul. tab. r.
g 4 muſcu. tab. S, T.
h 5 muſ. ta. alter P notatur, aut 1 fi. ca. 21 li. 2 G
in g prima figu. aut 4 aut 5.
i 4 tab. e.
k 3, 4, 5 fig. ca. 6 li. 1 k.
l 2 fig. F.
m 6 fi. R ſuper Y.
n fig. cap. 9 li. 4 inſertæ F, F. G, G.
o Eiuſdem fig. N et O.
p fi. ca. 6 li. 3 S. aut ſpecta hic ultimam fi. li. 3.
q 2, 3, 4, 5 fi. ca. 21 lib. 2 M.
r 12 figu. B, aut ſpecta 1 fig. ca. 38 lib. 1.
s 12 fi. E, G.
t 12 fi. F, H.
u Hic ſedulo ſpecta figuras 38 ca. lib. 1 & ca. 21 lib. 2.
x 2, 3, 4 fig. cap. 21 lib. 2 L.
y 4, 5 fi. ca. 21 li. 2 g.
z 4, 5, 10 fi. ca. 21 li. 2 i.
a 2 fi. ca. 38 lib. 1



figuram emutantes. Cæterùm reliquus aſperæ arteriæ caudex (ut & arborum caudices ſolent) ad ramorum uſq; diuaricationem ſibi ſimilis eſt, non tamen abſolutè. Nam quum concidit arteria, neq; aëre diſtenditur, anteriori quidem parte teres eſt, uerùm paulo uidetur latior ac depreſſior, hinc ad latera orbiculatim ita ducta, ut in poſteriora procedens, anguſtior fiat. Poſterior autem ſedes anteriori anguſtior eſt, planaq;, ac uerſus internam ipſius amplitudinem nonnihil orbiculatim impreſſa uiſitur. Quum autẽ arteria diſtenditur, ipſius poſterior pars æquè ac prior, & magis quodammodo lateſcit, atq; in poſteriora tumens orbicularis ut illa efficitur. Eandem formam ſeruant omnes aſperæ arteriæ in pulmonem ſparſæ ſoboles, quæ arborum ramis aſſimilantur, & uniuerſam ſeriem cum pulmonis figura[a] parem efformant, in omnes ipſius partes frequentiſſimis germinibus, uti iam dictum fuit, excurrentes. Externa aſperæ arteriæ ſuperficies præter laryngis, quæ uaria eſt, inæqualis, ſed interim ordinata ſerie procedens uiſitur, ac quum aëre diſtenditur, poſteriori quidem parte lęuis inſtar continuæ cuiuſdam membranæ eſt, à lateribus uerò & anteriori regione inæqualis: mẽbrana, quæ cartilagines mediat, ipſis cartilaginibus magis extuberante. contrà uerò quum laxa cõcidit: nam tunc cartilagines membranea ſubſtantia eminentiores protuberant. Ad hæc, inſtar membranarum quæ alijs connaſcuntur partibus, externa quoque arteriæ ſuperficies aſpera eſt. Poſteriori etenim ſedi fibroſis nexibus, ſed modicis[b] ſtomacho cõmittitur: uerùm ſuperior laryngis regio quũ cõmunem cum ſtomacho tunicã ſortiatur, ualidiſſimè illius tunicæ gratia ipſi cõnaſcitur: quemadmodũ & larynx ſtomacho firmiſſimè[c] muſculorũ opera connectitur, qui ſtomachũ amplectentes, primæ cartilaginis lateribus implantantur. Anterior aſperę arteriæ pars attenſis muſculis & uaſis, ac pręcipue[d] recurrentibus neruis connaſcitur. Quinetiam ubi aſperæ arteriæ rami in pulmonem excurrunt, propter adnatam ipſis pulmonis ſubſtantiã minus læues exiſtunt. Cęterùm interior ſuperficies etiam ſi inæqualis pro cartilaginum extuberantia ſemper ſit, læuis tamen ac uelut unctuoſo humore perfuſa, neq; ullis fibroſis explantationibus aſpera exiſtit. & talis quoq; quod ad læuitatẽ ſpectat,[e] interna laryngis eſt ſuperficies: quamuis interim neq; orbicularis, teres'ue, aut tuberibus minimè ſit libera. In humillima enim parte, utcunque aut arctetur, aut diducatur, orbicularis ad amuſſim patensq; eodem ſemper modo, ob perforatum quem ſecunda cartilago efformat circulum, euadit. in medio uerò quum arctatur, penitus conniuet, non orbicularis quidem arctiq; orificij ritu, uerùm rectæ inſtar lineæ ſeu rimæ ab anterioribus in poſteriora protenſæ. quæ ſi dirimatur aperiaturq;, ab anteriori parte ſenſim in poſteriora tãtiſper latior efficietur, donec laryngis interior ſuperficies tota quodãmodo orbicularis teresq; intus ſpectetur. Quando hęc rima arctatur, & conniuet, ipſaq; inferior laryngis pars, quam ſecunda cartilago extruit, teres orbicularisq; neceſſariò permanet, utrinq; ad rimæ illius latera una conſpicitur fouea, altiùs quodammodo quàm rimæ ſuperficies conſcendens, unde etiam hîc cornuta ſuperficies ſub rima conſurgit. Superficies uerò laryngis ſupra rimam conſiſtens, prout hæc aut recluditur, aut comprimitur, etiam differt, nunquam tamen penitus eſt orbicularis, ſed pro rimæ compreſſu ex poſterioribus in priora magis minusq; arctatur. Inferior laryngis operculi ſuperficies concaua, ſuperior autem conuexa cernitur. Cæterùm uelim hæc uitulina aut bouina larynge (ſi modò humana non ſuppetat) aſſumpta examinari potiùs, quàm obſcura difficiliq; enarratione diſcere. Ita enim quæ hîc propter dictionis obſcuritatem præterimus, abſq; omni negocio ſedula inſpectione non ſine magna admiratione occurrent. Sic quoq; ſingulorum ſubſtantiam & conformationẽ una atq; altera larynge utcunq; etiam rudi fueris manu, diſſecta adinuenies, potiſſimùm quòd laryngis ac reliquę aſperæ arteriæ ſubſtantiã in primo libro & ſecũdo, quantũ illic conueniebat, perſequutus fuerim.[f] In primo enim præter laryngis operculum, trium laryngis cartilaginum ſitum, formam, & quantum ad muſculos in ſecundo libro intelligendos ſat fuit, uniuerſam illorum conſtructionem tradidi.[g] In ſecundo cum cæteris muſculis omnes laryngis muſculos ac ligamenta, prout inibi eorum requirebat tractatio, aggreſſus ſum. Quapropter etiam illorũ, ut & laryngis & totius aſperæ arteriæ, neruorũ & uaſorum deſcriptioni hîc minimè immorandum eſt. Non profectò quòd ſcribendi laborem ſubterfugiam, uerùm ne à moroſiore quopiam eadem inculcare dicar. Quamuis etiam in re non minus pulchra quàm difficili, undecimo de Confectionibus adminiſtrandis Galeni libro, cum alijs quinq;, & libro etiam de Voce, priuati ſimus. Præterea ſeptimi de Partium uſu fragmentum nobis duntaxat aſſeruatum eſt, idq; uniuerſum in eo libro deeſt, unde Galeni enarrationem peteremus. Quæ itaq; ſuperioribus libris neceſſariò recenſuimus, hîc nõ altiùs repetentes, id ſolùm adiungemus, aſperam arteriam membranea cartilagineaq; formatam eſſe ſubſtantia: ac laryngem quidem tribus conſtare cartilaginibus, ea nimirum quam ſcuto Græci aſſimilarunt: ſecunda uerò, quam quòd nomine

*Quales aſperæ arteriæ exterior ſuperficies.* — *Connexus aſperæ arteriæ.* — *Interna aſperæ art. ſuperficies qualis.* — *Aſperæ arteriæ ſubſtantia.* — *Quibus cartilaginibus aſpera arteria cõſtituatur.*

a Confer 1 figurã cap. 38 li. 1 cum 12 & 13 fig. lib. 6.
b 2, 3, 5 fig. ca. 21 lib. 2 H.
c Earũdem fig. I.
d fig. capiti 9 li. 4 inſertæ Q, Q. S, S.
e 11, 12, 13 fi. ca. 21 lib. 2. quarum indices ſpectabis.
f Si uiſum fuerit, ſeriatim ſpecta figuras ca. 38. lib. 1.
g Intuere figuras ca. 21 lib. 2.

mine deſtituatur, quaſi ſine nomine uocauerunt: tertia autem, quæ gemina eſt, quamq́ uaſorum orificijs, quibus aquam manus lauaturis affundimus, reſpondere arbitati ſunt. Deinde laryngis operculum ipſius quoq́ conformationem ingreditur, quod ex cartilaginea membraneaq́ & pinguí ſubſtantia (quemadmodũ & tertiæ cartilaginis ſuperior pars) conſtituitur. Reliquũ aſperæ arteriæ corpus innumeris cõformatur cartilaginibus, una ſerie eademq́ forma ſeſe habentibus. Forma quidem circulo correſpõdent, cui quarta pars ſit exacta. propius enim ad anuli circulíue perfecti figuram quàm quidam arbitrantur accedunt. Quod ſanè is ad amuſſim perpendit, ex quo Celſus primum quarti libri Caput uertit, in quo hanc cartilaginum imaginem dorſi uertebris comparat. Quanquã enim Celſus illius autoris mentem parum aptè explicuerit, ex cartilaginum tamen uertebrarumq́ imagine leui negocio colligitur, illum autorem cartilagines non ſimpliciter uertebris contuliſſe: uerùm duntaxat circunferentiq́ ſuperficieíque [h] corporum thoracis & lumborum (non autem ceruicis) uertebrarum. Horum nanq́ corpor̃ imago cartilaginum orbi ductuiq́ quàm ſimillima uiſitur. Cartilagines hæ in orbiculo arteriq́ figuram imitantur, corpus tamen ipſorum teres non eſt, ſed quodãmodo quadrangulare, multo interim latius quàm craſſius. Dein cartilagines hæ non eandem toto corpore ſeruant craſſitiem: in medio enim craſſiores ſunt quàm in extremis, quibus paulatim attenuantur, ac uelut in membranam degenerant. Extremis his ſtomachum reſpiciunt, media autem parte & craſſiori anteriorem aſperæ arteriæ ſedem efficientes. Neq́ arbitretur quiſpiam (illorũ ſententia deluſus, qui à perfecti circuli figura cartilagines ſolũ deſinere prodiderũt, ne arteria ſtomachũ plus æquo comprimeret, uerùm potius ut ſtomacho deglutiẽti cederet) eas hanc formam ſpeciemq́ in caudice ipſius arteriæ duntaxat ſeruare: in pulmonis uerò ſubſtantia completos effici circulos, quandoquidem in pulmonis ſubſtantia perinde ac in caudice ſeſe habent, & quod inibi aliter conſtrui nequiuerunt, in arteriæ partium uſus commemoratione oſtendam. Cartilagines hæ continua ſerie ac æqualiter ſemper mutuò diſtantes in arteria [i] collocantur, & non tantum inuicem diſiunguntur, quanta illarum à ſuperiori parte ad inferiorẽ eſt latitudo, niſi quum arteria aëre turget: concidente enim arteria, cartilagines inuicem propinquius accedunt. Cartilagi*Quì aſperæ arteriæ cartilagines inuicẽ colligentur.* num inter ſe connexus primùm propriæ cuiuſq́ cartilaginis membranæ interuentu perficitur. Quemadmodum enim omnibus ferè oſſibus, & etiam laryngis cartilaginibus membrana quædam, eo quod oſſium ſit inuolucrum, περιόστεον nuncupata [k] obducitur, pari quoq́ ratione circulares aſperæ arteriæ cartilagines ſimili membrana integuntur, quæ ex demiſſioribus elatioribusq́ ſui partibus proceſſus exporrigens, illarum interuentu cartilagines inuicem cõnectit, uelut membraneum uinculum inter duas cartilagines ſeſe reſpicientes efformans. Neq́ ſolùm inter cartilagines, ubi ab inuicem æqualiter diſtant, eiuſmodi conſurgit uinculum, uerùm etiam ab extremis cartilaginum partibus ſtomachum reſpicientibus ſimiles membranei proceſſus exporriguntur, ex quibus continuum quoq́ inſtar membranæ uinculum efficitur. His cartilaginibus membranisq́ aliæ duæ accedunt membranæ, ab ipſo uſu tunicæ non immeritò appellatæ. Atq́ una quidem externã arteriæ ſuperficiem undecunq́ amplexatur, membraneis illis cartilaginum uinculis pertinaciſſimè connata. Hæc tenuis eſt, illisq́ tunicis par, quas peritonæum & ſuccingens coſtas membrana ipſis affirmatis uaſis præbent. Præſentis tunicæ interuentu arteria conterminis partibus colligatur, ipſaq́ imprimis recurrẽtes neruos ſecuriſſimè defert. Al*Duarũ aſperæ arteriæ tunicarum exterior.*

*Interior tunica.*

tera arteriæ tunica hac longè dignior, internam uniuerſæ arteriæ ſedem ſuccingit, atq́ ad cartilaginum inter ſe colligationis robur plurimùm auxiliatur. Interior tunica exteriori multo craſſior exiſtit, quamuis etiam tenuis ſit & ualida. Adnaſcitur uerò robuſtiſſimè cartilaginum propriis membranis, & interna ſede pinguí quodammodo humore oblita uiſitur, non undecunque eandem ſeruans craſſitiem. Quum enim linguæ, labriśque & palato, & ipſi demum ſtomacho communis ſit, in laryngis cauitate craſſior euaſit, & pinguedine inter cartilagines & externam ipſius ſuperficiem obducitur. Vbi uerò rima linguláue laryngis [l] coniuet, hæc tunica utrinque ad latera dura calloſáque efficitur, ac cum ſubſtantia colorem quoque immutat: ut enim hic durior, tanquam à frequenti dum ſpiritum retinemus compreſſu euadit, ita quoque magis ibidem calloſa reddita, candicat, albeſcit́que. Ea parte qua tunica arteriæ ramos in pulmonis ſubſtantia diffuſos ſuccingit, ſublinit́ue, tenuior longè quàm in laryngе uiſitur: in caudice uerò arteriæ medio ſe habet modo. Per uniuerſæ tamen arteriæ cauitatem, hanc tunicam rectis fibris intertextam eſſe, ex ſectione didicimus. Quæ etiam oſten*Glandes laryngis radici adnatæ.* dit [m] glandulas alterutra parte ſingulas ad laryngis radicem adnatas, quæ magnæ ſunt & fungoſæ admodum, carniśque propemodum coloris, ſed magis nigricantes, & uenis ſatis conſpicuis obductæ, quarum in ſecundo etiam libro, quum laryngis proſequeremur muſculos, memi-

*h* Figuræ 16 et 17 lib. 1.

*i* Spectatur ad 1, 2 fi. ca. 38 lib. 1.

*k* Quid eiuſmodi mẽbranarũ ac aliarũ tenuium tunicarum ratio ex totius organi circũſcriptione petitur, illæq́ membranæ tantum ſunt, eas muſquã delineauimus.

*l* 12 fi. ca. 11 lib. 2 f.

*m* 6 muſcu. tab. 1, et 2, 3, 4, 5 fi. ca. 21 lib. 2 M.



meminimus. Aſpera arteria omni prorſus ſanguine uacans, primariò animanti ad aëris in reſpiratione tranſitum ductuḿue confert, deinde & uocis organum facile eſt præcipuum. Atque his uſibus uniuerſa ipſius congruit fabrica. Ex faucibus enim aërem per nares, aut os attractum, rectà in pulmonem ducit, hunc per uniuerſum pulmonis corpus ita numeroſa ipſius ſerie diſtribuens, ut pulmonis ſubſtantia hunc promptè alteret, atq́ cordis muneribus aptum reddat. Cæterùm quod pulmonis proprium ſit munus, ſuo dicemus loco. nunc enim ſat eſt aſperam arteriam ita efformatam innuere, quòd aptiſſimè aërem dum inſpiramus pulmoni deferat, ac rurſus omnem qui cordi inutilis eſt, unà cum fuligineſis ipſius excrementis inter expirandum reddat. Ad hanc functionem, aſperam arteriam inſtar membranei meatus, qui facile inanitus concidere, atque rurſus oppletus diſtendi poſſet, extrui conducebat. Quod enim niſi uacui fuga magnopere replendum eſt, ac rurſus compreſſionis duntaxat ui inaniendum uenit, diſtendi comprimiq́ aptum eſſe oportet. Quapropter quum inſpiratione aëriś ue attractionem dilatati pulmonis gratia fieri omnibus conceſſum ſit, pulmonisq́ dilatatio aliud níhil cenſeatur, quàm ſuorum uaſorum diſtentio, non quidem ſimpliciter omnium, ſed in primis aſperæ arteriæ propaginum: expirationem uerò rurſus fieri conſtet, quoties pulmo in ſe colligitur, concidit & arctatur, eaq́ ratione aërem in ſua amplitudine (uidelicet in aſperæ arteriæ ramis) contentum exprimit, propellitq́, cuiuis ratio cinari promptum eſt, aſperam arteriam, ut & diſtendi in inſpiratione & denuò comprimi in expiratione poſſet, debuiſſe fabrefieri. Verùm ad has functiones ſat erat hanc ex membranea quapiam carneaq́ ſubſtãtia, ut uentriculũ, ſtomachum, aut arterias ipſas & uenas conſtrui, neque illis quibus abundat cartilaginibus donari, adeò ſanè ut nunc fruſtra, quod ad aëris ratione uacui attractionem, & ſui ipſius corporis ex illo diſtentionẽ, & rurſus ad aëris propter ipſius cõpreſſionẽ arctationemq́ ac expirationẽ attinet, uel aliquam cartilaginem rerum Opifex ipſi largitus uideatur. tantum abeſt, quòd illi opificis induſtriam oſtenderẽt, qui omnes aſperæ arteriæ ramos in pulmonis ſubſtantia diſtributos ex cartilaginibus perfectos circulos conſtituentibus fabricatos finxerunt, & aliam hic aſperæ arteriæ quàm quà ſtomacho prætenditur conſtructionem enarrarunt, haud perpendentes, ſi aſpera arteria ita extrueretur, pulmonem neque diſtendi, neque laxari ita opportunè poſſe, aut ſaltem in longitudinem, aut breuitatem duntaxat, nõ autem in amplitudinem aſperæ arteriæ ramos proficere poſſe. Neque minus illi hallucinãtur, qui aſperam arteriam apertam patentemq́, & non ſtomachi modo concidentem efformatam aſſerunt, quo aëris liberior eſſet ingreſſus & egreſſus: quandoquidẽ hi præterquàm quòd laryngis arctationẽ dilatationemq́ ignorant, eò uenere ruditatis, ut ipſos lateat, ſi aſpera arteria cum omnibus ſuis propaginibus ſemper æquè tenſa apertaq́ eſſet, pulmonem neque unquam cõſtringendum aut dilatandum, níhilq́ uacui fuga in aſperam arteriam (ut quæ prius concidiſſet) attrahendum. Nam hoc uel ex follibus animaduertere debuerũt, quibus longè aliud artificium ad eam partem quæ aërem reddit, quàm reliquæ follium amplitudini adhibetur. Hanc enim artifices diſtẽdi comprimiq́ promptam reddunt, ut oppleri inaniríq́ poſſit: non autem ita canalem quem rigidum faciunt, & diſtendi comprimiq́ ineptum. cuius naturæ ſi totus follis eſſet, quis omnem ipſius uſum nos perdituros, ac inſtar lagenæ uitreæ follem futurum ignorat? Atque huiuſmodi membraneæ ſubſtantiæ arteriam conſtituentis eſt ratio, quæ hanc membraneam debuiſſe fieri cõmonſtrat. At cartilaginibus abundauit quoque, ut non modò reſpirationis, uerùm & uocis organum fieret. Quemadmodum enim aſperam arteriam leuium arteriarum modò, reſpirationis nomine membraneam confici idoneum fuiſſet, ita quoque ad uocem amplam, rigidam, duramq́ prorſus fiſtularũ, tibiarum & cornuum ritu effingi debuerat. Quandoquidem ut uox fiat, ſymmetriam quandam eſſe oportet, & robur aëris ipſius & ſubſtantiæ ab ipſo percuſſæ. Huiuſmodi ſanè ſubſtantia eſt cartilago, ex qua uniuerſam arteriam tibiæ modò extrui ſine ligamentis & membranis oportuiſſet. Verùm quum abſq́ inſpiratione ac expiratione uox fieri nullo modo potuerit, illaq́ cõpreſſione ac diſtentione neceſſariò indigeat, meritò laudabimus ſummi rerum Opificis ſolertiã, qui aſperam arteriam ſimul commodum reſpirationis & uocis organum molitus eſt. Atque tantum artificium in laryngis cõſtructione oſtendit, ut illa nunc magis, nunc minus claudi poſſit, & ſpiritum ipſum ex noſtro arbitratu ad magnos ſæpe uſus retinere ualeamus, & uocem nunc grauẽ, nunc leuem, prout rimã illam (quę profectò uocis primarium eſt inſtrumentũ) arctamus uel laxamus. Hæc nanq́ illa eſt, quam tibicinarũ cõiunctis arundinum fruſtulis ſimilem eſſe diximus: ac illi etiam rimæ reſpondet, quæ fiſtulis illis ineſt quas labris amplectimur. Congruit etiam uſu, quamuis non forma, cornuum & tubarũ orificijs, quæ ori illa inflantes accommodamus. Deinde & organorum quoque fiſtulis, & illarum etiam fiſtularum foramini, quãs tranſuerſim inflamus, hæc rima comparatur. At larynx longè

*Aſperæ arteriæ uſus, ipſiuſq́ conſtructionis ratio Situs ratio.*

*Aſperã arteriam mẽbranea ſubſtantia oportuiſſe extrui.*

*Cur cartilago aſperæ arteriæ conſtitutionẽ ſubeat*

*Laryngis rimæ uſus.*

omnium fistularum artificium uincit. quæ ita efficta est, ut modo minus, modo magis eam laxare possimus, ac uarias uoces, non autem unicam duntaxat (ut artificum instrumenta) edere ualeamus: & tanta demum thoraci uis inditur, ut ex nostro arbitratu nunc multum, nunc parum aëris ad solam respirationem, aut ut etiam simul uoci, quam effingere lubet, aër inter expirandum sufficiat, emittere queamus. Quàm fuerit necessum secundam laryngis cartilaginem perfectum efformare circulum, & arteriam asperam hic ad laryngis radicem haud posse comprimi, animaduertes, si diligenter uocis generationem ex aëre ab ampla uia in strictam, & hinc rursus in latam impetu deducto, fieri didiceris, atque simul [n] gargareonem uocis plectrum & palatum instar rotundi ampliq; spacij constructum, & cauitatem super id in narium [o] foraminibus apparentem, & quarti maxillæ superioris in altero latere ossis cauernas, ac dentes pariter & linguam, & labra rimatus fueris, ac demum musica artificum instrumẽta, illarumq; partium usum his Naturæ operibus diligenter contuleris. Neque hic in nominum disceptationem incidere uisum est, rixose certando de rimæ huius & laryngis operculi nomine, quod falso uocis proprium, præcipuumq; organum plerique recensent, quandoquidem hoc nihil uoci, nisi fortasis ad illius aliquam modulationem accommodat, & duntaxat ut & in primo libro commemorauimus, cibi & potus inter deuorandũ in laryngem casum prohibet. Nam præter hoc quòd sensu id ad uocem nihil facere ex uera sectione perspectum habemus, ratione id alijs cognitum esse oportuerat. nam nullus unquam quo operculum id ageretur musculus, ab alijs animaduersus fuit, neq; etiam ullis mouetur quàm ijs [p] quos ab osse [v] referente in id inseri commemorauimus, quum interim laryngis reliqui musculi ad unum omnes rimæ illi dilatãdæ arctandæ ue subseruiãt. Insuper eius gratia omnem laryngis cartilaginũ fabricam extructam esse cognoscens, si uel minima Naturæ operũ cognoscẽdi scintilla arseris, neq; illorũ scientiã, indignissimi qui à Natura creatus sit hominis modo, respueris: nam uel bruti alicuius laryngem in manibus assumpta, artificum in musicis instrumentis parandis industriã Naturæ opera sectantem maxima uoluptate admiraberis. Quod uerò & reliquarum cartilaginum situs non uulgaris sit, omnibus quoq; notũ arbitror. crassior enim ipsarũ pars, quaq; orbẽ efformant, anteriori parti, & quæ iniurijs magis exponitur, prælocata est. Vbi autem à perfecti circuli figura in caudicem arteriæ necessariò propter inspirationẽ deficiunt, opportunè stomachum respiciũt, quò minus illum cõprimant, minusq; ipsius in ciborũ assumptione distentionẽ præpediant: quum interim arteria inibi suscipiẽdis noxis inepta sit. Pariter etiam asperæ arteriæ tunicas Natura nõ oscitanter extruxit, externã quidem, ut cartilagines instar inuolucri muniat, atque ipsius interuentu arteria uicinis partibus colligata firmataq; securiùs deorsum prorepat. Interna uerò non solum cartilagines firmius cõnexura, uerũ easdem succinctura, atq; à grauioribus iniurijs munitura, crassior externa euasit, nõ tamen talis, ut sua crassitie magnã arteriæ amplitudinẽ oppleat, & ad defendendas tamen cartilagines sua densitate & robore sufficiat. Sæpe enim aliquid pituitæ inutilis à capite per arteriã defluit, necnõ potus aliquid & cibi inter deglutiendũ in illam illabitur. Præterea acris quædã qualitas, uel fumi, uel cineris, uel carbonũ, uel alterius cuiusdã facultatis medicamẽtosæ etiã inter respirandũ attrahitur. Addè quòd pus tussi expectorandũ quandoq; sit malignũ, erodens, aut alius quis humor, utpote flaua bilis, ac atra, aut pituita salsa intus putredinem experta, per asperam arteriã efferri debẽt: à quibus omnibus obducta cartilaginibus tunica, ne illæ radantur, & rosionẽ alterationemq; ab his nõ sine graui ipsarũ uitio sentiãt, præcauet. Atque ut larynx eiusmodi noxijs (nimirũ ori uicinior) magis subijcitur, ita quoque & tunicam hanc paulo crassiorẽ obtinet, quàm extremi arteriæ furculi, in quibus tunica tenuior euasit, ne plus æquo pulmonis substãtiæ aërem cordi temperãtis uim obtũderet, & aëris in uenalis arteriæ germina assumptionẽ, & rursus cordis fuliginosorũ in asperæ ramos attractionẽ prohiberet. Cæterũ pinguedo inter tunicã hanc & cartilaginẽ in larynge potissimùm reposita, ipsaq; etiam tunica pinguior simul cum uiscido quo undiq; hæc oblinitur humore, ad facilem aëris ductum cõferre uidentur, atq; etiã ne in magnis clamoribus, multisq; motibus exiccetur, uoxq; deficiat, plurimum accõmodare. Huc quoq; faciunt asperæ arteriæ ad laryngis radicem utrinq; appositæ glandes. humore siquidem meatum imbuunt, nõ fluido quidem, sed uiscido & pingui, quemadmodum & ipsæ crassiores spissioresq; cæteris humorem procreãtibus glandulis sunt. Quantus uerò eiusce humoris ad uocem usus sit, indies fistulas humectante oleo inungi uidentes docemur. Neque profectò eiusmodi humore procreando illæ tantum quas diximus glandes sufficiunt, uerùm & aliæ laryngi accumbunt, quarum nunc situm, ut & gargareonis, opportunè subijciemus: dein pulmonis, in quem aër assumitur, constructionem pertractaturi.

*Vocis generatio.*

*Laryngis operculi usus.*

*Cartilaginũ cooardinationis ratio.*

*Asperæ arteriæ tunicas, aptè extructas esse.*

*Pinguedinis & glandularum laryngis ratio.*

n 6 muscul. tab. E. o 2 fi. ca. 12 lib. 1 n, o.

p 2, 3, 4 fi. ca. 21 lib. 2 K.

.DE



# DE FAVCIVM GLANDVLIS.

## Caput V.

*TRIPLEX glandium genus in faucibus repositum, ac præsenti Capite nobis describendum, in uarijs spectatur figuris. Ac primum quidẽ sexta musculorũ tabula L insignitur, & in secũda figura, tertia, quarta, quinta Capitis uigesimiprimi libri secũdi M. Secundùm uerò genus sexta quoq; musculorũ tabula F insignitur, & decimaquarta quinti libri figura E, E. Tertium autẽ prima musculorũ tabula A indicatur, & in quarta inter G, Q, Z consistit.*



QVONIAM nonnullarum [a] glandium asperam arteriam humectantium paulo antè mentio incidit, [b] aliæq; eiusdem functionis gratia creatæ illis accumbunt, nõ inopportunè eas quoq; simul hic, de nominibus haudquaq; anxiè disceptaturi, prosequemur. Non enim modò minus quàm alibi, ingenti nominum pelago fluctuamur: ex quo ut emergamus, fauces nobis citra omnem contentionem uocari liceat uelim, uniuersum spacium ab [c] interiori maxilla intus circumscriptum, illud dico, quod in profunditate ab interna menti sede ad ceruicis usq; uertebras pertingit: in latitudine uerò, quicquid inter dextram inferioris maxillæ partem & sinistrã habetur. Hoc enim φάρυγγα ueteribus Græcis uocatum arbitror, quo nomine & laryngem, quòd hac sede contineatur, potissimùm donarunt: Suidæ distinctionem parum obseruantes, qua masculini generis uocem laryngi accommodat, fœminini uerò faucibus. Eundem locum & ἰδμὼν ab angustia nuncupasse uidentur, quòd nulla in uniuerso corpore sit regio æquè angusta, & tot interim organis donata. Hac enim sede nariũ [d] foramina in os descendunt, [e] & hic reponuntur larynx uniuersa, [f] stomachi initium, linguæ [g] radix cum osse [v] imaginẽ exprimẽte, ac numerosis illarum partiũ musculis, præterea & musculi maxillam mouẽtes, tum [h] qui ab ossis cuneum imitantis [i] processibus instar alarũ efformatis originem sumunt, tum [k] qui huius angustiæ imprimis nomine duobus donati uentribus inferiorem maxillam deorsum uellunt. Adde præter tertij, sexti, septimi parium cerebri neuorum [l] propagines, [m] uenas iugulares, & [n] arterias soporales, & quas nunc lubens enarrarem glandulas hic cõtineri. Est autem harum genus triplex, ac [o] unum quidem, quod ad laryngis radicem asperæ arteriæ lateribus adnatum, in præcedenti Capite recensuimus. [p] Secundum uerò elatius laryngi apponitur: quippe in spacio quod nobis hiantibus medium inter narium foramina & laryngem apparet, utrinque in lateribus una reponitur glandula utcunque insignis, & glandi forma perquàm similis. Oblonga enim est hæc glandula, ac secundùm longitudinem sursum ac deorsum exporrigitur, communi oris tunica, sed ea hic quàm alibi tenuiori fungosioriq; uestita. Substantia cõstat alijs glandibus simili, at impensius fungosa, in hocq; propria, ut saliuam procreet, ac asperam arteriam & stomachum quoq; cum tota oris amplitudine humectet. Has glandulas Græci παρίδμιας uocarunt, fortassis nõ tam quòd his angustijs cõtineantur, ac quòd gargareonis latera respiciant. Si enim hiantis oris cauitatem intuearis, atque foramina narium & [q] gargareonem obserues, quid aliud hîc foramina quàm duo uelut maria, ipse autẽ gargareo instar angustæ terræ inter illa deductæ apparebũt, adeò ut nihil obstiterit, gargareonem ἰδμὼν aliquando à ueteribus, qui pueros in cadauerum sectionibus exercebant, nuncupatum fuisse arbitrari. Aliàs enim si ad angustiam loci, instrumentorumq; hac in sede frequentiam, animum duntaxat adhibuerimus, glandes asperæ arteriæ adnatæ, quum in maioribus angustijs, quàm secundùm hoc glandiũ genus reponãtur, παρίδμιαι uocitandæ forent. uerùm quũ illas ab Anatomes professoribus hactenus nõ descriptas obseruauerim, magis secundùm genus (quod etiam nimis quàm oscitãter alij enarrarunt) ita appellandũ duxerim. Cæterùm secundum hoc glandularum genus amygdalis assimilatum, Græci quoq; παρισθμὰς nuncupauerũt, quam uocem interpretes tonsillas & amygdalas & Faux uertũt. Quãuis hæc posteriora nomina [r] tertio glandoso huius sedis generi quidam attribuisse uideantur, ignorantes interim cum primo genere secundũ. Non tamen in his nominũ fluctibus & rerum interim insciția prætereundũ est, Græcos quum tumores præter naturã enarrãt, glandularũ quæ in faucium initio sibi opponũtur, ac secundum glandularũ genus cõstituunt, inflammationes παρισθμὰς nuncupauisse, & παρίδμιας inflammationẽ corporũ, quæ in faucibus sunt: nõ adijcientes, quæ nam illæ censeantur. Porrò tertium genus, [s] inguinum & axillarũ glandibus respondet. numerosum enim sub aurium radicibus & uniuerso spacio inferiori maxilla conscripto continetur, ac cauitates omnes exactè implet, uasorumq; diductibus distributionibus ue præficitur, has partes quoq; sua humectandi ui imbuens. Hoc nullo peculiari donatum est nomine: uulgus tamen hîc in porcis ac cæteris quibus uescimur animalibus, ut & reliquas glandulas, in delicijs ipsas quoq; habet, ac Animel-

*Fauces.*

*ἰδμώς.*

*Triplex in faucibus glandium genus. Primum. Secundum.*

*παρίδμιαι.*

*παρισθμὰς.*

*Tertiũ in faucibus positarũ glandiũ genus.*

a 6 muscul. tab. L.
b 6 muscul. tab. F.
c 1 fig. ultimarum lib. 1 à G ad I. aut quod complectitur in effigia maxilla sextæ tabu. musculi.
d Post E 6 musc. tab. e figuræ ca. 21 lib. 2.
f 2, 3, 5 fig. ca. 21 libri 2 H.
g 5 musc. ta. L, M.
h 6 tab. D.
i 3, 4, 5 figu. ca. 6 li. 1 P.
k 5 tab. H, I. l 2 fi. ca. 2 li. 4 T, Y, 6, g, n. r, w.
m fig. cap. 6 lib. 3 S.
n figu. ca. 12 li. 3 X ad a. aut spectata ultimam fi. lib. 3.
o 6 muscul. tab. L.
p 6 muscul. tab. F.
q 6 muscul. tab. E.
r 1 musc. ta. A. 4 ta. inter G, Z, Q.
s 1 muscul. tab. I.

las ſeu Lacticinia nuncupat. Num uerò & has Græci quoq; παρίσθμια appellauerint, ſciremus ſanè, niſi temporum iniuria Marini uiginti de Confectionibus libri cum Græcorum omnium qui quicquam in Anatome dignum præſtiterunt operibus, maxima ex parte intercidiſſent. Quartus enim Marini liber inter cætera glandulas tractabat. utcunque uerò ſit, hoc tertium in faucibus glandularū genus nō minus quàm cætera duo ob uarios quibus implicatur affectus, & ſcrophulas præcipuè, perpendendum uenit: hocq; imprimis tempore, quando nō id ſolum genus, uerùm & alia duo Gallicus morbus ſimul cum palato & gargareone miſerè exercet.

## DE GARGAREONE. CAPVT VI.

*IN biante ore gargareonem citra diſſectionem uidere eſt, quanquam in ſexta muſculorum tabula E inſigniatur, in ſeptima uerò F.*

*Gargareonis nomina.*

ISTA quoque corporis pars pluribus donatur nominibus. gargar enim, gurgulio, & gargareon, ſibilus ac tintinabulum à uoce nuncupatur. Quia uerò inſtar uuæ ſuperiùs anguſta, inferiùs uerò ſphæræ inſtar rotunda aliquando dum inflāmatione corripitur, propendet, Vuea, ſeu σταφυλὴ appellatur. Deinde quòd inſtar caudæ muris, aut columnę extenſa interdum ex humorum affluxu gargareon producatur, ut & affectus ille, κίων ac columella dicitur. Porrò quoniā ſecundùm naturam ſe habens, ſuperiùs latior, inferiùs autem ſtrictior uiſitur, fundibulū aliqui eum uocauerunt. at nomina ſonitus occaſione ipſi indita à multis toti laryngi, ab aliquibus uerò laryngis[a] operculo tantū accōmodantur. Cæterùm gargareonis, qui ſoli inter cætera animantia homini obtigit, ſitus, forma, color, ac omnia ferè huc pertinentia nō minus ac externa unguium ſuperficies euadent cōſpicua, ſi alicuius hiantis os inſpicere non piguerit. Vnde etiā horum enarrationi prolixiùs quoq; haud immorandū eſt. Oblonga enim tunc ſpectantibus occurrit particula fungoſa & carnea à palati fine, ubi narium foramina ad os deſcendunt, in oris amplitudinem propendula, ſuperiùs ubi palato continuatur latior, inferiùs pyramidis inſtar acutior. Venulas quaſdā ex uaſis palati tunicam adeuntibus in ipſius medio aſſumit: neruis autē non admodum participat. Porrò ipſius primarium uſum uocis modulationē eſſe, ac illum ad ſermonē homini plurimū opitulari, argumento ſunt, qui hunc præfectum habēt: dein quòd ſoli homines, auiumq; quædā genera hoc donari uidentur. adeò ſanè ut non immeritò uelut quoddā uocis plectrum, ita ad cauum palatum pendens, cenſeatur. Secundariò autē ad aëris attractionē, ne ſcilicet nimiū frigidus in pulmonē feratur, aliquid & homini accōmodare creditur, quum his quibus gargareo pręfectus eſt, frigidus aër impenſius quàm cæteris noxius eſſe colligatur. Sic quoq; & ad aëris expurgationem nōnihil conducit. nam puluerē ſibi applicat, qui alioquin in laryngem ſimul cum aëre erat aſſumēdus. At hic uſus quū cætera animalia ad terram magis quàm homo ſpirantia gargareone deſtituantur, parui pendendus uidetur. Quamobrem uerò alij gargareonem excrementorum à cerebro in os deſcendentiū quoddam receptaculū eſſe tradiderint, nō ſatis aſſequor, & commentum illorum eſſe opinor: quū gargareon nullam, qua aptè aliquid ſuſcipiat, cauitatē nanciſcatur: imò quoties humore imbuitur, laxatus muris caudæ forma propendet, aut alio quopiā grauiſſimo uitio dum fluxionem ſuſcipit, conflictatur. At nunc tempeſtiuū erit, pulmonis in quem aër per aſperam arteriam ducitur, conſtructionem aggredi.

*a 2,3,4,5,6 fi. ca. 21 lib. 2 L.*

*Gargareonis ſitus, forma, ſubſtantia.*

*Vſus.*

## DE PVLMONE. CAPVT VII.

*PVLMONEM oſtendit præſentis libri figurarū maior pars, prima uidelicet ad characteres R,S,T,V. Secunda ad N,O,P,Q. Tertia ad L,M,N,O. Quarta ad M,N,O,P. Quinta ad i,k,l,m. Duodecima ad E,F,G,H. Decimatertia ad B,C,D,E. Vaſa autem pulmonem implicantia partim exprimūtur prima figura Capitis trigeſimi octaui libri primi, partim duabus figuris Capitis decimi quinti libri tertij.*

*Situs pulmonis.*

*Numerus.*

SITVM pulmonis[a] duæ thoracis cauitates indicant. in utraq; enim thoracis amplitudine, inter coſtas & alteram interſepientium membranarum cōſpicua, pulmo locatur perinde ac cauitates ipſæ geminus. Ipſius enim pars dextram cauitatem occupans, illi quæ in ſiniſtra locatur, ſubſtantiæ interuentu neq; continua, neq; etiam cōtigua eſt. Ambæ enim interſepientium membranarū medio inuicem dirimuntur, & [b] uaſorum duntaxat interuentu, quæ ex una radice in dextram ac ſiniſtram pulmonis partes digeruntur, illæ inuicem committuntur. Ac dextra quidem pulmonis pars dextram thoracis cauitatem, ſiniſtra autem læuam ita implent, ut nihil prorſus in thoracis amplitudine pulmonis ſubſtan

*a Vna ad dextrū latus G,G. altera ad ſiniſtrum latus I,I 1 fig.*

*b 12 figu. B, C,D.*



*c Inter G, G & I,I figu. 2.*

*d 7 muſcul. ta. k,l,m,n.*

ſubſtantia non oppletū ſit, pręter uniuerſam regionem quam interdiuidētes membranas[c] in ſe cōplecti cōſtituereq; retulimus. Verùm in hac cauitate, quam interſepientes membranæ in ſuo medio ſuper[d] neruoſam ſepti tranſuerſi partem, ac ſub cordis inuolucri mucrone efformāt, pulmonis quoq; portiuncula canibus & ſimijs continetur: uti & in reliquis animalibus, quibus pectus longius quàm homini obtigit. Verùm hæc pulmonis portiuncula uniuerſam cauitatē minimè infarcit, neq; etiam eius cauitatis formam exprimit, atq; ita dextra & ſiniſtra pulmonis partes, ſuas quibus cōtinentur ſedes ęxamuſſim referūt. Pulmo nanque priuatim nulla indigebat forma, ſed pro accumbentium corporum effigie, ut et iecur ipſum, efformatur, prorſus ſuarum cauitatum effigiem aſſumens, haud ſecus ſanè quàm ſi aliquis gleba his cauitatibus impreſſa, pulmonem conſtruxiſſet. Vbicunq; enim cauitatum ſedes cōcauæ ſunt, inibi pulmo gibboſus euaſit: ubi autē gibbæ extuberanteſq; uiſuntur, pulmo etiā cauus redditur. Quapropter etiam fit dextram pulmonis partem ſiniſtra iunctam ad amuſſim bubuli, aut ceruini, aut alterius biſulci animalis calcibus, unguibuſ'ue ſimul commiſſis, rara quadam ſimilitudine reſpondere, aut alteram pulmonis partem unius unguis imaginem referre. Tota enim[e] poſterior pulmonis ſedes, lateraq; anteriori unguium regioni, ac lateribus reſpōdent. Quemadmodum enim ungues anteriori parte linea impreſſioneq; inuicem dirimuntur, ita quoque & poſterior pulmonis ſedes huic lineæ ſimilem omnino impreſſionem, prominentium in thoracis amplitudinem uertebrarum corporū occaſione, obtinet. Et ut impreſſio hæc ſecundùm unguium longitudinem gibbumq; modicè obliquatur, ita quoque & pulmonis hac ſede impreſſio ſecundùm dorſi in exteriora incuruationē ducitur. Rurſus ut ungues anteriori parte magis quàm poſteriori, contigui uidentur: ita & pulmo ipſe, eo quòd interſepientes membranæ ab inuicem multo minus ubi dorſo committuntur diſtant, quàm ubi pectoris oſſi proximæ ſunt. Deinde diſterminans ungues linea ſuperiùs ac inferiùs magis patet quàm in medio, & inferior rurſus pars magis dehiſcit quàm elatior: quod & pulmonis quoq;, quà ipſius partes inuicem dirimūtur, impreſſio oſtendit. atque id interſepientiū membranarū gratia magis quæ iuxta iugulum & ſeptum inuicem diſtant, quàm in reliquo ad dorſum progreſſu: dein membranarum diſtantia ſepto proxima, latior illa eſt quæ iugulū reſpicit. Reliqua autē pulmonis poſterior pars & latera, propter coſtarum inflexus, ut & ungues ipſi, gibba uiſuntur. Deinde etiā pari ratione inferior pulmonis regio, ut & unguium ipſorum, latior ſuperiori exiſtit. Porrò unguiū parti quæ terræ innititur pulmonis[f] regio exactiſſimè cōuenit, ſeptum tranſuerſum ſpectans. Hæc enim pulmonis regio, ut & unguium, caua uiſitur, propter ſepti[g] gibboſam imaginem. Ad hæc, pariter quoq; amplo interſtitio, ut & ungues etiam, propter amplam interſepientium membranarum hic diſtantiam dextra pulmonis pars impēſe à ſiniſtra diſiungitur. Porrò pulmonis[h] regio pectoris os reſpiciens, ipſorum'ue anterior pars adamuſſim refert poſteriorem unguium ſedem uniuerſam, quæ terrā nō cōtingit. Vt enim illa utrinq; orbicularis eſt, & amplo interſtitio diſſita, ſic & hæc pulmonis regio interdiuiditur: quæ tantò poſteriori etiam ſede breuior eſt, quanto poſterior unguiū regio terrā non cōtingens, longitudine ab anteriori uincitur. Cæterùm alia adhuc impreſſio hactenus non commemorata pulmoni illic accidit,[i] quà is lateribus interſepientium membranarū accumbit. Harum nanq; latera quum hic cor cōtineatur, utrinq; extuberāt,[k] gibbumq; efficiunt, cui proportionatum ſinum pulmo (ut uniuerſas quibus continetur cauitates accuratè oppleat) meritò obtinet: qui ſanè & in unguibus illi ſinui correſpondet, qui inter ungues quà inuicem accumbunt cernitur, illic nimirū, ubi duriores quidam pili inter ipſas obſeruari ſolent. Atq; ita pulmonis forma unguium imagini cōgruit. Cæterùm hæc de humano pulmone dicta uelim, eoq; non flaccido, ſed ut ſecundùm naturā thoracem implet, diſtento.[l] Aliàs enim quum cōcidit, atque in lobos ſeu fibras inſigniter diſtinctus uiſitur, elegās hæc propriaq; pulmonis forma deperditur.[m] Diſtinguuntur enim utræq; pulmonis partes in duos lobos, membraneis fibris in hominibus inuicem hærentes, neq; ita inter reſecandum diſtinctu, ut in cane, promptos. Hoc loborum interſtitium obliqua perficitur linea, è regione propemodum quartæ thoracis uertebræ incipiente, & obliquè deorſum in priora, quaſi ad pectoris oſſis mucronem, protenſa. Hæc linea æqualem pulmonis partium diuiſionem quodammodo efficit, quanquam humilior lobus ſuperiori longior exiſtat. Neq; ſanè perpetuò in duos ſolum lobos pulmonis partes ſecantur, uerùm aliquando in tres, interdum in nullos, aut duos, ita tamē inuicem nexos, ut ſectionis potius nota, quàm re uera diſtinctio in homine uideatur. Lobum autem qui in canibus ſimijſq; cauæ uenæ[n] caudicem ſuffulcit, uti iam antea dixi, nunquam in homine obſeruaui, & hunc illo deſtitui certo certius ſcio. Quāuis interim Galeni locus in ſeptimo de Adminiſtrandis diſſectionibus nondū mihi memoria exciderit, quo inquit, quintum hunc pulmonis lobum illos non latêre, qui rectè ſectionē adminiſtrant: innuens Herophilo & Ma-

*Pulmonis forma.*

*e 13 fig. quā immiſſam finges 8 muſcul. tabulæ thoraci.*

*f 11 fi. G,H.*

*g 1 fig. I,I.*

*h 2 figura N,O,P,Q.*

*i 1 fi. T,V.*

*k 1 figu. L. 2 fig. M,M.*

*l Vt in 3 & 5 figuris.*

*m Singulis fibris ſingulos adhibui characteres in ijs figuris quibus pulmo ſe offert.*

*In quot lobos fibras'ue pulmo diuidatur.*

*n 5 fig. D.*

*In homine nullum pulmonis lobū cauæ caudicem ſuffulcire.*

rino eiusmodi lobum fuisse incognitum, uti sanè fuit, quòd illi hominum cadauera, non autem cum Galeno simiarum ac canum aggrederentur. in quibus præsenti lobo nihil est manifestiùs, uti sanè hominem secanti liquidissime etiam constat illum deesse, tum quòd id sensus indicet, tum quòd uena septum permeans cordis penetret[o] inuolucrum, neque aliquod prorsus est interuallum ductus cauæ inter septum & inuolucrum, quale in canibus maximum uisitur, unde etiam in illo interuallo uena caua hoc quinto lobo tanquam à manu quapiam suffulciri debuit. Pulmo externa superficie læuis undique est, & ueluti humore lento madidus. attamen in plerisq; hominibus non infrequenter hæc superficies aspera earum membranarum modò conspicitur, quæ inuicem connascuntur, quandoquidem in illis iam dextra pulmonis pars, iam sinistra, iam utraque etiam pertinacissimè thoracis lateribus fibrosarum nexuum interuentu colligatur, adeò ut id hominibus quodammodo peculiare esse uideatur, ut & fuscus quidam, nõ autem candente rubore rubeus color, & quædam instar nubium oblineatio, ac in colore inæqualitas, in hominum pulmonibus conspiciuntur: non quidem in laqueo suffocatis solum, aut aliquandiu mortuis, uerùm & in illis quibus adhuc uiuentibus cor execatur: quamuis tamen sensim mortuis pulmones intensius nigricent, concidantq;. In alijs autem animalibus nisi per quàm rarò, pulmo nulli thoracis parti uel minima fibra hæret, neque thoraci aliter quàm uasorum interuentu committitur.[p] Aspera enim arteria dorso colligata, & in pulmonem profecta, eum dorso alligat:[q] uena autem arterialis, &[r] arteria uenalis similiter illum cordi connectunt, illaq; duntaxat pulmonis uincula, nexus ue censenda ueniunt. Nisi etiam tenues pulmonis[s] neruos, & tunicam uasa inuoluentem, quæ à membranis thoracem intersepietibus, aut illa quæ costas succingit exoritur, ac nexum quoque ad colligationem conducere arbitreris. Vti in hominibus pulmo ualidissimè thoracis lateribus subinde, ueluti diximus, alligatur, quod etiã in uulneribus egregiè expendendum uenit. Thorax enim sæpe perforatur, & interim in læso latere pulmo non concidit: quòd pulmo à uulneris lateribus non liberatus, aërem qui thoracis cauitatem oppleret, atque occasio esset quo minus pulmo uacui beneficio cum thorace dilataretur, haudquaquam ingredi sinit. Vt taceam, eiusmodi connexus opera pulmonem thoracis motibus quodãmodo sequaciorem effici. Cæterùm uniuersa pulmonis substantia nihil aliud est, quàm caro mollis, fungosa, rara, leuis, aërea, ac uelut ex spumoso sanguine spumaue sanguinea concreta, multisq; uasorũ germinibus oppleta. Vasa sunt tria. ac primũ quidem est[t] aspera arteria, quam iuxta quartæ thoracis uertebræ corpus in duos truncos diduci diximus, quorũ dexter in dextram pulmonis partem, ut sinister in sinistram exporrigitur, & primùm in duos ramos sectus, ac his rursus in plures, hisq; rursus in alios diuisis, multiplici sobole pulmonem intertexit. Secundùm uas uenalis est[u] arteria, tertium autem[x] uena arterialis, quarum in tertio libro cum reliquis uenis ac arterijs necessariò meminimus. Adeò ut de illis hîc nihil planè amplius donec ad cordis cõstructionem deuenerimus, repetendum sit. Hæc uasa similiter ac aspera arteria in pulmonem digeruntur ea serie, ut arterialis uenæ rami, asperæ arteriæ propaginum posteriori sedi attendantur, uenalis uerò arteriæ soboles anteriori. Atque hæc uasorum digestio undecunque ad externam usque pulmonum superficiem adamussim seruatur, non situ modò semper sibi similis, uerùm & magnitudine etiam. Vt enim multo maior est arteriæ asperæ truncus pulmoni insertus, uenæ arterialis & uenalis arteriæ primis in pulmonem implantationibus, ita quoque uniuerso per pulmonem progressu ramorum'que serie, soboles asperæ arteriæ ampliores, patentioresq; uenarum & arteriarum surculis existunt. Huic innumero uasorum implexui, ea quam diximus pulmonis caro intertexitur, atque omnes uasorum amplectens surculos pulmonem efformat, quemadmodum iecoris substãtia iecur ipsum cum frequenti uenarum sobole iecur constituit. Vniuersum uerò pulmonis corpus non aliter ac iecoris, tenui quadam membraneaq; obducitur tunica, principium ab illis uasorum inuolucris ducens, quæ asperæ arteriæ ac alijs duobus pulmonis uasis ab intersepientibus thoracem membranis, seu ea quæ costas succingit, offeruntur. Quum primùm enim hæc uasa in pulmonis ducuntur substantiam, ea tunicula à proprijs uasorum tunicis abscedens, in pulmonis tegmentum degenerat: cui[y] neruuli à sexti paris neruis recurrentes neruos constituentibus, & postmodum in uentriculi superius orificium diffusis communicantur. Nulla autem, aut perquàm graciles in pulmonis substantiam sensu non admodum indigentem disseminantur. Pulmo enim in hoc potissimùm factus est, ut aërem cordi (quo potissimùm ad naturalis caloris non qualitatem solùm, sed sanè & substantiam indiguit) præpararet, ac demum cor uiscus aliquod sibi appositum haberet, ex quo aërem suis functionibus aptum semper allicere posset: & ne quemuis statim nos ambientem aerem, eundemq; aliter non immutatũ assumere cogeretur, præcipuè quum natura non solùm cordis occasione quamplurima animalia respirare uoluerit,

*Qualis pulmonis superficies.*

*Pulmonis cõnexus.*

*Pulmonis substantia.*

*Pulmonis uasa.*

*Pulmonis tunica.*

*Pulmonis nerui.*

*Pulmonis usus & cõstructionis ratio.*

o 4 fi. B, B.

p 6 fi. Y. 11 fig. A.
q 6 fig. I. 11 fig. C.
r 6 fi. G. 12 fig. D.
s 6 fi. c. et 2 fi. ca. 2 lib. 4 f.

t 1 fi. ca. 38 li. 1. 12 fi. B.

u 2 fi. ca. 15 li. 3. 12 figura D.
x 1 fi. ca. 15 li. 3. 12 fi. C.

y 2 fig. ca. 2 lib. 4 f. figu. 6 e.



rit, uerùm & uocis ad commodam animalis uitam necessariæ gratia. Quòd enim à pulmone inter expirandum redditur, uocis optima euadit materia. Atq; ita uniuersa respirationis organa summus rerum Opifex machinatus est, ut ex nostro arbitratu aerem attrahamus, eumq; rursus reddamus, aliter quàm cor ex nostra uoluntate neutiquam pendens, agitur. At quum hæc quoque latiùs dum thoracis musculos traderemus complexi fuerimus, ad pulmonem redeundum est, qui instar promptuarij cuiusdam in duos asperæ arteriæ ramos aerem assumit, cordi illum ingenita suæ carni facultate præparans, ut deinde cor per arteriæ uenalis ramos ex asperæ propagínibus sibi illum allicere queat, ac dein rursus à pulmone quod cordi inutile est, per expirationem reddatur. Quis itaq; asperæ arteriæ sit usus, neminem latet: quemadmodum neque uenalis arteriæ usus nulli incognitus est, quum is præcipuus sit, ut aerem cordi aptũ, ac à pulmonis substantia in asperæ arteriæ ramis confectum, in se pelliciat, ipsiusq; interuentu cor eundem in sinistrum ipsius uentriculum attrahat. Arterialis uena in hoc potissimùm facta censetur, ut pulmoni aptum suæ substãtiæ alimentũ ex dextro cordis uentriculo exporrigat, quod læue, aereum, spumosumq; esse oportuit, si modò ulla mutãtis aerem substantiæ, ad aerem emutandum debebat esse proportio, atque ipse etiam pulmo comprimi colligiq; & rursus distendi sequaxq; esse posset. Ad quam functionem etiam uenalis arteria pulmoni utilis est. nam & hæc illi sanguinem suo nutrimento aptissimum deriuat, quo pulmo tum propter ipsius mollitiem, tum propter continuum motum, tum propter caloris copiam, quam ex cordis uicinio indefessumq; cordis motum adipiscitur, plurimo præ cæteris corporis partibus indiget. Quòd autem pulmonis tunica ipsius substantiæ quæ aeris alterandi uim possidet, atque ramorum implexus firmat, impletq;, inuolucri uice sit, omnibus perspectum reor. Sic quoq; hanc iustissimè tenuem mollemq; ut cum pulmone promptè concideret, & facilè dilataretur, factam esse, neminem ambigere decet.

*Vasorum pulmonis ratio.*

*Tunicæ ratio.*

## DE CORDIS INVOLVCRO.

### Caput VIII.

*PRAESENS inuolucrum membranis thoracis amplitudinem intersepientibus libe rum, nullaq; ex parte dissectum tertia ostenditur figura, ad characteres B, C, D, E, F, G: uti apertum spectatur in quarta figura ad A, B, B. Rursus ipsius portio spectatur in ultima tertij libri figura ad B.*

MEMBRANAM uniuersum cor cum suis auriculis ac uasorũ initijs instar arculæ cuiusdã aut thecæ inuoluentẽ, in medio thoracẽ intersepientiũ mẽbranarũ collocari antea diximus. Verùm in præsentia huius inuolucri situ paulo altiùs repetituri, eius effigiẽ primũ nucis pineæ formæ q̃ simillimã esse dicemus. Quemadmodũ enim ex orbiculari neq; penitus depressa basi pinea nux in obtusum, neq; impẽse prominentẽ conũ mucronem'ue desinit, omniq; ex parte orbicularis quodãmodo uisitur, sic quoq; & cordis inuolucrũ orbicularẽ basim & mucronẽ obtusum exigit, pineamq; nucẽ proximè refert. Cæterùm inuolucri basis minimè cõtinua est, sed ut minimum quinq; foraminibus peruia: duobus quidem, quibus[a] cauæ uenæ iter præbet. uno nimirum, quà hæc septũ[b] perforat: atq; id foramẽ in hominibus perficitur, ubi dextrũ latus eius[c] amplitudinis habetur, quà inuolucrũ pertinacissimè septi neruosæ parti, secus atq; in cæteris animantibus, cõnasci docebimus. secundũ autem foramen illud est, quo eadẽ uena sursum à cordis basi iugulũ petit. tertiũ porrò foramen[d] arteriã uenalẽ transmittit. quartũ uerò[e] arteriæ magnæ paratur, & quintũ[f] arteriali uenæ uiã præbet. Atq; id quodãmodo duplex est, quod arterialis uena priusq; ex inuolucro labitur, in duos truncos discindit, bina in inuolucro foramina perpetuò ferè adeptos: quanq; et uenali arteriæ duobus quodãmodo locis iter præbeat. His uasis notatu digno interuallo à cordis superficie abscedentibus, præsens inuolucrũ ualidissimè[g] obnascit, quodãmodo ab ipsis principiũ ducẽs. uidentur nanq; arteriæ magnæ & arterialis uenæ tertiæ tunicæ (quas ab intersepiẽtibus thoracẽ membranis, ac ab illa quæ costas succingit, exigunt) deinde & secunda uenæ cauæ & uenalis arteriæ tunica ab ijsdẽ mẽbranis profecta, cordis inuolucri principiũ statuere. Vasa etenim medio inter cor & ubi inuolucrum ipsis cõmittitur spacio, eiusmodi tunicis penitus destituũtur, ac notatu dignum interuallum inter cordis basim & inuolucri ad illa uasa coalitum existit, neque magis inuolucrum cordis basim, quàm mucronem aut latera illius contingit. quod sanè à Galeno expendendum erat, quum inuolucri originem à cordis basi pendere scriberet. Atque hæc foramina inuolueri potissimùm basis necessariò obtinuit, sese hîc quàm maximè licuit rotun-

*Forma inuolucri cordis.*

*Quibus uasis inuolucriũ cordis uiam præbeat.*

*Cordis inuolucri initium.*

*Lib. 6. de Vsu partium.*

a 5 fi. D, E.
b 7 muscu. tab. r.
c 3 figu. à G ad F.
d 6 fig. G.
e 6 fig. D.
f 6 fi. 1 dissectum in K & L.
g 3 fig. B.

dam efformans. Cæterùm reliquum inuolucri corpus nihil prorsus transmittens continuum est, & sibi undecunque, præterquàm in forma, quæ ex basi, uti diximus, in obtusum mucronem tendit, respondens. Basis hæc summo apice paulo altius quintæ thoracis uertebræ corpore locatur, huic non penitus, sed duntaxat è regione incumbens. Basis enim media est inter pectoris os & quartam quintamque thoracis uertebras, æqualiter ab utrisque, pectoris dico osse & uertebris, distans. Item basis quoque à dextris sinistrisque costis pariter remota pendet. In progressu uerò descensuque inuolucri situs uariatur. ac alijs quidem animalibus longiori pectoris osse quàm homines donatis, inuolucrum id à dextris ac sinistris pariter seiunctum deorsum tendit, sensim in anteriora porrectum, adeò ut iam basis posterior, aut si animal resupinum intellexeris, humilior ipso mucrone cõspiciatur. In homine autẽ cui anteriorẽ thoracis partem rerum Opifex breuiorẽ largitur, inuolucrum decliue ac antrorsum sinistrorsumque adeò protenditur, ut mucro magis deorsum quodãmodo pertingat, quàm pectoris ossis [g] pars, cui superior maximeque antiqua septi trãsuersi pars adnascitur: dein in sinistrum adeò pertinet, ut dextrum mucronis latus uix thoracis medium attingat. In anteriora quoque adeò mucro procedit, ut sinistrum pectoris ossis latus, quæque huic coarticulantur cartilagines, contingat. Atque hoc inuolucrum in se intersepientes membranæ amplexantur, secundùm ipsius formam in latera extuberantes. Porrò hoc inuolucrum substantia constat membranea, atque in similarium partium numerum cum reliquis membranis reponenda. nullis enim fibris intertexta, sed simplex est membrana, utcunque crassa, & admodum dura, cauitatemque constituens, in qua cor facile dilatari constringique queat. In se enim cor continet nulla prorsus portiuncula illi cõnatum, sed æqualiter ab illo undique, uti superius cõmemorabatur, distans. Cauitas hæc læuis omnino est, tenui quodam humore oblita, ac adipe penitus omni destituta. Exterior quoque inuolucri superficies omni adipe uacat. Quanquã secus arbitratus sit Aristoteles, cordis inuolucrum pingue esse asserens: interseptiẽtibus membranis fortè delusus, quæ huic inuolucro obnatæ præpingues, ac potissimùm in hominibus, uisuntur. Cæterùm exterior hæc inuolucri superficies propter fibrosos nexus, ut mẽbranæ inuicẽ cõnatæ, aspera cernitur. Inuolucri enim lateribus intersepientes mẽbranæ quodãmodo orbiculatim [h] obnascuntur. Anteriori parti, cui illæ mẽbranæ nõ obnascuntur, fibræ membraneæ earũ membranarũ cauitatẽ implentium cordis inuolucro adnascunt. Posterior pars uniuersa intersepiẽtes quoque mẽbranas habet cõnatas. Cæterũ uniuersus mucro, & dextri lateris inuolucri egregia portio septi trãsuersi nerueo circulo ad latus sinistrũ ualidissimè, amploque admodum spacio cõnascitur, quod hominibus est peculiare. Simijs quippe & canibus & porcis à septo multum distat: tantum abest, ut ipsi magna sui portione inuolucrum cõnecteretur. adeò sanè ut & hinc luce clarius constet, Galenum hominis uiscera aut oscitãter, aut neutique spectasse, simiasque & canes nobis descripsisse. Verũ & homini adhuc priuatim anterior mucronis pars tunicæ costas succingenti fibrosis nexibus hæret, ea parte qua sinistri lateris sextæ & septimæ costarũ cartilagines pectoris ossi coarctantur. sed & is inuolucri nexus [i] inter thoracem interdiuidentes membranas perficitur: nullibi enim ex illarum medio inuolucrum cordis excedit, neque pulmonem ulla ex parte nisi illarum interuentu contingit. Hoc nullas arterias in se dispersas exigit, neque etiam uenas, nisi perquàm [k] tenuissimas ab illis ferè exortas, quæ intersepientibus membranis tanquam in omentũ deriuantur. quum enim cauam transmittit, ab illa uix aliquid mutuatur: quà autem septo in hominibus cõnascitur, communia cum septo uasa sibi uendicat. [l] Neruos quoque adipiscitur nimis quàm obscuros, ac ab illis pronatos, à quibus recurrentes nerui iam pullularunt. Quod uerò membraneum hoc cordis inuolucrum cordi id sit quod dicitur, omnibus conspicuum esse arbitror: quum instar domus & arculæ cuiusdam ac thecæ cor luculentissimè amplecti, ac intersepientiũ membranarũ beneficio sustinere uideatur. Præterea ut leuius esset, & durius, ex ualida extrui membrana, neminẽ quoque ambigere putauerim. Cæterũ an hominibus secundũ naturã se habentibus inuolucrũ id aquã contineat, quã serosi humoris modo in ipsius cauitate inter dissecandũ repositã obseruamus, mihi nõ admodũ perspectũ est. Quãuis nullã sanè humani cordis sectionẽ unquam aggressus sim, in qua non multã eiusmodi aquæ quantitatẽ repererim: quocunque etiã mortis genere siue paulo, siue multo antè homo interijsset, etiam si adhuc maiorem copiã in mulieribus quàm uiris animaduerterim: nisi illi natura admodum fuissent humida. Quinetiam ferè minus in nuper mortuis adinueni, quàm in his à quorum sectione diutius temperassem. Is cui Bononiæ cor uiuo eximi spectauimus, aquam etiam in inuolucro continere uidebatur: uerùm id non admodum commodè, utcunque etiã nos tragœdiæ adiungeremus, expẽdere licuit. Patauij huius aquæ intuẽdæ cupidi, pulsans adhuc cor cũ pulmone reliquisque uisceribus ilico atque exemptum erat, in proximam pharmacopolæ officinam deferri curauimus, ac in inuolucro aquam nonnullam reperimus. Canes uiui caui-

*Inuolucri cordis situs.*

*Inuolucri cordis substantia.*

*Superficies & nexus inuolucri.*

*Quibus uasis ac neruis inuolucrum implicetur.*

*Inuolucri usus, & cõstructionis ratio.*

*Cuiusmodi aqua in inuolucro obseruetur.*

g 2 fig. parũ sub S.

h Vti fit in 2 fig. & 1.

i Inferius L inter G & I.

k 3 fi. D, E.

l 2 fig. ca. 2 lib. 4 r.



cauitatem inuolucri & cordis superficiem humectas habent, at in his nulla aquæ obseruatur quantitas, ut sanè in mortuis quantumuis etiam exigua semper, perinde ac in porcis occurrat, quibus tamen in uiua sectione aqua asseruata uidetur. Adeò ut de uiuorum aqua nihil asserere uelim, uerùm nullam penitus in illis contineri (ut hodie omnes ex spiritu in aquam post mortem conuerso, hanc in mortuis reperiri contendentes affirmant) falsum esse noui. Quandoquidem (ut sæpe antea monuimus) membranæ nullis partibus connatæ, neque inuicem hærentes perpetuò madidæ apparẽt, ut oculi palpebrarumque interior superficies. Ad hunc quoque modũ ubi membranæ cerebrum inuestientes mutuò insternuntur, & interna costas succingentis membranæ, & peritonæi superficies, ac iecoris quoque & intestinorum, reliquarumque partium inuicem tantum accumbentium, non uerò connatarũ superficies madorem semper commonstrãt. Nunc autem cor in continuo uersans motu, neque dum uiuit animal unquam uel momento quiescens, calidissimũ uiscus meritò censetur, cur minus non madorem duntaxat, ut reliqua omnia, sed & aquam à Natura ipsi priuatim eiusdẽ usus gratia largitã nanciscetur? Præcipuè quum in humidioris temperiei uiris ac mulieribus copiosiorẽ aquam, quàm in siccis calidisque, quibus plures adesse spiritus cõstat, reperiamus: atque à phrenitide mortuo cerebri uẽtriculos seroso humore nonnihil salso acrique plenos obseruauerimus. Neque hic me mouet, quod quis unde hæc aqua calidissimo uisceri affundatur, interrogare possit: quum præter adipem, quo humanum cor imprimis scatet, madorem in reliquis nuper commemoratis sedibus animaduertamus, & in aquæ subter cutem specie, ab utero ἀσκίτης dicta, tantam aquæ uim in peritonæi amplitudine, & etiã in aquoso ramice, & interdũ uiuentibus in thoracis amplitudine asseruari indies discamus. Præterea æstiuo tẽpore suspẽsi, ac in cruce, ut Gallis & nostratibus moris est, nõ procul à suburbijs ad publicas uias relicti, paucis post suspendium diebus, ac si uesicæ aqua distentæ essent, in mirã molem intumescunt. Memini etiam in diebus canicularibus una die occisos canes, quibus cutẽ detraxeram, & musculi alicuius motum examinaueram, negligentia non abiectos fuisse, & casu in sole relictos, maximam serosæ aquæ uim in peritonæi cauitate, & in thoracis amplitudine collegisse. Cæterùm nugaci hac disceptatione relicta, ad cor properemus, ne tandem in theologorum quæstionem, qua de mysterijs plena Saluatoris nostri IESV CHRISTI aqua sanctissimè pertractant, incidamus: ac diui Ioannis uerissimum Euangelium, his nostris de solis calore in suspensis uirationibus, & carnificinis minimè misceamus.

## *DE CORDIS SITV ET FORMA.* *Caput IX.*

*SITVM cordis in sua proportione ostendit ultima figura tertij libri: dein prima & secunda præsentis libri figura idem quoque ostendunt, quamuis in illis cor suo inuolucro intectũ sit, ac inter membranas thoracis cauitatem intersepientes contineatur. Ac in prima quidem figura id ad L spectatur, in secunda autem ad inferius L & M, M. Porrò cordis formam ex quarta, quinta, & sexta figuris petere licet.*

CORDIS situm formamque ipsius enarratum modò [a] inuolucrum commonstrat. Cor namque pyramidalis figuræ uisitur, & nuci pineæ non admodum est absimile: ex [b] basi nimirum latiori in [c] mucronem paulo quàm nucis pineæ acutiorem sensim desinens: estque multo longius quàm crassius. quanquam in homine, quod ad externam superficiem attinet, non æquè crassum secundùm orbem, ut cæteris ferè animalibus, sit. Ipsius etenim latitudo profunditatem nõ secus excedit, quàm si quis cor in anteriori posteriorique sede nonnihil depressum affirmaret. Atque id potissimùm in dextra sede illi accidisse, dissecantibus obseruatur. Tota exterior superficies à basi ad mucronis usque extremum impensè læuis cernitur, nulli prorsus parti connata. [d] Coronalis tamen uenæ [e] propagines à cordis basi ad mucronem usque cum coniugis suæ arterijs excurrentes, sanguineque turgentes, paulo magis reliqua cordis superficie extuberant, inæqualitatemque minimam efformãt: quippe maxima sui corporis portione in cordis substantiam imprimuntur, deinde & adeps etiam, quo humanum cor plerunque abundat, aliquid inæqualitatis inducit. Basis propter uasorum egressus inæqualis utcunque uisitur. dextræ enim ipsius sedi [f] dextra auricula simul cum [g] uena caua, & [h] arteriali uena committitur, in sinistra autem sede [i] læuam habet auriculam, & præter [k] arteriam uenalem, [l] magnæ quoque arteriæ initium. Porrò cordis auriculas, uasa, ut & ipsorum orificia & membranulas, cordisque uentriculos seorsim ordine persequemur, iam cordis situm subnexuri, de quo prolixè

a 3 fi. C, D, E, F, G.

b 4 fi. C, D. 6 fig. A, B.

c 4 fig. E. 6 fig. C.

d 6 figu. D.

e 6 figu. E.

f 4 fi. I. 5 fi. B.

g 4 fig. F. 5 fig. C.

h 4 fi. G. 6 fig. I.

i 6 fig. E.

k 6 fig. G.

l 6 fig. O.

*Cordis figura.*

*Cordis superficies qualis.*

*Cordis situs.*

lixè admodum dissectionis professores contendunt: his quidem id in sinistrum thoracis latus collocatum innuentibus, illis autem in medio, quòd ad dextrum ac sinistrum attinet: alijs uerò non ad hanc tantum positionis differentiam cor in medio esse placuit, uerùm & secundum thoracis anteriora & posteriora, deinde superiora & inferiora. alijs rursus hæc omnia quidem toti cordis moli, alijs autem duntaxat basi asscribentibus. Quòd autem in præsentia thoracem omnes appellent[m] quicquid costis & pectoris osse, & duodecim thoracis uertebris intercluditur, manifestum esse arbitror: quum alioquin si uniuersus corporis trũcus cum Aristotele ipsis thorax appellaretur, plurimum in situ cordis enarrando aberrarent, quamuis alioquin ad ueram situs descriptionem non admodum accedant. Quandoquidem brutis animalibus quibus pectoris os homine longius obtigit, non basis solùm, sed & cordis propemodum mucro in medio, quod ad dextrum & sinistrum spectat, continetur. Deinceps secundùm dorsi longitudinem basis uicinior longè est primæ thoracis uertebræ, quàm mucro ipsi duodecimæ. Insuper magis ab elatiori pectoris ossis sede cordis basis remouetur, quàm mucro à pectoris ossis [n] cartilagine gladij modo in aciem cessante. adeò ut hac dimensione, quam in longitudine metimur, uniuersum cor mediam sedem nullis animalibus exactè occupet. Quod ad anteriora posterioráq; attinet, omnibus animantibus cordis basis in medio eius thoracis sedis quam sibi uendicat, collocatur. Mucro autem in anteriora magis exporrigitur, non tamen pariter omnibus. Cæterùm hominis cor sua basi, quæ ipsius dignissima nobilissimáq; pars, quum uasorum origo sit, censetur: exactè, ut in reliquis animãtibus, dextræ sinistrǽque sedis medium obtinet: atque quod ad anteriora posteriorá que spectat, pariter sese habet. tãtum enim à pectoris distat osse, quantum à uertebrarum corporibus abscedit. In thoracis autem longitudine, quæ posteriori sede duodecim constituitur uertebris, quintæ uertebræ corpus respicit, quæ ex tribus totius thoracis dorsi longitudinis partibus primæ humilior sedes & secundæ elatior existit. In anteriori uerò thoracis sede, quæ pectoris ossis longitudine terminatur, ad amussim mediam sedem exigit, tantundem à iugulo remota, quantum ab ea ossis pectoris sede, cui septum inseritur. Atque hic tutissimus, & plurimum ab ijs quæ foris incidere queunt, remotus, basis locus est: à quo reliquũ cordis corpus sensim in anteriora, & in sinistrum latus eousq; exporrigitur, ut mucronis posterior pars magis ad pectus atq; antrorsum cũ ipsum basis centrũ uergat, & dextra quoq; mucronis pars in sinistrum magis ipso basis centro protensa, medium pectoris ossis in sinistrum excedat, ipsumq; mucronis centrum sextæ & septimæ costarum sinistri lateris cartilagines respiciat, quà pectoris ossi coarctantur. Præsentibus terminis quibus cordis situs compræhenditur, illius quoque magnitudo innotescit: quę sanè homini, ut & cerebrum ac iecur, quàm cæteris animãtibus est grandior. Neque id solùm homini priuatim euenit, uerùm & illi quoque cor septi transuersi neruosæ parti in læuo latere, cui cordis inuolucrũ magno spacio [o] adnascitur, quàm proximè accedit: secus longè quàm canibus & simijs, quibus cor magno interuallo à septo remouetur.

*Cordis magni tudo.*

m 1 & 2 fi. ca 19 lib. 1.

n 2 fig. 8.

o à G ad F 3 fig.

## *DE CORDIS SVBSTANTIA. Caput X.*

*CORDIS substantia quoad fieri licuit, illis potissimùm figuris delineatur, quæ id quo uis pacto dissectum referunt, ut septima, et quatuor illi proximè sequentes.*

*Cordis caro.*

PRAECIPVA cordis substantia carne constat, musculorum carne paulo minus rubra, uerùm duritia, spissitudine, & fibrarum quo intertexitur genere plurimum ab illa uariante. Cordis enim caro longè durior existit, & spissior, iniurijsq; ferendis pertinacior, & demum uario robustissimarum fibrarũ genere donata. quum interim unius musculorũ sedis caro unicam ferè speciẽ, eamq; sparsim satis disseminatã duntaxat sortiatur. Porrò species fibrarum, quæ cordis carne continentur (nõ enim de membranarum uenæ cauæ & uenalis arteriæ orificiorum [a] fibris agimus) haud æquè ac musculorũ conspicua est: quandoquidem nullum prorsus inuenias musculum, qui uel citra dissectionem ilico atque detectus est, fibrarum suarum differentiam non accuratè ostendat: & adhuc multo accuratius, si uel crudus uel coctus unguibus, aut cultro discerpatur. at cordis quidem caro fibris compactissimis, & inter se plurimum differentibus oppleta uisitur: quæ uerò earundem situs differentiarumq; sit ratio, cõiectura potius cũ sectione assequimur. Quouis enim modo cordis carnem aut elixam aut crudam rectis uel obliquis uel transuersis sectionibus aggrediaris, uel utcunque lubet eandem unguibus dilaceres, uix unquam cordis notatu dignam portionem secundùm unum

*Cordis fibræ.*

a 7 fig. u. N. membrana rũ K, L, M. & 8 fig. G G. membranarũ E, F.



unum fibrarum genus diuelli posse obseruabis, ac omnẽ carnis partem diuersis multiplicibusq; (sed potissimùm transuersis) fibris abundare astrues: non enim in corde, ut sanè in stomacho, uentriculo, intestinis, & ipso etiam utero, & ambabus ueficis sectionis beneficio fibrarũ situm adinuenire integrũ est. Quanq; interim triplex fibrarũ genus à Natura ipsi largitũ esse, nõ possimus ire inficias, quum ob uarium & rarum quem in illo uidemus fibrarum implexum, & nullum simplicem earundem ductum: tum etiam propter manifestam ac uehementem cordis functionem, quæ fibrarum potissimùm, ut statim dicturi sumus, auxilio perficiuntur. Cęterùm & si ratio fortassis suaderet rectas fibras quibus attrahẽdi facultas tribuitur intimas, & deinde his obliquas, quæ in alijs organis naturali motu agentibus retentioni præesse credũtur, positas esse, & extimam sedem transuersas ac orbiculares, quæ expellunt, obtinere, non tamen cordis fibris eum situm asscribemus, quum sectio ipsa triplex hoc fibrarum genus inuicem commisceri ostendat, & nunc rectas, nunc obliquas, nunc transuersas, & rursus rectas & obliquas & transuersas quodammodo commonstret, quasi tres priores differentiæ singulis uentriculis peculiares essent, posteriores uerò toti cordi ambobuśque uentriculis simul dedicarentur. Appello autem in corde rectas fibras, quas in eo perquàm elixato ex ipsius basi ad mucronis usque ipsius centrum deduci, tam per cordis uentriculorum septum, quàm reliquã sedem conspicimus. transuersas autem, quæ orbiculatim cor uentriculosq; ambiunt: obliquas uerò, quę quidem orbiculatim cor uentriculosq; ambiunt, at obliquè secundùm cordis longitudinem procedunt. Suntq; hæ in duplici differentia. Aliquæ etenim in dextro cordis latere basi sunt uiciniores, in sinistro ipsi mucroni: aliæ autem in dextro latere mucronem magis respiciunt, in læuo basim. Atque his sanè fibris pro cordis mole, si eam scilicet ad musculum conferas, perquam numerosis, & carne has continente amplexanteq;, potissima cordis substantia constituitur, cui eadem cum musculorum uentrium substantia accidit compositio. Vt enim in musculis fibræ nerum perentur, carnem undique habent circumpositam: sic & cordis fibræ peculiari ipsis carne continentur, fulciunturq;. Quæ porrò per uniuersum cor fibrarũ & carnis simul sit crassities, tunc demum opportunè explicabitur, ubi cordis uentriculos oratione complexi fuerimus. In præsentia autem sufficerit, carnis fibrarumq; cordis usum, quæq; adhuc ad cordis substantiam spectant, adijcere: ac innuere, cordis carnem in mucrone quàm in basi spissiorem solidioremq; apparere. Non ob hoc profectò (ut Galenus arbitratur) ne hîc cor in suis contractionibus pectoris os accedẽs facilius lęderetur: uerũ quòd ea cordis pars tenuis sit, & quòd ad eã fibrarũ rectarũ concursus perficitur, qui carnẽ mucronis, & si ab alia nõ differat, compactiorẽ cõmonstrat, ad eũ prorsus modũ quo solidiorem carnem in musculi capite, aut tendinis principio uidemus, quàm in musculi uentris medio, ubi fibræ nõ adeò atque in illis locis compactæ, ab inuicem magis dirimuntur. Carnis itaque cordis non postremus usus cum musculorum carnis usu in fibrarum firmatione correspondet. Quod uerò propria peculiariq; ipsius secundùm iustitiam temperie ad præcipuas cordis functiones, quæ in sanguinis gratia pulmonis emutatione, & uitali spiritu conficiendo potissimũ cõsistunt, opituletur, imò primarius harum functionum autor sit, ex aliorũ uiscerũ substantia ratiocinamur. Cæterùm cordis fibræ alteri functioni subseruiunt, quà cor tantisper dum uiuit animal, & dilatatur & contrahitur, & aliquandiu inter contractionem dilatationemq; quiescit. Dein quemadmodum cordis fibræ cum musculorum fibris nonnulla consequuntur communia, sic etiam ut & illæ motui famulantur, sed prorsus diuerso. Musculorum enim motus arbitrarius est, cordis uerò naturalis, ac absque lassitudine inscrutabili rerum Opificis industria indefessus, arbitrioq; nostro minimè subditus, neq; ex cerebri neruis, ut musculorum motus, ulla ex parte dependens. Porrò cordis dilatationem, quæ mucronis ipsius ad basis centrum est attractio, & omnium laterum cordis distentio, rectę efficiunt fibræ, mucronem uersus basim contrahentes. Quod sanè ita perficitur, ac si uimineo circulo orbiculatim eademq; serie complurimas iuncorum scirporuḿue radices connecteres, & capitibus illorum simul collectis, uelut pyramidem quandam efformares, ac demum funiculum ex mucronis medio per circuli centrum dimitteres, quo deorsum tracto, pyramis breuior, intusq; multo capacior redderetur. Hinc siquidem cordis dilatationem condiscere quàm optimè liceret: quippe uimen quodammodo cordis basi responderet, iuncorum autem collectio cordis mucroni: deinde iunci ipsi & funiculus ille rectis fibris congruerent. iunci quidem illis responderent fibris, qui in cordis lateribus & anteriùs et posteriùs consistunt: funiculus autem illis conferretur fibris, quæ in cordis carneo [b] septo inter duos sinus posito frequentissimæ habentur, quanquam quod omnimodam cum rectarum fibrarum motu similitudinem obtineret, nihil confingere possimus. Transuersarum autem seu circularium fibrarum actionem ad aliquid referre, est quàm facillimum. hæ enim cordis contractioni imprimis præsunt, quæ mucronis

*Carnis cordis usus.*

*Fibrarũ usus.*

b 8 fi. H, H. 9 fi. K. 11 fi. L, inter H & G.

cronis cordis à basi est discessus,& quædam cordis productio, quã illæ moliuntur fibræ, quoties laxatis rectis impensiùs arctantur colliguntur q́, haud secus quàm si prius cõtractum in pyramide illa funiculum iam laxes, ac manibus aut alio circulo in medio pyramidis iuncos introrsum comprimas, ita q́ illius cauitatem minuas,& interim tamen proceriorem reddas. Nunc uerò quî obliquæ fibræ quieti præsint, hoc est aliquantisper, prout cordis functionibus ex usu censetur, simul cum alijs fibris ad contentas materias undiquaque se contrahant, imaginari nõ est arduum: præcipuè si diuersos cordis pulsus in uiuo animali examinaueris. Quod lanè factu rus es iucundissimè ea administratione, quam septimi libri calci (uel huius tantum rei gratia) subijciam: in qua non hæc modò, uerùm alia pleraque spectanda proponentur. Nunc autem ad fibras reuersi, eas non motuum cordis duntaxat opifices esse arbitrabimur, uerùm rectas ad attractionem, ad expulsionem orbiculares, ad retensionem uerò obliquas conducere etiam nobis persuasum erit. Cæterùm præter cordis carnem & fibras propriæ ipsius[g] uenæ illius substantiam enutrientes,& [h] arteriæ innatum suæ substantiæ calorem fouentes, huc etiam enumerandæ ueniunt: ipsa uidelicet coronalis uena,& duæ coronales arteriæ per cordis substantiam quasi musculorum uasa distributæ. Quis uerò uenæ arteriaruḿque coronalium sit ortus series q́, in tertio libro abundè complexi sumus. Quare cordis[i] neruulo sermoni quoque addito, ad cordis tunicam est accedendum: ac eum quidem neruulum in quarto libro à sinistro sextipa ris cerebri[k] neruo depromi retulimus, quando ab illo, ubi sinistri lateris recurrentem neruum constituit, sobolem deriuari diximus, quæ cordis inuolucri basim penetrans, & sinistro[l] uenæ arterialis lateri posterioriq́ sedi exporrecta, in cordis basim (oppidò quàm obscurè) pertinet. Verùm cordis tunica illi membranæ prorsus[m] correspondet, quæ musculorum uentribus pertinaciter obnascitur, tenuissima nimirum membranula quæ à musculorum substantia diuelli nequit. Eiusmodi nanque cordis extimæ superficiei obducitur, cui in hominibus præcipuè adbasim durioris adipis copia obnascitur: aliquãdo & per reliquam cordis superficiem ad mucronem usque, ac id semper imprimis secundùm [m] uenarum & arteriarũ per cordis corpus digressum. illi enim copiosior adipis portio (ut in [n] omento & membranis thoracem intersepientibus accidere conspicimus) attenditur. Integrum esset & ad cordis substantiã referre [o] tres membranas uenæ cauæ,& [p] duas arterię uenalis orificio præfectas, deinde & [q] auriculas,& [r] quatuor ipsius præter id circunuoluentes uenas arterias q́, uasa, nisi nunc tempestiuius foret, singula seorsum priuatis Capitibus recensere. Parí quoq́ ratione & cordis [s] os huc spectare uideretur, nisi & id in primo libro prolixiùs essemus persequuti.

*Cordis substãtiæ peculares uenæ & arteriæ.*

*Neruulus cordis.*

*Tunica cordis substãtiæ obnata.*

*Cordis adeps.*

g 6 fi. D, 7 fi. G. & fi. ca. 6 li. 3 E.
h 6 fi. D. 10 fig. E, E. & fi. ca. 12 lib. 3 B, B.
i 6 fig. h.
k 6 fig. d.
l 6 fig. I.
m 4 fig. L, 6 fig. E.
n lit. 2, 3, & 4 fi. lib. 5.
o 7 figu. K, L, M.
p 9 fi. E, E.
q 4 figu. I. & K.
r 5 fi. C. de in 6 fi. N, I, & G, O.
s 7 figu. ad D, D. 10 fi. ad S, S.

## DE CORDIS SINIBVS, SEV VENtriculis. Caput XI.

*SEPTIMA figura & octaua dextrum cordis uentriculum apertum proponunt, nona uerò & decima sinistrum. undecima autem cor transuersim dissectum oculis subijciens, uentriculorum cordis naturæ ostendendæ plurimùm iuuat.*

*Vętriculorũ numerus & situs.*

*Forma dextri.*

*Forma sinistri.*

QVONAM pacto cordis uentriculi hominibus, ac proinde & reliquis animalibus pulmonem habentibus conformentur, quoq́ constent numero, nunc subiungam, sermonem à Galeni cum Aristotele in illorum numero disceptatione omnino cohibiturus. Humanum itaque cor intus duas insigniter amplas obtinet cauitates, secundùm cordis latera sitas: unde etiam [a] unam uentriculum sinuḿue dextrum, [b] alteram sinistrum meritò nuncupamus. Horum dexter sinistri amplitudinem uincit, ambóque inuicem forma plurimùm uariant. Dexter nanque magis deorsum ad cordis [c] mucronem ipso sinistro descendens, [d] cauitatem instar crescentis lunæ paratam adipiscitur: quando quidem dextro ipsius latere, anterioriq́ & posteriori sede instar interioris semicirculi, aut ita extructæ cameratæ sedis concaua est, exteriori cordis in his regionibus superficiei, quæ gibba est, respondens: in sinistro autem latere externæ fornicis aut semicirculi sedis ritu (ut sic dicam) gibba cernitur, propter cordis uentriculorum [e] septum semiorbis modo dextra ipsius superficie in dextrí uentriculi amplitudinem protuberantis. Atque hanc formam dexter cordis uentriculus à basi ad mucronem usque seruat, simul cum cordis effigie ex latiori basi angustior redditus. Sinister uentriculus ampla etiam basi incipit, sensimq́ in arctum uersus cordis mucronem desinit, cauitatem instar coni, quod ad totam superficiem spectat, orbicularem obtinens. Cordis nanque uentriculorum [f] septum [g] sinistro ipsius latere, quo sinistrí uentriculi dextrum latus efformat, concauum,

a Patet in 7 et 8. et G, G in 11 fig.
b Patet in 9 et 10. & H, H in 11 fig.
c 4 fig. E. 6 fig. C.
d Hanc maximè ostendit 11 fig. ad G, G.
e 11 fi. I, I. & fig. H, H.
f 11 fi. I, I.
g 10 fig. R.



h 8 fi. H, H. i 9 fi. M, M. 10 fi. Q, Q. k 7 fi. Q, R. l Hoc è nulla figu. spectabis melius quàm ex undecima.

uum, non uerò ut [h] dextro latere gibbum extuberans q́ uisitur, & parem crassitiem naturaḿq́ cum cordis [i] substantia sinistrum latus & anteriorem posterioreḿq́ sinistri uentriculi sedes constituente exigit: ita q́ prorsus se habet, quasi sinistri uentriculi potissimùm gratia cor constitueretur, ac ut dexter uentriculus fieret [k] tenuis quædam cordis substantia dextro septi lateri adnasceretur. [l] Vniuersa nanq́ cordis substantia, præter uentriculorũ septum, dextri uentriculi amplitudinem constituens, tenuis admodum est: quæ autem sinistrum uentriculum orbiculatim ambit efformat́q́, dextrí uentriculi substantiam multis numeris crassitie superat, & undiq́ eq́uè crassa uisitur, præter quam in ipsa basi, ubi uasorum illinc prodeuntium dehiscentiuḿq́ gratia, cordis carnea substantia tanta amplitudine deficit, quanta orificiorum est amplitudo. Vtriusq́ uentriculi [m] superficies perquàm inæqualis est,& multis quasi foueis in carneam substantiam penitius impressis obsita. Neq́ istæ ad latera tantum, & si secus cæteris omnibus dissectionum proceribus usum sit, consistunt, ubi dexter uentriculus sinistrum respicit: uerùm per uniuersam prorsus uentriculorum superficiem, non solùm in nuper occisis animantibus, sed perpetuò, tantisper dum cor ipsum seruare uolueris, apparentes, neq́ unquam uel in exiccato corde conniuentes. Deinde præter hanc inæqualitatem, quæ in sinistro uentriculo nonnihil insignior est, ambo [n] carneas quasdam explantationes processuśue intus exigunt, qui teretes sunt, & graciles, & in [o] fibras mẽbraneas cessant, humiliori sedi [p] membranarũ in ipsis sinibus positarũ continuas. Cernuntur autem carnei hi processus potissimùm ad uentriculorũ mucronem, humilioreḿue sedem, quos ad fibrarum quas continent robur facere ostendam: quum secundo ab hoc Capite membranarum cordis naturam persequar. Ventriculorum igitur [q] septum crassissima, ut dixi, cordis substantia efformatum, utrinq́ foueis ipsi impressis scatet, hac imprimis occasione inæquali superficie qua uentriculos respicit donatũ. Ex his foueis nulle (quod sensu saltẽ cõprehendi licet) ex dextro uentriculo in sinistrũ penetrant, adeò sanè ut rerum Opificis industriã mirari cogamur, qua per meatus uisum fugientes ex dextro uentriculo in sinistrum sanguis resudat. Præter hactenus commemorata, in utriusq́ [r] duo habentur orificia,& totidem uasa in eminentiori uentriculorum sede, in cordis nimirum basi consistentia: & substantia, quum unũ quidem uenosum, alterũ autem arteriosum sit, differentia. Deinde ambobus uentriculis [s] membranæ quędam insunt, quas uasorum orificijs paulo pòst prę fici commemorabimus: ac in dextro quidem uentriculo tres habentur, uenæ cauę os spectantes: in sinistro autem duę, uenalis arteriæ origini connatæ, adeò ut & hinc uentriculis quædam exurgat differentia, quemadmodum etiam & ipso usu,& quam continent materia inter se differunt. Porrò usum illorum unà cum cordis uasorum & orificiorum & membranarum & [t] aurium usu priuato Capite meritò pertractabimus, quòd hæc simul omnia cordis functionibus famulentur: quas, nisi enarratarum iam partiũ constructione prius descripta, recensere absurdum foret.

*Ventriculorum superficies.*

m Hæc illis figuris obuia est quibus uentriculi spectãtur.
n 7 fig. O, O. 9 fig. H, H. 10 fi. N, O. 7 fi. N. 9 fi. G, G. 10 fig. M.
o 7 fi. K, L, M. 9 fig. E, F.
p 8 fi. H, H. 9 fig. K. 10 fi. R. 11 fi. I, I. 7 fi. C, C, C. 8 fi. C, D in dextro uentriculo. In sinistro autem 9 fi. C, C, & 10 fig. A.
q 8 fi. H, H. 9 fig. K. 10 fi. R. 11 fi. I, I. 7 fi. C, C, C. 8 fi. C, D in dextro uentriculo. In sinistro autem 9 fi. C, C, & 10 fig. A.
r 5 fi. K, L, M, in dextro. In sinistro E, F figu. 9. & 14 fi. I, K.
s 7 fi. K, L, M, in dextro. In sinistro E, F figu. 9. & 14 fi. I, K.

## DE CORDIS VASIS, ET EORVNdem orificijs. Caput XII.

*CORDIS uasis eorundemq́ orificijs spectandis pleræq́ faciunt figuræ: ac quinta quidem præcipuè uenam cauam proponit ad characteres C, D, E. Sexta autem uenam arterialem I insignitam, & arteriam uenalem G notatam, & magnam arteriam O indicatam. Cæterùm septima cauæ uenæ proponit orificium ad C, C, C. Octaua arterialis uenæ ad C, D. Nona uenalis arteriæ ad C, C. Decima magnæ arteriæ ad A.*

*Cordis uasa quot & quæ.*

*Vena caua.*

SVPERIORI Capite, quo duos cordis uentriculos complectebamur, quatuor cordis uasa & totidem orificia esse, obiter innuebamus. Ac in uasorum quidem numero sunt uena caua, uena arterialis, arteria uenalis, & magna arteria, quæ omnia singulis ad cordis uentriculos spectantibus donantur foraminibus. [a] Vena caua ad dextrum cordis latus dextruḿq́ uentriculum refertur: num uerò ab illo in hominibus originem ducat, non admodum contentiose friuolis quibusdam autorum suffragijs innitens, aggrediendum duxi, quum sectione (ut rationes subticeam) in natis hominibus nihil aliud quàm cauæ ortum à corde pendere (non secus ac reliquorum trium uasorum) queam colligere. Atque idem de fœtibus, quoad hactenus illorum sectioni incubui, fateri cogor: non interim Galeni sententiæ passim mihi reclamantis ignarus. Quæ enim is de uenæ cauæ principio in sexto de Hippocratis & Platonis dogmatibus contra Aristotelis placitũ adducit, omnia in illum (si mo-

a Tota fig. cap. 6 lib. 3 hic autem 5 fi. C, D, E.

dò id quis proposuisset) retorquere esset quàm facillimum. Nisi fortè cum Galeno illi conueniret, quod secur sanguificationis officinam esse haud falso enunciauerit, quanquã etiã Achillem illum arteriæ uenosæ principium deturbaret. Ex dextro itaq; latere basis dextri uentriculi ad humiliorem eiusdem basis sedem, uena caua [b] amplo patentiq; admodum orificio exoritur, a cui co ab exortu (qui totius uenæ capacitatem amplitudine multum superat, ac uelut extuberans ad cordis substantiæ terminos, [c] circulus uisitur) sursum ad iugulum, & deorsum uersus septum [d] contendit: neque, ut quispiam fortè arbitraretur, uena caua unico ad hunc modum enata principio, in duos truncos magnæ arteriæ [e] modo dirimitur, sed dextro basis cordis lateri instar recti pali attenditur, ac suo uelut sinistro duntaxat latere uena ex dextro uentriculo enascitur, ac facilè citra aliam diuisionem (quod interim arteriæ magnæ ex cordis basis centro quodammodo prodeunti negatum est) cordis inuolucrum permeans, sursum deorsum'que prorepit. Neque profectò alia cauæ exortus, aut si mauis cum Galeno dicere, insertionis est species, quàm originis trium reliquorum uasorum cordis uentriculos spectantium. Cæterùm quòniam pacto toti anteriori cauæ exortus sedi secundùm illius longitudinem [f] dextra cordis auris adnascatur, in eo quod statim de cordis auribus subnexuri sumus Capite, audies. Vena igitur caua primum cordis uas censebimus, & ipsius ortus similiter primi orificij loco opportunè habebitur. *Vena arterialis.* [g] Vena arterialis etiam dextro cordis uentriculo ascribitur, estque ea uena, quam quidem quòd sanguinem in pulmonem deferat, uenæque prorsus uicem gerat, Venam: quòd uerò arteriæ corpus nanciscatur, Arterialem appellari antea diximus. Hæc multo minori quàm caua [h] orificio ex dextri uentriculi basis elatissima parte iuxta dextrum latus uentriculorum [i] septi enascitur, & magnæ [k] innitens arteriæ, sinistrorsum'que nonnihil suo caudice inclinans, ac cordis inuolucrum permeans, tandem in [l] duos truncos dissinditur, quorum dexter ad sinistrum latus caudicis magnæ arteriæ, posteriorem'que eius caudicis sedem reflexus, in [m] dextros pulmonis lobos digeritur, sinister uerò in [n] sinistros. Porrò [o] uenalis arteria, quam in tertio libro pariter cum arteriali uena persequuti fuimus, atque etiam ab usu quòd aërem continet deducit'ue, Arteriam: à substantia autem, quòd uenarum corpori respondet, Venosam nuncupari retulimus: inter sinistri cordis uentriculi uasa connumeratur, ac ut uenarum corpus adipiscitur, ita quoque ex molliori sinistri uentriculi sede (ut caua ex dextri) principium ducit. Ex sinistro enim sinistri uentriculi latere ad eiusdem uentriculi demissiorem partem pari penitus modo ut caua, uenalis arteria [p] patenti admodum orbiculari'que orificio enascitur, ac statim ab ortu, aut in ipso potius ortu, in [q] duos truncos deriuatur, quorum dexter sub cordis basi productus, ac cordis inuolucrum penetrans, in dextram pulmonis sedem *Diuersa Anatomicorum de cordis orificijs placita.* dispergitur, sinistro interim in sinistram pulmonis partem exporrecto. Cæterùm hæc uenalis arteriæ in primos truncos distributio, adeò illius origini uicina est, ut hoc nomine nonnulli dissectionis professores eius in corde orificium multiplicauerint, ac id geminantes quinque quatuor cordis uasorum orificia enumerauerint. Et rursus fortassis pari ratione uenæ cauæ attendentes, ipsius quoque orificium geminarunt: quum in ipsa etiam origine [r] hæc sursum deorsum'que properat. Huiusmodi enim quid Herophilus contra Galeni Erasistrati'que sententiam ex septimo de Administrandis sectionibus libro innuisse colligitur. Porrò nos quatuor cordis uasorum, quatuor tantum orificia, ut re uera sunt, enumerabimus. Quo autem pacto uenalis arteriæ exortui in anteriori quoque ipsius regione [s] læua cordis auricula *Magna arteria.* adnascatur, secundo ab hoc Capite explicabimus. Quartum uas, quod adhuc enarrationi deest, quartum'que cordis constituit orificium, [t] magna censetur arteria, pari ratione ex sinistro uentriculo, qua arterialis uena ex dextro, principium ducens. Ex dextro enim elatissimæ sinistri uentriculi sedis latere, & ex cordis basis ueluti centro arteria magna enascitur, aliquousque rectà [x] sursum sub uenæ arterialis caudice tantisper prorepens, donec cordis inuolucrum permeans, in duos truncos dissindatur, quorum unus corporis superiora, alter inferiora petit. Atque ita profectò durorum crassorum'que uasorum, ipsius nimirum arterialis uenæ, ac arteriæ magnæ principia adeò respondent, ut sinistrum arterialis uenæ latus dextro arteriæ magnæ lateri in ipsa origine adnatum sit, ambo'que uasa hîc ex eminentissima cordis uentriculorum septi sede commune principium radicem'que possideant, quod eousque quibusdam animalibus indurescit, ut id Galenus reuera os esse affirmet. Cæterùm [y] hîc in sinistro cordis uentriculo ad septi eminentissimam sedem ascensus post dextram orificij uenalis *Li. 3. de Partibus animal. cap. 4.* arteriæ membranam inter dissecandum latens conscendens'que Aristoteli imposuit, ut inibi tertium cordis uentriculum constituerit, illum arteriæ magnæ principium esse recensens. quod sanè multo minus incusandum uenit, quàm quod uentriculorum cordis numerum pro animalium mole uariare scripserit. At quemadmodum Galenus in huiusmodi leuibus & obiter

*b* 5 *fi. ca. 6 li. 3 D. 7 figu. G, C, C.*
*c* 7 *fi. H, H, H.*
*d* 7 *fi. A, B, aut D, E.*
*e* ut 6 *fig. O in P & R.*
*f* 5 *fi. B, 7 figura F.*
*g* 1 *fi. cap. 15 li. 3. 7 fig. I.*
*h* 8 *figu. sub E, F, G.*
*i* 8 *fi. H, H, k* 6 *fi. 1 super O.*
*l* 6 *fi. L, K.*
*m* 3 *fi. L, M.*
*n* 6 *fig. I, m.*
*o* 2 *fi. ca. 15 li. 3. 6. fi. G.*
*p* 9 *fig. D, D. & 12 figu. D.*
*q* 2 *fi. ca. 15 li. 3 K, L.*
*r* 7 *fi. D, E.*
*s* 6 *fig. F.*
*t* figura *ca. 12 li. 3. 6 fi. O. 10 fi. A. u* 10 *fi. S, S. x* 6 *figu. O sub I.*
*y* 9 *figu. L sub E.*



ter tantum traditis ab Aristotele descriptionibus prolixè refutandis occupatur, ita sanè Aristotelis sectatores hortarer, ut in Aristotelem affecti, sedulò humani corporis fabricam ipsi resecarent, eam Galeni placitis accuratè conferentes, ut tandem Galeno Anatomicorum principi id obijcerent, cuius dissectionis professores crebrò insimulat, quum utcunque leuiter Aristotelis ut in consectionibus parum exercitati errorem illum citra partium inuentionem committentis fert: at eos grauiter incusat, qui totam uitam huic speculationi dedicarunt, & tamen in plerisquè falsi sunt. Si enim quis Galeni dogmatibus non addictus, ea diligenter examinaret, complurima profectò occurrent, quæ altiùs refelli possent, quàm quæ Galenus alijs imponit Anatomicis. Non enim admodum leue censeretur, quod in sexto de Partium usu arteriæ magnæ orificium amplius uenosæ arteriæ orificio esse asserit: quum interim hoc, illo longè amplius cernatur. Neq; simpliciter Galenus magnæ arteriæ orificium uenosæ contulit, imò cæteris cordis orificijs id amplius esse contendit, adeò in Aristotelis dogmata incitatus, ut nõ animaduerterit uenæ cauæ orificiũ uel triplo maius arteriæ magnæ orificio cerni, ac re uera esse, uti & uenalis arteriæ orificiũ grandius magnæ arteriæ orificio esse dicebamus. Porrò quod & ego in Galeni medicinæ parentis uerba iurauerim, ac philosophis nos insectandi ansam præbere neutiquam instituerim, non lubet hæc, & eius generis permulta diffusiùs persequi: unde etiam ad cordis membranas sermo iam uenit reflectendus.

## DE VNDECIM MEMBRANVLIS QVATUOR orificiorum cordis. Caput XIII.

*PRAESENTES membranæ seriatim in septima, octaua, nona & decima figuris occurrunt. Septima nanque tres proponit uenæ cauæ orificio præfectas, ac K, L, M insignitas. Octaua tres in uenæ arterialis orificio positas, & E, F, G notatas. Nona duas uenalis arteriæ orificij E & F indicatas. Magnæ autem arteriæ tres membranæ in decima B, C, D insignitæ proponuntur.*



EA CORPORA cordis membranas nuncupamus, quæ cordis uasorum radicibus, ipsorum'ue exortibus adnata, calore, substantia, crassitie, prorsus membranæ existunt, materierum regurgitationibus præfectæ. Sunt porrò hæ omnes ex præcipuorum Anatomicorum sententia undecim numero, ac tres quidem singulis trium uasorũ orificijs, duæ autem duntaxat uno quarto'ue adnascuntur. Vena caua, quam primum dextri uentriculi uas esse recensuimus, [a] suas membranas, uti modò subiungam, locatas exigit. Cauæ exortui, qui uelut extuberans in cordis substantia, ex qua prodit, [b] circulus est, [c] alius membraneus circulus humiliori uenæ exortus parti proximè adnascitur, qui prorsus pari modo ac uenæ initium ex cordis substantia principium ducit: & quemadmodum uena ab ortu extrorsum è cordis uentriculo fertur, ita quoque membraneus hic circulus introrsum, in'que dextri uentriculi amplitudinem procedit. Insuper ut uena caua ilico à cordis substantia, ex cuius termino (ut ita dicam) enascitur, abscedit, solo exortu, qui breuissimus est, cordis substantiæ hîc adnascitur, ilico ab illa abscedens ac exacta, & solida, citra'que insignem crassitiem ualida membrana apparens. Hæc in uentriculi cordis amplitudinem deorsum ducta, non procul à principio in [d] tres ueluti membranas scinditur, ex ampla basi in obtusum mucronem desinentes, ac uix à semicirculi conuexo differentes. Mucro autem harum membranarum paulo supra mediam uentriculi dextri longitudinem cessat, neq; aliqua ex parte, quàm circulari exortu membrana hæc tribus ipsius processibus cordis substantiæ adnascitur. Verùm ex tota inferiori sede trium membranularum seu processuum, quæ reliquo ipsarum corpore nonnihil crassior ualidior'que efficitur, [e] fibræ quædam frequenti serie enascuntur, quæ deorsum per uentriculi amplitudinem ductæ, uentriculi lateribus iuxta ipsius mucronem adnascuntur, non quidem duntaxat, ut Galenus innuit, ad uentriculorum cordis [f] septum, at etiam ad reliquam uentriculi mucronis amplitudinem. Omnis namque inferior membranularum pars fibras illi uentriculi mucronis sedi exporrigit, quæ ipsi è directo constituitur. Præsentes fibræ quà membranulis committuntur, excarnes sunt, & cordis substantiæ haud adnascuntur. Vnde etiam Aristoteles illas neruos esse arbitratus, hinc cor neruorum principium esse indicauit. Verùm ubi fibræ ad uentriculi mucronem implantantur, aliquousque [g] carnosa

*Membranarum numerus.*

*Cauæ membranæ.*

*a* 7 *fi. K, L, M.*
*b* 7 *figu. H, H, H.*
*c* Erit totũ corpus *K, L, M insignium in* 7 *figura.*
*d* 7 *fi. K, L, M.*
*e* 7 *fi. N.*
*f* 8 *fi. H, H, H. u fi. I.*
*g* 7 *figura O, O.*

substantia adaugentur suffulciunturq́: nõ aliter profectò apparentes, quàm si carneę in cordis uentriculo uirgulæ essent. Cæterùm mẽbrana hęc propter tres membraneos ab ipsa deductos processus, trium uenæ cauæ orificij membranularũ loco enumeratur, atq; quòd processus illi quum clauduntur, atq; inuicem conniuent, spiculorũ sulcis structura similiter existant, Græci τριγλώχινας, quasi trisulcas diceres, eos appellauere. Quũ enim membraneo circulo adhuc patente & orbiculari seruato, tres ipsius processus inuicem è regione illius centri coëunt, formam effingunt triangulari cuspidi non absimilem, idq́ue potissimùm illi cuspidi, quo in telis Turcæ penetrandis loricis hodie utuntur, qui triangularem quidem efformant cuspidem: sed quò minus oblongum illud ferrum grauaret, anguli q́ue acutiores redderentur, illi inter duos angulos sulcum elimant, adeò ut cuspis ex basi in mucronem desinens, simul tres angulos & totidem sulcos ostendat: uti etiam hîc in corde fieri animaduertes, dum inter dissecandum tres membraneos processus inuicem committes. Cæterùm si totius membranei corporis cum ipsius processibus & fibris adaperti similitudinem petis, eam ex coronæ forma opportunè sumes, quam regum capitibus antiquitatem insculpsisse, in illis quę Romæ effodiuntur imaginibus uidemus.

*Venalis arteriæ mẽbranæ.*

Porrò quemadmodum[h] uenalis arteria uenæ cauæ tum corpore, tum intro mittendis ad cor materijs, & ortu propemodum accedit, ita quoque uenalis arteriæ membranæ cum cauæ orificij membranis pleraque exigunt communia. Ad[i] radicem enim orbis uenalis arteriæ, [k] membraneus circulus ex cordis substantia enascitur, qui in sinistri cordis uentriculi amplitudinem introrsum (ut[l] uenalis arteria extrorsum) ducitur, statimq́; ab exortu à cordis substantia abscedit, uenæ cauæ orificij membraneo corpore huc usque quàm simillima. Verùm quum aliquantisper in uentriculi amplitudinem descendit, in[m] duos tantum membraneos processus partitur: forma quidem[n] illis qui ad uenæ cauæ orificiũ pertinent respondentes, sed mole & robore superiores. Ex ampla enim basi in obtusum mucronẽ finiunt, longius in sinistri uentriculi cauitatẽ, quàm cauæ orificij membranulæ in dextri contingentes. Horum processuum unus dextrum uentriculi sinistri latus, alter sinistrum respicit. Anteriùs enim & posteriùs inuicem discunt. Secundùm uniuersam eorundem humiliorem sedem (quæ etiam ut cauæ orificij membranularum, crassior durioráq́ existit)[o] fibræ seriatim ex illis enascuntur, quæ deorsum porrectæ, tandem cordis substantiæ ad mucronis sinistri uentriculi amplitudinem passim adnascuntur: & quemadmodum in dextro uentriculo fieri diximus,[p] carnea cordis substantia adaugentur stabiliunturq́. Cæterùm quia membraneus uenalis arteriæ circulus in duos tantum processus dirimitur, dissectionis proceres duas tantum membranulas ipsius orificio præficiasserunt: quas mitræ episcopali non admodum inepte conferas, si modò partem caput amplectentem ipsi membraneo circulo, & huius processus anteriori posterioriq́ mitræ cacumini assimilaueris. quum enim duo tantùm hîc cernantur processus, utcunque eos inuicem conniuere fingas, τριγλώχινας cum Galeno ipsas appellare non poteris, quod scilicet triangularis cuspidis imaginem nunquam referant.

*Arterialis uenæ membranæ.*

Venæ arterialis[q] membranæ dictorum modò orificiorum membranis neque situ, neque forma, neque etiam robore respondent. A[r] uenæ enim arterialis exortu hæ introrsum in cordis dextrum uentriculum haud pertingunt, sed totæ in eius uasis caudice consistunt, ita ab orificio extrorsum ductæ, ut commemoratæ priùs membranulæ ab orificio introrsum pertinebant. Neque etiam his unus communis q́ue est circulus, uerùm tres distinctæ, & non admodùm ualidæ sunt membranæ, singulæ semicirculi modo principium ducentes. Venæ enim arterialis orificium introrsum, atque in suam ipsius amplitudinem nonnihil in origine extuberans, suę amplitudinis superficiẽ in tres semicirculos extrorsum à corde latescentes distinctam obtinet: qui crassiores redditi, in ipsam uasis amplitudinem protuberant, ac suis tuberibus ueluti tres triangulos ita efformant, ut in puncto se contingentes circuli extra suam superficiem, suprà infraq́ue contactus terminum angulos constituunt. Ab his semicircularibus tuberibus membranæ tota ipsarum amplitudine, quasi semiplenæ lunæ imaginem referentes pronascuntur, nusquam uasi ipsi, præterquam ad hæc tubera, adnatæ. Harum membranarum latissima sedes, quæ extrorsum à corde magis reliquis membranarum partibus remouetur, & sola membranarum latus est, uasi ipsi non connatum, haud ita rectà cernitur, ac si singulæ membranæ dimidiatum circulum ad amussim exprimerent: uerùm modicè id latus introrsum obliquatur, & non adeò altè extrorsum q́ue in medio conscendit, atque terminis quibus utrinque uasi continuatur. Quum itaque hæc superior latissima q́ue membranularum pars latus q́ue instar dimidiatæ parenthesis ad hunc modum ( inflectatur, & ipsarum membranularum exortus, & ad uasa connexus semicirculum ad amussim exprimat, Græci has membranulas συμφυσιδίας nuncuparunt, ab illorum C imagine. His tribus uenæ arterialis membranulis,[s] tres in arteriæ magnæ ostiolo à Natura creatæ respondent, in nullo prorsus ab illis quàm

*Arteriæ magnæ membranæ.*

h 6 fig. G.
i 9 fi. D, D.
k Est is E, F proxima.
l 9 fi. C, C.
m 9 fi. E, F.
n 10 fig. I, K. 7 fig. K, L, M.
o 9 fi. G, G. 10 fi. M sub I, K.
p 9 fi. H, H. 11. o fi. N.
q 8 fi. E, F, G. et 1 fi. ca. 15 li. 3 cha. 1, 2, 3.
r 10 fi. B, C, D. & fi. ca. 2 inserte li. 3 characteres 1, 2, 3.



quàm in magnitudine & robore differentes. Magnæ enim arteriæ membranulæ tanto grandiores ualidioresq́ uenæ arteriosæ membranulis uisuntur, quanto uenæ arteriosæ corpus ab arteriæ corpore duritia amplitudineq́ uincitur.

## DE CORDIS AVRICVLIS. Caput XIIII.

*CORDIS auriculas quarta figura proponit I & K insignitas, ut & sexta M & F notatas. Verùm dextram auriculam inuersam ostendit septimæ figuræ F, & octauæ K. Sinistram uerò nonæ figuræ I, & decimæ L.*



*Duarum cordis auricularũ situs.*

AVRICVLAE cordis dissectionum professoribus uocantur, appendices quidam basi ipsius adnati. à similitudine enim, quam illi in situ, non autem in usu, cum propriè dictis auribus obtinent, aurium nomine donantur. Emicat namq́ ad utrumq́ cordis basis seu capitis latus appendix unus, ex ampliori basi in mucronem desinens, quem ex latere quo reponitur, aut dextrum, aut sinistrum nun cupamus. Dexter itaq́ appendix seu auris, dextro cordis basis lateri attenditur,[b] toti anteriori exortus uenæ cauæ regioni secundùm illius longitudinem obducta, & etiam suo mucrone à uenæ corpore abscedens, elatiùs nonnihil quàm cordis basis sursum conscendit. Voco autem exortus uenæ cauæ longitudinem, totam eam sedem quæ à uenæ cauæ parte qua propinquius cordis mucroni uena cordis substantiæ adnascitur, usq́ ad eam quæ basis cordis cẽtro, aut ipsi arteriali uenæ uicinior est, atq́ huic exortus longitudini dextræ cordis auriculæ basis longitudo respondet. Huius enim auriculæ effigies pyramidem refert, exq́ oblonga basi in mucronem, qui non admodum acutus protensusq́ est, desinit. Auriculæ etenim basis longitudo, quam uenæ cauę ex corde principij longitudine metiri diximus, ipsius auriculæ etiam admodum distentę amplitudinẽ ferè triplo excedit: deinde & longior multo est, quàm progressus à basi auriculæ ad ipsius mucronem pertinens. Porrigitur autem auricula à basi sursum antrorsumq́, adeò ut nulli auriculã forma, quod ad basim mucronemq́, & deinde ad cauitatem ac compressionem distentionemq́ attinet, exquisitiùs conferas, quàm coriaceis tuberibus utrinque Turcarum sellis assutis, quæ equis fluuium transnatraturi uesicarum ritu magno usu inflant. Exterior nanq́ auriculæ superficies pro ipsius repletione uariat: quũ enim auricula in cordis constrictione turget, oppletaq́ est, gibba undique & æqualis & aqueo ueluti humore oblita cernitur. At inanita concidenteq́ auricula, superficies hæc rugosa ac ueluti plicis obsita spectantibus occurrit: interim tamen auricula exteriùs aqueo humore, ut & cordis superficies, obducitur. Verùm quandoq́, licet idrariùs, exterior distentæ etiam auriculæ superficies inæqualis, propter adipem illi tunc obnatum uisitur.[c] Interior autem superficies auriculæ cauitatem circunscribens, uentriculorũ cordis superficiei omnino respondet. Vt enim hæc ubi uasa educit lęuis, tota autẽ reliqua sede aspera & foueis plena cernitur, ita quoq́ illa ubi uenæ cauæ exortui adnascitur, lęuis quidem est, reliqua autem amplitudine foueis ac fibrosis implexibus adeò scatet, ut cordis superficiẽ inæqualitate uincat. Atq́ hęc cauitas in amplitudine prout auriculæ corpus aut concidit aut distenditur uariat, foueæ autem nunquam penitus explicantur. Porrò auriculæ substantia triplici fibrarum genere, & modica, eaq́ admodũ dura, & quasi cuticulari carne eas fibras amplectente constat, adeò ut auricula fibris cũ cordis substantia respõdeat, at carne (quę, ut diximus, neruea magis cuticularisq́ & subnigricans est) à corde differat. Neq́ ab hac fibrarum cum ea carnis commixtione uix cutis crassitiem superante, aliud peculiare auricula in sui constitutionẽ ascisit. nõ enim uenas arterias q́ & neruos peculiariter ipsi insertos comprehendimus. Cæterùm auriculæ connexus propemodum ita se habet, sinistrum sui basis latus extremo cordis substantiæ, ubi anterior uenę cauę in dextro cordis sinu orificij regio consistit, adnascitur: aut uerius ab illo extremo auricula prodit. Dextrum autem basis latus uenę cauę corpori secundùm ipsius exortus à corde longitudinem, & in anteriori illius sede cõnascitur, ac ueluti cum uena commune corpus efficitur. tota reliqua parte auricula ab omni prorsus cõnexu libera est, & perinde ac cordis corpus in cordis quoq́ inuolucro continetur, nullis fibrosis nexibus illi commissa.[d] Sinistra cordis auricula pleraq́ cum dextra possidet communia, hæc namq́ in anteriori sede[e] exortus cordis auricula pleraq́ cum dextra possidet communia, hæc namq́ in anteriori sede

minus uenæ cauæ orificio uiſitur. Quod ad externam internamq; attinet ſuperficies, auriculæ
utcunq; reſpondent. quanq; exterior ſiniſtræ ſuperficies rugoſior magis, multoq; inæqualior
ſemper occurrat. Interior autem ſuperficies ſimiliter atq; in dextra auricula inæqualis, & foueis
obſita cernitur. Subſtantia etiam ſimiles ſunt: uerùm ſiniſtra multo durior, ac minus in conſtri-
ctione diſtentioneq; ſequax uiſitur. Quinetiam ſi illam dextræ conferas, uelut marcida exicca-
taq; ſpectabitur, adipe ſemper magis quàm dextra exteriùs abundans. In connexu prorſus con
ueniunt. nam uti dextra uenæ cauæ & dextro cordis lateri ſecundùm cauæ ortum adnaſcitur,
ita quoq; ſiniſtra dextro ſui baſis lateri cordis ſubſtantiæ, ubi uenalis prodit arteria, cõnaſcitur:
ſiniſtro autẽ latere ipſi uenalis arteriæ corpori. Vſu, ut ſuo ordine paulo pòſt dicturi ſumus, pa
rum admodum inter ſe differunt. Nunc enim omnium cordis particularum, quarum iam nu-
merum, ſitum, formam, connexum, ſubſtantiam'que complexi fuimus, uſum & functionem ſe-
riatim ſubijcere enitemur: id non prætereũtes, in fœtibus & nuper natis animalibus auricularũ
molem longè maiorem ex proportione occurrere, quàm in ætate prouectioribus.

## CORDIS, IPSIVSQVE HACTENVS COM *memoratarum partium functio & uſus, ipſarumq; conſtructionis ratio.* Caput XV.

*Cor cuius animæ ſedes.*

COR iraſcibilis, ſeu uindictæ honoriſq; concupiſcibilis animæ ſedem eſſe,
Hippocrati, Platoni, Galeno, & Stoicis ac Peripateticis pariter omnibus
conceſſum fuit. Verùm ad hæc, Zeno, ipſiuſq; dogmata corroboratu-
rus Chryſippus, Poſſidonius, cæteraq; Stoicorum familia, & Ariſtoteles
cum Theophraſto, reliquiſq; ipſius aſſeclis, cor principium fontemq; eſſe
uoluere, non nunc dictæ tantum iraſcibilis facultatis, at etiam eius quæ ci
borum, potuũ, & uenereorũ eſt appetitrix, quam alteratricẽ Ariſtoteles,
alij uerò naturalem, alij autem ſimpliciter concupiſcibilẽ appellare cõſueuerunt. Deinde etiam
Stoici unà cum Peripateticis rationis uim, &, ut ſemel dicã, animæ principatũ in corde colloca
runt, omniũ id in animali functionũ atq; officiorũ initium eſſe arbitrati. Quanq̃ interim ijdem
inter ſe decretis pugnẽt. Ariſtoteles enim, Theophraſtus, ac reliquus Peripateticorũ chorus,
& ex Stoicis Poſſidonius, iraſcibilẽ uim, ac cõcupiſcibilem rationalemq; unius ſubſtantiæ è cor
de proficiſcentis facultates eſſe aſſerunt, animæ autẽ ſpecies partes'ue eſſe inficiantur, neq; eas di
ſtinguũt. Chryſippus uerò Stoicorũ non poſtremus, ſicut in unã ſubſtantiã, ita quoq; in unam
facultatẽ & iram & cupiditatẽ cum ratione coëgit. At his omnibus refragat̃, ex diuini atq; inter
medicos facilè primarij Hippocratis, & inter philoſophos eminentiſſimi Platonis ſentẽtia, Ga-
lenus, quũ in alijs pleriſq; locis, tum potiſſimũ in nouẽ libris quos de Hippocratis & Platonis
dogmatibus inſcripſit. Illis namq; libris tres animæ ſpecies partes'ue Natura admodum inter ſe
diſcrepãtes docens, firmiſſimis atq; ſcientiã prorſus ſuo ipſius ſuffragio facientibus demonſtra-
tionibus cõprobat, iecur ciborũ potuumq; & uenereorũ cõcupiſcibilis animæ, cerebrũ autem
rationalis ac principis locum eſſe, cor duntaxat iraſcibilis animæ ergaſtulũ eſſe concedens. Por
rò ne hîc forſitan in aliquem ματαιόλογον, ac neſcio in quem hæreſis cenſorem impingã, ab hac de
animæ ſpeciebus earundemq; ſedibus diſceptatione prorſus abſtinebo. quũ tot hodie, ac potiſſi
mùm apud noſtrates ſanctiſſimæ ueriſſimæq; noſtræ religionis cenſores reperias: qui ſi aliquẽ
aut de Platonis, aut Ariſtotelis, ſuorum'ue interpretũ, aut Galeni de anima ſententijs, uel etiam
inter celebrandã Anatomen (ubi hæc potiſſimùm examinanda ueniunt) muſſitare audiuerint,
ilico illum de fide ambigere, ac neſcio quid de Animarum immortalitate hæſitare aſtruũt, non
perpendentes neceſſe eſſe medicis (ſi modò non temerè ad artem accedere, neq; inopportunè æ-
*Medico de animæ facultatibus ac ſede cõſiderandũ.* grotãti membro remedia applicare uoluerint) de ijs quę nos gubernãt facultatibus cõſiderare,
& quot numero ſint generatim, & qualis quęq; ſigillatim habeat̃, quo'ue in animalis mẽbro ſin
gulæ conſtitutæ ſint, & præter hæc maximè (ſi modò id adipiſci mente poſſemus) quæ animæ
ſubſtantia eſſentia'ue ſit. Quaſi uerò non citra impietatem nullamq; prorſus fidei labem quis de
grauium illorum autorum decretis nihil proponere, aut etiam illorum rationes alijs nouis cor-
roborare, aut friuola aliorum argumenta refellere poſſet: ac quaſi nõ aliter de ſanctiſſima, quaq;
accedentibus pijs operibus fide ſaluamur, felicemq; æternitatẽ hominũ animæ adipiſcuntur,
q̃ de his autorum dogmatibus, ac quas imbecillis & humana ratio ſuppetit hoc in negocio o-
pinionibus, loquendum interrogandumq; foret. Nihilominus interim de animæ facultatibus,
*Cui functioni omnes cordis partes famulẽtur.* functionibus, ſubſtantia, natura, ſpeciebus, & earum ſedibus inueſtigatione remiſſa, liberè
aſſeremus cor facultatis, atq; adeò ſpiritus uitalis fontem, & caloris natiui ſedem fomitemq; exi-
ſtere, ac pulſuum autorem eſſe, ſingulaſq; cordis partes illi ad calorem ſpiritumq; ſpectanti uſui
ſubſer



*a 3 fi. B, C, D, E, F, G. & 4 fi. B, B.* ſubſeruire commonſtrabimus. Quis itaq; cordis [a] inuolucri (ut ſingula ea ſerie qua earundem
prius cõſtructionẽ enarrauimus, perſequamur) ſit uſus, peculiare de inuolucro Caput utcunq; *Inuolucri uſus.*
pertractauit. Deinde & cordis ſitus, antea commemoratus, in ipſo thorace eſt tutiſſimus, & ab *Situs cordis ratio.*
omnibus quæ thoraci extrinſecus noxã inferre poſſunt remotiſſimus. Præterea cor in pulmo-
*b Spectantur id 3, 4, 5, 6, figuris.* nis id ſuis lobis ueluti digitis quibuſdam amplexantis medio ita [b] conſiſtit, ut æqualem prorſus
ex omnibus pulmonis partibus aëris per [c] uenoſam arteriam moliatur attractionem, & rurſus
*c 6 fi. G. & 2 fig. ca. 15 lib. 3.* fuliginoſorum recrementorũ egeſtionem in pulmonem tentet, & iuſta etiam portione per ue-
nalem arteriam & [d] uenam arterialem pulmoni ſanguinem porrigat. Ad hæc, cor non admo-
*d 6 fi. I, & 1 fig. cap. 15 lib. 3.* dum procul ab ore, per quod inſpirationẽ perfici neceſſum erat, locatum, eam corporis ſedem
nihilominus obtinet, ex qua commodè per [e] arteriæ magnæ ramos toti corpori natiuum calo-
rem, ſpiritumq; uitalem offerre queat. Quamuis etiam, quòd ad totum corpus attinet, à medijs
*e fi. cap. 12 lib. 3.* partibus tantũ ſuperiùs recedat, quantum à pubis oſſiũ coalitu diſtat. is enim erecti adultorum
corporis exquiſitiſſimũ habetur medium, nõ autẽ umbilicus, quem Galenus cordis ſitum enar *Lib. 2. de Decretis Hipp. & Platonis.*
rans, medium adamuſſim eſſe cenſebat. Inſuper nõ omnes corporis partes ſedem æquè tutam
*f 6 fi. A, B.* nanciſcũtur, quandoquidem [f] baſis ipſo [g] mucrone impenſius occultatur, thoracisq; mediam
*g 6 fig. C.* ſedem magis occupat. Non enim omnes cordis partes, quum idem uſus ſingulis haud delege- *Omnes cordis partes non æquè dignas eſſe.*
tur, pari tutela indigebunt. Partes enim in baſi cõſtitutæ, uaſorũ explantationi & exortui de-
ſtinantur. Quæ uerò ab hac ad mucronis uſque cacumen utrinq; in lateribus, & anteriùs poſte
*h 7 figu. R, Q. 9 fi. M, M. 10 fi. O, P, Q.* riusq; habẽtur, cordis uentriculorũ [h] parietes cenſentur, atq; ad uentriculos cõficiendos ſubſer
uiunt. Mucro autẽ quodammodo proceſſus eſt ualidus, ac propter cordis fibrarũ hîc collectio
nem copiamq;, & carnis eas ſuffulcientis amplectentiſq; duritiem, ſolidus admodum, & uelut
cordis uentriculorum operculum recenſetur, inſtar propugnaculi uniuerſo cordi præfectum,
adeò ut mucro ſecuriùs, quàm baſis ipſa pectoris os anterioraq; corporis accedere queat. Mu-
cro itaq; cordis portio ignobiliſſima & abiectiſſima creditur: baſis uerò, quoniã uaſorum exor
tibus præficitur, omniũ eſt primaria: quæcunq; autẽ inter has ſunt mediæ, cum uicinarum di
gnitate proportionẽ exigunt. Quæ enim baſi uiciniùs accedũt, paulo minùs habendæ ſunt po-
tiſſimæ. At quæ inter has ſunt mediæ, quantum abſcedunt ab alterutra extremitatum, tantũ ab
earum dignitate uel deficiunt, uel accedunt. Quòd porrò propter baſim quoq; quam latam am
*i 5 fi. C, dein 6 figu. I, G, O.* plamq; ob [i] quatuor illorũ grandium uaſorũ initia eſſe oportuit, cor non exactè rotundũ effe-
ctum ſit, etiamſi nõ dicatur, omnibus manifeſtũ eſſe conijcio. Quanq̃ Natura interim cor ſphę *Formæ cordis ratio.*
ricæ figurę iniurijs innoxiè ferẽdis omniũ pertinaciſſimæ, & cæteris omnibus capaciori, adeò
accedere uoluit, ut cor in maximis ipſius dilatationibus prorſus ſphæricũ appareat, quẽadmo-
dum in ipſius contractionibus oblongũ, & pineæ nucis modò productũ cernitur. Neq; etiam
ob aliud oblongũ cor eſſe dicimus, quàm quòd id in mortuis concidens, productumq; ſemper
offenditur. Si enim id in mortuis ita diſtentũ obſeruaretur, quemadmodũ in uiuis ſectionibus
id quoties dilatatur breuius quidem, ſed latiùs fieri ſpectamus, tunc meritò non oblongũ, ſed
rotundũ, ac paulo minùs toto ſphæricũ eſſe cenſeremus. Quis autem cordis ſubſtãtiæ ſit uſus, *Cordis ſubſtãtiæ uſus.*
in decimo Capite, quãdo cordis cum muſculo cõmunitatem, & rurſus differentiã proſequeba
mur, neceſſariò complexi ſumus, præcipuè tum explicantes, cui potiſſimũ muneri triplex fibra
rum genus cordis ſubſtantiã intertexens, dein & caro has amplectens & ſuffulciẽs, præficeren
*k 6 fi D.* tur. Cæterùm [k] uena cordis baſim coronæ inſtar cingens, & ramos per externã cordis ſuperfi- *Coronalis uenæ uſus.*
ciem deorſum à baſi exporrigens, cordis ſubſtãtię nutrimentũ ſuppeditat, argumẽtoq; eſt, cor-
dis ſubſtantiã potius ſanguine craſſiore hac uena deducto, quàm tenuiori & leuiori & expur
gatiori quem cordis uentriculi cõtinent, enutriri. Neq; etiã hanc mihi ſententiã quis diſturba-
ret, etiamſi uenæ coronalis ramos nõ penitius, ſed ueluti ſuperficietenus in cordis ſubſtantiam
diſpargi cõtenderet, quũ tot innumeris muſculis etiã uniuerſo cordis corpore craſſioribus ue
nas duntaxat ad extimã ſuperficiẽ adnaſci ſciamus, paucíq; admodũ in uniuerſo corpore ſint,
qui in ipſorũ uentres uenas penitus diſſeminari permittũt. Deinde nõ oſcitanter perpendendi
*l 4 fig. L. 6 fig. E.* ueniũt præcipui uenæ coronalis [l] rami, ex baſi deorſum uerſus mucronẽ deſcendẽtes, quorum
unus anteriùs, alter poſteriùs exporrigitur, uterq; ſecundùm cordis uentriculũ ſepti ductũ pro
*m 8 fi. H, H. 10 fi. R. 11 I.* tenſus, quaſi cordis ſubſtãtia his ſedibus [m] ſepti gratia plus alimẽti requireret. Quod etiã teſtan
tur ramuli ſiniſtro cordis lateri inſigniores quàm dextro exporrecti. nam quãto ſubſtãtia cor-
dis ad ſiniſtrũ ſinum craſſior eſt, tanto etiã eius ſedis ramuli tumidiores, frequẽtioreſq; cernun-
tur. Atq; hæc eò diligẽtius ſunt examinãda, quo magis ſcholaſtici diſputatores ſuis nugis diſſe
ctionem interturbare aſſueti, ſeſe excruciãt, num uentriculus inteſtinaq; ſuo quem totius corpo
ris gratia cõficiunt ſucco, an uerò ſanguine enutriãtur: non expendentes, alia prorſus functione
organũ aliquod, puta uentriculũ, inteſtina, ueſicas utraſq;, urinarios biliſq; meatus, uterũ, ue-

nas, arterias, & eius generis organa, sui ipsius corporis substantię nutritioni prouidere, & eam actionem cuius potissimùm nomine cõdita sunt, obire. Parum quoq; animaduertunt, publicis illis attrahendi, retinendi, propellendiq; facultatibus fibras subseruire, priuatarũ autẽ eorundẽ functionum (quas in ossibus, membranis, cute, & eius generis partibus fibris carẽtibus expendere licet) insitam duntaxat uim citra fibrarum subsidiũ, autorem esse. Quinetiã huc accedunt

*Coronalium arteriarũ usus.*

cordis substantiã implicantes [n] arteriæ, quas per cordis substantiam uenarum propagini- *n 6 figu. D, 10 fig. E, F. & fi. ca. 12 lib. 3 B, B.*
concomitatas deferri retulimus. Hæ enim, etiam si cor instar communis officinæ caloris innati fons sit, eumq; imprimis contineat, cordis substantiæ offerũtur, eius insitum calorem temperaturæ. Porrò quum hæc adamussim inquires, Galeni placito in septimo de Administrãdis consectionibus libro neutiquam acquiescendũ uenit, quo coronales uenas ex cordis dextro sinu pronasci docuit. illæ etenim extra sinum à caua [o] enascuntur, supra trium uenæ cauæ orificij *o 7 figu. G.*
membranularum principium, adeò ut coronales uenas adiens sanguis à caua assumatur, priusquam hæc in cordis sinum sanguinem depromat. Cæterùm [p] neruulus cordis basi oblatus, tri- *p 6 figu. h.*

*Cordis neruuli usus.*

stantium duntaxat sensus gratia, non autem motus cordi largitur. Cordis cartilagineam, aut si uoles dicere osseam substantiã, uenæ arterialis & magnæ arteriæ [q] origini additam, aut ex qua *q circa S, 8 10 fig.*
potius illa uasa originem ducunt, ad cordis fulcimentum facere, dissectionis professores arbitrantur: & quamuis etiam ea ipsa substantia, nullum prorsus cui insistat firmamentum habeat, nisi forsitan quatuor cordis uasa cordis inuolucrum penetrantia, uerùm illa non magis huic cartilagineæ substantiæ, quàm reliquæ cordis basi (si quid modò ad stabilitatẽ conducerent) firmamento essent. Porrò cordis uentriculorũ officium eiusmodi ferè est, [r] dexter eo quòd san- *r Paulo ante 7 & 8 fig.*

*Dextri cordis uentriculi usus.*

guinem præcipuè cõtinet, sanguinisq; elaborationi potissimùm dedicatur, sanguineus Latinis iuxta ac Græcis nuncupatur. is nanq; pulmonis duntaxat gratia, à summo rerum Opifice insigni iustitia cordi insculptus est. Pulmo enim qui instar promptuarij cordi circumponitur, ut id ab illo aërem perpetuò allicere queat, rarus, fungosus, leuis, ac ad thoracis motus sequacissimus fieri debuit. neque eiusmodi profectò suis functionibus idoneo nutrimento ali potuit, nisi priuatim illi sanguis ex eo quem caua cõtinet leuis, aërius, spumosus, expurgatus, nihilq; minus quàm fæculentus, ab alio organo præpararetur, atque ita ipsi pulmoni ad opportunam nutritionem deduceretur. At nullum organũ corde ipso calidissimo, & pulmoni proximo uiscere, ad id munus erat aptius: neq; etiam aliud omnino iustius pulmoni hac in re famulari poterat: quandoquidem nimis quàm ingratum cor habendum foret, si pulmoni tam amicè aërem, quo nisi ilico concidere emoriq; uelit, perpetuò indiget, ipsius nomine attrahenti, ac obsequentissimi famuli ritu præparãti, & illius potissimùm gratia fabricato, nullas uices referendas putaret, ac non modis omnibus cor, ut gratiam reponeret, pulmoni opportunum alimentum (quum id citra incommodum possit) conficere, præparare´que studeret. Pulmonis igitur occasione dexter cordis uentriculus creatus est, quod etiã liquidissimo animalia confirmant pulmone carentia, ac ob id dextro cordis uentriculo destituta. Hic nanq; uentriculus in animalibus quæ illo donantur, à [s] caua uena quoties cor dilatatur, ac distenditur magnã sanguinis uim attrahit, *s 7 figura C, C, C.*

*Venæ cauæ orificij in cor pertinentis usus.*

quem adiuuantibus ad hoc uentriculi foueis excoquit, ac suo calore attenuans, leuioremq;, & qui aptius impetu postmodũ per arterias ferri possit, reddens, maxima portione per uentriculorum cordis septi poros in sinistrum uentriculum desudare sinit: reliquam autem eius sanguinis partem dum cor cõtrahitur arctaturq;, per uenam arterialem in pulmonem deriuat, ac proinde cor in dextrum uentriculũ sanguinem ex caua uena quoties dilatatur, pulmoni & sinistro cordis uentriculo attrahit: atque is quem in præsentia nouimus, uenæ cauæ in cordis uentriculum orificij est usus. Vena autem arterialis sanguine in pulmonem deferendo potissimùm auxiliatur. Cur uerò hæc inter reliquas corporis uenas arteriæ [u] tunicas adipiscatur, in pulmonis *t 8 fig. C, D.* *u 1 fi. ca. 15 lib. 3 B, C.*

*Arterialis uenæ usus, & ipsius constructionis ratio.*

sermone obiter expressimus, quum eam crassam ualidamq; factam esse diceremus, tum propter continuos pulmonis & cordis motus, tum etiam ne pulmo tenuis illius quem cõtinet sanguinis plus quàm ad nutritionẽ sufficere possit (etiam si quàm plurimo indigeat) sibi alliceret: dein ut pulmo, continuo ipsius motu & calore sanguinẽ in arteriali uena deductum sibi magis excoqueret, spumosioremq; redderet. qualis is iam profectò est, qui per arteriã uenalem ex sinistro cordis sinu pulmoni offertur, quum is iam in utroque cordis sinu elaboratus fuerit. Accedit huc, arterialem uenam organum soli nutritioni opportunissimè subseruiens, quodq; secundùm pulmonis compressionem & dilatationẽ quiescere, atque quàm minimum moueri oportuit, magna Naturæ prouidentia alijs corporis uenis impẽsius rigidum, crassumq;, & cõpressu dilatatuq; difficilius factũ esse. Hac siquidẽ ratione uenæ arterialis propagines, arteriæ uenalis & asperæ distentionẽ & dilatationẽ haud impediũt: quum interim si illæ propagines sequaces essent, atque leui occasione distenderentur, magnam pulmonis amplitudinem illo dilatato implerent,



plerent, & rursus compresso pulmone subsiderent, magnamq; uim in asperæ arteriæ propaginibus ex pulmonis cõpressu fieri prohiberẽt. Et sanè hinc dum de uasorum robore loquimur, *x 5 fig. B. 7 fig. F.*

*Dextræ cordis auriculæ usus, & ipsius cõstructionis ratio.*

[x] dextræ cordis auriculæ usum petere poterimus. Quum enim cor ualido impetu distentũ sanguinem in dextrum ipsius sinum ex caua allicit, & quodãmodo rapiens eum absorbit, quumq; ipsa uena caua ut ex illa in alias corporis partes sanguis non ita, ac ille pulmonis tenuis gratia nutritionis resudaret, non adeò crasso ualidoq;, ac arteriæ constat corpore, periclitaretur profectò uena in ualida illa cordis attractione, ne rumperetur, nisi sagax Natura dextram cordis auriculam creasset, quę ad cordis motus sequax, & sanguine plena, quum cor dilatatur, sanguinẽ eum quem continet, in dextrum uentriculum diffundere posset, ipsaq; quodammodo in uentriculum attractionis impetum solutura conuolueretur, cordiq; instar promptuarij esset. Atq; huic usui auriculæ correspondet cuticularis constructio, quæ leuis & iniurijs interim perferendis contumax, & ad cordis motus sequax est. caua autem uisitur, ut continere materiam possit: & fibris cõstituitur, ut attractioni, retentioni & expulsioni subseruiat. Neq; etiam carne, quæ fibras illas amplectitur, destituta est. Verùm quod cordis substantiæ ipsius auriculæ substantia adeò conuenit, uidetur ostẽdere, & innata sibi facultate ad sanguinis leuem quandam cordis uentriculo præparationem conducere. Neque mehercule oscitanter, si quis indefessus Naturæ operum indagator fuerit, auricularum usus uenit expendendus. nam modò cõmemorati usus nequaquam præcipui uidentur, quòd uel ex illarum motu corde penitus concidente, & *7 Vt in usi figura.*
in uiuis sectionibus [y] transuersim dissecto queas animaduertere, quoties in uiuo animante cordis motu iam cessante, neq; dilatatis cordis uentriculis, auriculas tamen adhuc palpitare, distendiq; ac contrahi obseruas. Cæterùm ne irrita cordis dum dilatatur in dextrum sinum sanguinis ex caua uena fiat attractio, eodem scilicet rursus dum cor comprimeretur per idem orificiũ Eu- *z 7 figu. K, L, M.*
ripi ritu, propulso, [z] tres membranulas cauæ orificio Natura præposuit, quæ quidem sanguinem dilatato corde in sinum ex caua influere sinunt. at compresso corde, ne idem in cauam refluat, prohibent. Quum enim dexter cordis sinus distenditur, quod fit quoties breuior redditus in latitudinem insigniter proficit, tunc membranæ illæ laxiores factæ, ad uentriculi dextri latera cõcidunt, ac sanguini recluso cauæ uenæ orificio aditum præbent. At uentriculo rursus constricto, seu, ut in constrictione fit, longiore facto, & interim arctato, membranarum fibræ, ipsæq; membranæ propter cordis mucronem ab ipsius basi magis abscedentem tenduntur. & quum uentriculi mucro in eum modum angustior efficitur, membranularũ quoque fibræ mucroni uentriculi potissimùm adnatæ, inuicem colliguntur, ac proinde etiam è regione centri uenæ cauæ orificij, suis extremis inuicem accedentes, orificium id occludunt, ac quo minus sanguis rursus in cauam profluat, obstaculo sunt. Verùm & ad hanc actionem, sanguis ipse à uentriculi lateribus compressus auxiliatur. is nanq; quum uenæ cauæ orificium petit, ad posteriorem membranularum sedem impetu ruit, eas uersus orificij centrum comprimens, ut illæ magis inuicem conniueãt, autor est, sibiq; ipsi ne hàc illi aditus detur, obstat, uenæ tunc arterialis *a 8 figu. E, F, G.*

*Membranarum arterialis uenæ orificij ratio.*

orificium accedens, quod quidem in cordis cõtractionibus patens sanguinem uersus pulmonem transmittit. at quo minus idem rursus dilatato corde in dextrum sinum regurgitet, [a] tres membranæ arterialis uenæ orificio præfectæ cauent. Illæ etenim quia principium cum uenæ arterialis origine ducunt, ac sursum tensæ, in uenæ cauitatem cessant, atq; ad uenæ latera concidunt, sanguinẽ in cordis contractionibus promptè in uenã fluere sinunt. at quum is rursus ob cordis dilatationẽ ad uentriculũ ua cui fuga retractus, aut etiã in pulmonis cõpressione uersus uenæ arterialis caudicẽ protrusus ad cor impetu uergit, per uenæ latera descendens, inter uenę corpus & posteriorẽ membranularũ sedem cõcidit, spacium quod inter corpus uenæ ac membranas est, implens. Vnde etiã necessariò membranas deorsum protrudens ipsis, ut ad orificij uenæ arterialis centrum inuicem cõniueant, orificiumq; claudant, occasio est. adeò ut quanto uehemẽtius cor sua dilatatione sanguinẽ retrahit, ipseq; pulmo inter expirandũ comprimitur, tanto exactius membranę uenæ orificiũ obturantes, sanguinẽ in cor refluere prohibẽt: uerùm nõ ita accuratè id præstãt, ut nihil prorsus sanguinis in primo retractionis impetu in cor rursus defluat. Nam obstaculum, ne quid penitus regurgitaret, effingere, fuit impossibile. Cæterùm quum arterialis uenæ membranulæ nullum nisi à sanguine refluente impetum sustineant, quæ *b 7 fi. N, N.*
autem uenæ cauæ orificio præficiuntur etiã secundùm cordis motus [b] fibrarum suarũ quibus dextri cordis uentriculi mucrone cõnascuntur interuẽtu, tensionẽ experiãtur, haud mirum est, has illis longè ualidiores à Natura procreatas esse, atque huic cauę orificio auriculam propter uehementem cordis attractionẽ præfici, siue hanc fabrorum follium aërem attrahentiũ modo cor moliatur, id enim cordi magis quàm cuiuis alij inest: siue lucernarũ flammæ oleũ attrahentis ritu, quippe hac uirtute cor quũ innati caloris fomes existat, haud destituitur: siue rursus ut magnes

magnes familiaritate qualitatis ferrum trahit: quid nanq; familiarius eſt cordi ipſo aëre, ad infrigerationem & caloris natiui enutritionem? deinde etiam ſanguine utilius & benignius nihil, ad enutritionem ac ſpiritum uitalem reſtaurandum cenſetur.[c]

*Siniſtri cordis uentriculi uſus & cõſtructionis ratio.*

Siniſter cordis uentriculus, quòd ſpiritum uitalem præcipuè contineat, & cõficiat, aëremq; amplectatur, diſſectionis profeſſoribus ſpirituoſus aëreus've nuncupatus eſt. Hic tanto[d] craſſioribus ex cordis ſubſtantia lateribus quàm dexter uentriculus, cõſtituitur, quanto materia quam ipſe incluſam ſeruat, leuior, rariorq;, & euaporatu promptior, uelociorq; illa eſt, quam dextrũ in ſe habere diximus. Eadem enim eſt laterum horum uentriculorum in craſſitie ob cõtentam in ipſis materiam ratio, quam in uenæ arteriæq; tunicis eſſe aliquãdo cõmemorauimus. quanquam etiam fortaſſis humanæ machinæ architectus, ſiniſtrum cordis uentriculum craſſioribus lateribus etiam cõſtituerit, ut ille laterum grauitate ſanguinis in dextro uentriculo cõtenti copiam penſaret. Minus enim ſanguinis in ſiniſtro uentriculo aſſeruatur, eſtq; is plerunque tenuior & flauior, quanquã interim quandoq; è contrario craſſior rigidiorq; appareat, calidior uerò ſemper. Porrò reliqua quæ ad huius uentriculi partium uſus enarrationem requiri poſſint, ex dextri uentriculi enarratione non importunè petentur. Quemadmodum enim dexter ex caua ſanguinem trahit, ita quoque ſiniſter aërem ex pulmone in[e] arteriam uenalem attractum, ad ſe dilatato corde allicit, illoq; ad caloris innati refrigerationem & ſubſtantiæ ipſius enutritionẽ, ſpiritumq; uitalem utitur, hunc aërem excoquens & præparans, ut is unà cum ſanguine qui ex dextro uentriculo in ſiniſtrum per uentriculorum ſeptum copioſius reſudauit, in magnam arteriam, totumq; adeò corpus delegari poſſit.

*Cordis carnis uſus.*

Quòd autem eiuſmodi alterationibus, cordis caro inſigni artificio à rerum conditore ad iuſtitiam temperata præficiatur, quoad diuinam hominis fabricam cognoſcere poſſimus, fatemur. Cæterùm ſi quæ fuliginoſa recrementa ex hac aëris in ſiniſtrum uentriculum dilatato corde contracti emutatione, ipſoq; innato calore producantur, ea rurſus per arteriam uenalem cõſtricto corde in pulmonem excerni arbitramur.

*Venalis arteriæ corporis ratio.*

Atque ea potiſſimùm arteriæ uenalis corporis eſt ratio. nam continuò indefeſſeq; aërem ex[f] aſperæ arteriæ ramis, ipſoq; adeò pulmone in ſe aſſumere debebat, & rurſus ſuis motibus cordis rhythmis correſpõdentibus, fuliginoſas eiuſmodi reliquias in aſperæ arteriæ ramos propellere: quod ſanè difficulter admodum feciſſet, niſi corpus tenuius rariusq; alijs arterijs nacta fuiſſet. Nam etſi hæ eundẽ cum reliquis partibus corporis uſum præſtẽt, in quo hæc cordi accõmoda cenſetur, nõ tamen arteriæ pro ipſarum mole tantum aërem qui illis non per occultos meatus, ſed per patẽtes in ipſis cauitates à corde unà cum ſanguine offerũtur, aſſumere, rurſusq; propellere, ac arteria uenalis debebãt, adeò ſanè ut hæc neceſſariò tenui & uenarum corpore confirmata ſit. Quanquam natura interim adeò ſuæ ſecuritati atque poſſibile fuit, prouidit: quippe longum ex ſiniſtro uentriculo ad pulmonem ductum (qui ipſi nocuus fuiſſet) præcauens, ſtatim in ipſo ortu eam diuiſit, atq; breuiſſimo prorſus ductu illam in pulmonem digeſſit, ut hæc ilico pulmonis ſubſtantia undique ſuffulta, implicitaq;, à ruptionis periculo ſecurior euaderet. Deinde & ex ipſius corporis tenuitate, quam Natura niſi illa maximè indiguiſſet, facilè uitaſſet, alius uſus accedit, pulmonis nutritioni accommodus. nam hæc arteria, ut reliquę totius corporis (præter aſperam) omnes, ſanguine tenui ac ſpirituoſo oppleta, etiam pulmoni idoneum ſuppeditat ſanguinem, id pulmoni ſupplens, quod nimium ſeuera rigidaq; arterialis uena ob corporis ſui craſſitiem, & ſanguinẽ quoq; minus quàm arteriæ uenalis ſanguis, leuem aëreumq;, pulmoni denegabat.

*Siniſtræ cordis auriculæ uſus.*

Porrò[g] ſiniſtra cordis auricula uenoſæ arteriæ adnata, idem prorſus officium huic & ſiniſtro cordis ſinui præſtat, quo uenæ & dextro cordis uentriculo dextram auriculam uſui eſſe diximus: & ſiniſtra auricula tanto minori cauitate donatur, quanto etiam arteriæ uenalis orificium, cauæ orificio anguſtius uiſitur. Deinde aër etiam ipſo ſanguine ſequacior eſt, adeò ut & hac quoq; occaſione ſiniſtra auricula iure minor dextra creetur. Nam quum aër ita promptè attrahatur, nõ tantum periculum erat ex attractionis impetu (qui potiſſimùm uacui fuga aërem trahit) uenoſæ arterię corpus, ita atque cauæ cõuelli. Quòd autem ſiniſtra auricula pro ipſius mole paulo carnoſior ac perinde etiam craſſior & pinguior, & ad motum minus ſequax quàm dextra auricula cernatur, argumento quoque eſt, ad quandam materierum præparationem auriculas cordi famulari, & auriculas ipſas proportionẽ quandam cum cordis finibus ſortiri.

*Mẽbranularũ uenalis arteriæ & magnæ arteriæ uſus.*

Porrò ut auricularum par uſus eſt, ita etiam ſiniſtri uentriculi membranulæ uſu penitus cum dextri uentriculi membranulis conueniunt.[h] Duæ enim uenalis arteriæ orificio commiſſæ, ac introrſum in cordis uentriculum deductæ, corde quidem dilatato aërem ex uenali arteria in uentriculũ ferri admittunt, ipſarum fibris propter cordis mucronem uerſus baſim in dilatatione magis adductum laxatis, ipſiſq; membranulis ad uentriculi latera concidentibus. Quũ autem cor conſtringitur, obſtaculo ſunt, ne aër rurſus in uenalem arteriam ruat, irritusq; cordis labor efficiatur. quan-

quam

c Patet in 9 & 10 figuris.
d Pete id ex 11. fig.
e 6 fi. G, 9 fig. C, C.
f 1 fig. cap. 38 lib. 1.
g 9 figu. F, 9 fig. L.
h 6 fi. E, F.



quam interim credamus has membranulas quum duæ duntaxat ſint, ſuum orificium cui præficiuntur, non ita adamuſſim obturare, ut fuliginoſis excrementis per uenalem arteriam exitum in cordis conſtrictione præpediant. Quinetiam magnæ arteriæ orificium occupantes[i] membranę, ijs omnino functione reſpondent, quas in uenæ arterialis orificio haberi retulimus. Hæ ſiquidem in cordis cõtractione ſpiritum uitalem unà cum ſanguine, quem impetu ruere Plato dicebat, in magnam arteriam profluere ſinunt. at corde rurſus dilatato, ſpirituq; ac ſanguine denuò ad uentriculum tracto, illius regurgitationẽ in uentriculum prohibent, ſanguine nimirum eas uerſus magnæ arteriæ orificij centrũ (ut in arteriali uena fieri nouimus) cõprimente.

*Quæ hoc libro pertractata ſint.*

Præſens itaq; liber conſtructionẽ partium, quas Natura aëreæ ſubſtantię reficiendæ fabrefecit, utcunq; complexus eſt, quæ quum ſui ſpiritus magnam portionem ad animalis ſpiritus in cerebro generationẽ mittunt, opportunè quum iam eò uſq; humani corporis harmoniã deduximus, ſequẽti libro cerebrum ſenſus ac motus arbitrij principiũ & rationis ſedem, omniumq; uiſcerum in altiſſimo corporis locatum regem, aggrediemur. Priuſquam tamen huic libro colophonem adijciam, operæpretium fuerit hoc libro traditarum partium adminiſtrãdæ ſectionis rationẽ eo ordine cõplecti, qua proximè præcedente libro, cibi potionisq; ac generationis organorum ſectionem docuimus.

## CORDIS, PVLMONVM, RELIQVORVM *que reſpirationi ſeruientium organorum adminiſtrandi ratio.* Caput XVI.

ANATOMICAM hanc adminiſtrationẽ in eo cadauere, quo ſuperiori libro deſcripta organa aggreſſus es, perſequi conuenit. ita enim præſens illi adminiſtrationi, & ei quæ in ſeptimo tradetur libro accommodabitur, ut in eodẽ corpore uniuerſam humanarum partium fabricam in cadauerum penuria, alijs oſtendere queas. Vt enim ſimul omnia in uno primùm tua ſolius opera adamuſſim diſcas, impoſſibile arbitror. Præcedentis itaq; libri cõtinuata adminiſtratione, ſuſtentaculum ceruici ſubijcito, cuius ope ea exporrigatur, caputq; in poſteriora reclinatũ pendeat. in quem uſum quadrangularibus illis fictilibusq; lapidibus uti conſueui, eos ſecundùm longitudinem tenuioribus ſuis lateribus menſæ innitẽtes ceruici ſupponẽs, ac caput deprimẽs.

*Muſculorũ quorũdã et uaſorum adminiſtratio.*

Deinde ut in ſecũdo libro docui, faciẽ & uniuerſam colli anteriorẽ ſedẽ cute nudo, ac primùm faciei[a] muſculos, qui frõtis cutem & palpebras, deinde qui genas, labra, & nariũ alas mouent aggredior, nõ præteriẽs in altero latere[b] uenarum,[c] arteriarũ, &[d] neruorũ ramos. Quum itaq; ad eum quem præcepimus modũ, faciei muſculos demonſtraueris,[e] eos qui oſſi υ imaginẽ referenti proprij ſunt, ac[f] qui à pectoris oſſe in primã laryngis cartilaginẽ ſcuti aſſimilatã feruntur, aggredieris. Deinde à pectoris oſſe & clauiculis[g] muſculũ liberabis brachiũ pectori adducentẽ, inſuper[h] illum qui à clauicula primæ coſtæ inſeritur. Ad hos,[i] muſculũ quoq; ſcapulam pectori adducentem à coſtis ſeparabis, uenis, uti iã diximus, cũ arterijs neruiſq; obſeruatis. aut muſculos in uno latere duntaxat, in altero uerò uenas, arterias & neruos expendes: quorũ ſeries ſi memoria exciderit, à tertio libro & quarto uenit petẽda. præſens enim locus in immẽſum excreſceret, ſi illã hîc quoq; ordine recenſerem. Poſt hos à pectoris oſſe & clauiculis reſecabunt, qui[k] hinc ad mamillares capitis proceſſus aſcendũt, hac in omnibus obſeruata ratione, ut ſinguli ſuis quibus inſerunt oſſibus integri adhuc appenſi ſeruẽtur, poſtmodumq; in oſtendẽdo reliquorũ ſui articuli muſculorũ numero accõmodari poſſint. Quo'nam autẽ artificio ſinguli ſint ſcindẽdi, quidq; in cuiuſq; ſectione primatim ueniat obſeruandũ, in ſecundo libro ſuis locis abundè ſum perſecutus.

*Clauicularũ à pectoris oſſe liberatio.*

In præſentia à pectoris oſſe[l] clauiculas acutiori cultello liberare contendes, robuſta quibus illæ pectoris oſſi colligantur ligamẽta diuidẽs, ac interim accuratiſſimè cauẽs, ne cultello altiùs iniecto, quæ huic articulo ſubſunt uaſa uulneres. Atq; hic[m] cartilaginẽ examinabis, quæ clauiculã pectoriſq; oſſis ſinum, pręter alias articulorũ cartilagines intercedit, & aliquò reponenda eſt, ut illa poſtmodũ in ſceleti connexu (ſi uiſum fuerit) uti queas. Liberatas autẽ clauiculas nitêris ui à pectoris oſſe attollere, ac ab illo primaq; coſta in exteriora reflectere.

*Coſtarũ cartilaginũ cum pectoris oſſe, ab ipſarũ oſſibus liberatio.*

ita enim primæ thoracis coſtæ cartilago, quà coſtæ oſſi cõtinuatur, in conſpectum ueniet: quæ cultro non admodum craſſo ab oſſe eſt[n] liberãda, hîc quoque mente adhibita, ne culter profundiùs mergens, quicquam in iugulo uitiet. Vbi primę coſtæ diſſecueris cartilaginẽ, deinceps ordine reliquas omnes à coſtis cultro, aut ſi uoles nouacula dirimes, continuaq; linea intercoſtales muſculos ad thoracis uſque capacitatem[o] diuides.

*Membr. thoracis amplitudinem interſepiẽtiũ examẽ.*

Liberatum nunc cum cartilaginibus à coſtarum oſſibus pectoris os, nõnihil eleuatum modò in dextrum, modò in ſiniſtrum latus[p] reflectendũ eſt, & thoracem interſepientes

tes

i 10 figu. B, C, D.
a 3 muſ. ta. A, C, D, E F, G, Γ, & 4 tab. K. M. N.
b fig. cap. 6 li. 3 Z.
c fi. ca. 12 li. 3 b, c, f, g.
d 2 fi. cap. 2 lib. 4 N, O, X. & rami ab R, b, e ſimul mixtorum aut 4 muſ. tab. H, I. & 5 tab. G.
e 4 tab. R, Q, S, T, V, V.
f 4 ta. P in N.
g 1 tab. L. 3 tab. Δ.
h 4 tab. d.
i 5 tab. Γ.
k 4 tab. Θ. ad Z.
l 4 ta. a ab l, ut in dextro latere 5 tabulæ factum eſt.
m Maior pars 4 fig. cap. 22 li. 1.
n Inter elatiſſimum B & A 1 fig. ca. 19 li. 1.
o Vt factũ eſt in 8 muſcul. tab.
p Vt fit in 1 fig.

tes membranæ quà pectoris oſſi proximæ ſunt, ueniunt unà cum cordis ſitu inſpiciendæ. [q] Deinceps tranſuerſa ſectione [r] ſeptum tranſuerſum à pectoris oſſe ipſiq; adhuc commiſſis cartilaginibus adimi debet, & pectoris os ſua mucronata cartilagine ſurſum attolli, ſenſimq; ab illo thoracem interſepientes membranæ diuelli. quod quum feceris, uerſus cadaueris caput pectoris os reflectes, moxq; iuxta [s] glandium, uenam & arteriam utrinque ſub ipſo prorepentes retuſiori cultello inter membranulas inquires. quas quum ſingulas uinculis interceperis, os pectoris cum ipſius ſimul uaſis à thorace auferes, tunicæ coſtas ſuccingentis ſpeciem & [t] intercoſtalium muſculorum, qui inter cartilagines habẽtur, naturã perpendes. Aut muſculis illis non aliter examinatis, os pectoris aliquantiſper repones, dum thoracem mouentes muſculos ſimul omnes poſt cordis adminiſtrationẽ oſtendere uiſum erit. Quò autem ea quæ in thorace aggredienda ſuperſunt commodius commõſtrarentur, conſueui primùm hamulo hinc inde coſtas ſuccingentem membranam auellere, & manibus ſi alicubi pulmo illi fibris cohæreret, ab ipſa dirimere. Inſuper pertuſo coſtarum quopiam interuallo cui pulmo adnexus eſt, demonſtrare ſoleo, quó nam pacto hominis thorax ſubinde pertundatur, non abolita interim reſpiratione, neque pulmonis motu quieſcente. [u] Mox diuiſis intercoſtalibus muſculis, coſtas ad mediam ferè ipſarum longitudinẽ frangere ſolitus ſum: quod paruo fit negocio, ſi ſingulæ ſeorſum manu fortiter apprehenſæ ui euertantur, inflectantur'ue. Verùm poſteaquam facilem illum parandi ſceleti rationem adinueni, ut oſſa cadaueris illi compingendo ſubſeruiant, coſtas integras reſeruari malim, & manibus ſimul omnes coſtas quantum licet extrorſum retorquere, & dein aliquouſq; diuiſis intercoſtalibus muſculis, inuicem coſtas ſenſim dirimere. ita enim ſatis patens thoracis amplitudo efficitur, potiſſimùm ſi ſecundùm dorſi longitudinem, ac ad thoracis ferè medium, lapidem, aut globum aliquem ſubieceris, cuius ui dorſi gibbus extra thoracis amplitudinem prominẽs, intrò in thoracis amplitudinẽ ducatur, grandiuſq; inter dextri ſiniſtriq; lateris coſtas fiat interſtitium.

*Neruorũ ſepti trãſuerſi.*

Hoc itaq; modo coſtis diductis, aut illo modo diſruptis, pariſemper ratione thoracis organa ſunt aggredienda. ac primùm à glandio ad ſepti tranſuerſi neruẽ ſedem, [x] dextrum ipſius neruum à dextra thoracem interſepiente membrana cultello liberabis: deinde ſi uoles, ſiniſtrum quoque. quem ubi ſimul cum [y] uena à iugulo pronata exporrigi uideris, illum iuxta ſeptum rumpes, uerſus ceruicem, ut poſtea ipſius uideas [z] originem, illum reijciens. Mox membranas interſepientes cultello ſecundùm thoracis longitudinem inuicem ſeiungens, atq; à cordis [a] inuolucro liberatas, ipſarumq; ad ſeptum tranſuerſum connexu, & ue-

*Cordis inuolucri examen.*

narum arteriarumq; in ipſis ſerie perpenſis, illas è thorace auferes. Id duntaxat præcauens, ne uas aliquod inſignius lædatur. rami enim membranas interreptantes, & cordis inuolucro intertexti, etiamſi diuidantur, uix notatu dignum aliquod ſanguinis profluuium concitant. Iam tempeſtiuum eſt ſolis manibus cor cum ſuo inuolucro hinc inde mouere, quiſq; ipſius ſitus formaq; inuolucri ſint examinare: quanquam & ad id ſummopere conducit inſpectio, quam modicè eleuato pectoris oſſe, cordeq; adhuc immoto membranarum interſepientium cauſa fieri uolui. Pulmonis quoque lobi manibus iam ſunt contrectandi, ut & ipſorum numerus, ſitus, formaq; indagentur. ac tandem cognoſcas, nullam pulmonis partem uenæ cauæ quà [b] inter ſeptum tranſuerſum & cor cõſiſtit, in hominibus ſubſterni: imò uenam ſimul citraq; interuallũ, & ſeptum & cordis inuolucrum penetrare, & quà uena hac ducitur inuolucrum [c] magna amplitudine hominum ſepto priuatim cõnaſci. Atque hæc, quæ Galeni placitis penitus renituntur, & uerè paradoxa ex hominis haud mendaci libro deprompta ſunt, neutiquam prætermittere conuenit, quin rabulas illos ſuſurroneſq; appelles, qui quum à ſectione abſunt, apud alios tam acriter ſe Galeni decreta tueri arbitrantur: inter ſecandum uerò & præſenti corpore prorſus, ac ſi quis linguam illis præſcidiſſet, ſilent. Cæterùm dum pulmonem obiter contemplatus fueris, inuolucrum cordis longa ſectione [d] diuidetur, & liquor ipſi innatans ſpongia extergebitur, ac demum à cordis uaſis inuolucrum reſecabitur, adhibito ſtudio ne [e] ſiniſtri recurrentis nerui principiũ uitietur.

*Cauæ uenæ diſtributionis per thoracem & iugulum examen.*

Vt uerò cauæ uenæ per ſeptum tranſuerſum tranſitum, ac ipſius per thoracem ductum examines, ſectionem ſepto ad uenæ uſque caudicem induces, præcauens ne duorum cauæ uenæ [f] propaginum in illud excurrentium radices ſimul uulneres: dein ſurſum paulatim conſcendens, quî [g] caua dextræ cordis auriculæ committatur, citra ullam ſectionem obſeruabis. Sic quoque ſupra cordis baſim, à cauæ dextro latere [h] uenam ſine coniuge enaſci inuenies: cuius ramos ductumq; melius diſces, ſi primùm dextram pulmonis partem uerſus ſiniſtrum latus eleuaueris, & poſtmodum ſiniſtram in dextrum latus reuolueris. hæc nanque citra ſectionem fiunt obuia: quanquam exempto corde & pulmonibus, illa adhuc licebit exactius intueri. Neq; ſanè hæc obiter ſunt ſpectanda, at grauiter naturæ artificium in uenæ coniuge carentis ductu, principioq; indagandum eſt, diligenterq; obſeruandum, num ut in agnis & por-

cis

q Vt ex 1 fi. facias ſecundam.
r 1 fig. I, I, 2 fi. R, R, et 7 muſ. tab. Δ.
s Iuxta F 2 fi. requires B,C,D,E.
t Vt ſpectãtur in 8 muſ. tab.
u Ferè uiſendum eſt in 1 & 2 fig.
x Siniſter in 1 fig. P,P inſignitur, in 3 autẽ fig. uterq; i.
y 1 figura Q,Q.
z 2 fi. ca. 11 lib. 4 n ab, e,m.
a 3 fig. B,C, D,E,F,G.
b 5 fig. inter D & C.
c 5 fi. G,K.
d Vt factũ eſt in 4 fig.
e 6 fi. g. ge- ductum ac.
f fi. ca. 6 li. 3 C.
g 5 figura C ad B.
h 5 fig. G et fi. ca. 6 lib. 3 F.



cis aliquando occurrit uena quæpiã, in ſiniſtrum latus porrigatur, iuxta cauæ ad cor cõnexum pronata. Porrò cauæ in iugulo [i] diſtributio, retuſiori cultello, quo incumbens illi [k] glandium adimetur inquirenda eſt. neque ſanè alio tibi utendum eſt artificio, quàm ut noſtras ad manum habeas uenarum delineationes, mentemq; ſumma cura accommodes, ne uenam aliquã pertundas. Vbi uerò cauæ ſeriem adinueneris, utraque iugularis & humeraria, prius tamen quantum poteris ſanguinis in illis compreſſo, & deinde caua uena, ubi ſine pari promit uenam, uinculis intercipientur, ac quicquid uenarum inter uincula conſiſtet, è corpore adimetur, & deinceps abluto ſanguine ilico ad arteriæ magnæ propagines neruoſq; recurrentes adinueniendos ſectio conuertetur.

*Arteriæ magnæ per thoracem et iugulum & collum diſtributionis & neruorũ recurrentium examen.*

Corde itaque in manu aſſumpto, [l] uenæ arterialis, & [m] arteriæ uenalis, ipſiuſq; [n] magnæ arteriæ radices, quà cordis baſi proximæ ſunt, intueris: quod factu eſt facillimum, ſi cum ipſarum coloribus, tum ſitui mentem adhibueris. dextræ enim auriculæ uicina eſt arterialis uena, & albicans, ac quodammodo in ſiniſtra proficiſcens uiſitur, ac inter cordis uaſa elatior eſt. Arteria autem uenalis uenæ modo nigricat, & cæteris uaſis demiſſior, propter ſiniſtram auriculã latitat, neq; adeò longè ipſius progreſſus ſe offert. Magna autẽ arteria in cordis baſis medio ſub arteriali uena quodammodo occultata conſpicitur. Hanc ubi primum intuitus fueris, [o] noſtra neruorũ recurrentium cum arterijs effigie ſectioni adhibita, omnes magnæ arteriæ ramos inquirito, quorum [p] ſuperiores ac iugulo proximi citra aliud opus iam erunt conſpicui, niſi fortaſſis glandij aliquot reliquiæ adhuc ſuperſint. [q] Truncus autem qui ad dorſum retorquetur, non niſi ſiniſtra pulmonis parte in dextrũ latus eleuata intuebitur. Cæterùm ut recurrentes uideas neruos, poſtquam cõmunes laryngis muſculos, [r] qui à pectoris oſſis elatiori ſede procedentes, infimæ ſcutum imitantis cartilaginis ſedi implantãtur, adminiſtraueris (ſi modo illos priuſquam pectoris os adimeres, cum oſſis [v] referentis muſculis, non reſecueris) ſexti paris [s] neruum in latere primum dextro ſecundùm ſoporariæ arteriæ longitudinem ab illa cultello ſenſim liberabis, ipſius [t] ramulum qui coſtarum radicibus exporrigitur, quum iuxta thoracem acceſſeris, & quos hîc muſculis ex pectoris oſſis ſummo enatis ſurculos deriuabat, perpendens. Simulatque uerò neruum ad [u] arteriam dextræ axillæ porrigendam deduxeris, [x] tres quos ad illam reflectit ſurculos (niſi [y] duo aut unus tantũ ſit) quàm poteris ſtudioſe uicinis membranulis acutiori cultello liberabis: ne fortè retuſiori, membranulas inter ſcindendum trahens ſurculos uioles. quanq̃ denuo acutus fortaſſis ſurculos ſimul cum membranis incautè reſecabit. Inuentis ſurculorũ principijs neruũ aſperæ arteriæ lateri exporrectum à ſua cui nectitur membrana, ipſaq; aſpera arteria liberabis, longa ſectione inter neruum & aſperam arteriam acuto quoque cultello facta. Liberatum hoc pacto neruum ſummis ſiniſtræ manus digitis apprehenſum modicè ab aſpera arteria attolles: ſexti uerò paris truncum quà ſoporariæ arteriæ exporrigitur, dextra manu eleuabis, ac deinde mutuò nunc ſurſum nunc deorſum ductis manibus, nerui recurrentis reflexum naturamq; perquires. Ad eundem ſanè modum [a] ſiniſtrum, ſexti paris truncum à ſoporaria ſiniſtri lateris dirimere conuenit, & ipſius ſurculos quos muſculis à pectoris oſſis elatiori ſede enatis, & coſtarũ radicibus exporrigit indagare, & poſtmodum [b] obſeruatis quas pulmonis tunicæ deriuat propaginibus, & eo [c] ſurculo quem ſecundum uenæ arterialis trunci ſiniſtrum latus cordis baſi offert etiam accuratè perquiſito, ad magnæ uſq; arteriæ [d] truncum, qui ad dorſum reflectitur, ſexti paris huius lateris neruus eſt deducendus, & acuto ſimiliter cultello [e] ſoboles [f] recurrentẽ neruũ hîc efformãtes ſunt adinueniẽdę. Hos ubi uideris, obtuſiorem ſtylum ſub eo arteriæ trunco uerſus ſiniſtrũ aſperæ arteriæ latus protrudes, & leuato nõnihil ſtylo, truncũ arteriæ à dorſo cui firmiſſimè cõmittitur, modicè dirimes. Deinde ab aſpera arteria, neruũ ad arteriæ magnæ uſq; truncũ liberabis, & utraq; manu ipſius reflexum, ut in dextro latere, oſtendes. [g] Reliqua uerò ſexti paris neruorũ ad ſtomachum ſeries, nõ niſi exempto pulmone cõſpicietur.

*Pulmonis inflatio.*

nunc autem ſi uiſum fuerit, foramine inter aſperæ arteriæ cartilagines facto, illiq; fiſtula quapiã indita, & aſpera arteria ſuper foramen compreſſa, pulmonem inflari curabis: inflatus ſiquidem ſuam formã manifeſtiùs commonſtrat, corq; ex toto amplexatur.

*Dextri cordis uentriculi & ipſius orificiorũ membranarumq; examen.*

Demiſſo dein pulmone, cordi à dextræ auriculę radice ad ipſius uſq; mucronem, nouacula ſectionem [h] induces, in dextrum ipſius uentriculũ uſque penetrantẽ. Mox uentriculo digitis diſtento, ſpõgia ſanguinẽ ſemel atque iterum elues. Vena enim caua & arterialis uena, ut ſanguis in uentriculũ fluat, iſq; poſtmodum ſpongia exugatur, comprimendæ ſunt. Exterſo ſanguine dextri uentriculi amplitudo eſt indaganda: deinde ſtylo [i] tres membranæ ori uenæ cauæ præfectæ obiter ueniunt ſpectandæ. Vt uerò prorſus in conſpectum ueniant, cultello ex dextro ſinu in cauã uenam intruſo, ſectionem à uentriculo per auris corpus in uenam uſq; duces: qua diſtenta, membranæ omnino uidebuntur, & auris cauitas, naturaq; ſi ipſam [k] inuerteris, facilè hac adminiſtratione cognoſcentur. Deinde quum uenæ cauæ intueris orifi-



i Hic ſedulo circa H ſpecta figuram capi. 6 lib. 3.
k 2 fi. F.
l 6 fig. I.
m 6 fig. G.
n 6 fig. O.
o fi. ca. 9 inſerta li. 3. et hic 6 fig.
p 6 fi. R,Q, S,T,V,X.
q 6 fi. P & figu. cap. 12 li. 3 i.
r 5 muſ. tab. P in N.
s 6 fig. a ſecundum V.
t 2 fi. cap. 2 li. 4 b. dein h,k.
u 6 figu. T.
x fi. ca. 9 li. 4 inſertæ P ad E.
y 6 figur. b.
z fi. capiti 9 lib. 4. inſertæ Q, Q.
a 6 figur. d.
b 6 fig. e.
c 6 fig. h.
d 6 fig. P.
e 6 fig. c.
f 6 fig. g,g.
g 14, 15 fig. lib. 5 T,V.
h Vt factũ eſt in 7 fig.
i 7 figu. K, L,M.
k Vt F in 7 fig.

cium, coronalis ueneᵉ origo etiam apparebit: cui si stylum ex molli plumbo indideris, quó nam pacto cordis basim cingat, ramosq; in ipsius corporis superficiem deriuet, obseruabis. Hîc uelim quoque ex uenæ cauæ amplitudine stylum inᵐ uenam coniuge destitutam inderes, ipsius à caua originem, ridiculamq; nostrorum Æsculapiorum rationem consideraturus, qui in octo utriusque lateris inferiorum costarum inflammatione, Hippocratem noⁿ mittendum esse sanguinem asseruisse affirmant, quod cor ex uena sine pari sanguinem adeò rapiat, ut nihil sanguinis missione ex uena hac educi possit. Quasi uerò nunc tibi secanti non longè esset clarissimum, cor in sanguinis missione, inflammatis octo inferioribus costarum interuallis nihil obstare, ac proinde sanguinem tunc quoque mittendum: & Hippocratem non adeò fuisse stupidum, ut octo humiliores costas sub septo transuerso esse arbitratus fuerit, & inflammationem huius sedis ad clauiculam usq; etiam tensionem producere ignorauerit. Verùm hic sermo ne præter institutum ad meum de uena in laterali morbo secanda placitum longius expatietur, refrenandus uenit: quanquam meherculè nunquam magis hac de re sententiâ quàm præsentibus uenis indagandam arbitrer, non autem citra uenarum cognitionem solis autorum distortis suffragijs eruendam. Porrò simulatque coniuge carenti uenæ stylum immiseris, oblongus crassusq; baculus cauæ uenæ estⁿ imponendus: quem quum absque negocio rectà per cauam ad imum usque uentrem protruseris, quàm bellè Galenus & cæteri dissectionis professores huc usque hallucinati sint, disces, qui cauam ex iecoris gibbo uno caudice enatamᵒ similiter ac magnam arteriam in duos trũcos, quorum hic inferiora, ille uerò superiora petit, diuidi censuerunt. Verùm hęc quum iecur aggredieris, uisurus es explicatius. quanquam nihil prohibet, modò septum transuersum è corpore quantum poteris resecare, iecurq; in sinistrum latus adeò reflectere, ut posterior ipsius sedes in conspectum ueniat: ac ubi baculum à uenæ cauæ sede quà cor spectat ad eam usque regionem qua renibus uenæ offeruntur, detrusum aliquandiu in uena seruaueris, animaduerterisq; iecoris substantiam toti cauæ posteriori sede nonᵖ obduci, cultello secundùm baculi longitudinem ducto cauam diuides, ac uenarum à caua iecori exporrectarumᑫ ora inuestigabis. Dein ijs qui nimium pertinaciter in Galeni Anatomes professorum primarij uerba iurauerunt appellatis, singula ipsius argumenta de uenarum ortu resumes, atq; studiosos ne ex commentarijs nauigare discant, hortaberis, unicam ueritatem, non uerò autoritatem, illosq; in cathedra gestus commendans. Porrò sectione rursus ad cor conuersa, digito aut stylo in elatiori dextri sinus sede arterialis uenæ orificiumʳ inquires, & illi intruso cultello, ex dextro uentriculo aliquousque in arterialem uenam sectionem duces. Qua facta, sanguineq; si quis erit eluto, uisui sese arterialis uenæ orificium simul cum suisˢ membranis offert: quas, ut exactiùs contempleris, stylo attolles, eodemq; arterialis uenę ductum in pulmones examinabis.

ᵗTunicæ etiam ipsius ex quibus arteriæ instar conformatur, facilè uidentur, modò quis ductæ iam sectionis lateribus labris´ue animum adhibuerit. Sinistrum cordis sinum similiter longa sectione à sinistræ auris radice ad cordis usque mucronem facta aperies, & sanguinem perinde ac in dextro exterges. In hoc ipsius primùm intuebere amplitudinem, deinde cordis substantiæ in hac sedeᵘ crassitiem, postmodum stylo ˣ duas arteriæ uenalis orificio præpositas membranas facilè adinuenies, ac quî inuicem in cordis constrictione conniueant, obseruabis. Vt uerò exactiùs se offerant, cultello uenalis arteriæ ori immisso, sectionẽ in ipsius usq; cauitatemʸ molieris, ac adaperto distentoq; ore membranas denuò contemplabere, plumbeo stylo uenalis arterię in pulmones primas distributiones inquirens. ᶻ Magnæ autem arteriæ orificium, & membranę ipsi præfectæ inuenientur, si postᵃ alteram arterialis uenæ membranam, quæ cordis sinuum septo uicinior est, digitum in elatissimam sinistri sinus regionem protruseris. is namque magnam subibit arteriam, & dein cultello secundùm digitum in arteriæ orificium intruso, ex cordis sinu sectionem in arteriæ amplitudinem duces. Quando enim hanc tentaueris, & arteriæ magnæ ᵇ membranas in ipsarum sede, quà uasis corpori incumbunt, inspexeris: coronalium arteriarũ ᶜ ortus tibi occurret: adeò ut nunc nihil in corde spectandum tibi sit reliqui, nisi fortè illo uariè dissecto, ipsius substantiam & arterię magnæ arterialisq; uenæ dissectis radicibus, os inquirere statueris, quod cordi priuatim ab Anatomes professoribus asscribitur. Si igitur nullum os præter cartilagineas dictorum modò uasorum radices adinueneris, illas à reliqua cordis substantia resecabis, ut simul cum cartilaginibus clauicularum articulationibus peculiares ad ossium compositionem reseruari recondiq; ualeant. Corde in hunc modum abiecto, asperam arteriam (seruata interim laryngę) examinabis, primùm quidem ipsius cartilagines & membranas, quibus illæ inuicem colligantur: & dein ipsius primam in pulmones seriem. qua inuenta, aliquam pulmonum fibram integrè à reliquis pulmonibus abscabis, ac in uenæ arterialis ramum, & arteriæ uenalis & asperæ ramos stylum intrudes, & diuulsa pulmonis membrana horum ramorum

*Cauæ uenæ ortus examẽ.*

*Arterialis uenæ orificij ac membranarum examen.*

*Sinistri cordis sinus ipsius q; uasorum & membranarum examen.*

*Cartilagineæ cordis substãtiæ examen.*

*Asperæ arteriæ.*

*Pulmonis.*

l 7 fig. G.

m 5 fi. G. & figu. cap. 6 lib. 3. F.

d ut spectatur 14. & 15 fig. lib. 5.

e 14, 15 fig. lib. 5. F, F.

f Id ueluti uisurus, quod 13 fi. lib. 5. exprimitur ad X, Y, Z.

g 2 fi. lib. 5. E, G. 12 fig. M ad N.

h fi. cap. 12 li. 3 h, h.

i fi. ca. 6 li. 3 G, G. ab F.

k 2 fig. ca. 2 li. 4. h.

l eiusdem fi. i, i, i.

m Eam partẽ quæ dextræ manui subijcitur 8 musc. tab. n 4 tabu. d. o 3 tabu. a. p 5 tabu. r. q 4 tab. e. r 4 tabu. r. s 4 tabu. a.

n In D 7 fi. & figura ca. 6 li. 3.

o Vt O in P & R figuræ 8.

p Vti spectatur in 18 fig.

q Vt uidere est in fig. 6 capiti lib. 3 inserta ad A, B.

r Ex 7 figura fidturus octauam.

s 8 figura E, F, G.

t 5 fi. ca. 15 li. 3 B, C.

u 9 figura B, B.

x 9 fi. E, F.

y 9 figurã præcaturus.

z 10 fig. A.

a Vbi in 9 figu. K latitat sub E.

b 10 fig. B, C, D.

c 10 fi. E, E.

t Vt factum est in 6 musculi tab.

*Iecoris.*

*Examẽ eorũ quæ uertebrarum corporibus exporriguntur.*

*Musculorũ brachium, scapulam, thoracẽ, caput, dorsumq; mouentium examen.*

*Temporalis et masseteris.*

*Oris apertio organorũq; in faucibus positorum examẽ.*



rum propagines, distributionisq; naturam inuestigabis. ad quod mirificè conduxerit undecunque rupta lobi illius membrana, ipsum inter duos asseres adeò comprimere, ut pulmonum substantia à suis quibus obnascitur uasis abscedat. Licebit modò aspera arteria ab ipsius capite diuisa, eaq; deorsum à stomacho tracta, pulmones omnino è thorace auferre, & stomachi[d] progressum adinuenire, qui citra aliam sectionẽ pulmone reiecto, unà cum neruis sexti paris illum amplexãtibus, cõspectui sese offeret. Tamen ut neruorũ in uentriculi orificiũ seriem intuearis, septum transuersum à stomachò liberandũ est, ipsaq; insertio, si uentriculus adhuc in corpore asseruatus sit, indaganda. Insuper foramine alicubi in stomacho quà collum perreptat factò, fistulaq; illi indita, uentriculum quàm poterit maximè inflari curabis, & deinde stomacho iuxta laryngis radicem diuiso, illum cum uentriculo, aut solum, si prius uentriculum ademeris, è corpore trahes, [e] glandulis illis qui in medio ipsius ferè ductu plurimum consistunt, similiter examinatis. Iam quoque tempestiuũ esset (nisi id prius præstitisses) iecur à septo transuerso secernere, ac tandẽ ex corporea auferre. quod ubi feceris, ipsiusq; formã diligẽter contemplatus fueris, cultello uenæ cauæ iam flaccidæ indito, hanc lõga sectione aperies, ut exactè pateat ipsius per iecoris substantiam transitus, deinde ramorum à caua in iecur ingressus. Vbi itaq; duo præcipua illorum uideris orificia, alteri stylũ quàm poteris penitissimè indes, & ablato uenæ portæ quo iam antea eam intercepisti uinculo, illius quoq; ramo secundùm uenæ cauæ styli ductũ in iecur procedenti alterum stylum immittes, & postmodum obtuso cultro iecoris substantiam ab illis ramis, qui stylos cõtinent, niteris abradere, [f] ut uenarũ per iecoris corpus seriẽ, ipsiusq; substantiam discas, ac demum inter duos qui stylis distenduntur ramos bilis ueiculæ meatulos obseruues, & bilis ueiculam à iecoris corpore erasam inuertas, solamq; sedulò contempleris. Postremò [g] uenæ ab umbilico in iecur deductæ ingressum, insertionemq; expendes, mente thoracis uertebrarum corporibus adhibita, ut cultello grandem arteriam secundùm longitudinem aperias, [h] ramorum quos utrinq; in costas spargit uisurus orificia. Deinde ramis illis dissectis, arteriam ex corpore adimito, & uenæ coniuge carentis [i] propagines expendito, ut & hanc quoque à uertebrarum corporibus liberes. Modò tibi in propatulo est sexti paris neruorum cerebri [k] ramus, qui radicibus costarum exporrectus sub tunica costas succingente ad organa à peritonæo circumplexa cõtendit. Vt uerò [l] neruulos cernas, quibus ramus ille adaugetur, à thoracis uertebris tunicam costas succingentẽ detrahes, ut costis pariter hac nudatis, quæ modò recensuimus conspiciantur. Cæterùm ubi à costis tunicã thoracis cauitatem succingentem ita diuulseris, cultelli mucrone ad costæ os proximè adacto tunicam obseruabis, quæ priuatim singulis costis obuoluitur. eam dico, quam secundã costas succingentẽ tunicã nonnulli dissectionũ periti nuncuparũt. Absolutis ad hũc modũ omnibus quæ peritonæo & tunica costas succingente inuoluunt, si uisum fuerit, quàm poteris aptissimè costas in suas sedes reponere conaberis, &

[m] esse pectoris quoq; cum cartilaginibus ipsi coarctatis assumpto, & clauiculis etiam in suam sedẽ repositis, quàm licebit studiosissimè musculos eos quos iam antea ab insertione pendere sinebas, suis locis situabis, [n] primũ dico thoracẽ mouentiũ, [o] primum brachij motuũ opificem, scapulæ motorũ [p] primũ, [q] eum qui à pectoris osse & clauicula in mamillarẽ capitis processum fertur. Quod ubi præstiteris, ea prorsus serie quam in secũdo libro docuimus, omnes brachiũ & scapulam mouẽtes musculos ex altero latere aggredieris: mox omnes qui thoracis motibus præsunt, & qui capitis ac dein dorsi motibus famulantur. postremò [r] temporalem & [s] massetere m. cubiti enim & brachialis, digitorumq; motibus subministrantes musculos licebit post cerebri anatomen dissecare. Neq; est quòd hîc prolixè commemoratos musculos seriatim ac sigillatim recenseam, quum id ita diffuse in secundo libro factum esse minimè ignores. Cæterùm in altero cadaueris latere uasorum neruorumq; seriem licebit sedulò exquirere, quum id factu sit facillimum, si illorũ descriptio te nõ lateat, in musculorumq; sectione probè uersatus sis. quanq; & ego manus uasorum neruorumq; administrationẽ, ut puta paulò difficiliorem, etiam postea persequar. In præsenti autẽ os adeundum est. & quandoquidem iam faciei omnia extrinsecus persecutus es, ut id aperias necessum est. quod nulla ratione facturus es melius, [t] quàm robusto cultro infimæ maxillæ inferioris sedi sensim appositò, & postmodum huius, malleiq; opera maxillæ inferioris osse diuiso. Verùm ad eum modum ossa quæ sceleto præparãdo alioquin apta essent, propter fractam inferiorem maxillã uitias. & si illæsa maxilla illam in altero latere in suo ad temporis os articulo dissoluere conatus fueris, atq; ita illa in alterũ latus reflexa, quæ in ore sunt administrare proposueris, sectionis claritati utcunque oberis. Quapropter diuiso, ad eum quem dixi modũ, osse, primùm fortioris cultri dorso diuisioni impositò, illoq; postmodũ obliquato, ossa inuicem modicè dirimes: ac deinde utroq; singulis manibus apprehẽso, extrorsum deorsumq; ui torquebis, osq; aperies. Deinde è narium foraminibus obliquatum instar sypho

nis ſtylum in oris uſq; amplitudinem protrudes,[u] gargareonis naturã examinãs. Mox cultello à gargareonis radice ad inciſorios uſq; dentes in oris tunica ſectionẽ duces, eam cutis alicuius modo nonnihil ab incumbentibus organis liberans. In hoc opere tertium[x] neruorum cerebri par ſeſe offeret, quà linguæ & inferiori maxillæ deriuatur. dein[y] ſeptimum cerebri neruorum par[z] ſexto commiſſum, unà cum[a] ſoporali arteria,[b] interioriq; iugulari uena. & ſi aliquantulum aſcenderis,[c] quartum quoq; neruorum cerebri par, &[d] ramos quoſdam tertij paris & quinti paris temporali exporrectos muſculo uidebis, ſi modò unum organum ab alio ſenſim ſeparare non piguerit. Ad hæc linguæ[e] muſculi, uti in ſecundo docuimus libro, adinuenientur, in quorum adminiſtratione neruorum in linguam excurrentiũ propagines, ac uenæ ſimul & arteriæ ſeſe offerent. Muſculi etiã inferioris maxillæ reconditi, hîc paruo negocio occurrunt,[f] is uidelicet qui in ore delitescens cum temporali & maſſetere maxillã ſurſum ducit, &[g] is qui à proceſſu ſtylum referẽti enatus, ad ſummũ mentum inferiori maxillæ implantatur. Præterea[h] tonſillæ, [i] aliæq; glandes uaſorum diſtributionibus in faucibus præfectæ, tibi hanc adminiſtrationem molienti pulchrè occurrent. Laryngis autem[k] muſculi ita prorſus atq; in ſecundo monuimus libro, ſunt aggrediẽdi, ipſorumq; nerui dum diſſecãtur, non perfunctoriè ueniunt animaduertendi. Ablato itaq; nunc unà cum lingua oſſe v imaginẽ referente, laryngeq; ac ſtomachi initio, inferiorem maxillam à ſuperiori prorſus liberabis, non neglectis interim peculiaribus hîc repoſitis[l] cartilaginibus, quas perinde ac cartilagines clauicularũ cum pectoris oſſe articulos intercedentes, ad ſceleti cõſtructionem aſſeruare nihil prohibet. Atque ita etiã pari ratione os v imaginem referẽs, & laryngis naſiq;[m] alarum cartilagines ad eundem uſum aliquò repones. Nunc palati tunicam, & eam quæ nares ſuccingit, ab oſſe ſedulò in hoc abrades, ut mutuum earum tunicarum diſcas nexum. Si uerò quum caput dorſumq; mouentes muſculos aggrediebaris, [n] primum dorſum agentium par ex ſententia non ſpectaueris, id modò ablatis his quæ fauces occupabant factu eſt facillimũ, adeò ut & capitis dorſiq; motibus præfectos muſculos tantiſper integros aſſeruare nihil prohibeat, quouſq; inferiorem maxillam, eaq; quæ faucibus continentur, ſectionis ſeriè ademeris. Quanquam hæc omnia ex ſecundo libro cuiuis obuia eſſe debeãt, quemadmodum quoque ex primi libri calce diſcitur, quî coſtæ à uertebris ad ſceleti præparationem ſint auferendæ, pectorisq; os & cartilagines ipſi commiſſæ, ſeruandæ. Adeò ut nihil præpediat, in propoſito cadauere à prima uertebra caluariam caput ue ipſum liberare, in illoq; quæ ſequens liber enarrabit condiſcere. ad cuius finem omnia quæ in nobis propoſito cadauere adhuc uidenda ſunt reliqua, commemorabo.

LIBRI SEXTI FINIS.

AN-

u 7 muſcul. tab. A.
x 2 fig. ca. 2 li. 4 S, T, Y.
y 2 ſt. cap. 2 li. 4 r, w.
z eiuſ. ſt. c. a fig. ca. 12 lib. 3 X, a.
b fig. cap. 6 lib. 3 S.
c 2 fig. ca. 2 lib. 4 Z.
d eiuſd. fig. Q, R, b, 6. e figure ca. 19 lib. 2.
f 6 muſcul. tab. D.
g 5 ta. H, I.
h 6 tabu. F.
i 1 tabu. A.
k figure ca. 21 lib. 2.
l Figura inſerta capiti 10 lib. 1.
m 4 muſc. tab. L.
n 8 muſ. ta. A, B.

# ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS, DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER SEPTIMVS, CEREBRO ANIMALIS facultatis ſedi & ſenſuum organis dedicatus, & mox in initio omnes propemodum ipſius figuras, uti & duo proximè præcedentes libri, commonſtrans. 605

## PRIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




## PRIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACTERVM INDEX.

*PRIMA ſeptimi libri figura humanũ caput ita adaptatũ exprimit, quemadmodum id cerebro oſtendẽdo opportunè à collo & inferiori maxilla diſſecãtibus liberatur. Præterea tantam caluariæ partẽ orbiculatim ſerra abſtulimus, quanta quoq; omniũ quæ in caluariæ cõtinentur amplitudine uidendorũ gratia, auferri ſolet. quanta uerò illa ſit, liquidò dijudicabis, ſi ſeptimam figurã ſexti capitis libri primi examinaueris, quæ hinc ablatã caluariæ partem interna ſuperficie exprimit. Quẽadmodũ itaq; præſens figura ſectionis ſerie cæteras omnes inuicẽ ordine ſuccedentes præcedit, ita quoq; illã ſeptimi libri figurarũ primã non inopportunè inſcribimus, quæ durã cerebri cõmonſtrat membranam adhuc illæſam, neq; aliqua ex parte pertuſam, uulneratamue. quamuis interim ipſius membranæ uincula diuulſimus, quæ per capitis ſuturas ad membranam efformandã porriguntur. quæ quod caluariã ſuccingit, περικρανίδα nuncupabitur. atque cum his fibris pariter uaſcula ſunt effracta, quæ per caluariæ foraminula & ſuturas deducta, ipſi duræ membranæ, ac illi qua caluaria ſuccingitur, communes cenſentur. Cæterùm ex duobus qui figurã ambire conſpiciuntur orbibus, humiliorẽ, cutis & membranæ ipſi ſubditæ cõſtituunt, elatior autem ipſa eſt caluaria. Vniuerſum uerò hoc orbe complexũ, durã cerebri membranam refert, omnibus characteribus in figura cõſpicuis uniuerſim ſemelq; indicatam. at ſinguli characteres in hunc modum priuatim habent.*

A, A *Dextrũ duræ cerebri membranæ latus, ſeu eius mẽbranæ pars dextrã cerebri regionẽ ambiẽs.*
B, B *Sinistrum duræ cerebri membranæ latus.*
C, C, C *Tertius duræ membranæ ſinus ſecundũ capitis longitudinem exporrectus, & hic nulla ex*

parte adapertus, uerum elatiorem ipsius costam uti naturaliter se habet integram, & quartæ circuli partis modo extuberantem ostendens.

D, D, D Duo inuicem appositi ductus, uenarũ modo in duram cerebri membranam secundùm ipsius uniuersum latus excurrentes.

E Ductus duræ cerebri membranæ, in quem sexta caluariã ingrediens uena exhauritur.

F, F, F His characteribus uenulæ indicãtur, à dura cerebri membrana per caluariæ foraminula ad capitis cutem, membranasq; caluariam succingentes, transmissæ, quarũ frequentiores & crassiores iuxta F maximè latitantis sedem plerunq; obseruantur.

G, G, G Portiunculæ fibrarum à dura membrana per coronalem suturam ad caluariã succingentis membranæ constitutionem prosilientium.

H, H Portiunculæ fibrarum quibus sagittalis sutura uiam offert.

I, I Hi quoq; characteres in umbra occipitij regionis latitãt, sedem notãtes, à qua fibræ porriguntur per suturam Λ Græcorũ similem, ad caluariæ inuolucri constitutionẽ deductæ.

K Vnum tuberculũ eorũ quæ inæqualibus caluariæ sinibus plerunq; iuxta sagittalis suturæ cũ coronali coitũ cõspicuis, adnasci solẽt. Caput ex quo hanc primã depinximus figurã, tribus eius generis donabatur tuberibus, quorũ unum K insigniuimus, & utrinq; ad H unũ quoq; se offert.

L Cauitas frontis ossi iuxta superciliorum sedem propria, quæ inter secandum subinde aperitur, si quando frontis os non procul à supercilijs serra diuiditur.

## SECVNDA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



### SECVNDAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

PRAESENS figura sectionis serie primam subsequens, tertium duræ membranæ sinum (quem prima figura C aliquot insignitum gerit) longa sectione secundùm capitis longitudinem ducta adapertum commonstrat. Insuper ad huius tertij sinus latera, per capitis quoq; longitudinem duas deduxi sectiones, utrinque nimirũ ad sinum singulas, quæ duram membranam duntaxat penetrarunt, & duræ membranæ latera ab ea membranæ separarũt parte, quæ dextram cerebri partem à sinistra dirimit, atque in subsequẽti figura tribus D insignietur. Præter tres iam cõmemoratas sectiones utrinque aliã quoque molitus sum, quæ ab aure aduerticẽ pertingẽs, solam



solã quoq; durã diuisit membranã, ut illa postmodũ aptè à tenui membrana cerebri posset deduci, deorsumq; (ut hic factũ cernis) reflecti. Occurrit itaq; hic tenuis cerebri mẽbrana prorsus illæsa, cerebroq; proximè obducta, & uasorum ipsius seriem in hactenus denudata regione, elegãter commonstrans.

A, A, A Elatior sedes duræ membranæ, partis dextram & sinistram cerebri partes intercedentis. atq; hæc sedes A & A notata, tertij duræ membranæ sinus costa est caluariam cõtingens, & hic per medium diuecta.

B, B Tertij duræ membranæ sinus cauitas hic est in propatulo.

C, C Orificia, uasorumq; initia ex tertio duræ membranæ sinu in tenuem membranã pertinentia. atq; hic uasorũ orificia in cõspicuo sunt, à læuo huius sinus latere in tenuis membranæ partẽ pertinentium, quæ sinistræ cerebri sedi obuoluitur. Orificia autem à dextro latere pronata, hic nõ conspiciuntur, uerùm initia occurrũt uasorum in tenuem membranam, qua dextræ cerebri sedi obuoluitur propagatorũ, ac D, D, & D insignitorum.

E, E &c. Tenuis membrana cerebrum inuestiens.

F, F, F Ductus, uasa ue in tenui membrana secundùm cerebri inuolutionum seriem excurrentia.

G, G, G Propagines notãtur à ductibus secundùm duræ membrauæ latera excurrẽtibus, atq; in prima figura aliquot D notatis, in tenuem membranam pertinentes.

H, H, H Duræ membranæ portiones à tenui membrana diuulsæ, & deorsum reflexæ.

## TERTIA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



### TERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

IN præsenti figura à tota cerebri parte supra sectionem cõsistente, quam orbiculatim serra in caluaria molimur, utranq; cerebri membranã, tenuem nimirum & duram auulsimus, ac duræ membranæ portionẽ, dextrã cerebri partem à sinistra dirimentẽ, atq; in secũda figura adhuc in sua sede seruatã, ab osseo diuisimus septo, quo odoratus organorum sinus distinguũtur. atq; hanc partem, ut ipsius effigies in conspectũ ueniret, super sinistrã cerebri sedẽ explicatã reliquimus, dextra & sinistra cerebri partibus adeò ab inuicẽ manuũ beneficio diremptis, ut callosi corporis superior sedes elegãter se hic spectandam offerat.

A,A, A Dextra cerebri pars. B,B,B Sinistra cerebri pars.

C, C &c cæt. Hic passim cerebri conuolutiones, gyri & anfractus indicantur.

D,D, D Duræ cerebri membranæ portio, dextram cerebri partem & sinistram intercedens, hic ex sua sede super sinistram cerebri partem producta.

E,E,E Quando primùm dextram cerebri partem à sinistra inter dissecandum diducere contendimus, tunc manus ope ea uasa effringuntur, quæ ex tertio duræ membranæ sinu in tenuem membranam utrobiq; pertinent. ac proinde quum in huius figuræ administratione id quoque nobis faciendum fuerit, effracta eorum uasorum initia hic oculis subijciuntur.

F Ductus uenæ modo in humiliorem sedem duræ membranæ partis excurrẽs, quæ dextrã cerebri partẽ à sinistra disterminat, atq; hic ductus à quarto duræ mẽbranæ sinus anteriori sede enascit.

G,G,G Ductus iã antè Finsigniti ꝓpagines in eãdẽ duræ mẽbranæ partẽ sursũ aliquousq; excurrẽtes.

H,H, H Surculi ab humiliori angulo tertij duræ membranæ sinus propagati, in duræ mẽbranæ partem, qua dextra cerebri pars à sinistra dirimitur.

I, I Principia sunt ductuum, qui à quarto duræ mẽbranæ sinu uenarũ prorsus modo in tenuẽ cerebri membranam secundùm superiorem calloſi corporis regionem perferuntur, atque hic unà cum tenui membrana auulsi sunt.

K Initiũ uasis à quarti sinus duræ mẽbranæ termino pronati, atq; sub eo cerebri corpore quod testudini seu cameræ instar arcus constructæ assimilamus, in tertiũ cerebri uentriculũ, & deinc ad plexus constitutionem excurrentis, quem secundis seu extimo fœtus inuolucro comparamus.

L,L Cerebri calloſum corpus.

M,M Sinus utrinq; ad calloſi corporis latera in cerebro conſpicui, quos hic aliter quàm modò præstitimus, exprimere nequimus, quum anguſti sint, & anguſtiores rimas plurimùm referant.

N Portio duræ membranæ partis, dextram cerebri sedem ac sinistram interuenientis, ac superius D aliquot insignitæ, quæ septo connascebatur, olfactus organorum sinus dirimenti, ac octaui capitis ossis processui.

O,O Tenuis membranæ portio à cerebro diuulsa. P,P Duræ cerebri membranæ portio.

## QVARTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



QVAR-



### QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

IN quarta figura omnes duræ tenuisq; membranarũ partes resecuimus, quæ in prioribus figuris occurrerunt, ac dein dextrã sinistramq; cerebri portionẽ sectionis serie ita ademimus, ut iam cerebri uentriculi in conſpectũ uenire incipiãt. Primùm nanq; secundùm dextrũ calloſi corporis latus, ubi sinus altero M in tertia figura notatus cõsistit, longã duximus sectionẽ, quæ per dextrũ cerebri uentriculũ ducta, dextræ cerebri partis eam portionẽ abstulit, quæ supra sectionẽ habebatur, qua orbiculatim caluariã serra diuiſimus. Atq; quum idem quoque in sinistro latere abſoluimus, hic ad sinistrũ latus sinistrã cerebri partẽ ita reposuimus, ut superiorẽ sinistri uentriculi sedem aliqua ex parte cõmonſtraret, calloſo interim corpore in capite adhuc seruato.

A,A, A Cerebri adhuc in caluaria relicti pars dextra. B,B,B Pars sinistra.

C, C, C Portio cerebri sinistra, quæ sectionis serie à reliquo cerebro ablata, hic resupina iacet.

D,D, D Lineæ partim cerebri anfractus, et partim uariũ cerebri substãtiæ colorẽ cõmonſtrantes. quicquid enim extra lineas consistit, quaſi luteũ & subcinericiũ magis est: quicquid intra, ad amuſsim album uisitur. quemadmodum E & F in dextra & sinistra cerebri parte luteum est: G

E,F. uerò & H album prorsus, & interdum rubris punctis interſtinctum.

G,H. I,I Calloſum corpus utrinq; à cerebri substantia, cui alioqui continuatur, liberum.

K,K Calloſi corporis portiuncula, adhuc sinistræ cerebri parti quæ adempta est, continua.

L,L Dexter cerebri uentriculus. M, M Sinister cerebri uentriculus.

N,N Sinistri uentriculi superioris sedis portio.

O,O Plexus cerebri ab imagine quã cum extimo fœtus inuolucro similem exigit, χοροειδὴς nuncupatus.

P,P Aranearum modo graciles uenæ dextri & sinistri uentriculi substãtiæ hoc in loco connatæ, ac ab illis diductæ uasis, quæ nuper commemoratũ, & secundis nõ abſimilem plexum extruunt.

Q Venulæ à nuper quoq; cõmemoratis uasis in tenuẽ cerebri membranã sub calloſi corporis anteriori sede huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & P notatæ) inter resecandum se offerentes.

## QVINTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.

PRAESENS figura quòd ad relictam in caluaria cerebri portionẽ attinet, nulla ex parte uariat: atq; id soliũ habet proprium, quod calloſum corpus hic anteriori sua sede à cerebro primùm liberauimus, ac dein eleuatum in posteriora reflexim us, septum dextri ac sinistri uentriculorum diuellentes, & corporis instar testudinis extructi superiorem superficiem ob oculos ponẽtes.

Ab A ad Q. A,A,A itaq; & B,B, B, ac dein D,D, D, & E & F, & G & H eadem hic indicant, quæ in quarta figura. Sic quoque & L,L,& M, M, & O & P & Q eadem insinuant.



R,R, R Notatur inferior calloſi corporis superficies. est enim id à sua sede motum, atque in posteriora reflexum.

S,T,V Supe-

S, T, V Superior corporis instar fornicis seu testudinis extructi superficies, & ueluti ipsius triangularis circunscriptio, quam ab S ad T, & à T ad V, & ab V ad T metimur.

X, X Dextrũ uẽtriculũ et sinistrũ intercedětis septi inferior pars, corpori testudinẽ referẽti cõtinua.

Y, Y Septi iam commemorati superior pars, calloso corpori continua. Hoc namq; septũ nõ secus atq; modò disruptũ est, depingi licuit. & alia quoq; parata fuit figura, in qua duæ manus (uti inter secandum facere consueui) callosum corpus nondũ in anteriori ipsius sede liberatum, modicè attollebant, quo speculum seu septum adhuc integrum oculis subij ceretur. Verũ quũ nõ adeò cõcinnè in pictura atq; in ipsa sectione succesßit, eam figuram ne frustra paginã obliteraret, reieci.

## SEXTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



HAEC figura quòd ad cerebri portionem in caluaria relictam spectat, etiam quartæ correspondet. atq; à quinta in hoc differt, quod corpus testudinis modo fabricatum anteriori sua sede à cerebri substantia libera uerimus, id sursum in posteriora reflectẽtes, ut inferior ipsius superficies in conspectũ ueniret, & uas illud etiam cernerẽt, quod à quarto duræ mẽbranæ sinu pronatũ, sub corpore testudinis modo extructo fertur, & plexuum tandem nõ minimã partem constituit, quos secundarũ imagini uteres assimilarunt. Huius autem figuræ characteres ita ut sequitur, se habent.

A, A, A Corpus testudinis modo extructum hic inferiori ipsius superficie, qua tertij uentriculi superiorem constituit sedem, conspicuum.

B, B Portio corporis instar testudinis efformati in dextro uentriculo, à cerebri substantia hic principium ducens.

C Portio corporis testudinẽ forma & usu referentis, quæ ex sinistro cerebri uentriculo pronascit.

D, D Dexter cerebri uentriculus. E, E Cerebri sinister uentriculus.

F Arteria per inferiorem posterioremq; dextri uentriculi sedem à dextræ soporalis arteriæ ramo duram cerebri membranam perforante, huc in dextrum uentriculum conscendens.

G Arteria in sinistrum cerebri conscendens uentriculum.

H Vas à quarto duræ cerebri membranæ sinu principiũ ducens, ac sub corpore instar testudinis efformato, in cõmunẽ dextri & sinistri uentriculorũ cauitatẽ, seu tertiũ uentriculũ properans.

I Vasis H insigniti in duas portiones diuisio.

K Vasis H insigniti diuisionis altera portio, dextrum cerebri petens uentriculum.

L Portio nuper commemorati uasis, sinistrum accedens cerebri uentriculum.

M Plexus dextri uentriculi à secundinarum imagine comparatus, atq; ab arteria F insignita, & uasis H indicati portione, quam K notauimus, constitutus.

N Plexus sinistrum cerebri uentriculum occupans, ac ex uasis G & L insinuatis conflatus.

O, O Huiusmodi uenulæ cerebri substantiæ hic obnascuntur, ab illis productæ uasis quæ K & L notauimus.





P Auenis quæ cerebri substantiæ hic offeruntur, ramusculi extra uentriculorum amplitudinem hàc ad tenuem cerebri membranam pertinent.

Q Meatus ex cõmuni concauitate dextri ac sinistri uentriculorum, seu à tertio cerebri uẽtriculo rectà decliuis pertinens uersus peluim, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modò ad glandem defert, eius infundibuli extremo subditam.

R, S Canales sinus ue leuiter in uentriculorum substantia exsculpti, & pituitam ad meatus nuper Q insigniti orificium deducentes.

## SEPTIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



### SEPTIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

PRAESENS figura à tribus proximè præcedentibus plurimum uariat. nam cerebri substãtiæ in illis relictæ, ea pars in hac ablata cernitur, quæ dextri sinistriq; uentriculorum sedẽ in illis figuris cõspicuam efformabat. dein tota ea quæ cerebello adhuc innitebatur, hic quoq; resecta est, ut duræ mẽbranæ conspiceretur portio, cerebellũ ac cerebrum intercedens. Insuper duræ membranæ sinus in illa consistentes ductis cultelli anterioris mucrone sectionibus, hic etiam aperuimus, & uas à quarto sinu duræ membranæ in cerebri uentriculos pertinẽs, hic ex tertio cerebri uentriculo subleuatũ, & à plexibus secundinæ similibus auulsum, in posteriora reflexim̃us, ut

*ut tertij cerebri uentriculi, seu communis dextri siniſtriq; uentriculorum concauitatis ſedes in conſpectum melius ueniret, una cum eius cauitatis meatibus.*

*A, A* Cerebri ſubſtantiæ adhuc in caluaria reliquæ dextra pars.

*B, B* Cerebri ſubſtantiæ adhuc in caluariæ aſſeruatæ ſiniſtra pars.

*C, C, C* Lineæ hic paſſim conſpicuæ illis correſpondẽt, quas tres modo præcedentes figuræ ſimiliter cõmonſtrarunt. Verum quia huiuſmodi lineæ ſubſtantiæue cerebri diuerſitas, inibi duntaxat conſiſtunt ubi cerebrum tenui membranæ uicinius eſt, præcedentes figuræ eas ſolum in lateribus oſtẽderunt. hæc autem quum hic tanta cerebri portio ablata ſit, ut iam apparens ſuperficies in baſi non procul à tenui membrana diſtet, etiam lineæ in baſi ſpectantur. Quod itaque lineis hic intercipitur, ſiluam ſeu ſubpallidam cerebri notat ſubſtantiam: quemadmodum ſedes *D, D, D* inſignitæ. Quod uerò extra lineas conſiſtit, alba eſt prorſuſq; candicans cerebri ſubſtantia, hic

*D, D, D.*

*E, E, E.* *E, E & E* inſignita.

*F* Portio eſt ſoporalis arteriæ ſecundum humiliorem anguſtioremq; dextri uentriculi ſedem ſurſum ad plexus ſecundas imitantis conſtitutionem prorepens. Cæterum ſi perpenderis quánam ſede hic *F* reponatur, & quánam in ſexta figura, prompte expendes, qui dexter cerebri uentriculus, quemadmodum et ſiniſter, ex poſteriori ſua ſede inſtar cornu arctatus, deorſum in anteriora per cerebri ſubſtantiam ducatur. Hic namque ubi plus cerebri ſubſtantiæ quàm in ſexta figura abſtulimus, præſens arteriæ portio *F* notata antrorſum magis uergit, quam *F* in ſexta eãdem quoque notans arteriæ portionem, ubi iam poſteriorem uentriculi ſedem conſcendit. Atque id *F* & *G* ſubſequentis figuræ magis liquidò oſtendunt, in qua huius uentriculi ductus nomine, adhuc plus cerebri ſubſtantiæ, quàm in hac quæ ordine ſeptima eſt, abſtuli.

*G* Arteriæ ſoporalis portio ſecundùm humiliorem poſterioremq; ſiniſtri uentriculi ſedem ſurſum, quemadmodum arteria *F* inſignita, prorepens.

*H* Humillima ſedes tertij uentriculi: quam ut aptius cerneretur, nonnihil diſtentam finximus.

*I* Meatus rectà decliuis ex tertio cerebri uentriculo pertinens, cerebriq; pituitam ad peluim huic excipiendæ paratam deferens.

*K* Meatus ex tertio cerebri uentriculo inter cerebri teſtes natesq;, in cauitatem cerebelli et dorſalis medullæ communem pertinens.

*L* Glandula nuci pineæ non abſimilis, & uaſorum ex quarto ſinu duræ membranæ cerebrum petentium fulcrum.

*M, N* Hanc cerebri partem teſtes & nates quoque cerebri appellauimus, hic adhuc tenui membrana obtectas.

*O, O, etc.* Duræ cerebri membranæ proceſſus portió ue, inter cerebellum & cerebrum repoſita. Qui hãc accedunt inſtar uenarum ductus, partim à primo ſecundoq; duræ membranæ ſinibus, partim uero à quarto pronaſcuntur.

*P, P* Duræ cerebri membranæ dexter ſeu primus ſinus.

*Q, Q* Duræ cerebri membranæ ſiniſter ſeu ſecundus ſinus.

*R* Primi & ſecundi duræ membranæ ſinuum congreſſus, quem Græcorum nonnulli ληνὸν, quod eſt torcular appellarunt.

*S* Principium tertij duræ membranæ ſinus.

*T* Quartus duræ membranæ ſinus, ſimiliter atque alij hic adapertus.

*V* Vas à quarto ſinu duræ membranæ in cerebri uentriculos porrectum, hic autem in poſteriora ex ſua ſede reflexum.

*X, X* Hac ſede cerebellum dura cerebri membrana non obtectum oſtenditur.

*Y* Ductus uenarum modo à quarto duræ cerebri membranæ ſinu in tenuem membranam pertinentes, quà cerebellum ipſiq; cerebri teſtes induuntur.

*Z, Z* Duræ membranæ ſedes, qua oſſi omnium totius corporis oſſium duriſſimo, & auditus organum intus continenti adnaſcitur. Hanc namq; caluariæ regionem cerebro deteximus.

OCTA-



# OCTAVA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




## OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

*PRAESENS figura à ſeptima in hoc uariat, quòd hic adhuc cerebri plus reſecuerimus, & teſtes longa ſectione in hoc diuiſerimus, ut meatus occurreret ex tertio uentriculo in quartum pertinens. Ad hæc, duræ membranæ portio cerebello obducta, hic diſſecta, atque in poſteriora reflexa cernitur. Quum itaque præſens figura pleraque cum ſeptima habeat communia, in hac idem A A, & B B, & C C, & D D, & E E, & F & G & H, quod in ſeptima, indicabũt. Verùm arteriæ F & G inſignitæ, tanto magis hic quàm in ſeptima antrorſum uergunt, quanto magis cerebrum uerſus baſim in ſeptima quàm in ſexta ablatum eſt.*

*A uſq; ad H.*

*I* Meatus in ſexta etiam figura *I* notatus, qui rectà decliuis fertur, atque cerebri pituitam ad peluim defert.

*K* Meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdum ab illo deducitur meatu qui ex tertio uentriculo inter teſtes in quartum uentriculum pertinet.

*L* Ne *L* in umbra prorſus latitaret, aut ſi ſuo poneretur loco, & eius nomine quo in conſpectu eſſet umbra ueniret exſculpenda, itaque delineatio hic omninò uitianda, *L* ad anteriorem cerebelli partem repoſui, foramen meatumq; notaturus, qui ex tertio uentriculo cerebri in quartum fertur. Quod foramen ſi *L* in illo locaretur, exprimi neutiquam potuiſſet.

*M* Glandulam hic adhuc reliquimus, quæ pineæ nucis formam oſtendens, uaſorum ex quarto duræ membranæ ſinu in cerebri uentriculos pertinentium fulcrum efficitur.

*N, O, P, Q* Quatuòr his characteribus corpus id indicatur, quod ante ſectionem unicum eſt, atque in ſeptima figura *M & N* inſignitur. hic uerò ex ſectionis ſerie diuiſum occurrit. ac *N & O* eius corporis ſedes indicant, quibus teſtium nomen accommodatur. *P* uerò & *Q*, illas quas nates ferè nuncupamus.

R,R, R Cerebellum tenui adhuc obductum membrana.
S,S, etc. Vasa uenarum modò tenuem cerebelli membranam implicantia.
T,T Propagines uasorum tenuem cerebelli membranam implicantium, ad eas producta arterias, quæ secundùm dextri & sinistri cerebri uentriculorũ posteriora sursum cõscendunt plexus efformaturæ, quos extimo fœtus inuolucro dissectionis proceres contulerunt.
V,V Duræ membranæ portio, quæ superiorem cerebelli sedem à cerebro dirimebat.
X,X Propagines notantur à uasis, dictam nuper duræ membranæ portionẽ implicantibus, in tenuem membranam qua cerebellum uestitur excurrentes.
Z,Z Idem hìc Z & Z notant, atque in septima figura, duram uidelicet cerebri membranam ossi adnatam, in quod auditus organum reponitur.

## NONA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




### NONAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARACterum Index.

IN hac figura eadem cerebri portio, quæ in octaua seruatur. uerùm præsens figura in faciem prorsus reposita, eam duræ membranæ partem abscissam habet, quæ cerebrum à cerebello dirimit. deinde cerebellum hìc deorsum è sua caluariæ sede manibus protractum, ac deorsum modicè inuersum propendet, ut ipsius regio caluariæ aliàs contigua, oculis subijceretur, & dorsalis medullæ cauitas uideretur, alteram partem quarti uentriculi constituens. Ad hæc, præter uenarum quarundam & neruorum progressus, etiam primus & secundus duræ membranæ sinush ic aperti ad amussim exprimuntur.

A,A Cerebri portio adhuc in caluariæ amplitudine reliqua, atque hìc in sua sede adhuc asseruata.
B,C,D Tribus his characteribus cerebellum deorsum ex sua sede reflexum indicatur, tenui membrana adhuc inuolutum, ac dorsali medullæ connatũ. Verùm B priuatim cerebelli dextram indicat sedem, caluariæ sinui P notando correspondentem. D uerò sinistram, quæ illi caluariæ sedi insidet,



insidet, cui R inscribam. C autem cerebelli media pars insignitur, uermi non absimilis, & suis finibus eos constituens processus, quos uermium imagini ueteres compararunt.
E Posterior terminus mediæ partis cerebelli, qui uermiformiũ processuũ posterior mihi receõsebit.
F,G, H Dorsalis medullæ pars adhuc in caluaria consistens, ac F & G huius partis seu dorsalis medullæ sedes indicant, quibus cerebellum cõnascitur. H uero sedem dorsalis medullæ significat, è caluariæ amplitudine procidentem.
I Sinus dorsalis medullæ calami quo scribimus mucroni non absimilis, ac mediam cauitatem constituens communis uentriculi dorsalis medullæ & cerebelli: quam quartum cerebri uentriculũ dissectionis periti uocarunt.
K Vasa ductusue uenis quàm simillimi, hàc in cerebellum ab illis uasis pertinentes, quæ in primum & secundum duræ membranæ sinus exhauriuntur. atque ut hi ductus frequentes admodum sunt, ita etiam non semper pari propagantur serie.
L Et hàc quoq; ductus uenæ similis in tenuem cerebelli membranam pertinet, ab illis uasis quæ hac in parte duram cerebri membranam intertexunt.
M Quintum cerebri neruorum par.
N Sextum cerebri neruorum par.
O Septimum par neruorum cerebri. atq; hìc uidere est quot furculis duo postrema cerebri neruorum paria principium à dorsali medulla, nequaquam uero à cerebello, ducant.
P,Q, R Sinus occipitis ossis, quibus correspondet cerebelli figura. nam P cerebello inscriptum, B congruit. Q autem, C. R uerò, D.
S,S, S Dexter seu primus duræ membranæ sinus, hic cultelli mucrone adapertus.
T,T, T Sinister seu secundus duræ membranæ sinus. atq; in nulla cerebri delineationum, horum sinum ductus ita conspicuè ac in præsenti oculis subijcitur.

## DECIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




### DECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

HAC figura eam cerebri portionem expressimus, quæ dorsalis medullæ educit initium: deinde cerebellum à dorsalis medullæ hìc conspicua parte ademptum est, & cerebri testis, & nates, et glans pineæ nucis imaginem referens, ac postremò cauitas ea dorsalis medullæ quæ cum cerebelli cauitate quartum cerebri efformat uentriculum, hìc pariter exprimuntur.

A,A Cerebri pars dorsalem producens medullam.
B Meatus ex tertio cerebri uentriculo in quartum sub cerebri natibus tendens, cuius terminum in quartum pertinentem uentriculum C insigniui.
C. Glans cerebri, nucis pineæ imagini à dissectionis professoribus assimilata.
D
E,F, G,H His characteribus cerebri testes ac nates indicantur. uidẽtur nãq; dissectionis proceres gratia lineæ inter E ac F, et inter G et H cõspicuæ, superiora tubera E & G insignita ab inferioribus F & G notatis distinxisse, ac superiora testes uocauisse, quòd illis glans penis quasi modo incumbit. Inferiora autem nates uocarunt, quòd meatus ex tertio uentriculo in quartum per-

tinentis terminus C hic insignitus, podici conferri possit.

I,K Sedes duæ, quibus dorsalis medullæ initium cerebello adnascitur.

L,M, N,O Cauitas dorsalis medullæ initij, alteram partẽ quarti uentriculi constituens, atq; ab Herophilo calami cauitati assimilata, quam atramẽto scribentes intingimus. Sedes enim L insignita eius calami cauitatis parti respondet, quæ indici scribentis proxima est. M autem & N anguli illis assimilari possunt, quæ in cauitatis calami lateribus consistunt. O uerò mucronem exprimit, quo characteres formamus.

P Dorsalis medulla hic præsecta est, quà in uertebras procidens caluariam egreditur.

## VNDECIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA



VNDECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

HAC figura cerebellum à caluaria, ipsaq; adeò dorsali medulla auulsum & supinum iacet, humiliorem ipsius sedem qua dorsalem spectat medullã cõmonstrans. Ac proinde regiones ipsius quibus dorsali medullæ continuatur, ac sinum insuper ostendit, qui alteram portionẽ efformat quarti uentriculi seu sinus, cerebello & dorsali medullæ communis. Porrò ad humiliorem præsentis figuræ sedem fines pinximus mediæ partis cerebelli, ut processuum uermis imaginem referentium natura conspiceretur.

A Dextra cerebelli pars tenui membrana cerebellum inuestienti liberum, uti etiam totum cerebellum hic ea membrana denudatum commonstratur.

B Sinistra cerebelli pars.

C,c Media cerebelli pars. ac C notat huius partis anteriorem regionem, c uerò posteriorem.

D,d Fines terminiq; mediæ partis cerebelli: quorum anteriorem D indicat, posteriorem uerò d.

E Cerebelli sinus, qui cum dorsalis medullæ sinu quartum nobis appellatum cerebri uentriculum constituit.

G,G His sedibus cerebellum dorsali medullæ adnascitur.

H Anterior finis mediæ partis cerebelli hic, ac si ab alio cerebello is resectus esset, expressus.

I Posterior finis mediæ partis cerebelli, à cerebello quoq; exectus.

DVO-



## DVODECIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



DVODECIMAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHAracterum Index.

HAC figura caput à sinistro latere exprimitur, dextro nonnihil subleuato. Ex caluariæ autem amplitudine cerebellum hic euulsimus, ea tantùm cerebri relicta portione, quæ in octaua & nona figuris adhuc seruabatur. Verùm illa cerebri portio hic in sua non consistit sede, sed eleuata est, & in posteriora ab ipsa caluariæ basi aliquousque reflexa, ut tandem in conspectum uenirent cerebri processus forma neruis non absimiles, et olfactus organo subministrantes: quorum sinister è sua sede cum ipso cerebro eleuatus est, dextrò adhuc duræ cerebri membranæ qua octauo capitis ossi obducitur, connexo.

A,A Cerebri pars dextra.

B,B Sinistra cerebri pars, tenui membrana adhuc quemadmodum & dextra pars obuoluta.

C Dextrum olfactus organum in sua sede adhuc seruatum.

D Sinistrum olfactus organum, una cum cerebro in posteriora reflexum.

E Sinus, cui sinistrum olfactus incumbit organum. eaq; regio duræ membranæ hic indicatur, quæ odoratus nomine hac in sede multis, sed exiguis foraminibus peruia cernitur.

F Vena caluariam petentium sexta, hic in duram cerebri membranam aliquot furculis excurrens.

G Septum sinus olfactus organis incisos interdiuidens.

H Duræ cerebri membranæ partis portio, quæ dextram cerebri partem à sinistra dirimit.

I,I Cerebrum passim excauatæ sibi in caluaria amplitudini respondens, hic quoque ad frontis ossis regionem sibi insculptis cauernis congruit, & leuibus tuberibus prominet, quæ alij mamillares cerebri uocarunt processus.

K Vena caluariam petentium quinta, cui iter præbet foramen secundo neruorum pari exsculptum.

L L, ut & subsequentes characteres, in umbra occipitij cauitatis latitat, & parui etiam est momenti. quandoquidem L caluariæ sinum indicat, cui dextra cerebelli pars congruit. M sedem, quæ mediam cerebelli partem respicit. N sinum, in quem sinistra cerebelli pars reponitur. O uerò dextrum seu primum sinum indicat duræ membranæ. P autem tertium, Q secundum, seu sinistrum.

# DECIMA TERTIA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




## DECIMAE TERTIAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

*HAEC figura occipitio prorsus innititur, & uniuersa cerebri substantia quæ adhuc reliqua erat, in posteriora deorsum deflexa pendet, ut olfactus organa, & uisoriorum neruorum coitus, & maximi soporalis arteriæ rami in conspectum uenirent.*

A,A *Dextra cerebri pars, adhuc tenui membrana cerebri obducta.*
B,B *Sinistra cerebri pars.*
C,C *Cerebri tubera, quæ à similitudine quam cum papillis habent, mamillares cerebri processus pleriſque nuncupantur.*
D,D *Sinus olfactus organis parati.*
E *Septum olfactus organis paratos sinus interdiuidens.*
F,F *Sinus caluariæ, quibus mamillares cerebri processus C & C insigniti congruunt.*
G,G *Vtrinq; notatur uena caluariam ingredientium sexta.*
H *Vena caluariam ingredientium quinta.*
I *Vas notatur uenæ correspondens, in tenuem cerebri membranam ab illis uasis excurrens, quæ in dura consistunt membrana.*
K *Principium eorum ductuum qui per duræ membranæ latus excurrunt, perinde ac si uena esset arteriæ commissa. Atq; hi ductus in prima figura multis D insigniuntur.*
L,L *Olfactus organa hic unà cum cerebro à dura membrana deorsum diuulsa.*
M *Neruorum uisoriorum coitus.*





N *Visorius neruus dextrum oculum petens.*
O *Visorius neruus sinistrum petens oculum. & perinde ac dexter uenula cõcomitatus, ab illis propagata uasis, quæ tenuem cerebri membranam inibi contexunt.*
P *Soporalis arteriæ ramus duram cerebri membranam perforans, ad latus glandis cerebri pituitam excipientis.*
Q *Arteriæ P notatæ propago, dextrum accedens cerebri uentriculum.*
R *Arteriæ P notatæ propago hîc in tenuem cerebri membranam surculos diffundens.*
S *Hîc portio conspicitur peluis cerebri pituitam excipientis.*

# DECIMA QVARTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.




## DECIMAE QVARTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE characterum Index.

*CAPVT hic in sinistram aurem reclinatum iacet, internæ caluariæ amplitudinis basim exprimẽs, dura cerebri membrana succinctam. Atque tanta duntaxat cerebri dorsalisq; medullæ adhuc asseruatur portio, quanta cerebri neruorum paribus uidendis sufficit. Visorio rum porrò neruorum exortum coitumq; resecui, ne peluis latêret cerebri pituitam excipiens.*

A,A *Modica cerebri portio unà cum dorsalis medullæ initio.*
B,B *Nerui uisorij ea parte hic tantum conspicui, qua caluariæ amplitudinem egrediuntur.*
C,C *Peluis cerebri pituitam excipiens.*
D *Hic in peluim pertinet meatus cerebri pituitam ex tertio uentriculo deducens, ac I in septima figura & octaua notatus.*

E Dextræ ſoporalis arteriæ ramus, duram membranam ad latus dextrum glandis perforans, qua cerebri pituita excipitur.
F Siniſtræ ſoporalis arteriæ ramus iuxta ſiniſtrum latus dictæ nuper glãdis duram cerebri membranam perforans.
G Secundum cerebri neruorum par.
H Tertij paris neruorum cerebri gracilior radix.
I Tertij paris neruorum cerebri craſſior radix.
K Quartum neruorum cerebri par, tertij paris craſſiori radici conterminum.
L Minor radix quinti paris neruorum cerebri, omnibus ignorata Anatomes profeſſoribus.
M Quintum neruorum cerebri par, ſeu maior quinti paris radix.
N Sexti paris neruorum cerebri principia ac ſurculi.
O Septimi paris neruorum cerebri principia ac ſurculi. Si quid in hac figura ſpectandum ſit reliquum, id abſque characterum opera prompte, uel ex proxime præcedentibus percipitur.

## DECIMA QVINTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



DECIMAE QVINTAE FIGVRAE, EIVSDEMQVE CHARActerum Index.

PRAESENTI figura portionem eam amplitudinis caluariæ dura cerebri membrana ſuccinctam depinximus, quæ ſupra oſſis cuneum imitantis medium habetur, unà cum modò indicandis organis. Abs re nanq; fuiſſet, integrum caput harum particularum gratia delineaſſe.
A,B Neruorum uiſoriorum portiones.
C Siniſtri lateris arteria, quæ duram membranam hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam, partim uerò in dextrum cerebri uentriculum digeritur.
D Dextri lateris arteria.
E Hîc peluis collecta propendet, cerebri pituitam ex tertio defluentem uentriculo excipiens.
F Foramen, quo peluis huius infundibuli modò extructæ finis glandem petit, cerebri pituitam excipiens.
G,G Secundi paris neruorum cerebri portiones.

DECI-



## DECIMASEXTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



HAC figura nudam depinximus glandem, qua cerebri pituita excipitur, unà cum pelui ſeu infundibulo pituitam huc deferente, & hic flaccido propendente. A lateribus uerò arteriarum ſoporalium portiones, quæ reticularem plexum efformare dicuntur, ita hic expreſsimus, uti nobis inter ſecandum occurrere. Atq; ut eæ arteriarum portiones uariè ſe ſe cautibus offerunt, ita quoq; uariè eas delineauimus.
A Glans, cerebri pituitam excipiens.
B Peluis, ſeu infundibulum cerebri pituitam ſuper modò dictam glandem deferens.
C,C Arteriarum portio, quæ ſecundum ſuorũ in oſſe caluariæ foraminum ductũ obliquè ferũtur.
D Siniſtræ arteriæ ramus in duræ membranæ ſiniſtrum latus excurrens.
E Arteriæ ſiniſtræ portio per proprium foramen ad narium uſq; amplitudinem pertingens.
F,F Hac ſede diuerſam arteriæ ſeriem delineauimus. ac dextrum quidem F arteriam notat ea ſeriè ductam ut hic non dirimatur: quemadmodum ſiniſtrum F arteriam hanc in duos ramos, qui mox in unum rurſus coeunt, inſinuat.
G Arteriarum portiones duram cerebri membranam perreptantes, ac partim in cerebri uentriculos, partim in tenuem membranam cerebri baſi obductam digeſti.
H Propago arteriæ per foramen ſecundi paris neruorum cerebri caluariam excidens, ac neruum uiſorium, ac dein oculum petens.

## DECIMASEPTIMA LIBRI SEPTIMI FIGVRA.



HAC figura plexum finximus, cuiuſmodi is eſſe deberet, qui Galeni in
A,B libris de Vſu partium deſcriptionibus conueniret. Significet itaq; hic A & B arterias caluariam ſubeuntes, moxq; in mirabilem illũ plexum diffu-
C,D ſas. C uerò & D ramos in quos plexus illius propagines colligũtur, quiq; illis prorſus arteriarum magnitudine reſpondent, quas A & B indicauimus. Cæterùm E glandem notat, pituitam cerebri excipientem.



PRAESENTI figura arteriarum ſub dura cerebri mẽbrana cõſiſtentium, ac ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptantium ſeriem depinximus, quam in ouium ac bonum capitibus obſeruamus. Atq; hãc proponere libuit, ne quis nos latêre arbitraretur, quæ illorum animalium hîc cum homine ſit differentia. Significat autem in hac figura A dictam iam ſæpius glandem, B & C arteriarum ſedem, qua primum in caluariam ingrediuntur.

## DECIMAOCTAVA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



PARVA hac figura erectam finximus peluim, ſeu cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipſi ſubditum diſtillat. ac dein hic finximus quatuor ductus à glande pituitã per proxima glandi foramina deferẽtes. Indicet igitur A glandem, cui pituita inſtillatur. B peluim, qua hæc ducitur. C, D, E, F uerò, meatus ad faciliorem pituitæ huc decũbentis egreſſum paratos.
Porrò præter has ſeptimi libri figuras, ad earum potiſſimum cognitionem ſpectantes quæ in caluariæ habentur amplitudine, etiam huc faciũt duæ figuræ mox ad finem primi Capitis libri quarti additæ, & ſeptem parium neruorum cerebri delineationem exprimẽtes: quas quum illic prolixè indicauerimus, abs re prorſus eſſet eaſdem hîc quoq; reponere, et earũ indicẽ aſcribere. Præterea figuræ oculi conſtructionem exprimentes, etiam ſi ad ſeptimum referantur librum, tamen Capiti decimoquarto duntaxat illas præponam, quod oculorum fabricæ dedicabitur. Atq; id in illis figuris priuatim faciam, quòd nulli alteri quàm dicto iam Capiti famulentur.

CE-

# CEREBRVM GRATIA PRINCIPIS ANIMAE, quemadmodum sensus quoque ac motus ex nostro arbitratu pendentis, extructum esse. Caput I.

*Quid quintus liber et sextus pertractarũt.*



INSTRVMENTA nutritioni famulantia duobus proximè precedentibus libris utcunq; aggressus sum. Prior namq; cibi potionisq; organa (in quorum preci puo uiscere concupiscibilem animã residere diximus) & dein propter loci uicinitatem, partiumq; cõnexum membra generationi dedicata enarrauit. Posterior autem eas partes recensuit, quibus aereæ substantiæ reficiendæ, ac innati caloris augendi recreandiq; munus concreditur: in quorum primario uiscere uim irascibilis animæ insitam esse innuimus, inibi Stoicorum & Peripateticorum suffragijs haud adeò acquiescentes, ut & animæ principatum in corde collocari testaremur, neruosq; ab illo originem ducere donaremus. Quapropter quum sensus motusq; arbitrarij, & principis animæ (cuius beneficio imaginamur, ratiocinamur, memoramus) fomes adhuc commemoranda supersit, præsens liber illi opportunè consecrabitur, cerebrum ipsiusq; partes uniuersas unà cum sensuum organis pertractaturus. Quemadmodum itaq; cordis substantiæ, uitalis animæ uis, ac propriæ iecoris carni, naturalis animæ facultas induntur, insuper ut iecur crassiorem sanguinem, ac qui perquàm caliginosus est, naturalem spiritum, & cor item rursus sanguinem impetu per corpus ruentem unà cum uitali spiritu conficiunt, & perinde atq; hæc uiscera per dedicatos sibi canales omnibus corporis partibus suas materias deriuant, ita quoq; cerebrum aptam ipsius muneri obtinens materiã, in propriis sedibus, ac illius functioni appositè submini strantibus instrumẽtis, animalem spiritum longè clarissimũ tenuissimumq; parat, quo ad diuinas principis animę operationes partim utitur, partim autem ad sensuum motusq; instrumenta per [a] neruos tanquam per funiculos continuò distribuit, ea nunquam spiritu, qui præcipuus eorum instrumentorũ functionis autor censetur, destituens, non minus sanè quàm iecur & cor nullas corporis partes suis quas illis impertiunt materijs (tantisper dum ualet homo) indigas relinquunt, etiam si non semper cum qualitate tum copia easdem diffundant. Ner ui igitur (quorum originẽ à cerebro pendere in quarto libro indicauimus) id cerebro præstant, quod [b] magna arteria cordi, & [c] caua iecori, ut qui paratum à cerebro spiritum illis quibus hunc mandari oportuit instrumentis deducant, diligentesq; cerebri satellites & nuncij censeãtur. Cæterùm animali spiritui materiã suppetit uitalis spiritus, in arterijs numerosa serie ambas cerebri membranas accedentibus abundans, & dein aër quem uersus cerebrum tum per foraminula priuatim olfactus organi occasione in [d] octauo caluariæ osse exsculpta, tum comprimis per ea caluariæ [e] foramina quæ palatum spectant, inter spirandum attrahi multo antè diximus. Ac aër quidem, qui dum inspiramus per angustissimos flexuososq; & tortuosos ductus [f] inter duram cerebri membranam ac tenuem attrahitur, atq; ob difficilem transitum extenuatur, cerebroq; aptissimus redditur, undecunq; ubi aditum reperit, in cerebri [g] dextrum & [h] sinistrum, & horũ [i] medium uẽtriculos sese insinuat. Vitalis autem spiritus & si copiosissimus in [k] omnibus tenuis duræq; membranæ uasis ductibus ue habeatur, attamen in dextrum & sinistrum cerebri uentriculos plurimus à præcipuis arteriarum [l] ramis fertur, quas superiùs obliquo longoq; ductu contra Galeni placitum caluariam perforare, atq; ad [m] glandis cerebri pituitam excipientis latera porrigi retulimus. Ab his namq; arterijs, quas reticularẽ plexum Galenus efformare docuit, non minimæ [n] soboles tenuis membranæ processibus suffultæ, per humillimas dextri sinistriq; uentriculi sedes ingrediuntur, tandem secundùm totum uentriculorum progressum in illorum amplitudinem incedentes. Verùm præter has arterias, & [o] quarto quem ego ita nun cupaui du ræ mẽbranę sinu [p] uas quoddã sub eo corpore quod testudinis cameræ ue instar arcus extructę imaginẽ refert, ac nobis cameratũ appellatur, in anteriora cerebri per cõmunem dextri sinistriq; uentriculi cauitatem, seu potius tertium cerebri uentriculum contẽdit. Hoc uas tandẽ in [q] duos ramos bipartitum, uno ad dextrum, altero ad sinistrum uentriculum diffunditur, & eius loci arterijs commixtũ, [r] rete efformat, quod ab extimi fœtus inuolucri imagine nomẽ inuenit. Ab aëre itaque in cerebrum ingresso, ac uitali illo spiritu ob frequentes sanè anfractus ad cerebri usus magis magisq; adaptato, in cerebri dextro sinistroq; uentriculis, & ipsorum mutua concauitate tertio ue

*Septimi libri argumentum.*

*Cerebri functionũ et partium breuis enumeratio.*

*In lib. de Venarum & Arteriarũ sectione.*

a 2 fi. ca. 2. & 2, 3 fig. ca. 11 lib. 4.
b fi. cap. 12 lib. 3.
c fig. cap. 6 lib. 3.
d 8 fi. ca. 6 li. 1 A, B, A. e Passim circa M figu. 5 ca. 12 li. 1.
f 2 fi. inter H, H, H & E, E, E. aut inter D, E, G, H, K & A, A, B, B fi gura 13.
g 4, 5 figu. L, L.
h 4, 5 figu. M, M.
i 7 figu. H.
k Tota fig. ca. 14 li. 3.
l 16 fi. C, C. aut fi. cap. 14 li. 3 L.
m 16, 18 figura A.
n 14 fig. E, F. aut 6, 7, 8 fig. F, G.
o 7 figu. T.
p 7 fig. V, aut 6 figu. H, I, sub A, A, A.
q 6 figur. in K, L.
r 6 fi. M, N.



tertio ue uentriculo animalis spiritus à cerebri uirtute elaboratur, quam ab opportuno elementorum ad iustitiam cerebri substantiæ temperamento, pendere credimus. Porrò huius spiritus animalis portio [s] tertio cerebri uentriculo per oblongũ meatum [t] inter ea corpora cerebri quæ clunibus & testibus assimilabuntur porrectum, in cerebelli uentriculum fertur, quem partim cerebelli sinus, partim dorsalis medullæ cauitas efformant. Ab hoc uentriculo in [u] dorsalem medullam, atq; ita in neruos ab illa propagatos, animalis spiritus non mediocris portio digeritur. A reliquis autem cerebri uentriculis, spiritum in neruos ab illis proximè principiũ ducentes, ac sic in sensuum motusq; arbitrarij organa dispensari arbitramur. non admodum anxiè disceptantes, num spiritus ille tenuissimus per aliquos neruorum meatus (ut uitalis per arterias) an secundùm nerui corporis latera luminis modò ad columnam, dirigatur: an uerò neruorum duntaxat continuitate cerebri uis ad partes pertingat. Atq; hactenus sanè cerebri functiones in uiuorum animaliũ sectionibus admodũ probabiliter & uerè quodammodo possum assequi. Sed quî in imaginatione, ratiocinatione, cogitatione, memoria (aut quomodocunq; aliter, nescio quorum dogmatibus acquiescens, principis animæ uires subdiuidere, aut enumerare uelis) cerebrum suo fungatur munere, haudquaq; ex sententia apprehendo. & si fortè accurato indefessoq; cerebri partium intuitu, ac deinceps ex reliquarum partium corporis, quarum usus uel leuiter in dissectione exercitatum haud latet, speculatione, qua similitudo indagaretur, uel probabile quid indipisci possem, id sanè citra sanctissimæ fidei labem neutiquam conficeretur. Quis enim, Deum immortalẽ, huius ætatis philosophorũ, addam & theologorum uulgus nõ admirabitur, qui tam ridiculè diuinæ ac summè admirabili hominis cerebri machinæ detrahentes, ex ipsorũ somnijs in humanæ fabricæ cõditorem impijssimis, nõ secus quàm si Promethei essent, nescio quam cerebri struem nugacissimè ementiũtur, eam quam incredibili prouidentia atque adeò eis quos corpori præstare debuit usibus affabrè immensus rerum Opifex effinxit, procul ab oculis arcentes, suamq; tot inartificiosis abundantem monstris præponentes, & parum (prò pudor) soliciti in quantam impietatem teneros quos instituunt animos temporis successu rapiunt, tunc uidelicet, quum illi præceptorum sectis non amplius addicti, & Naturæ operum discendi cognoscendiq; studio flagrantes, propriis manibus in homine cæterisq; animalibus, quæ ipsis fuere tradita, rimari, altiusq; expendere aggrediuntur. Nondũ enim memoriæ excidit, me quum in Castrensi pædagogio Louanensis gymnasij facilè præcipuo ac laudatissimo, philosophiæ operam nauarem, in commentarijs quos præceptor noster professione theologus, ob idq; ad pias opiniones cum philosophorũ miscendas inter reliquos eius Academię moderatores paratissimus, in Aristotelis libros de Anima prælegebat, scripsisse, cerebrum tribus donari uentriculis, atq; horum primum anteriorem, secundum medium, & tertium posteriorem esse, eosq; à situ ad hunc modum nomen obtinere, & à functione etiam aliter appellari. Siquidem primus seu anterior, qui frontem respicere dicebatur, sensus cõmunis uentriculus nuncupatus est, quòd ab hoc quinq; sensuum nerui suis instrumẽtis deferri, & dein horum neruorum beneficio odores, colores, sapores, sonos, & tactiles qualitates in hunc uentriculum deduci, illi homines arbitrarentur. Ac proinde præcipuus primi uentriculi usus censebatur, ut obiecta quinque sensuum, quorum genus sensum communem uulgò uocamus, reciperet: atq; illa ad secundum uentriculum, qui meatu quodam primo nectebatur, transmitteret, quò secundus de eo obiecto imaginari, ratiocinari & cogitare posset. quippe uentriculo illi cogitatio seu ratio tribuebatur. Tertius autẽ uentriculus memoriæ erat sacer, in quem secundus omnia quæ ex obiectis illis, de quibus abũdè ratiocinatus esset, mãdari uoluit, cõmodè deponebat. Atq; tertius uentriculus hæc prout humidior siccior ue erat, aut ocyus aut tardius sibi, uelut in ceram aut lapidem duriorem insculpebat. Dein pro sculpturæ leuitate uel difficultate præsentem uentriculum quę ipsi mandãtur, aut breuiori, aut longiori temporis interuallo asseruare, commentaria illa docent. Neque profectò tertius iste uentriculus hæc sibi suoq; nomine, aut retinet, aut insculpit, sed secundi uentriculi gratia, nimirũ ut quoties hic de aliquo memoriæ sinui concredito, ratiocinari instituit, ille ocyus hoc quicquid est in secundum uentriculũ deleget, ac ueluti in rationis officinã uersandũ exporrigat. Cæterùm ut singula quæ ita nos edocebamur, aptius assequeremur, tabula quædã ostendebatur nescio à qua philosophiæ Margarita deprompta, dictosq; iam uentriculos oculis subijciens, quam nos discipuli prout scholasticæ picturę quisq; erat studiosior, suis commentarijs expressius appingebamus. Neq; hac figura tres duntaxat uentriculos complecti nobis persuadebatur, uerùm ipsam quoq; omnes simul capitis partes, nedum cerebri, ostendere arbitrabamur. Atq; hæc Opificis nostri solertiã in corporis humani fabrica nunq; inspicientiũ sunt figmenta: qui quàm in cerebri cõstructione enarrãda aberrent, sequẽs sermo ostendet, qui eadem methodo qua in duobus proximè præcedẽtibus libris usus sum, post perfunctoriam hanc cerebri descriptionem, ipsius partes seorsum singulas unà cum omni-

s 7, 8 fig. ab H per K in fi. nonæ et E fi. undecimæ.
t 10 fi. E, F, G, H.
u 9 fig. H.

*Thomæ, Scoti, Alberti, & eius cohortis scriptorum de cerebri uentriculis opinio.*

omnibus ſenſus inſtrumētis explicabit. Quantū uerò impietatis imperitis, & nō adeò adhuc in ſanctiſſima noſtra fide obfirmatis animis, eiuſmodi uentriculorū cerebri uſuū (quod ad principis animæ uires ſpectat) deſcriptio conciliare poſſit, hi (etiā ſi ipſe ſileā) perpendunt, qui quadrupedum (quibus omnē rationis uim, ac præcipuè animam rationalem ex theologorū præcipuè placitis adimimus) cerebra, hominū cerebris quàm proximè omni ex parte accedere didicerunt. Quandoquidē ouis, capræ, bouis, felis, ſimiæ, canis, & quas ſecui auiū cerebri cū humano cerebro in partiū cōformatione, ac potiſſimùm in uentriculis, uix ulla prorſus occurrit differentia, niſi quòd mole cerebra pro animaliū qua donata uidenť ratione, certo uariare cognoſcimus. Homini nanq; cerebrū obtigit maximū, mox ſimiæ, cani, ac eadē ſerie deinceps, prout animal quoduis ad rationis uim uiciniùs accedere quibuſdā argumētis colligimus. Neq; cerebrū homini tantū pro corporis ipſius portione grandius obtigit, imò id omniū animaliū cerebris maius uiſitur. Hominis nanq; cerebrum uel duobus equorū, boum, aut aſinorū cerebris grandius apparet. Sed hæc omnia, ut & uentriculorū fabrica, ex ſequētibus euadēt perſpectiſſima.

*Brutorū cerebri cōſtructionē ab hominis non differre.*

## *DE DVRA CEREBRVM AMBIENTE membrana, & ſub cute caluariā ſuccingente membranula. Caput II.*

*DVRA cerebri membrana in multis occurrit figuris. in prima enim externa ipſius proponitur ſedes uniuerſa, quæ ſupra ſciſſuram cōſiſtit, qua cerebrū oſtenſuri, caluariam diuidere ſolemus. Secunda uerò eam membranæ partem interna commonſtrat ſede, uti etiam nona, duodecima, decimatertia, internam ſedem proponunt, qua caluariæ regionem ſuccingit infra dictam nuper ſciſſuram, cōſiſtentem. Cæterum proceſſuum ipſius inter dextram & ſiniſtram cerebri partes deductū, refert tertia figura ad D, D. Illum autem qui cerebello inſternitur, ſeptima figura O, O, O. Atque in illis etiam figuris duræ membranæ occurrūt ſinus, uti optimè figura capitis decimiquarti libri tertij. Porrò membranā caluariæ exteriùs obductā nullibi priuatim delineauimus, quum tenuis ſit, ac oſſi undiq; circundetur, atque ex oſſis circumſcriptione petenda ueniat.*

QVEMADMODVM ſanè uniuerſam cauitatem qua nutritionis organa continentur,[a] peritonæo ſuccingi recenſuimus, atq; id inſtar ſacci cuiuſdā omnia illi impoſita amplecti, & pariter quoq; coſtas ſuccingentē tunicam omnia quæ in thorace collocātur, ambire cōmemorauimus, ita etiā uniuerſa caluariæ[b] cauitas cerebro excipiendo adaptata, quadā ſubducitur[c] membrana, quam propter craſſitiem qua cæteris nō cerebri modò, uerū totius corporis præſtat membranis, craſſam, & ab inſigni duritie duram, ut & cuticularem, nuncupamus. Hæc nō minùs quàm peritonæum & coſtas ſuccingens membrana unica cōtinuaq; omnino uiſitur, præterq̄ quod quibuſdā[d] foraminibus & ſinibus uenarū modò extructis ſit peruia. Vnde etiā ilico præſentis membranæ ſitū, & quod ad ipſius externā ſuperficiē attinet formā, magnitudinēq;, etiāſi aliud nihil ſermoni addidero, oſſiū cognitio edocet. Quandoquidē nullū caluariæ os priuati alicuius uſus gratia, in caluariæ amplitudinē extuberat, cui hæc mēbrana nō cedat, ſeq; ab illo introrſum premi ſinat. Rurſus nullus in ea cauitate conſiſtit ſinus, quē hæc quoq; mēbrana nō impleat. atq; (ut ſemel dicā) omni ex parte oſſibus proxima nectiť, alijs locis remiſſius, alijs uehementius, uti paulo pòſt audies, cōnata. Atq; hinc etiā fit, externā durioris membranę ſuperficiē propter oſſiū ſinus, tuberaq; inæqualē, & deinde fibrarū quibus hæc oſſibus cōmittitur occaſione, aſperā, aut nō adamuſſim læuē lubricamq; uideri. Ac præcipua oſſiū tubera, quę eā orbicularē ſphæræq; modò rotundā eſſe prohibēt, in capitis potiſſimū baſi cōſpiciunť. & horū quidē primū cenſeri poteſt[e] oſſeū ſeptū olfactus organorū ſedē interdiuidēs: dein ea caluariæ[f] extuberātia, quæ ut oculis in caluaria[g] ſedes cōmoda exſculperetur, in capitis amplitudinē iuxta illius baſis anteriora ac ſepti illius latera extuberat. Præterea inæqualitas illa, quæ propter oſſis cuneiformis craſſitiē in qua ipſi propriæ cōſiſtunt[h] cauernæ parandā, &[i] aptā[k] glandulæ cerebri pituitā excipiētis ſedē inſculpendā, in medio ferè amplitudinis caluarię cerniť. Deinceps alia duo inſignia quoq;[l] tubera in hāc amplitudinē ideo ꝓminēt, ut idoneā auditus[m] organi ſedē Natura fingeret. Poſtremò ea quoq;[n] eminētia iā dictis accedit, quæ in occipitij oſſe à poſteriori parte foraminis ſpinalē medullā tranſmittētis rectā ſurſum ad mediū interualli porrigiť, quod inter id foramen & ſuturæ Græcorū Λ imaginē exprimētis eminentiorē ſedē conſiſtit. Atq; hæc capitis oſſiū tubera q̄ minus dura mēbrana in ipſius baſi inſtar oblongæ ſphæræ utrinq; ad anteriora leuiter depreſſæ appareat, in cauſa præcipuè cenſenť. Alia uerò[o] tubercula, quæ propria duræ membranæ uaſa uenarū ac arteriarū ferè materiā continētia in exteriori ipſius ſuperficie efformāt, nō adeò illius orbiculatim formā intertur bant,

*Duræ mēbranæ ſitus, ac numerus, magnitudo, forma.*

a 1, 2, 3 fi. li. 5 A, B, C, D.
b Hæc oſtēditur ſimul in 6 & 7 figuris cap. 6 lib. 1.
c 1 fig. A, A, B, B. 2 figu. H, H. dein in tota caluariæ baſi in 14 fig.
d 1 fi. C, C, C. D, D. E. 7 figu. P, P. Q, Q. R, S. T.
e 3 fig. cap. 12 lib. 1 x.
f Ad latera m, n, y, L figu. 3 capitis 12 lib. 1. aut hic ad latera G, G 13 fig.
g Occurrit hæc plurimis inſignita characteribus 1 fig. ca. 9 lib. 1.
h 8 fig. ca. 6 li. 1 C, D.
i 3 fi. cap. 12 lib. 1. M.
k 16 fig. A.
l Inter T, T, R, 4, i, A, A fi. 3 ca. 12 li. 1. aut hic 7, 8 fi. Z.
m figu. cap. 8 lib. 1.
n 3 fi. ca. 12 li. 1. ab e ad k. aut hic 9 fi. Q. 12 figura M.
o 1 fig. C, C, C. D, D, D. E.



bant, ſeu quo minus rotunda uiſatur, non magnopere obſtant, quum hæc uenarū duntaxat ritu protuberent. Porrò nullus in caluariæ amplitudine ſinus (præter eos quos neceſſariò nuper commemorata in baſi capitis tubera conſtituunt) occurrit, quem Natura non exſculpſerit duræ membranę uaſorū gratia, ut ſcilicet ſinus uaſis cedant, ac citra compreſſionē ipſis locū dent, & ne duræ membranæ uaſa ipſi membranæ damno ſint, quo minus hæc oſſi proxima apponi queat. Ex horū ſinuum numero illæ cauitates ſunt,[p] quæ extuberans latus[q] primi duræ mēbranæ ſinus &[r] ſecundi &[s] tertij admittunt, deinde illi quoq;[t] ſinus, qui in caluarię lateribus inſtar mediæ cauitatis uenarum multiplici ſerie exſculpuntur, & ſi quis alius eius generis in anteriori olfactus organorū ſedis regione conſpicitur. Cuiuſmodi uerò hæc duræ membranæ uaſa ſint, ac unde principium ducāt, in tertio libro fideliſſimè expreſſimus. Porrò ut externā huius membranæ ſuperficiē cognitu mehercùlè in capitis uulneribus perq; neceſſariam, ſermone totam & diligenter perſtringamus, nunc fibras ipſius, & ad caluariā connexū recenſebo. Primùm citra alterius corporis interuentum hæc undiq; oſſi attigua eſt, parua omnino ipſius regione dempta, quæ ſuper oſſis cuneiformis[u] mediū habetur, ubi dura mēbrana nonnihil ab oſſe abſcedit, ſubſtratam habens glandulā cerebri pituitā excipientē, et ſoporaliū arteriarū maximas ſoboles, quæ reticularē plexū efformare alijs diſſectionis profeſſoribus falſo creduntur. Omnibus partibus caluariæ quibus hæc membrana eſt attigua, in eum modū cōmittitur, ut duo inuicē accumbentes muſculi mutuò hærere connectiq; ſolent. Verùm eo cōnexionis genere in capitis baſi firmius q̄ in lateribus & uertice & fronte & occipitio affirmatur. Deinde uniuerſis acutioribus oſſium proceſſibus pertinaciſſimè cōnaſcitur, perinde ac ſi ab ipſis originē duceret. Sunt uerò huius generis proceſſus[x] oſſeū illud ſeptū olfactus organorū ſedem diſtinguens, deinde illi qui ad[y] latera foraminū[z] uiſorios neruos tranſmittentiū, &[a] ſinū glandi pituitā excipienti paratum conſiſtunt, & qui iuxta[b] foramen uiſuntur quinti paris neruorū cerebri craſſiorē[c] radicē tranſmittens, & uniuerſim omnes proceſſus foraminaq; capitis amplitudinē reſpicientia. Pari quoq; ratione præſens membrana caluariæ ſuturis adnaſcitur, quanq; is connexus non æquè ualidus ſit, atq; is quem ad oſſeos proceſſus perfici relatū eſt, quod ille inſtar ſimplicis tantum lineæ, nō autem notatu digna amplitudine huius modo accidat. At ſuturis non ſolùm dura membrana connaſcitur, uerùm tenues membraneaſq; fibras inter illas uerſus capitis exteriora tranſmittit, quæ caluariæ uertice inter diſſecandum abſtracta, in dura membra ſimplicis lineæ ritu extuberant, aſperamq; ipſius membranę ſuperficiē oſtendunt, ſuturarū ſitum ac imaginē in ipſa etiam membrana tunc[d] referentes. Cæterùm præter fibras externā quoq; duræ membranæ ſuperficiē minus æqualē reddunt[e] tubercula quędā in uertice frequēter prominentia, ubi ſagittalis ſutura coronali iungiť. Hæc ſi quando adſunt, inæqualiter extuberant, & pares ſibi in caluaria inſculptos[f] ſinus obtinent, quibus pertinaciſſimè innaſcunť. Vnde etiā huius generis tubera nō obiter, neq; per tranſennā expendenda ueniūt, ne minus cauti in cauterij adminiſtratione & capitis uulneribus caluariā perforemus: etenim horū tuberū nulla ratione habita (quòd in his locis & in ſuturis mēbrana ab oſſe difficulter abſcedat) eā unà cū oſſe haud leui malo pertunderemus. Ad hæc, mēbranę ad caluariā connexū, & exterioris ipſius ſuperficiei aſperitatē[g] uenulæ quędā adaugēt, per caluariæ poros partim ex dura mēbrana ad caluarię inuolucra, partim ab ipſis inuolucris ad durā mēbranā deductę. Hoc itaq; modo dura mēbrana caluarię cauitatē ſuccingit, & omnibus ea cauitate contentis obducitur organis. Verùm præter hæc, dura membrana[h] magnā ſui portionē inter cerebrū ac cerebellum inſinuat, quæ uniuerſam cerebelli ſuperiorem ſedem integēs, cerebri regionē cerebello incumbentē ab illo interdiuidit. Quinetiā à media ſede huius duræ mēbranæ portionis, ubi dextra cerebri pars ſiniſtrā reſpicit, & ſecundū totā[i] tertij duræ mēbranæ ſinus longitudinē[k] alia quoq; duræ mēbranæ portio proceſſus'ue educitur, ſecundū capitis longitudinē dextrā cerebri partē à ſiniſtra dirimens. Hic proceſſus falcis meſſoriæ imagini aliqua ex parte accedit: nam ipſius ſedes illi duræ mēbranæ portioni cōtinua, quæ cerebellū integit, falcis baſi correſpondet.[l] ea uerò quæ ſepto ſinuū olfactus organorū cōnaſciť, falcis mucroni aſſimilari poteſt: is nanq; mēbranæ duræ proceſſus à poſteriori capitis ſede antrorſum ductus, ſenſim falcis ritu arctatur. Deinde proceſſus huius pars tertio durę membranę ſinui cōtinua falcis dorſo nō abſimilis ſecātibus occurrit. ſiquidē extrorſum curuatur, & tertij duræ mēbranæ ſinus nomine craſſior uiſitur. Proceſſus autem pars[m] calloſum cerebri reſpiciēs corpus intrò obliquatur, ac proinde falcis aciei forma accedit. Hæ mēbranæ portiones proceſſus'ue nihil omnino à reliquo ipſius corpore, niſi una duntaxat ſede in craſſitie duritiaq; uariāt. Nuſq; enim membrana craſſior ſecantibus obſeruať, q̄ in illa parte qua cerebellū integit. Hæc nāq; ubi[n] natibus cerebri proxima cerniť, triplo ferè q̄ in reliqua ſede craſſior duriorq; euadit, adeò ſanè, ut canes hoc loco os poſſideant ſuperiorē cerebelli regionē integens, cerebrūq; ne id

*Duræ mēbranæ ad caluariam nexus.*

*Duræ mēbranæ proceſſus.*

p 3 fig. ca. 12 li. 1 h, h. i, i. k, et eiuſ. ca. 4 fi. l, l.
q 9 fig. S, S.
r 9 fi. T, T.
s 1 figu. C, C, C.
t 3, 4 fi. ca. 12 li. 1 T, T.
u 3 fi. ca. 12 lib. 1 M. aut circa F hîc fi. 15. cui ſubſternitur tota 16 fig.
x 3 fi. ca. 12 lib. 1 x.
y eiuſdē fig. y iuxta E.
z 13 fi. N, O.
a 3 fi. ca. 12 li. 1 M.
b eiuſ. fig. 4.
c 9, 14 figura M.
d Confer 1 fig. G, G, G & H, H & I, I cum caluariæ partus primæ figuræ ſubiectæ r, r & Θ, Θ et Δ, Δ.
e 1 fi. K, et u trinque ad H iuxta G.
f In figura primæ fig. ſubiecta Ω, Ω.
g 1 fig. F, F.
h 7 fi. O, O, O, O. 8 figura V, V.
i 1 fig. C, C, C. 2 fi. B, B.
k 3 figu. D, D, D.
l 12 fi. L, H.
m 3 fi. L, L.
n 7 figura M, N.

*Lib. 9. de Admin. dissect.*

cerebellum premat suffulciẽs. Sed & neuter horũ processuũ seu partiũ duplicatur (ut Galenus rem parum expendẽs docuit) uerùm simplex est, quemadmodũ & ipsa membrana, quà cerebri lateribus aut caluariæ attenditur. Nam & si tertius duræ membranæ sinus cultello secundũ longitudinem[o] dissectus, primo intuitu membranæ[p] processum inter utrasque cerebri partes intercedentem geminã, exque duplicata membrana constare ostendit, id tamen sinus duntaxat gratia uisitur. Quantũuis namque inferiorẽ sinus tertij angulũ dirimere studueris, membranã extra sinus amplitudinem nunquam in duas subdiuides. Atque par ratio eius[q] partis durę membranæ censetur, quæ elatiorẽ cerebelli sedem obuelat. Deinde si infimus ille duræ membranæ sinuũ angulus duplicationẽ argueret, idem sanè in duobus reliquis sinuum angulis accideret, ac non perperã cerebri duram membranam duplicem esse assereres, quacunque parte caluariã contingit. Insuper horum duræ membranæ processuum superficies specie cum reliqua interiori membranæ superficie congruit, qua uix inter omnes corporis superficies aliã magis splendidã læuem'ue, & (quòd non obiter expendendum uenit) omni adipe, quemadmodum quæ in caluariæ consistunt amplitudine omnia, destitutam reperias. Quinetiam interior hęc superficies aqueo humore longè magis quàm exterior perfunditur, & multo candidior apparet: & quum fibris omnibus quibus alteri parti adnasceretur, uacet, impensius lubrica tersaque quàm exterior superficies conspicitur. Porrò quemadmodum exterior superficies os caluariæ undique respicit, ita & interior tenuẽ cerebri spectat membranam, cui nullius corporis interuentu, quàm[r] ductuum instar uenarum ab ipso in tenuem membranam pronatorum ope adhæret committitur'ue. Quandoquidem si dura membrana pari modo tenui membranæ, ipsique adeò cerebro, ut caluariæ connasceretur, quo minus tenuis membranæ uasa, & ipsum adeò cerebrum distendi contrahique possint, illa impedimento foret. quod præcauẽs Natura, ampliorem duræ membranæ cauitatem ipsa cerebri mole, nõ secus atque cordis[s] inuolucrũ corde etiam ipso amplius uisitur, produxit. Quanquam interim duram membranam à tenui non ita liberauerit, ut cordis inuolucrum à corde, quod illi ne unius quidem fibræ interuentu connascitur, quum tamen innumeros uenarum instar ductus dura membrana tenui membranæ exporrigat, mirabili industria horum beneficio illam sibi affirmãs. Vt simul ductus illi uenæ arteriæque, & postmodum uinculi uices gerant, ut cerebrũ ne concidat commodè subleuetur, interim uasorum tenuis membranæ & ipsius cerebri motibus non præpeditis. Atque hoc singulare Naturæ mysterium ipse leui negocio colligis, si modò uasorum cerebri series, quam tertio libro docui, ex animo nõ exciderit.[t] eam dico numerosam ramorum sobolem, à tertio duræ membranæ sinu utrinque secundùm totam cerebri longitudinem, in dextræ partis cerebri & item sinistrę tenuem membranam procurrentem. Hæc namque superiorem cerebri partem duræ membranę admodum ualidè appensam reddit, & dura membrana caluariæ connata, & propter[u] fibras quas per suturas diffundit à caluaria abscedere prohibita, cerebrum quo minus in se delabatur, subleuat. atque quum nulla alia ex parte dura membrana tenui (nisi forsitan hîc atque illic raris ijsdemque perquàm laxis[x] ductibus) commissa est, liberum cerebri & uasorum tenuis membranæ motum non obtundit. Cæterùm præsens sermo nunc sanè exigeret, ut sinuum uasorumque duræ membranæ numerum, situm & naturam explicarem. at quum id pro uiribus in tertio libro tentatũ sit, non abs re chartis hîc pepercero.

*Duræ mẽbranæ interior superficies qualis.*

*Duræ mẽbranæ cum tenui connexus.*

*Duræ cerebri membranæ uasa.*

*Foramina.*

Pari quoque ratione duræ membranæ foramina ex proposito neutiquam enarranda putauerim, quod prolixior foret oratio, aliud nihil propemodum complexura, quàm caluariæ foraminum in caluariæ amplitudinem qua cerebrum continetur pertinentiũ catalogũ,[y] in primo libro iam pridem cõmemoratum. Vbicunque enim in caluarię dicta amplitudine uisuntur foramina, ibidem & dura quoque membrana ferè peruia est, sui processus perpetuò exporrigens, illis qui à cerebro principium ducunt neruis, & ipsi etiam dorsali medullæ inuolucri modo obductos. Ac proinde tot primũ foraminibus dura cerebri mẽbrana donatur, quot neruorũ paria à cerebro initiũ ducũt. Nam & si[z] idẽ quarto pari & crassiori tertij paris radici foramẽ insinuatũ sit, [a] gracilior tamẽ tertij paris radix, priusque secundi paris[b] neruũ contingat, priuatim durã mẽbranã perforat. Septẽ his utrinque positis foraminibus, aliud ab utroque latere accedit, quod[d] neruulũ transmittit, quem ego non procul à quinti paris radice pronatũ obseruaui. Ad hæc, dura membrana[c] unico eodemque inconiugato & orbiculari ueroque foramine pertunditur, quod infundibulo cerebri pituitam excipienti uiam præbet. Dein iuxta huius foraminis latera[f] aliud utrinque spectatur foramen, maximum arteriarum cerebrum petentium ramum transmittens. Postremò[g] multis foraminulis ad olfactus organorum sedem dura cerebri membrana abundat.

*Duræ mẽbranæ usus, & cõstructionis ratio.*

Porrò præsentis membranæ[h] sinus, qui uenas arteriasque caluariam subintrantes exhauriunt, neque etiam ductus ex his sinibus in tenuem membranam instar uenarum propagatos, in foraminũ numero habemus. Atqui inter primarios duræ membranæ usus non minimus censetur,

ut

o Vt in 2 fi. B,B. — p 3 figura D,D. — q 7 figu. O, O,O. — r 2 fi. D,D. G,G 8 figura X,X. — s 4 fi. lib. 6 B,B. — t 2 fig. C,C, C & D,D, D. — u 1 fi. G,G, G.H,H,I,I. — x 2 fi. G,G. 8 fi. X,X. — y In figura ca. 12 lib. 1. — z Quo educitur K et I fig. 14. — a 14 fig. H. — b 14 fig. G. — d 14 fig. L. non procul ab M. — e 15 fi. ad F uiã præbẽs E. — f 15 fi. foramina hæc transmittũt C & D. — g Ad E 12 fig. & 13 fi. D,D. — h 1 fi. C,C, D,D. 7 fig. P, Q, R, S, T.



ut aptis quibusdam sinibus omnes caluariã petẽtes uenas, omnesque (si[i] duos modò ramos dempseris) arterias excipiat, ipsarumque materiam in suos sinus assumat, eam ita deducentes, ut hæc propaginibus uenis similibus, atque ab illis sinibus depromptis in tenuem membranã cõmodissimè deferatur, & dura membrana ipsi tenui membranæ & cerebro instar lagenæ fiat, ex qua tenuis membrana, & dein cerebrum materiam ad opportunos usus sibi alliciant, in uenis & arterijs uersus caput transmissam. Cæterùm propagines à tertio duræ membranæ sinu utrinque innumera serie in sedem tenuis membranæ sibi proximam deriuatæ, cerebrum uelut suprà innuimus, suspensum, atque ne deorsum concidat, uentriculique ipsius comprimantur, opportunissimè sustinent, ut dura cerebri membrana pariter ipsius inuolucrum et fulcrum reddatur. Ad quod rursus summopere conducunt fibræ per suturas à dura membrana prorepentes, quæ duram cerebri membranam (quæ alioquin non satis durissimo ossi connasci poterat) caluariæ firmant, atque quo minus cerebri grauitate tracta, deorsum labatur, in causa sunt. Neque id sanè pręstitissent, nisi peculiare artificium extra caluariam Natura moliretur, quod indies fabri imitantur, quoties clauorum acies quando duos simul compingunt asseres reflectũt, ne uno assere tracto, ex altero clauus prõptè uellatur. Natura namque fibras has Vulcani ligamenta, quibus is Martẽ Veneri colligauit, cũ simul & uinciãt & sustineãt, artificio superiores, nõ solùm per reflexos admodũ & obliquitatis nomine firmãtes ductus transmisit: uerũ trãsmissas rursus dilatauit, auxit, atque in unũ omnes adeò cõmiscuit, ut in membranã quandã tenuẽ degenerent, quæ quòd caluariæ obducatur, περικράνιος Græcis nuncupatur. Quãuis hæc omnia nõ citra alterius corporis interuentũ, ut cæteris uisum est dissectionis professoribus, caluarię adnascatur: sub ipsa enim alia adhuc tenuis consistit mẽbrana alijs quoque omnibus propemodũ ossibus pręcipuè cõmunis, ac ab amplexu quo ossa succingit περιόστεον appellata. Inter reliqua autẽ ossa hac mẽbrana priuata, caluariæ interna est cauitas cerebro excipiendo adaptata, cui nusque ubi durã membranã contingit, eiusmodi mẽbranula obnascitur, adeò ut tanta etiã huius cauitatis sedes, quantæ dura membrana non connascitur, hac quoque membranula alijs ossibus communi obcincta sit. Visitur autem illa sedes[k] ubi duræ membranæ glandula cerebri pituitam excipiẽs, & maximi arteriarum cerebrũ petentium rami substernuntur. Quòd autem rerum parens Natura harum pręcipuè fibrarum gratia duas transuersas, & unam secundùm capitis longitudinẽ[l] suturas digesserit, ipsa duræ membranæ forma commonstrat, quæ superiori sua sede illis lineis opportunissimè ueniret firmanda. Quemadmodum inter dissecandum tertio duræ membranæ sinu sursum tracto liquidò discimus, impense Naturæ industriã admirantes, quà duræ membranę portionẽ processum'ue inter cerebellum & cerebrum ita produxit, ut illo sursum ducto, ita cerebrum sustineat, ne suo pondere cerebello quicquam comprimendo obsit. ad quod egregiè auxiliatur duræ membranæ pars, dextram cerebri partem à sinistra dirimens, & tota basi dicto nuper processui continua. Porrò si quid interim artificij in duræ membranæ harmonia enarrandum adhuc reliquum sit, id unà cum tenui membrana iam subiunxero.

*Membranæ exterius caluariã succingentis creatio & usus.*

i fig. 14 ca. li. 3 in altero latere u, u. alioquin absorbẽtur C, D, E, K, F, r, G, H. — k Vbi sub 15 figuræ F, C, D, consistit tota 16 figura. — l Spectãtur figuris 6 capi. li. 1.

## *DE TENVI CEREBRVM INVOLVENTE membrana. Caput III.*

*TENVIS membrana cerebro obducta occurrit in secunda figura, auulsa autem in tertia. Atque ita etiam cerebello obuoluta spectatur in octaua.*

*Tenuis membranæ numerus.*

TENVIS cerebri membrana, quemadmodum & dura, duntaxat unica & sibijpsi continua est: nullam siquidem prorsus suæ naturæ aut ad cerebellum, aut ad utramque cerebri partem, aut in ipsis cerebri uentriculis anfractibusque, ac ut semel dicam, tota amplitudine, quam dura membrana constituit, inuenias, quæ non unius tenuis membranæ portio habeatur: ad eũ modum quo in animalis cute iam à corpore detracta, partes cutis cõtinuas esse dicimus, quibus aures, pedes, & cauda induebãtur.

*Situs.*

Porrò ipsius situs ex cerebri ac cerebelli cognitione desumẽdus est: nihil enim dura membrana amplexatur, cui tenuis membrana exteriùs non obuoluatur. Nulla etenim[a] exterioris superficiei cerebri & cerebelli & dorsalis medullæ & neruorum portiuncula conspicitur, quam tenuis membrana uicinissimè, & citra alterius corporis interuentum proximè non integat, si modò[b] superiorem callosi corporis superficiem exceperis, quæ sola eiusmodi membrana, quum dura utcunque sit, haud continetur. Pręterea omnes cerebri ac cerebelli[c] anfractus, in quos tenuis membrana un

a Hæc ex figuris petere debes sectionis serie sese consequentibus, ut 2, 3, 8, 9, 11, 12, 13. — b 2 fi. L, L. — c 3 fig. C, C, C. et passim in superficie 11 fig.

 dicunque

dicunq; ſui partes proceſſus'ue ingerit, huius ſitum oſtendunt, uti ſanè & ipſius quoq; figuram & magnitudinē. Hæc membrana exteriori [d] ſuperficie uelut aqueo humore oblinitur, ſecundū partium quas ambit tubera extuberans. ipſa namque uix alibi craſſitiem uariat, ac tenuiſſimæ ſemper membranæ innumeris uaſorū ductibus obſitæ ſpeciem cōmonſtrat. Quippe uaſorum potiſſimùm gratia illam rerū Opifex condidit, nimirū ut inſtar [e] meſenterij & [f] humilioris membranæ omenti & [g] extimi fœtus, inuolucri (à quo ſuum nomen tenuis mēbrana Græcis χοροειδὴς nuncupata, mutuauit) ea uaſa tutò deduceret ſuffulciretq;. Quinetiam cerebri & cerebelli eſt inuolucrum, non ſimplex profectò, ut dura membrana, quæ propugnaculū potiùs ac defenſoriū cerebri aduerſus caluariæ occurſus cenſetur, quàm operimentum: ſed quod ipſorum ſubſtantiā proximè contineat & firmet, non ſecus quàm caſeorum formæ lac paulo antè coagulatū ſuſtinent, & fingūt pariter. Atq; ad hos uſus Natura hanc membranam ſummè idoneam produxit. tam mollis enim tenuiſq; & ſequax eſt, ut aptiſſimè omnibus anfractibus ſinibuſq; ſeſe ad profundiſſima uſq; ingerat, & quæcunq; uaſa cerebrum expetebat, ea deducere poſſit. Quinetiam adeò leuis cernitur, ut ſua grauitate neutiquā uim cerebro inferat: & tam ualida interim duraq; exiſtit, ut à dura cerebri membrana ſurſum tracta non diuellatur, imò illum ſuſpenſionis impetum à Natura ſagaciſſimè frequenti numeroſaq; & continua uaſorum ſerie paratum ſuſtinet, eo pollens robore, ut concinnè cerebri ſubſtantiam inſtar formæ cuiuſdam (uti iam diximus) amplexetur & ſuſtineat. Cæterùm magis Naturæ ſapientiam admirabimur, ſi non minori induſtria illam hîc atq; in quatuor elementorum ſedibus aſſignādis uſam eſſe inquiſiuerimus. quod ſanè ilico obuium fiet, ſi terræ caluariam, aquæ duram cerebri membranā, aëri tenuem, & igni ſubſtantiam cerebri aſſimilaueris: ac dein expenderis rerum Opificis ſolertiam, qui ut inter terrā & ignem, quoniam natura à ſe inuicem maximè abſunt, aquam et aërem collocauit, ita quoq; in medio caluariæ & cerebri (quòd ſubſtantijs longè diſcrepant) utraſq; membranas interiecit, nō contentus uno amicitiæ uinculo illa interueniente. Oportet nanq; nō ſitu ſolùm id in medio locari quod eſt uerè medium, ſed etiam natura: ſi modò quod ſecundùm eandem proportionem ab extremis uariat, uerè medium cenſeatur. Neutra autē membrana proportionaliter à caluaria & cerebro uariabat: nam tenuis plus ab oſſis duritie uincebatur, quàm ipſius cerebri mollitiem ſuperaret. Econtrariò autem dura multo erat cerebro durior, paulo uerò oſſe mollior. Quapropter ſi tenuem duntaxat membranā Natura creaſſet, nequaquā indemnis caluariæ occurſaret: ſi duram, cerebrum ipſius conſuetudine læderetur. Quo minus igitur ipſum cerebrum aut eius proximum inuolucrū offenderetur, prior tenuis membrana, poſt hāc autem dura locatur: quæ quanto eſt oſſe mollior, tanto ipſa tenui eſt durior: quanto uerò hac tenuis eſt mollior, tanto tenui mollius eſt cerebrum. Quanquā rurſus tenuis membranę mollities uſui ſit, ut illa commodè undequaq; in cerebri anfractus ſeſe ingerat, & in uentriculos, [h] proceſſus uarios unà cū uaſis porrigat, uti priùs eſt relatū. Qui'nam uerò eiuſmodi habeantur proceſſus, in plexuum & uentriculorum cerebri deſcriptione perſequar, præſenti ſermone ad cerebrum opportunè deflexo.

*Exterior ſuperficies.*
*Conſtructionis ratio & uſus.*

## DE CEREBRI AC CEREBELLI NVMERO, *ſitu, forma, reuolutionibus & ſubſtantia.* Caput IIII.

*HIS quæ præſenti Capite pertractantur oſtēdendis, potiſſimùm ſeruiunt tertia figura, ac dein omnes ferè ad decimamquartam uſq;: ſed potiſſimùm prima figura Capitis ſecundi, libri quarti, baſim cerebri ac cerebelli cum dorſalis medullæ initio proponens.*

*Cerebri numerus.*

DISSECTIONIS profeſſoribus cerebrum in [a] anterius, quod cerebrum, & in [b] poſterius, quod cerebellum uocant: deinde anterius in [d] dextrum & [c] ſiniſtrum diuidi conſueuit: non quòd Anatomicorū proceres cerebrum omnino diuiſum, & non aliqua ſemper ex parte continuum eſſe arbitrati ſint (quanquam etiam illorum ſcripta tale quid ſubinde innuant) at quòd ut unica manus in digitos, ita quoq; cerebrū in diuerſas partes diſcretum uideatur. Quemadmodum enim priùs de tenui cerebri membrana diſſerebatur, ſic [i] etiam dextra cerebri pars, & ſiniſtra, & cum his cerebellum, & dorſalis medulla, neruiq; ad unum omnes, inſuper & [g] nates teſteſq; cerebri, deinde [h] calloſum corpus, & [i] id quod inſtar teſtudinis effigiatum eſt: præterea dextri ſiniſtriq; uentriculorum [k] ſeptum, & [l] uermiformes cerebelli proceſſus, & ſi quid eſt eiuſmodi, inuicem continuæ partes exiſtunt, eademq; ſubſtantia conſtituuntur in duritia colore'q; aliquantulum uariāte. Inſuper omnia quæ modò recenſebam, ſitu, uſu, conformatione, magnitudine, & id genus alijs, quæ in partium conſtructione rima-

Marginal references: d In 2 fig. e Potiſſima pars 10 fig. lib. 5 et tota 11 fig. f 2 fig. lib. 5 e, e, c. g 1 tabulæ fi. 30 lib. 5 F & 2 tab. K & 3, 4 Q, R. h 6 fi. H, I, F, G, M, N. a 3 fig. A, A et B, B. 1 fi. cap. 2 lib. 4 A, A. b 8 fi. R, R. R. tota 11 figura et 1 fi. ca. 2 lib. 4 B. d 3 fi. A, A. e 3 fig. B, B. f Quicquid præter oſſa ult. fig. delineatur lib. 4. g 7 fi. M, N. h 2 fi. L, L. i 6 fig. A, A, A. k 5 fig. X, X, Y, Y. l 11 fig. C, D, c, d.



rimamur, ita ab inuicem differunt, ut nō aliter q; ſi differentes diſiunctæq; partes eſſent, pleriſq; impoſuerint. Quotū enim quemq; Anatomicorū inuenias, qui cerebrū nulla ſubſtantię continuitate cerebello continuū eſſe nō aſſerat: adde alios qui cerebrū in duas partes ut pulmones diſſectū eſſe docēt, et omnia nobis indefeſſo ſcribendi pruritu, ſuis ſomnijs fidē dantes, perturbāt. Cerebrū nanq; quantūuis tota ſede, [m] quà cerebello incumbit, & [n] quà frontē ſpectat, penitus in duas partes diſſectū ſit, & eadē ſectio ſecundū totā cerebri longitudinē in ipſius elatiori regione ducatur, non tamen ob id in medio ipſius iuxta [o] baſim inter occipitium & frontem omnino diuiſum cernit. Quanta enim calloſi corporis eſt [p] longitudo, tanta quoq; ſedes ſecundū longitudinē cerebri conſiſtit, quà dextra eius pars ſiniſtræ continuatur. atq; ita uel huius corporis interuentu, & eius [q] quod inſtar teſtudinis extructū eſt, & [r] ſepti dextri ſiniſtriq; uentriculorum ſupra cōmunem eorū uentriculorum [s] cauitatē, tertium'ue uentriculum duæ cerebri partes continuæ ſunt. Deinde in baſi etiam eas eſſe continuas oſtendit, cum magna & ſecundùm longitudinē & profunditatē qua continuant regio, tum cerebri teſtes & nates & omniū maximè quod ex cerebri baſis medio pronaſcit, dorſalis medullæ [t] initiū, quod amplum craſſumq; eſt, & perinde ac illæ duæ cerebri partes hoc in loco continuū unumq;. Deinceps etiā ſi dextra ſiniſtraq; cerebri partes quà cerebellum integunt, nihil minus q; cerebello continuæ ſunt, tamen inferior cerebelli ſedes iam dicto dorſalis medullę initio duobus locis [u] continuatur, idemq; cum ipſo corpus, ſi continuitatem ſpectes, efficitur. Cæterùm quis præcipuus continuitatis locus ſit, quæq; omnes illæ quas paulo antè enumerabam partes cenſeantur, ordine ſuo loco ſeorſim enarrabo. Hactenus enim quæ nunc præceſſere ſermone complecti libuit, ne in cerebri numero aliquis, qui iam admonitus ſectionem aggreſſurus eſt, ilicò me unà cum cæteris Anatomicis hallucinatum arbitretur. Ac proinde nunc cerebri ſitum opportunè aggrediar, quem ipſius cerebri membranæ, & potiſſimùm [x] interna caluarię amplitudo edocent. Quicquid enim eius amplitudinis duabus cerebri membranis & [y] glande pituitam cerebri excipiente & ramis quibuſdā maximarum cerebrum petentium arteriarum non occupatur, id uniuerſum cerebro ac cerebello adimpletur. [z] Cerebellum decuplo aut undecuplo minus cerebro eſt, atque unà cum dorſalis medullæ principio eam caluariæ amplitudinis ſedem ſibi uendicat, quæ poſteriori parte [a] tuberum in capitis amplitudinem cauitatem'ue auditus organorum cauſa prominentium, & deinde duobus in occipitij oſſis [b] finibus circunſcribitur, qui ut duobus primis duræ mēbranæ [c] ſinibus, quos dextrum & ſiniſtrum nuncupamus os, cedat, caluariæ cauitati inſculpuntur. Hanc enim inſtar circuli circunſcriptionem cerebellum nulla ipſius parte excedit, hæcq; circunſcriptio cerebelli ſitum opportuniſſimè commonſtrat. Haud enim hominibus, ut bobus fortaſſis (quos Galenus ad cerebri cognitionem duntaxat aggreſſus uidetur) cerebellum in occipitiū adeò porrigitur, ut nō etiam poſtrema cerebri pars in poſteriora magis quàm ipſum cerebellum uergat, nobiſq; uocatum occipitium impleat. Quippe poſtrema & elatiſſima humani cerebelli pars uix eouſq; aſcendit, ubi digitis infimam occipitij partem attingere poſſimus. Neq; etiam in nobis aliqua occipitij oſſis ſedes muſculorū inſertionibus libera contingi poteſt, quā cerebellum implet, etiam ſi interim Anatomici ipſius ſitum ita recenſeāt, quaſi totā in occipitio prominulam regionem, ex cuius tubere uulgus memoriæ ingenijq; uim metitur, cerebellū infarciret: imò elatiſſima cerebelli portio ad [d] mediā duntaxat ſedē pertingit, quæ à poſteriori ſede [f] foraminis dorſali medullæ uiam præbentis, & Λ literam imitantis ſuturæ [g] partem habetur, quæ ſagittali committitur, uſq; ad quam alij cerebellum conſcendiſſe ſuis bobus & aſinis, aut ſomnijs deluſi ſcripſerunt. Præterea ſuperior cerebelli pars in hominibus, quemadmodum ſanè in canibus, bobus & ouibus inſtar globi cuiuſdam, aut etiā acutius nequaq; extuberat, ſed plana et depreſſa minimumq; in medio prominens conſpicitur. Hæc itaq; caluariæ ſedes cerebello dedicata, ipſius ſitum, circunſcriptionem, formam ac magnitudinem edocet. Cerebellum etenim, quemadmodū & ſua ſedes, latius eſt quàm longius aut profundius, & humiliori ipſius regione, idq; potiſſimùm iuxta ipſius poſteriora latioris globi imaginē exprimit: in cuius medio acuta, neq; admodū lata habetur [h] impreſſio, quā illi inducit [i] tuber inſtar craſſiſſimæ lineę in occipitij oſſe prominēs, quod eius oſſis robur inſigniter adauget, cuiq; dura cerebri membrana pertinaciſſimè connaſcitur. Porrò in anteriori parte, [k] qua cerebellum ad cerebri nates exporrigitur, id quaſi in acutum fertur, undiq; ſuæ ſedis formam accuratè referens. Cęterùm eiuſmodi omnia in cerebro, quod per me ſi uoles anterius cerebrū etiam adhuc nuncupare poteris, oſtendit reliqua caluariæ cauitas cerebello nō oppleta. Vnde etiā cerebrū ſecundùm ipſius baſim depreſſum eſt, neq; globi modo extuberat, quamuis interim inæquale & nō unius formę uiſitur. [m] Vbi enim oculorū ſedibus & olfactus organorū finibus innititur, uarium eſt: nam ad ſinus organorum olfactus antrorſum [n] extuberat, utrinq; autem ad ſinū illorū latera propter oſſis in caluarię cauitatē extuberātis prominentiam, unā impreſſionē admittit. Prominet uerò ibidem inęqualibus tuberibus os ad com-

*Quibus ſedib. dextra cerebri pars ſiniſtræ continuetur.*
*Cerebellū quà cerebro ſit cōtinuum.*
*Cerebelli ſitus & magnitudo.*
*Cerebelli forma.*
*Cerebri magnitudo & forma.*

Marginal references: m 3 fi. ab elatiori L uerſ. K ſurſum. n 3 fi. ab inferiori L ad N deorſum. o Id ſpectatur in 1 fig. ca. 2 li. 4 et hic in 7, 8 et 13 fig. p 3 fig. L, L. 4 fig. I, I, I. q 5 fig. S, T, V. r 5 fi. X, X, Y, Y. s 7, 8 fig. H. t 1 fi. ca. 2 li. 4 D. u 11 figuræ G, G cōmittuntur I, K figuræ 10. x Hanc proponit 6 & 7 figuræ ca. 6 lib. 1. y tota 16 fi. z Hæc oſtēdit 8, 9, 11 figuræ. a 7, 8 figu. Z, Z. b 3 fi. ca. 12 lib. 1 h, h et i, i. c 9 fig. S, S & T, T. d 3 fi. ca. 12 lib. 1 k. f eiuſ fig. e. g 3, 4 fi. ca. 6 lib. 1 D. h Supra medium R 8 fi. aut ad c 11 fig. i 9 fig. Q. k 7 figu. X, X. prope M, N. l Spectatur optimè 1 fi. cap. 2 li. 4. m 1 fi. ca. 2 li. 4 A iuxta I poſitū & cerebri pars in 13 fig. n 13 fi. C, C.

modas oculorum ſedes & foramina narium confingenda. Deinde cerebrum opplet duos gran
des in caluariæ cauitate ſinus, qui ad oſſis cuneum referentis[o] ſinus latera ſpectantur, quo glans
*o Ad latera M fi. 3 ca. 12 lib. 1.*
cerebri pituitam excipiens ſuſtinetur. Vnde etiam cerebrum oſſis quo continetur formam gle
bæ ritu ſibi uendicās, utrinq; in ipſius baſi inſtar medij globi prominens tuber conſtituit. In ho
rum tuberum medio cerebrum impreſſum cernitur, cuneiformis oſſis proceſſuum occaſione
hîc circum ſinus latera productorum, quo nuper commemorata glans ſuſtinetur. Quinetiam
ſimili prorſus modo baſis cerebri reliqua ipſius ſede pro oſſium tuberibus auditus organa con
tinentibus, & cerebelli ſuperiori regione ſuam figuram effingit, omnibus ſinibus ſeſe inſerens,
& amicè admodum tubera admittens. Atq; hinc etiam in lateribus & anteriori & poſteriori &
ſuperiori ſede cerebrum caluariæ cauitatis effigiem exprimit. His enim ſedibus cerebrum inſtar
oblongæ ſphæræ utrobiq; uerſus anteriora propter temporum cauitatē depreſſæ, rotundum,
& in poſteriori parte multo quàm in anteriori latius uiſitur, quaſi cerebrum ipſum & cerebellū
nullam peculiarem formam exigerent, ac abundè ipſis eſſet, ſi propria illorum ſubſtantia ma
gna mole, & ſimul utcunque quò in ſe ſinus cerebri cerebelli'que functionibus aptos habere
poſſet, collecta in capite reponeretur. Eiuſmodi ſiquidem quid caluariæ baſis ſinus tuberaq; o
ſtendunt, & impreſſiones in temporibus[p] temporalium muſculorum gratia conſpicuæ. Calua
*p 4 muſcu. tab. r.*
*Sectio dextrā nobis uocatam cerebri partem à ſiniſtra dirimēs, & cerebri anfractus.*
riæ itaque cauitas externæ cerebri ſuperficiei imaginem commonſtrat, ad quam &[q] ſectio cere
brum diuidens, & innumeri quidam[r] gyri ac circumactus referuntur. Vniuerſa namq; cerebri
*q Spectatur integra in 3 fig.*
ſedes illa ſectione diuiſa, atq; ut biſulcorum pedes in duos quaſi ungues illius beneficio diſiun
cta, extimæ cerebri ſuperficiei magna pars exiſtit. Attamen dictam cerebri formam parum inter
*r 3 figu. C, C,C.*
turbat, quum dextra cerebri pars ſiniſtræ accumbat: neq; recta illa linea diuiſę cerebri partes in
uicem magis dehiſcant, quàm quanta duræ cerebri membranæ, & tenuis duplicatæ eſt craſſi
ties. In homine etenim ſecus atq; in oue uniuerſam ſectionem interdiuidit durę membranę[d] por
*d 3 figu. D, D,D.*
tio, proceſſus'ue, duas cerebri partes ſepti ritu interſtinguēs. Dein ſeorſum utramq; cerebri par
tem tenuis membrana ambit, & implicat. Cæterùm gyri ac reuolutiones cerebri, quas[e] tenuiū
*e 7 fi. lib. 5.*
inteſtinorum anfractibus elegantiſſimè Eraſiſtratus aſſimilauit, per uniuerſam cerebri ſuperfi
ciem undiq; eadem frequentia habentur. Sunt uerò ſinus permulti penitus in cerebri ſubſtan
tiam penetrantes, & profectò imagine inteſtinorum tenuium reuolutionibus ſimillimi. Neque
opinor illos alicui aptiùs quàm his, aut etiam nubibus quos rudes pictorum diſcipuli, aut in
ſcholis pueri delineare ſolent, conferri poſſe: quanquam in ſimilitudine indaganda non admo
dum ſit laborandum, quandoquidem hominis cerebrum hac ex parte nihil peculiare adipiſci
tur, & hos in cerebri ſubſtantia apparentes circumactus aſinis, equis, bobus, & alijs quæ hacte
nus uidi animantibus communes homo obtinet. Niſi forſitan aliquis hinc differentiam aſſume
*Cerebri anfractuū uſus.*
re ſtatuiſſet, quod tanto profundiores homini illos gyros Natura inſinuauerit, quanto ipſius
cerebri ſubſtantia copioſior uiſitur. Horum itaq; inflexuum effigiem cuiuſuis animalis cere
brū uel in prandio aut cœna ſpectans, diſcas licet. Porrò in illorum uſu recenſendo non medici
*Lib. 8. de Vſu part.*
modò, uerùm & philoſophi plurimùm ſe excruciant, contendentes, num ipſorum beneficio ho
mines intelligant, an uerò minimè: quemadmodum Galenus contra Eraſiſtrati placitum pu
„ gnans, in hunc modum cenſuit. Quum aſini etiam admodum multipliciter cerebrum habeant
„ complexum, quos deceret, quantum ad morum ruditatem attinet, omnifariam ſimplex, & mi
„ nimè uarium nanciſci cerebrum. Melius autem arbitraretur bonam ſubſtantiæ temperiem cor
„ poris intelligentis (quodcunq; hoc fuerit) prudentiam ſequi, & non uarietatem compoſitionis.
„ Neq; etiam multitudini ſpiritus animalis oportet, ut puto, magis quàm qualitati perfectionem
„ intellectus acceptā referre. Atq; hic Galenus ſibi dum maximè illius operā requirimus ſimilis,
orationē uelut freno cohibens, aliò quum reuolutionū uſum exprimere debuiſſet, reflectit: ſa
tis eſſe arbitratus, ſi non intelligentiæ prçeſſe has reuolutiones indicauerit. quod ſanè nō inficia
mur, ſed interim eas magnum Conditoris artificium oſtendere, & non ob aliud quàm ad cere
bri ſubſtantiæ enutritionem eas procreatas eſſe, à Galeno additum oportuit. Cerebri namq; ſub
ſtantia citra omnem membranoſarum fibrarum plexum continua, neutiq; adeò firma fuerat, ut
per illam arteriæ uenæq;, ut in reliquis corporis partibus, digeri poſſent: & tam multa craſſaq;
eſt, ut uenæ & arteriæ in ſuperficie tantum exporrectæ ipſi nutriendæ, illiuſq; inſito calore refo
cillando ſufficerent, quum penitiores cerebri partes ſi ad illum modum uaſa protenderentur, il
lorū materia carerent. Quod prçuidens Natura, ſinuoſos illos implexus paſſim cerebri ſubſtan
tiæ impreſſit, ut in his[f] tenuis membrana frequentibus uaſis oppleta ſeſe inſinuaret, cerebri ſub
*f 2 figu. E, E,E.*
*Cerebri ſectionis ratio.*
ſtantiæ alimentū appoſitiſſimè ita ſubminiſtratura. Atq; huius etiam nutrimēti potiſſimùm oc
caſione cerebrum in[g] duas partes diſſectum fuit, ut ſcilicet tenuis membrana ſeſe in ipſius mediū
*g 3 fig. A,A, & B,B.*
implicaret: ac inibi in reflexus deducta, cerebri ſubſtantiam enutriret. Haud enim citra eiuſmodi
cerebri diſſectionem, & profundiſſimas reuolutiones illa cerebri ſedes qua dextra ſiniſtram
reſpicit,



*h Spectatur in 11 fig.*
reſpicit, enutriri potuiſſet. Atque huic ſententiæ ſuffragantur cerebelli reuolutiones, quæ neu
*Cerebelli implexuū ratio & ſpecies.*
tiquam æquè atq; cerebri reuolutiones altè penetrant, ſed paulo minùs quàm ſuperficiariæ, at
frequentes admodumq; continua ſerie deductæ uiſuntur. ſuperficiariæ quidem, quod exigua
*i 11 figu. E.*
pars alenda ſit, quodq; facile cerebellum à profundioribus anfractibus ad[i] uentriculum uſque
ipſius perforaretur. frequentes autem, ut copia aliquantulum leuem illam penetrationem ſup
*k 8 fi. R,R, R. 9 fi. A,B, C. & 11 fig. A,B & C, D,c,d.*
pleat. Porrò harum ſeries quodammodo[k] triplex eſt, effigie cum cerebri reuolutionibus neu
tiquam cōueniens. apparet namq; cerebellum ob ſuas reuolutiones & impreſſum illum, quem
ab occipitis oſſis tubere in poſteriori ſede obtinet, tribus partibus efformari, dextra una, &
alia ſiniſtra & tertia media. ac dextra quidem ſiniſtraq; cerebelli partes duos quodāmodo glo
*l 9 fi. C. aut 11 fig. C,D, c,d.*
bos inuicem appoſitos oſtendunt, in quorum inani ſpacio, ubi ſcilicet globi ſeſe non cōtinge
rent,[l] tertia cerebelli pars reponitur, quæ ligni caſei'ue recentis uermem refert ob ſuas reuolu
tiones, quæ tranſuerſim ſecundùm cerebelli longitudinem mutuò æquè diſtantes ducuntur.
*m 11 fig. C, D & c,d, dein H,I.*
Huius partis apices uerſus inferiorem cerebelli ſedem reflexi, uermiformes cerebri[m] proceſſus
ſuo loco efformare docebimus. Dextra autem ſiniſtraq; cerebelli pars in ſuperiore cerebelli
*n Ad A,B 11 fig.*
ſede parallelas quoque & ſecundùm cerebelli latitudinem ductas reuolutiones exigunt, quæ
deorſum[n] protenſæ, quaſi in centrum, colliguntur, ad eam cerebelli[o] ſedem, quam dorſalis
*o 11 fi. G,G.*
medullæ initio connatam eſſe dicemus, contendentes. ac dextræ quidem partis reuolutiones
ad ſui partis ſedem porriguntur, dorſalis medullæ initio continuam: ſiniſtræ autem, ad ſui
partis ſedem. At hæ cerebelli partes inuicem diſcretæ incontinuæq; nequaquam ſunt, ſed in
uicem continuæ unicum corpus, ipſum ſcilicet cerebellum conſtituunt. quod unicum, non au
*Galenū rationē unitatis cerebelli parum apte aſſignaſſe.*
tem cerebri modò geminum Galenus à Natura extructum eſſe aſſerit, quòd duo dorſa, neque
*p 1 fig. cap. 11 lib. 4.*
totidem dorſales medullas hominem habere minimè decuiſſet: quaſi ex cerebro, quod ne
ceſſariò ueluti in duas partes diuiſum, neque ſubſtantia continuum,[p] unica dorſalis medul
la produci nequiuiſſet, ac proinde cerebellum ut corpus unicum neceſſariò procreatum fuiſ
ſet, ut unicæ dorſali medullæ aptum principium fieret. At Galene, qui in nugis crebro qui
*Dorſalis medullæ initium.*
buſdam, & etiam ſubinde immerito tuis deluſus ſimijs, Herophilum, & Lycum, Andream,
*q 1 fi. cap. 2 lib. 4 D.*
& alios Alexandriæ diſſectionis profeſſores, qui humana aggrediebantur corpora, irridere
ſoles, cerebrum in ſuæ baſis medio unicum, neque ut in ſuperiori parte diuiſim cernitur,
*r 10 figu. L, M,N,O.*
& unicam dorſalem[q] producit medullam, in cuius ſuperiori ſede mox ab ipſius exortu Na
*s 11 figu. E.*
tura[r] ſinum inſculpſit, qua mediam quarti cerebri uentriculi amplitudinem conſtitui dice
*t G,G figuræ 11 cōmituntur I & K 10 fig.*
mus.[s] reliquam enim eius uentriculi amplitudinem, cerebellum ſupplet, quod utrinque dun
taxat ad dorſalis medullæ ſinus latera quaſi duabus circularibus applantationibus[t] adnaſci
tur, continuum cum dorſali medulla corpus effectum. medio nanque[u] poſterioris cerebelli
*u Patet id in 9 fi. E.*
ſedis pars, ut neque etiam[x] anterioris dorſali medullæ continua, connata'ue eſt, ſed tantum te
*x Patet id ad L 8 fi.*
nuis membranæ interuentu poſterior pars dorſali medullæ committitur. Non aliter, mihi cre
de, quàm ſi Natura cerebellum condidiſſet, ut dorſali medullæ tranſmiſſum à cerebri ſinibus
*y Spectatur idem 1 figu. cap. 2 li. 4.*
ſpiritum magis adaptaret, tueretur'q;. A cerebello etenim quantumuis in ipſius duritiei à cere
*In li. 8. de Vſu part.*
bro differentia aſſignanda, & ratione cur cerebellum à cerebro diuiſum ſit expendenda ſolici
*Cerebri ac cerebelli durities, neruorumq; ortus.*
tus fueris, nullius omnino uel minimi neruuli propago à cerebello[y] ortum ducere reperies. &
profectò nulla eſt cerebri quà frontem ſpectat, & qua in occipitium etiam longius in homine
quàm ipſum cerebellum fertur, in duritie differentia: neque etiam adeò notatu digna cerebelli,
quum tenui membrana id liberatum cernitur, cum cerebro in duritia eſt pugna. At ut cere
*Cerebri, cerebelli, et dorſalis medullæ color et ſubſtantia.*
bri baſis, unde dorſalis medulla ortum ducit, cæteris omnibus cerebri partibus, & ipſo quo
*z 11 fig. E.*
que cerebello durior uiſitur, ita quoque dorſalis ſuo principio ſenſim durior euadit, neque co
lore, neque duritia cerebello ipſi ſupernato correſpondens. Cerebellum enim magis flauum,
cinericium'ue eſt, perquàm paucis albeſcentibus lineis interſtinctum, & duntaxat in ſui[z] ſi
nus ſuperficie candicans. uniuerſum uerò dorſalis medullæ initium cerebello adhuc in capite
ſubnatum albiſſimum eſt, ut & cerebri baſis ipſi originem præbens, quæ omni prorſus reuo
lutione ac anfractu quibus cerebellum ſcatet, deſtituitur. Porrò quæ horum omnium ſit ſub
ſtantia, uel in menſa etiam ex uitulorum, aut leporum, aut auis alicuius cerebris diſcere inte
*a Iſtud petes ex diſſecta cerebri ſubſtantia in 4,5,6,7, 8 figuris.*
grum erit. eſt autem ſubſtantia quædam peculiaris & propria, qualem in uniuerſo corpore
ſimilem nullam reperias, ad ingenitas cerebro actiones idonea: non minus ſanè quàm cordis
*Cerebri ſubſtantiæ cū oſſium medulla diſcrimen.*
ſubſtantia, & pulmonum caro, & iecoris, & lienis, & renum, & teſtium ſuis quibus præſunt
functionibus aptiſſima cenſetur. Cerebri ſubſtantia, quam capitis medullam alij appellarunt,
ab oſſium medulla differt, tum alijs pleriſq; accidentibus, tum quod liquefieri nequeat, neque
*b 3 figu. C, C,C.*
inediæ tempore aut alijs occaſionibus, ut reliqua corporis pinguedo abſumatur, minuatur'ue.
[a] Hæc nō uniuerſa candicat, uerum quicquid[b] reuolutionibus proximū eſt, ſubflauū aut ſubci
nericium eſt, æquali ſemper à reuolutionis ſuperficie diſtantia. quanta namq; reuolutionis pro

funditas eſt, tanto quoq; ab intima reuolutionis parte interuallo, in cerebri ſubſtãtia, is quem diximus, color obſeruat̃: quaſi rurſus color ille in ſubſtãtia, quòd ad colorẽ attinet, reuolutiones duplicaret. Quicquid autẽ cerebri ita coloratum nõ eſt, albiſſimũ & candidũ prorſus uiſitur. Verùm ut permultæ cerebelli ſunt inuolutiones, ita quoq; uniuerſum propemodũ, uti paulo antè admonui, ſecãtibus flauum occurrrit. Quacunq; itaq; ex parte cerebri cerebelli'ue ſubſtantiam tenui qua proximè cõtinetur membrana detexeris, hanc ſubflauã ac uelut aqueo humore oblitam, & nunq̃ uenis implicitã adinuenies, etiamſi interdũ rubra & ueluti ſanguinea puncta in illorum cerebri ſubſtãtia in illis potiſſimùm obſeruaturus ſis, qui phrenitide ante mortẽ laborarũt, uerùm illa nullã uenæ exprimũt imaginẽ.

*Cerebri ſubſtantiæ nutritioni qualiter proſpectum.*

Cerebrũ nanq; ex nullo uaſe alimentũ aſſumit, quàm ex his quę tenui mẽbrana ſuffulta ipſi circundãtur. ut autẽ illi frequẽtia uaſa undiq; obducẽtur, cerebrũ in tot quot diximus partes præcipuè diuiſum fuit: quanq̃ etiã diuiſiones illæ, ut & anfractus ad mollem cerebri ſubſtantiã ne cõcidat ſuſtinendã, ęqualiterq; ſuffulciendam, nõ mediocriter auxilietur.

*Lib. 8. de Vſu part.*

Parũ enim Galeni rationi cur cerebrũ diuiſum, aut, ut ipſe loquitur, geminũ ſit, tribuo. inquit nanq;, cerebrũ hac occaſione geminũ eſſe, ut quemadmodũ uno oculo uitiato, aut uno teſte execto; alterũ ſeruamus: ita etiã dextro cerebri uentriculo læſo, ſiniſter adhuc ſuo munere fungeretur. Hæc ſiquidẽ Galeni ratio aliquem in copia uentriculorũ recenſenda locum fortaſſis haberet, nõ autẽ in enarrãda cerebri diuiſione, quũ id niſi ſupra uentriculos geminum diuiſum'ue ſit.[c] calloſum enim nobis uocandũ corpus, quod cerebri partiũ continuitatem cõmonſtrat, ad elatiſſimã dextri & ſiniſtri uentriculorũ ſedem cõſiſtit. Cæterũ nunc tempeſtiuum erit, cerebri uentriculos aggredi, atq; ita internam cerebri ſuperficiẽ, quæq; ipſius partes adhuc narrandæ ſuperſunt, perſequi.

*c 3 fig. L, L.*

## DE CALLOSO CEREBRI CORPORE, ET *dextri ſiniſtriq; cerebri uentriculorum ſepto.* Caput V.

*SVPERIOREM calloſi corporis ſedẽ nulla ex parte diuulſam elegãter proponit tertia figura characteribus L, L. Inſuper hanc ſedẽ, ſed à cerebri ſubſtãtia in lateribus liberam, oſtẽdit quarta ad I, I, I. Humiliorẽ uerò ſedem ſpectandã offert quinta ad R, R, R. ubi etiam præſens ſpectatur ſeptum ad X, X. dein Y, Y.*

*Calloſi corporis ſedes et nomenclatura.*

PAVLO antè omnẽ cerebri cerebelliq; ſubſtantiã exteriùs tenui membrana circundatã, ea parte qua membranã reſpicit ſubflauã, & quaſi cinericiã eſſe retuli. At quædã cerebri[a] pars in externa ipſius ſuperficie ſeſe offert, tenui membrana nõ obuoluta. uerũ intimæ cerebri ſubſtãtiæ modò, externa ſuperficie candicãs albaq;, & reliqua cerebri ſubſtãtia ad ſuperficiẽ cõſiſtente durior, unde etiã uetuſtiſſimi Græcorũ partẽ hanc τυλοειδῆ appellarũt, q̃s imitatus in orationis ſerie, hãc partem calloſum corpus ſemper appellaui. Deinde Grȩcorum nõnullis id etiã à forma, quòd[b] inferiori ſede arcus modò ſinuatũ ſit, ac ab uſu quòd ſuſtineat, ψαλλοειδῆ uocat̃: quanq̃ in cerebro[c] corpus recẽſebo, quòd hoc nomine à pluribus magiſq; ex merito donatur. Cæterùm calloſum corpus in medio cerebri uiſitur, ſi cerebri dextrũ ſiniſtrũq; & baſis cerebri mediũ in humiliori ipſius ſede, & elatiſſimã cerebri in uertice regionẽ ſpectes, & quodãmodo etiã ad priora poſterioraq; facta cõparatione. Calloſi enim corporis poſtrema pars anteriori cerebri ſedi paulò uicinior eſt, q̃ antica poſteriori. In cõſpectum autẽ ſecantibus uenit,[d] leuiter dextra cerebri parte à ſiniſtra manibus dirempta. quicquid enim ita diducto cerebro, inibi partes ipſius unit, albũ candicãſq; conſpicit̃, ipſumq; calloſum eſt corpus, longũ quidẽ, ſed arctũ. Præſens corpus in illa ſuperficie quæ ita diducto cerebro in cõſpectum uenit, gibboſum cernit̃. eo quaſi pacto, quo capitis uertex ſupra elatiſſimã frõtis & occipitij ſedẽ, & capitis latera protuberat: quanq̃ adhuc calloſi corporis obliquitas nõ adeò inſignis eſt, atq; uerticis iam dictæ partis.

*a 3 fi. L, L. — b 5 figura R, R, R. — c 5 fig. S, T, V. 6 figura A, A, A. — d Vti factũ eſt in 3 fig.*

*Calloſi corporis initium, ſeu cũ reliqua cerebri ſubſtantia cõtinuitas.*

Quẽadmodũ uerò cerebrũ, ut dicebã, diremptũ ſuperiorẽ calloſi corporis ſuperficiẽ egregiè læuẽ æqualemq; oſtẽdit, ita quoq; indicat corpus id cõmunem cum cerebro partẽ eſſe, & nõ ex cerebri ſubſtãtiæ ſuperficie quæ mollior & ſubflaua eſt, ſed ex intimiori ſubſtãtia quæ durior & alba uiſit̃, enaſci.

*Sinus ad calloſi corporis latera obuij.*

Obſeruant̃ enim utrinq; ad calloſi corporis latera ſecundũ ipſius longitudinẽ ſinguli[e] ſinus in cerebri ſubſtãtia inſtar profundioris lineæ inſculpti, ac cũ ſuperiori calloſi corporis ſuperficie eo magis pateſcẽtes, quo cerebrũ uehementius, quaſi id ſurſum in latera etiã acturus, diduxeris.[f] Interior autẽ inferior'ue ipſius ſuperficies dextro ſiniſtroq; cerebri uentriculo adaperto ſecantibus primùm occurrit: quæ etſi ſecundùm calloſi corporis longitudinem introrſum, ut ſuperior extrorſum curuat̃, haud tamen ſimplex eſt. nam ſecundùm calloſi corporis longitudinẽ[g] duæ inſtar quartæ circuli partis inſinuatæ ſuperficies ducuntur, & in medio calloſi corporis tuberculum quoddam inſtar lineæ ſecundùm illius

*e Ad M 3 fi. — f 5 fi. id corpus ſurſum et in poſteriora reflexũ eſt. atq; ita hic cernitur ad R, R, R. — g utrinque unà ad Y, Y 5 fig.*



illius longitudinem exporrectũ uiſitur, perinde ac ſi altero quidem puncto duas quartas circuli partes in calloſi corporis medio iunctas, reliquo autem puncto ad latera ſurſum protenſas, intelligeres. Præſens tuberculum deorſum prominens, ſenſimq; extenuatum, tandem dextri ſiniſtriq; uentriculorum cerebri ſeptum efficitur: & tota interna calloſi corporis ſuperficies tanta dextri ſiniſtriq; uentriculorum eſt portio, quanta eſt hæc ipſius calloſi corporis ſuperficies. ac dextra quidem ſuperficiei portio dextrum uentriculum, ſiniſtra autem ſiniſtrum reſpicit.

*Dextri ſiniſtriq; uentriculorum ſepti hiſtoria.*

Porrò dextri & ſiniſtri uentriculorum[h] ſeptum eadem cum cerebro cõſtat ſubſtantia, ſed in medio quod ad ſuperiora & inferiora attinet, adeò eſt tenuẽ, ut quum clara luce conſectionem adminiſtramus, aut in altero tantũ latere candelam admouemus, ſplendor ipſius pelluceat, ſimiliter lapidibus hiſce ſpecularibus, quos extenuantes, & quàm exactiſſimè læuigantes inſtar orbiũ aut quadrangulorũ in oſtiorum & feneſtrarũ lapidibus Italos architectos inglutinare cernimus. Commodius tamen hanc ſepti regionẽ madidæ hoſtiæ, quales miſſæ ſacerdotes adhibere ſolent, quàm duris illis lapidibus comparaueris. Niſi etiam quia id corpus diaphonum quodam modo eſt, illud cum ſpeculari lapide cõferre uiſum ſit. In ſuperiori parte qua ſeptum toti lõgitudini corporis calloſi continuatur, & inferiori qua ſuperiori parti eius cerebri partis, quam fornici cameræ'ue ſimillimam eſſe dicemus committitur, ipſum craſſius quàm in media regione exiſtit. Quandoquidem humiliorem ſepti ſedem corpus teſtudinis modò effigiatum ex ſuperiori ſua parte educit, quemadmodum ſuperior ſepti pars ab inferiori calloſi corporis regione enaſcitur, produciturq;.

*h In 5 fi. diuulſum eſt, et una pars X, X inſignitur, altera Y, Y.*

*Calloſi corporis ac ſepti uſus.*

Calloſum corpus unà cum ſepto nullis uenis, neq; etiã tenui membrana, uel aliqua etiam parte attextum eſt, ſed è uicinis partibus nutrimentũ mutuatur. Non enim adeò grandis, craſſaq; cerebri eſt portio, ut priuatis uaſis indigeat, quamuis interim magnum animanti uſum præbeat. Huius ſiquidem interuentu, dextra cerebri pars ſiniſtræ continuatur, deinde dextri & ſiniſtri cerebri uentriculorum ſeptum producit, atque id etiam[i] ſubleuat, ac demum eius ſepti interuentu attollit fulcitq; teſtudinis inſtar effigiatum corpus, quo minus id magno omnium cerebri functionum malo cõmunem duorum cerebri uentriculorum[i] cauitatem compreſſurum delabatur. Cæterùm duo[k] ſinus in cerebri ſubſtantia profundioris lineæ ritu ad ſuperiorẽ corporis calloſi ſuperficiẽ inciſi, præter hoc quòd ea cerebri pars calloſo corpori producendo inepta ſit, idq; ex penitiori ſubſtantia enaſci debeat, ad pituitæ defluxum ex ſuperioribus cerebri partibus facere creduntur, quam excipientes per gibbam calloſi corporis ſuperficiem in anteriora profluere ſinunt. Verùm de pituitam expurgantibus meatibus ſuo loco agendum erit, nunc autem uentriculi opportunè pertractabuntur.

*i 3 fig. L, L et 5 fi. R, R, R ſubleuãt Y, Y, X, X. eiuſ. fig. et Y, X, attollũt S, T, V eiuſ. figuræ, ac A, A, A 6 fi. præmat H, I. 6 fig. aut H 7 et 8 figuræ. — k 3 fi. M, M.*

## DE CEREBRI VENTRICVLIS. Caput VI.

*DEXTRVM cerebri uentriculum oſtendunt quartæ & quintæ figuræ L, L, & ſextæ D, D. Siniſtrũ autẽ quartæ & quintæ figuræ M, M, & priuatim quartæ N, N. dein ſextæ E, E. Communem uerò horum concauitatem ſeu tertium uentriculum exhibet ſeptimæ & octauæ figuræ H, cuius meatus ad quartum tendens uentriculum K inſignitur, qui partim undecimæ figuræ E notatur, & partim nonæ I, & decimæ L, M, N, O.*

*Ventriculorũ numerus.*

VENTRICVLORVM cerebri numero is aſſcribitur, qui cerebello dorſaliq; medullæ communis eſt, ac quartus etiam dicitur. tres nanque in cerebro uentriculos, Herophilum imitati, collocamus. Ac unum quidem in dextra cerebri parte, alterum in ſiniſtra, & tertium in cerebri, ſeu duorum primorum uentriculorum medio recenſemus.[a]

*Dextri & ſiniſtri hiſtoria.*

Dexter prorſus cum ſiniſtro ſitu, forma, magnitudine, aliiſq; omnibus quæ in partiũ conſtructione examinari ſolita ſunt correſpondet: quare etiam ſingula quæ de dextro ſcribentur, de ſiniſtro quoq; nos dixiſſe arbitrari conduxerit. Ponitur autem in[b] dextra cerebri parte ſecundùm totam quaſi huius partis longitudinem protenſus. tantum enim antica ſede à fronte, quantum poſtica ab occipitio diſtat. remouetur autem adeò illis locis ab externa cerebri ſuperficie, quantum ipſius uentriculi dextrum, exterius'ue latus à ſuperficie cerebri diſtat, caluariæ latera reſpiciẽte. Internum autẽ uentriculi dextri latus ſecundùm[c] calloſi corporis longitudinem ſiniſtri uentriculi interno lateri proximum eſt: neque aliud interſtitium ambos ſeparat, quàm[d] tenuis quædam, & uelut quod ad ſubtilitatẽ attinet membranea cerebri portiuncula, quam ſeptum uocauimus, atque à[e] calloſo corpore enatã, toti ſuperiori parti ſecundùm longitudinem cameræ modò extructi[f] corporis continuam connatamq; eſſe diximus. Dextri itaq; & ſiniſtri uentriculi latera toto ſpacio quo ſeptum illud porrigitur, quanta'ue calloſi corporis eſt

*a 4, 5 fi. L, L. 6 figura D, D. — b 3 fi. A, A. — c 5 fig. L, L. 4 fig. I, I, I. — d 5 fi. X, X & Y, Y. — e 5 fi. R, R, R. — f 5 fig. S, T, V.*

est longitudo, minimo interuallo ab inuicem remouentur. Verùm ubi in ea cerebri parte consistunt, quæ prorsus diuiditur, ut illa quæ cerebello incumbit, & quæ fronti proxima est, ibi uentriculi latera mutuò maximè distant: nam præter cerebri membranas hanc sectionẽ subintrantes, etiam plurima cerebri substantia uentriculos dirimit. Vnde etiam fit, dextrum exterius'ue dextri uentriculi latus nonnihil obliquè duci. Anteriùs enim & posteriùs in dextrum magis quàm in medio accedit, sinistrum autem latus sinistrorsum magis media ipsius sede, quàm eius extremis protenditur. Anterior uentriculi pars obtusa est & rotunda, non autem ut omnes mihi scribere uidentur, in acutum uersus olfactus[g] organa, aut[h] uisorios neruos desinens. Neque etiam hac parte aliquem ductum à se porrigit, nisi quod interno latere, ut mox dicã diffusius, decliuis ad[i] tertium uentriculum pertingat. Cæterùm posterior uentriculi regio occipitium respiciens, obtusa quidem est & rotunda, at deorsum sensim in cerebri substantiam uersus priora paulatim arctata tantisper[k] descendit, donec ibidem desinat, ubi olfactus organorum & uisoriorum neruorum consistit principium, & quà maximi soporalium arteriarum[l] rami in cerebrum feruntur. Atque hic[m] ductus si longitudinem spectes lõgior est, quàm media ipsius uentriculi longitudo, quam ab occipitio ad frontem protendi diximus. & sub media etiam illa longitudine ductus hic in cerebri substãtia tenditur, cornu modò in mucronem desinens, qui non in uisoriorum neruorum & olfactus organorum initia finit, & quadam continuitate neruos illos & organa olfactus nequaquam perforat: uerùm in unam cerebri reuolutionum ibidem ad cerebri basim terminatur, atque in se[n] maximam cerebrum petentem arteriam cum tenuis membranæ processu illam suffulciente admittit. Hæc quum dico, innumera Galeni dogmata mihi reclamare haud ambigo, quæ olfactus organa cerebri anteriores esse uentriculos docẽt, & eosdem uentriculos tenues sensim factos in uisorios neruos suo mucrone finire, & quod longè alienissimum est, anteriores hos cerebri uentriculos uersus nares pituitã eructare attestatur, eiusmodiq́ nõ pauca, quæ potius ex resectione, quàm prolixa quapiam disceptatione disci consuluerim. Quandoquidem hæc adeò manifesta sunt, ut admonuisse tantum abundè sit, si modò non duntaxat libris confisus, tuis manibus cerebrum etiam aggrediaris, aut alteri accuratè secanti astiteris. Vniuersa igitur uentriculi superficies læuis & aqueo humore oblita, & inter dissecandum subinde eodem oppleta conspicitur.[o] Superior uentriculi pars omni inæqualitate est expers, quemadmodum & utraque latera, nisi quod leuis ille uentriculi obliquus ductus quasi tubera inducere uideatur. Inferiorem uentriculi partem inæqualem efficit[p] sinus quidam, ex posterioris uentriculi sedis externo latere antrorsum obliquè ad communem uentriculorum cauitatem prorepens, atque ad pituitæ leuiorem defluxum paratus. Dein ad inæqualitatem facit ea uentriculi pars, quę deorsum uersus anteriora è posteriori uentriculi sede prorepit. Ille nanque uentriculi reflexus unà cum sinu illo in causa est, ut monticulus quodammodo in anteriori posterioriq́ inferioris sedis uentriculi regionibus extuberet. qui à dextro latere decliuis ad sinistrum latus fertur, uersus cõmunem uentriculorum amplitudinem. Inferiores enim uentriculi dextri & sinistri partes, quæ tota callosi corporis longitudine cõtinuæ uisuntur, uersus utriusq́ medium communem eorundem cauitatem deorsum inclinatur, neque ut superiores partes & latera orbiculatæ, & ab inuicẽ septo aliquo diremptæ sunt. Neque profectò aliud est[q] communis uentriculorum cauitas, quàm inferiorum dextri & sinistri uentriculorum partium sub[r] corpore testudinis imagini à dissectionis professoribus comparato descensus cõcursusq́, qui inferiori parte oblongam uallem duorum uicinorũ montium exprimit, acutum'ue secundùm ipsius longitudinem angulum efformat. Superiori uerò sede ad testudinem imitantis corporis effigiem cauitas illa secundùm concauum orbiculata, teres'ue uisitur. Cuiusmodi uerò corpus illud sit, paulo pòst explicabitur: nunc interim uentriculorum sermone tantum instituto, quorũ iam duos dextrũ uidelicet & sinistrum recensuimus, & propemodum etiam tertium, qui communis amborum est cõcauitas, quæ binos à se educit meatus, quorum[s] unus ex humiliori ipsius sede, ubi acutum angulum secundùm totam sui longitudinem uallis cuiusdam ritu exprimit, rectà deorsum uersus[t] glandem porrigitur, cerebri pituitam excipientem. [u] Alter autem meatus qui posterior est, tertij uentriculi non minima pars censendus uenit, qui inter cerebri[x] testes & nates ac super dorsalis medullæ initium decliuis, ad quartum uentriculum retrorsum pertinet. Meatus huius initium non adamussim orbiculare uisitur, sed quodammodo triangulare. seruat enim in inferiori sede acutum suæ cõcauitatis unde prodit angulum: in superiori uerò meatus parte, quæ[y] glandi uasorum tertium cerebri uentriculum petentium diuisioni præest, proxima cõspicitur, transuersa linea anguli illius latera connectit, ipsaq́ cum illis alios duos angulos constituit. Atque huiusmodi etiam meatus ipsius[z] orificium est, quo quartum uentriculum sub cerebri natibus respicit. Ex inferiori meatus angulo, quà pri-
mùm

*Permulta Galeni partũ uera dogmata hic non describi.*

*Communis uẽtriculorũ dextri & sinistri concauitatis, seu tertij uentriculi historia.*

*Meatus à tertio uentriculo educti.*

g 13 fi. L, L. h 13 fig. N, O. i 5 fi. sub S, T, V. & 6 fi. Vbi consistit H, I. et 7 fig. H. k Cõfer, F, G, 6,7,8 figurarum. l 13 figu. P. m Specta figuram 3 capiti insertã lib. 4. n 13 fig. Q. 6,7,8 fi. F. o 4 fi. N, N. p 6 fig. aut R aut S. quãuis charactere nõ notatus in 4 figu. pulchre occurrat. q 6 fig. sub H, I. 7,8 figura H. r 5 fig. S, T, V. 6 fig. A, A. s 7,8 fig. I. t 16 18 figura A. u 7,8 fig. K & octauæ etiam L. 10 fig. B, C. x 7 fig. M, N. 8 fig. N, O, P, Q. 10 E, G, F, H. y 7 fi. L. 10 fig. D. z 10 fig. C.



mùm inter cerebri testes ferri incipit,[a] meatus alius raro educitur, qui per cerebri substantiam deorsum in priora protensus, tandem ad[b] cyathum usque peruenit, quem cerebri pituitã excipere docebimus. Cæterùm[c] quartus uentriculus, ad quem posterior meatus tertij uentriculi porrigitur, ex dorsalis medullæ & cerebelli sinibus componitur, nõ secus quàm si utraque manu unam cauitatẽ fingeres. totus enim uentriculus in cerebelli corpore haud insculpitur. Dorsalis itaque medulla ex cerebro[d] prodit, ubi tertius uentriculus[e] meatum uersus quartum uentriculum primùm porrigit, testesq́ ipsi & nates dorsalis medullæ principio continuantur, ac meatum illum tertij uentriculi cum dorsalis medullæ initio æqualiter deducunt, ita ut meatus superior pars illis, inferior autem dorsali medullæ incisa sit. Postquam uerò meatus ille nates superauit, eius portio quæ dorsali incisa uidetur, dilatari incipit, ac[f] sinum efformat usque ad eum ferè dorsalis medullæ[g] locum, quà caluariam hæc egressura est, pertinentem. Sinum hunc rectissimè Herophilus concauitati assimilauit calami quo scribimus. nam si huic sinui eam calami partem, quam atramẽto intingimus, comparaueris, animaduertes profectò calami orificiũ ubi adhuc calamus teres est, & sectioni uicinus, tertij uentriculi meatus fini respondere, qui sub natibus prominet: deinde cuspidem quo literas fingimus, similem obseruabis infimæ sinus parti, quà is in dorsalem medullam iam ex caluaria excisuram, ueluti porum angustumq́ meatum producit. duos autem calami angulos, quos inter mucronem & elatissimæ sectionis initium fingimus, cauitatisq́ calami latera sinus lateribus simillima offendes. Ad huius cauitatis latera, ubi anguli illi consistunt, unus[h] utrobique dorsalis medullæ processus orbicularis habetur, cui duntaxat cerebellum adnascitur, continuumq́ cum dorsali medulla corpus efficitur. Atque huiusmodi dorsalis medullæ cauitas est, alteram quarti uentriculi cauitatem constituens.[i] Quæ autem in cerebello spectatur, uti iam dicturus sum se habet. inter[k] duas orbiculares cerebelli sedes, quibus dorsali medullæ continuatur: & inter eius cerebelli[l] partis[m] extrema, quam ueluti tertiam ipsius portionem recensuimus, sinus quidam imprimitur latior quàm longior, non tamen admodum profundus, qui alteram quarti uentriculi partem constituit, in anteriori & posteriori sede patentis, quòd neque anterior neque posterior cerebelli pars dorsali medullæ adnascatur. quamuis interim sinus hic tenui cerebri membrana, & anteriori & posteriori parte occludatur. In[n] anteriori enim parte tenuis membrana, qua cerebellum cerebro & cerebri natibus cõmittit, sinum obuoluit,[o] posteriorem uerò sinus sedem obstruit, eius loci tenuis membranæ portio cerebellum dorsali medullæ ibidem colligans. Quartus uentriculus nihil in se præter aqueum humorem, qui & alijs uentriculis cõmunis est, inter dissecandum cõtinere animaduertitur, quemadmodũ neque meatus ex tertio cerebri uentriculo in quartum pertinens. Porrò dexter & sinister præter huiusmodi humorem etiam[p] plexum quendam in se continent, quem dissectionum periti[q] extimo fœtus inuolucro comparãt. Communis autem cauitas, seu tertius uentriculus[r] uenosum illud uas deducit, quod plexus illius constituendi gratia à quarto duræ membranæ sinu in tertio libro propagari docuimus. Deinde anterior quoque horum uentriculorum pars ab illo uase[s] uenulas impensè graciles interdum assumit, illis quàm simillimas quibus[t] adhærentem oculi tunicam exornari conspicimus. atque huiusmodi uenulæ uentriculorum superficiei adnascuntur facilius, quòd durior & quasi callosior cerebri substantia in uentriculorum superficie, quàm alibi esse uideatur. Cæterùm Galenum miror, cæterosq́ omnes, qui post illum in Anatome nobis quicquam prodiderunt, & ab ipso perperam citra sectionis aggressum illi nimium fidentes (si modò quid boni complexi sint) deprompsere, quod hos scribere non pudeat, trium cerebri uentriculorum superficiem tenui membrana, uti ipsum cerebrum cingi obduciq́, quartum autem non ita: quum nulla prorsus alicuius uentriculi meatus'ue superficies tenui membrana obuoluatur. Quis enim, obsecro, diligenter humanæ fabricæ partes examinans, neque alicuius scriptis picturis'ue (uti sanè debet nemo) solùm addictus, non uel hinc conspiciet, Galenum pleraque, & præcipuè in libris de Vsu partium imaginatum fuisse? Arbitrabatur namque tam mollem cerebri esse substantiam, ut incisi ipsi uentriculi in se colligi debuissent, si tenui membrana intus non succingerentur. uerùm duriorem cerebello tribuens substantiam, sibi persuadebat, eius uentriculum citra membranæ, quæ ipsi fulcri loco esset, beneficium posse contineri. Ego sanè arbitror Galenum quum illos libros scriberet, apud Herophilum, aut Andream, aut Marinum, aut Lycum, aut alium quempiam ex illis proculdubio præstantissimis Alexandriæ dissectionis professoribus, tenuem cerebri membranam describentibus legisse, in tres cerebri uentriculos tenuis membranæ processus partes'ue porrigi, at non item in quartum uentriculum. qua ratione illi uentriculos membrana quapiam ueluti peritonæo, aut tunica costis subducta succingi non indicabant, uerùm eas tenuis membranæ[u] partes intelligebant, uasa in uentriculos dedu-
centes,

*Quarti uentriculi historia.*

*Quid singulis insit uẽtriculis.*

*Tres primos cerebri uentriculos tenui mẽbrana non succingi.*

a Vbi K cõsistit in 8 fi. b 14 fig. C, C. 15 fi. E. c 9 fi. L. 10 L, M, N, O cum 11 fi. E constituunt quartũ uentriculum. d 1 fi. cap. 2 lib. 4 D. e 7,8 fi. K. 10 fi. B. f 10 figu. L, M, N, O. g 9 figu. H. h 10 fi. I, K. i 11 fig. E. k 11 fi. G, G. l 8 fi. mediũ R. 9 fig. C. m 11 fig. C, D. c, d. n 7 fi. X, X iuxta M, N. o 9 fi. quasi E ad H cõmitteres. p 4,5 fi. O, O. 6 figura M, N. q 1 tabella figu. 30 P. 2 tab. K. 3,4 ta. Q, R. r 6 fig. H, I. & 7 fig. V eductũ à T. s 4 fig. P. 6 fig. O, O. t 18 fi. cap. 14 n, n. u 6 figu. M, N, H, I.

centes, à quibus ſecundarum modo efformati plexus fabricantur, cuiuſmodi pars in quartum uentriculum nulla exporrigitur. Quinetiam præter id quod uentriculi membranis neutiquam ſuccinguntur, illæ obſtaculo eſſent, quo minus cerebri ſubſtantia materiã ſuis uentriculis oblatam, in animales ſpiritus, interſtitio quodã præpedita, emutaret. Cæterũ præter narratos iam tenuis membranæ proceſſus dexter cerebri uẽtriculus, uti etiã ſiniſter in poſteriori ſua ſede, ubi deorſum reflecti incipit, [x] principiũ corporis cameræ aut teſtudinis modò effigiati continet, quod obiter additũ adhuc eſſe (ne quid in uentriculorũ cõſtructione prætermiſſum uideat) uolui. nam peculiare illius corporis Caput præſenti ſubij cietur, quod ut uentriculorum uſum recenſerẽ expeteret quidẽ. at quicquid propemodũ adducere ſcriptisq; mandare auſus eſſem, in huius libri initio, ubi cerebri uſus obiter enarrandus erat, recenſui. Nihil enim in præſentia uentriculis aliud tribuere ſtatui, quàm illos amplitudines ſinusq; eſſe, in quibus attractus per inſpirationẽ aër, uitaliſq; ſpiritus à corde ipſis tranſmiſſus, priuatæ cerebri ſubſtantiæ ui in animalem ſpiritum emutatur. qui poſtmodum per neruos ad ſenſuum motusq; organa diſtribuitur, ut illa huius ſpiritus beneficio, & apta ſuis munijs cõſtructione ſuo fungantur officio, quo muſculi mouent, oculus uidet, olfactus organa olfaciunt, auditus organa ſonos percipiunt, & lingua ſapores dignoſcit, & demũ omnis pars cui neruus exporrigitur, tactiles qualitates dijudicat. Hunc itaq; in gignendo animali ſpiritu uſum uentriculis aſcribere neutiquam uereor, at de principis animæ facultatum in cerebro ſedibus (quamuis etiam has illi qui hodie theologi uocari gaudent, omnia impunè ſibi licere arbitrati, aſſignent) nihil enarrandum duco. Quando omnes quibuſcum uiuimus, præcipuas principis animæ uires ſimijs, canibus, equis, ouibus, bobus, eiuſq; generis animantibus penitus adimunt, & ut cæteras taceam, ſoli homini ratiocinandi facultatẽ, eamq; omnibus quantũ ab ipſis capere poſſum, parem tribuunt: quamuis interim homines nullo ſinu illa animalia ſuperare inter diſſecandum cõſpicimus: neque ſolum numerus idem eſt, at cætera omnia (ſi modò molem & temperamenti ad iuſtitiam integritatem excipias) inter ſe ſint ſimilima. Liceat itaq; uel illorum hominũ gratia me ab alio uentriculorũ uſu inquirendo abſtinere: neque uel hic Galeni placiti meminiſſe, qui in tertio de Hippocratis & Platonis dogmatibus, mediũ uentriculum: in libris autem de Partium uſu poſtremum, principalisſimum eſſe docet. Ac proinde Deo rerum omnium opifici hymnos canentes, gratias agemus, quòd nobis rationalem animã, quam cum angelis (ut Plato etiam male tractatorum philoſophorum haud immemor innuebat) cõmunem habemus, largitus fuerit, cuius beneficio ſi modò fides adſit, æterna illa fœlicitate fruemur, quando animæ ſedem ac ſubſtantiã non corporũ reſectione, aut noſtra corporeo uinculo obruta ratione inquirere neceſſum erit. nãis qui uera eſt ſapiẽtia, nos nõ hoc generabili & putreſcibili corpore amplius, ſed ſpirituali ſuoq; quàm ſimilimo conſtantes, edocebit. At quum adhuc id ſumus quod nos eſſe debilis ratio dictitat, in reliquis cerebri partibus ſummi rerum Opificis induſtriam pro uirili indagemus.

x 4 figu. L, M. 5 fi. S. T. 6 fi. B, C.

*Vẽtriculorũ uſus.*

## *DE CEREBRI CORPORE, TESTVDInis cameræ ue imagini à diſſectionum peritis comparato. Caput VII.*

*SVPERIOREM huius corporis, quod in Arabum interpretum libris Zac & Zachd dicitur, ſedem oſtendit quintæ figuræ S, T, V. quanquam & eius ſedis modicam partem etiam proponat quartæ figuræ L, M, & ſextæ figuræ B, C. ubi etiam inferior ſedes ſpectatur ad A, A, A.*



ORNICIS ſeu teſtudinis modò extructum corpus, in illarum cerebri partium numero reponendũ uenit, uel quarum etiam interuẽtu dextram cerebri partem ſiniſtræ continuam eſſe nequimus inficiari. Eſt itaque id unicum, & in cerebri medio poſitũ, ac pariter utriuſq; cerebri partibus commune. Hoc eandem cum [a] calloſo corpore ſubſtantiam, & parem quoque longitudinẽ, ac uſum etiam quodammodo eundem adipiſcitur. Verùm forma ortusq; huic peculiaris accidit. Ex poſteriori nanq; dextri & ſiniſtri uentriculorum ſede, qua hæc deorſum in priora reflectitur, ſtatim in ipſo reflexu corpus quoddam [b] enaſcitur, ſimilem prorſus ſubſtantiam cum cerebri uentriculorũ ſubſtantia ſortitum, niſi quòd paulo quàm uentriculorum ſubſtantia candidior, duriorq; uiſitur. Huius corporis [c] pars, quàm dexter uentriculus educit, ei continua eſt, cuius principium ex ſiniſtro pendet, ac ſimul ambæ partes latum quoddam corpus efficiunt, quod ſtatim ab ortu à reliqua

a 5 fig. L, L. 4 fi. I. I. I, 5 fig. R, R, R. b 4 fi. L, M. 5 fig. S, T. 6 fig. B, C. c 5 fi. S, continuum eſt cum T. et 6 figura B, B, cum A, C.



d 5 fig. S, T ad V. & 6 fig. B, C ad ſupremũ A. e iuxta P 6 figuræ. f 5 fig. ab S ad T. aut 6 fi. à B ad C. g 5 fig. ab S ad V. aut 6 fi. à B ad ſupremum A. h 5 fi. à T ad V. aut 6 fig à C ad ſupremum A. i 5 fig. O, O 6 fig. M, N. k 6 figura A, A, A.

qua uentriculorum cerebri ſubſtantia abſcedit, ac ſenſim in acutum [d] deſinens antrorſum perfertur, ad eum uſq; cerebri locum pertingens, ubi anterior cõmunis dextri & ſiniſtri uentriculi cauitas, tertij ue uentriculi pars [e] ceſſat. Ibidem nanq; acuto quodã angulo corpus hoc ſubſtantiæ cerebri rurſus unitur, cõtinuum ue eſt, toto reliquo ductu à principio ſtatim inferiori ipſius ſede tribus cerebri uentriculis nuſquam connatum, corporis ue alicuius interuentu cõnexum. Obtinet itaq; præſens corpus triangularem figuram inæqualibus lateribus conformatam, ac [f] primum quidem latus, quod & breuiſſimum eſt, à poſteriori ſede dextri uentriculi ad poſteriorem ſiniſtri protenditur. [g] Alterum in dextro cõſiſtit uentriculo, à poſteriori ipſius ſede uerſus interiora uſq; ad priorem tertij uentriculi partem protenſum. [h] Tertium in ſiniſtro poſitum uentriculo, ſecundo lateri longitudine reſpondet. Secundùm duo hæc latera [i] plexus illi prorepunt, quos ad ſecundarum formã diſſectionis profeſſores extructos aiunt. Cæterùm hi tres huius corporis anguli duntaxat cerebro inferiori corporis ſede connati, continuiq; ſunt. latera enim omnia à cerebro prorſus abſcedunt. Superiori uerò parte corpus id unico tantum angulo, qui acutus eſt, anterioraq; ſpectat, cerebri ſubſtantiæ continuatur. Inferiori ſede corpus id unica donatur [k] ſuperficie, triangulari teſtudini fornici ue quàm ſimilima. unde etiam corpus hoc, quemadmodum & ab uſu ueteribus Græcis χαμαιοειδὲς nuncupabatur. Hæc ſuperficies, tertij uentriculi elatiorem ſedem conſtituit, ac proinde etiam ſub ipſa dextri ſiniſtriq; uentriculi fit communio. Cæterùm [l] ſuperior huius corporis ſuperficies, gibba, ac pro inferioris ſuperficiei cauitatis ratione conuexa uiſitur, non tamen ſimplex cõtinuaq;, ut illa. Ea nanq; ſecundùm corporis longitudinem in medio in [m] acutum quodammodo extuberat, continuaq; cum dextri & ſiniſtri uentriculi ſepto efficitur, adeò ut in utroq; latere una haberi uideatur ſuperficies, quæ in ipſo corporis ex poſteriori uentriculorũ ſede exortu impenſe orbicularis, ac oblongæ ſphæræ ſuperficiei tam ſimilis conſpicitur, ut nonnullis hi [n] exortus eouſq; impoſuerint, ut illos cerebri nates eſſe arbitrarentur. Alij, magno ſupercilio, uermium cerebri loco, operæ preciũ eſſe quippiam inueniſſe iactitantes, in Italiæ gymnaſijs oſtenderũt. At hic mihi ſermo cohibendus eſt, ne ad eiuſmodi Anatomes imperitos homines expatietur: quibus non ſat fuit omnia ignoraſſe, niſi ſibi particulæ, nullius in medicina uſus, inuentionem magno faſtu uendicarẽt, quam fortè à Galeno eleganter accurateq; perſcriptam nugaciſſimè & falſo commõſtrarent. Corporis itaq; teſtudinis modo conformati omnes ſuperficies, quæ læues omnino ſunt, & aqueo humore perfuſæ, tres cerebri ſpectant uentriculos. tota enim inferior ipſius ſuperficies tertij uentriculi ſuperiorẽ ſedem, uti iam dictum eſt, conficit: dextra pars ſuperioris ſuperficiei dextrum reſpicit uentriculum, ſiniſtra ſiniſtrũ. Vt uerò uentriculos ipſos neutiquam tenui membrana ſuccingi relatum eſt: ita quoq; hoc corpus tenui membrana prorſus liberum eſt, nihil aliud in ſui conſtructionem præter cerebri ſubſtantiam admittens. Porrò Natura id creauit, ut inſtar teſtudinis, ſuperiorum corporum impetum, quo minus illa corruant, ſuſtinentis, tertium cerebri uentriculũ amplum ſeruet, ſeſeq; ipſum haud cõcidere ſinat. ad quem uſum, præter aptam conſtructionẽ, tres eius anguli quibus ſe ſuſtinet, auxiliantur. quinetiã ſeptum uentriculorũ, calloſi corporis beneficio ſurſum tractũ, hoc quoq; corpus ſubleuat, attollitq;. Quæ quũ ita ſint, corpus iſtud magna ex parte tertij uentriculi cauitatem efformat, & ſub ſe [o] uas, à quarto duræ membranæ ſinu, citra omnẽ compreſſum ſecuriſſimè deduci ſinit: quod per tertiũ uentriculũ rectà fertur, ac tandem bipartitũ in dextrum ſiniſtrumq; uentriculũ digeritur.

l in 5 fi. tota occurrit. m 5 fi. X, X qui characteres in integro adhuc cerebro conſtituti ſunt eũ Y, Y eiuſdẽ figuræ. n 5 fig. S, T. 6 fig. H, I. aut 7 fig. V à T natium.

*Cameræ ui ſus.*

## *DE CEREBRI GLANDE NVCIS PIneæ imaginem exprimente. Caput VIII.*

*Oſtenditur hæc ſeptimæ figuræ L, & octauæ M, & decimæ D.*



VXTA poſteriorem teſtudinis modò formati [a] corporis ſedem, qua primùm [b] uas uenoſum ex [c] quarto duræ membranæ ſinu in tertium cerebri uentriculum porrigi incipit, [d] glandulam Natura condidit nuci pineæ aut turbinatæ figuræ ſimilem, ac proinde κωνοειδῆ & κωνάρεον à ueteribus appellatam. Reponitur autem ſub uaſis illius initio, mucrone ſuo ſurſum ſpectans: baſi uerò, cerebri ſubſtantiæ incumbit paulo poſteriùs quàm [e] meatus initium uiſitur, qui ex tertio cerebri uentriculo in quartum procedit. Neque profectò aliter ipſius ſitum exprimere poſſim, niſi etiam eminentiſſimæ & anteriori [f] teſtium cerebri parti glandem illam inniti adijcerem. Hinc nanque cerebri parti in homine potiùs innititur, quàm quod quadam ſubſtantiæ continuitate hîc cerebri ſubſtantiæ cõtinua, aut quæpiã cerebri particula cenſenda eſſet. In hominibus nanq; cerebro uix hæret: frequentiſſimeq;, niſi quis mentem operi accõmodet, in conſectione unà cum uenoſo uaſe auelli cõſueuit.

a 5 fig. S, T, V. 6 figura A, A, A. b 6 fig. H, I. c 7 figu. T. d 7 fig. L, 8 fi. M. 10 figura D. e 7 fi. K, 10 fig. B. f 7 fi. M, N. 10 fi. E, G.

*Glandis pineæ nucis ſimilis ſitus.*

In agno autem, aut prouectioris ætatis oue, cerebro non hæret modò, uerum etiam cerebri substantiæ quodammodo continua cernitur. Insuper homo eam glandem, minorem quàm uel agnus, sortitur. unde tum hanc ipsam, tum quæ sequenti Capite describentur organa uisurus, commodissimè agninum cerebrum aggredieris. habebit enim id omnia proceriora, & ut opportunè alicui rei eadem assimiles, accuratius conficta. Galenus glandem hanc quæ cerebri substantia durior, magisq; ad glandis quàm ad cerebri naturam accedit, meatui à tertio cerebri uentriculo in quartum porrecto præesse, & quod aliquibus dissectionis professoribus usum erat, glandem hanc meatum illum occludere, aperireq; prorsus negat: nō eandem huic glandi, ac [g] glandoso corpori usum tribuens, quod sub dextro uentriculi orificio, duodeno intestino connascitur, quodq; apertioni constrictioniq; eius uentriculi orificij præesse arbitratus est. Verùm ut id illius muneris gratia, haud fabricatum suo loco ostendimus: sic etiam hîc cum Galeno testamur, præsentem cerebri glandem meatum nequaquam obturare, uel ob hoc præcipuè quod haudquaquam meatum adeò cōtingat, ut antè ipsius orificium cōniuere posset. Verum ob id factam opinor, ut quemadmodum aliæ corporis glandulæ permultæ firmamentū esset [h] uasi quod tertium cerebri uentriculū accedit, & ab ortu statim in frequētes ramos tenui membrana contextos diuiditur, idipsum suffulciens, ne meatus illius principio statim in ingressu incumbens eum obstrueret, animalemq; spiritum ex tertio cerebri uentriculo in quartum ferri prohiberet.

*Præsentis glandis usus.*

g 12 fi. lib. 3 fi. 15 fi. 8.

h 6 fig. H.

## DE TESTIBVS ET NATIBVS CEREBRI. Caput IX.

PROPONVNTVR *hæc primum in septima figura ad M, N. dein in octaua ad N, O & P, Q. postremò in decima ad E, G & F, H.*



HAS quoque cerebri partes illarum classi annumeramus, quæ [a] dextram cerebri partem [b] sinistræ continuam esse arguunt. Sunt autem testes hi nates q; aliud nihil prorsus, quàm quædam cerebri particula in hoc fabricata, ut [c] meatus ex tertio cerebri uentriculo quartum accedens uentriculum tutò citra aliquem à superioribus cerebri partibus compressum deducerētur: neque etiam, etsi multitudinis nomine particula nominatur, ob id in plures disiunctas q; partes diuisa est. nam unica cernitur, elegāter à quadam similitudine hæc nomina sibi uendicans. Reponitur enim illa cerebri [d] pars inter anteriorem cerebelli sedem, & posteriorem tertij uentriculi partem: deinde inferiori sede spectat dorsalis medullæ [e] initium, superiori eam cerebri partem quæ cerebello iam inniti incipit. Continuatur autem cerebro, aut (ut rectiùs dicam) à cerebro nascitur tota, anteriori scilicet sede sua & inferiori: in lateribus autem & superiori & posteriori partibus nulli particulæ continua est, sed tantū tenui membrana ut reliqua cerebri superficies obducitur. Substātia ipsius, quoniā tenui membrana succingitur, subflaua est, illiq; [f] substātiæ cerebri respōdet, quæ proximè tenui membranæ passim accedit. In superiori parte iuxta anteriora, [g] glandula incumbit ipsi, quam paulo antè uasorum deductui præfectam ostendimus. Pars hæc, effigiem quandā exprimit, duabus sibi commissis natibus quàm simillimam. Verùm quoniam [h] superior ipsius pars testes magis, propter glandem illam quæ peni assimilat, refert, ueteres qui pueros iure hæreditario domi in cōsectionibus exercebāt, διδύμους eam appellauere. Nos itaq; illos imitati, testes ipsam & gemellos nuncupamus. Cæterùm quia in [i] posteriori inferioriq; huius corporis parte prominet [k] orificium [l] meatus illius qui ex tertio uentriculo quartū petit, quodq; id orificium similitudinem animi referre uideatur, & in posteriori huius cerebri partis sede [m] impressio quædā instar lineæ transuersim feratur, superiora quodāmodo ab inferioribus distinguens, huic posteriori inferioriq; parti γλουτίων nomen ueteres indidisse arbitror, nos autē natulas, aut clunes dicere poterimus. Cæterū temporis successu uidentur Græci hæc nomina cōfudisse, & partē hanc quæ meatum ex tertio uentriculo in quartū summa Opificis solertia deducit, cōtinetq;, modò διδύμους, modò γλούτια appellauisse.

*Testiū & natiū cerebri numerus.*

*Situs.*

*Substantia.*

*Forma.*

a 3 fig. A, A. b 3 fi. B, B. c 7, 8 fi. K. 10 fig. B, C. d 7 fig. M, N ponuntur in H, K, & X, X. e 1 fi. cap. 2 li. 4 D. ante hic quod in 10 fi. habetur sub â, A, F, H. f 7 fi. D, D. g 7 fi. L, 10 fig. D. h 10 fig. E, G. quibus proximum eſt D. i 10 figura F, G. k 10 fig. C. 18 fig. K. l 10 fi. inter E, G & F, H. m 10 fi. inter M, N, et X, X 7 fig.

## DE CEREBELLI PROCESSIBVS VERmis imaginem exprimentibus, ac demum tendinibus illos continentibus. Caput X.

PROCESSVVM *horum natura potissimum petitur ex undecimæ figuræ C, D, & c, d. ac dein ex H, I. Octaua uerò figura huc quoque confert, ad medium R uersus L, & nonæ figuræ C, E.*

SVPE





SVPERIVS cerebelli formam explicantes, cuiusmodi uermiformes cerebelli processus sint, innuimus. Dicebamus namque [a] unam quodammodo cerebelli partem à prioribus in posteriora, ueluti in orbem duci, eam q; talibus implexam reuolutionibus, ut uermis in ligno nascentis effigiem appositissimè ostenderet. Duo huius partis apices, quorum [b] hic anteriorem uentriculi cerebello & dorsali medullæ communis sedem respicit, [c] ille uerò posteriorem, procul dubio à dicta nuper similitudine ueteribus Græcis σκωληκοειδὴς nuncupantur. Nihil enim aliud sunt quàm prominentior cerebelli substantia, uermē (uti dicebam) referens. At non satis scio, quid Galeno in mentem uenerit, quòd uermiformem processum [d] meatus ex tertio uentriculo in quartum pertinentis [e] orificio inferiori præfectum esse finxerit, acuelut alterius tantum processus apicis ue usum explicuerit. Quamuis etiam uix satis mihi constet, utrum ipsorum, anteriorem uidelicet aut posteriorem indicauerit. Nam si priorem intelligit, is suo apice, quum ad posteriora ex anterioribus duceretur, ad meatus orificium nequaquam sese producere posset: imò si proreperet, in posteriora magis dirigeretur, [f] communem cerebelli & dorsalis medullæ uentriculum potiùs occupaturus. Posterior processus, qui in priora ex posterioribus protenditur, præterquàm quòd suo apice in cerebelli sinus substantiam confundi magis quàm prior uideatur, neque ut ille prominеat, neutiquam ad communis eius uentriculi orificium usque produci posset. Sed quorsum hæc commemoro? quum neminem ambigere arbitrer, meatum illum ex tertio cerebri uentriculo in illum qui cerebello dorsali q; medullæ communis censetur, pertinentem, nunquam debere occludi, quum nullum obstructionis usum, quicquid nobis confinxerimus, indagare ualeamus: quum interim ut continuò in dorsalem medullam animalis spiritus confluat, illum perpetuò patêre ex usu sit. Nec q; quenquam, nisi fortè ab Alberto, Thoma, Scoto, eiusq; cohortis Theologis, edoctum esse opinor, qui alterum uermium (nam utriusque par usus in unius orificij clausione esse nequit) meatui huic præfectum esse sibi persuaderet, ut phantasmata in memoriæ sedem, quam in cerebello esse confingunt, ingredi sineret: & rursus fures in memoriæ carcere colligatos, in medium uentriculum, quem rationis sedem esse aiūt, transmitteret. Siquidem frustra tunc rerum Opifex Deus eiusmodi uermiformes processus cani, ouibus, & id genus animantibus, quibus illi nullam ratiocinandi uim asscribunt, elargiretur. Sed unde, obsecro, huic processui iste ex uoluntate sua pendens motus obtingeret? & si ipsi processui aliquis fortè motus peculiaris alicuius substantiæ aut temperieiratione assignandus esset, nō tamen uermis modo processus is educi contrahi q; posset: quandoquidem reuolutiones illæ, quarum gratia processus isti uermibus comparantur, non orbiculatim ipsos ut uermium gyros ambiunt: neq; quo sese processus illi rependo firmarent aliud est, quàm qua secundùm eorum etiam ductum continui sunt cerebelli substantiæ. Vtcunque sit, mihi in præsentia sat est, locum constructionem q; horum processuum indicauisse: illis interim nullum motū aut usum aliū tribuenti, quàm reliquæ cerebelli substantiæ. & si quid confingere liberet, non unius tantum processus, quem Galenus aliquando duntaxat cognouisse uidetur, sed duorum, quos rursus solo multitudinis nomine indicauit, usum nugacissimè ementirer, intrepidè asserens anteriorem quum elongatur, atque in posteriora magis ducitur, sese extenuare, atque principium quarti uentriculi, cuius superiorem sedem constituit, amplius apertius q; reddere. Posteriorem uerò processum similiter in anteriora aliquando produci, ac attenuari, ob idq; [g] uiam aperire confingerē, quę ex quarti uentriculi posteriori sede in dorsalis medullæ regionem, quæ modò ex caluaria procidit, instar meatus cuiusdam terminatur. Atq; ut processus quoties extenuarentur, apertioni præesse dicerem: ita rursus eosdem collectos, ob idq; incrassatos meatus, quibus præsunt, angustiores reddere affirmarem. At mihi non libet paruam aliquam, eamq; falsam Creatoris industriam recensere, & interim reliquum cerebri artificium propemodum uniuersum destruere. Vnde etiā multo maximè Galenum miror, qui tenuis membranæ partes cerebellum cerebri testibus [h] colligantes, tendines & ueluti uincula appellauerit, quæ utrinq; latera uermiformis processus complecterentur, ne fortè dum is mouetur, in obliquū declinet. Nihil enim aliud sunt illi Galeni tendines uincula ue, quàm nunc dictæ tenuis membranæ portiones. Mirum quoq; est, eam tenuis membranæ [i] sedem, quæ dorsali medullæ posteriorem cerebelli partem, quà uermiforme illud corpus intrò ac ad anteriora uersus quartum uentriculum reflectitur, colligat, in tendinū numero Galenum non reposuisse, quum illa membranæ portio posteriorem processum exactiùs quàm priorem eius sedis membranæ pars dirigeret.

a 8 fi. medium R. 9 figuræ C. b 11 figu. C, D & H. c 11 fig. c, d & I. d 8 fig. K. e 10 fig. C. f 10 figu. L, M, N, O cū E uſigurae. g 10 fig. O. h Inter M, N, et X, X 7 fig. i Quæ eſſet ab E ad H.

# DE INFVNDIBVLO, ET GLANDVLA pituitam cerebri excipiente, reliquisq; ductibus eandem expurgantibus. Caput XI.

*HVC primùm spectant M, M tertiæ figuræ sinus notãtia, ad calloſi corporis latera positos. Dein ſeptimæ & octauæ figuræ I, meatum indicãs, qui ex communi dextri & ſiniſtri uentriculorũ cerebri cõcauitate pituitã deducit. Poſtea S decimæ tertiæ figuræ, & C, C decimæ quartæ, & E decimæ quintæ, & B decimæ ſextæ ac decimæ octauæ peluim indicãt pituitã excipientẽ. Glans uero in quam hæc diſtillat, notatur A decimæ ſextæ, & E decimæ ſeptimæ, & A etiã decimæ octauæ: ubi C, D, E, F obiter ductus notant, pituitam à glande deferẽtes.*

Breuis enumeratio partium ad pituitæ defluxum famulantium.

Meatus ex tertio cerebri uentriculo ducti.

Peluis in quã cerebri pituita defluit.

Glandis pituitam excipientis hiſtoria.

CALVARIAE [2] futuras ad fuliginoſorum cerebri excrementorum transitum ſummoperè opitulari, primus liber ubi futurarũ uſus recenſebatur, oſtendit. Præſens autẽ locus exigit, ut partes ſingulas pituitoſæ excretioni famulantes enumeremus. Sunt autẽ hæ. duo in cerebri ſubſtantia inſculpti meatus, dein tenuis membranæ portio infundibuli inſtar efformata, poſtmodum glandula infundibuli huius mucronem excipiens, & meatus à glandula hac ad palatum nariumq; foramina pituitã deducentes. Duos equidem cerebri meatus, quum tertium cerebri uentriculum, ſeu communem dextri ſiniſtriq; uentriculi cauitatem proſequerer, antea recẽſui. ac [b] unum quidem inſigni ſatis amplitudine ex media cõmunis cauitatis ſede rectà deorſum in cerebri ſubſtantia inſinuatũ deſcendere dixi, ita ſanè ut præſentis meatus finis è regione eius caluariæ [e] partis ſit, quæ ſinum [d] glandulæ qua cerebri pituita excipitur reponendæ aptum, conſtituit. [e] Alter meatus, quem rariſſimè obſeruaui, quiq; dicto longè arctior ſecantibus occurrit, ac ex [f] meatu illo deducitur, qui à tertio uentriculo in quartum per cerebri teſtes natesq; pertingit. quamprimum enim meatus is cerebri teſtes ſubire incipit, ex anteriori inferiorí ue ipſius ſede, alter pituitæ expurgandæ ſubſeruiẽs cerebri meatus producitur, ſenſim deorſum in anteriora tantiſper protenſus, dum in finem primi meatus terminetur, idemq; ex ambobus meatibus orificium cõſurgat. Ad huius [g] orificij latera, tenuis membrana etiam hic cerebelli baſim ſuccingens, orbiculatim à ſe educit ſui [h] portionem proceſſum ue, ſubſtantia prorſus cum reliqua tenui membrana ſimilem, niſi quod gracilibus prorſus uenis, quanq; interim frequentibus, intertexitur. Præſentis proceſſus initium accuratè refert elatiſſimã regionem infundibuli, quo in anguſtioris orificij lagenas uinum infunditur. eſt enim amplum, & orbiculare. Ab exortu uerò ſenſim in arctum infundibuli quoq; modo cogitur, donec tandem ueluti in anguſtã oblongamq; fiſtulam ſimiliter atque infundibula finiat, quæ deorſum protenſa, per peculiare ſibi in dura cerebri membrana exciſum foramen deſcendit, ſuo mucrone ad [i] glandem qua cerebri pituita excipitur, deſinens. Adeò ut uniuerſum hoc membranæum corpus infundibulo, & imagine, & uſu quàmſimilimum cenſeri debeat, unde etiam Græcis χοάνη nuncupatur. quanquam etiam à ſcyphi, ſeu in qua in balneis lauamur conchæ forma (quam ſuperior huius corporis pars exprimit) κώνελος appelletur. Nihilominus alibi à nominũ impoſitoribus, humilior corporis huius infundibuli fiſtulæ non abſimilis, χοάνη dicta uidetur. reliqua autẽ pars ſuperior, quæ ſenſim in arctum deſinit, magnaq; ex parte uiſorijs neruis quà illi inuicem coëunt, [k] ſubtẽditur, κώνελος. Rurſus integrũ hoc membraneum corpus, κώνελον nonnullis uocatum uideo: glandem autem in quam pituita diſtillat, χοάνιλυν: quaſi forma quæpiam eſſet, in quam aliquid infunditur. Et ſi ueteres, qui generis ſucceſſione pueros Anatomen edocebant, id nomen glandi nõ attribuerint, eam inter omnes in caluariæ amplitudine repoſitas partes ſolam priuato nomine indigã reliquiſſe uidebuntur. Locatur autem glandula ſub dura cerebri membrana in proprio ipſi in oſſe cuneum imitãte exſculpto [l] ſinu, cuius etiã effigiem exprimit. depreſſa nanq; eſt, & in humiliori parte quodãmodo gibboſa orbicularisq;, in ſuperiori uerò concaua, & ſinu quodam inſinuata, ſecundũ orbem nõ prorſus circularis cõſpicitur, uerùm paulo minùs toto quadrata. Subſtantia conſtat glanduloſa, ſed cæterarum glandiũ corporis ſubſtantia longè duriori & compactiori. Omni ex parte tenui membrana obducit̃, quæ aut ab infundibuli termino glandulæ ſinui innato exoritur, aut etiã à membrana caluariæ oſs tota illa ſede ſuccingẽte, qua in hac regione dura cerebri membrana à caluariæ oſſe abſcedit, diſtatq;. Huius caluariæ oſſi obductæ inibi membranæ interuẽtu glandula firmatur, & etiã duabus inſignioribus ſoporaliũ arteriarũ propaginibus adhæret, quæ ad ipſius latera [m] prorepũt, & ridiculè in hominibus reticularẽ plexum formare cæteris diſſectionis profeſſoribus credũtur. Nõ ſecus profectò quàm ſi & illarũ propaginũ gratia, hæc glandula effingeretur,

a Spectantur figuris 4, 6. lib. 1.

b 7, 8 fig. 1. c 5 fi. ca. 12 lib. 1. M. aut hic ad D 14 fig. d 16, 18 figura A. e iuxta K 8 figuræ. f 7, 8 fig. K 10 fig. B, C. g 14 fig. D. h 14 fi. C, C. 15 fig. E, 16, 18 fig. B.

i 16, 18 figuris A.

k 13 figuræ S eſt ſub M, N, O.

l 3 fig. ca. 12 li. 1. M.

m Id petes ex 16 figu.



geretur, ipſiſq; eundem præberet uſum, quo reliquæ glandulæ uaſorum diſtributionibus ductibusq; firmandis & ſuffulciendis, præſunt. Porrò ad huius glandis latera deorſum utrinque [n] canales duo deſcendunt, ac unus quidem uerſus anteriora prorepit in [o] foramen deſinens, quod [p] ſecundum cerebri neruorum par deducit, quodq; contra Galeni placitum multo uiſorij nerui foramine maius eſſe innuimus. Alter uerò in poſteriora magis deſcendit, atque per inæquale aſperumq; foramen ſeu rimam ducitur, quæ ad anteriorem ſedem lateraq; [q] foraminis quod ſoporalis arteriæ [r] inſigniorem ramum in caluariæ amplitudinem tranſmittit, habetur. Atque hæc omnia pituitæ cerebri euacuandæ miniſtrant. quippe duo meatus, quos in cerebri ſubſtantia inſciſos diximus, ex cerebri uentriculis humorem illum deducunt, atque in infundibulum defluere ſinunt. Ipſum autem infundibulũ ſuperiùs amplum latumq; extruitur, non horum duntaxat meatuum, qui in unum tandem orificium deſinunt, occaſione, uerùm etiam ut fines illos dextri ſiniſtriq; uentriculorum cerebri contineret, quos ex poſteriori uentriculorum ſede deorſum in anteriora reflexos inter cerebri reuolutiones hîc deſinere commemorauimus, quando quidem & hi ſuæ ſedis pituitam deferunt, atque in infundibulũ exporrigũt. Præterea infundibulũ ea cõſtat amplitudine, ut ſi quid pituitæ ſuper [s] calloſum corpus & [t] ſinus illos colligeretur, quos ad calloſi corporis latera conſpici retulimus, idipſum in infundibulum tenuis membranæ beneficio procumberet. Siue enim eiuſmodi humor ab anteriori calloſi ac inſtar arcus protuberãtis corporis ſede, ſiue à poſteriori deſcendat, ad tenuem membranam cerebri baſim inueſtientem influere, & hinc paulatim in infundibuli amplitudinẽ prolabi poteſt. Infundibulum uerò ab omnibus his ductibus pituitam excipiens in anguſtum cogitur, ut tandem hanc per unicum & priuatim ſibi in dura membrana patens foramen deducat, ac innoxiè in illius glandulæ centrum promanare ſinat. Glandula quadam ſubſtantiæ familiaritate defluxus impetum ſuſtinens, & quantum conijcere poſſum, os ab iniuria uindicans, pituitam hanc excipit, ac ſenſim citra ſtillicidium à lateribus ſuis eam undequaque defluere ſinit, per omnia foramina hîc in caluariæ baſi tum uenis tum arterijs tum neruis ipſis exculpta. Priuatim enim pituitæ gratia foramen nullum oſſi inſinuatur, niſi forſitan rima anteriorem ſedem lateraq; foraminis ſoporalis arteriæ inſigniorem ramum deducentis ambiens. Ridiculũ nanq; eſt, quod Galenus de foraminibus ſpongiarum aut cribri perforationes referentibus nuſquam nõ comminiſcitur, quum huius generis foraminulum ſub glande nullum conſiſtat. Quod te malim ex [u] oſſis cuneum imitantis conſtructione, & deinde humoris defluentis lentore & ſubſtantia metiri diligenterq; expendere, quàm re oſcitanter indagata, ſolis autorum ſuffragijs deditum impietatis me arguere, tanquam Galeni omniumq; quos legi diſſectionis profeſſorum decreta hîc perturbem, quibus illi nos in tantam conditoris admirationem allicere ſe arbitrantur: non perpendentes, ſi ad eum modum quem illi ementiuntur, Deus os illud creaſſet, quàm parum fuiſſet prouidus, qui hîc continuum os ne pituita quicquam ipſi incommodaret procreandum duxerit, tantum abeſt ut foraminibus peruium (ut ipſi confingunt) fabrefecerit, præcipuè quum hæc caluariæ pars tantis foraminibus neruorum, uenarum & arteriarũ gratia ſit inſculpta, & ipſum cuneiforme os hac ſede qua glandula ei incumbit, intus [x] duas tam inſignes & notatu dignas cauernulas adipiſcitur, duobus foraminibus in narium amplitudinẽ, uti in primo docuimus libro, pertinẽtes: & ſi quãdo illæ cauernulæ, quemadmodũ inter ſecandũ aliquãdo uidimus, nõ occurrẽt, tunc os ipſum inibi ut calcis aut tali os ſolidũ uiſitur, & nihilæquè promptè cõmonſtrat, ac per ipſius foraminulas ſeu cauernula pituitam neutiquam defluere. Decumbit itaque pituita & in palatum per ea quæ palatum ſpectant foramina, & non minima profectò portione per foramen ſecundi paris neruorum ad oculorũ ſedis radicem, & hinc per [y] amplum foramen cum aliſs quamplurimis foraminibus, cæteris ignotum diſſectionis profeſſoribus, in narium amplitudinẽ fertur. Neque etiam ambigo, aliquem & hîc admiraturum, quamobrem nullos adhuc meatus pituitam ad olfactus [z] organorum [a] ſinus deducẽtes enarrauerim: quod ſanè non ob aliud accidit, quàm quod nullam prorſus pituitam per hos ſinus expurgari autumem, mirerq; plurimũ, qua fronte aliſ per tenues illos ac neruis nõ abſimiles cerebri proceſſus, quos olfactus organo tribuimus, ab anterioribus cerebri [b] uentriculis pituitã ad nares deduci, non erubuerint ſcribere: quũ nullus omnino in ipſis meatus ſit, neq; etiã in hominibus ea conſtent craſſitie, ut uel meatum quo pituita deduceretur, habere poſſent. Adde nullũ prorſus pituitæ ductũ ad olfactus organorũ ſinus imaginari poſſe, niſi fortaſsis [c] anteriorẽ calloſi corporis regionem, quæ pituitam ſibi influentem in illam ſinuum olfactus organorũ amplitudinem dimittere queat: uti fortaſſis accidit, ſi quando cerebrũ nimia pituita uexatur. unde etiam non naturalis per nares pituitæ fluxus perficitur, & pruritus, calor, dolor & odorandi uirtutis noxa, eiuſq; generis ſymptomata oboriũtur quàmplurima, quemadmodũ indies in diſtillationi-

n 18 fig. C, D & E, F. o 1, 3 fig. ca. 12 li. 1 G. p 14 fig. G. q 2, 3 fi. ca. 12 lib. 1 X. r ultimæ fi. lib. 3 o.

Canales à glande ducti.

Earum partium quas pituitæ expurgandæ ſubſeruire hactenus diximus, uſus, & cõſtructionis ratio.

s 3 fig. L, L. t 3 fi. M, M.

u 8 fig. cap. 6 lib. 1.

x 8 fi. cap. 6 li. 1. C, D.

y Quæritur ſub charactere Φ in 11 cap. li. 1. 23 fi. L, L. z 13 fig. D, G & D, G.

a 13 fig. D, G & D, G.

b 6 fi. D, D, & E, E.

c Inferius L 3 fig.

bus quæ ad narium summa pertinent, ac grauedines nuncupamus, accidere experimur. adeò sanè ut si adamussim singula perpenderimus, necessario per olfactus organorum sinus foraminula'ue aut cribri aut spongiæ modò forata, quum lege Naturæ homo dispensatur, nihil pituitæ defluere fatendum erit: & si fortè casu defluit, non minus præter naturam fluxum esse donabimus, quàm quum foramina quæ ad glandis exsculpuntur latera, totam pituitam non adamussim deducunt, hæcq; deorsum uersus [d] foramen dorsali medullæ transmittendæ paratum decumbit: ac cum dorsali prolabens, in dorsum, & dein secundùm neruorũ ductum modò in brachia, modò in crura, modo in lumborũ musculos, modò aliò quouis promanat. ut nunc taceam, quàm grauiter Natura ueniret incusanda, quæ tam patẽtes amplosq; pituitæ in caluariæ amplitudine, dum adhuc tenuis aqueaq; est, ductus fecisset, adeò autẽ retortos angustosq; & inflexos in [e] octauo capitis osse produxisset.

d Quo deducitur H 9 figuræ.

e 8 fi. ca. 6. li. 1 A, B, A.

## DE CEREBRI PLEXIBVS, QVORVM alter reticulari, alter secundarum efformato plexui similis esse creditur. Caput XII.

*HVC facit maximè decimi quarti Capitis libri tertij figura, & huius libri figura quarta & quinta ad O, O, sexta ad M, N. & dein tota ferè decima sexta & decima septima.*



QVANTVM Galeno dissectionis professorum facile principi à medicis & Anatomicis illum secutis nõnunquam præter rationem attributum sit, uel beatus ille & mirabilis plexus reticularis attestatur, quem is nullibi non in suis libris inculcat, quoq; nihil frequentius medici in ore habent, eumq; etiã si nunquã (uti ferè nulla in humano corpore) uiderint, ex Galeni sententia enarrant. Verùm ut alios taceam, ipse meam stupiditatem & nimiã in Galeni aliorumq; Anatomicorũ scriptis fidem haud satis demirari possum, qui adeò in Galenum affectu laborauerim, ut nunquam in publicis sectionibus humanum caput, absque agnino aut bouino ostendere aggressus fuerim, ut quod in homine neutiquam reperirem, id ouillo capite resarcirem, spectatoribusq; imponerẽ, ne plexum illum nomine omnibus notissimum, neutiquam inuenisse dicerer. Nihil enim minus à soporalibus arterijs, quàm eiusmodi reticularis plexus, quem Galenus recensет, perficitur. Multoq; minus arteriæ foramen quod ipse tradit ingrediuntur, aut totæ etiam in plexum illum absumuntur. Primùm enim [a] tota soporalis arteria dextra (est enim eadem utriusque ratio) caluariam petens per unum foramen indiuisa, uti Galenus commemorat, non ingreditur, uerùm ubi ad caluariæ usque basim conscendit, insignem sui propaginem ad [b] foramen nerui [c] sexti neruorum cerebri transmittit, quæ unà cum grandi [d] uena sibi coniuge in dextrum, primum'ue duræ cerebri membranæ sinum exhauritur. Secundò soporalis arteria nequaquam commune [e] foramen cum [f] tertio neruorum pari obtinet: uerùm longè maiori industria, quàm Galenus arbitrabatur, rerum Opifex usus est. maiori nanque soporalis arteriæ ramo [g] obliquum & in osse diu procedens foramen machinatus est, in cuius ductu id fieri uoluit, ob quod Galenus plexum efformatum confinxit. ut enim uitalis spiritus in multis gyris anfractibusq; arteriæ excoqueretur, aptaq; animali spiritu efficiendo materia fieret, Galenus arteriam ilico atq; in capitis amplitudinẽ ingressa esset, [h] in innumeros ramos diffundi dicebat, qui inuicẽ ita imponerẽtur commiscerẽtur'ue, ut plexum efformare uiderentur illi similem, qualem in collecto piscatorio reti fieri cernimus: aut illi plexui, qui ex pluribus inuicem incumbentibus retibus consurgeret. Atque hunc implexum inter os & duram cerebri membranam fieri asserit, interim tamen duræ membranæ portiuncula quæ os succingeret, plexui substrata. Deinde ut plexus ille ex uno uase, aut si dextrũ sinistro coniunctũ fingit, ex duobus complicari incipit, ita quoq; plexus huius surculos sensim colligi, ac tandem in duo rursus uasa desinere attestatur, molle illis uasis respondentia, quæ plexum efformare dicebãtur. Quàm uerò hæc ab omni prorsus ueritate sint aliena, quantumq; Naturæ oscitantiam arguant, is demum percipiet, qui ueram eius arteriæ soporalis rami seriem didicerit, quem per oblongum illud ossis foramen in caluariam penetrare diximus: & ut pleraque taceam, expenderit pariter, quàm impossibile sit uasa æquè grandia cerebrum petere, atque in caluariam primùm pertingunt, quum tam insignes [i] rami duræ membranæ latera, & per [k] foramina secundi paris neruorum ad oculos, ac ad narium amplitudinem ab illis uasis priusquam tenuem accedant cerebri membranam dispergantur. Cæterùm quæ horum uasorum uera sit series, in tertio libro dum cerebri uasa non minus quàm reliquas corporis uenas & arterias persequerer, adeò uerè & ad amussim describere conatus sum, ut hic locus neutiquam eius

*In lib. de Venarum & arteriarum sectione.*

Hic spectabis 16 et 17 & ipsi proximã figuras.

a 5 fi. cap. 12 li. 3 Z. et fi. ca. 14. lib. 3 B. quod diuiditur in F, G.

b 2, 3 fi. ca. 12 li. 1 c.

c 1, 2 fi. ca. 2 li. 4 c.

d 5 fi. cap. 14 lib. 3 C.

e 3 fig. ca. 12 li. 1 Q.

f 1, 2 fi. cap. 2 lib. 4 M.

g 2, 3 fi. ca. 12 lib. 1 X.

h Vt spectatur 17 fig.

i fi. cap. 14 lib. 3 r, x. s.

k 1, 2 fi. ca. 12 lib. 1 G.



eius seriei enarrationem expetat: uerùm si memoria quæ illic complexus sum exciderint, eò lectorem remitto, hortorq; ut illo capite diligenter perlecto, id uniuersum hîc denuò poni sibi persuadeat. Porrò ut huius soporalis arteriæ rami sobolem ibidem enarraui, sic etiam [l] plexus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus, naturam quoque inibi recensui: ac proinde in præsentia duntaxat supereſt, ut studiosos qui duobus proximè præcedentibus annis mihi secanti non astitere, sedulò ad ὠνάτομην horter, quo iam admoniti, corporis humani fabricam Galeni meaq; descriptione perlecta diligenter expendant, in posterumq; Anatomicorum libris minus fidei adhibeant. Hîc autem denuò cerebri plexuum obiter meminì, ne quid in cerebri constructione hoc libro prætermissе uiderer. Atq; quo minus id fiat, singula sensuum organa seriatim iam aggrediar.

l 5 fi. cap. 14. lib. 3 A. & hic 4, 5 fig. O. 6 fig. M, N.

## DE OLFACTVS ORGANO. Caput XIII.



LIBRI quarti tertium Caput conscribens, atque necessariò propter neruorum seriem olfactus organi constructionem prosequens, arbitrabar me hoc loco certius aliquid de olfactus instrumento præcepturũ, quàm illo Capite nudam constructionem enarrans, faciendum duxeram. Verùm quum aliud nihil certius mihi studiosè admodum odoratus organi naturam inquirenti hactenus occurrerit, præsens Caput cum illo commune esse uelim. Præter [a] duos enim illos neruis non absimiles cerebri processus, qui in [b] octaui caluariæ ossis sinus pertingunt, & frontis ossis [c] sinus, & substantiam illis contentam, & [d] foramina tum duræ cerebri membranæ, tum ossium hîc recensere possem. Nollem namque hîc de odoribus, & huius sensus medio, & dein temperie aliquid pertractare, ne in immensum hic meus conatus, qui præter opinionem iam excreuit, impensiùs crescat.

a 12 fig. C, D, 13 figu. L, L.

b 8 fi. ca. 6 li. 1 A, B, A.

c 3, 4 fi. ca. 12 li. 1 K.

d 13 fi. D, D & G, G.

## DE OCVLO VISVS INSTRVMENTO. Caput XIIII.

## PRIMA DECIMIQVARTI CAPITIS FIGVRA.




*HAEC figura earum quæ præsenti Capiti præponuntur prima, alteram oculi partem exprimit, una sectione ab anteriori sede per posteriorem, atq; ita per neruum uisorium diuisi: perinde scilicet, ac si quis diuisæ secundum longitudinem cepæ alteram partem ea superficiẽ delinearet, qua alteri parti connata continuaq; fuerat. Atq; hoc quoq; modo cœlos, & quatuor elementa in plano depingere solemus.*

A *Humor crystallinus.*
B *Tunica anteriori humoris crystallini sedi obducta, & tenuissimæ ceparum pelliculæ instar pellucida.*
C *Humor uitreus.*
D *Nerui uisorij substantia.*
E *Tunica quam reti assimilamus, quamq; resoluta uisorij nerui efficit substantia.*
F *Tenuis cerebri membranæ portio, neruo uisorio obducta.*
G *Vuea tunica, in quam tenuis uisorium neruum induens membrana degenerat.*
H *Hac sede uuea tunica in posteriora cõprimit, neq; corneã exteriùs illi obductã cõtingit tunicã.*
I *Foramen, quo uuea foratur, ipsa'ue pupilla.*
K *Tunica ab uuea initium ducens, & cilijs seu palpebrarum pilis imagine correspondens, ac interstitium pariter uitrei humoris ab aqueo.*

L *Duræ cerebri membranæ portio neruum uisorium obuoluens.*
M *Dura oculi tunica, quam dura cerebri membrana constituit.*
N *Duræ oculi tunicæ pars, quæ cornu instar pellucida uisitur.*
O, O *Humor aqueus, atque inferius* O *sedem indicat, in qua suffusiones plerunque proueniunt.*
P, P *Musculi oculum mouentes.*
Q *Adhærens, albá ue oculi tunica. Cæterùm subsequẽtes modò figuræ seriatim oculi partes exprimunt, primùm quidem humores, ac dein tunicas. Atq; has figuras omnes semper ad primam quam modò expressimus, non ineptè contuleris: quandoquidem illæ compositionis ordine inuicem subsequuntur, ac ad primæ huius figuræ proportionem sunt expressæ.*




DECEM ET OCTO FIGVRARVM HIC SERIATIM primam subsequentium, & earundem characterum Index.

*SECVNDA figura solùm crystallinum humorem anteriori sede ita exprimit, quemadmodum is omnibus illum ambientibus partibus liberatus, è directo intuenti occurreret.*

*Tertia figura nudum prorsus crystallinum humorem commõstrat, ea sede se ostendentem, qua*
R. *ex latere, ut ita dicam, ab aliquo spectaretur. Verùm R asperitatem, sedemq; notat, cui oculi tunica*



*tunica palpebrarum pilos referens, ac undecima & duodecima figuris exprimenda, humori crystallino connascitur.*

*Quarta figura humorem uitreum ita effictum commonstrat, quemadmodum is si suam formam, quam in oculo obtinet, reseruaret, in anteriori ipsius sede conspicuus esset, quum crystallinus humor ex illo euulsus esset. S enim cauitatẽ ipsius indicat, in quam media crystallini humoris pars*
S. *reponebatur.*

*Quinta figura uitreum humorem eadem facie qua quarta exprimit, uerùm adhuc ipsi crystalli-*
T. *nus humor T notatus innatat.*
V. *Sexta uitreum humorem ex latere exprimit, unà cum crystallino, qui ipsi adhuc innatans V notatur.*

*Septima figura aqueum humorem ex latere ita exprimit, quemadmodum in oculo consistit, &*
X. *adhuc anteriorẽ crystallini humoris sedem integit. X nanq; crystallinũ humorem in præsenti*
Y. *figura notat. ac Y eam humoris aquei sedem indicat, qua uueæ tunicæ pars in ipso (dum integer est oculus) continetur, quæ à cornea abscedit, distatq;.*
a, b. *Octaua figura uitreum humorem a notatum, & aqueum b insignitum simul cõmonstrat, ita inui*
*cem dissitos, quemadmodum ea dirimuntur tunica, quam palpebrarum pilis non perperam in ef-*
c. *figie assimilamus. Atq; huius tuniculæ sedes inter hos humores consistens c indicatur.*

*Nona figura tunicã anteriori crystallini humoris sedi obnatã, & insigniter pellucidã, atq; hic ab ipso humore liberatam, à latere exprimit.*

*Decima figura crystallinum humorem à latere ostendit, adhuc ea tunicula intectum, quem no-*
d, e. *na figura expressit. atq; hic d tuniculam, e uerò crystallini humoris partem indicant posterio*
*rem, & illa tunicula nõ obductam, sed in uitreo humore, quum integer est oculus, natitantem.*

*Vndecima figura anteriorem seu posteriorẽ partem indicat tunicæ quam uuea producit, quæq;*
g, g. *palpebrarum pilis assimilatur. Cæterũ hæc circulo g & g notato ab uuea pronascitur, circulo*
f, f. *autẽ f & f insignito crystallino humori inseritur, adnascitur ue.*
b, b. *Duodecima figura tunicã, quam undecima ostendit adhuc uitreo humori obductam, & crystal*
k. *lino adnatam continet. h enim & h tunicam notant. i uerò, humorem crystallinum.*
i. *Decima tertia figura, tunicam ostendit, quam reti dissectionis periti comparãt, atque hæc à la*
*tere exprimitur unà cum nerui uisorij substantia k insignita, & dura tenuiq; cerebri membra-*
*nis libera.*

*Decima quarta figura uueæ tunicæ internam ostendit superficiem. hic enim ipsam euersam, uti*
l. *inter secandũ fit, delineauimus. l itaq; portiunculã notat tunicæ, in quam uisorij nerui substãtia*
m. *dissoluitur. m sedem, in qua anterior uueæ regio introrsum seu in posteriora comprimitur.*

*Decima quinta figura externam uueæ tunicæ superficiem ex latere delineatam continet, unà*
n. *cum nerui uisorij substantia, tenui membrana cerebri obducta. n enim nerui uisorij substantiam*
o. *notat, hic à tenui qua inuoluitur membrana liberam. o tenuis notatur membrana, nerui uisorij*
*substantiam integens, & hic à dura membrana, quæ ipsam quoque ante sectionem obuoluit, denu-*
p, p. *data. p, p uenarum arteriarumq; à dura oculi tunica in uueam pertinentium sunt portiunculæ,*
q, q. *iam ex serie sectionis effractæ. q, q sedes, qua uuea tunica anteriori in parte comprimitur, &*
r. *à cornea abscedit, r foramen, uueæ pupillam constituens.*

*Decima sexta figura duram oculi tunicam ex latere commonstrat, transuersa sectione in hoc di*
*uisam, ut series in conspectum ueniret, uasorum ab ipsa in uueam pertinentium. Significet igitur*
s. *s neruum uisorium, unà cum duabus illum inuoluentibus membranis abtruncatum, & uenis ar-*
t, t. *terijsq; concomitatum. t uerò & t uenas, arteriasq; per duram oculi tunicam excurrentes. u au-*
u, u. *tem & u uueam tunicam hic propter duræ scisionem, conspicuam, & ramulos duræ tunicæ ua-*
x. *sorum excipientẽ. Cæterum x sedem indicat, ubi dura oculi tunica instar cornu læuigatur, pel-*
y. *lucidaq; cernitur. sedi autem y notatæ, pupillæ respondet foramen.*

*Decima septima figura integram nudamq; duræ oculi tunicæ externam superficiem ex latere*
α. *spectandam exhibet, unà cum magna uisorij nerui portione, in qua α notat ipsius substantiam,*
β, γ, δ. *β uerò tenuem qua obducitur membranam, γ autem duram cerebri membranam, δ uenas ar-*
x, y. *teriasq; neruum uisorium concomitantes. Porrò x, & dein y, idem hic atque in decima sexta*
*indicant.*

Decima

*Decima octaua figura oculum à palpebris liberatum, atque ex ſua in caluaria ſede erutum, unà*
ε, ζ, ζ. *cum ipſius muſculis nondum diſiunctis à latere exprimit. atque ε neruum indicat uiſorium, ζ & ζ*
η, η. *muſculos oculum mouentes, η & η adhærentẽ oculi tunicam, θ maiorem oculi circulum ſeu iri-*
θ. *dem, ubi adhærẽs membrana deſinit, corneæq; tunicæ pertinaciſſimè adnaſcitur. κ autem ſedem*
κ. *notabit, è regione pupillæ ſeu minoris circuli conſiſtentem.*

*Decima nona figura anteriorẽ oculi integri, & à palpebris tantum liberi ſedem exprimit. atq;*
λ. *hic λ carunculam inſinuat, in maiori oculi ſedis angulo repoſitam. η uerò & θ, & dein κ, idem*
η, θ, κ. *hic atque in præcedente figura indicant. Cæterùm ſi alicui oculi enarrationem ab extimis ipſius partibus perſequi uiſum ſit, is inuerſo oculi figurarum ordine decimã nonam ſecundæ loco habebit, & decimã octauam tertiæ, atq; ita deinceps.*

*Oculorum ſitus.*

*Oculi cõſtructio quî enarranda.*

RATIONEM formationis capitis primo libro perquirentes, oculorum ſitum, qui neminem latet, deſcripſimus. in ſecundo autem libro oculorũ numerum & mouentes ipſos muſculos, uti & palpebrarũ quoq; naturã neceſſariò edocuimus. In præſentia uerò oculi ſphæræ modò exactè rotundi conſtructionem enarraturis, eam à centro aut ab ultima ipſius circumferentia auſpicari integrũ erit: perinde ac ſi oui cõſtructionẽ quis, ab ipſius luteo ad albũ, & dein ad tenuem membranulã albo obductã, & poſteà ad putamen cruſtam'ue aggrederetur: aut à cruſta ad tenuem eam membranulam, ac dein ad album, & hinc ad luteum enarratio fieret. Pari prorſus modo quo mundi partes, aut à terra ad aquam, aërem, ignem, lunæ cœlum, ac ſic deinceps ad extimum uſq; cœlũ, aut ab hoc cœlo ad centrũ uſque mundi, ipſam uidelicet terram, recenſeremus. Mundo nanq; & ouo oculi fabrica quod ad conſtructionẽ ſpectat, cõferri poteſt. Quam quo exactiùs tradatur, eademq; poſtmodũ memoriæ firmius hæreat, à centro primũ ad extimã ſuperficiẽ, & poſtmodũ ab hac ad illud pertractabimus.

*Humor cryſtallinus.* — *a 1 fig. A. & tota 2, 3 fig.*

Eſt itaq; oculi centrũ [a] humor, quem Græci κρυσταλλοειδῆ uocant, uti & nos quoq;, qui & glacialem illũ nuncupamus, à ſimilitudine nimirũ quam cum lucidiſſima glacie & exactiſſimo cryſtallo obtinet, nõ quidem in conſiſtẽtia aut duritie, uerùm in colore, ſeu luce potius & pelluciditate. Eſt enim is humor optimi cryſtalli modò pellucidiſſimus, & omnia quibus iam exemptus uitri alicuius modo imponitur impenſe quorundã ſpecillorũ ritu adaugens. Conſiſtentia autẽ ea conſtituitur, ut ab oculo liberatus nõ defluat, ſed ipſius rotundã formam molliuſculæ ceræ ritu ſeruet. Atque hæc non exactè rotundum exprimit globum, ſed & anteriori & poſteriori parte leuiter non ſecus compreſſum, quàm ſi ex lignei globi medio ſecundum lineas æquidiſtãtes orbem craſſiuſculum ſerra exemiſſes, & dein duas globi partes denuò conglutinaſſes, adeò ut præſens humor in anteriora & poſteriora minus protuberet, quàm ſecundùm orbem in latera, & ſuperiùs & inferiùs quodammodo ad lentis ſimilitudinem. unde etiam hunc humorem φακοειδῆ Græcis nuncupatũ fuiſſe arbitror, etiamſi neſcio quam oculi tunicam alij ita uocare uideãtur. Superficie conſtat læui & inſigniter lubrica.





*Tunicula cepis modo pellucida, anteriori q; humoris cryſtallini ſedi obnata.* — *b 1 fi. B. tota 9 fi. et 10 fig. d.* — *c 10 fig. e.* — *d 3 fig. R.*

Vniuerſæ ipſius anteriori ſedi [b] tunicula obnaſcitur inſtar tenuiſſimæ ceparum pelliculæ, cuiuſmodi inter craſſiores ceparum orbes reperimus, tenuis & exactiſſimè pellucida. at hæc tunica eius generis ceparum pelliculæ durior eſt, ac (ut dicebam) toti anteriori humoris cryſtallini ſedi obducitur, nulla parte [c] poſteriorem ipſius ſedem cõtingens, ſed inibi finiens, ubi cryſtallinus humor [d] ampliſſimus cernitur: & ipſius capacior conſiſteret circulus, ſi illum multis æquediſtantibus circulis, ſeu lineis orbiculatim obuolutum fingeremus. Huic tuniculæ nullum priuatim nomen inditum eſſe uidetur, niſi fortè à cõtinuarum araneæ telarum imagine hanc ἀραχνοειδῆ Græci uocauerint. reſpondet enim tenuitate, quamuis neutiquam robore & duritia, illis aranearũ telis. Ego illam inter diſſecandum, uti iam dixi, ceparum tenuiſſimis, ac pariter pellucidiſſimis membranulis cõfero: cornu etiam illam collaturus, ſi modò cornu in laminas diuiſum tam tenue ac pellucidum & læue, atque hæc eſt tunica, reddi poſſet. Tunicæ enim huius ſubſtantia à cornu ſubſtantia nihil differt. Sit igitur præſens tunica ſecundum in oculi conſtructione nobis enarratum corpus, quod quidem anteriori tantum centri, hoc eſt humoris cryſtallini parti, obducitur, ac uelut ſemiglobus tantùm in oculi fabrica cenſendum uenit.

*Vitreus humor.* — *e 1 fi. C, & dein 4, 5, 6 fi. et 8 fi. d.*

Porrò poſterior humoris cryſtallini ſedes, dicta nuper tunicula nõ obtecta, in alio continetur [e] humore, qui inſtar medij globi in poſteriore oculi ſede copioſius reponitur, uulgari quidem albo uitro iam refrigerato colore ſeu luciditate correſpondens. non enim adeò lucidus eſt, atque cryſtallinus humor, aut exactiſſimũ cryſtallum. Cõſiſtentia autem, humore cryſtallino longè mollior uiſitur: & ab oculo exemptus, ſuum terminum formam'ue neutiquam ſeruat. quamuis interim aquæ modò non defluat, ſed ita conſiſtat, quemadmodum uitrum in fornacibus fuſum, & ferreis canalibus



nalibus, quibus id ab artificibus à fornace eximitur, obuolui cernimus. Atq; huiuſmodi uitro quidem ita ignito, conſiſtentia hic humor congruit: at non colore ſeu luciditate, quum humor, uti priùs dixi, refrigerato uitro luciditate reſpõdeat, fuſum autem uitrum candenti ferro colore quàm ſimilimum uideamus. Quando itaq; præſens humor cõſiſtentia fuſo uitro, luciditate autem refrigerato & formato iam uitro reſpõdet, ὑαλοειδὴς Græcis, nobis uerò uitreus meritò nuncupatur. Atque hic humor multis numeris copiam cryſtallini humoris ſuperãs, quum adhuc in oculo reponitur ſemiglobo ſimilis eſt, cuius plana ſuperficies oculi anteriora ſpectaret, rotunda autẽ ſeu conuexa in poſteriora protenderet: & in cuius anterioris ſedis, ſeu planæ ſuperficiei medio [f] ſinus imprimeretur tantus, quanta poſterior humoris cryſtallini pars eſt. Is nanque humori uitreo ita immittitur, ac ſi globum in aqua natantem cerneres, cuius media pars exactè in aquam mergitur, altera ſupra aquam conſpicua. atque ut inter eiuſmodi globum & aquam nihil mediat, ita quoq; inter cryſtallinum & uitreum nihil prorſus intercedit: neque illi humores inuicẽ ſecus cõmittuntur, quàm globus aliquis in duriuſcula pulte complecteretur.

*f 4 fi. S.* — *g 1 fi. K, & 11 & 12 fi. i 12 fig. h, h adnaſcuntur i.* — *k 1 fi. E. & tota 13 fig. dein 1, 2 fi. cap. 2 li. 4 l eductum ex G.* — *l 17 fi. α cũ β, γ, δ. aut 1 fig. E cum F & L.* — *m 1 fi. G. et tota 14, 15 fig.* — *n 1 fi. M. & tota ferè 16 & 17 fi.*

*Oculi inuolucrum ex nerui uiſorij ſubſtãtia, ſolutũ & reti cõparatũ.*

Porrò reliquæ regioni ſedis anterioris uitrei humoris cryſtallino non occupatæ [g] tuniculam quandam obduci, ſuo loco dicam, quæ cilijs palpebrarum'ue pilis aſſimilabitur, quæq; orbiculatim lineæ modò cryſtallino humori, ubi is ampliſſimus eſt, [i] adnaſci docebitur. Nunc autem [k] inuolucrum mihi uenit enarrandum, quo poſterior uitrei humoris ſedes proximè cõtinetur, quamq; nerui uiſorij ſubſtantia in quarto libro conſtituere dicta eſt. [l] Neruus etenim uiſorius tenui, duraq; cerebri membranis, & aliquot uenis arterijsq; cõcomitatus, ad poſteriorem oculi ſedem fertur, ac illi nonnihil uerſus externum oculi latus implantatur, ipſius ſubſtantia in inuolucrum iam enarrandum diſſoluta. tenuis autem membrana nerui ſubſtantiam obuoluens, in [m] aliam degenerat oculi tunicam, quæ uuea uocabitur, & dura quoq; membrana in [n] aliam quæ dura dicetur, & uenæ quoque & arteriæ (uti ſeriatim enarrabo) oculi conſtructionẽ ſubintrãt. Quum primùm itaque nerui uiſorij ſubſtantia in oculum mergitur, mollior reddita dilatatur, in latum quoddam inuolucrum poſteriori uitrei humoris ſedi obductum, & nõ ultra mediam oculi ſedem in anteriora pertinens, & extremè gracilibus, ſed interim cõſpicuis uenulis, ac item arterijs intertexta. Hæ uenulæ à tunicæ radice antrorſum ductæ ipſi exporriguntur, quum primùm neruus ille dilatatur. Cæterùm Galenus in decimo de Partiũ uſu innuit, hoc inuolucrum à pleriſq; tunicæ nomine nõ dignari: forſitan quòd cæterarum tunicarum modo membranea non ſit, ſed mollis, & ueluti mucor aliquis ex naribus procidens. quum enim hoc inuolucrum ſecantibus in unum colligitur, atque à ſua radice propendet, mucorem, aut cerebri ſubſtantiam aqua quapiã dilutã refert. nõ enim ita ſolidum craſſumq;, ac cerebri ſubſtantia uiſitur. Vtcunq; uerò ſit, ſiue tunica nuncupandũ ueniat, ſiue minus, conſtat Galenum quoque in libris de Hippocratis & Platonis decretis, & item in octauo de Partium uſu hoc inuolucrum, tunicam appellaſſe. Neque ego ſcio quod nomen illi aptius quàm inuolucri, aut tunicæ indi poſſit: quum, uti diximus, toti poſteriori ſedi humoris uitrei proximè obducatur, illumq; integat, perinde atque tenuis oui pellicula oui album tunc cõtinere diceremus, quum dimidiã oui partem ab alia effractam & adhuc oppletam manibus ſeruaremus. Eſt enim hoc inuolucrũ forma dimidiato tantum ouo comparandum, aut minori piſcatorum reti, quod uni accommodatur baculo, & ex ampla baſi dimidiati globi modo in obtuſum mucronem fertur. Ab huiuſmodi enim retis imagine arbitror præſens inuolucrum Græcis ἀμφιβληστροειδὲς nuncupatum fuiſſe. nam retis formam, non autem plexum refert, quum undiq; ſibi ſit continuum. Niſi fortè uenulas & arterias ipſi intertextas, quis reti aſſimilandas cõtenderet.

*o 1 fig. G ab F eductum. & tota ferè 14, 15 fi.*

*Tunica à tenui cerebri mẽbrana parata, & uuea nuncupata.*

Hactenus itaq; quatuor oculi partes recenſui, duos nimirum humores, & totidem tunicas: ac proinde iam meritò [o] eam aggrediar tunicam, quæ à tenui membrana nerui uiſorij ſubſtantiãm concomitantem producitur. Mox enim atq; hæc membrana ſimul cum neruo oculum ſubit, in tunicã degenerat ad omnes oculi ſedes, globi modo, ut ita dicam, pertinentem. non enim uti nuper cõmemorata tunica, quam nerui producebat ſubſtantia, poſteriorem oculi ſedem ſolum occupat, uerùm & anteriori quoq; obducitur, & in tota poſteriori oculi ſede proximè tunicam inueſtit, à nerui ſubſtãtia pronatam, & in horum contactu prorſus nihil mediat, neq; ambo etiam inuicem aliquo nexu præterquàm contactu committuntur.

*p 1 fi. O, O. & 7 fi. & 8 fig. b.* — *q 1 fi. M enatũ ab L. aut 16 et 17 figuræ.* — *r 1 fi. H. 14 fig. M. 15 figuræ q, q.*

quà autem præſens tunica à tenui membrana conformata, anteriori oculi ſedi obducitur, interna ſua ſuperficie undiq; [p] humorem cõtingit & cõplectitur, quem aqueum & albugineum uocari paulo pòſt audies. Externa uerò huius tunicæ ſuperficies paſsim [q] ea tunica proximè obducuntur, quam à dura membrana uiſorio obducta pronaſci dicam: neq; quicq̃ inter eas duas interuenit, ſed ita inuicem cõmittuntur, quemadmodũ dura membrana tenuem ſuccingit in nerui uerſus oculum progreſſu. Verùm id priuatim huic tunicæ quæ à tenui pronaſcitur membrana accidit, quod exacti globi modo prorſus nõ ſit rotunda, nam [r] anteriori regione

gione nonnihil introrsum comprimitur, aliqua sui parte planam superficiem pro conuexa ac orbiculari commonstrans. Quum enim hæc tunica ad eam usq; anterioris oculi sedis regionem pertingit, secundùm quam [s] maior oculi educitur circulus, quem iridẽ uocamus, aut quo albũ oculi (ut ita loquar) à nigro distinguitur, & [t] ea tunicæ à dura cerebri membrana pronatæ pars consistit, quam cornu in luciditate & substãtia quoq; cõparabimus, ipsa ab hac abscedit quam dura procreat membrana, neq; amplius illam contingens inibi in posteriora comprimitur, qua illi parti quam cornu assimilamus, ita subduci debuisset, quemadmodum secundùm reliquam oculi regionẽ illi subducitur tunicæ, quam dura membrana efformat. Neque hac duntaxat im pressione præsens tunica à tenui membrana cerebri generata donatur, uerùm etiam in huius compressionis medio [u] foramine quodam peruia est, quod [x] minimũ in oculo apparentẽ effor mat circulum, & pupilla nobis appellatur. Adeò ut hæc tunica uuæ folliculo, à quo pedun culum quo affirmatur extraxeris, quàm simillima sit, præsertim si uuam illic parum concidisse, & ut fit uacuari intelligas, ubi pedunculum extraxeris. Totus enim uuæ folliculus tunicæ huic respondebit: ea autem concidentia illi respondebit compressioni, quam in anteriori parte hæc tunica sibi uendicat. Foramen autẽ quo pedunculus firmabatur, ipsi pupillæ cõparatur. Atq; ab hac similitudine Græci præsentẽ tunicã ῥαγοειδῆ & ῥῶγα, nos autẽ uueã appellamus. Quoniã uerò à tenui cerebri membrana χοροειδὴς dicta, hæc tunica constituitur, Græci illam quoque χοροειδῆ nuncuparũt. Quanquam nõ ob id solum quod à tenui membrana cerebri producit, eam ita uocarunt, sed forsitan quod ipsa uenas arterias q; oculi sustinet, perinde atq; tenuis mem brana cerebri uasa suffulcit. Quandoquidem passim quà uuea tunica, illa obducitur, quam du ram cerebri membranã progenerare mox dicam, [y] uenarũ arteriarum q; surculi ab hac in uueam pertingunt, & uueam ita exasperant, ut hac quoque ex parte internæ superficiei folliculi uuæ accedat, quæ fibras illas continet, quibus uuæ caro & acini sustinentur. Quum itaque ab ea tunica quam dura cerebri membrana procreat, complures uasorum surculi sparsim in uueam producantur, fit eorum surculorum internentu uueam illi tunicæ connasci. Quà uerò uuea tunica ab illa secundùm iridis circulum abscedit, introrsum q; premitur, uuea pertinaciter secun dùm totum circuli ductum ipsi adnascitur, & colorem euariat. Vuea nanq; tota superficie qua dura tunica succingitur, perpetuò nigra est, & modicè humecta: in anteriori autem suæ com pressionis sede uariè tingitur, eum q; semper exprimit colorẽ, qui in oculi iride seu maiori circu lo, aut oculi nigro occurrit, cuius gratia oculos nigros aut cæsios, aut glaucos dicimus. Neuti quam enim is color humorũ oculi beneficio cõsurgit. quod & si magnũ sit paradoxũ, nõ secus tamen id probatum uelim, quàm quod is oculi color in uuea perpetuò appareat, siue integro oculo, siue effluxo humore, siue ipsa uuea tunica à dura liberata, diuulsaq;. Quod non solum in hominis oculo est cernere, sed & in cuiusuis alterius animalis oculo. Cæterùm interna uueæ su perficies uarijs interstinguit coloribus. in posteriori enim oculi sede, qua hæc tunica primùm pronascitur, subalba est. mox uiridis, & dein cærulea iridis in modum efficitur. atq; hos colo res in posteriori oculi sede adhuc interna hæc superficies possidet, in anteriori autẽ oculi sede uniuersa impense nigricat. & non adeò læuis hic atque in posteriori sede uisitur: quod illi po tissimùm accidit propter processus, quos à se hac in parte educit [z] tunicam constituturos, quæ anteriori uitrei humoris sedi obducitur, & ueluti [a] interstitiũ est uitrei & eius quem aqueum no minabimus. Præsens tunica planis duntaxat donatur superficiebus, non autem concauis aut conuexis. Quandoquidem hanc tunicã constitueres, si ex tenuissima araneæ tela orbem exscin deres tantum, quãta est anterior sedes uitrei humoris, ac dein in hoc orbe alium orbiculũ excin deres, foramen facturus tam amplum, atq; crystallinus humor amplus est, ubi uisitur amplissi mus. Huiusmodi nanq; orbi præsentem tunicam cõferre posses, si illum circulatim ab uuea tu nica pronasci fingeres, illicq; suo foramine crystallino connasci, ubi is amplissimus cernitur. Ve rùm hæc tunica tenuitate araneæ telas ferè superat, & proceſſulis ab uuea pronatis talibus con stat, ut nigra cilia, seu palpebrarum pilos imagine insigniter exprimat. Num autem tunica, aut aliter nuncupanda sit, nõ admodum moror: modo qua nam sede reponatur, & quibus cõmit tatur, qua sit imagine & substãtia, explicẽ, mihiq; nullum occurrat nomen quod ipsi aptius sit quàm tunicæ, aut si uoles, interstitij inter uitreũ humorẽ, & eum quem albugineũ aqueum ue nuncupabimus. Sed iam tempestiuum fuerit & [b] duram tunicam sermone complecti, quam à dura cerebri membrana uisoriũ neruum inuestiente pronasci ac dissolui credimus. Quum pri mum enim hæc membrana oculi posteriori sedi [c] applantatur, dilatescit, & crassior ac durior ipsa cerebri dura membrana euadens, orbiculatim undique oculo obducitur, tam in anteriora quàm in posteriora pertingens. quanquam interim cum passim sibi similis sit, neque simplici donetur nomine. Quà enim posteriorem oculi sedem constituit, & in anteriori sede ad [d] maio rem

*Pupilla.*

*Vueæ tunicæ colores.*

*Ex humorũ aut spirituum copia oculorũ colorem non euariari.*

*Tunica cilijs & palpebrarũ pilis comparata.*

*Dura oculi tunica à dura cerebri membrana educta.*

s 16,17 fig. x.18,19 figura t. t 1 fig.N.

u 1 fig.L.4 fig.m,15 figurar. x 16,17 fig. y.18,19 figura.

y 15 fi.p,p. 16 fi.u,u.

z 1 fi.K, & 11,12 figura.

a 1 fi.K inter C et O. & 8 fi. inter a & b.

b 1 fig.M.e. ductum ab L. & tota ferè 16,17. c 16 fig f.

d 18,19 fi.t.



rem oculi circulũ seu iridem usq; pertingit, crassa & dura est (unde & σκληρότης nuncupatur) & dein duræ cerebri membranę modo opaca, & minime pellucida. [c] Ea uerò sede qua oculi nigrũ seu iris cõsistit, hæc tunica in cornu imaginem degenerat, quod in laminas diuisum & exactè læ uigatũ, uitri alicuius loco lucernæ accõmodatur, pellucidumq; est. Neq; hæc præsentis tunicæ pars, cornu in luciditate qua id etiã superat solũ respõdet, uerũ & substãtia quoq;: est enim hæc tunicæ pars cornu modo dura. & ut cornu in laminas diuidi radiq; potest, ita etiã hæc tunicæ pars secantibus nõ secus radi disiungiq; ualet, quàm si ex laminis aliquot seu squamis inuicem compactis cõstitueretur. Atq; hinc est ea ocularioru medicorũ cura, quæ senibus hanc tunicæ partem deradi præcipit, quam à tanta cum cornu similitudine κεράτοειδῆ Græci, nos uerò cor neam nominamus. Quanq; uidentur Græcorum pleriq; non hanc tantum præsentis seu duræ tunicæ partem ita appellasse, uerum uniuersam (quum ipsa insigniter dura sit) tunicã. Quod ue rò pellucidã duræ tunicæ partem à reliqua ipsius sede nõ pellucida, ac si illa diuersa esset tunica, in præsenti non distinguã, neminem iam mirari arbitror, quum haud aliter quam modò dixi mus illæ partes inuicem uarient. Interna huius tunicæ superficies, tota ea sede qua cornu modo non pellucet, uueam tunicã absq; alicuius substãtiæ interuentu succingit, ipsiq; [d] uenarum arte riarumq; gratia, uti prius diximus, adnascitur: quemadmodum etiã illi pertinacissimè ac orbicu latim adnectitur, secundùm maiorẽ oculi circulũ seu iridẽ. Porrò ea sede qua hæc tunica cornu instar pellucida cernitur, uueã non cõtingit, & tantisper atq; oculus sanus est, ab uuea notabili interuallo inibi distat, quà uuea anteriori in sede comprimitur. Hoc interuallum & uniuersum spacium [e] quod inter anteriorem crystallini humoris sedem & pupillam habetur, [f] humore illo adimpletur, qui adhuc enarrãdus superest, ac uerus humor censetur. nam aquæ modo tenuis quodammodo secantibus & suffusiones curantibus occurrit, & insigniter aquæ modo pellu cidus cernit: unde etiã ὑαλοειδὴς Græcis, nobis uerò aqueus nominat. quanquam pleriq; hunc oũi humori comparãtes, illum albugineum nuncupent: etiamsi arbitrer Græcos hunc humo rem in albo non cõtulisse, quũ neutiquã æquè crassus sit, & multũ accedit illi humori, quem ex recentibus integrisq; ouis igni appositis resudare cernimus. Atq; hic humor uueæ tunicę partẽ corneæ in sano oculo nõ contiguam sustinet, & (uti dixi) in priori ac in posteriori eius partibus continetur: atq; quum in oculo cõsistit, terminoq; alieno, ut sic dicã, cõcluditur, uitrei humoris modò dimidiũ exprimit globũ, cuius posterior pars, quæ plana constat superficie, tantũ habet sinum, quanta in anteriora protuberãs crystallini humoris est pars. Anterior autẽ aquei humo ris sedes gibba, dimidiatiq; globi modo rotunda est, secundũ oculi nimirũ formam. Cæterùm externa durę tunicæ superficies tota sede qua pellucida cernitur, ac reuera cornea existit, admo dum læuis est & lubrica: uerũ cætera sede ita aspera inæqualisq; uisitur, quemadmodũ inuicem cõnatæ mẽbranæ ad mutuũ contactũ exasperãtur. Posteriori enim duræ mẽbranæ sedi præter [g] uenas & arterias ipsi implicitas [h] musculus inseritẽ, quem musculorũ oculũ mouentiũ septimũ numerauimus: deinde lateribus superioriq; ac inferiori externæ huius superficiei sedibus, ner uosæ tenuitates musculorũ inseruntur, quos sex primos oculũ mouẽtes recẽsuimus. & deinde anteriori quoq; duræ tunicę parti ad iridẽ usq; seu maiorẽ oculi circulũ [i] tunica obnascitur, quæ adhuc cõmemorãda superest, ac adhærẽs eo quòd oculũ continet, & uicinis partibus cõmittit, dicit, alba à colore quẽ possedit etiã nuncupata. Hæc mẽbrana anteriori tantũ oculi sedi obdu cta tenuis est, illi cõtinua quæ internã palpebrarũ sedẽ inuestit, oculiq; partiũ numero ascribi tur, quemadmodũ & ipsæ palpebrę, si modò cui id usum sit, his quoq; partibus adiici possunt. Fuit itaq; hæc oculi partiũ series: [k] humor crystallinus: [l] tunicula cepis pellicule tenuissimę modò pellucida, anterioriq; crystallini humoris sedi obnata: [m] humor uitreus in posteriori oculi sede tantũ positus: [n] tunica in quã uisorij nerui substãtia resoluit, ac posteriorẽ humoris uitrei sedẽ tantùm amplectit: [o] tunica uuea, à tenui cerebri mẽbrana principiũ ducẽs: [p] tunica seu orbis arà neæ telæ modò tenuis & nigricans, & interstitiũ uitrei humoris ab aqueo: [q] tunica dura, quæ in anteriori oculi sede cornu modo pellucida reddit: [r] aqueus humor: [s] septẽ oculum mouẽtes mu sculi: [t] tunica adhærẽs, seu alba, anteriori tantũ oculi sede obnata: palpebræ, & demũ uenæ ac arteriæ. Cæterũ si quis modò oculi cõstructionẽ ab extimis ad intima aggredi uelit, iam prom ptissimum est retrograda serie illũ eas persequi: aut si uolet separatim humores, & dein tunicas cõmemorare, nihil prohibet. Ego uerò nunc ea oculũ enarratione persecutus sum, qua in scho lis uti soleo, primũ oculi constructionẽ explicans, & in charta maiusculã effigiẽ ita sensim deli neans, atq; in prima huic Capiti pręposita figura oculũ exprimere conatus sum. dein post enar rationẽ ita sectionẽ obiens, quẽadmodũ suo loco in ultimo huius libri capite subijciã. Verũ ut oculi fabricã adeò studiosè soleo cõmonstrare, ut spectantiũ nemo in ipsa quicq; desideraret: ita in ipsius partiũ usu explicãdo hîc prorsus obmutesco, quod mihi ipsi de primario uisus instru mento nõ satisfaciã, atq; hac in parte quod sanũ undiq; sit, à me non adferri posse, mihi persua

*Humor uitreus.*

*Adhærens albãue oculi tunica.*

*Oculi partiũ usus.*

c 1 fi.N.16, 17 fig. x fi. mul, & y.

g 16 figu.t. h 1 fig.P.P. aut potius musculorũ imaginẽ pe te ex figuris capitis 11 lib. 2.

i 1 fi.Q. 18 fig.u,u.

k 1 figu. A. l 1 figu. B. m 1 figu. C. n 1 figu. E. o 1 fi. G,H. p 1 figu. K. q 1 fi. M,N. r 1 fi. O,O. s 1 fig. P,P. t 1 figu. Q.

deam. Non sanè quasi crystallinũ humorem præcipuũ uisus instrumentũ esse, & ut hic alatur uitrum produci, & huius gratia oculi reliquas partes efformatas esse, quemadmodũ Galenus in decimo de Partiũ usu diffuse persequitur, cõmemorare, aut hîc prolixè etiã scribere nequirẽ: sed quod mihi certò quî uisus fiat, nõ constet, hincq; reliqua oculi cõstructio depẽdeat, quodq; potissimùm de huiusmodi philosophorũ & medicorũ cõtrouersijs priuatim quædã aliquãdo mihi scribenda duxerim, præsenti labore ad iustam molem perducto.

## DE AVDITVS INSTRVMENTO.
### Caput XV.



QVAE de auditus organi fabrica modò enarranda essent, superiùs in primo libro ita explicui: atque in præsentia, si inibi nihil commemoratum fuisset, ea pertractarem. In octauo enim primi libri Capite[a] cauitatem auditus organi gratia in caluaria exsculptam, paratamq;, & deinde huius concauitatis foramina membranas & ossicula recensui. In decimo sexto autem eiusdem libri Capite, auris cartilaginum & reliquarum constructionem, uti tunc occurrit, modoq; animo obuersat, persecutus sum. Nihil enim hic certius de auditu sonituq; percipiendo, quàm inibi attexere possum, nisi etiam plus nunc quàm dum illa scriberem, ambigem, mihiq; longè minus satisfaciã, & non satis mirari queã, omnes de auditu, ipsiusq; obiectis tam prolixè citra organi ipsius uel maximè superficiariã cognitionẽ scribere: ex quo tamen præcipuae ad præsentem disceptationem petendæ erant demonstrationes.

a Hæc omnia ostendit figu. cap. 8 lib. 1.

## DE GVSTVS INSTRVMENTO.
### Caput XVI.



INGVAM oris amplitudini adamussim congruentẽ gustus esse instrumentum, medicis iuxta ac philosophis concessum est omnibus. quũ itaq; in decimo nono secundi libri Capite,[a] nouem linguæ musculos, & uariã illam fibrarum, compositionisq; in ipsius parte hiante ore ante cõsectionem conspicua speciem unà cum illius inuolucris recensuerim, & in tertio libro[b] uenas[c] arterias q; linguã petentiũ seriem similiter descripserim, in quarto libro ipsius neruos minimè negligẽs, quorum[d] alter præcipua maioris tertij neruorum cõiugij radicis numerabatur portio, gustus occasione potissimùm linguæ oblata, [e] alter uerò septimi neruorũ cerebri paris propagines musculorũ nomine linguam implicãtes, nemo, uti arbitror, hîc à me requiret, ut prolixã de linguæ fabrica inter cæteras partes, ut uerùm fatear, mihi minus cognita, sermonem instituã, aut diffuse saporum differẽtias & qualitates commemorem.

a Hi obuij sunt in figuris cap. 19 lib. 2.
b fig. cap. 6 li. 3. ramuli ab X.
c fi. cap. 12 li. 3 c.
d 2 fig. ca. 2 lib. 4 Y. Y.
e 2 fi. cap. 2 lib. 4 ramuli à w.

## DE TACTVS INSTRVMENTO.
### Caput XVII.

*Galenus in primo libro de Locis affectis.*



ET tactus quoq; instrumentũ in quarti libri initio me persecutũ arbitror, quum nullum neruũ tactus sensu nõ præditũ per corpus digeri assererẽ, & Naturę scopos in neruorum distributione quantum is locus exigebat enarrarẽ: illorũ subridens sententiã, qui unam eiusdem nerui portiunculam sensui, aliã motui absq; sensu præesse docuerũt. Ac proinde totius humanæ fabricæ partiũ enarratione pro mea uirili absoluta, nunc superest, omniũ partium quæ præsenti libro aggressi sumus, sectionis rationẽ perscribere: & si cuius partis in alijs libris traditæ secandi ratio nõ expressa sit, etiã illam ad huius libri calcem seriatim subijcere, & postremò de uiuorũ sectione nõnulla proponere.

## CEREBRI, OMNIVMQVE QVAE PRAE-
## senti libro traduntur organorum administrandi ratio.
### Caput XVIII.

*Caput ad cerebri inspectionẽ qui parandum.*



DVMMODO musculos ceruicem occupantes, & neruos è ceruicis dorsali medulla prosilientes, in corpore quod nutritionis uitalisq; facultatis organis inspiciendis hactenus subseruiuit, aggressus fueris, suadeo nunc caput ita atque ad præcedentis libri finem recẽsui, à reliquo corpore auferri. Ablatum enim longè commodiùs, minoriq; molestia attrectabis, unde etiam capita detruncatorum hominum ad hunc usum sunt accommodatissima: præcipuè quod illa uix bene mortua, statim à sumpto supplicio minus morosorum iudicum ac præfectorum opera, obtineri possunt. In quorũ numero si quis unquam alius, meherculè habẽdus est, studiorũ unicus Mecœnas, illustrissimiq; senatus Veneti singu-



singulare ornamentum MARCVS ANTONIVS CONTARENVS, ob raram philosophiæ linguarumq; cognitionem, ac tot fœliciss imè obitas legationes, toti orbi clarissimus, qui nunc Patauinæ urbis Prætor uigilantissimus, uberẽ profectò nobis ad Anatomes administrandas copiam suppeditat, ipse humanæ corporis fabricæ studiosissimus indefessusq; spectator, ac alius ueluti Romanorum Boëthus aut Sergius. Qualecunq; igitur caput obtigerit, semper eius os ferra[a] diuidendum est, ac proinde nouacula aut cultro in capitis cute ad os usque orbicularem duces sectionem, quæ pollicis latitudine elatiùs quàm supercilia sunt, non inopportunè auspicabitur, hinc per tempora ad eminentissimã maximeq; posticam occipitij sedem tendens, & illinc rursus per tempora frontem accedens. Ducta hæc linea, tenuiori serra, qua in gangrena auferendis membris uti consueuimus, aut alia ab eburneorum pectinum artificibus petita, caluariam secundùm illam lineam diuides, studiosè præcauens, ne altiùs quàm os sit, serra descendat. In hoc opere conduxerit capitis crines nondum abrasos, neque etiam aures præsectas esse, quo leuiori negocio altera manu, & sodalis utraque caput ne serræ cedat cõtineatis. Vbi caluariam orbiculatim diuiseris, obtuso cultelli mucrone secundùm sectionem ducto, num aliqua ossis pars adhuc diuidenda superstit examinabis, ut & eam quoque serra diuidas. Porrò ne sectionis finem ipsius principio elatiorem, depressiorem'ue moliaris, si modò id citra aliam operam (quanquam factu sit longè facilimum) te facturum nõ fidis, nihil obstiterit funiculum colore aliquo intinctum nudæ caluariæ fortiter illorum qui trabes in afferes diuidunt modo, circundare, ut coloris orbicularem lineam, quæ serram dirigat, caluariæ intingat. Atque hunc funiculum ossi obuoluere conuenit, postquam iam cutem orbiculatim dissecuisti: quippe cutis sectio te manu ducere nequit. nam sectionis in cute factæ latera, dum caput ualidè cõtinetur, hinc inde abscedente cute diuelluntur. Diuisa ad hunc modum caluaria, si à ceruice inferioriq; maxilla caput habueris liberum, illud sua basi mensæ impones, utrinque si uisum fuerit ne in latera concidat, lapidem, aliudue simile collocans. Si uerò caput reliquo corpori sectionis ratione adhuc hæreat, tot ceruici occipitioq; quadratos lapides, aut truncum aliquem subijcies, ut caput in anteriora reflexũ eleuatumq;, ac si basi inniteretur, tibi assurgat. Insuper sectioni per caluariam factæ ualidioris cultri dorsum transuersim ad frontem primum impones, & illo modicè sursum deorsumq; acto, sectionem aliquousq; dirimes. Idem quoque in occipitio temporibusq; tantisper faciendum est, quousq; caluariam à dura cerebri membrana liberam esse conieceris. tũc enim uerticis crinibus apprehensis attrahentẽ manũ os subsequetur. Adempto osse, cutem simul cum adipe & carnea mẽbrana solis manibus (alicubi tamen cultro prius liberatã) facilè diuelles, & deinde cultelli mucrone Græcis uocatũ περικράνιον, ipsumq; περιόστεον indagabis, deinde etiam[b] uenulas ex uerticis cute in caluariã uersus durã cerebri membranam, aut ab hac in illam profectas. Iam dura cerebri membrana aliqua ex parte cultello est perforanda, & calamo fistula'ue, aut quo in elicienda urina uti consueuimus syphone, foramini indito, sectionis latera ad illum digitis cõprimenda sunt, ut postmodum syphone inflato, quanto dura membrana cerebri mole amplior sit, condiscas. Atque suffecerit in altero tantum latere eiusmodi foramen fieri. nam copiosus qui inflatur spiritus undiquaq;, duram cerebri membranam distendit, inflatq;. Verùm si quum caluariam serra diuideres, duram membranam alicubi oscitanter dissecueris, illa quoq; sectio dum inflatur membrana opportunè, ne aërem transmittat comprimetur.[c] Diuisa rursus membrana, acutioris cultelli mucronem tertio duræ membranæ sinui, per totam capitis longitudinem in elatissima eius membranæ sede procedenti intrudes, longaq; sectione uniuersum quoad poteris, aut ab occipito ad frontem usque, aut à fronte ad occipitiũ diuides. Atq; hic sinus si suspẽdio, aut aliter quàm capitis supplicio homo necatus fuerit, sanguine oppletus conspicietur. quem extergere conuenit, & distento sinu ipsius formã, & [d] ramorũ qui utrinq; ab ipsius lateribus, & ex inferiori eius sede pullulant, orificia inspicere. Porrò ut cerebrũ dura ipsius membrana nudes, iuxta frontis os eam ad tertij illius sinus latera perforabis, et deinde stylo in foramen indito, secundùm illum cultello ad occipitis usq; os cõtinuò ad sinus eius latera sectionẽ deduces. Hac ad utrunq; sinus latus facta sectione, rursus durã membranam cultelli mucrone propter aurem, quà ossi proxima est perforabis, hincq; rectà sursum usq; in priorẽ, seu secundùm capitis longitudinẽ, ductam sectionem secando perges. Postremò in capitis uerticem quatuor sibi proximarũ sectionum angulos unguibus attolles, & deorsum tractos à cerebro reflectes, habita ramorũ ratione, qui ex tertij duræ mẽbranæ sinus lateribus, & [e] ijs uasis quibus duræ membranæ implicãtur latera, in tenuẽ cerebri membranã pertinent. Insuper dextra cerebri parte à sinistra modicè manuũ beneficio diducta, [f] septum à dura membrana inter utranq; cerebri partẽ extructũ, & soboles à tertio duræ membranæ sinu utrinq; in tenuem membranã diffusæ, quantũ fieri poterit attollẽtur, ut qui illarũ interuentu in uiuẽtibus

a Quẽadmodũ figurã 7 cap. 6 lib. 1. ablata est à 6 figu. eius. cap. ac ut 1 fig. huius libri est parata.

*Caluariã ad cerebri Anatomen qualiter aperiẽda.*

*Cutis, adipis, mẽbranæ carnosæ, ac deinde caluariæ inuoluceris, illiq; subditæ adhuc mẽbranæ examẽ.*

*Duræ mẽbranæ amplitudo qui examinanda.*

*Tenuis mẽbranæ detectio.*

b 1 fig. F, F.
c Ex prima fig. facies secundam.
d 2 fig. C, C & D, D.
e 2 fi. G, G.
f 3 fig. D, D inter A, A & B, B.

cerebrum erigatur utcunque intuearis. ac dein acutiori cultello illis propaginibus à suo sinu liberatis, eam duræ membranæ partem à [g] septo sedium olfactus organorum liberes, ac ueluti ex cerebro eleuatam in posteriora reflectas, ipsius [h] sinu qui uenæ instar toti inferiori ipsius sedi exporrigitur inspecto. Cuius origo, ut & cæterorum omnium, paulo pòst in propatulum ueniet. Nunc autem ductus in tenuem membranam excurrentes, ipsaque membrana inspicientur. Vbi itaque nuper dictam duræ membranæ partem in posteriora reflexeris, ac utranque cerebri partem disiunxeris, [i] longos in tenui membrana ductus intuebere, qui per capitis longitudinem in illam ex quarti duræ membranæ sinus termino producuntur. Horum ortus in præsentia curiosius non uenit inquirendus, ne fortassis quum cerebrum nimium studes disiungere, aliquid incuria rumpas. Aliàs enim hortarer, ut utraque cerebri parte quàm maximè in posteriori sede disiuncta, duram membranam quà cerebri partes intercedere incipit, quam posses proximè ab [k] illa duræ membranæ parte, quæ cerebellum ac cerebrum interuenit, acutioris cultelli mucrone diuideres. tunc enim [l] quartus tibi appareret sinus, & quas ille educit [m] propagines. Deinde etiam cerebro à dura membrana, quæ id & cerebellum intercedit, modicè eleuato, ramuli ex illius duræ membranæ parte in tenuem cerebri membranam exporrecti uiserentur. Verùm hæc cerebri portione ablata inspicere longè erit satius. ac proinde illis ductibus qui secundùm capitis longitudinem in tenui membrana supra [n] callosum corpus feruntur expensis, unguibus, aut cultello alicubi tenuem membranã diuelles, ac deinde sensim à cerebro ipsiusque [o] anfractibus eam digitis detrahes. Cerebrũ hac liberatũ membrana suos ostendit anfractus: argumentoque est, quì à tenui membrana cõtineatur, quũ scilicet hac detracta, impensè dilatescat, & concidens prorsus, quodammodo defluat. Porrò cerebri anfractuum altitudo ac profunditas digitis, aut stylo uenit indaganda. atque ita etiam solo digitorum munere [p] elatior callosi corporis sedes, & qui utrinque hîc consistunt sinus, inquirentur. Simulatque uerò hos inueneris, utrinque magnam cerebri [q] auferes portionem, primùm magna & acutiori nouacula sectionem per dextrum, qui ad callosum corpus cõsistit, sinum deducens, quæ totam cerebri partem sinu illo superiorem, à fronte ad occipitiũ usque simul in dextro latere adimat. pluribus enim reiteratis sectionibus, operatio turpiter uitiatur. Ademptam cerebri partem in mensam ita repones, ut elatior dextri uentriculi sedes in conspectu sit. ea enim quam fieri præcepimus sectio, dextrum uentriculum diuidit, si modò rectè secundùm sinum qui ad dextrum callosi corporis latus uisitur, administrata fuerit. Dextra cerebri parte ad eum modum ablata, in sinistra idem quoque (ut & sinister quoque pateat uentriculus) moliendum est, per sinistrum iuxta corpus callosum consistentem sinum facta sectione, callosoque corpore quàm fieri licebit maximè immoto, diuulsoque. Quandoquidem id postquam sinistrum quoque cerebri uentriculum inspexeris, uidendo uentriculorum [r] septo seu speculo, sensim, & quàm accuratissimè ubi utrinque continua illi cerebri pars adempta est, summis utriusque manus digitis modicè æqualiterque attollendum uenit. Septum enim si ad eum modum callosum corpus erexeris, & dein candelam contrario eius quod inspicis lateri (nisi illi clarior dies obluceat) adhibendam curaueris, euadet cõspicuum. [s] Iam callosum corpus [t] anteriori parte, qua olfactus organorum interstitio uicinius est, cultello à cerebro liberabis, & deinde id hac parte eleuatum digitis sursum trahes, in posterioraque diuulsum reflectes. ita nanque [u] elatiorem speculi septi'ue sedem calloso corpori, [x] inferiorem uerò illi cerebri parti quam testudini aç camerato assimilamus, cõnatam cernes. [y] Cameratum autem (cuius nunc superior sedes undique obuia est) obtusiori stylo uenit examinandum. ac primùm quidem stylus ad syphonis formam obliquatus camerato ex dextro uentriculo in sinistrum mittetur: & camerati perpensis lateribus, anterior ipsius pars cerebri substantiæ non procul ab olfactus organorum septo connata, cultello [z] diuidetur, & digitis deinde eleuata in posteriora reflectetur, ut & ipsius inferior superficies quæ testitudinis modo caua est, occurrat. Reflexo itaque camerato, quì id posteriori sua parte uelut ex dextro sinistroque cerebri uentriculo enascatur, immissis stylis peruestigabis, & deinde id in pristinam ipsius sedem repositum longa sectione diuides, aut potiùs cultello uniuersum radicitus præscindes. Conduxerit tamen priusquam præsecetur, sub ipso stylum ad [a] eam usque partem, qua ex quarto duræ membranæ sinu [b] uasa ductus'ue, ad anteriores cerebri uentriculos sub camerato pertinet subijcere, ac adamussim ipsius usum constructionisque rationem elegantissimam examinare. Statim uerò atque ademptum, longa'ue sectione diuisum, ac postea utrinque diductum erit, attendes [c] plexui à secundarum forma χοροειδῆ Græcis dicto, & ductibus à quarti duræ membranæ sinus fine exporrectis. Ac proinde primùm posteriorem uentriculi sedem stylo inquires, qualiter hæc scilicet ex posterioribus deorsum in priora descendat, per illamque [d] arteria ascendat, quæ antrorsum prorepens, alteram eius ductus portionem assumit, quì à quar-

*Tenuis membranæ à cerebri reuolutionibus auulsio.*

*Superioris callosi corporis superficiei examen.*

*Dextri & sinistri uẽtriculorũ apertio.*

*Dextri sinistrique uentriculorũ septi examen.*

*Corporis testudinis modo efformati examen.*

*Vẽtriculorũ dextri & sinistri, & in ipsis uasorũ examẽ.*

g 5 fi. N aut 6 fi. cap. 6 lib. 1. x.
h 5 fi F & secundùm G, G.
i fig. ca. 14 li. 4 d, e.
k 7 figura O, O, O.
l 7 fig. T.
m fi. ca. 14 li. 3 Y, Y. a, a. b. d. e, f, i.
n 5 fi. L, L.
o 5 figu. C, C. C.
p 5 fig. L, L & dein M, M.
q Paraturus 4 figuram, quam hic sedulo inspicies.
r 5 fi. X, X & Y, Y.
s Ex quarta figura nunc parabis quintam.
t Vbi infimum I consistit in 4 figura.
u 5 fi. Y, Y.
x 5 figu. X, X.
y 5 fig. S, T, V. & 6 fig. A, A, A.
z Ex quinta figura parabis sextam.
a 7 fi. V ex T.
b 6 fig. H, I.
c 4, 5 fi. O, O. 6 fig. M, N.
d 6, 7, 8 fi. F, G.





to duræ membranæ sinu in cerebrũ sub camerato proficiscitur. [e] Hunc enim rectà supra communem dextri sinistrique uentriculi cauitatem longius procedere obseruabis, & deinde bipartitum uersus dextrum & sinistrum cerebri uentriculum porrigi, tandemque ab hoc ac commemorata ultimò arteria nuper dictum plexum efformari. Cæterùm quum hos ductus ex quarto duræ membranæ sinu prorepentes conspicis, [f] illi quoque spectandi sunt, qui tenui membranæ & humiliori parte duræ membranæ dextrã cerebri partem à sinistra interdiuidenti, à quarto sinu offerũtur. Vbi enim hos inspexeris, ductus qui à quarto sinu sub camerato in cerebri uentriculos pertinent, ea sede cultello sunt diuidendi, quà commemoratos efformant plexus. Hinc eleuati in posteriora leuiter reflectẽtur, ne simul [g] glandula quam κωνάριον Græcis uocari diximus, auellatur. hæc siquidem illis ductibus sua sede remotis, in conspectu iacet. Verùm hæc tentanti ouillum cerebrũ ad manum esse uelim, quòd id glandulam illam & cerebri [h] testes, natesque apertiùs nonnihil quàm humanum caput commonstret. Glandula hac in suum locum reposita, digitis [i] communem dextri sinistrique cerebri uentriculorũ sinum, qui instar rimæ modò spectanti occurrit distendes, ac mox [k] meatũ quo pituita uersus [l] peluim ex tenui membrana extructam defertur, unà cum [m] meatus principio intueberis, qui ex tertio uẽtriculo cõmuni'ue hac cõcauitate in quartũ uentriculũ pertinet. quibus inspectis [p] totã cerebri portionẽ cerebello incũbentẽ transuersa in cerebro ducta sectione adimes, id duntaxat hîc præcauens ne [q] ductus arterias'ue per posteriorem dextri sinistrique cerebri uentriculorũ regionem ascendentes, unà disseces. Apparet modò duræ membranæ [r] pars cerebellum ab ipsi incumbente cerebri portione diuidens, & etiam [s] illa quæ inter dextrã cerebri partem & sinistram ducitur. quapropter tempestiuum est, ut quatuor duræ membranæ sinus simul examines. Tertio itaque duræ membranæ sinui quem dudum per longitudinem [t] dissecuisti, plumbeum inseres stylum, [u] quem facile in tres reliquos eius membranæ sinus hinc protrudes: si modò utrinque ad latera primùm, ubi cerebelli elatior pars ossi proxima est, illum impuleris. ita enim dextrum & sinistrũ sinum, seu primum ac secundum inuenies. Deinde si sub radice duræ membranæ partis dextram & sinistram cerebri partem interueniẽtis stylum detruseris, quartũ sinum comperies. Quo tamen eos uideas exactiùs, acutioris cultelli mucrone longis ductis sectionibus omnes sunt aperiendi: & deinde cultello tota duræ membranæ pars cerebello superiùs obducta, orbiculari sectione secundum os ducta uenit præsecanda, [x] aut sectione secundùm longitudinem ducta, diuidenda, ac retrorsum reflectenda. Vt cerebello obiter inspecto, cerebrum denuò aggrediaris, cõmunem dextri sinistrique uentriculi sinum distendens, ac exactiùs pituitæ ductus immisso stylo examinãs. Vt uerò communis cauitatis seu tertij cerebelli uentriculi meatum in cerebri cauitatem porrectũ obserues, obliquatum stylum meatui indes, leuiterque in cerebellum concidere sines. Stylus enim grauior syphonis modo incuruatus, etiam nõ impulsus secundùm meatus ductum, in cerebellum deuoluitur. Manente adhuc in meatu stylo, digitis cerebellum nonnihil à cerebri testibus dirimes, quoad scilicet stylum inter cerebellum & testes ipsos intuearis. tunc enim, & præcipuè in ouis cerebro, quæ pars [y] testibus, & quæ [z] natibus similior sit, disces. Quod quũ obseruaueris, cultello testes ipsos natesque secundùm stylum [a] diuides, ut meatus ille ex communi dextri & sinistri uentriculi cauitate ad cerebellum porrectus euadat conspicuus, pauloque accuratiùs meatus à cerebro ad peluim pertinens, pituitamque eò deducens, reddatur conspectior. Poteris modò tenuem cerebelli membranam hamulo discerpere, & [b] uenam quæ ab illius ductibus in posteriorem humilioremque anteriorum uentriculorũ sedem pertinet examinare. Quippe hanc reperies facilimè, modò illam iuxta anticæ cerebelli partis cum cerebro connexum inquisiueris, qui præsentis uenæ potissimùm fit interuentu. Vt uerò [c] coalitum cerebelli cum dorsali medulla cognoscas, caput quasi in faciem [d] reclinandum est, & manu inter cerebellum & duram cerebri membranam occipitis ossi commissam, imposita, cerebellum in priora, deorsumque detrahi debet, quousque uniuersum à dorsali medulla liberatum decidat. in ea enim administratione nihil obstabit, quo minus [e] uenulas ductus'ue ex primi secundique duræ membranæ sinuum principijs, aut [f] uenis arterijsque per transuersos ceruicis uertebrarum processus repentibus, in cerebellum porrigi uideas, ac dorsalis ex ipso cerebro ortum, formam, & sinum cum cerebelli sinu [g] quartum efformantem uentriculum cernas. Deinde etiam reposito capite, & cerebello in [h] pronum posito, ipsius intueberis sinum, & partes quibus dorsali medullæ connascebatur, & præcipuè ipsius reuolutionũ anfractuum'ue pulchram imaginem. à quibus ilico uelut manu ducêris ad duos reuolutionum [i] apices uermibus assimilatos, & ueluti reuolutionum terminos per cerebelli medium secundùm ipsius longitudinem deductarum. Atque id apparebit clarissimè, si per eam longitudinem utrinque longa sectione ad earum reuolutionum latera ducta, eas à reliqua cerebelli substantia liberaueris, exectas'que in mensam exporre-

*Glãdulæ testibus incũbẽtis.*

*Tertij uentriculi, ipsiusque meatuum.*

*Duræ mẽbranæ sinuum.*

*Cerebelli detectio.*

*Testium et natium examen.*

*Dorsalis medullæ cum cerebello coalitus.*

*Quarti uẽtriculi examen.*

*Vermiformiũ processuum.*

e 6 fi. H et I secantur in K, L.
f fig. ca. 14 li. 3 Y, Y. & b, d, e.
g 7 fi. L. 10 fig. D.
h 10 fi. E, G & F, H.
i 7 fig. H.
k 7, 8 fig. I.
l 14 figu. C, C. aut 15 figu. E.
m 7 fig. K. 8 fi. L.
p Parabis modo 7 fig.
q 6, 7, 8 fig. F, G.
r 7 fi. O, O.
s 3 fi. D, D.
t 2 fig. B, B.
u In 7 fi. ab S ac R ponis stylũ modò in P, P, modò in Q, Q. & modò in T.
x Vti factũ est in 8 fig.
y 10 fi. E, G.
z 10 fig. F, H.
a Vti factũ est in 8 fig.
b 8 fi. T, T.
c 10 figuræ I, K. ad 11 figuræ G, G.
d Vti factũ est in 9 fig.
e 9 fig. K.
f Vltimæ 3 libri figuræ f, f.
g 10 figuræ L, M, N, O, cũ 11 fi. E.
h Vti factũ in 11 figura.
i 11 fi. C, D. & c, d.

xeris. ita nanque unus tibi apparebit uermis, illis quàm similimus, qui ueris tempore è salicibus decidere solent, aut bombicibus priusquam sese folliculo includant: & adhuc multò magis quum iam aliquandiu inclusi fuerũt, folliculum tamen nondum corrosere. At si uniuersas illas medias reuolutiones simul non abstuleris, & duntaxat extrema execueris, duos poteris commonstrare uermiformes cerebelli processus, unum quidem priorẽ, posteriorem uerò alterum. Porrò non solùm exectis ad hunc modum uermiformibus processibus, ipsorum imago examinanda uenit, uerùm etiam quando cerebellum à dorsalis medullæ initio auellitur, ipsorũ usum præcipuo studio expendere conduxerit. Inspectis itaq; cerebelli partibus, neruorũ paria inuesti

*Neruorum parium examẽ.*

gabũtur. quod ut fiat ocyus, [k] manu inter cerebrũ & frõtis os inserta, cerebrũ sensim attolletur, ut primùm à plerisq; uocatum cerebri [l] mamillarẽ processum, & dein olfactus organo seruientes uideas [m] processus, qui è suis sinibus stylo quopiã aut digito ueniunt euellendi, & unà cum cerebro sursum in posteriora flectendi: in quo opere caput non inutiliter in occiput [n] reclinabitur. ita enim reuolutum eorum processuum ortum pulchrè ostendet. Atque hic pariter in conspectum uenient [o] uisoriorum neruorum principia, & eorundem congressus, & sub illis [p] peluis cerebri pituitæ expurgandæ parata. Mox [q] & arteriarum in duræ membranæ amplitudinem ingressus occurret, quæ partim in tenuem absumuntur membranam, & partim in dextrum & sinistrum cerebri uentriculos properant. Vt uerò exactam earum arteriarum seriem spectes, & hîc quoque tenuem membranam à cerebro diuelles, & uentriculorum terminos inibi in reuolutiones, nõ autem in olfactus organa uisorios ue neruos finire, nihilq; minus quàm à uentriculis in ea organa pituitam excerni, illisq; ad [r] octauum capitis os deduci. [s] Nunc uisorios neruos à cerebro diuides, & totam ipsorum portionem in caluariæ amplitudine tibi conspicuam, studiosè resecabis, ne nuper dictam peluim simul auferas. ea nanque hac administratione tota occurrit, pulchreq; cernitur, qui [t] meatus ex tertio uentriculo ad hanc pertinet, & qualiter illa in [u] glandem cesset, quæ duræ membranæ subijcitur, facileq; dilatato hîc proprio duræ membranæ [x] foramine spectabitur. Cõduxerit tamen membranam inibi tantisper illæsam seruare, dum reliquos cerebri neruos examinaueris. Capite igitur in sinistrũ latus [y] reclinato, & cerebri parte quæ adhuc reliqua est, in suum locum utcunque reposita, cerebrum postea in sinistrum latus deorsumq; reflectes, & [z] secundi paris originem contemplaberis, mox [a] minorem tertij paris radicem, qua diuulsa cerebrum adhuc magis in sinistrum deflectes, & mox [b] tertij & quarti paris exortum intueberis: insuper & [c] quinti paris originẽ, quam similiter diuidere competit, ut [d] neruulum intuearis, qui iuxta quinti paris radicem principium obtinens [e] temporali musculo, & in ore [f] delitescenti maxillamq; attollenti offertur. [g] Sextum quoque par & septimum euadunt conspicua, si uarijs ipsorum quibus ortum ducunt propaginibus animum adhibueris. Cæterùm quum paria hæc perquiris, [h] ductus quoque uenarum modo ex duræ membranæ sinibus in tenuem excurrentes obseruandi ueniũt, & neruorũ exortibus in sinistro si uisum erit latere, similiter adinuẽtis, quicquid dorsalis medullæ, aut cerebri in capite reliquum est auferes, ut duram membranam quà cerebri basi subiacet, adhuc integram uideas, & olfactus organorum sinus foraminulis peruios, & undique egrediẽtes neruos intuearis: quibus inspectis, primi ac secundi duræ membranæ sinuum originem, & in illos subeuntia uasa [i] examinabis, acutiori cultelli mucrone ipsos aperiens. [k] Ductus autẽ secundùm duræ membranæ latera excurrentes, & in ipsius iuxta frontem basi conspicui, uel citra aliam sectionem sunt obuij. ut uerò glandulam, & quem dissectionis professores ementiuntur reticularem plexum uideas, animum adhibebis duræ membranæ [l] foramini peluis infundibili ue mediũ excipienti, & adhuc peluis portionem adnatam habenti, non negligens interim [m] arteriam utrinque ad foraminis illius latera duram membranam penetrantem. quæ ubi obiter intuitus fueris, [n] acutioris cultelli mucrone sectionẽ ex illo foramine utrinq; ad arteriarum usq; transitum duces, & labris sectionum distentis, glandula sese offeret, arteriæq; ad ipsius latus stratæ. Verùm hæ magis reddentur conspicuæ, si hamulis & acutioris cultelli mucrone, quàm poteris maximè duram membranam hîc liberaueris, aperueris ue, ac ab arteria duram penetrante membranam plumbeum stylum ad foporariam usque arteriã in ceruice adhuc consistentem, impellas. Id nanq; in homine factu promptum est, si modò tuis oculis Galeni nomine fidẽ derogare nolueris. Hîc enim quàm pulchra de reticulari plexu in hominibus cõmenti sint hactenus omnes, obseruabis: potissimùm si ouillum aut bubulum cerebrum hîc quoq; sectioni adhibueris. Præterea glandulam sua sede dimouens, ac ut duritiem ipsius experiaris eandem cõprimens, perpendes quid Galeno in mentem uenerit, quod per crassissimã ossis cuneum referentis sedem, quam spongiæ modò peruiam esse scribit, pituitam ad palatum colari censuerit, & non potius proprios hîc pituitæ & attracto per inspirationem aëri ductus, foraminaq; non minima etiam indagauerit. Relicta modò interiori caluariæ

*Eorũ quæ in duræ membranæ basi sunt examen. Glandis pituitam excipientis, ipsiq; accũbentium arteriarum.*

[a] figura. [z] 14 fig. G. [a] 14 fig. H. [b] 14 fi. I, K. [c] 14 fig. M. [d] 14 fig. L. [e] 4 musc. tab. r. [f] 6 musc. tab. D. [g] 14 fi. N, dein O, aut potius sexta tim spectata figu. cap. 2 li. 4. [h] apparent in 9 fi. ad l, in 13 ad I. [i] Vt fictum est in 9 fig. [k] 13 fig. H, K. [l] 15 fig. E. [m] 15 fig. C, D. [n] Inspectus 16 figuram.



riæ sede oculum aggredi conuenit, ad cuius sectionem humanus, si recentius adhuc fuerit cadauer, sufficerit: alioquí enim bubulus quàm nanciscí poterit recentissimus, simul quoque operi adhibebitur. Primùm itaque [o] palpebrarum, & deinde [p] oculi musculos, quemadmodum in secundo docuimus libro, inquires: in quo opere neruorum quoque & uenarum arteriarumque per oculorum sedem ductuum habenda est ratio, [q] secundi dico neruorum cerebri paris, & [r] minoris radicis tertij paris. quorum ramulos facilè adinuenies, si eos in pinguedine oculi musculis obducta perquisieris, & præcipuè si ossa reseruare nolens integra, serra frontis os superiorem oculi constituens sedem, instar trianguli priùs execueris, & deinde primum neruos illos, & postea extracto oculo ipsius musculos indagaueris. aliàs enim oculus cum musculis illæso osse esset eruendus, acutiori cultro in oculi circuitu proximè ad os ductis sectionibus, usque ad nerui uisorij è caluariæ amplitudine qua cerebrum continetur egressum. Vtcunque uerò oculum euulseris, conduxerit semper [s] adhærescentem membranam quàm licebit uicinissimè ab osse dirimere, imò etiam eius portionem qua internam palpebrarum efformat sedem, oculo appensam seruare. ut interdum adhuc intactis oculi musculis, cultello acutiori ad [t] iridem usque ab oculo ac si cutem à corpore auferres, auellere, & deinde unde ortum duxit considerare possis. Aliquãdo uerò ipsam nõ nisi ablatis oculi musculis aggredieris, perpendens semper hanc totã anteriorem oculi sedem, præter corneam tunicam seu pellucentem duræ tunicę partem amplecti: illos uerò totam posteriorem, præter portiunculam ab ingrediente [u] uisorio neruo occupatam. Cæterùm oculo & musculis & adhærescente membrana [x] libero, uisorium contemplaberis neruum, primùm [y] uenas arterias que secundùm ipsum ex cerebro in duram usque tunicam exporrectas: deinde portionem uisorij nerui longa sectione diuides, & cultelli mucrone duræ cerebri membranæ, & tenuis membranæ portiones neruum inuestientes, & postmodum nerui substantiam [z] inquires, ut uelut trium præcipuarum oculi tunicarum initia ostendas, & dein de uisorium neruum ab oculo [a] diuidas, ut nihil præter duram, ceu exactissima quæpiam sphæra, appareat. Sphæram hanc summis digitis sinistræ manus ita apprehendes, ut pollex quidem pupillam, reliqui autem eam sedem in quam uisorius neruus implantatur comprehendant, dein dextra manu acutiorí nouacula sectionem quàm poteris longissimã in dura oculi tunica transuersim duces, ut citra compressionem omnes oculi humores excidere possint. Hí enim hac ducta sectione, oculoque in dextram manum assumpto, in manus sinistræ uolam ita sunt demittendi, ut crystallinus uitreo elatiorem locum habeat: negocium enim confuderis, si uitreus super crystallinum reuoluatur. Atque id ne fiat uitabis, si quum in uolam ex oculo humores prolabi finis, oculum non admodum à uola eleuatum tenueris, & posterior oculi pars, qua uisorius neruus inseritur, uolam magis respexerit. Susceptis ad hunc modum humoribus, & reposita illa oculi parte ex qua humores prolapsi sunt, manũ leuiter modicè ue inuertes, ut aqueus è uola sinistræ manus profluat, solusq; uitreus cum crystallino [b] reseruetur. Mox considerabis [c] tunicam palpebrarum pilis quàm simillimam, quæ orbiculatim crystallino humori connata, anteriorem uitrei humoris sedem inuestit, integitq;. Tuniculam hanc cultelli mucrone à crystallino humore primùm diuelles, & deinde à uitreo subleuatam, supra chartam extendes. Crystallinum humorem digitis ex uitreo quàm minimè compressum eximes: & uitreo in suum locum in charta repositò, illæsum crystallinum humorem scripturæ alicui primùm impones, & deinde cultelli mucrone ipsius lateri modicè indito, scripturæ nunc altiùs, nunc demissiùs accommodabis, quî omnia specilli instar longè quàm sint maiora reddat, consideraturus. Porrò ipsius [d] tunicã, quam tenuissimæ in cepis pelliculæ modo tenuem ac pellucidam, sed duriorem esse diximus, ex ipsius primùm lateribus cultelli mucrone dirimere conuenit, & deinde unguibus ab humore auulsam, in suum in charta locum reponere. Vt uerò crystallini humoris discas duritiem, poteris illum inter digitos premendo confringere, & postmodum chartæ adhibere. Cæterùm ut tres adhuc reliquas contempleris tunicas, oculi partem ex qua humores decidérunt, super sinistrum pollicem euertes: & ilico [e] quæ ex uisorij nerui substantia dissoluitur, tuni case sese offerret, aut extensa adhuc, aut ut plurimùm solet, instar muci collecta. quapropter stylo rursus uenit extendenda, & quantam habeat amplitudinem, cuius que coloris & substantiæ sit inquirendum. Deinde rursus erit colligenda, ac denique à suo [f] principio ubi duntaxat firmatur absecta, in chartam reponenda. Iam interna uueæ tunicæ [g] sedes undiquaque est conspicua, in qua primùm ipsius intueberis colores, deinde hamulo à dura ipsam diuellens, [h] uenarum ex dura in illam transitum, & nigricantem ipsius colorem perpendes. quum uerò ad [i] iridem diuellendo pertigeris, ipsius hîc contemplaberis ad corneam firmissimum connexum, & [k] pupillam: cuiusq; caloris uuea sit, quà à cornea [l] abscedit, atq; è corneæ regione consistit. Diuulsam hoc modo uueã, & à suo exortu ubi firmissimè corneæ duræ ue committitur, dissectam, in chartam

*Oculi administratio.*

[o] fig. ca. 10 li. 2. [p] figuræ ca. 11 li. 2. [q] 2 fi. cap. 2 li. 4 K. reliq. fig. L. [r] Vt figura 12 ca. 14. [c] 12 fig. ca. 14 b, b ad i. aut tot. a 11 figura. [d] 10 fig. ca. 14 d & to. 9 fig. [e] 15 fig. ca. 14. [f] 14 fig. ca. 14 l. [g] tota ferè 14 fig. cap. 14. [h] 15 fi. cap. 14 p. p. & 16 fig. u, u. [i] 15 fig. ca. 14 q. q. & 18 fi. f. [k] 15 fi. cap. 14 r. [l] 15 fig. ca. 14 4 q ad q.

reponeſ,& ſolam iam durã cum pellucida ipſius inſtar cornu partem quam carneã uocamus, contemplaberis,ipſius examinans craſſitiem,& eam partem pellucidam. Poſtquam & hanc in ſuum ordinẽ in charta locaueris,memoriæ omnia cõmendaturus,uelut ab oculi centro ad extimam uſq; ſuperficiem,& hinc rurſus ad centrum ſingula enumerabis, & poſtea niſi moleſtum fuerit,ſiniſtrum aggredieris,à quo [l] adhærentem membranã,& [m] muſculos,ut in dextro adminiſtrabis.

*Alia oculi administratio.*

uerùm in duram quæ uueam ſimul penetret ſectionem,nullam duces,ſed quam minimè compreſſo oculo nouaculæ mucrone ſenſim [n] ſectionẽ in dura molieris,nõ quæ primo iniectu eam diuidat,ſed quæ ſæpius iterata,ad uueam uſq; pertingat. ſectioni deinceps tenuem,ſed retuſum ſtylum inſeres,ac ſenſim uueam à dura dirimes,ut iam commodè forpicula duræ tunicæ ſectionem, quæ orbiculatim oculum ambiat, illæſa interim uuea perficere queas,ut uenarũ ex dura in uueam tranſitum, & uuea poſtmodum diſſecta, humorum ſitum paulo meliùs contempleris.

*Auditus organi examen.*

Abſoluta oculi Anatome,auditus [o] organum,ſi oſſa reſeruanda minus duxeris,erit aggrediendum. & primùm auris Natura euadit conſpicua,ſi à cartilaginea qua conformatur ſubſtãtia,cutis utrinq; ſeparetur. At auditorij nerui proceſſus difficilius adinuenit,ſerra tamen maxima oſſis portione, quæ ſupra meatum habetur, & deinde cultro fortiori reliquo oſſe ad meatum uſq; execto,membrana in quam neruus degenerat, & huius organi oſſicula euadunt conſpicua. Si enim ſerra meatum tetigeris,omnia uiciabis,& cultro etiam ſubinde nihil promouebis,quòd in anguſto & anfractuoſo meatu,mollis tenuisq; neruus facile cum oſſibus diuellatur,contundaturq;. Omnia tamen mihi percommodè ſuccedunt, ſi ſerra totum oſſis partem, quæ auditus organũ continet,à reliqua caluaria libero, & deinde tranſuerſim ualidiori cultro os uniuerſum impetu diſſeco. Cõuenit autem ita ſectionẽ moliri,ut ea oſſis ſedes quæ neruum à cerebro procedentem primum excipit, ab illo ſeparetur, cui auris connaſcitur. Rurſus ſi oſſa haud reſeruanda putas, ſuaſerim ut frontis os quà ſupercilia ſpectat, paſſim effingeres, [p] ſinum illum quem continet accuratè examinaturus. idem quoq; in oſſe cuneum imitante moliendum eſt,ut ipſius quoque [q] antra crebro apparentia,& quæ illis cõtinetur materia in conſpicuo ſint,neq; quicq̃ ſeptimo hoc libro deſcriptũ lateat.

*Musculorũ in proposito hactenus corpore non dissectorũ examẽ.*

Cæterũ nunc aliquot muſculorũ adminiſtratio adhuc ſupereſt,quibus uidendis alterũ latus ſuffecerit. Aggredieris itaq; muſculos cubitum mouentes,& qui radium,& brachiale,& digitos mouent: mox tibiam mouentes,& qui femoris motuum autores cenſentur: deinde pedis & digitorũ motuũ opifices ita ſimul cum ligamentis reſecabis,quemadmodũ in ſecũdo libro iam multo antè commemoraui. Prorſus enim abs re ducerem,ſi eos muſculos, adminiſtrandiq; rationem uel obiter etiam hîc pertractarem.

*Venarum, arteriarũ et neruorum per manus seriei examen.*

Quod uerò ad manus & cruris uenas,arteriasq; & neruos attinet,quum horum adminiſtratio nondum expreſſa ſit,aliquid dicam. reliquarum enim partium uaſa,neruosq; iam pridem retulimus. Primùm itaq; à ſummo humero ad pollicis uſque unguem in cute ſectionẽ adeò leuiter duces,ut carnoſam membranã non uulneres: deinde ſectionis labris inuicem diremptis, omni ſtudio laborisq; patientia cutem à carnea membrana ita auferes, ut adipem omnẽ membranæ adhærere ſinas. ſtudioſeq; expendas,ne uenam quampiã,aut neruulum cuti connexũ ſinas. & ſi fortè aliquem ramum cuti exporrectum negligentia diuiſeris,atque cum cute aliquouſq; à carnea membrana ſeiunxeris, illum à cute ſedulò reſeca,& carneæ membranæ ita atq; prorepebat, obtendito,ac dein cutem quemadmodum cœpiſti adimito,nullibi cutis aliquid,neque in brachio,neq; in cubito, neq; in manu extrema relinquens. Iam [r] uenulas & [s] neruulos obſeruabis, duræ membranæ qua brachium attollentẽ integit muſculum oblatos: dein [t] primum neruum brachij,qui carnoſæ membranæ aliquouſq; in externa brachij ſede exporrigitur,dein [u] ramulũ tertij nerui [x] inter muſculum brachium attollentem, & eum qui brachium pectori adducit,in carneam membranam hîc in anteriori brachij ſede diſſeminatũ. In poſteriori autẽ brachij ſede & inferiori regione externi lateris brachij [y] neruorum ſurculos expendes, carneæ membranæ à quarto neruo brachium ingrediente deriuatos, ſimul cum [z] ramo quem externæ cubiti ſedi obliquè offert. Mox * ſexti brachiũ petentis nerui ſeriem uniuerſam expendes. ea enim tota carneæ membranę duntaxat exporrigitur. Iam humerariæ ſecundùm internum latus muſculi brachium attollentis [a] egreſſum ſpectabis,& ramulos quos hinc inde donec cubiti attingat articulum diſpenſat. Ad cubiti autem articulum [b] ramum obſeruabis obliquè deorſum ad cõmunis uenæ conſtitutionẽ,ab humeraria diffuſum: dein [c] eum qui ſecundùm radium in poſteriora cubiti ad paruum uſq; fertur digitum, axillaris uenæ ramum ſibi aſſciſcens. [d] Ramum uerò quem humeraria rarius ad articuli cubiti profundiora mittit, ſi modò adfuerit, etiam citra ſectionem expendes,axillaris uenæ [e] portioni animum accõmodans, quæ ſub media longitudine brachij carneam membranam ſubit. Hanc enim [f] ramum ad communis uenæ cõſtitutionem promere cernes: dein [g] alios ipſius ramos ſecundùm ulnam,ſeu inferiorem cubiti regionem ad brachiale

ferri

l 18,19 fi. ca. 14 ε. — m 18 fig. ca. 14 ſi. — n Vti tentatũ eſt in 16 fig. cap. 14. — o Exprimitur fig. ca. 8 lib. 1. — p 3,4 fi. ca. 12 lib. 1. K. — q 8 fi. cap. 6 li. 1 C,D,G, — r fi. ca. 6 li. 3 d. — s 2 fig. ca. 11 lib. 4 g,h. — t eiuſ. fi. π. — u eiuſ. fi. ν. — x 3 muſ. ta. inter P et Δ. — y 3 fi. ca. 11 lib. 4 Ω. & char. 32. deriuati à ν. — z eiuſd. fig. char. 33. — * 2 fi. ca. 11 li. 4 τ. — a fi. ca. 6 li. 3 inferius a, dein e,c. — b eiuſ. fig. b ad α. — c eiuſd. fig. i uerſus l, ubi ſuſcipit x, x. — d eiuſ. fi. g. — e eiuſd. fi. r. — f eiuſd. fig. t ad α. — g eiuſ. fi. u, x,y,z.



ferri ſpectabis,& etiam animaduertes huius portionis ſuboles per interiorem cubiti ſedem uariè admodumq; implicitè ad brachiale uſque & manus uolam excurrentes. Præterea [h] communis uenæ ſeriem uniuerſam quoque intueberis,ad ſecundi brachium petentis nerui [i] propagines animum dirigens,quæ ab illo producuntur, ſimulatque in cubiti articulo carneam membranam ex alto adit. ad hæc [k] ramum quarti nerui etiam ſpectabis,qui externę cubiti ſedi ad brachiale uſque ſpargitur. Neruos autem digitos implicantes,aliquo pacto etiam modò cernis. uerùm magis conduxerit,eos tum primùm expendere,quum radices ipſorum ad digitos uſque perduxeris. Poſtquam itaque hæc omnia,non reſecta adhuc carnea membrana diligenter non ſine magno uſu ſpectaueris, carneã membranã unà cum ipſi annexis uenis & neruis à ſuccumbentibus muſculis auferes: ac mox [l] muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducitur, ad ipſius uſque inſertionem ab illis quibus adnaſcitur partibus liberabis. idem & in [m] illo molieris,qui brachium attollit,& qui ſcapulam mouentium primus & ſecundus habentur, dein clauiculam à ſummo humero [q] reſecabis,& [r] muſculum auferes à pectoris oſſe & clauicula mamillari capitis proceſſui inſertum,& [s] eum qui à ſcapula oſſi υ imitanti implantatur,& [t] eum quoq; qui à prima pronatus coſta,tranſuerſis proceſſibus ceruicis uertebrarum inſeritur. Cæterùm quum hos adimis muſculos,parum curandum eſt, num illos auferas illæſos, parumq́ue uulneratos. hîc enim non muſculorum, ſed uaſorum natura uenit diſcenda: & perpetuò cauendum eſt,ne uas, non autem muſculus uitietur. Si itaque ad hunc modum accuratè hos muſculos ademeris,in ceruicis uertebrarum latere neruorum [u] radices ſeriesq; eleganter occurrent, qui ab illis proſiliunt uertebris: atque ita etiam plexum neruorum in brachium excurrentium obſeruabis,à quo ſeriatim cuiuſque nerui digeſtionem perſequeris. Ac [x] primus occurrit, qui muſculo brachium attollenti præcipuè offertur: deinde [y] ſecundus, & [z] tertius. quorum ſeriem commodiùs ſpectabis,ſi capita [a] muſculi cubitum flectentium anterioris illinc unde prodeunt liberaueris,atque à ſubdito illi [b] muſculo ad inſertionem uſque ipſius detraxeris. Mox enim ita præter ſecundi & tertij nerui ad brachium ingreſſum, etiam [c] quarti & quinti & ſexti nerui, & dein [d] arteriæ & [e] axillaris, & [f] humerariæ uenarum ingreſſum adinuenies, ſenſimq; ſingulorum ſeriem ſequeris,quæ in ſecundo neruo obſeruatu eſt prompta,& tertij quoque nerui ſeries ad cubiti uſque articulum in propatulo eſt, uti etiam & quinti nerui & ſexti. Quartus autem neruus,quà ſecundùm brachij os uerſus externum illius tuberculum retorquetur, non occurrit, niſi obliquè ſecundùm nerui ductum [g] muſculos cubiti extenſionis autores diſſecueris,neruiq; progreſſum ita uitiatis muſculis perſequutus fueris. Vbi autẽ hunc ad externũ cubiti articuli latus uſque deduxeris, [h] ramosq; quos hactenus in progreſſu edidit examinaueris, [i] muſculis ab externo humeri tuberculo principium ducentibus, à ſua origine liberatis,ramos quarti nerui expendes, qui illis muſculis offeruntur, & eam ſequeris [k] propaginem quæ tandem externæ pollicis regioni,ut & indicis quoque & medij ſurculos exhibet. hanc enim leui negocio reperies,ſi [l] muſculo attenderis bifido tendine brachiale extendenti. Iam quarti nerui [m] propago ſimiliter inquirenda eſt,quæ ulnæ exporrecta,ad brachiale uſque excurrit, & [n] muſculis ab externa ulnæ ſede initium ducentibus ſurculos depromit. Vt uerò reliquum [o] tertij quintiq; nerui,& dein [p] reconditæ axillaris uenæ portionis, & [q] manus arteriæ in cubito extremaq; manu progreſſum uideas, [r] muſculorum ab interno humeri tuberculo originem ſumentium capita ueniunt liberanda: ita enim in anteriori cubiti articuli ſede uenæ & arteriæ, & tertij nerui in cubitum ingreſſus occurret: & [s] eleuato ſecundos quatuor digitorum articulos flectente muſculo, ipſorum ad brachiale uſque progreſſum etiam obſeruabis, unà cum quinti nerui (qui ſecundùm poſteriora interioris humeri tuberculi in cubitum fertur) portione ulnæ exporrecta, atq; ſub medio longitudinis ulnæ [t] ramum diducente. qui in cubiti exteriora reflexus, externæ ſedi parui digiti & anularis & medij ſurculos offert: quem leui negocio, quum in ſuperficie propemodum ducatur,adinuenies. reliquum uerò quinti nerui & tertij progreſſum reperies,ſi [u] tranſuerſum in interna brachialis ſede repoſitum ligamentum diuiſeris, ac dein exiguo cultello uenæ,arteriæ, & eorum neruorum ſeriem ad extremos uſque digitos perduxeris.

*Venarum, arteriarũ et neruorum cruris examen.*

Cæterùm priuſquam cruris neruos & uaſa inquires,etiam diligenter obſeruabis neruorum ex lateribus thoracis uertebrarum proſilientium [x] diſtributionem. quam tunc demum opportunè inuenies,quum ſedulò illorum diſtributione perlecta, muſculorum diſſectionem perſpectiſſimam habes,qua hîc non minus indiges,quàm ante muſculorum adminiſtrationem abſolutiſſima oſſium cognitione. Quum itaque ad lumborum uertebras uſque deuentum erit, ab inguine ad pedis uſque pollicem ſimiliter atq; in manu,ſectionem duces: cutem ad carneam uſque membranam diuidens: ut dein uniuerſam cruris & pedis cutem illæſa carnea membrana,& uenis,& arterijs,& neruis,inter hanc & cutem excurrentibus ad carneam membranam relictis, commo

dè

h eiuſ. fi. α. β,γ,δ,q. — i 2 fi. cap. 11 lib. 4 Δ,Θ, Λ,Ξ,Π,Σ, — k eiuſd. fig. cha. 49. — l 3 muſcul. tab. Δ. — m 4 muſc. tab. Ξ. — o 5 tab. Γ. — p 9 ta. Γ,Δ. — q Vt in 5 muſcu. tab. — r 4 tabu. Θ. — s 5 ta. R, S. — t 9 tab. C. — u Vt in 2 fi. cap. 11 li. 4 et ultima figu. lib. 4. — x 2 fi. ca. 11 lib. 4 f. — y eiuſ. fi. ε. & ult. fi. li. 4 S. — z eiuſ. fi. 7. et ult. fi. T. — a 6 tabu. Θ. — b 7 tab. P. — c 2 fi. ca. 11 lib. 4 Φ, dein *, dein ϑ. — d fig. ca. 12 lib. 3 N. — e fi. ca. 6 li. 3 m. — f eiuſ. fig. a. — g 9 muſcul. tab. S,T. — h 3 fi. ca. 11 li. 4 Ψ,Ω, et cha. 32. — i 9 tabu. Z, Θ,Λ. — k 3 fi. cap. 11 li. 4 cha. 35. — l 11 tabu. Λ. — m 3 fi. ca. 11 lib. 4 cha. 37. diffundens char. 38,39,41. — n 10 muſcu. tab. Λ,Ξ,Π. — o 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 43. — p fi. ca. 6 li. 3 q,q. — q fi. ca. 12 li. 3 N. — r 1 muſc. ta. V,X,Y,Z. — s 5 muſcul. tab. Θ. — t 2 fi. cap. 11 lib. 4 char. 46. — u 4 muſcul. tab. 6. — x conſpicitur 2 et 3 fi. ca. 11, li. 4.

de(licet laborioſe)auferas,ac mox [y] quatuor neruorum crus petentium radices exortusq; inuenias,quos reperies neruos è lumborum uertebris & ſacro oſſe proſilientes,ſecundùm ipſorum ſeriem ſubſequendo. Deductis autem ad crus quatuor neruis, primi nerui [z] ſobolem obſeruabis,carneæ membranæ in externa femoris ſede exporrectam, dein ſecundi nerui [a] ſobolem in anteriori femoris ſede ad carneam membranam diffuſum. atque hic [b] uenam obſeruabis per femoris & tibiæ interiora ad pedis uſque ſummũ ſimul cũ illius rami ſobole exporrectam. Tertij nerui [c] ſobolem carneæ membranæ oblatam inuenies, ſi inguini animum adhibueris. Vt autem quarti nerui [d] ramum in carneam membranam diffuſum inuenias; [e] primum femur mouentium muſculum ab ilium oſſe & ſacro coccygeq; ad inſertionem uſque liberabis, moxq; quarti nerui truncum eumq; ramum ſpectabis. Quo inuento,etiam [f] ramum quarti nerui in carneam membranam iuxta poplitem, femorisq; humiliora diffuſum abſque ſectione inquires, & dein quarti nerui ramos tibiæ cuti multifariam ſimul cum uenis depromptos in carnea membrana perueſtigabis. & mox ad inguina reuerſus, primi nerui ſeriem in muſculis occultatam cultello per muſculos quæres, quod & in ſecundo & tertio facies: quanquam cum tertio etiam arteriæ & uenæ [g] propagines inueniendæ ſint, quæ per pubis oſſis foramen in femur delabuntur. Venam autem & arteriam inſigniores femur petentes diſſectis uitiatisq; muſculis ſenſim adinuenies, & ipſarum obſeruatis ramis, progreſſum eorundẽ ſequeris, quà ſecundùm femoris os retorquentur, ac poplitem unà cum quarto neruo adeunt. Atque ubi tria hæc, uenam ſcilicet arteriam & neruum repereris, quî in poplite diuidantur perueſtigabis, & muſculis ligamentisq; uariè diſſectis, uniuerſam ipſorum ſeriem diſces. quod ſanè feceris facilè, quanquam laborioſe, ſi modò horum diſtributione ſedulò prælecta, & meæ de humani corporis fabrica Epitomes tabulis ob oculos poſitis, exactam oſſium muſculorumq; cognitionem habueris. Eſt enim in hominis partibus accuratè diſcendis diligens ordinis habenda ratio.

y 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 57, 60, 66, 71.
z eiuſd. fig. cha. 58.
a eiuſd. fig. cha. 61.
b fi. ca. 6 li. 30.
c 2 fi. ca. 11 lib. 4 cha. 68.
d eiuſd. fig. cha. 72.
e 9 muſcu. tab. II.
f 2 fi. ca. 11 lib. 4 char. 74. atque ita totã reliquã quarti nerui ſeriem inde pete.
g ulti. figu. lib. 3 i.

## *DE VIVORVM SECTIONE NONNVLla. Caput XIX.*

*Quid mortuorum ſectione, & quid uiuorum diſcatur.*

VTI ſanè mortuorum ſectio cuiuſque partis numerum, ſitum, figuram, ſubſtantiæ proprietatem, compoſitionem accuratiſſimè docet: ita quoque uiui animantis ſectio interim functionem ipſam manifeſtò oſtendit, interim ad huius inuentionem ratiocinationes percommodè exhibet. quare etiam meritò in mortuis animantibus primùm ſtudioſi ueniunt exercitandi, ut poſtmodum actionem uſumq; partium inquiſituri, promptè uiuum animal aggrediantur. Cæterùm quum corporis permultæ ſint particulæ, differentibus actionibus uſibusq; dicatę, multiplices quoque uiuorum ſectiones eſſe, neminem ambigere decet.

*Oſſiũ ac cartilaginũ uſus in uiuo animãte quî uidẽdus.*

In oſſibus enim, ut ſeriatim ſingula pertractemus, à uiuorum Anatome petimus, num corporis hæc optimum fulcrum ac firmamentum ſint, num'que omnia his adnaſcantur adſtabilianturq;. quum enim uiui animantis os aliquod ruptũ cernimus, uniuerſum membrum fracturæ ſubiectũ collabi, neq; amplius firmari intuemur: quod quia crebrius caſu obuenit, in oſſium uſu indagando uiuorum ſectionem non magnopere requirimus. Cartilagines quoque ſimili ratione quædam firmare, quum franguntur, diſcimus: in articuli uerò alicuius diſſectione, uidemus quid cartilago præſtet, etiam ſi hanc in uiuo animante non obeamus.

*Ligamentorum uſus.*

atq; ita etiam ligamenti oſſa colligantis uſus in mortuis quoque uiſitur, ut & ligamentorum etiam tranſuerſim tendinibus obductorum. dum enim [a] tranſuerſum in brachialis interna ſede poſitum ligamentum diuidimus, [b] muſculumq; digitorum ſecundos aut tertios articulos flectentem ad ſuum principium trahimus, id uidemus in hoc potiſſimùm factum, ut tendines, quo minus è ſua ſede exurgant, contineat. quanquam id in cane uiuo etiam licebit cernere, ſi obiter cutem à cubito & manu, ut ita dicam, extrema liberaueris, & cultello tranſuerſum in brachiale ligamentum, & [c] alia quæ in externa ulnæ radij ſede ad brachiale habentur, diuiſeris. mox enim quum canis ſuo impetu digitos flectet, & extendet, tendines è ſuis finibus ſubleuari cernes.

*Muſculorũ uſus et functio quî ſpectẽtur.*

Atque in hac eadem adminiſtratione muſculorum actionem ſpeculabere, quum illos in ſe, ubi maximè ſunt carnei, colligi craſſeſcereq;, & rurſus produci graciles'que fieri uidebis, prout collecti partem attrahunt, aut remiſſi eductiq; eam ab alio muſculo in contrarium uelli ſinũt, aut etiam alioquin ſuam collectionem non exercent.

*Nerui in muſculis uſus.*

Neque id hîc in cubito duntaxat eſt obſeruandum, uerùm altiùs ab eodem cane cutis eſt adimenda, ut brachium uniuerſum axillaq; denudetur, & nerui per axillam in id prorepentes appareant, atque ex illis aliquem laqueo intercipias, cuius ſeriem in muſculos quoſdã pertinere cognoueris. Verùm quũ canis neruorũ & hominis nume

a 4 muſcu. tab. β.
b 4 muſc. tab. β. 5 tabu. θ.
c 2 muſ. ta. characteres 1, 2, 3, 4, 5, 6.

rus



rus diſtributioq; non admodum conueniat, ſuaſerim ut quũm hanc ſectionem in uiuo cane obiturus es, mortuum quoq; ad manum habeas, in quo neruorum per brachium & cubitum excurrentium ſeriem didiceris, atque ita neruum aliquem inueneris, qui in muſculos quoſdam digeritur: uti ferè illi erunt, quorum alter in homine [d] tertius eſt, ac ſecundùm anteriorem cubiti articuli ſedem in cubitum fertur: alter uerò [e] quintus, ſecundùm poſteriorem humeri tuberculi regionem in cubitum properans. Huiuſmodi enim nerui in cane etiam obſeruantur, & illis alicubi priuſquam ad cubiti articulum pertingant ligatis, motus aboletur muſculorum digitos & brachiale flectentium. unde ſi & illum neruum etiam uinculo interceperis, qui in homine mihi [f] quartus numeratur, atque ſecundùm humerum ad externum ipſius tuberculum porrigitur, etiam motus abolebitur muſculorum brachiale & digitos extendientiũ. Conduxerit autem huiuſmodi neruos laqueis intercipere, quo illis modò in hoc modò in illo neruo ſolutis muſculorum motum reſtitui obſerues. Iam muſculo alicui muris forma donato (quales hîc in cubito occurrunt plurimi) longam ſectionem induces, quæ uentrem totum penetret, ut muſculi illius motum, huius ſectionis gratia non perdi expendas. Dum autem tranſuerſam ſectionem uentri induces, tantum muſculi motũ aboleri uidebis, quanta erit ſectionis profunditas. Atq; quum uentrem prorſus diuides, muſculum ad inſertionem ipſius una parte, alia uerò ad exortum colligi obſeruabis. ſi uerò alterius muſculi tendinem præſcindes, muſculũ uerſus exortum cõuelli cernes. Item ſi caput diuiſeris, is ad inſertionem cõtrahetur. Si uerò inſertionem & caput abtruncaueris, muſculus ad ipſius uentrem ſedemq; qua maximè carneus eſt conglobabitur. itaq; muſculorũ functio tibi hæc molienti erit obuia. Si autem priuatim nerui alicuius, aut muſculi functionem inquirendam duxeris, eum neruum & muſculum, ut iam in brachio & cubito faciendum præcepi, aggredieris. Neque eſt quod hîc prolixè cõmemorem, qualiter in his adminiſtrationibus canes aut eius generis animalia ligare conueniat, quum quiſque pro ſua induſtria, ſi modò in mortuorum ſectione adamuſſim uerſatus fuerit, hęc omnia rectiſſimè obiturus ſit, & citra mortuorũ ſectionis peritiam in uiuorũ Anatome omnia in caſſum tententur. Adeò ut de neruorũ muſculorumq; ſectione mihi nihil dicendum ſuperſit, quanquam & de neruis recurrentibus paulo pòſt quædam ſubijciam.

d 2, 3 fig. ca. 11 li. 4 τ. & eius lib. ult. figuræ T.
e 2, 3 fi. ca. 11 li. 4 *. et ult. fig. m.
f 2, 3 fig. ca. 11 li. 4 φ, et ult. fig. e.

*Neruorũ uſus examen.*

Vt autem uideas num [g] nerui ſubſtantia, aut membranæ illam induentes animalem uim præcipuè porrigãt, opportunè feceris, ſi cutem femoris tibiæ & pedis auferas, ac [h] primo femur mouentium muſculo à ſuis exortibus liberato, [i] quartum femur petentem neruum inquiras: & huius membranis à nerui ſubſtantia detractis, expendas quî pedis digiti ipſeq; pes adhuc moueãtur, ipſeq; neruus concreditum ſibi munus adhuc exerceat.

*Dorſalis medullæ.*

Verùm ſi quis medullæ dorſalis munus rimari ſtatuiſſet, ac uidere cuperet, quî ea læſa, partes læſioni ſubditæ ſenſum motumq; perdant: huic licebit canẽ ita aſſeri cuipiam aut trunco alligare, ut dorſum ceruicemq; porrigat, quo dein grandiori cultro uertebrarum aliquot ſpinæ præſcindi queant, tandemq; dorſalis medulla ea ſede nudari poſſit, qua illam quis ſecandam arbitrabitur. nihil enim facilius eſt, quàm tunc uidere motũ ſenſumq; ſubditarum ſectioni partiũ aboleri.

*Venarum.*

Cæterùm in uenarum uſu inquirendo, uix quoq; uiuorum ſectione opus eſt: quum in mortuorũ Anatome affatim diſcamus, eas ſanguinẽ per uniuerſum corpus deferre, & partẽ aliquam non nutriri in qua inſignis uena in uulneribus præſcinditur.

*Arteriarum.*

Item in arterijs uiuorum ſectionem uix requirimus, quanquam licebit alicui [k] arteriam in inguina procedentem nudare, uinculoq; intercipere, ac intueri partem arteriæ uinculo ſubtenſam, non amplius pulſare. Atque ita leui negotio obſeruatur in arterijs ſanguinem natura contineri, ſi quando arteriam in uiuis aperimus. Vt autẽ certiores fiamus, pulſandi uim nõ arteriæ ineſſe, aut contentam in arterijs materiam pulſuum opificem exiſtere, uerùm à corde eam uirtutem pendere, præterquàm quòd arteriam uinculo interceptam nõ amplius ſub uinculo pulſare cernimus, licebit inguinis femoris'ue arteriæ longam ſectionem inducere, & canaliculum ex arundine tam craſſum aſſumere, quanta arteriæ eſt capacitas: & illum ita ſectioni indere, ut ſuperior canalis pars altius in arteriæ cauitatem pertingat, quàm ſectionis ſuperior ſedes: & ita inferior quoq; canalis pars, deorſum magis ipſa inferiori ſectionis parte protrudatur, ac dein uinculum arteriæ circundetur, quod ipſius corpus ſuper canalem ſtringat. Quum enim id fit, ſanguis quidem & ſpiritus per arteriam ad pedem uſq; excurrit, uerùm tota arteriæ pars canali ſubdita non amplius pulſat. Soluto autem uinculo arteriæ pars canali ſubdita, non minus quàm ſuperior pulſum oſtendit. Quanta uerò uis à corde per arterias cerebro deducatur, poſtea uidebimus: nunc Galeni uiuam in hac demonſtratione confectionem ſummopere mirantes, qua omnia præſcindi ſuadet quæ cerebro & cordi ſunt cõmunia, ſemper omittens [l] arterias, quæ per tranſuerſos uertebrarũ ceruicis proceſſus caput petunt, & etiam nõ mediocrem portionem uitalis ſpiritus in [m] primos duræ membranæ ſinus, atq; ita etiam in cerebrum deferunt, adeò ut nõ mi

g Intimam nerui ſubſtãtiã, & duas illi obductas mẽbranas oſtẽdit 17 fi. ca. 14 huius libri α, β, γ.
h Vt in 10 muſ. ta. liberatũ eſt κ, et uidetur ſ.
i 2, 3 fig. ca. 11 li. 4 cha. 71 & ult. figura 1, 1.
k fi. cap. 12 li. 3 φ.
l fig. cap. 12 li. 3 F.
m 7 fi. P, P & Q, Q. 9 fi. S, S & T, T.

rum

rum sit, cerebrum diutius in illa administratione suo munere fungi, quàm commodè Galenus fieri arbitrabat. respirat enim in hac sectione diutissimè animal, & aliàs mouetur. si uerò currit, itaq; multo spiritu indiget, non multo pòst concidit: quanquam adhuc postea cerebrum animalis spiritus substantiam recipiat, ab illis arterijs quas per transuersos ceruicis uertebrarum processus caluariam petere recensui. Cæterum hoc loco ubi de uiuorum sectione obiter tantum pertractandum duxi, haud proposui Galeni aut rectè, aut minus rectè celebratas uiuorũ sectiones recensere: quum hîc abundè fecero, si perfunctoriè aliquot sectiones recensem singulis libris dicatas. Atque quum iam ad quintum usque sit deuentum, modò de nutritionis organis sermonem instituemus, quorum munus ferè in mortuorum sectione etiam discimus. Vi demus enim peritonæũ omnium ipso complexorum organorum esse inuolucrum, omentum ut & mesenterium uasorum deductioni & distributioni optimè subseruire, uentriculum cibos & potum conficere, hosq; per stomachum huc deferri. Quanquam & uiuos canes, qui modò paulo aut multo antè cibum sumpserunt uiuos aggredi, atque ita etiam intestinorum munus rimari, nihil prohibeat. Iecoris autem officiũ, ut etiam lienis, aut renum, aut uesicæ, in uiuorum sectione uix melius quàm in mortuorum intueri possumus. nisi quis uiuo cani lienem execare uoluerit, uti & ego aliquãdo feci, diebusq; aliquot canem asseruaui. Atque ita etiam renem aliquando execui: uerùm uulneris curatio molestior est, quàm quæ hinc sumitur cognitio iucunda. nisi quis nõ tam organorũ cognitionis ratione has sectiones aggrederetur, quàm ut manum exerceat, ac abdominis uulnera aptè suere discat: quod & in intestinis studiosè experiendum est, quo quis uulnerata cõsuere, atque in abdomen quum exciderint, imponere assuescat. Verùm hæc perinde ac ossium luxationes, & fracturæ quas in brutis, ut & medicaminũ quorundam uires aliquãdo tentamus, exercendis potiùs manibus, & rectæ curationi instituendæ, quàm organorum officijs indagandis conducunt. Porrò uiuas sectiones instrumentorum generationi subseruientium indies ferè in ramicum curationibus, & in animalibus quæ castrantur obseruamus. atque illæ propemodum uasis seminarijs & testibus spectandis sufficiunt: nisi quis illam quoq; addere uelit, qua testis substantiam ex tunica ipsi proximè obducta eximimus, aut etiam à seminarijs uasis testis substantiam unà cum illa tunica rescindimus. Verùm in fœtuum uiua administratione iucundum est spectare, qualiter simulatq; fœtus aërem ambientem contingit, respirare nititur. Atque hæc sectio opportunè in cane aut sue obitur, quum nõ multo pòst ſus est paritura. Si enim ipsius abdomen ad peritonæi usque cauitatem diuiseris, atque dein uterum quoque in unius fœtus sede aperueris, ac[n] secundina ab utero liberata fœtũ mensæ imposueris, cernes per pellucidas membranease; ipsius tunicas, qualiter frustra respirare conatur, & ueluti suffocatus moritur. si uerò ipsius inuolucra pertuderis, fœtusq; caput illis liberaueris, mox illum ueluti reuiuiscere, & eleganter respirare cernes. Atque quũ id in uno fœtu ingaueris, alium aggredieris: quem ab utero nõ liberabis, uerùm apertum uterum ita inflectes: & inferiùs illic aperies, ubi fœtus secundinum desinere, aut secundinæ inferiorẽ partem haberi arbitraberis, quo scilicet ea uteri pars integra seruetur, quæ secundinæ obnascitur, per reliquam uerò sedem fœtus detectus sit. ita enim spectabis arteriarũ uteri, & dein secundinæ pulsum: & fœtu adhuc in suis membranis ueluti sursum protruso, cernes umbilicum petentiũ arteriarum motum, & fœtum nondum respirare, neque etiam ad respirationem conari. mox uerò atque membranas pertundes, fœtus respirabit, & umbilici arteriarum pulsus intercidet, pulsantibus interim adhuc uteri arterijs. In cordis & pulmonis functionibus pleraq; expendimus, motum uidelicet pulmonis, & num aspera arteria eorum quæ bibuntur portionem assumat: dein cordis dilatationem & cõstrictionem, num idem rhythmus sit pulsus cordis & arteriarũ, & dein qualiter uenalis arteria distendatur ac cõprimatur, & quî execto corde animal adhuc uiuat. In quibus obseruãdis, magnopere animali indigeremus lato pectoris osse donato, & [o] mẽbranas thoracem interſepientes tam distantes obtinente, ut diuiso secundùm longitudinem pectoris osse, sectionem inter eas membranas ad cor usque ducere possimus, citra thoracis cauitatum (quibus pulmones continentur) pertusionem. Verùm quum nullum eiusmodi animal præter hominem, & non caudatam simiam occurrat, in canibus ac porcis illisq; animalibus quorum nobis datur copia, sectiones ita sunt aggrediendæ, ut prædicta omnia intuearis. Quod itaque pulmo thoracis motum sequatur, hinc patet, quòd sectione in aliquo costarum interuallo ad thoracis usque cauitatem ducta, læsi lateris pulmonis pars concidat, neque amplius cum thorace distendatur, reliqua adhuc pulmonis parte thoracis motum sequente: quæ etiam mox concidet, si & in altero latere sectionẽ in thoracis usque cauitatem molieris. atque ita animal etiam si thoracem aliquandiu moueat, non minùs morietur quàm si suffocatum esset. Verùm in hac administratione obseruandum uenit, ut sectionem quàm proximè ad superiorem alicuius costæ

*Eorũ quæ peritonæo continẽtur functionum examen.*

*Generationis organorum.*

*Fœtuum.*

*n sta. fi. 30 lib. 5 F. et 2 ta. K. et 3 et 4 ta. Q. R.*

*Cordis ipsiq; subministrantium partium usus examen.*

*o 5 fig. li. 6 G, G. et I, I.*



stæ ducas, ne ad inferiorem sectionem dirigens, uasa hàc exporrecta pertundas. tum enim sanguis illinc proflueret, qui aëris per uulnus immissi & emissi gratia, spumosus redditus, pulmonis loco tibi imponeret. Incautè enim secantibus eiusmodi spuma pulmo esse uidetur, ipsiq; pulmonem aliquandiu etiam sua insita ui distendi opinantur. Vt uerò naturalem pulmonis cum thorace sequelam uideas, ex altero latere duarum aut trium mediarum costarum cartilagines dissecabis, & sectionibus per illarum costarũ interualla ductis, singulas costas extrorsum reflectes, ipsasq; franges, quo opportunam cõstituas sedem, per quam lateris illæsi pulmonem uidere queas. quum enim thoracem intercipientes membranæ in canibus admodum pellucidæ sint, perfacile est, per eas pulmonis partem thoracis motum adhuc sequentem intueri, ac illis etiam membranis leuiter pertusis considerare, qualiter & ea pulmonis pars intercidat. Priusquàm tamen eas pertũdas, cõduxerit[p] arterię uenalis propagines in eam pulmonis partẽ, quæ iam cõcidit, manibus apprehẽdere, & aliquousq; ab ipsis substantiã pulmonis liberare, ut discas num illę perinde atque cor moueãtur. Cordis enim motus etiam hîc tibi est conspicuus, præcipuè si cordis[q] inuolucrum diuiseris, atque ab illo cor in eo latere detexeris, ubi hanc administrationem moliris. Conduxerit uerò hanc in sinistro latere tentari, ut scilicet dextra pulmonis pars adhuc moueatur, & etiam uniuersum arteriæ uenalis truncum manu apprehendere queas. In huiusmodi quoque administratione non inutiliter cordis basim apprehendes, & uno uinculo uasa ab ipsa prodeuntia simul & ocyus intercipies, ac dein sub uinculo cor execabis, solutisq; quibus animal colligatum est laqueis, currere sines. Vidimus enim aliquousque etiam ita affectos canes, sed præcipuè feles, cucurrisse. Cæterùm cordis motus, ut & arteriarũ, rectiùs spectabis, [r] si mox atque canem asseri alligaueris, sectionem à iugulo per costarum cartilagines, quà illæ ossibus continuantur, in utroq; latere acuto admodum cultro duces, ac mox ab unius sectionis fine transuersim ad finem alterius sectionis, tertiam sectionem in peritonæi usque amplitudinem molieris, & leuato pectoris osse cum ipsi coarctatis cartilaginibus, & septo transuerso ab ijs liberato, pectoris os ad animalis faciem sursum reflectes, ac mox diuiso cordis inuolucro, una manu cor apprehendes, & alia arteriam magnam dorso exporrectam continebis. Quanquã & hæc omnia melius obibis in ea uiua sectione, quam inter alias utpote uberiorẽ in scholis exhibere cõsueui, atq; hanc ideo simulatq; nõnulla de cerebro subiunxero, perscribam prolixiùs, ut ab alijs leuiori negocio etiã aggredi possit. In cerebri igitur ipsiusq; partium examine, parum omnino in uiua sectione uidendum est, quum hîc uelimus nolimus, uel theologorum nostratium causa, memoriam, rationem, & cogitationem brutis animalibus adimere debeamus, utcunque illis cum homine eadem sit constructio: atque ita Anatomes studiosus, & in mortuorum sectione uersatus, nullaq; hæresi infectus, probè intelligit, quàm malè mihi cõsultum uelim, si quod aliàs longe lubentissimè facerem, de cerebri uiua sectione aliquid instituerem. Quòd tamen ad sensum & motum attinet, uidere est, cerebro ablato utrunq; perire. Atque hîc eadem indagandi est ratio, quam in neruorum administratione præcepimus. Num uerò cerebrũ sentiat, in homine uenit inuestigandũ: qui quũ id scinditur, aut premitur, indicet num dolore afficiatur, num'ue quo cerebrum alteratur, sentiat, uti in capitis uulneribus indies experiri integrum est. Rursus caluariam canis posse frangi, & cerebri uentriculum aut dextrum aut sinistrum aperiri, ac quî animal motum perdat, illumq; denuò occluso uentriculo recipiat, neminem ambigere arbitror. Porrò sectionem quam me descripturum paulo antè pollicebar, in prægnante cane, aut sue aggredieris: quanquam uocis occasione suem accipere magis conueniat. canis enim aliquandiu ligatus, utcunq; illum afficias, subinde neque latrat, neq; ululat: itaq; uocis ablationem aut resolutionem interdum expendere nequis. Primùm igitur animal ut supinum iaceat, anterioremq; colli sedem, & liberum corporis truncum porrigat, asseri ita quàm poteris ualidissimè alligabis, quemadmodum hîc modò interiecta tabella proponit: quanquam id quisq; pro sua industria, rerumq; copia facilè præstabit. haud enim arduum est asserem quempiam sumere, cui foramina insint, ligandis cruribus apta: aut si nulla adsint foramina, promptè asseri duo baculi subijciuntur, illisq; crura aduinciuntur. Inter cætera autem, superioris maxillæ præcipua habenda est ratio, ut illa ualidè asseri firmetur. quòd feceris catenula, aut corda quapiam robustiore ante dentes caninos ligata, ac dein cuipiam asseris anulo, aut foramini, aut ut commodius duxeris commissa, ut scilicet collum exporrectum, caputq; immotum sit, &



*Cerebri functionis examen.*

*Viua sectio, qua Patauij ac Bononiæ Anatomes speculationi colophõ adhiberi solet.*

interim animal libere respiret clametq;. Priusquam uerò animal ita uincitur, spectatoribus in mortuorum Anatome uersatis recensere soleo, quæ nam potissimùm præsenti sectione sint uidenda, ne prolixa in dissectione enarratio operi obsit, illamq; interturbare cogar. Mox itaque longam in collo sectionem acutiori nouacula duco, quæ cutem & subiectos illi musculos ad asperam usque arteriam diuidat, id cauens, ne sectio in latus aberret, uenamq; notatu dignam uulneret. dein manibus arteriam asperam comprehendo, & illam ab incumbentibus musculis digitorum duntaxat opera detegens, ad huius latera soporales arterias, illicq; attensos sexti paris neruorum cerebri neruos perquiro, dein recurrentes neruos lateribus asperæ arteriæ adnatos etiam obseruo, quos interdum laqueis intercipio, interdum præscindo, idq; primum ex altero latere, ut neruo hic intercepto præfecto ue dilucidè obseruetur, quî media uox pereat, totaq; ambobus neruis læsis intercidat, & si laqueos soluo rursus redeat. id enim citò & citra insignem sanguinis fluxum expenditur, ac pulchrè auditur, quàm ualidam efflationem animal citra uocem moliatur, recurrentibus neruis cultello diuisis. Hinc ad abdomen uenio, & acuta ualidaq; nouacula sub spuriarum costarum cartilaginibus, mucronataq; pectoris ossis sede sectionem instar semicirculi uno ductu ad peritonæi usque cauitatem molior, ex cuius sectionis medio ad pubem usque aliã tento, quàe promptè succedit, si cultrum aut nouaculam peritonæi amplitudini indem, itaq; intestina & uterũ fœtibus distentũ duabus illis sectionibus detegem, id sedulò studens, ut peritus sodalis pollicem [a] uasis obdat, quæ sub pectoris osse descendentia abdomen petunt. illa enim sola hactenus multum sanguinis fundunt. Hîc modò sectioni uiciniores hortor, ut manu [b] septo transuerso adhibita, ipsius motum experiãtur: dissitos autem, ut uentriculi & iecoris ueluti in thoracis cauitatem assumptionem & dimissionem spectent. Interea in altero thoracis latere longam sectionẽ ad costarum usque ossa duco, ad eam ferè regionem, qua costæ in cartilaginem [c] degenerant. & dein secundùm costarum ossa transuersas sectiones molior, ut ossa incumbẽtibus musculis aliqua ex parte liberem: & dein si operosiorem administrationem sequi uisum sit, intercostales musculos in duobus costarum interuallis à tunica costas succingente auferam, ut dein mediam inter illa interualla costam solarum manuum auxilio à tunica costas succingente auellam, illaq; à sua cartilagine fracta, & deorsum in latus inflexa, magna tunicæ costas succingentis appareat amplitudo, quæ pellucida pulmonis motum utcunque arguat. Hac insuper pertusa, uidetur quî huius lateris pulmo concidat, thorace interim æquè ut priùs moto. Vt uerò id magis in conspicuo fiat, plura costarum ossa à suis cartilaginibus libero, & quàm possum maximè hoc thoracis latus [d] aperio, ut commodè per membranas thoracem interseptentes, altera pulmonis pars, quæ in thoracis cauitate nondum læsa pulchrè cum thorace mouetur, in conspectum ueniat, ac deinceps illis membranis pertusis, hæc quoque mox à perforatione concidere uideatur. [e] Nunc in altero etiam latere acutiori cultro, una sectione costarum ossa à cartilaginibus libero, & à cartilaginibus pectorisq; osse septum transuersum, ut os illud cum cartilaginibus diuulsis thoracem interseptentibus membranis, sursum ad collum reflecti queat, cordisq; inuolucrum in conspectu sit. quod illico cultello aperiendum est, obseruandumq; quantum aquæ contineat, & quî cor agitur. Verùm cordis motui non diu animum adhibebis, quin potius ut animali iam ferè propter concidentes pulmones suffocato succurres: ut dein adamussim rursus cor arteriasq;, & fœtus in utero contentos, quandiu uisum erit, examines. Hactenus enim sanguinis fluxus parum incommodi animali intulit, si modò illa quæ sub pectoris osse repunt [f] uasa sodalis diligenter pollice, aut indice & medio obturauerit, atque pectoris os sursum ad collum reflexum faciat, itaq; ob uasorum obliquitatem illa nihil amplius fundant. quod & in uasis costis singulis exporrectis fit, quum costæ effractæ deorsum, uti fieri solet, euertuntur: ipseq; dum sectionem administras, uasa tantisper dum obliquentur occludere adnisus fueris, illorumq; series te non fugerit. utcunque sit, mihi in hac sectione sanguinis fluxus obesse nũquam uisus est. Vt uerò uita animali quodammodo restituatur, foramen in asperæ arteriæ caudice tentandum est, cui canalis ex calamo aut arundine indetur, isq; inflabitur, ut pulmo assurgat, ac ipsum animal quodammodo aërem ducat. leui enim inflatu in uiuo hoc animali pulmo tantum quanta thoracis erat cauitas intumet, corq; uires denuò assumit, & motus differentia pulchrè euariat. Inflato igitur semel atque iterum pulmone, cordis motum uisu tactuq; quantum lubet examinas, & arteriæ magnæ caudicem dorso explicatam, aut in thoracis cauitate, aut ad lumborũ uertebras comprehendis, & spectas pariter, nihilq; tibi manifestiùs occurrit, quàm cordis & arteriarum pulsuum rhythmus. quo aliquandiu obseruato, pulmo rursus inflandus est: hocq; artificio, quo mihi gratius in Anatome nullum comperi, magna pulsuum differentiarũ cognitio paranda. Quum enim pulmo diu flaccidus concidit, undosus, formicans, & uermicularis cordis arteriarumq; pulsus motus ue

*Neruorũ recurrentiũ examen, uocisq; eorum sectione abolitio.*

*Septi transuersi functionis examen.*

*Pulmonis motuum.*

*Aquæ in cordis inuolucro repositæ, & cordis motuũ examen.*

*Num cordis & arteriarũ par pulsus sit, examen.*

*Spectatiuũ sum ficerit figuram capiti 9. li. 4. impositã.*

*a 6. muscu. tab. 4.*

*b 7 muscul. tab. 4.*

*c Inter T et S 6 mus. ta.*

*d Quasi pateretur 1 fig. li. 6.*

*e Quasi 2 fig. li. 6. pateretur.*

*f 2. li. 6. B, C, D, E.*



tus ue spectatur. inflato autẽ pulmone, magnus rursus & uelox efficitur, mirasq; inæqualitates proponit, &, ut semel dicam, hæc administratio eiusmodi est, qua omnium optime pulsuum naturam medicinæ candidatis proponere soleo. Verùm in horum examine fœtuum gratia non diu hærendum est, sed in aliqua bicorni canis suis ue uteri sede, sectionẽ super fœtum aliquem duco ad [g] extimum ipsius usque inuolucrum penetrantem: quo deinceps ab utero diuulso, fœtum cũ suis inuolucris extimo, & effracto extimo, medioq; inuolucro, per intimum ualde pellucidum ostendo, quî fœtus respirare conetur, quamq; pulchrè intimo quoque inuolucro fracto aërem ducat. Mox proximum fœtum, quantum possum detego, uterum nulla ex parte ab extimo inuolucro diuellens, ut hic ita fœtus uasorum natura examinetur, uti priùs uiuam fœtuum dissectionem faciendam præcepi. Et quum hæc facio, ac per interualla pulmonem inflari curo, nondum cordis & arteriarum motus latet, uerùm magno admodum interuallo animalis uitæ succurritur, & cordis [h] auricularum motus expenditur, perinde ac [i] arteriæ uenalis, & rursus [k] uenæ arterialis: quæ si non sat sit proximè ad cor tetigisse, in aliqua pulmonis fibra ipsius substantiam à uasis unguibus discerpo, & quod hîc animaduertendum est, pro spectatorum industria obseruari sino. Quum hæc absolui, [l] dextrum cordis uentriculũ aperire soleo, & obseruare quî cor nihilominus adhuc moueatur: dein [m] sinistro similiter aperto, aut cordis media parte transuersa sectione [n] ablata, spectatores moneo, ut adhuc auricularũ cordis motum nondum quiescere intueantur. Dein si animali potus colore aliquo infectus ante sectionem oblatus sit cuiusmodi ille in pulmonibus occurrit, perquiro: hac sectione, quam pro spectantium eruditione adhuc operosiorem interdum instituo, toti Anatomicæ speculationi colophonem in nostris scholis perinde addens, atq; huic meo de Humani corporis fabrica studiosorum nomine suscepto labori, finem impono.

*Spectã similitabellas 30. figuræ lib. 5.*

*Fœtuum examen.*

*b 4 fi. lib. 6. I, K.*

*i 6. fig. lib. 6. G.*

*k 6 fig. lib. 6. I.*

*l patet in 7. fig. lib. 6.*

*m patet in 9. fi. li. 6.*

*n uti factũ est in 11. fi. lib. 6.*

*Arteriæ uenalis, & uenæ arterialis motuum examen.*

LIBRI SEPTIMI ET VLTIMI
FINIS.

## LOCORVM INTER EXCVDENDVM OPERARVM INCVRIA deprauatorum emendatior lectio.

*Pag.* 5. *uers.* 1. *legend. friabilis* 10. 25. *brachiale* 12. 50. *ſynneuroſis* 17. 40. *cartilagine* 19. 45. *PELVEGEL* 43. 39. *deliteſcens* 52. 29. *confinxiſſe* 54. 7. *ſecundæ figuræ* 73. 27. *connexum* 76. 27. *excipit* 78. 52. *uocatum, ſecundò excep.* 49. 52. *figura decem* 81. 45. *continua* 90. 7. *ἐυσπλεύρου* 111. 24. *comprimitur* 114. 32. *immorer)* 125. 55. *admonens* 129. 17. *tranſuerſos* 132. 16. *inſinuatum* 135. 49. *plurimis* & 56. *eleganter* 156. 10. *ſuo* 157. 17. *ceruicis* 159. 16. *nihilq́ non* 167. 2. *σφυοειδὲς* & 21. *μυλίτου* & 33. *τρόχλος.* & 44. *cáſſos* 168. 54. *μετατάρσιος* 181. *QVARTA MVSC. TAB.* 233. 25. *dele, ligamenti* 224. 32. *radici* 225. 32. *intercoſtales* & 47. *alias* & 48. *inſertio* 229. 25. *mouentes* 234. 47. *non niſi* 236. 13. *findendis* 242. 37. *neruuli* & 45. *id eo magis* 243. 45. *membrana* 244. 36. *amplitudini* 250. 16. *non niſi* & 42. *nimis quàm* 257. 2. *hyoides* 264. 32. *adducentem* 265. 31. *dorſum* 266. 19. *muſculum hunc* & 26. *non niſi* 283. 44. *liberatam* 286. 15. *at uaccinum* 293. 47. *thoraci* & *ult. abdominis* 298. 4. *inferior ſuperiorq́* 299. 36. *ſamulari* 301, 1. *incidenti* 312. *quæ hanc ſequuntur paginæ uſq́ ad finem libri tertij, numeros habent uno centenario falſos.* 216. 40. *externo latere* 217. 3. *mouentibus muſculis* 223. 9. *naturâ* 227. 47. *in ani* & 29. *commonſtrant* 270. 10. *σφυγτιδες* 273. 46. *dele, perficitur* & 48. *magni* 283. 43. *corporis* 294. 16. *ad dextrum* 300. 26. *ter* & 29. *commonſtrant* 270. 10. *σφυγτιδες* 273. 46. *dele, perficitur* & 48. *magni* 283. 43. *corporis* 294. 16. *ad dextrum* 300. 26. *ter tios* 308. 25. *quas* 340. 42. *ceruicis* 343. 54. *muſculorum ſeriem* 359. 14. *latus ſuperioris* 388. 25. *inutile* 390. 52. *pathico* 499. 3. *νῦ σῦμ* 508. 6. *cremori* 510. 25. *condidiſſet* 515. 15. *inſignes* 520. 21. *ingenito* & 28 *hæ* & *paulo pòſt, extructæ* 526. 15. *nouerimus* 527. 38. *ſuſceptionẽ* 528. 2. *non magis* 543. 10. *ſuperſtitione* 585. 19. *ab utre* 592. 56. *σιγμοειδὴς* 594. 23. *altricem* 597. 24. *in marg. orificio* 600. 17. *illam* 625. 29. *duræ membrana* 629. 56. *ſinuum* 631. 32. *media* & 38. *propaginem* 637. 54. *Huc* 647. 45. *concomitante* & 54. *obducitur*

# RERVM ET VERBORVM IN PRAECEDENTIBVS DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBRIS MEMORABILIVM INDEX, IN QVO PRIMVS NVmerus paginam, ſecundus uerſum indicat. Animaduertendum tamen etiam, quibus numeris * adiectus eſt, in ſecundo alphabeto quærendos eſſe. quod ideo obſeruauimus, ut errorem in numeris à pagina 312 uſque ad finem libri tertij, operarum incuria commiſſum, emendaremus.


ABARTICVlatio. 13.8
abdomẽ cur nõ etiã oſſeũ creatũ. 89.18. & 505. 50
abdominis membrana, 335. 45.
abdominis muſculi recti pars, qua ſi mię abundant, & canes 282 35
abdominis muſculi tranſuerſi. 356. 4. & 355.
abdominis muſculi tranſuerſi à peritonæo ſeparatu difficiles. 283. 1.
abdominis muſculorum octo deſcriptio. 280. 50. oblique deſcẽdentis. 281. 11. aſcẽdentis. ead. 42. rectorum deſcriptio. 282. 12. tranſuerſorum. ibidem 46.
in Abdominis muſculorum deſcriptione uarius Galenus 283. 6.
abdominis muſculorũ functionem inepte aſſignat medicorũ uulgus. 283. 27
abdominis muſculorum uenæ ac arteriæ. 355. 21.
abdominis muſculorũ uſus. 283. 10.
abdominis muſculorum octo adminiſtratio. 549. 25. eorundem adminiſtrandi modus duplex. 285. 33. prior, qui fit à muſculorum exortu oblique deſcẽdentis. 283. 48. aſcendẽtis. 284. 7. recti. ead. 34. trãſuerſi. 45. Alter modus, ab ipſorũ terminis. oblique deſcẽdentis. 284. 56. aſcendentis oblique. 285. 9. recti. ead. 14. tranſuerſi 16.
abdominis muſculorum delineatio. oblique deſcendentis. 179. ult. aſcendentis. 183. 2. recti. 185. 46. tranſuerſi. 188. 34.
abdominis muſculos ſolos nouiſſe uidetur Medicorũ uulgus. 283. 27.
abdominis ſectio. 548. 57. inde
ἄκανθα. 167. 31. 33.
ἄκανθα. 57. 28.
acceptabulum 10. 25.
acetabulum 10. 2. 25.
acetabulum herba. 539. 27.
acetabulum femori articulando paratum 130. 53
acetabulum in coxendicis oſſe, & humero 5. & 6. 44
acetabulorum uteri examen. 558. 28.
acies digitorum quæ 121. 48.
ἀκρόχειρ. 116. 3.
ἀκρώμιον. 99. 23. 54. & 100. 3. & 167. 55.
ἀκρωμίου ὀστέον. 167. 55
acuale os. 166. 57
acus ſectionibus apti. 236. 50. eorundem delineatio 235
adaicon. 168. 3
Adami morſus os. 167. 27
additamentum. 7. 18. & 8. 1
additamentum necatum. 168. 14
* ἄδην quid. 261. 29.
ἀδηνοειδὴς πλαστὴς. 525. 18. & 526. 51
adeps, στιμαλὴ. 233. 28.
adeps quid. 233. 28. ubi ſit copioſior. ibid. 31. qbus ſit copioſior. ibid. 41
adeps cur alibet. 233. 50.
adeps inteſtinis obnatus. 501. 51.
adeps meſenterij. 505. 2.
adeps omenti. 497. 19.
adipis omenti uſus. 497. 51.
adipis adminiſtratio, ſiue reſectio. 234. 1. & 548. 56. & 549. 10.
adipis delineatio 231. 30
adipis uſus quis 233. 41. & 51
adiutorium brachij 168. 4
adnatum 7. 18
adnexus 7. 18
Aeginetis cur præciſi ab Athenienſibus pollices 125. 1
Aegyptiorũ pudendi muliebris caruncułas amputandi mos 537. 2
aër quî in reſpiratione digeratur. 569. 27
aëreæ ſubſtãtiæ reficiendæ quas partes Natura fabrefecerit 569. 27. inde ætas noſtra rerum capitibus potius quàm prolixa enarratione gaudet 521. 5
ἀγκὼν 111. 6. & 168. 13
agis os 168. 28
al Arabum articulus. 385. 56
ala omenti ſuperior quid 358. 15. & humilior, ead. 18
alæ naſi 151. 27
alagas os 167. 40
albadaran offículum 126. 55
alberiteren 385. 56
Alberti Magni de menſtrui ſanguinis prauitate error 538. 18
Alberti Magni de ſecretis mulierum indoctiſſimus liber 531. 13
alfaic os 167. 28
Alfud, Alfaud, Alphaed 387. 49
ἀλλαντοειδὲς, ſecundũ fœtus inuolucrum ueteribus appellatum 542. 4
ἀλώπεκος muſculi 297. 14
alterati color in nutritione alteranti ſimilis 508. 10
ἀμαρυγαὶ 237. 23
ἄμβων 11. 1
ἄμνιον & membrana cuiuſmodi, & cur dicta 542. 46
ἀμφιβληστροειδὴς tunica 647. 41
amygdalæ faucium quæ 579. 46
ἀνάλωσις 502. 15
Anatome priuata publicę præferenda 547. 35
anatomiæ hactenus obſeruata ratio inutilis. 155. 40
anatomes ſtudiũ cum Galeno prorſus collapſum 83. 14
anatomes ſtudio ueteres exercere pueros ſoliti 83. 22
ad Anatomen cuiuſmodi corpus adhiberi conueniat. 548. 10
* anatomen ſpectantium notata negligentia 222. 6
in Anatome docenda qui ordo obſeruandus 547. 44. inde, per totũ anatomicorũ inſtrumentorũ deſcriptio 236. eorundẽ delineatio 235
anatomicorum de cordis oſſe error 94. 13
anatomicorum de cordis orificijs diuerſa placita 590. 34
anatomicorum de inteſtino cæco nugæ 500. 18
anatomicorum de pylori ſitu error. 390. 28
anatomicorum de uentriculi cellulis error 391. 35
anatomicorũ de uentriculi exteriore tunica in fundo nimis carnoſa error. 392. 10
Anchæ os 168. 20. 28
anchoræformis proceſſus 168. 1
ἀγκυλοειδὴς proceſſus 98. 23. & 168. 1
IO. ANDREAE ALBII hoſpitalitas 73. 50
And. Veſalij admonitio ad lectores & typographos 267. 47
And. Veſalij primum compingendi ſceleti tyrocinũ Louanij factum 161. 46
ἄνδρων 168. 16
anima Galeno quid 569. 28
de Animæ facultatibus ac ſede conſiderare, Medici quoque officium 594. 45
animarũ immortalitatis diſputationem ſolos Theologos ſibi uendicare 126. 48
animellæ quæ 579. 56
ἄνω λοιλίαι 290. 47
anſæ oſſium temporum 167. 10
ANTONIVS ZVCCA 260. 55
ἀνθρωπὴ dicta Herophilo, cutis humana 231. 43

ἀντιάδες faucium glandulę quę 579. 45.51.
ἀντίχειρ cur Græcis, pollex 124.54
ἀντικνήμιον 139.36. & 141.11. & 168.38
anuli à quodam deglutiti, rursusq; excreti historia 390.46
anum referens in cerebro orificium 638. 44
*ἀορτὴ dicta arteria 294.47
ἀπάρθρωσις 13.8
ἀπευθυσμένον intestinum 502.14
ἀπονευρώσις musculorum 220.22
*apoplectica arteria 296.45
ἀπόφυσις 8.13
ἀπόφυσιν cum ἐπιφύσει subinde ab alijs confundi 8.43
Appendix 7.18. inde
appēdices in ætate prouectioribus pertinacius adhærere. 7.26
appendices in natu grandioribus coalitæ ossibus 12.32
appendices in pueris ab ossibus sæpius quàm articulos luxari 27.24
appendices interdum ossium capita Galeno dici 9.42
appendices nō solum grandioribus ossibus cōtingere 7.53. & quibus potissimum eodem
appendices sinuum medullam continentium non esse opercula 7.40
appendicū connexus in iunioribus solum spectatu facilis 8.11
appendicum & processuū differentiæ 8.22
appēdicum femoris, ilium ossis, &c. delineatio 5. & 6.14. inde
appendicum processus. 8.29
applantatio 7.18
Aqua in cordis inuolucro cuiusmodi. 584.47. eiusq; causa 585.4
Arabum, de Carnea substantia manus internæ regioni superstrata, notata sententia 303.56
Arabum sententia, de musculorum intercostalium numero 290.14
Arabum autorū, de testium musculis notata sententia 286.4
ἀραχνοειδὴς dicta oculi tunica 646.44
ἀρχὸν intestinum 501.14
arcualia ossa 166.39. & 167.10
arcualis sutura 166.27
Aristoteles unde cor neruorū principium esse iudicarit 591.56
Aristotelis locus de articulorum motu 65.10
Aristotelis de auditorij organi meatibus lapsus 52.57. inde
Aristotelis de costarum numero sententia 89.54
Aristotelis de crurum in animalibus flexione, &c. dogma 145.18
Aristotelis sententia de dentium numero, notata 46.46
Aristotelis de effectiuo hominis principio sententia 520.43
Aristotelis de humeri cum cubito articulatione lapsus 107.15
Aristotelis de lienis usu sentētia expensa 513.14
Aristotelis de mamillarum situ ratio 545.46
Aristotelis de mamillarum τειχιάσει sententia 544.16
Aristotelis de ossium continuitate locus 12.3
Aristotelis locus de ossium per clauū connexu. 15.43. et de tsiu tali. ead. 50
Aristotelis de postbrachialis ossibus sententia 120.9
Aristotelis de quadrupedū genu articulo lapsus 139.14
Aristotelis de seminalib. arterijs sanguine destitutis opinio 526.5
Aristotelis de septo transuerso sententia 291.51
Aristotelis lapsus de suturarū in uiris ac mulieribus differentia 26.50. item de canum caluarijs ead.54
Aristotelis de tertio cordis uētriculo lapsus 590.55. item de uentriculorum numero pro animaliū mole uariare solito eod.
Aristotelis de thorace sentētia 88.39
Aristotelis libri de Animalium historia 90.2
Aristotelis locus de sutura inter uentriculum & omentum, &c. 357.19
Aristotelis notata sententia, se sensu cutis 232.23
Aristotelis nullam generandi seminis uim testibus tribuentis sententia 527.16
Aristoteli omenti pars colon dorso colligans, pro omento non habita 496. 32
Aristoteli superior tantum omenti membrana cognita 496.12
Aristotelem falsò cordis inuolucro pinguedinem tribuere 584.23
Aristotelem ubi de epiglottide agit, perperàm ab interpretibus intellectum 155.6
armalia ossa 166.54
arquato laborantis lien cuiusmodi 512. 21
Arterialis uena. uide Vena arterial.
arterialis uenæ appellatio 590.19
arterialis uenæ orificij membranarū ratio 597.39
arterialis uenæ usus, ipsiusq; constructionis ratio 596.44
*arteria quid sit 259.13. compositio eius. 37. & delineatio. ibidem. Compositionis ratio 260.5
*arteria ἀορτὴ Aristoteli quæ 294.49
*arteria apoplectica, lethargica, somni, subeteni, quæ 296.44
*arteria Aristoteli, Platoni, Hippocrati, quæ 259.16
Arteria aspera præcipuum uocis organum 577.2.50
*arteriæ asperæ appellatio quando cepta 259.34
arteria aspera, quibus cartilaginibus constituatur 575.56
arteriæ asperæ cartilagines. 3.55. earundē usus & ratio 577.41
arteriæ asperæ cartilagines, quî inuicem colligentur 576.27
arteriæ asperæ examen 602.53
arteriæ asperæ exterior superficies qualis 575.12. item interna. ead. 23
arteriæ asperæ figura. 151.32. eiusq; cartilaginū descriptio. ead. & 152. per totum. & 153.8. inde
arteriæ asperæ gratia datum homini collum 63.6
arteriæ asperę numerus, ac situs 574.9. forma. ead. 37. cōnexus. 575.17. substantia. ead. 41. inde
arteriæ asperæ pulmoni insertæ delineatio 568
arteriæ asperæ ratio & situs. 62.53. inde
arteriæ asperæ ratio ac usus 153.14
arteriæ asperæ tunica exterior & interior 576.37. inde
arteriæ asperæ tunicarum apta constructio 578.30
arteriæ asperæ usus, ipsiusq; constructionis ratio 577.1
arteriæ asperæ commissa corpora 574. 21
arteriam asperā membranea substantiam oportuisse extrui 577.10
* Arteriæ magnæ appellationes uariæ 294.47
arteria magna quartum cordis uas, eiusq; orificiū cuiusmodi. 590.42. & origo. eod.
* arteriæ magnæ ortus 298.40. ortus sedes 299.2
* Arterię caudicis bipartitio. 299.19. Partis ascēdētis distributio 299.23. quæ ad sinistri lateris primā costā obliquè tēdit. ibid. quę sinistrā axillam petit. 300.1. quæ dextrā. 301.1. Maior portio, suprema corporis petens. 300.53. soporalis sinistra. ibid. 56. dextra 301.6. soporalis ad caluariam series. 301.10.
* Arteriæ partis descendentis distributio. 301.39. quę ad inferiora costarū interualla. ibid. 42. ad septū transuersum. 56. quę ad iecur, bilis uesicā, uentriculū, lienē, duodenū, coliq; partē accedūt portiunculę. 302.1. quę mesenteriū accedit pręcipua. 302.47. ad renes. ibid. 50. ad partē mesenterij humiliorē. 303.7. ad lumborū uertebras. ibid. 11.
Arteriæ magnæ supra os sacrum facta diuisio, eiusq; supra cauā ascensus. 303.17. partium huiusce diuisionis distributio. 303.32. quà pubis ossis foramen transit. ibid. 47. per crura distributio. 304.6. quà tibiā adit. ead. 22.
* Arterię magnę per uniuersum corpus delineata distributio. 295. bipertitio. 296.2. ascendentis partis delineatio. ibid. quæ axillā petit. 296.26. soporarię utriusq; delineatio. 296.43. caluariā petēs. ead. 54
* Arterię partis descēdentis distributio delineata. 297. quę ad inferiora costarū interualla, septum, iecur, bilis uesicam, uentriculum, lienem, duodenū, coliq; partem. 297.126. quæ ad renes utrinq;. ibid. 46.
* Arteriæ supra os sacrū diuisio delineata. 297.54. per crura distributio. 298.17. &c.
arteria cur cauæ solum iecoris sedi exporrecta 508.45
arteria dextri & sinistri lateris ab umbilico in magnam exporrecta. 356. & 357.8
arteriæ cauum iecoris & bilis uesiculam petentis figura 358. & 359.20
arteriæ in uesicam distributæ ratio 518.28
arteriæ magnæ cum corde situs delineatio. 564. eiusdem orificium. 567
arteriæ magnæ & cauæ uenæ distributionum sub osse sacro examen 556.28
arteriæ magnæ in mesenterium excursus 504.34.44
arteriæ magnæ membranæ cuiusmodi 592.56
arteriæ magnæ non idem cum stomacho per septum foramen 388.36. inde
arteriæ magnæ orificij delineatio ubi quærenda 589.42
* arteriæ magnæ ortus non controuersus 298.44
arteriæ magnæ per thoracem & iugulum collumq; distributionis examen 601.10
arterię magnę series in peritonæi amplitudine quî obseruanda. 554.30
arteriæ magnæ seu arterialis uenę radicis figura 93.39.56
arteriæ magnę super cauam uenam ascensus, ambarūq; supra sacri ossis initium diuisio 370. & 371.30
* arteriæ ramus, cuius pulsum ante brachiale exploramus. 300.28. Eius delineatio 296.34
* arteriæ tunicæ peculiares binę. 259.42. tunicæ [illegible] 260.5
arteriæ uenalis ad cordis basim et pulmonem connexæ delineatio. 564.16. inde
* arteriæ uenalis descriptio 312.17 delineatio 311.54
arteriæ uenalis appellatio, & descriptio eiusdem 590.25
arteriæ uenalis, eiusdēq; orificij delineatio ubi quærenda 589.42
arteria uenalis & magnæ mēbranularum usus 598.52
arteriæ uenalis examen 601.14
arteriæ uenalis in corpore ratio. 598.23. eiusdem usus 583.10.40
arteriæ uenalis membranæ cuiusmodi 592.15
arteriæ uenalis pulmoni insertæ delineatio 568
arteriæ & uenæ coli & recti intestini 501. 40
arteriæ ac uenæ gracilium intestinorum 499.38
arteriæ ac uenæ in musculorū fabrica usus. 220.35
arterię ac uenæ renibus oblatæ. 515.15
arteriæ ac uenæ uentriculum petentes 392.22. inde
* arteriæ Corōnales. 299.9. earumq; descriptio. ibid. delineatio 296.1
* arteriæ cur pluribus tunicis quàm uena, conformatæ 260.14
* arteriæ neq; à cerebro neq; ab extremis corporis partibus nascuntur 298.52
arteriæ omenti 497.12
* arteriæ seminales. 302.53. earūdem delineatio 297.46
arterię seminales an sanguinis expertes 526.4
arteriæ uitalem spiritum fœtui deferentes 518.39
arteriam soporalē non ferri per idem foramen cum tertio ac quarto neruorum pari 52.32
* arteriarū ac uenæ umbilici descriptio. 284. ortus. ead. 7. ductus. ead. 25. usus. ead. 28
arteriarum & uenarum in intestinis ratio 503.35
* in Arteriarum ac uenarū serie Naturæ artificium 260.46
arteriarū anatomes ratio. 552.4. inde
* arteriarum cerebri delineatio. 305
arteriarum diductibus subditæ glandulę. quære Glandulæ.
* arteriarum in animali numerus. 260. 20
arteriarum in iecur excurrentium ratio 507.36
arteriarum per abdominis musculos repentium administratio 549.35
arteriarum per manum tendentium examen. 656.26 per crura. 657.49
arteriarum testes petentiū ratio. 523.17. inde
* arteriarum trium caluariā subeuntium descriptio. 307.2. quæ in primum duæ membranæ sinum exhauriuntur. ibid. 49. tertiæ arterię series. 310.18. omnium delineatio 305.47
arteriarum uentriculi munus. 493.6
* arterias recondens Natura. 300.43
arthrodia 12.22. & 14.9
ἀρθρωδία 103.11
arthrodiam quando constituerit Natura 14.18
ἄρθρον 9.22
ἄρθρωσις. ἄρθρον 13.2
articulatio, articulus. 13.3. & 9.22. & ead.48
articulus totius corporis dignissimus quis 65.16
articuli 121.48
articuli capitis motibus parati. 64.8
articuli duplices quibus modis formentur 14.55
articulorum cartilagines. 42. ac uiscidus humor. ead. 10.
articulorum cōpositionis triplex forma 13.40
articulorū motus non eadē ratio. 13.3
articulorū per ligamenta coitus. 17.31
articulos omnes non ijsdem agi motibus 13.20
artus 7.14
artuum capita, non rectè ἐπιφύσεις & κονδύλους Galeno dici 9.48
arundo brachij minor 168.9. maior. 12.38. inde
ἀρύταινα, ἀρυταινοειδὴς cartilago. 154.12
Aseth 168.4
asinæ uterus acetabulorum expers 540.9
aspera melius terere quàm leuia. 46.7
asser os 167.44
asserum nexus 16.4
ἀστράγαλος 145.38. & 168.44
ἄστριος ead.
Atlas uertebra 167.35
Αὐχὴν 10.11. & 167.35
auditorius meatus 52.46.51
auditus instrumentum 650.8
auditus instrumentum Anatomicis parum probe cognitum 323.42
auditus organi examen 656.12
auditus organi ossicula. 33.50. & 34.4. Galeno ignorata ead. 37.
auditus organi ossa quot 162.37
auditus organi ossiculorum usus. 35.33. & harmonia. ead. 49.
auditus organo parata cauitas, foraminaq; in ipsam pertinentia. 34.39
auditus organorum constitutio 31.29. inde
auditus ratio difficilior cognitu. 35.38
* Auicenna, Persa 227.30
* Auicenna, unde Anatomen descripserit 227.32.
auium iecoris situs 505.46
auriculę cordis. uide Cordis auriculę
auris cartilago. 4.53. eiusdem descriptio. 150.40 inde
aures quibusdam cur mobiles 242.53. & 250.43
aurium ossa 166.49
aurium situs 19.7
axillaris uena. quęre Vena axillaris.
axillarum ualli, musculi 267.41
ἄξων 67.25
* ἄζυγος dicta uena 279.28


B.


BAlistę os 168.46
basillare os 166.46. & 167.2. siue baxillare. 4
βαθμίδες 11.7. & 106.23
βελονοειδὴς processus. 31.40. & 166.56
beriteron, berbetinen 385.57
Biliosis naturis peculiare quid. 511.5
bilis in intestina defluxus utilitas. 510. 45
bili excipiendę & emittendę parati meatus 509.33
bilem expurgare ubi conduxerit 510.27
bilis uesicula carentes quosdam reperiri, ab Aristotele & Plinio proditum 511.7
bilis uesiculę, eiusdemq; meatuū delineatio. 365.7. inde. & 366.26

bilis uesiculę delineatio 370.18
bilis uesiculę in uentriculum meatus 493.9. in iecore. 507.35. eorumq́ situs ratio 508.44
bilis uesiculæ meatus cur duodeno insertus 503.44
bilis uesiculæ meatus duodeno insertus, an propaginem uentriculo offerat 509.51
bilis uesiculę situs. 509.5. forma. ead. 14. substantia. 20. uenæ, arteriæ & nerui 26
ex Bilis uesicula meatum in uētriculum non semper pertinere. 510.21
bolus dulcis 359.56
boum cerebra crebrius Galeno tractata 32.49
Brabantis omentum plumæ nomine dici 497.48
brachiale quid 117.1. & 168.15
brachiale ab ulna diuidens cartilago. 113 55
* brachiale in supinum & pronum non agitur, contrà quàm Galenus tradidit 215.19
* brachiale mouētium musculorum administratio. 223. primi & secundi. ead 3. tertij. 224.6. quarti. ead. 32
* brachiale mouētium musculorum descriptio. 214.3. primus. ibid. secundus, tertius, quartus. ibid. 26. munus omnium 215.4
brachiale mouentiū musculorū delineatio. primi. 183.18. secundi. 180. 14. tertij. 195. 54. quarti. 201 55
brachiale octo ossib. constrUi, inter se forma differentibus 117.2. inde
brachialis ad tarsum proportio. 147. 55.
brachialis ad cubitū articulus. 117. 43
brachialis cum radio articulatio. 113. 41. inde
* brachialis motus quot. 214.1
brachialis os rectum, & cartilaginosum, quod nam 118.14.16
brachialis ossa quibus sedibus, aut cartilagine aut ligamētis obducantur 117.14
* brachialis ossa nectentiū ligamentorum descriptio 220.55.
brachialis ossa quot. 149.20. & 162.42
brachialis ossa quot aljs ossib. contermina 118.29. inde
brachialis ossiū cur duo ordines. 117. 26. eorundem nomina, & articulatio cuiusmodi. ead. 37. inde
brachialis ossium delineatio. 115. & 116. 10.
Βραχίων, brachium. 105.2. & 168.3.
Βραχίονα quid appellet Hippocrates. 99 57
brachium paruum 168.3
* brachium totum, manus Hippocrati dictum 220.1
brachij adiutorium. 168.4. cāna. ead.
brachij & femoris os in quadrupedibus & auibus Aristoteli ignoratū. 15. 52
brachij motus 13.23. & 264.14
brachij motus tam uarij unde 102.56
brachij motorū musculus quispiam Galeno descriptus, quo simiæ ac canes abundant, homines carent. 266.41. eiusdem musculi descriptio, in simia, cane, & bobus. 267.1. administratio 268.50
brachij motorum musculus primus, quo pacto duorū loco haberi queat 263.7
brachij motorum secundus musculus, perperam à Galeno in plures diuisus 270.16
brachij motorum quintus, circūuertentium primus, à Galeno non descriptus 267. ult.
brachij os. 168.3. eiusdem figura. 5. & 6. 10 & 2. eiusdem descriptio & figura 104.5. & 105.1. inde
* brachij totius ligamentorum descriptio. 220.4. administratio. 223.55. & 224 45
brachium adducens musculus quo simia abundat 263.14
brachium attollens musculus quis. 264. 48
brachium attollentibus musculis describendis, Galenus uarius. 265.21
brachium ac scapulam mouētes musculi, in quibus animalibus ab homine maxime uarient 270.3
brachium mouens musculus quispiam male à Galeno assignatus. 263. 49. & 14
brachiū mouentes musculi, num respirationi quoq; seruiant. 292.47. & 293 13
brachium mouentium tertius musculus, non recte à Galeno inter circūuertentes brachium relatus. 265.46. & 270 53
brachium mouentium quarti musculi ortus ac functio non recte à Galeno tradita 266.23
brachium mouentium musculorum administratio. 268.27. primi. 269. 16. secundi. 270.7. tertij. ibid. 50. quarti. 24. quinti. ibid. ult. sexti. 271.3. septimi 270.55
brachium mouentium musculorum delineatio. 176.34. secundi. 182.40. tertij. 191.20. quarti. 198.27. quinti. 204.11. sexti. 191.16. septimi. 201. 12
brachium mouentium musculorum descriptio. 462.22. primi. ibid. secūdi. 264.28. tertij. 265.30 quarti. ibid. 53. quinti. 267.46. sexti, septimiq́ 266.5
brachiū pectori adducens musculus, quo simiæ abundant 263.14
brachiū petētes nerui. quęre Nerui.
* in Brachio musculi quot 222.2
Βραχιμαῖος ossa 166.38
brisauolo 359.55
bucca saporita 359.56
buccas mouentium musculorum delineatio. primi & secundi. 179.20. tertij & quarti. 182.20. & 185.5. quinti & sexti. 179.18. septimi & octaui 182.20
buccas & labra mouentium musculorum descriptio. 242. primi & secūdi. ead. 22. tertij & quarti. 243.17. & reliquorum quattuor. 244.5. eorundem administratio. 245. primi & secundi. ead. 1. tertij & quarti. 246.5. & reliquorum quatuor. 245. 35.
buccella 10.26
buxei cultri ad sectionem quomodo parandi 236. 29


## C


Caecum foramen. 53.12
cæcum intestinū cuiusmodi. 362.11. & 500. 9. in cane. 33. in glirib. & sciuris. ead.
cæcum intestinum unde dictū. 500.38
cæci intestini an duo orificia. 500.25
cæci intestini ortum in cane & homine uariare 500.42
Cælij Rhodigini lapsus 66.32
calaminum os 166.57
calamo assimilatus ab Herophilo cerebri sinus 635.12
Καλκαῖνεος 168.45
calcar capitis 166.56
calcar pedis 168.48
calcis latus internum quale. 147 5. externū. ead. 16. pars anterior. ead. 21
calcis ossis figura 5. & 6.6
calcis ossis figura 142. & descriptio. 143. 10
calcis ossis sedes terram spectans. 146. 41. eiusdem superior sedes, extra tibiæ rectitudinem retrorsum ducta. 50
calcis ossis sinus 146.31
* Καλλίκερων 261.38
Καλλίκερας quid 497.29. & 505.7.
calloſi corporis cerebri historia. 632. 21. sedes ac nomenclatura 632.24. initiū, seu cum reliqua cerebri substantia continuitas. ibid. 47. lateribus adiacentes sinus. 632.50. usus 633. 20
calloſi corporis delineatio, quibus in locis spectanda 632.24
calloſi corporis administratio. 652.21
calor ingenitus corpori, Galeno anima 569.27
caloris ingeniti substantia 569.39
caloris natiui fomes cor 594.56
calua 166.20
caluaria cur non solido constet osse. 26. 8.28.
caluaria cur pluribus ossibus efformata 11.51.
caluariæ anterioris figura. 36. & ratio. ead. 31. & 47.31.
caluariæ appellatio. 25.55. & 48.4
caluariæ basis, seu sedes. 22.6. & 38.3. 14
caluariæ basis interna sedes. 24.1. inde, & 48.2. & 49





caluariæ basis exterior facies 48.1. & 49
caluariæ figuræ 18
caluariæ forma aptiſſ. quæ 19.20
caluariæ nomina 166.19
caluariæ ossa cuiusmodi esse oportuerit 28.11
caluariæ ossa quot 162.34
caluariæ pars molliſſima & rariſſima quæ 30.32
caluariæ ratio 88.52
caluariæ sedes, lapidosa 167.6
caluariæ sinus duræ membranæ uasis cedentes 53.47
caluariæ squamæ 20.13
caluariæ tabulæ 20.17
caluariæ tam integræ, quàm seiunctæ figura 20
caluariæ quædam absque futuris. 27. 6 inde
caluariam succingentis membranæ externæ descriptio 625.12
calx 168.47. calcis os. ead. 636
cameratum dictum corpus cerebri. 37
canis animal minime pituitosum. 51 6
canis caluariæ interna superficie abūdans os 32.44
canis cæcum intestinum cuiusmodi. 500 33
canis caluariæ foramina 51.7
canis sacri ossis descriptio. 81.37. item coccygis 82.8
canes ab homine uariantes in musculis brachium mouentibus. 266.41
canes colo & mesenterio ab hominibus differre 496.25
canes in non paucis partibus ab homine uariantes. In musculis thoracis. 287. 20. & 52. item 288.55. item 289.19. & 30. itē 293.41. & 45. item 294. 4 & 33
canū caluaria nō absq; futuris. 26.54
canū & hominū colon differre. 501.16
canum & hominum πάγκρεας coloris diuersi 497.30
canum iecur quale. 506.43. & 507.7
canum iecoris situs 505.46
canum omēti ratio, & ad hominis diuersitas 496.42. & 497.3
canum penis osseus 527.50
canum renes cur altius siti 514.33
canibus macilentius obtigisse mesenterium 504.54
in Canibus nulla cum hominis ossibus similitudo 85.28
caninæ caluariæ figura. 36.32. & 37.51
canini capitis figura 47.32
canini renis ad humanum differentia 516.9
canini uteri delineatio 382.1
canini dentes 46.1. & 167.19. cur dicti 46.3
canna 168.9.11.38
canna brachij 168.4
canulæ secantibus aptæ. 237.11. delineatio 235
caput cur copiosiore euacuatione egeat 26.9
caput cur super primam uertebram non simul & circumducatur, & in latera inclinetur 67.41
caput humanum oculorum gratia efformatum 18.1
caput in ossibus quid 9.6.25.49. item capitulum ead.
caput instar tecti domus calidæ. 26.7
capitis calcar 166.56
capitis commissuræ 27.43. inde
capitis figura naturalis quæ 19.13 & 20.21
capitis figuræ naturalis cuiusmodi suturæ 26.38
capitis figuræ aliquot non naturales 19.23
capitis figurarum non naturaliū cuiusmodi futuræ 27.29
capitis ligamentorū ad ceruicis primam secundamq́ uertebram descriptio. 280. 6. administratio. ibidem. 35. delineatio 279.47
capitis motus lateralis quibus uertebris committatur 68.9
capitis motus propius quispiam, contra Galeni sententiam 276.12
capitis motuum differentiæ 276.1
capitis motuum obseruatio difficilis. 63.14 46. inde
capitis motorum musculorum par primum, cur Galeno tertium sit. 176 34
capitis octauum os 32.33
capitis olla, theca, testa, scutella, etc. 166 24
capitis ossa cur à maxillæ superioris ossibus distincta 48.6
capitis ossa futuris circūscripta quot. 29 54
capitis ossium foramina, eorumq́ descriptio 47.17. & 49.9. inde
capitis structuræ ratio, quotq́ eius figuræ 17.46. & pag. 18
capitis tabulæ 20.12
caput circumuertentiū musculorum descriptio. 278. 10. & 24. administratio 279.35
caput flecti & reflecti super primam uertebram 65.4. & 67.10
caput mouentium musculorum delineatio. paris primi. 204.3. secundi paris. 205.36. tertij. 209.19. quarti. ibid. 27. quinti. ibid. 28. sexti. ibid. 30. septimi paris 182.32
caput mouentium musculorum descriptio. 276.1.
caput mouentium musculorum par secundum, in homine, à Galeni descriptione diuersum 277.20
caput mouentium, sed motu nō proprio, musculorum traditionem totā, quære sub Dorsi motoribus, 4. paria prima. ratio 297.12
caput mouentium musculorum posteriorum descriptio. 276.35. par eorum primum. ibid. par secundum. 277.2. & utriusque paris munus, ead. 50. par tertium. 277.56. quartum. 278.5. quintum ac sextum par. ibid. 10. & horum functio ead. 24.
caput mouentes musculi anteriores. eorum descriptio. 278.29. par omnium capitis motorum, septimū. 278.29. functio binis paribus posteriorum oppositа 278.46
caput mouentium musculorum, iuxta septem parium ordinem, administratio 279. 15
capita ossiū non semel πωιφύσεις quo que Galeno dici 9.42
capitū in ossibus alia prominētia, alia depressa 9.7. & quę ead. 16. inde
capitum in ossibus differentiæ. 9.31. quantus earundem cognoscendarum usus 39
capita futuris destituta. 27.6
capita uirorum à mulierum capitibus non perpetuò futuris uariare. 26.47 inde
Καρδίαι 387.48
carina hominis 167.31
carnosa membrana. quære Membr.
carnosæ membranę in abdomine administratio 548.57. & 549. 16
caro, cur musculis addita 220.26
caro musculorū, præcipuum motus organum 222.39.
carnē, quid uocet Aristoteles. 232.30
* Καρωτὶς arteria 301.9
Καρπὸς quid 117.1. & 168.15
cartilago brachiale ab ulna diuidens 113 55
cartilago, χόνδρος 166.18
cartilago clauiculæ articulationis cū pectoris osse peculiaris 102.19
cartilago epiglottalis 93.20
cartilago glutinis uicem subiens. 4.31
cartilago innominata quæ 154.5
cartilago in articulis quibusdam tertia 4.13
cartilago inter uertebras triplex. 301.4
cartilago inter uertebras iuxta Galeni sententiam quid præstet. 300.33
cartilago ligamētorum substantiam ingrediens 4.35
cartilago mucronata, siue ξιφοειδὴς. 93.2. eius usus. ead. 17. & 167.46
cartilago omnibus articulis communis. 44.26
cartilago quid, eiusq́ natura, usus, ac differentiæ 3.35. inde
cartilago scapulæ sinum frequenter augens 98.3
cartilago spinarum apicibus obnata 59.4
cartilago, tarsus uocitata 238.27
cartilaginis in ossium connexu usus 16.46
cartilaginis temperies 150.54
cartilaginē osse promptius stringi ac dilatari 3.53
cartilagines aliquid continuò erigentes 4.33
cartilagines nasi 151.1. asperæ arteriæ ead. 32. & 153.9
cartilagines nudis & extantibus particulis

ticulis adnatæ 4.44.51
cartilagines quibus tibiæ ossis sinus augentur 138.44
cartilaginum costarum cum pectoris osse, ab ipsarum ossibus liberatio 599.52
cartilaginum palpebrarũ & aurium descriptio 150.29.40
cartilaginum substantia 4.45
cartilaginea cordis basis 93.35.inde 56
cartilagineæ cordis substantiæ examen 602.50
cartilagineum in uertebris ligamentum 57.46
cartilagineæ uasorũ radices quo pacto inquirendæ 94.31
cartilaginosum os brachialis quodnam dictum ueteribus 118.16
cassos os 167.44
καταλλὴς quid 100.5
Caua uena. uide Vena caua.
cauæ uenæ ad cordis basim continuitas expressa 563
cauæ uenæ distributionis per thoracem & iugulum examen 600.48. inde
cauæ uenæ & arteriæ magnæ distributionum sub osse sacro examen 556. 28
cauæ uenæ orificio præfectarũ membranularum usus 597.23
cauæ uenæ ortus examen 602.16
cauæ uenæ series in peritonæi amplitudine, quí obseruanda 554.30
caudæ os 167.41
cauilla 167.5.& 168.46
cauillæ 168.42
cauitas auditus organo parata 34.39
cellulæ coli 362.25
Cor. Celsus in ijs quę ad Anatomen pertinent, sæpe lapsus 154.56
Cor. Celsi de arteriæ asperæ forma locus 576.9
Cor. Celsi de incerto brachialis ossiũ numero sententia 117.13
Cor. Celsi de inferiori maxilla locus 44. 14
Cor. Celsi de pectoris osse lunato sententia 93.7
Cor. Celsi locus de primis colli uertebris 67.29
κραιῶνες 281.23
* cento apud Arabes uenarũ quædam copia 290.13
κεφαλὴ, κεφάλαιον 9.5.20. & 10.1
κεφαλοειδὴς tunica 649.9
κερκὶς 168.8
cerebelli delineatio unde sit petenda 628. 42
cerebelli descriptio totius. 628.45. situs ac magnitudo. 629.14. forma. ibid. 45. implexuum ratio & species. 631.1. duricies. ibid. 36 color & substantia. 631.41. quo pacto continuũ sit cerebro. 629.15. administratio 653.27
cerebelli processuũ uermiformiũ descriptio 639.1 delineatio ubi spectanda 638.55
cerebelli sedes 31.2
cerebelli situs 19.17
Cerebrum cuius animæ facultatis sedes 594.37
cerebrum homini grandius datum ex proportione 507.11
cerebrum, neruorum principium. 316 39
cerebrum quo pacto mole in animalibus uariet 624.9
cerebrum rationis sedes, quale domicilium natura sortitum 26.1
cerebrum sensus ac motus arbitrarij principium, et rationis sedes. 599.13
cerebri arteriæ. quære Arteriæ cerebri.
cerebri corpus callosum. quære Callosum corpus.
cerebri corpus testudinatum camera tum ue, eiusq; descriptio 636.37. usus. 637.34. delineatio unde petenda sit. 636.41. administratio. 652 42
cerebri delineatio unde sit petenda. 628 41
cerebri dura mẽbrana. quęre Membrana dura cerebri.
cerebri descriptio totius. 628.45. numerus ibid. 45. magnitudo & forma. 629.51. anfractus, & eorundẽ usus. 630.34. partes, dextra ac sinistra. ibid. 15. cur sic sectum. ibidem 54. & quibus sedibus continuetur. 629.6. durities. 631.37. color. 631.42. substantia. ibid. 43. quo pacto ab ossium medulla differat. 531.51. nutritioni quo pacto prospectum. 632.9
cerebri, eiusq; partiũ omnium administratio 650.47
cerebri excrementorum in os descendentium receptaculum an gargareon 580.37
cerebri fabrica in brutis ab homine non differens 624.4
cerebri figura 19.16.19
cerebri galea 166.20
cerebri glandis descriptio. 637.42
cerebri infundibulum, glandula, & pituitam excipientes ductus reliqui. descriptio omnium. 640.1. delineatio unde petenda. ibid. 4
cerebri partium ac functionum breuis enumeratio 622.21
cerebri os cuiusmodi à Galeno traditum 32.41
cerebri neruorum quinq; furculi temporali musculo oblati 33.29
cerebri neruorum parium aliquot examen 604.3
cerebri neruorum historiam quære in Neruis cerebri.
* cerebri membranę uenarum modo cauæ 307.13
* cerebri membranæ durę sinus quales sint. 307.41. cauitates, sinuum quatuor quales. 308.28. usus sinuum. 307.41. primi & secundi sinus constructio. 307.55. tertius & quartus sinus. 308.8 quę à primo et secundo sinu enascantur propagines. 308.48. quæ à tertio. ead. 54. à quarto. 309.8. processus à quarto sinu, cerebri petens uẽtriculos. ead. 36. omnium delineatio 305.45
cerebri membrana tenuis. quære Membrana cerebri.
cerebri pituita, ad palatum per quos meatus eat. 641.42. & in narium amplitudinem. ibid. 44
cerebri pituitam per olfactus organa non expurgari 641.46
cerebri plexus secũdas referentis traditio 643.3
cerebri plexuum, reticularis & secundarum plexibus similis, descriptio. 642.13. delineatio ubi spectanda, ead. 16
cerebri reuolutiones intestinorũ anfractibus eleganter ab Erasistrato collatæ 630.25
cerebri substantia ab ossium medulla quo pacto differat 631.51
cerebri testium ac natium descriptio. 638.18. delineatio unde petenda. ibid. 21. administratio 653.37
* cerebri torcular 309.45
cerebri uenæ. quęre Venę cerebri.
cerebri uentriculi. quære Ventriculi cerebri.
cerebri uentriculorum anteriorũ ductus. 323.7. delineatio ead. 11
de Cerebri uẽtriculis cõfutata recentium opinio 623.19
* in Cerebri uẽtriculis prioribus constituti plexus fabrica. 310.39. delineatio 306.40
cerebro dorsalem medullam respondere natura 58.17.56.
cerebrum nullis musculis indiguisse 88 52
cerebrum oculorum gratia in capite locari, & dein cerebri nomine reliquos sensus 18.21.& 19.5
Ceruix 10.12.16
ceruicis flexiones præfecti musculi. 278. 56. eorumq; administratio. 295.47
ceruicis motus, alius peculiaris, alius dorso communis 295.32
ceruicis motorum musculorum descriptio. quære Dorsum mouentiũ musculorum, 4. prima paria, usus, sub Vsu eorundem. administratio. sub ijsdem. ratio. 297.11.& 277. 49. & 278 56
ceruicis motuũ differentiæ quę. 276.9
ceruicis nomina 167.34
ceruicis uertebram primam secundę nectentis ligamenti descriptio. 280. 30. administratio. ead. 42. delineatio 279. ultimo
ceruicis uertebræ. uide Vertebræ.
ceruicis uertebræ cuiusmodi. 59.18. quot numero 63.12
ceruicis uertebrarum delineatio. 60
ceruicis uertebrarum primæ ac secundæ ad caput annexio, ligamentorumq; descriptio. 280.6. administratio. ibid. 35. delineatio. 279.47
ceruicis uertebris adnascẽs ligamentum quoddam 301.44.49
ceruices in ossibus qui potiss. dicantur 10.20
ceruini cordis os medicorum impostura excogitatum 94.23
χαλκοειδῆ ossa 148.3.& 168.52.
chamel 385.52
χάλυ 11.1
chirurgiæ instrumentorum delineatio 329.20
χοιλὴ Græci 640.38
χόνδρος 90.22.& 166.18
* χορίον 294.3.& 541.56
χοροειδὴς dicta membrana 628.6
χοροειδὴς oculi tunica 648.17
* χοροειδὴς plexus. 309.32.& 310.41.& 643. 3
CHRISTI lateris aperti aqua mysterijs plena 585.28
CHRISTOPHORVS PFLVEGEL SALISPVRGENSIS 19. 45
cibo ac potui in corpore, concoquendis famulantia organa, earumq; ratio 385.5
cibum potumq; uentriculo deferentis uiæ nomina 388.6
ciceri assimilatum officulum, ac mira eius uis 126.37.inde
Ciceroni parum rectè mesenterium, medium intestinum dictum 504.6
cilia 150.26
κιὼν cur pro gargareone 580.17
circunuersionis motus 13.27
κιρσοειδὴς πάχεσωτης 524.4.37. & 525. 14
clauale os 166.57
clauiculæ ad summum humerum nexus 103.8
clauiculæ curuitas, eiusdemq; usus. 102.28. 43
clauiculæ substantia, tubera, asperitates, læuitates, foramina 103.12.inde
clauiculę tuberculi articulatio 99.45
clauiculæ 167.51.& 168.42
clauicularum à pectoris osse liberatio 599.46
clauicularũ delineatio. 101. inde. earundem numerus, & ad pectoris os articulatio. 102.2. inde. usus. ead. 53
claues 167.51
clauium ossa 167.40
κλεῖδία 102.1.& 167.51
κνήμη 138.24.& 168.36
clunium ossa 167.39
clypeus oris stomachi 167.48
clypeus pectoris 167.54
clypeus, pro omento 494.39
coarticulatio. 12.20.& 13.18
coccyx auis, cuculus 83.24
coccyx, siue coccygis os 1.46.et 56.56 uide Os coccygis.
κόκκυγος appellatio 83.23.& 85.27
coccygis canini descriptio. 82.9. eiusdem foramina 85.17
coccygis humani descriptio. 83.28. inde & 84.43
coccygis ossis in parturientibus maximum momentum 131.52
coccygis ossis nomina 167.40.inde
coccygis ossis quot ossa 162.39
κωλέαι 166.20
cogitationis ossa 166.40
* κοίλη dicta uena 276.52
κοιλία cur dictus Græcis uentriculus. 389 30
coitus pruritus ac delectationis causę expensæ 526.9.inde
colatorij os 167.5
κῶλον 7.13
colon excrementorum uelut promptuarium 503.1
coli cellulæ 362.25
coli in hominibus & canibus discrimen 501.16
coli intestini à recto differentia. 501.16
coli intestini circa tenuia situs. 361.11. & 362.16 & 501.14
coli intestini uentriculi fundo exporrecti, etc. figura 358.19.& 357
coli principium ubi 500.51
coli situs ratio 502.57
coli tunicę ac fibræ cuiusmodi. 501.20. inde. uenæ & arteriæ. ead. 40. neruí 50
κώλων capita non rectè ἐπιφύσεις & κονδύλους Galeno dici 9.48
colo mesenterij uice esse inferiorem omenti membranam 496.24
collum 10.11.& 167.35
collum asperæ arteriæ gratia datum homini 63.6
collum homini pulmonũ gratia datum 62.49
colli uertebrę. 56.48. et uide Ceruicis.
collo carẽtia uocem non edere. 62.57
columella cur pro gargareone. 580.17
commissura instar unguium 16.3
cõmissuræ temporũ squamosę 27.44
commissurarum ossa fungentium typus. 12.10.ac differentiæ 13.1.inde
* communis dicta uena 287.15
κόγχη, κόγχος 168.31
κόγχος, κόγχοι 29.31.& 166.19
concupiscibilis animæ sedes iecur. 505 38
κόνδυλος, κόνδυλοι 9.20.48.& 10.1.36
κόνδυλοι digitorum qui 121.48
κονδύλους non recte Galeno dici artuum capita 9.47
κωνοειδὴς processus 66.33.
κωνοειδὴς glans, quæ & κωνάριον * 309. 38.& 637 49
κωραλοειδὴς processus. 98.24.& 167. 55. & 168.1
cor 387.48
cor an lienis beneficio refrigeretur. 514 11
* cor arteriarum fons, sine authorum controuersia 298.44
cor cuius animæ sedes 594.19.38
cor humanum uero osse carere. 93.54
cor insiti caloris fomes, & irascibilis animæ sedes 96.36
cor neruorum esse principium, cur ab Aristotele proditum 591.56
cor neruorum principium non esse. 316 48
cor quatuor uasorum ad contermínas sedes connexu sustineri. 94.21
cordis, ipsiusq; partium functio, et usus, ipsarumq; cõstructionis ratio. 594.15 inde
cordis, ipsiusq; subministrantium partium functionis enumeratio. 569. 36 inde
cordis à pulmõe liberi, & dextri eiusdem uentriculi adaperti delineatio. 565.566. item sinistri uentriculi. 567
cordis ab ipsius inuolucris prorsus liberi delineatio 563
cordis adeps 585.17.& 588.24
cordis auris dextra 563. sinistra. 564
cordis auriculæ dextrę usus, & ipsius cõstructionis ratio. 597.3. item utriusq;. ead. 18. sinistræ 598.42
cordis auricularũ delineatio, ubi quę renda 593.7
cordis auricularum situs. 593. 12. dextrę situs & forma. ead. 18. substãtia. 42. nexus. 47. item sinistræ. ead. 53
cordis basis ratio & usus 595.25
* cordis basim cingens uena 278.56
cordis caro cuiusmodi. 566.43. & fibræ. ead. 49. inde. item carnis usus. 583.34. & fibrarum. ead. 38
cordis caro cur in mucrone quam in basi spissior solidiorq; appareat. 587 29
cordis carnis usus 598.29
cordis cartilagineę siue osseę substantiæ usus. 596.15. eiusdem examen. 602 59
cordis cum suo inuolucro & pulmone delineatio 561.& 562
cordis dextrum latus expressum. 563. item sinistrum 564
cordis dilatatio quid 587.45
cordis figura. 585.41. superficies. ead. 48. magnitudo 586.32
cordis formæ ratio 595.29
cordis inuolucrũ cuiusmodi aquam contineat. 584.47. & cur potissimũ. 585 11
cordis inuolucrũ quibus uasis uiam præbeat 583.41
cordis inuolucrum quibus uasis ac neruis implicetur 584.39
cordis inuolucri delineatio ubi quærenda 583.28
cordis inuolucri examen 600.32
cordis inuolucri forma. 583.36. initiũ. ead. 49. situs. 584.4. substantia. ead. 17. superficies & nexus 22
cordis inuolucri usus & constructionis ratio 584.43.& 595.1
cordis mẽbranæ quæ. 591.30. & quot numero. ead. 33
cordis mucronis ratio & usus. 595.20
cordis neruulus. 588. 17. eiusd. usus. 596 13
cordis orificiorum membranulæ, earumq; delineatio ubi quærenda. 591 23

de Cordis orificijs, Anatomicorum diuerſa placita 590.34
cordis os, ſiue cartilaginea ſubſtantia 93.34. inde
cordis oſſis, ſiue cartilaginoſæ ſubſtātiæ delineatio 567.20
cordis partes nō æquē omnes dignę. 595 17
cordis partes omnes cui functioni potiſſimum famulentur 594.56
cordis per tranſuerſum diſſecti delineatio 567
cordis pulſus in uiuo animali examē. 588 7
cordis ſcutum 167.44
cordis ſitus. 561.28. & 585.57. eiuſdem ratio 595.3
cordis ſitus ac formæ delineatio ubi quærenda 585.34
cordis ſubſtātię delineatio ubi quærenda 566.40
cordis ſubſtantiæ peculiares uenę & arterię. 588.13. eidemq; obnata tunica. ead. 22
cordis ſubſtantię ſecundū ipſius uentriculos delineatio 567.24
cordis ſubſtantiæ uſus 595.37
cordis uaſa quot, & quæ 589.47
cordis uaſorum & orificiorū eorundē delineatio ubi quęrenda. 589.40
cordis uentriculus dexter cur ſanguineus dictus 596.20
cordis uētriculus ſiniſter cur ſpirituoſus ſiue aëreus appellatus 598.5
cordis uentriculi dextri, & ipſius orificiorum membranarumq; examē 601.50. item ſiniſtri 602.35
cordis dextri uentriculi uſus. 596.20. item ſiniſtri, eiuſdemq; cōſtructionis ratio 598.3
cordis uentriculorum delineatio ubi quærenda 538.36
cordis uentriculorum numerus & ſitus. 588.45. dextri forma. ead. 48. & ſiniſtri. 54. eorūd. ſuperficies. 589.10
cornix 8.53
coronale os 166.42
coronalis ſutura, στεφανιαία. 166.27. & 21.16. & 23.4. cur dicta 26.41
coronalis uenæ uſus 595.41
coronalium arteriarum uſus. 596.6. earundum ortus 11
κορώνη, κορωνὶς 8.53
κορώνης appellatione quid Galenus uoluerit intelligi 65.36
κορῶναι 106.17
corpus cuiuſmodi ad ſectionē adhiberi conueniat 548.10
corpus teſtudinatum cameratum ue 636.37. quęre itē, Cerebri corpus teſtudinatum.
corporis humani medium exactiſſimum quod 595.14
corporis humani oſſa quo artificio parāda ad inſpectionē. 155.23. inde
corruptelæ homini connata neceſſitas 384.38
κορσῶν ſiue κοῤῥῶν oſſa 166.48
corticales ſuturæ 166.36
κορυφῆς oſſa 166.33
coſtæ quot 162.40
coſtæ ſpurię ſiue nothæ, & legitimæ. 167 50
coſtarum ad uertebras articulatio. 91. 20. eiuſdē articulationis, ductuſq; earundem delineatio 87.1. inde
coſtarum aſperum tuberculum. 91.4
coſtarum cartilagines 3.52. & 5.2
coſtarū cartilaginū cū pectoris oſſe, ab ipſarū oſſibus liberatio. 599.52
coſtarum ductus 93.24
coſtarum in cōpingendo ſceleto qualis obſeruanda ratio 161.16
coſtarum longitudo, amplitudo, læuitas & aſperitas non eadem omnium 90.31. inde
coſtarū numerus. 89.45. uiris & mulieribus idem ead. 50
in Coſtarū octo inferiorū inflāmatione an mittēdus etiā ſanguis. 602.5
coſtarum oſſeæ ſubſtantiæ delineatio 87.17
coſtarum ſubſtantia & appendix cuiuſmodi. 7.50. & 90.15. inde. cartilagines. ead. ſinus. ead. 47
coſtis ſingulis peculiaris tūica. 571.39
coſtas ſuccingens tunica. uide, Tunica coſtas ſuccingens.
coſtas ſuccingens tunica altera, ueteribus dicta quæ 295.2
κοτύλη 10.2.24
κοτύλης & γλήνης diſcrimen 10.44
κοτυληδὼν 10.24
κοτυληδὼν herba 539.25
κοτυληδόνες cur uteri acetabula dicta. 539 28
coxa 168.26
coxæ os 128.55. & 168.21.28
coxendix 128.56
coxendicis acetabuli ad uteri acetabula collatio. 539.2
coxendicis os. 6.2. & 127.17. & 128. 52. & 131.36 & 168.21.
coxendicis oſſis acutus proceſſ. 131.18
coxendicis oſſis appēdix. 131.25. eiuſdem figura. 5. * item ligamenta ad os femoris. quære, Femoris os.
coxendicis oſſis robori quomodo ſit proſpectum 130.35
coxendicis oſſis ſuperiori ſede inſculptus ſinus. 130.22. eiuſdem tubera. ead. 28
κρανίον 166.19
craſſū inteſtinū. uide Inteſtinū craſſ.
κρατῆρες dentes 167.23
κρία 141.10
κρεμαστῆρες dicti muſculi 285.57
Cretenſiū renuēdi mos, retrorſum flexo capite 63.30
cribratum os 167.5
cribri modo peruium os 28.24
criſtæ os 167.13
crocodilis nō idem motus maxillarū ut reliquis animantibus 246.14
κροταφίαι ſuturæ 166.35
κροταφῶν oſſa 166.48
crus 163.34
cruris arundo maior, & minor, 168. 38 inde
cruris domeſtica canna 168.39
crurum in hominibus & quadrupedibus ſimilitudo 145.1. inde
per Crura tendentium uenarum & arteriarum examen 657.49
cryſtallinus humor, ſiue κρυσταλλοειδὴς 646 25
κτεὶς 168.16
κτένες dentes 167.17
κτένιον 168.16
cubi 147.36
cubum referēs os. 148.4. inde. & 168. 53. eiuſdem deſcriptio. 144.27. inde
cubiforme os 168.53
cubitus quid 109.18. & 110.44
cubiti flexus ratio 106.11
*cubiti motus duo 226.50
cubiti nomina 168.5
cubiti oſſium figura 108.3
*cubiti ſedis internæ muſculorū numerus. 221.45. externę ſedis. ead. 51
*in Cubiti ſede externa ligamētorū trāſuerſorum adminiſtratio. 223.56
*cubito adiacētibus muſculis obnata membrana. 220.42. obſeruanda quomodo 222.31
*cubitum brachiali nectentia ligamenta 221.1
cubitū flectentiū muſculorū delineatio. primi. 188.49. ſecundi. 193.17. extendentium itidem primi. 201. 50. ſecundi 175.45
*cubitum mouentes muſculi in canibus 219.29
*cubitum mouentium muſculorum deſcriptio. 216.50. flectentium primus. 217.8. ſecundus. ibid. 38. amborum functio. 218.12. extendentium primus. 218.50. ſecūdus. 219. 5. tertius. ead. 12. adminiſtratio omnium 225.4
cultelli parui pro ſectione apti. 236. 20. earum delineatio 235.47
cultralis cartilago. 167.48
cultri è buxo, pro ſectione parandi. 236.29. eorum delineatio 235
cultrorū uulgariū ad ſectionē deſcriptio. 236.27. delineatio 235.48
cuneiforme os. 21.35. & 22.14. & 23.15. 40. & 25.20.39. & 30.2. & 36.45. & 38.10 & 167.2
cuneiforme os πολύμορφον. 32.3. eiuſd. antra. ead. 5. inde
cuneiforme os ſpongiæ modo non eſſe peruium 32.15
cuneiformis oſſis circumſcriptio. 28. 44 & 29.1
cuneiformis oſſis foramē Anatomicis ignoratum hactenus. 49.31. peculiare 52.45
cuneiformis oſſis medium neutiquā perforatum, cōtra Galeni traditionem 51.33
cuneiformis oſſis ſinus 54.56
cuniformis oſſis ſutura. 28.33.44 quibus ſedibus occurrat. 29.4. eiuſdē interuallum 29.18
curſoribus lienem eximi, ſtultè perſuaſum





ſuaſus uulgo 513.8
cuticula quid 223.14
cuticula, ἐπιδερμὶς 232.18
cuticulæ adminiſtratio. 234.1. & 548. 50. & 549.6. delineatio 231.30
cutis in homine, ἀνθρωπὴ dicta Herophilo 231.43
cutis manus. quære, Manus
cutis quid ſit 231.35
cutis adminiſtratio. 234.1. & 548.30. & 549.6. delineatio 231.30
cutis differentiæ à connexu. 231.43. à neruorū copia. ibid. 48. à mollicie. ibid. 50. à motu. ibid. 56. à pilis. 232.4. à foraminibus. ibid. 7
cutis & membrana in frōte & pene, ſcortoq; nullo adipe ſubſtrata cur. 521.42 inde
cutis humanæ craſſities 161.54
cutis quæ partes in homine moueantur 237.25
cutis ſubſtantia 231.38
cutis uenis, arterijs, ac neruis prædita, ac ſenſus compos 232.21
cuti per uniuerſum ſubdita membrana carnoſa 232.45
κύβιτος 111.6. & 168.13
κυβοειδὲς os 1.41. & 148.4. & 168.53
κυμβαλίτης & κύμβαλος, herba 539.26
cymbā referēs os. 168.49. eiuſdē delineatio. 5. & 6.5. & 142. & 143.14. eiuſdē ſinus. 147.28. & ſedes. ead.
cymbam referētis oſſis per medium diſſecti figura 2
κυνόδοντες 167.19
κύβος 166.20

D

Δάκτυλοι 168.17
Δάρσις Herophilo quid ſit 234.38
dearticulatio 11.16. & 13. 7
δελτοειδὴς dictus muſculus 264.45
dens proceſſus 61.55. & 66.31
dens ſecundæ uertebræ tuber, ſiue proceſſus 66.31
dentis dicti oſſis ligamētū. 280.2. & 44
dētis molaris facies utraq; 33. & 34.25
dentis proceſſus cum prima uertebra contextus 66.39
dētes, ὀδόντες, eorūq; nomina. 167.16
dētes frigore potiſſimū uexari. 45.35
dentes omnium oſſium duriſſimi. 2. 54. & 46.11
dentes quî maxillis inſigantur. 46.17
dentes quot 162.38
dentes radicibus inter ſe uariare. 46. 20. inde
dentes ſenſu præditi 3.20. & 45.26
dentes ſoli omniū oſſium nudi 3.26
dentiū à cęteris oſſib. differētia. 45.42
dentium alueoli 44.41. & 45.10
dentium appendices 46.56. inde
dentium cauitas 46.51
dentiū dolori, remediū optimū. 46.39
dentium exceſſus præſecādi, aut exurendi mos 45.33
dentium frequentia argui uitæ longitudinem 46.49
dentium numerus. 45.47. & nomina. ead. inde
dentiū numerū aliqñ uariare 46.31
dentium præſepiola 46.17
dentium puerorum appendices 7.51
dentiū radicibus affixi neruuli. 45.30
dentium uſus 1.20
dentium utriuſq; maxillæ figura. 45
δέρμα, cutis dicta 232.14
διάφραγμα 290.47
διαφράττοντες membranę, quæ. 572.13
diarthroſis, διάρθρωσις 12.20. & 13.7. & 120. 24
διχαστῆρες, dentes 167.17
δίδυμοι, cur teſtes dicti 521.20
δίδυμοι dicti in cerebro 638.42
digiti, δάκτυλοι 168.17
digiti, cur inæquales 125.15
digiti, cur unguibus donati 149.42
digiti manus. quære, Manus digit.
digitorū articulationis forma. 124.21
digitorum dignitas. 124.54. uſus ac ſitus. ead. & 125.2. inde
digitorum flexus, extrorſum mirabilis 124.36
digitorum forma in mulieribus pulcherrima, qualis 122.12
digitorum manus oſſa, quot 162.43. pedis. ead. 48
digitorū manus cuti internę neruoſa tenuitate ſubnati muſculi deſcriptio. 302.26. adminiſtratio. *222.32
digitorum oſſa 9.49.55
digitorum oſſa non penitus medullæ expertia 121.50
digitorum oſſa perperàm Galeno ſolida conſtituta 2.51
digitorum oſſa quot. 120.35. & cuiuſmodi. 121.16. inde. & 149.20
digitorum oſſium appendices 89
digitorum oſſium articulationis ratio 123.30
digitorum oſſium magnitudo, & forma decentiſſima 122.8.14. inde
digitorū pedis oſſa, eorumq; deſcriptio 142. & 143.24
digitorum pedis figura 5. & 6.7
digitorum pedis ratio 149.13
digitorū tertij oſſis proceſſuli. 124.46
digitos flectentium muſculi ſecundi tendinum per primi tendines tranſitus 306.5
digitos mouentium muſculus uigeſimus tertius, ad brachiale referendus 312.11. & 313.3
digitos manus mouentes muſculi. quære, Manus digitos, &c.
digitos pedis mouētes muſculi. quęre, Pedis digit. mouent.
digitos quinq; omnino fingi oportuiſſe. 124.50. non plures. 125.14
digitos ſingulos tribus oſſibus efformari, meritò 121.47
diploa 20.15
δωδεκαδάκτυλον inteſtinum. 499.2
dorſalis medulla, quot neruos edat 339. 37
dorſalis medullæ delineatio 331
dorſalis medulla, eius deſcriptio. 338. 23. ab oſſium medulla quo pacto differat. ibid. quæ ſint illi cū cerebro cōmunia, quę peculiaria. 339.2. cur ſit unica. 339.20. cur ſit facta. 338.34. muniēda quo pacto? oſſibus. 338.51. mēbraneis inuolucris. ead. 52
dorſalis medullæ cum cerebro coalitus 653.42
dorſalis medullæ terminus ex oſſe prodiēs ſacro, inter neruos nō cenſetur 339.44. & 350.18
dorſalem medullam in ſexto oſſis ſacri oſſe terminari 85.2
dorſum, eiuſq; oſſium deſcriptio. 56. 41. & 99.22
dorſum iliū oſſis 129.52. & 130.1
dorſi ligamēta ualida quædā, & eorū uſus. 301.17. ligamenta in ſpinarum interuallis poſita 301.25
dorſi medullæ initiū. 631.24. color. 631.41. ſubſtantia. ibid.
dorſi motuū differentiæ 295.22
dorſi muſculi, à Galeno frigide deſcripti 295.45
dorſi nomina 167.30
dorſi oſſiū multitudinis cauſa. 58.10. & quot conſtet oſſibus ead.
dorſi oſſiū non par magnitudo, neq; dorſalis uiæ æqua amplitudo. 58.31
dorſi pars thoraci reſpondens, proprios flexionis muſculos cur non habet 298.4
dorſi uertebræ. 167.37. earundem appendices 7.46
dorſi uertebrarum ligamenta, iuxta Galeni placitum, eiuſq; improbatio 300.33
dorſi uertebrarum ligamēta, νευροχονδρώδη συνδέσμα dicta 301.10
dorſi uertebrarum ligamenti ſpecies canibus propria 301.40
dorſi uertebras nectentium ligamentorum deſcriptio. 300.28. adminiſtratio 302.5
dorſum flecti antrorſum, fuiſſe commodius 59.40
dorſum homini quāta induſtria Natura creauerit 57.51. inde
dorſum mouētiū muſculorū delineatio. paris primi. 191.11. ſecūdi. 191. 15. tertij. 205.47. quarti. 209.35. qnti 191.50. ſexti. 205.50. ſeptimi. 209.40
dorſum mouentium muſculorum deſcriptio 295.11
dorſum mouentiū muſculorū iuxta ſingulorū pariū ordinē adminiſtratio. 299. parium 4 priorum. ead. 28. quatuor poſtremorū, nempe quinti. 299.38. triū ſequētiū. 300.1
dorſum mouentiū muſculorū, iuxta 8 ipſorū paria ſigillatim expoſitus uſus. 296. paris primi. ead. 13. ſecundi & tertij parium uſus. 296.48. quarti. 297.8. quinti. 298.1. ſexti. ibid. 40. ſeptimi. 299.2. octaui. ibid. 20
Dorſum mouentium muſculorum par primum, Galeno parū apte in

plures diuisum. 296. 4. usus non recte assignatus. ead. 18
dorsum mouentiũ musculorũ par 5. à Galeno nõ recte descriptũ. 297.16
dorsum mouentiũ musculorum paria duo. 7. & 8. Galeno incognita 298.11
dorsum mouentium musculorũ paria 8. ac primum. 295.48. secundũ. 296.20. tertiũ. ead. 39. quartũ. ead. 52. par quintum. 297.13. sextum. 298.10. septimũ. ead. 44. octauũ. 299. 7
duales dentes 167.18
dulcis morsus, seu bolus, quid 359.55
duodenum intestinum 362.1
duodenum cur in nullos anfractus ducatur 502.52
duodenum intestinum cur exortus 390. 36
duodenum non minus quàm ieiunum, inane 499.19
duodeni appellatio 498.57
duodeni intestini ductus, & ratio 498. 52
duodeni tunicæ cuiusmodi 499.30
duodeni intestini uenæ & arteriæ. 499.39. nerui. ead. 52
duodeno cur insertus bilis uesiculæ meatus 503.44
dura ossa 166.54
dura mater, dura Cerebri membrana. quære, Membrana dura cereb.

E

Ἔκφυσις quid 498.53
eflos 494.39
elephantiasi laborantis lien maior 512.19
elephantiasi laborantium superficies cutis & color, cuiusmodi 511.54
emulgentes uenæ delineatæ. 370. & 371. 18
enarthrosis 12.22. & 13.43
enarthrosis quando in simplici articulo 13.55
ensiformis cartilago 167.46
ἔντερα 498.5
ἐπιδέρμις 232.18. & 549.6
ἐπιδίδυμις tunica, quæ 522.43. & 524. 12
epiglottalis cartilago 93.20. & 167.48
ἐπιγλωττὶς 154.47. & 155.1. & 258.29
ἐπιγλωττὶς & γλωττὶς differunt, quomodo 261.33
ἐπιγλωττίδιος delineatio 257.44
ἐπιγονατὶς 168.31
ἐπιμυλὶς 168.31
ἐπινώτιον 167.53
ἐπίφυσις 7.18. inde
ἐπίφυσιν cum ἀποφύσει, subinde ab aliis confundi 8.43
ἐπιφύσεις quoque ossium capita Galeno non semel dici 9.42.47
epiplex. 494.39 (495.8
ἐπιπολίλη, cur Græcis dictus ramex 495.31
ἐπιπλοκομισαὶ 494.44
ἐπίπλοος, ἐπίπλας, &c. 67.24
ἐπιστροφεὺς

ἐπωμὶς, dictus musculus 99. 43. & 102.35. & 264. 46
Erasistrati opinio de arterijs sanguine destitutis 526.4
Erasmi Roterod. de talorũ lusu dialogus parum anatomicus 107.18
Erasmi de talo lapsus 140.19
ἐφυθροειδὲς inuolucrum 522.19
excessus 8.13
exortus, cur duodenum intestinum appellatum 390.36
exortus uenæ cauæ, qui 593.20
expiratio alia naturalis, alia uiolẽta, & quæ 292.52
expiratio, quibus musculis perficiatur 292.55
expirationis usus 570.8
expirationem Naturalẽ, cur citra musculi opẽ fieri scribat Galenus. 293.1
explantatio 8.13

F

Faux 167. 15. & quid 579. 46.13
faucium glandulæ triũ generum 579.28
faucium organorũ examen 603.48
femen 168.23
femur mouentis musculi descriptio 297. 26
* femur mouẽtes musculi, quot constituendi 242.24
femur mouentium musculorum delineatio. primi. 296.10. secũdi. 299.3. tertij. 202.10. quarti. 202.13. quinti. 205.1. sexti. 295.28. septimi. 295.30. octaui. ult. noni. 193.36. decimi. 199.14
* femur mouentiũ musculorum descriptio. 238.20. primi. ead. 32. secundi. ead. 43. tertij, quarti, quinti. 239.2. munus omniũ. 240.31. sexti. 240.49. septimi, octaui. 241.4. omniũ. 241.22. noni, decimi. ibid. 40. decimo appensæ carneæ portiones 242.12
* femur mouentiũ musculorũ quintus, totius corporis mole maximus 239. 44
femur mouẽtiũ musculorũ decẽ administratio exposita ordine. 242.36
femur petẽtes nerui. quære, Nerui.
femoris appendices. 7.55. eorund. delineatio 5. & 6.14
femoris superius caput 9.8
femoris capita 5. & 6.31
femoris inferiora capita, cur retrorsum producantur 134.17
femoris ceruices 10.14
femoris dextri figura 5
femoris & brachij os in quadrupedibus & auibus Aristoteli ignoratum 15.52
femoris figura laudatissima, quę 135. 40. inde
femoris luxatio qua parte creberrima 131.11
femoris motus 13.25. & 238.20
femoris os 168.22, 25.28
femoris ossi comparatum auditus organi officulum 35.22
* femoris os ossi coxendicis alligantium ligamẽtorũ descriptio. 252.31. administratio 256.21
femoris ossis descriptio & figura 133.1 inde. & 134.1
femoris processus 8.23
femoris processus, seu rotatores, duo 134. 52
femoris secundum ipsius longitudinem forma 135.24
femori ad tibiã articulãdo sedes 138.
femori articulãdo paratum (34 acetabulum 130.53
feneſtratum os 168.25
fibrarum cordis & musculorũ ratio quatenus eadẽ aut diuersa. 587.41
fibrarũ in intestinis ratio 503.26
fibrarũ in uesica, uentriculo, & bilis uesicula ratio 518.13
fibrarũ motibus naturalibus seruientiũ species, & cuiusq; functio. 258.6 delineatio ibidem
* fibrarum, quæ motibus, tum naturali, tum arbitrario sunt præfectæ, differentia 257.32
fibrarum usus 596.3
fibras tunicarum in uesica optime cognosci 518.12
fibula 1.45. & 138.26. & 168.39
fibula quid à sura differat 138.30
fibula secundũ ipsius longitudinem triangula 140.33
fibulæ ad tibiæ os nexus. 139.17. ubi à tibiæ osse dehiscat 24
fibulæ cum talo articulatio 140.2
fibulæ excarnis pars 140.28
fibulæ figura. 136. descriptio 137.6
* fibulam ad tibiæ os colligantium ligamentorum descriptio 253.30
filum, sectioni aptum 236.56
focile brachij minus. 168.9. maius. 12. & 38. inde
fœcunditatis præsagium ex umbilicũ uasorum nodis 383.42
fœtus, ipsiusq; inuolucrorũ examen 557. 50
fœtus inuolucrũ primum ac extimũ, cuiusmodi. 541. 16. & quali substantia 33. inde
fœtus inuolucrũ secundũ, seu mediũ cuiusmodi. 542.4. itẽ tertiũ. ead. 44
fœtꝰ inuolucri extimi nomina. 541.56
fœtus inuolucra elegãtius à matrib. asseruari, quàm abijci, &c. 543.15. eadem ab reliquis animãtibus rursum deuorari. ead. 19
fœtus inuolucrorũ delineatio 383.10
fœtus in utero situs. 382. & 383.32. nõ qualis uulgò traditur 541.28
fœtus urinæ meatus. 357. 11. & 356. & 518. 360. ipsius ratio. 542.25. quomodo inquirendus 558.18
fœtus urina & recremento uteri ceruicem irrigari ad faciliorem partum 542.53
fœtui uitalem spiritum deferentes arteriæ 518.39
fœtum

fœtum inuoluens membrana à quibusdam exiccata asseruari solita, eiusq; diuersa nomina 543.4
fœtum inuoluẽs membrana falsò nõ omnibus pueris communis habita 543.5. decẽ eo superstitiones. ead. 11
foramen cæcum. 34.39. & 53.12
foramina auditus organi cauitatem ingredientia 34.39
foramina neruis emittendis parata 58.47. inde
foramina neruos in sacro osse transmittentia 84.21
foraminula per caluariæ amplitudinem sparsim obuia 54.23
foraminũ capitis siue caluariæ descriptio. 47.17. & 49. inde
foraminũ in uertebris, neruos in latera transmittentium natura 70.29
foraminum speculatio ut iucundissima, ita ab alijs hactenus prætermissa 53.19
forficulæ, aptæ secantibus. 237.7. delineatio 235
FRANCISCVS PINELLVS Genuensis 90.5
frontis cutem mouentis musculi delineatio, ubi spectanda 179.7
frõtis musculi. quære, Musculi frontis
frõtis os. 21.33. & 23.12. & 30.1. eius circũscriptio. ead. 13. & 36.40. & 166.42
Fued, fuhed 387.49
fundibulum cur pro gargareone 580. 19
furcula pectoris ossis 92.22
furculæ inferioris medium 167.49
furculæ 102.2. & 167.51. inferiores. ead.
fusi ossa 167.32

G

Galea, fœtum inuoluẽs membrana quibusdã dicta 543.4
* Galenus de Vsu partium libros emendare aggressus, nõ plenè id præstitit 219. 48
Galenus non pauca, in libris præcipuè de Partiũ usu, imaginatus est tantũ, in animalib. non uisa 635.47
Galenus è quibus animalibus Anatomen scripserit. 233.21
Galenus hominem nunquam secuit 275. 3
Galenus in Aristotelẽ iniquior. 591.1
Galeni in Aristotelem calumniæ nimis sophisticæ 540.55
* Galenus studio in Aristotelem suipsius oblitus 267.14
Galenus in Euripide ridendo cẽ spectandis ossibus occupatior 145.27
Galenus medicinæ parens 591.15. rarum Naturæ miraculum. 63.17. summus Naturæ admirator. 500. 39. omniũ bonorũ autor. 569.24.
Galenus non raro quæ maximè fuerant exponenda, tacitus præterit. 630. 43
Galenus quid fecerit, ne aliquã partem ab alijs descriptam præterijsse uideretur 32.52
Galenus simiarũ sectionis, quàm hominum studiosior. 42.55. Item in simiarũ sectione quàm hominum peritior 81.24. inde
Galenum simiæ & hominis Anatomen confundere 83.17
Galenum simiarũ potius anatomen quàm hominis tradidisse 85.8
Galenus simiarum sectione delusus 307. 1
* Galenus simiarum sectioni nimiũ fisus, priorum Anatomicorum rectas sententias sæpe euertit. 234.19. & * 246.16. & 274.25. & 299.50. & 631. 24
Galeni aliquot librorum interitus 575. 51
* Galeni Anatomicῶν annotationes 219. 51
* Galeni autoritas quanta sit 278.41
Galeni boum pene delusi falsũ dehumani penis materia dogma 529.8
Galenũ humani penis fabricã nunq; spectasse 527.54
Galeni crebri in Anatomicis traden dis lapsus 591.3
Galeni de Administrãdis sectionib. libri postremò ab eo scripti 63.42
Galeni demonstrationes Anatomicæ magna parte falsæ 526.48
Galeni de Demõstratione librorum interitus quatenus dolẽdus 526.34
Galeni de Ossibus librum græcum per inuidiã quorundam latere hactenus 42.48
Galeni diligentiæ plurimum deberi 68.15
Galeni in Anatomicis sectatores notati 572.52
Galeni interpretum lapsus 98.25. & 140. 19
Galeni interpretum mendæ Anatomicæ à Vesalio sublatæ 55.39
Galeni loca ab hominis descriptione discrepantia, nõ pauca missa 42.11
Galeni loca non pauca inter se dissidentia, aut alioq; falsa, omissa 282.5
Galeni loci quatuor emendati in libro Administrationũ primo. 309.24

*GALENI LOCA quædam uel exposita, uel reprehẽsa, eaq; iuxta rerum seriem digesta: quorũ tamen catalogum diligens Lector abundè perlectis hisce libris locupletabit. nobis enim ex multis uix pauca saltem hæc annotare, propter Galeni autoritatem, libuit.*

Galeni sententia, de Adipe inter cutẽ manus internæ, & tendinẽ illi subnatum, notata 303.26
Galeni de tribus Animæ speciebus, aut partibus inter se natura diuersis, sententia 594.36
Galeni notata sententia, de usu Appendicum in ossibus. 7.39. Item quod solis magnis ossibus adsint appendices. ibidem. 54. & 8.5. quodq; solis adsint sinus 2.51
Galeni de Arteriæ magnæ & uenosæ orificijs lapsus 591.10
* Galeni locus de Arteriæ ortu. 299.6
Galeno ignoratum, Arteriã soporalem non ferri per idẽ foramen cum tertio ac quarto neruorũ pari. 52.32
Galeni sentẽtia, de Arterijs plexum reticularẽ constituentibus 622.46
Galeni sentẽtia de Astragali situ, notata 15.50
* Galenus, duo Brachij ligamenta, ignorans 220.25
* Galeni sentẽtia de motu Brachialis in pronũ & supinũ, notata 215.19
Galeni de Cæco intestino, sententia 500. 30
Galeno ignota, nõ pauca Capitis foramina 52.32
Galeni locus de Capitis motu super uertebram secundã, notatus. 67.9. eiusdẽ alius de ossibus in motu à se inuicem abscedentibus. ibid. 54
Galeni sentẽtia de Capitis motu proprio quopiam, notata 176.12
Galeni de capitis motibus, notata sententia 63.26
Galeni locus de capitis motu in latus super prima uertebra, improbatus 65.7. & deinceps
Galeni super Cartilagine inter uertebras dorsi reposita, notata sententia 300.33
Galeni uana ratio, de Cerebelli simplicitate 339.24
Galeni sentẽtia de cerebelli duplicitate, improbata 631.20
Galeni ratio de cerebri diuisione, notata 632.13
Galeni sententia de cerebri reuolutionibus, notata 630.37
Galeni dogmata nõ pauca de Cerebri uentriculis, notata, alia omissa 634. 20
Galenus de præstantia Cerebri uentriculorum, uarius 636.26
Galeni sentẽtia de superficie uẽtriculorum Cerebri tenui mẽbrana cincta, eiusq; improbatio 635.40
Galeni sentẽtia, Colon seu artuũ capita ὠμφύσεις & λοφίλλας uocari docentis, improbata 9.47
Galeni de Cordis osse sentẽtia 93.51
Galeni de Costarũ articulatione, sententia 91.22
Galeni de Costarum cartilaginibus, sententia 90.27
Galeni de Crurũ in animalibus flexione, &c. dogma 145.20
* Galeni sententia de cubiti flexionibus planè imaginaria, notata. 218. 14. in enumerandis musculis harum autoribus uarietas. ead. 19
Galeni de digitorum forma sentẽtia. 123.28. & articulatione. cad. 30.
Galeni placitis, de Dorsi motibus, sententia contraria 76.45
Galenum subinde Dorsum, & spi-

nam in tibiam & femur mouentiũ muſculorum deſcriptione confundere 129.57
Galenus Dorſi motores muſculos quatuor poſtremos ignorãs. 298.11
Galenus in deſcriptione Dorſi muſculorum, notatus 295.45
Galeni de effectiuo & materiali hominis principio, ſententia 520.42
Galeni de Femoris ad coxendicis os motu lapſus 134.16
Galeni de Fœtus inuolucris dogmata quatenus uera 541.12
Galeni de ſecundo fœtus inuolucro ſententia 542.31
Galeni ſentẽtia, de foraminis ſecundũ neruorũ cerebri par trãſmittentis magnitudine, improbata. 50.25
Galeni ſententia, de foraminibus cribrum referentibus, ac pituitam cerebri expurgãtibus, fictitia 641.28
* Galeni notata ſentẽtia de Glande inteſtino ieiuno adnata. 264.47
Galeni de Glanduloſa carne ad inferius uentriculi orificium ſententia 391. 2
Galeni anatomica demõſtratio, qua Glandoſum corpus ſemini parando non præeſſe conficitur 516.47
Galeni de Humeri tuberculo interiore & exteriore ſententia 107.7.16
Galeni de Humero poſt femur omnibus oſſibus grandiore, ſententia 105. 9
Galenum falſò Humerum exterius gibbum, interius ſimum, &c. ſtatuiſſe 107.39
Galeno canũ inteſtina magis quàm hominum inſpecta 500.39. & 501.31
Galeni de Mamillarum ſitu ratio 545. 46
Galeni locus de Maſſeteribus muſculis notatus 246.30. & 248.6
Galeni locus de Maxillæ ſuperioris ſuturis explicatus. 29.38. alius de eorundẽ oſſium cõſtitutione. 39.11
Galeni loca aliquot de Maxillæ ſuperioris oſſiũ numero, ſuturis, refutata. 42.11. & deinceps
Galeni locus de Membranis proceſſus uermiformes cõtinentibus, notatus 216.14
Galenus an rectè tria Meſenteria numeret, & cuiuſmodi. 504.19
Galeni locus, Muſculum inter ligamentum ac neruum ponentis eſſe medium 220.41
Galeni opinio de Muſculorũ ortu, notata 223.24
Galeni opinio de Muſculorũ fibris, notata 227.7
Galeni notata ſentẽtia, qui Muſculi tendine careant 228.27
Galeni locus notatus de Muſculorũ tendinibus 222.51
Galenus in deſcribendis abdominis muſculis, uarius 283.6
Galeni locus, de muſculo Brachium attollente, notatus 264.42
Galenus in deſcribendis Brachium attollentib. muſculis, uarius 265.21
Galeni ſentẽtia, de muſculo tanquã Brachium circumuertente notata 265.46. & 270. 53
Galeni, de muſculo quopiam tanq̃ Brachij motore, notata ſententia 263.49. & 14
Galeni, ſuper muſculo quopiã Brachij motore, in hominibus autem nõ reperto, notata ſentẽtia 266.41
Galeni, de quarto Brachij motorum muſculo, notata ſententia 266.23
Galeno præteritus muſculus inter Brachij motores quintus 267.ult.
Galeni, de muſculorum Caput mouentium pari ſecundo, notata ſententia 277.20
* Galeni ſententia ficta, de muſculis cubitum mouentibus 217.1
Galeni loca de muſculis Digitos mouentibus, notata. 305.33. & 306.4. & 14. item 307.1
Galeni, ſuper muſculorum qui Dorſum mouent, pari primo, notata ſententia 296.4. & 18
Galeni, in deſcribendo quinto Dorſum mouentium muſculorum pari, notata ſententia 297.16
Galeni, in deſcribendo ſexto Dorſum mouentium muſculorũ pari, notata ſententia 298.12
* Galeni de muſculo femur mouẽtiũ quarto, eiuſq; ortu ſentẽtia 239.26
Galeni de muſculorum intercoſtaliũ functione, notata ſententia 290.21
Galeni locus, de muſculis Labra mouentibus, notatus 242.29
Galeni ſentẽtia, de muſculo Manus internæ regioni ſubnato notata. 302. 44
Galeni, de quarto muſculorum pari, Oſſi υ propriorum, notata ſententia 251.39
Galeni, de Palpebrã mouẽtibus muſculis opinio 239.14
* Galenus in tradendis muſculis pedem digitoſq; mouentibus, admodum uarius 243.44
* Galeni ſentẽtia, de muſculis primis Pedem mouentibus, notata. 245.35 de quarto muſculo. 246.16. de octauo. 248.7. de muſculis Pedis digitos mouẽtib. 250.13. & 21. & 251.38
Galeni ſentẽtia, muſculis Pollicis & parui digiti abductioni præfectis, notata ſententia 308.35
Galenus ignorans tres muſculos, ſecundũ Pollicis os flectentes 309.15
Galeni ſententia de muſculis Pollici præfectis, notata 312.38
* Galeni, de muſculi in Poplite latitantis functione, notata ſententia 237.37. & 56
* Galeni ſententia de primo Radiũ mouentiũ muſculorũ, notata. 216.6
Galeni in muſculorũ Scapulam mouentium traditione, notata ſententia 274.10.42. ac deinceps
Galeni, de muſculo quopiã tanquã Scapulam mouente, notata ſententia 275.12
Galeni ſentẽtia, in tradẽdo Scapulæ motorum ſecundo muſculo, notata 275.48
Galeni ſententia, de muſculoſis temporum lineamentis, notata. 250.40
Galeni ſentẽtia, de quarto Thoracis muſculo, notata 289.10
* Galeni ſentẽtia, de muſculis Tibiã mouentibus, notata 230.8
Galeni ſuper primo Tibiam mouentiũ muſculo, notata ſentẽtia. 231.22. ſuper ſecundo. ibid. 41. ſuper tertio. 232.2. ſup quarto. ead. 21. & 39. ſuper quinto. 232.47. & 233.24. & 236.57. ſuper ſexto, quem perfunctoriè tantũ attigit. 234.46. ſuper nono. 235.43. ſuper tendinibus, tibiæ muſculorum 236.7
* Galeni ſentẽtia, de muſculi in ueſicæ ceruice uſu, notata 228.12
* Galeni locus, de muſculo uolæ mediæ, &c. ſubnato notatus 222.50
Galeni ſententia, de Neruo paris tertij notata 325.45
Galeni ſententia, de neruorum opticorum foraminibus 324.43
Galenus neruorum recurrentium inuentor & admirator 329.19
Galeni in neruorum traditione notata ſententia 350.3
Galeni exploſa ſententia, quod neruorũ alij ſenſui, alij motui præſint 348. 49
Galeni locus de neruis è primo de Locis affectis notatus. 344.57. eiuſ. locus alter è lib. 3. de Adminiſtrationibus Anatom. 345.37
Galeni locus de Oculi tunica, è decimo de Vſu partium 647.28
Galeni de omenti membrana colon dorſo colligante ſentẽtia 496.30.41
Galeni ſententia de acutis Oſſium proceſſibus notata 9.1
Galeni ſentẽtia de numero oſſium, os ſacrum conſtituentium 339.49
Galeni loca de oſſiũ inter ſe ſtructura, à ueritate aliena, è multis aliqua enumerata 16.57. & deinceps
Galeni de octauo brachialis oſſe, ſententia 118.21
Galeni locus de oſſe inter cerebrum ac cerebellum in canibus poſito, explicatus 32.44
* Galenus, libro de Vſu partiũ, Coccygis os ignorans 239.28
Galeni ſentẽtia de oſſis cuneiformis conſtitutione ac uſu notata 32.13
Galeni ſententia de oſſe cuneiformi tanquam perforato inſtar ſpõgiæ, improbata. 51.31. & quod pituita illàc nõn coletur. ibid.
Galeni ſententia de oſſibus digitorũ tanquam ſolidis improbata 2.51
Galeni de tertio quodã oſſe in ſummi humeri cũ clauicula nexu, ſententia 100.2. inde







Galeni de oſſe Maxillę inferioris tanquam gemino, notata ſentẽtia. 44.8
Galeni de Pectoris oſſiũ ſynarthroſi ſententia 91.53
Galeni de Pedis & manus oſſium pari numero lapſus 149.22
Galeni de primo Pollicis oſſe lapſus 148. 44
Galeni de Sacro oſſe & coccyge, ſententia notata 81.14. inde. & 82.18. & 85. 16
Galeni de Tibiæ oſſis finibus ſententia 138.45
Galenum quædã Oſſa ipſi non uiſa, tanquam in humano eſſent corpore, recenſere 32.51
Galeni de Patellæ cartilagine lapſus 142. 4
Galeni notata ſentẽtia, de Pituita cerebri per olfactus canales educenda 323.7. & 48
Galeni de Poſtbrachialis oſſibus ſententia 120.8
Galeni de acuto ulnæ Proceſſu συλοειδῆ ſententia 114.6. inde
Galeni ſententia, de anteriori Proceſſu primæ ceruicis uertebræ, notata 64.47
Galeni ſententia, de Proceſſuum in cerebro uermiformium uſu, notata 639.9
Galeni ſententia, de Proceſſibus duræ membranæ tanquam duplicatis, notata 626.1
* Galeni ſentẽtia, de quinto Pulmonis lobo cauam uenam ſuſtinente, notata 280.31
Galeni de quinto Pulmonis in homine lobo error 581.55
Galeni de Quadrupedum genu articulo lapſus 139.14
Galeni de Renum ſitu ratio minime approbanda 514.53
Galeni de Reticulari in caluaria plexu lapſus 524.8
Galeni reticularis plexus nuſquam inuentus. 642.19. ſuperq; eo locus è libro de Venarum ſectione 29
Galeni de Seminalium uenarum ortu & ductu ſententia 523.20
Galeni de Seminis ex ſiniſtro teſte pruritu, ſententia expenſa 526.13
Galeni placitum, omnia præter carnem & pinguedinem, Semine conſtare, in humano corpore 541.2
Galeni opinio, de Septi foraminibus, notata. 225.52. & 291.26. & 43
* Galeni de Simiarũ ad hominẽ differentia, notata ſententia 243.47
* Galeni ſentẽtia notata, de Sinibus in membrana cerebri dura conſtitutis 307.30
Galeni de Stomachi cum arteria inceſſu ſententia 388.36. inde
* Galeni ſentẽtia, de Tendine lato, qui plantæ cuti ſubnaſcitur, notata 244.15
* Galenus de tendinũ in digitos manus inſertione, notatus. 213.10.
contraria de his docet. ead. 25
Galeni ſentẽtia de tendinibus XVII muſculi digitos mouentium, notata 310.8. & 13
Galeni opinio de tendinibus proceſſus uermiformes continentibus notata 639.48
* Galeni notata ſententia, de Tibiæ motuum differentijs 230.46
Galeno quid Teſtis caput appellatum 522.45
* Galeno ignota Venæ axillaris diuiſio quædam 286.41
* Galeni de uena caua uẽtriculo ſubſtrata opinio 392.24
* Galeni argumenta de uenæ cauæ ortu in Ariſtotelem, non nimiũ firma. 275.13. & quæ, quoq; pacto. mox infrà.
* Galeni irrefutabilis demonſtratio, de Cauæ uenæ ortu, cõfutata. 276.2
Galeni de uenæ cauæ principio ſententia exploſa 589.56
Galeni de cauæ uenæ in omentum ductu error 496.45
* Galeni ſententia, qua cauam uenã ubi iecoris gibbo committitur eſſe ampliſſimã ſtatuit, confutata 278.1. & 275. 23
* Galeni locus, à uena caua priuſquã cor attingat ramos in thoracis membranas diſtribuẽtis, notatus. 280.45. eiuſdem alius de uenæ arterialis ortu, notatus. ead. 50
Galeni de Coronalium uenarum ortu ſententia 596.10
* Galeni de ortu uenæ ſine pari ſententia uaria 281.4
Galenus cur de uena pari carẽte tam uariè ſcripſerit 281.53
Galeni de uenis Meſenterij ac inteſtinorum lapſus 504.48
* Galeni de Portæ uena, ut ſanguinem conficiente, ſententia uaria 267. 13
Galeni de portæ cauæ ramis iecori ſanguinem præparãtibus, opinio 508. 6
* Galenus in deſcriptione uenarũ humerariæ & axillaris, partim uerus, partim falſus, & quo pacto 286.6
* Galenus ſimiarũ uenas docens, hominũ uenas non perſequit 262.28
Galeni de Ventriculi ſitu ſententia 389. 35
Galeni ſentẽtia, de nexu corporum thoracis Vertebrarũ, notata. 73.12. Item de foraminibus uertebrarum neruos tranſmittentibus. 73.52. Item de coſtarum ad uertebras articulatione. 74.20. Item de tranſuerſis infimarũ thoracis uertebrarum proceſſibus ibidem
Galenus in aſſignatione aliquot in lumbis uertebrarum, uarius. 79.9. Eiuſdem ſententia, lumborum uertebris proceſſum affingẽtis ad imitationem ſimiarum ac canum, improbata 78.39
Galenus uertebras ginglymo connexas arbitratus, tria oſſa, pro hac ſententia ad articulationem concurſura, non animaduertit 15.22
Galenũ hominis Viſcera aut oſcitanter, aut neutiquam ſpectaſſe 584.33
Galeno umbilicus non rectè corporis medium conſtitutus 595.13
Galeni de umbilico corporis medio ſententia 389.39
Galeno uaccinus caprinuſ'ue Vterus, nõ muliebris, deſcriptus 534.33
Galeni de uteri cornibus notata ſententia 286.14
Galeni de uteri uenis in mamillas ſeſe exonerantibus ſententia 547.11
Galenum humanum uterum nunq̃ ſpectaſſe 532.43
Galeni ſtudioſos eſſe omnes medicinæ candidatos debere 532.40
Galeno in humani corporis fabricæ cognitione nimium à pleriſque tribui 540.5
Galeno peculiaris mos 292.1
Galeno quædã non obſeruata 4.22
Galenum ex ueris aliorũ Anatomicorum deſcriptionibus feciſſe falſas 85.25
Gallicus morbus glandulis faucium palatoq;, & gargareoni præcipuè infeſtus 580.7
γαγγαμών 497.9
gargareon cur ἰσθμὸς Græcis 579.39
gargareon uocis plectrum 580.30
gargareonis nomina. 580.13. eiuſdẽ ſitus, forma, ſubſtantia, uſus, &c. ead. 25. inde
gargareonis præfectio 580.29. inde
gargareoni infeſtus Gallicus morbus 580.7
gargareonem ſoli inter animãtia homini, & quibuſdam auibus obtigiſſe. 580.21.
gargareonem temerè à quibuſdam excrementorum cerebri receptaculum eſſe, confictum 580.37
γαστὴρ unde dictus Græcis uentriculus 389.30
γαστροκνημία 138.30
γελασῖνοι dentes 167.17
gemelli dicti, in cerebro 638.43
gemini cur teſtes dicti 521.20
GEMMAE FRISII laus 161.46
generandi amor animãtibus natura ingenitus 520.17
generationis noſtrę principia. 384.10
circa Generationis organa moueri ſolitæ quæſtiones 520.38
generationis organorũ uirilium delineatio 374
generationis organis, utendi quoq; appetitus natura adiectus 520.15
generationi ſubſeruientiũ partium breuis enumeratio 520.4
genu articuli cartilagines 139.11
* genu articuli ligamentorum deſcriptio. 253.3. adminiſtratio. 256.26
genu rotula. 168.31. oculus. ead. 33
genuini dentes. 46.35. & 167.22

γῦυς 167.14
gibber 9.49
gibberus, siue gibbus ulnæ proceſſus 111.15. & 168.14
gibboſorum uertebræ 71.19
ginglymos 12.22. & 14.33
ginglymon, quando natura formarit 14.51
γιγγλυμοειδὴς humeri orbita 106.24
GISBERTI CARBONIS Louanienſis medici laus 162.11
γόμφος 2.2
γόμφοι dentes 167.21
gomphoſis 12.22. & 15.39
glans cerebri, pineæ nucis ſimilis, eiusq́ deſcriptio. 637.42. ſitus quis. ibid. 47. uſus. 638.5. delineatio unde petenda 637.45
glandis cerebri pituitam excipiētis, & accumbentium ipſi arteriarum examen, ſeu adminiſtratio 654.40
glandulæ cerebri teſtula incumbentis adminiſtratio. 653.9. eiuſdem hiſtoria. 640.45. delineatio unde ſpectanda. 640.9. canales ab ea ducti 641.2
glans penis cuiuſmodi 528.32
glandes inteſtinorum 499.54
glandes, ſiue glandoſum corpus meſenterio cur Natura addiderit 505. 7. inde
glandium in faucibus, triplex genus 579. 28
glandularum laryngis ratio 578.50
glandularum in mamillis ratio diuerſa 543.56
*glandularum quæ uaſorum diductibus ſubduntur, deſcriptio. 261. 4. nomen. ead. 29. differentiæ à nomine, colore, imagine. ead. 32. uſus. ead. 7. & 43
glandularum ſtomacho crebrò adnatarum uſus 389.18
glandulis faucium infeſtus Gallicus morbus 580.7
glandulosa caro non procul ab inferiori uentriculi orificio 391.2
glandoſum omenti corpus. 358. & 359.55. & 497.27
glandoſum corpus uaſorum ſemen deferentium inſertionem excipiēs 525. 18
glanduloſum corpus ueſicæ ceruicis initio adnatū. 373.57. & 372. eiuſdem uſus 526.38
glanduloſi corporis in ipſa uaſorum diſtributione poſiti delineatio 363
γλήνη 10.3.32
γλήνης & κοτύλης diſcrimen 10.44
γληνοειδὲς ſinus 66.6
glirium cæcum inteſtinum cuiuſmodi 500.34
gloſſocomi inſtrumenti delineatio 329. 21
γλωττὶς, qualiter ſpectanda adminiſtranti 261.20
γλωττὶς quid. 253.29. ἐπιγλωττὶς. ibid. & 154. 48
γλωττὶς & ἐπιγλωττὶς nō eadē 261.33
γλουτία dicta in cerebro 638.47
γλουτὸς 135.2. & 168.29
granatum malum, cartilago. 93.19. & 167. 48
granatum malum teſticulorū 168.29
grandinoſum os 148.13. & 168.54
γραφοειδὴς proceſſus 31.40. & 112.5. & 166. 56
* Guades dictæ uenæ 270.14
* guidetz dictæ uenæ 270.14
gulæ appellatio quibuſdam pro ſtomacho 388.8
GVLIELMVS MARTINVS STELLA iureconſul. 531. 16
guloſis maius iecur datum 507.10
gurgulio quid 580.13
guſtatus ſedes 19.10
guſtus inſtrumentum 650.20
guttur 153.18
gutturis os 167.27


H


HAemorrhoidum fluxus par ratio cū menſtruo ſanguine 538.38
* Hæmorrhoidum modus 267.14
hæmorrhoidū ſanguis unde profluat 538.46
hamuli pro ſectione parādi. 236.32. delineatio 235.49
* hanabub Arabibus uocata uena 276. 53
harmonia 12.22. & 16.9
harmoniarum coitus cuiuſmodi 16. 47
Haſoher 387.50
ἥβης os 168.24
* Hector ab Achille circum Troiam tractus quo pacto 246.8
ἡπατικὴ dicta uena 276.53
hermaphroditorum ſpecies, cur non etiam recenſeantur 592.26
ἱερὸν os 167.39
Hippocratis locus de ſecundo ceruicis uertebræ nomine 66.31
* Hippocratis ſententia, de phlebotomia in pleuritide quæ 281.54
Hippocratis ſentētia de ſepto tranſuerſo, notata 291.43
Hippocratis de ſtomachi inceſſu ſententia 388.36
Hippocratis de ſummo humero locus 99.54
Hippocratis de temporalibus plagis locus 33.30
Hippocratis locus de uertebrarū luxatione explicatus 58.23
Hippocrati quæ dicantur acetabula 540 2
Hiſpani cuiuſdam, & unionum ab eo deuoratorum hiſtoria 390.48
homo quibus locis à ſimia differre Galeno perſpectus 528.3
hominis primarium effectiuū principium uirile ſemen 520.38
hominis principia ipſum diſpenſantia, tria 88.50
hominis uiſcera ad ipſorū fabricam diſcendam non inutiliter coqui 512 2
homini breuiſsimam obtigiſſe inferiorem maxillam 43.47
hominem neceſſariò corruptioni obnoxiū, mortalem'ue eſſe 384.1. inde
hominem pluribus oſſibus cōſtare, motus gratia, etc. 11.42. inde
hominem producere immortalē materiæ occaſione non licuiſſe. 519.54
hominum & canum παγκρέας diuerſi coloris 497.34
hominum fabricæ ratio 520.5
humani alimenti ad plantarum nutritiuam uim differentia 493.42
humerales muſculi ſex. 106.39. inde
humeraria uena. quære, Vena humeraria.
humerus quid. 13.49. & 105.1. & 167.53. & 168.3
humerus ſummus quid. 99.23.52. & 100.44. eius uſus. ead. 45. & 102. 52. & 167 55
humeri appendix. 5. & 6.23. & 8.2
humeri articulus. 97.55. cur à coſtis remoueatur 102.52
humeri caput 9.10
humeri figura & deſcriptio. 104.5 & 105.1. inde
humeri foramina 107.52
humeri in anteriori ſede aſperitas ad quid parata 107.46
humeri orbita γιγγλυμοειδὴς 106.24
humeri oſſis figura 2. & 5. & 6.10
humeri partis ſuperioris & inferioris deſcriptio. 105.15.43. item mediarum partium 107.29
humeri inferioribus proceſſibus nulli appendices 8.28
humeri tuberculū externum. 106.46. internum. ead. 55
humero excipiendo paratus ſinus 97. 42
humerū poſt femur nō eſſe omnium oſſiū grandiſſimum, uti Galenus cenſuit 105.9
humerum ſcapulæ nectentium ligamentorū deſcriptio. 271.17. adminiſtratio 272.3
humeri 167.51
humerorū ſcapulis in ſceleto coniungendorum ratio 161.28
* Hymen puellarum conſtituentes uenulæ 290.13
hyoidis oſſis figura. 55.5.11. inde. ſitus & nomina. ead. 33. inde
hyoidis oſſis firmatio, & uſus 56.28
hyoidis oſſis medium oſſiculum. 55. 45. latera. 56.6. inde
hyoidis oſſis quot oſſicula 162.38


I


IActator quid 525.2
ianitor, uentriculi orificium. 390.27. & 391.16
IACOBVS NIGER Genuenſis 90.5
* Iecoraria dicta uena quæ. 276.55. & 277. 1
iecur an crapula abſumatur 507.14.
iecur anteriori peritonæi ſedi connexum 507.51
iecur cuius animæ facultatis ſedes. 594 37
iecur homini grādius, & quibus maius obtigerit 507.11
iecur humanum nullis fibris diuiſum 507.3
iecur maxima ex parte coſtis ſuccingi muniriq́ 505.49
iecur nulla peculiari eguiſſe figura. 506 21
iecur nutritionis organorum præcipuū, & ſanguinis officina. 505.30. & 508 33
iecur quare ſanguine nutriatur craſſiori 508.39
iecur ſepto connectentium pręcipuum ligamentum 356. & 357.5
iecoris caui delineatio. 365.4. & 570.8
iecoris conſtructionis ad teſtes collatio 525.41
iecoris examen 603.13
iecoris fibrarū ridicula quibuſdam efficta nomina 506.51
iecoris fibrarum uentriculum apprehendentium figmentum unde natum 506.47
iecoris forma uaria 505.55
iecoris gibbæ poſteriorisq́ ſedis delineatio. 369.1. cauæ. 370.8. & 372.30 & 373.4
iecoris gibbus 357.4. & 356
iecoris humani formā à canū & porcorum iecoribus uariare 506.42
iecoris ligamenta, ac ex illis pronaſcens tunica 507.42
iecoris munus ſiue officium. 385.13. ipſiusq́ ſtructuræ ratio 508.4
iecoris ſanguificatio quî conficiatur. 508 14
iecoris ſedis figura 360
iecoris ſitus, eiuſdemq́ ratio 505. 31.44. qualis in auibus & canibus. 505 46
iecoris ſitus examen. 551.14. & 552.1
iecoris ſubſtantia. 507.16. uenarum ſeries. ead. 18. arteriæ. 35. ſubſtantia uaſis circumfuſa. 38. nerui. 55. eorumq́ omnium ratio. 508.41. inde
ieiunum ab ileo nihil minus quàm inanitione dirimendum 499.18
ieiunum inteſtinum cuiuſmodi. 499 3
ieiunum inteſtinum cur cremorem ſuum ocyus tranſmittat 503.47
ieiunum inteſtinum & ileum cur in uentris medio ſita 502.54
ieiuni inteſtini finis ubi conſtituendus 499.9
ieiuni inteſtini uenæ & arteriæ. 499. 39. item nerui ead. 49
ileon inteſtinum cuiuſmodi. 499.7
ileum & ieiunum inteſtinum cur in medio uentris ſita 502.54
ilei inteſtini initium ubi ſtatuēdum. 499 10
ilei inteſtini nerui 499.49
ilium 128.57
ilium os. 6.2. & 168.19. & 127.14. & 128 50
iliū oſſis appendix. 5. & 6.17. & 129. 50. ſpina, dorſum. ead. & 130.1. & 129 52
ilium oſſis appendix quibus muſculis occupetur. 130.4. quibus interna eius amplitudo ead. 14
ilium oſſis dorſi lineæ, ipſumq́ occupantes muſculi 130.38
iliū oſſis pars retrorſum magis quàm ſacri oſſis tranſuerſi proceſſus exporrecta 129.42
ilium oſſis ſedis figura 355. & 356.5
* ilium oſſa, cum oſſe ſacro nectentium ligamentorum deſcriptio. 252. 17. adminiſtratio 256.19
ilium oſſa cur in mulieribus ampliora 132.1
ilium oſſis figura 5
ilium oſſis ſedes ſacro oſſi commiſſa qualis 129.16
inciſorij dentes 45.49. & 167.17
incudi comparatum oſſiculum. 34. 54. ipſius figura 33. & 34.26
induſium quibuſdam dicta fœtū inuoluens membrana 543.4
* ἶνες 257.37
ἶνες, dicti muſculi 267.44
ἰνίου os 166.45
infundibulum cerebri. quære, Cerebri infundibulum.
innominata cartilago quæ 154.5
inſpiratio naturalis uiolenta 292.52
inſpiratio quibus muſculis fiat. 292. 55.
inſpirationis uſus 570.7
inſtrumentorum Anatomicorū deſcriptio. 236. delineatio 235
inſtrumentorum chirurgicorum delineatio 329.20
intercoſtalium muſculorum deſcriptio. & adminiſtratio. 289.40. externi. eadem. 49. interni. 290.7
intercoſtalium muſculorum munus iuxta Galeni mentem. 290.21. iuxta ueritatem ead. 28
intercoſtalium muſculorum numerus. 289.40. iuxta Arabes. 290.14
internodia 116.27. & 121.47
interpretum oſcitantia 111.7
interſcapilij uertebræ 167.37
interſepientes membranæ. uide, Membranæ.
inteſtinum cæcum. uide, Cæcum.
inteſtinū craſſum in colon et rectum diuidi 501.10
inteſtinum duodenum 362.1 & uide, Duodenum.
inteſtinum ieiunū. uide, Ieiunum inteſtinum.
inteſtinum mediū an recte à Cicerone uerſum pro meſenterio. 504.6
inteſtinum ileon. uide, Ileon.
inteſtinum princeps quod nam. 501 15
inteſtinum rectum, & colon. uide, Rectum, & Colon.
inteſtini cæci, coli, rectiq́ imago & ductus 351.15. & 362.41. & 363
inteſtini craſſi ductus ac ſitus. 500.51
inteſtini gracilis ductus. 498.33. eiuſdem in tria diuiſio. 498.47. forma, & ſubſtantia 499.21. inde
* inteſtini recti anularis muſculi delineatio 226.34. & 225.28
inteſtini recti muſculorum examen. 556 56
inteſtina continuū quidem eſſe corpus, ſed pluralitatis numero, uarijsq́ nominibus diuerſas ob cauſas donari 498.11
inteſtina quî à meſenterio reſecanda, & à corpore auferenda. 553.4
inteſtinorum à uentriculo exortus. 498 29
inteſtinorum craſſorum hiſtoria. 500 3. inde
inteſtinorum craſſorum tunicæ. 501 20
inteſtinorū ductus longitudo quanta 498.9
inteſtinorū formæ ratio. 503.13. item ſubſtantiæ, & tunicarum. ead. 17 fibrarum. 26. uenarum & arteriarum 35. neruorum 42
inteſtinorum glandes 499.54
inteſtinorum gracilium uenæ & arteriæ 499.38. item nerui. ead. 49
inteſtinorum hiſtorię breuis enumeratio 498.23
inteſtinorum in ſcortum deſcenſus. 495.24 inde
inteſtinorum munus 385.10
inteſtinorum munus, ac dein eorum conſtructionis ratio 501.57. inde
inteſtinorum nomine quæ compræhendantur 498.6
inteſtinorum pars caua quæ dicatur Anatomicis. 499.35. item quæ gibba ead.
inteſtinorum ſedis figura 360
inteſtinorum ſitus examen. 550.45. eiuſdem ratio 502.51. inde
inteſtinorum ſitus, forma, ſubſtantia 498.23
inteſtinorum tenuium ductus delineatio 361
inteſtinorum tunicam interiorem aliquando in ægris putreſcere, exteriore ſalua 503.19
inteſtinorum tunicæ 362.41. inde
inteſtinorum tunicæ quî examinandæ 553.21
inteſtinis nullas uenas propagari à caua, contra quàm Galenus tradit. 504 49
inteſtinis obnatus adeps 501.51
Introductorij autor alius à Galeno 17 15
inuerecundum os 166.43
inuolucrum cordis. uide Cordis inuolucrum.
IOACHIMVS ROELANTS medicus 538.12

IOANNES CENTVRIO Genuensis 124.39
IOANNES DRYANDER medicus 395.3
irascibilis animæ sedes cor 594.19
iris, oculi circulus quis 240.37
ἰξμὸς cur pro faucibus 579.20
ἰσχίον 128.56. & 168.21
Italiæ circumscriptionem referens os 1.43
ἴτυες 11.1
iugale os. 22.6. & 23.20. & 33.3.13. & 38 14
iugalis ossis usus 33.21.32
iugalia ossa 1.37. & 167.8
iugularis uena. quære, Vena iugul.
iugulum pectoris ossis 92.22
iugula 102.2. & 167.51
ἰξύς uertebræ 167.38

L

Abra 11.1
labra mouentes musculi. quære, Buccas mouentes musculi.
labra mouentiũ musculorum historia. quære, Musculorum labra mouentium.
labrorum fungosa substãtia. 245.40
lac etiam uiris quibusdã post pubem exprimi 545.28
lactis in mamillis generatio, eiusq; ratio 546.48
lactes an recte pro mesenterio uersum à Gaza 504.6
lacticinia quæ 580.1
λαγόνες 281.28
λαγόνων os 168.19
lambdoeides futura. 21.19. & 23.5. 32. & 166.28. unde dicta 26.42
lambdoidis futuræ additamẽta. 28.39
λαμβδοειδὲς os 55.36. & 167.26
lapidea, siue lapidosa ossa. 1.34. & 33.7.33 & 166.48
lapidosa caluariæ sedes 167.6
larynx. uide Arteria aspera.
larynx, etiam φάρυγξ dicta 579.17
larynx, asperæ arteriæ caput 153.18
laryngis cartilagines 3.40. & 5.2
laryngis cartilaginum coordinationis ratio 578.21
laryngis cartilaginum figuræ & descriptio. 152.3. inde. & 153. per totũ.
laryngi appositæ glandulæ 261.16
laryngis glandularum & pinguedinis ratio 578.46
laryngis γλωττὶς, qualiter spectanda. 261 20
laryngis ligamenta 260.31
laryngis lingula seu rima, præcipuũ uocis organum 144.47
laryngis duo musculi Galeno ignorati 260.19
laryngis musculorũ administratio. 260.41. cõmuniũ ordine. 48. propriorum. 12. ordine 261.35
laryngis musculorũ descriptio. 258.32
laryngis musculorum exam̃. 604.14
laryngis musculorum aliĳ propriĳ, aliĳ communes. 258.37. propriorum numero 12. descriptio ordine. 258.46. functio. 259.45. communium, qui sex sunt, descriptio. 259.49. functio 260.9
laryngis musculorũ delineatio. 256. communiũ, primi & secundi. 257.32. tertiĳ, quarti. ead. 34. quinti & sexti. ead. 38. propriorum delineatio. 257.48. & deinceps
laryngis operculum 154.35. eiusdem bini musculi. 260.16. descriptio. ibid.
laryngis operculi, duorum musculorum administratio, qui è communibus non habentur 261.5
laryngis operculi musculorum delineatio 257.43
laryngis operculi usus 578.13
laryngis radici adnatæ glãdes. 576.54
laryngis rimæ usus 577.52
laryngis substãtia cuiusmodi. 575.55
laryngis superficies exterior & interior qualis 575.11. inde
laryngem succingens tunica 260.36
lateralis morbi uenæ sectio cuiusmodi optima 514.6
* in Laterali morbo quæ uena secanda 267.31
latum os 167.39
laude os. 166.45. & 167.27 (166.11
LAZARVS Hebræus de Frigeis.
λεῖαι, siue planæ testibus comparatæ 520.50
* λενὸς, seu torcular cerebri 309.47
λεπιδοειδῆ ossa 166.48
λεπιδοειδῆ περισκελλήματα 27.54
λεπιδοειδὲς futuræ 166.35
* lethargica arteria 296.45
liẽ cur linguosum uiscus appelletur. 511 42
lien cur risus author uulgò dicatur. 514 8
lien qualis in auibus & canib. 505.47
lien quid in uentriculum eructet, & quo meatu 513.36
lienis beneficio, an cor refrigeretur 514. 11
lienis eximendi ratio, in Anatome 553. 38
lienis nutritio, eiusdemq; ratio 385.18
lienis omẽti membrana adhuc tecti figura 357. & 358.21
lienis omni ex parte cõspicui figura, 369.22. inde. & 370
lienis situs 494.16. & 511.25. forma. ead. 32. superficies & color. 52. substantia 512.7.14
lienis situs examen 551.14
lienis tunica, & nexus eiusdem 512.53
lienis tunica quî obseruanda, simul cum ipsius ad uentriculũ nexu & substantia 554.2. inde
lienis uasorum series 512.6
lienis uenæ, arterię & nerui unde ducantur 512.37
lienis uenarum arteriarum & neruorum series 358. & 359.52
lienis usus ac functio 513.7
lienem cursoribus eximi, stultè persuasum uulgò 513.8
ligamentum, σωμφυσμὸς, quid 215.8
ligamentum ceruicis uertebram primam secundæ annectens. 280.30. descriptio. ibid. administratio. ead. 42. delineatio 279.57
ligamentum, linguam faucibus alligans, quale 255.53
ligamentum secundũ linguæ longitudinẽ, ossis uicem præstans. 255.17
* ligamentũ inter ulnam & radium. 221. 13
ligamentum ossis dentis dicti 280.2 & 44
ligamentum totam pedis amplitudinem subiens. quære Pedis ampl.
ligamenti descriptio, quo ostenditur caput super uertebram secundã ad anteriora posteriora ue non moueri 280.28
ligamenti & nerui, in musculis constituendis permixtio. 220.14. eius delineatio 218.38
ligamenti in musculorum fabrica necessitas 219.50
ligamenti substantia 215.16
ligamẽta alia unum duntaxat usum præstant, alia plures: & quæ qualem 217.1
ligamẽta, caput humeri scapulæ ceruici annectentia. 268.22. eorũ descriptio. 271.17. administratio 271.5
ligamenta dorsi uertebrarum. quære Dorsi uert.
ligamenta ἐγκαλεσια, id est transuersa seu anularia 215.65
* ligamenta femoris ossis. quære Femoris ossa
ligamenta fibulae ad ossa tibiæ. quære Fibul.
ligamenta genu articuli. quære Genu art.
ligamẽta in externa cubiti sede. quære Cubit.
ligamenta laryngis 260.31
ligamenta Manus. quære, Manus ligament.
* ligamenta musculorũ manus constitutionem subeuntia. 221.21 (24
ligamẽta nerui nomine uocitata. 315.
ligamenta ὑδροχονδρώδη σωδέσμα dicta, quæ 301.10
ligamenta, ossa colligantia. 215.12. tendines in suis sinibus continentia. ibid. 31. ossiũ sinus succingentia. 216.17. ossium acetabula, augentia. ibid. 24. propugnaculi uicem præstãtia. ibid. 29. quæ interstitiĳ instar sunt. ibid. 43. musculi constitutionem ingredientia. ibid. 52
ligamẽta pedis transuersa. quære Pedis ligamenta.
ligamentorum, ab usu sumptæ differentiæ quinq;. 215.12. prima. ibid. secunda, ibid. 31. tertia. 216.29. quarta. ibid. 43. quinta. ibid. 52
ligamentorũ capitis ad ceruicis uertebram primam & secundã descriptio. 230.6. administratio. ibid. 35. delineatio 279.47
ligamentorum cuiq; parti corporis peculiarium traditionem, sub ipsius partis elemento reperies: uelut Thoracis, Capitis, &c.
ligamentorum differentię alię, ut ab ortu. 217.29. à partibus nectendis. ibid. 32. à partibus quibus committuntur. ibid. 38. à substantia. 16. 41. à situ. ibid. 52. à forma. ibid. 54
ligamentorum maxillam inferiorem superiori nectentium administratio 250.33
* ligamentorum os sacrum cæteris annectentium administratio. 243 29
* ligamentorum, os sacrum ilium ossibus colligantiũ, descriptio. 252.17. administratio 256.19
ligamentorum substantiam ingredi ens cartilago 4.35
ligamẽtorum thoracis descriptio 294 45
ligamentorum transuersorum, ad digitos flectentium musculorum tendines usus 308.1
ligamẽtorũ uiscidus humor, & quid præstet 16
ligamentorum usus. 16.31. inde
ligamentis cõmune, obtuse sentire 218 14
ligamentis transuersis adscribendæ membranæ 216.5
Ligures, ἐπὶ πλεῦρα ueteribus dicti. 90 6
limborum uaria fuitio 16.5
lingua cur musculis indigeat. 253.37
lingua, quid rarum in musculis habeat 254.1
lingua gustatorium organum cuius sit beneficio 254.15
linguæ fibrarum delineatio 253.32
linguæ fibrarum officia 255.11
linguæ iusta magnitudo 253.34
linguę ligamentum. 254.10. ossis uicem præstans 255.17
linguę motus, in de Partiũ usu qualiter tractetur à Galeno 253. ult.
linguæ musculorũ cognitio cur difficilis 253.45
linguæ musculorum examen. 604.8
linguæ musculorum nouem administratio, ordine 255.26
linguę musculorum nouem, euidentium, descriptio ordine 254.28
linguæ nouẽ musculorũ natura ac situs delineatus 253
linguæ musculorum sectio apud Galenum interĳt 253.51
linguæ os 167.
linguæ portio ante sectionem cõspicua quibus constet partibus. 254.8. & 255 3
linguæ reliqui corporis administratio 255.42
linguam faucibus alligans ligamentum quale 255.53
linguam mouentium musculorum delineatio 252.40
lingula, uocis organum 154.52
λιθοειδῆ ossa 33.33. & 166.48
λόβοι iecoris 506.40
lobi pulmonis quot 581.46
loculi, extimum fœtus inuolucrum. 541 56
longaon intestinum 501.15
Louanium obsidione à CHRISTOPHORO PFLVGEL liberatum 19.47
luhach quid Arabes dicant 4.26
lumbare os 167.39. & 168.20
lumborum uertebræ. 167.38. eorũq; motus 295.38
lumborum uertebræ quomodo foraminibus à ceruicis uertebris uariẽt 70 40
lumborum uertebrarum delineatio. 77. uide, Vertebræ lumborum.
lumbos mouentium musculorũ traditio tota. quære, Dorsi mouentium paria quatuor postrema. siue 5.6. & septimum.
Lutetiæ itineris à porta D. Iacobi ad eam quæ Martini dicitur, uaria nomina 498.18
luxationes appendicũ in pueris frequentiores quàm articulorũ. 27.24

M

MAlarum cutis musculo caret 243.40
mallei forma, secanti apta. 237.9. eiusdem delineatio 235
mallei in auditus organo delineatio. 33. & 34. 24
malleolus interior 8.32
malleoli exterioris & interioris figura & descriptio. 136. & 137.57. & 138.6. inde. & 139.50. & 140.17.
malleolo non dissimile ossiculũ. 35.14
malleolũ ab Anatomicis perperam pro talo usurpari. 140.17. & 168.44
malleoli 168.41
malum granatum, pectoris ossis cartilago. 93.19. & 167.48. item testiculorum 168.29
mamillaris capitis processus. 22.25. & 23.30. & 31.27. & 36.44. & 167.1
mamillæ an ex deuorato à muliere pilo uexari τριχιάσαι possint. 544.20
mamillæ cur homini elatius, cæteris animalibus demissius positæ. 545.46
mamillarum cum genitalibus affinitas 546.25. cum utero. ead. 46
mamillarum examen 557.10
mamillarum formæ ratio 546.16
mamillarum glandulosæ substantiæ temperies 546.29
mamillarum munus & officium, ipsarumq; cõstructionis ratio. 545.10
mamillarum natura oculis subiecta 378. & 379 inde
mamillarum nerui unde ducantur. 545. 4
mamillarum situs, forma, substãtia. etc. 543.33 inde. & 544.6
mamillarum situs ratio 545.33
mamillas petentium uenarum series 544.31. inde & 546.30
mandibula 167.14
manforium musculum à iugali osse initium ducere 33.32
manus quid Hippocrati 116.5. & 220. 4
manus summa extremá ue quę. 116.2
manus colliculorum siue montium apud chiromantas, fabrica 303.44
manus cutis interna, cur debilis. 303. 14
manus delineatio 115
* manus digitorũ ac pedis ratio motus prope par 248.57
manus digitorum motus 304.41
manus digitos flectentiũ tendinum ligamenta transuersa, eorũq; usus. 308 1
* manus digitos flectentium musculorum administratio 223.13. primi, secundi, tertiĳ. ibid. octo sequentium. 224.45. quinq; sequentium. ibid. decimiseptimi, octaui, noni. 224.9. reliquorum ad uigesimumtertium. ibid. 26. sex ultimorum 224.38
manus digitos mouentium musculorum delineatio. primi. 187.18. secundi. 189.4. tertiĳ. ibid. 13. octo, quatuor digitorum primos articulos flectentium. 193.25. maioris primum pollicis os flectentiũ. 183.24. minoris. 189.17. decimiseptimi omnium. 195.47. decimioctaui. ibid. 50. decimononi. 198.53. uigesimi. 172.51. primi. 198.53. secundi & tertiĳ. 198.47. pollicem maxime abducentis. 172.49. adducentis 220.6. quatuor musculorũ digitos quatuor pollici adducentiũ. 199.11
manus digitos mouentium musculorum descriptio. 304.38. numerus 305. primus 305.4. functio. 36. secundus. ibid. 40. tertius 305.25. functio amborũ 307.1. & 308.10 octo sequẽtes, primis quatuor digitorũ ossibus præfecti. 308.15. duo sequentes, pollicis ossi primo præfecti. 308.31. qui secundo, tres rursus aliĳ. 4. ibid. 47. fũctioq;. 309.11. decimus septimus. 309.52. decimusoctauus & decimus nonus. ibidem. 26. functio omnium. 311.1. & 23. uigesimus. ibid. 25. uigesimus primus, secũdus. 311.33. functio utriusq;. 312.19. uigesimus tertius. 311.42. Sex reliqui, quorum duo pollici. 312.31. reliqui quatuor, digitis præfecti. ead. 52
* manus digitos mouentium musculorum insertiones simul collectæ. 231 25
manus digitorum lateribus addita substantia carnea cur 304.23
manus digitorum ossa cuiusmodi, et quot singulorum. 121. 47. eorundem tendines,

tendines, etc. 123. 14. inde. uide, Digitorum ossa.
manus digitorũ regioni internæ superstrata substantia carnea. 303. 44.
manus extremæ ossa quot 149. 19
* manus ligamentorum administratio 224. 45. & 223. 56
* manus ligamentorum descriptio. 220. 1. quæ tendines continent anulorum modo. ead. 12. quæ ossa connectunt. ead. 49. quæ musculorum constitutionem subeunt. 221 21
manus ossicula sesamina cuiusmodi 126 1
manus pecten, & pectus 168. 16
manus summæ cutem internã qualem parari decuit 302. 54
manui summę adnata caro, quid prę stet 304. 30
manus uolæ mediæ neruosa tenuitate sua subnati musculi descriptio. 302. 25. administratio. * 222. 32
manum petentes nerui. quære Nerui.
per Manum tendentium uenarum ac arteriarum examen 656. 26.
* in Manu extrema musculi quot. 221 39.
MARCI ANTONII CONTARENI laus 651. 1
MARCVS ANTONIVS GENVA philosophiæ professor Patauij 35 54
Marini Anatomicorum librorum iactura 580. 2
Marini lapsus de patellæ cartilagine. 142. 5
masseteris musculi examen 603. 42
masseterem à iugali osse principium ducere 33. 32
μασητῆρες dicti musculi 246. 26
μασσητὴρ processus 31. 36. & 167. 1
MATTHAEVS TERMINVS medicus 159. 24
de Matricis cellulis stulta quorundã persuasio 531. 10
* matricis dicta uena 293. 30
maxilla inferior cur durior facta. 43. 52. cur unico ferè osse in homine. 44 1
maxilla inferior homini breuissima. 43 48
maxilla inferior sola mouetur in homine 246. 14
maxilla inferior ualidior superiore, & scabiei Gallicę minus obnoxia. 39 15
maxillæ inferioris ceruix 10. 15
maxillæ inferioris duo utrinq; processus. 44. 20. cartilago peculiaris. ead. 26 foramina 32.
maxillæ inferioris figura 5. & 43
maxillæ infer. in posteriori sede amplitudo, tenuitas, sinus, asperitates. 44. 45. inde
maxillæ inferioris motus tres. 246. 22
maxillæ inferioris musculi 604. 10
maxillam inferiorem mouentiũ musculorum delineatio. lateris alterius primi. 182. 8. secundi. 182. 6. tertij. 188. 8. quarti, qui deorsum maxillam trahit 185. 10
maxillam inferiorem mouentiũ musculorum descriptio. 246. 14. administratio 249. 48
maxilla superior quid 39. 23
maxilla superior cur pluribus ossib. ijsq; cauis ac leuibus constet. 39. 1. inde.
maxillæ superioris ossa 22. 1. 5. & 23 18
maxillæ superioris ossa priuatis nominibus carere 167. 12
maxillæ superioris ossium expressio. 36. 31 & 38. 12
maxillæ superioris ossium structuræ ratio. 39. 15. & eorundem enumeratio. ead. 25. inde & 42. 7
maxillæ superioris tractatio perperã à Galeno instituta 42. 14. inde
maxillæ musculorũ nomina. 246. 25
maxillam deorsum trahẽtis musculi administratio 250. 24
maxillam deorsum trahentes musculi quid peculiare obtineant. 249. 12
maxillam mouentium musculorum historia. quære, Muscul.
maxillas connectentia ligamenta. 250 33
maxillares dentes 167. 21
meatus fœtus urinam educens. 518 36
meatuum urinam è renibus in uesicam deducentium historia. 518. 43. eorũdem artificiosa insertio. 510. 10
* mediana dicta uena 287. 15
medianum pro mesenterio 504. 6
mediastinum uulgo quid 572. 14
medico de animę quoq; facultatibus ac sede considerandum 594. 45
medicorum de cordis ceruini osse impostura 94. 23
medicorum in Anatome oscitantia & ignorantia 81. 1. 36
* medicorum in distinguenda sectione uenarum pedis, imperitia. 293. 24
* medicorum in uenarum scientia ignoratio 288. 2
medulla cur in singulis uertebris impar 58. 47
medulla dorsi. quære Dorsi medul.
medulla proprium ossium nutrimẽtum 3. 1
medulla qua ossiũ parte reponatur. 3 3
medullæ dorsalis eadẽ cum cerebro natura 58. 17. 56
medullæ dorsalis initiũ quod 322. 22
medullam continentium sinuum appendices non esse opercula 7. 40
* μεγάλη dicta uena 276. 53
membrana carnosa quæ. 232. 45. cur sic dicta. ibid. 54. & 386. 4. & 521. 36.
membranæ carnosæ administratio. 234. 1. delineatio 231. 30
membrana cerebri tenuis χοροειδὴς dicta 628. 6
membranæ cerebri tenuis delineatio quibus è locis petenda. 627. 42
membranæ tenuis in cerebro descriptio. 627. 38. numerus. ibidem 45. situs. ead. 51. superficies exterior. 628. 2. fabricæ totius ratio & usus. ibidem 4
mẽbrana dura cerebri cur sic dicta. 624 34
membranæ durę basis, et eorum quę adsunt illi examen 654. 40
membranæ duræ cerebri administratio. 651. 30 tenuis. ibid. 46
membranæ duræ cerebri delineatio quibus è locis petenda 624. 16
membranæ duræ cerebri descriptio. 624. 14. situs, numerus, magnitudo, forma. ibid. 34. superficies interior. 626. 10. usus & constructionis totius ratio. 626. 53. nexus ad cal uariam. 625. 12. ad tenuem membranam. 626. 27. processus. 626. 40. uasa. ibid. 37. foramina 626. 40
membranæ duræ cerebri sinuũ administratio 653. 21
membranæ calturiam foris succingentis creatio & usus 627. 12
* membrana, musculis in cubiti longitudine, obnata. 220. 42. obseruanda quomodo 222. 31
* membrana, musculis cubitum occupantibus obducta. 220. 42. obseruanda quomodo 222. 32
membrana ossibus obducta. 3. 23. 30
membrana περιόστιον dicta 294. 56
membrana pubis ossium. quære, Pubis ossa.
* mẽbrana pubis ossis Foramen occupans. 252. 28. administratio eius. 256 19
* membranæ pubis os comprehendentis Anatome 243. 25
membranę cerebri. quere, Cerebri membranæ.
membranæ interseptę quo pacto inuicem distent 572. 25
membranarum interseptarum nomẽclatura, numerus, situs, forma, etc. 572. 13 inde
membranarum interseptarum substantiam subeuntia quæ 573. 6
membranarum interseptarum superficies & connexus. 573. 20. ortus 27. usus eod.
membranæ orificiorum cordis undecim. 591. 33. uide, Cordis, etc.
membranæ, transuersis ligamentis adscriptæ 216 5
membranarum thoracis amplitudinem interseptiũ examen. 599. 57
membranularum cauæ uenæ orificio præfectarum usus. 597. 23. item arterialis uenæ. ead. 37
membranularum uenalis arteriæ & magnæ arteriæ usus 598. 52
membrum 7. 14
memoriæ os 166. 45







mendosa ossa 166. 54
mendosæ futuræ 166. 36
menstrui sanguinis ad lactis generationem in gerentibus uterũ ratio. 547. 1 inde
menstrui sanguinis temperamẽtum ac ratio 384. 13. inde
menstruæ purgationes unde fluant mulieribus 538. 8
de Menstruis purgationibus problemata quorundam 546. 2
μηρὸν 168. 28
meri quid 388. 9
μεσεντέριον, & μεσάραιον 504. 5
mesenterium quas uenas aut arterias admittat. 504. 34. 46
mesenteria quomodo Galeno numerentur tria 504. 19
mesenterij centri delineatio. 365. & 366 51
mesenterij delineatio 363. & 364
mesenterij & omenti eximendi ratio in Anatome 553. 49
mesenterij grandior arteria. 358. & 359 44
mesenterij mẽbranæ & adeps. 505. 1
mesenterij muliebris delineatio. 377
mesenterij natura quî per sectionem indaganda 552. 43
mesenterij nomenclatura 504. 5
mesenterij situs. 504. 11. substantia. ead. 14. forma & ortus 18
mesenterij substantiæ ratio & usus. 504 33
μεταλάβριον 120. 2. & 168. 16
metaphrenum 56. 50
μεταφρένα uertebræ 167. 37
μεσαπόφυσος 168. 54
μετώπα os 166. 42
Michaelis Scoti indoctiss. de physiognomia scriptum 531. 13
mola 168. 31
molaris dentis utraque facies. 33. & 34 25
molari denti simile osticulum 35. 13
molares dentes, qui 46. 4. & 167. 21
molarum exasperãdarum ratio. 46. 8
Mondini de uteri formatione error. 531 20
monilis à quodam Hispano deuorati historia 390. 48
monoculum foramen 53. 12
IOAN. BAPTISTA MONTANVS medicus 307. 31
mordentes dentes 167. 20
morsus Adami os 167. 27
morsus dulcis 359. 55
motus animali maxime proprius. 11 40
motus circumuersionis 13. 27
motus seruato sensu perit, & contra. 348 34
motus arbitrarij sensusq; principiũ cerebrum 599. 13
motus articulorum non eadem ratio 13 3
motus euidentes. 13. 4. obscuri 9
* motus naturales alij fibris, alij sine illis perficiuntur 257. 40
mucronata pectoris cartilago, eiusque usus. 93. 3. 17. & 167. 46. & 357. 6 & 356
muliebris Anatomes ratio ac series 557 9
muliebris corporis trunci delineatio. 877 & 378
muliebris pudendi prominulæ carunculæ. 536. 54. earumq; præcisio cuiusmodi eadem
muliebris pudendi carũculæ non in omnibus æquales 532. 1
muliebris uterus acetabulorum expers 540. 9
mulieres etiam semen habere perinde ut uiros, idq; cuiusmodi. 537. 52. & 540 41
mulieres genibus innixas felicius parere 131. 56
mulieres præpingues cur ad concipiendum minus aptæ. 495. 5. 16. & 530 16
mulierum à Vesalio hactenus sectarum catalogus. 538. 52. & 540. 15
mulierum pinguedine, seminalium uasorum seriem latere. 376. 56
mulierum pubis ossa quid à uirorũ ossibus differant 131. 42
mulierum testes cuiusmodi. 535. 23. eorundem inuolucra 38
mulierum uasa seminaria cuiusmodi 535. 47
mulierũ uesica quatenus à uirorum diuersa 519. 24
mulieribus parturientibus non recludi pubis ossa 131. 50
musculus quid sit, secundum alios 219. 44. quid reuera sit 222. 36
musculus μελαθρώδης dictus. 264. 45
musculus ἐπωμὶς 264. 46
* musculi in manu latescentem tendinem educẽtis administratio. 222. 32. descriptio eius 302. 27
musculus natura inter ligamentum & neruum medius 220. 8
musculus neruosa exilitate, uolæ mediæ & digitorum cuti internę subnatus. 302. descriptio eius. ead. 27. administratio * 222. 32
musculus, qui scapulam antrorsum agit, controuersus 263. 49
* musculus totius corporis mole maximus 239. 44
musculus uesicæ ceruicis, quære, Vesicæ ceruic.
musculi caput, quid. 220. 21. delineatio. 218. 39. finis, seu tendo. 220. 21. delineatio, 218. 44. uenter. 220. 21. delineatio 218. 41
musculi caput, tendine non semper tenuius 221. 53
musculi uenter, designatus 218. 40
musculi uenter, ubi reponendus proprie 227. ult.
musculi femoris motorum quarti ortus 84. 16
musculi frontis cutem mouentis descriptio. 237. 19. administratio. ibidem 48
musculi in ore delitescentis administratio. 250. 15. eiusdem descriptio. 248 31
musculi masseteris administratio. 250. 5. descriptio eiusdem 246. 42
musculi maxillam deorsum trahentis, ac tribus illis superadditi, quartiq; descriptio 249. 6
musculi membrana 220. 37
musculi neruosa exilitate sua mediæ uolæ & internæ digitorũ cuti subnati delineatio 172. 27
musculi nomen unde. 224. 42. etc.
musculi structuræ depicta ratio. 218.
musculi substantia præcipua, caro. 222 39
musculi temporalis descriptio. 247. 43. eiusdem administratio. 249. 48
musculi temporalis robur maximũ, ex historia 248. 22.
musculo temporali quot neruorum propagines offerantur 327. 15
musculũ nullum os mouere nisi eidẽ inseratur, Anatomicorũ ἀξίωμα. 307. 6
musculi articulorum motores primi, superficiei proximi 226. 34
musculi, carnis appellatione dicti Aristoteli 232. 23. 30
musculi ἐρισμαεσῆρες dicti. 285. ultimo. nullum fortiuntur musculum contrarium 288. 1
musculi etiam uinculorũ loco. 16. 39
musculi duo laryngis operculi. 260. 16.
musculi humerales sex. 106. 39. inde
musculi in ore delitescẽtes, dicti qui. 246 40
musculi intercostales. quære, Intercostales musculi.
musculi intestini recti. quære, Intestini recti.
musculi μασητῆρες qui. 246. 38. temporales. ibidem. 37
musculi non æquas portiones nerui ac ligamenti recipiunt, & quomodo 220. 39
musculi non omnes ab ossibus oriũtur, contrà quàm Galenus. 223. 24
musculi, oppositis musculis destituti 260. 28
musculi os aperientes, qui 246. 41
musculi penis. quere, Penis musc.
musculi recti intestini cuiusmodi. 501 54
musculi, tendinum nomine dicti ab Hippocrate 267. 41
musculi tendinibus destituti. 222. 49
musculi ueteribus carnis nomine appellati 16. 41
musculi qualiter munus obeant suum 222. 19
musculorum administrationis ordo duplex 264. 1
musculorum brachiũ, scapulam, thoracem, caput, dorsumq; mouentiũ examen 603. 36. inde
musculorũ capita, non minus quàm tendines sentiunt. 222. 5. & læsa conuulsioni obnoxia sunt ibid.

muſculorũ carni adipem intexi, contrà quàm alij affirmarunt 222.42
muſculorum differentiæ quatuordecim. 223. à ſubſtantia. ead. 5. ab ortu. ead. 24. ab inſertione. 56. à parte quæ mouetur. 224.19. à forma. ead. 28. à foraminibus. 225.49. à magnitudine. 226.4. à colore. ibidem. 12. à ſitu. ibidem. 32. à fibrarum genere. ibid. 42. earumq́ compactione. 227.17. à muſculorum capitibus. ibid. 34. à uentribus. ibidẽ. 54. à tendinibus. 228. 23. à mutua muſculorum in officio oppoſitione. 229.18. à munere. ibidem 26
muſculorum fabricæ expoſitio totius. 219.47. eiuſdem delineatio. 218 28
muſculorum fabricæ quid præſtet ligamentum. 219.50. quid neruus. ibid.
muſculorum impreſſiones. 4
περιγραφαὶ 228.19
muſculorum laryngis hiſtoria. quære, Laryngis muſc.
muſculorum linguæ, hiſtoria tota. quære, Linguæ muſc.
muſculorum numerus cõtrouerſus. 229.36. unde petendus. ut à fibris. 229.41. ab impreſſionibus. 230.15. à capitibus. ibid. 20. à tendinibus. ibid. 44. à mutuo connexu. 231. 6. à concurſu. ibid. 11
muſculorum omnium uſus communis 283.10
muſculorum ortus omnium iuxta Galenum, ab oſſe 223.24
muſculorum oſſis υ referentis deſcriptio 250.50
muſculorum oſſis υ par quartũ, ſcapulæ motibus non ſubſeruit, contra Galenum 251.39
muſculorum oſſis υ referentis par quartum quid peculiare ſibi uendicet 251.30
muſculorum oſſis υ propriorum, paria quatuor. 251.3. & deinceps. nõ propriorum aſſignatio. ibid. 56. adminiſtratio unde petenda 252.37
muſculorum oſſis υ propriorum iuxta quatuor paria adminiſtratio. 252.12. eorundem functio. 250.57
muſculorum oſſa mouentium non pauci tendinibus carent, contrà quàm Galenus 228.27
muſculorum pars neruea, carnea, liuida, quæ 226.29
muſculorum quamque corporis partem mouentium hiſtoriam, ſub cuiuſq́ partium earum elemento initiali reperies, uelut eorum qui frontis cutem, qui palpebras, oculos, buccas, labra, naſi alas, maxillã inferiorẽ, linguã, larynga, brachiũ, ſcapulã, caput, abdomen, teſtes uiriles, tum muliebrem uterum, thoracem, dorſum, manus, pedes, etc.
muſculorum quorundam & uaſorum adminiſtratio 599.32
muſculorum tendines qualiter differant 228.44
muſculorum totius corporis maximus 131.35
muſculorum trium, maſſeteris, temporalis, ac in ore deliteſcentis munus 248.50
muſculis cur addita caro 220.26
muſculis cur additæ uenę & arteriæ. 220 35
muſculis nerui non omnibus in capitis exortu inſeruntur, & quomodo 221.30
muſculis non omnibus neruus miſcetur, & quibus 221.4. & 223.11
muſculis omnibus unum tantum fibrarum genus tribuens Galenus 227 7
muſculis, quãdo tendines annectantur 222.47
muſculis quid nerui uere præſtent. 222 16
muſculis uenas ad extimam tantum ſuperficiem adnaſci 595.47
muſculoſa temporum lineamenta. 250 39
muſicorum inſtrumentorum fabricæ ratio ex auditus organi compage deſumpta 35.48
muſicorum artificum inſtrumenta ad naturę imitationem fabrefacta. 578.11. 24
muſtacem uocare Latinos labri portionem quandam 244.32
muſtelarum penis oſſeus 527.50
muſti feruentis ad iecoris ſanguificationem comparatio 508.18
μυλακρὶς, & μύλαι 168.31
μυλῖται dentes 167.21

N

Narium foramina. 39.7. & 54 7
narium ſeptũ. 37.10.25
narium ſitus 19.8
naſi alæ. 151.27. earundẽ cartilagines 3.49
naſi alas mouentium muſculorũ delineatio. primi, ſecundi. 179.13. & 182.16. tertij & quarti 182.15
naſi cartilaginum deſcriptio. 151.11. inde.
naſi cartilaginum ſtructura uel ſolius Gallici morbi nomine non oſcitanter expendenda 151.29
naſi muſculorum alas mouentiũ deſcriptio. 244.27. adminiſtratio. 245 47
natis 168.29
natium cerebri deſcriptio 638.19
naturæ in neruis digerendis ſcopus. 317 17
nauiculare, ſiue nauiforme os. 168. 49. uide, Cymbam referens os.
nerualia oſſa 166.39
nerualis ſutura 166.31
neruus inſtrumentum ſenſus. 18.24
neruus non cẽſetur, dorſalis medullæ terminus, ex oſſe ſacro prodiẽs, 339.44 & 350.18
neruus nullus cordi commiſſus pręter unum 315.50
neruus omnis ſenſu tactus pręditus 317 44
neruus omniũ corporis craſſiſſimus quo ſinu feratur 131.16
* neruus pulſatilis apud Arabes qs. 259 50
neruus quibus cõſtet partibus. 316.20
neruus quinti neruorum cerebri paris, etc. 34.13.47 inde
neruulus iuxta quinti paris neruorum cerebri radicẽ, hactenus ignoratus. 50.6
nerui appellatio. 16.34. quàm late pateat. 315.24. quibus organis propriè competat ead. 29
nerui cum ligamẽto in muſculorum fabrica permixtio. 220.14. eius delineatio 218.38
nerui, in muſculis conſtituendis neceſſitas 219.50
nerui coli, & recti inteſtini 501.50
nerui coniugatim enaſcuntur. 318.11
nerui cutem ſubeuntes non eandem ſemper proponunt ſeriem. 345.10
nerui idem cerebro præſtãt quod arteria magna cordi, & uena epati. 622 32
nerui in papillas diſtributi 344.1
nerui inteſtinorum graciliũ. 499.49
nerui nõ omnibus muſculis miſcentur, & quibus 221.4. & 223.11
nerui omenti 497.18
nerui quid muſculis uere præſtent. 222 16
nerui, uaſorum nomine appellati. 317 53. (31.
nerui uentriculi, eorũq́ uſus. 493.12.
nerui uiſorij perforati. 324.34. & nõ perforati ead. 36
neruorum per abdominis muſculos repentium adminiſtratio 549.35
neruorum alios ſenſui, alios motui falſo præfici 348.34
neruorum Anatomes ratio 552.7
neruorum brachium adeuntium origo diligenter conſideranda cur. 344 46
nerui in brachiũ à quibus partibus ducantur. 344.43. eorundem implexus deſcriptus. ead. 50. ac delineatus ead. 16
neruorum in brachium ac manũ extremam diſtributorum expoſitio. 344.43. primi. 345.1. delineatio. 336.5 ſecundi. 344.15. delineatio. 336.8. tertij. 346.19. & 347.17. delineatio. 336.11. quarti. 346.28. delineatio. 336.33. quinti. 347.17. delineatio. 336.52. ſexti. 348.50. delineatio 337.3
neruorum cerebri initium unde ſit. 322 21
neruorum cerebri iuxta ſeptem paria examen 654.8
neruorum cerebri paris primi deſcriptio tota. 324. ortus. ead. 1. coalitus. 13. ingreſſus in oculos. eadem. 20. in tunicam reti comparatam dilatatio. eadẽ. 24. ductus delineatus. 325.1. an ſit perforatum, quæſtio. 324 34
neruorum cerebri paris ſecundi deſcriptio. 325.22. quod oculorũ muſculis diſtribuitur ead. 29
neruorum cerebri paris tertij deſcriptio. 325.36. radix duplex. ead. 37. tenuioris ortus ac diſtributio. ead. 42. craſſioris itidem 326.5
neruorum paris quarti deſcriptio. 326 33
neruorum cerebri paris quinti deſcriptio. 326. 45. eiuſdem meatus. 52. 46. & 53.10. item ad auditus organum ſeries 34.47
neruorum cerebri paris ſexti deſcriptio. 327.29. in thoracis amplitudinem diſtributio. 329.29. in nutritionis organa ſeries. eadem. 47. recurrentium dexter. 318.42. ſiniſter. eadem. 53. cur ſint facti. 329.13. amborum delineatio. 318. 35 & 39
neruorum cerebri paris ſeptimi deſcriptio 330.34
neruorum è cerebro prodeuntium par cæteris Anatomicis ignotum. 322.34. & 337.11
neruorum cerebri paria quot. 322.27
neruorum è cerebro prodeuntium ortus delineatus. 318. eorundem depicta uniuerſa ſeries. 319. par primum. 320.18. ſecundum. eadem. 23. tertium. eadem. 24. quartum. 40. quintum. 41. ſextum. eadem. 49. ſeptimum 321.42
neruorum decuſſatim facta diſtributio fictitia 325.7
neruorum differentiæ. 316.42. à mollitie & duritie. ibidem. 45. & eiuſdem differentiæ ratio. 317. 5. ab originis forma. ibidem. 346. ab ipſorum cauitate. 317.51 à ſerie. ibidem 54
neruorum à dorſali medulla prodeuntium omnium delineatio. 332 & 333
neruorum è dorſali medulla prodeuntium numerus. 339.37. non idem in omnibus animalibus. eadem 47
neruorum femur, tibiam & pedem adeuntium diſtributio expoſita. 350. primi. eadem. 34. ſecundi. eadem 46. tertij. 351.6. quarti. eadem. 15. Singulorum delineatio. 337. primi. eadem 27. ſecundi. ead. 30 tertij. eadem. 39. quarti. eadem. 44
neruorum in inteſtinis ratio. 503. 41.
neruorũ è lumborum uertebris prodeuntium deſcriptio. 349.12. ſunt autem quinque paria. Delineatio 337.7
neruorum per manum diſtributio, quo pacto citra ſectionem deprehendatur 348.21
neruorum qui in extremam manum diſtribuuntur expoſitio. 348.13
neruorum ortus à cerebro. 315.39. non è dura eius membrana. 316.18. nec à corde 315.49
neruorum ortus uarie à priſcis conſtitutus 315.39
neruorum ſacri oſſis foramina. 84. 21.
neruorum ex oſſe ſacro proſilientium deſcriptio. 349.37. delineatio 337.17
neruorum paria recẽſendi mos qualis ueteribus 82.27
neruorum principium cor eſſe, unde iudicarit Ariſtoteles 591.56
neruorũ propagines temporali muſculo quot offerantur 327.15
neruorum recurrentium examen. 601 17
neruorum recurrentium ſciẽtia, Galeni inuentum 329.19
de Neruorum ſectione liber Galeni, uix totius fragmentum eſt. 325 46
neruorum ſeptum tranſuerſum ingredientium deſcriptio. 341.35 delineatio 334.57
neruorum ſepti tranſuerſi examen. 600 24
neruorum in uertebris foraminum ratio 70.29. inde
neruorum è uertebris ceruicis prodeuntium paria ſeptem. eorumq́ deſcriptio. 340.1. par primum. ibidem. ſecundum. eadem. 30. tertium, quartum, quintum. 341.2. ſextum, ſeptimum 342.16
neruorum è uertebris ceruicis prodeuntium delineatio. 334. par primum. eadem. 20. ſecundum. eadem. 25. tertium. eadem. 30. quartum. eadem. 40. quintum. eadem. 54. ſextum. 335 12. ſeptimum ead. 29
neruorum è thoracis uertebris prodeuntium deſcriptio, iuxta paria duodecim. 342. par primum, omnium octauum. 45. eius delineatio. 335.35. ſecundum quod omnium eſt nonum par. 343.15. eius delineatio. 335.41. tertium, quartum, ac cætera paria uſque ad thoracis duodecimum, uniuerſorum autem uigeſimum par. 343.21. delineatio eorundem. 335. 46.
neruorum tria paria in oſſe ſacro & coccyge 82.25
neruorum ueſicæ ratio 518.30
de Neruorum uiſoriorum decuſſatione hiſtoriæ authoris. 324.46
in Neruis digerendis ſcopus naturæ triplex. 317.17. ſenſus. ibidem. 21. motus. 27 triſtantium dignotio 25
neruis emittendis parata foramina. 58.47 inde
neruis unde ſpiritus animalis prębeatur 316.32
neruos in muſculorum initia potius quàm fines inſeri, Anatomicõn axioma 341.44
νῆσις quid 499.3
νευροχονδρώδη dicta σύνδεσμα. 217. 46. & 301.10
νευρομήτραι muſculi. 29.14
νεῦρος unde 315.35
Nicolai & Gentilis de uteri formatione error 531.20
nodus 9.49
νῶτον 56.41. & 167.31
νώτου uertebræ 167.37
nouacularum ad ſectionem deſcriptio. 236.7. delineatio. 235.46
nutrimenti uehiculũ cuiuſmodi Hippocrati dictum 508.30
nutritionis inſtrumenta, triplicia 384. 52
nutritionis neceſſitas 384.40
nutritioni ex cibo potuq́ famulantium partium enumeratio. 385. 5. inde
nutritioni ſubſeruientiũ inſtrumentorum neceſſitas 384.47
nutritiua uis quatenus in plantis & hominibus differat 493.35
nutritionis organorum enumeratio 519.39
νύμφη quid 290.51. & 532.1. eiuſq́ in mulieribus differentia. ead. & 536. 55

O

Oβελιαία ſutura. 26.43. & 166. 30
occipitis ſiue occipitij os. 21.33. & 22.27. & 23.13. & 30.1. eiuſdem circumſcriptio. ead. 40. & 166 45
occipitis os ubi craſſiſſimum. 30.47. & 53. 55
occipitis oſſis capitula 31.11
occipitij oſſis, quà primæ uertebræ articulatur, deſcriptio 64.15
oculus genu 168.33
oculus ſcapulæ 168.2
oculi angulum interiorem occupantis carunculæ uſus 40.20
oculi humores. Criſtallinus. 646. 25. delineatio. 646.54. Vitreus. 646.1. delineatio. 645.3. Aqueus. 649.21. delineatio. 644.6
oculi muſculorum deſcriptio. 240. 12. adminiſtratio. 241.29. delineatio 239.30
oculi partium omnium breuis enumeratio. 649.42. earundem uſus. ibid. 54
oculi partium omnium delineatio 644. 7
oculi ſedes quot efformetur oſſibus 39. 37
oculi tunicarum expoſitio. ἀραχνοειδοῦς

δοῦς. 646. 44. delineatio. 643.46. quæ reti comparatur. 647. 15. delineatio. 643.50. uueæ dictæ. 647.15. delineatio. 643.52 quæ cilijs seu palpebrarum pilis respondet. 648.41. delineatio. 643. ult. duræ. 648.52. delineatio. 644.1. adhærentis, seu albæ. 649.34. delineatio. 644.6. cornea 649.9
oculorum colorem ex humorum spirituum'ue copia non uariare 648. 31
oculorum fabrica tota exposita. 646. 12. eiusdem administratio. 655.1. delineatio 643. & 644
oculorum gratia formatum caput 18. 1
oculorum musculi. quære, Musculi, &c.
oculorũ sedes à cuneiformi osse maxima parte constitui 29.31
oculorum situs 18.5
oculis, cur additus motus uoluntarius. 240.12. eiusq; differentiæ. ibid.
oculos mouentes musculi, eorumq; numerus, descriptio tota. 240. 12. delineatio. 239.29 administratio. 241. 26
oculos mouentium musculorum delineatio 239.31
oculos quî muniuerit natura 18.15
ὀδὼς, & ὀδοντοειδὴς secundæ uertebræ tuber 66.31
οἰσοφάγος 388.6
ὠλέκρανον 111.5. & 168. 13
ὠλένη, ὤλενος 168.5
olfactus organum 51.9
olfactus organum constituentes cerebri processus 323.25
olfactus organi descriptio 643.14
de Olfactus organo sententiæ uariæ 322. 51
olfactus organa. 30.3.14. eorundem sedes. 32.35. cribri modo peruium os 28.24.
olfactus organorum sedes, non pariter amplæ in singulis caluarijs. 51. 6
olfactus organorum sinus pituitam cerebri non expurgant 641.46
olfactus sedes 19.8
omẽtum an deuolui ad scortum possit 495.9.20
omentum cur plumæ nomine Brabantis appellatum 497.48
omentum cur rete & reticulum appellatum 497.10
omentum quî diuellendum, ipsiusq; ortus inuestigandus, unà cum uasis illo suffultis 551.34
omentum sacculo, aut minoribus piscatorum retibus simile. 359.6. & 358
omenti adeps. 497. 19. eiusdem usus ead. 51
omenti ala superior, & humilior, quid 358.15.18
omenti arteriæ ac nerui 497.12.18
omenti descriptio. 357.15. & 356
omenti diuersa nomina 494.39
omenti & mesenterij eximendi ratio in Anatome 553.49
omenti fabricam suis usibus respondere 497.45
omenti figura & quantitas. 495.31. & 358. & descriptio. 359.3. inde
omenti glandosum corpus 497.27
omenti inferioris membranæ sectio difficillima 510.6
omẽti intestinis obducti situs. 356.17
omenti membrana inferior qua parte mesenterij uice 496.26
omenti membranæ descriptio. 357. & 358.15 inde
omenti membranæ superiori exporrectæ uenarum & arteriarum propagines 357.21. & 356. & 358
omenti ortus, ac dein nexus. 495.45. cum colo. 496.20
omenti præcipuus usus quis. 497.36
omenti situs. 494. 47. eiusdem obseruatio 550.33
omenti substantiæ enumeratio. 495. 36
omenti superior anterior'ue, & inferior seu posterior membrana. 495. 42
omentum implicantes uenæ. 496.44
omentum uentriculi anteriori sedi non obduci 494.22
omẽto quatenus comprimi uteri fundi os possit 495.9
ὠμοπλάτη 167.53
ὦμος 99.54. & 167.53
*ὄγκος quid 261.29
ὀφρύς 11.1
ὀψίγονοι dentes 167.24
oris apertio, organorumq; in faucibus positorum examen 603.48
ὀρροπύγιον 167.41
osamium & osanum os 167.40
os, ὀστέον 166.17
os quid, eiusq; natura, & usus. 1.1. inde
os amplum, latum, sacrum, idem Galeno 81.48
os in cerebro à Galeno traditum, quale 32.41
os de corde cerui Medicorũ & Pharmacopolarum impostura excogitatum 94.23
os cordis. uide, Cordis os.
os coxæ, siue coxẽdicis. uide, Coxæ, & Coxendicis os.
os coccyx. 56.56. eiusdem delineatio 79
ossis coccygis descriptio 84.43
ossis cymbam referentis sinus 147. 28
ossis dentis dicti ligamentum. 280.2. & 44
os ilium. uide, Ilium os.
os iugale. 22.6. & 23.20. & 33.3.13. & 38. 14
os pectoris. uide, Pectoris os.
os pubis. uide, Pubis os.
os sacrum. 56.55. uide, Sacrum os.
os sacrum, amplum, latum, πλατὺ, idem 85.30
os sacrum cæteris annectentium ligamentorum administratio. 243.29
os sacrum quale in simijs & canibus. 81. 37. inde. & catulis ead. 43
*os sacrum ilium ossibus colligantium ligamentorum descriptio. 252.17. administratio 256.19
ossis sacri appellatio, unde 85.33
ossis sacri constitutio. 58.34. & 59. 15
ossis sacri delineatio 79
ossis sacri in homine descriptio. 83. 28. inde
ossis sacri neruorum foramina. 84. 21. spinæ. ead. 30. anterior, posteriorq; sedes. ead. 38. & 85.16
ossis sacri, sex interdum ossa 84.52
ossi sacro nexorum ossium in uiris & mulieribus differentia 131.41
ossa sacri ossis lateribus commissa in pueris tribus efformari ossibus 132. 34
ossium sacro ossi nexorum in uiris & mulieribus differentia 131.41
*ossium sacri ossis lateribus commissorum usus 129.4
ossis υ referentis figura. 55.5.11. situs & nomina. ead. 33
ossis υ referentis musculorum descriptio. uide, Musculi.
ossa ad disciplinam utilissima, quæ. 159. inde
ossa an sensu prædita 3.21
ossa cumulatim in cemiterijs asseruari solita, ad sceleton inutilia. 159. 19
ossa, cur circa connexum molliora 7. 32
ossa digitorum. uide, Digitorum ossa.
ossa dissoluta ad disciplinam aptiora, quàm compacta 159.6
ossa emundata, quomodo iungenda 159. 30
ossa inter se omnia contigua. 11.55
ossa iungentium commissurarum typus 12.10
ossa lapidea 1. 34. & 33.7.33
ossa non hominis solum, sed & brutorum omnis generis animãtium, philosophiæ ac medicinæ studiosis obseruanda 162.21
ossa omnia, præter dentes, tecta. 3. 26
ossa præruptæ rupi similia quæ, & cur ita dicta 33.34
ossa senum, iuuenum, & puerorum inuicem uariare 27.12
ossium capita pleraque sine appendice 9.45
ossium coctionis tempus ex ætatum ratione obseruandum. 157. 35
ossium coctionis scopus 157.39
ossium commissuræ, carumq; cartilagines 4.3
ossium connexus quibus constet. 16 30
ossium differentia ab usu. 1.9. magnitudine. 27. forma. 29. & alijs 2. inde
ossium foramina 3.8
ossium in calce macerandorum, ac flumine emundandorum ratio. 155 23
ossium in hominibus & quadrupedibus similitudo 145.35
ossium inspectio inutilis cuiusmodi 155.39
ossium inter se structura & cõtexus. 11.36 inde
ossium nutrimentum proprium medulla 3.1
ossium omniũ corporis humani numerus 162.28
ossium omnium nomina tam latina quàm græca, &c. 166. 17 inde
ossium omniũ soli dentes sensu præditi. 45 25.36
ossium partes sedesq; uarijs uocibus indicari 7.2
ossium per coctionem parandi modus 155.50
ossium processus 8.17
ossium quibusdam sedibus perinde ac si undiq; circumscriberentur nomina imponi 33.10
*ossium sesamoidum manus, administratio 224.46
ossibus non solum grãdibus appendices contingere 7.53. & 8.5
in Ossibus spectãda præcipue quæ. 155 37
ossiculum incudi comparatum. 34. 54. & malleolo 35.14
ossiculum magis & occultæ philosophiæ sectatoribus obseruatũ, quale. 126 37
ossicula sesamina. quære, Sesamina ossic.
ὀσχέον quid 521.39
ὀσφύος uertebræ 167.38
ὀστέον, os 166.17
οὐρητῆρες meatus, qui & οὐραναὶ, & οὐρητικοὶ πόροι 518.50
ὀξύβαφον 10.24
ὀξυκέφαλος 19.30

P

Palato infestus Gallicus morbus 580.7
palma 168.15. inde. quid Celso 120.3
palpebra retorta dicta Hippocrati quæ 239.11
palpebram superiorem cur moueri oportuerit 238.34
palpebrarum cartilagines. 3.48. & 4.40. & 150.17
palpebrarum fabrica. 238.21. & administratio ibid.
palpebrarum musculi. quære, Musculi palpeb.
palpebrarum pili 150.26
palpebras mouentium musculorum delineatio. 179.10 & 238.21. eorundem descriptio. 238.21. administratio 239.23
palpebras mouentium musculorum difficilis cognitio 239.13
*πάγκρεας quid. 261.37. & 497.29. & 505. 7
panniculus carnosus 233.8
panniculus carnosus, non sunt octo abdominis musculi 233.8
panniculus rotundus 385.55
papilla, θηλὴ 543.44
papillæ substantia 544.24
papillæ constructionis, & totius substantiæ eiusdem ratio 546.24
παρακνήμιον 168.40
παραπήχιον 168.10
παρασφαγὶς 102.33
παραστάτης. 55.39. κιρσοειδὴς & ἀδενοειδής. ead. 41. & 167.26
parastates κιρσοειδὴς 524.4.37. & 525 14
parastates ἀδενοειδὴς 525.18
παρέγχυμα quid 507.40
παρέγχυμα lienis 512.16
parietalia ossa 166.40.54
paris, siue paria ossa 167.9. & 166 39
παρίσθμια, faucium glandulæ cur. 579.36 50
partium functiones naturales aliæ per fibras fiunt, aliæ absque illis. 257 40
parturiẽtes genibus innixas facilius parere 131.56
parturientibus non recludi pubis ossa. 131 50
partus septimestris Hippocratis sententia imperfectus 531.16
patella quî femoris ossi connectatur. 141 57.
patellæ figura, & descriptio. 141.25. situs, & forma. eadem 41. inde
patellæ nomina 168.31
patellæ substantia & usus. 142.4.14
IOAN. PAVLVS GVIDVCIVS Vrbinas 46.45
paxillares dentes 167.21
paxillum 167.4
pecten 168.16
pecten & pectus τὸ μετακάρπιον quibusdam 120.3
pecten pedis 148.36
pectinis os 168.24
pectus quid 88.40
pectus manus 168.16
pectus & pecten pedis 168.55
pectoris clypeus, siue scutum. 167.54
pectoris siue pectorale os. 88.42. & 167.43. quale in quadrupedibus. 91.45. eiusdem synarthrosis. eod.
pectoris os utrinq; lunatum 93.7.
pectoris ossis à cartilaginibus costarum liberi delineatio 87.27
pectoris ossis cũ cartilaginibus, etc. administratio 599.56
pectoris ossis unà cum ipsi coarctatis cartilaginibus interior superficies expressa 560
pectoris ossis ad ensem comparatio. 92 50
pectoris ossis furcula, iugulum, σφαγὴ 92.22
pectoris ossis humani descriptio. 92 8
pectoris ossis quot ossa 162.40
pectoris ossis substantia & usus. 93. 11. inde
pectoris uertebræ 167.37
πέδιον 148.36. & 168 54
pedium quinque ossibus constare. 148 41
pedij ad tarsum coarticulatio. 148. 49.
pedij descriptio 148.35
pedij ossa quot 162. 47. eorundem appendix. 8.6. capita. 9 12
pedij ossium figura & descriptio. 5. & 6.6. & 142. & 143.22. inde
pedij ossium interualla. 149. 2. ad digitos articulatio 7
* Pelopis sentẽtia falsa, de uenarum & arteriarum ortu 298.47
peltalis cartilago 153.23
peluis cerebri pituitam excipiens. 640 28
penis 168.25
penis constructionem subeuntia. 528 7
penis duo præcipua corpora. 528. 10. eorundem delineatio. 372. & 373.12. & 374. 2. examen. 556. 53.
penis corporum ortus, uenarumq; arteriarum & neruorum huc pertinentium examen 556.12
penis & testium à suis inuolucris detectio in administranda Anatome. 555 19
*penis fabrica exposita 226.44. musculi quatuor ordine. eadem. 56. officium. 227.8. administratio. eadem 16
*penis fabricæ totius delineatio. 225 28
penis musculorum examen. 556.5
*penis musculorum traditio apud Galenum perijt 227.26
penis situs 528.1
penis structuræ ratio. 527.40. eiusdẽ substantia ead.45
peni tres meatus falso ab Arabibus attributi 529.16
penis uenæ, arteriæ ac nerui. 528. 47. cutis. eadem. 57. inde. musculi. 529 1
περικράνιον. 26.14
περικράνιος membrana 627.19
περίδρομος 166.22
perinæi situs 528.41
περιόστεον. 3.24. & 571.43. cartilago. 158 53
περιόστεος membrana 294.56. & 576.29. & 627 22
περιτόναιος ὑμὴν 385.48. χιτὼν. eadem, & περιτόναιον σκέπασμα. eadem.

dem 50
peritoneum in similiarium partium numero 386.1
peritonæum non undique pariter crassum 386.39
peritonæum quibus partibus peruium 386.46
peritonæum quibus uasis ac neruis implicetur 386.57
peritoneum tactus sensu etiam præditum 387.6
peritonæum, transuersis abdominis musculis pertinaciter adhærēs. 283 1
peritonæi à partibus extrinsecus ipsi commissis liberatio 549.41
peritonæi ad uesicæ fundum nexus. 357 11
peritonæi apertio 549.54
peritonæi figura. 355. & descriptio. ead. & 356
peritonæi laterum uenæ. 356.1. & 355.
peritonæi magnitudo & situs. 386.5. forma, etc. ead. 19
peritonæi nomina 385.46
peritonæi ortus examen 557.5
peritonæi superficies cuiusmodi. 386.22. processus ab eodem enati. eadem 30
peritonæi usus 387.10
πέδονη quid 138.25. & 168.40
πέσσα 168.41
*pedis amplitudinem subeuntis ligamenti descriptio. 244.22. administratio 255.1
*pedis ac digitorum motibus famulantium musculorum alij in tibiæ sede anteriore consistunt. 254.30. alij in posteriore. eadem. 41. alij in pede. ead. 47. & quot sigillatim ibidem
pedis calcar 168.48
*pedis cruris cautas, per quam tracto fune Hector ab Achille circum mœnia Troiæ actus 246.8
pedis dextri ossium delineatio 5
*pedis digitos mouentium musculorum administratio. primi. 255.32 secundi & tertij. eadem. 44. decem sequentium. 255.54. decimiquarti, quinti. 256.7. decimi sexti. eadem. 14. decimi septimi & octaui. 255.33. reliquorum quatuor 255.52
pedis digitos mouentium musculorum delineatio primi. 210.27 secundi. ibidem. 35. tertij, ibidem. 29. eorum qui primos digitorum articulo flectunt, & sunt decem. 211.46. & 212.13. decimiquarti. 183.50 decimiquinti. 186.48. decimisexti. ibidem. 52. decimi septimi. 179.50. decimi octaui. 173.49. quatuor musculorum, digitos quatuor pollici adducentium. 210.46 & 211 48
pedis digitos mouentium musculorum descriptio. 248.46 primus, secundus, tertius. 249.2. qualiter in similis sese habeant. 250.31. decem sequentes, primis digitorum articulis præfecti. eadem. 46 decimusquartus & quintus. 251.3. decimus sextus, pollicem ac tres proximos digitos abducens. 251.22. decimus septimus, octauus. eadem. 43. reliqui ad 22. usque, digitos quatuor pollici adducentes 252.1
*pedis digitos mouentium musculorum numerus 252.8
*pedis digitorum motus 248.46.
*pedis digitorū ac manus, ratio motus prope par 248.57
pedis digitorum ratio 149.13
pedis fabricæ ratio 148.46
*pedis ligamentorum transuersorum descriptio. 253.38. alia, ossa pedis committentia. eadem. 54. administratio. 256.41
*pedis motus 245.4
pedis ossa quot 149.21
pedis ossium delineatio. 142.23. descriptio 143. & 144
pedis ossium quibus in manu nullum respondeat 147.46
pedis officula sesamina cuiusmodi. 126 24
pedis pectus & pecten 168.55
*pedis plantæ cuti subnati tendinis lati descriptio 244.3
pedis posterioris in quadrupedibus appellatio quæ. 145.11
pedē ab extrema manu uno osse superari 149.19
*pedem mouentium musculorum administratio. 255. primi et secundi. eadem. 14. tertij & quarti. ibidem. 17. & 23. quinti. 255.55. sexti 256.4. septimi & octaui. ibidem. 11
pedem mouentium musculorum delineatio. primi. 205.20. secundi. ibidem. 21. tertij 207.39. quarti. ibid. 42. quinti. 211.37. sexti. 180.47. septimi. 189.31. octaui. 179.39. noni 103.52
*pedem mouentium musculorum descriptio. 245.10. primus. ibid. secundus, tertius, quartus. 245.21. quintus, sextus. 246.22. septimus, octauus. 247.11. nonus. 248.14 munus omnium. ibid. 24
pedem petentes nerui. quære, Nerui pedem petent.
*pedes ac digitos mouentium musculorum traditio apud Galenum supra modum uaria 243.44.
pedum in quadrupedibus & hominibus similitudo 145.1. inde
petrosorum ossium appellatio unde 33.34
φακοειδὴς dictus humor 646.25. 36
φάλαγγες digitorum quæ. 121.48
pharmacopolarū impostura excogitatum os de corde ceruí. 94.23
φαρύγγεδον 55.42. & 167.26
φάρυγγες appellatio 579.17
φάρυγγες 574.12
φάτνια 46.17
φοξός 19.28
φρένες 290.47
φὼς in mamillis quid 544.24
πῆχυς 110.44. & 168.5
pia mater. quære, Tenuis cerebri membrana.
pinguedo. quære, Adeps
pinguedinis humanæ usus 157.33
pisces ut collo, ita etiam pulmonibus destituí 62.51
pituitæ cerebri purgandę paratimea tus. 32.20. inde. & 51.3. 23. inde pituitam cerebri excipientes ductus. 640 1
pixis os 168.22
planarum ad testes comparatio, 520. 50
planta 168.54
planta pedis 148.36
plantæ appellatio 147.54
plantæ cuti subnatus latescens tendo. quære, Pedis plantæ.
plātarum nutritiua uis quatenus ab humana differat 493.40
planum pedis. 148.40. & 168.54
πλάτη 167.53
Platonis Anatomica dogmata. 145. 36
Platonis de ingenito nobis generationis amore sententia 520.22
Platonis de septo transuerso sententia 291.50
πλατὺ os 167.39
πλεῖβον 31.41. & 166.56
pleura uulgò quid 570.29
πλευραὶ 167.50
Plinij lapsus 107.17
Plinij de menstrui sanguinis prauitate & graueolentia error 538.18
Plinij in appellatione tali lapsus. 140 19
plumę nomine omentum apud Brabantos appellari 497.48
pollicis os secundū, uix extra rectam lineam extendi 123.57
pollicis ossis primi ad brachiale nexus. 123.37. secundi, etc. eadem. 48. & 124.5. tertij, &c. eadem 8
pollicis ossis primi & postbrachialis ossium ad brachiale contextus. 118 47
pollicis pedis ad manus pollicem discrimen 149.14
pollicis usus ac dignitas. 124.54. situs 125.24
pollicem suribus præcidendi mos. 124 57
IVLII Pollucis lapsus. 65.30. & 66 32





polus 168.33
polux 387.50
πολύμορφον dictum cuneiforme os. 32.3. & 148.15. & 167.3. & 168. 53.
*popletica dicta quibusdam uena. 293 32
*in Poplite latitantis musculi descriptio. 237.37. administratio. 255. 40.
porcorum iecur quale 506.45
portæ uena. quære, Vena portæ.
portæ uenæ officium 508.4
portæ uenæ omenti membrana fultæ figura 358. & 359.18
portæ uenæ rami una cum arterijs & neruis illis attensis qui examinandi 552.20
portæ uenæ ramorum officium. 385. 9.
ποροὶ ὀπτικοὶ 324.36
postbrachiale 168.16
postbrachialis appellatio 120.7
postbrachialis appendix 8.6
*postbrachialis ossa nectentia ligamenta 220.51
postbrachialis ossa quot. 120.8. & cuiusmodi sint. ead. 34. eorundem interualla. ead. 47. & 149.20. & 162. 43
postbrachialis ossa quī cedāt musculis 120.56
postbrachialis ossium & primi pollicis ossis ad brachiale connexus. 118 47
præcordium 387.48
præcordia dicta quæ 290.48
prægnantium uterus cuiusmodi. 534 52
præsepiola dentium 46.17
processus 8.13.37
processus alis similes 32.28
processus dens appellatus, etc. 61.55. & 66. 31
processus lumborum uertebris ex abundanti attributus à Galeno. 78. 41.
processus mamillaris. 22.25. & 23.30. & 31.27 & 36.44
processus stylo scriptorio similis. 23. 30. & 31.38. & 36.44
processus appendicibus donati alij, alij non 8.25
processus laterales siue transuersi in uertebris qui 57.5. item descendentes. eadem. 18.22. posteriores. eadem. 30 & 59.21
processus uespertilionum alis comparati. 21.38. & 23.15. & 25.51
processuum & appēdicum differentiæ 8.22
processuū in femoris ossibus alijsq; usus 135.2
processuum femoris maxillæ, etc. delineatio 5. & 6.26
processuum transuersorum ceruicis uertebrarum natura. 68.55. foramen. 69.4. ascendentium et descendentium natura. 69.25. numerus. 70 12
processuum transuersorum in thoracis & colli uertebris ductus. 75.24
processuum usus 8.46
πρόκνημιον 168.37
προμυσωπίδιον 237.22
proræ os 166.45
proræ futura 166.29
ψαλοειδὴς dicta cerebri portio. 632. 37. & 637.16. & * 309.40
ψόαι musculi 297.14
ψοιδῶν uertebræ 167.38
πτέρνα 168.48
πτερυγοειδὴς processus. 32.28. & 167.7
pubis os. 6.2. & 127.17. & 128.51. & 168 24
pubis os cur maximo foramine peruium, ipsiusq; sinus & tubera. 132. 7.23. crassities ead. 30
pubis ossis figura. 5. foramen. 128. 39
*pubis ossis foramen occupans membrana. 252.28. administratio 256.19
*pubis ossium foramina occupans membrana 226.35. & 225.28
*pubis ossis foramē occupātis membranæ administratio 243.25
pubis ossis historia 131.37. inde
pubis ossa an usquam puellis nuperis disiungantur, facilioris partus genera 132.4
pubis ossa mulieribus in partu non recludi 131.50
pubis ossa quī dirimenda 556.16
pubis ossium in uiris & mulieribus quæ differentia 131.41
pudendi muliebris prominentes carunculæ. 536. 54. easdemq; præcidendi apud Aegyptios mos. 537 2
pudendi muliebris caruncula non esse in omnibus æquales, 532.1
pudibundum 168.25
puellaris uteri fundus minor. 533.36. ceruix mollior 535.14
pueri à ueteribus in Anatome exerceri soliti 83.22
pueris quomodo eruendi dentes. 47 4
puerorum ossa cuiusmodi 27.19
pulmo instar promptuarij cordi circumpositus 596.24
pulmonis anterioris sedis delineatio. 568. item posteriores ead.
pulmonis cordi inuoluti delineatio. 561 & 563
pulmonis examen 600.37. & 602 56
pulmonis fibrarum seu loborum delineatio 562. & 563.12. & 568. inde
pulmonis inflatio 601.48
pulmo in quot lobos fibras ue distribuatur 581.46
pulmonis lobū in homine nullum cauæ caudicem suffulcire. 581.56
pulmonis situs, ac partes. 580.50. forma 581.8. item. 560. & 561.30
pulmonis superficies qualis. 582.7. item connexus. ead. 11. substantia. 28. uasa. 29. tunica. 46. nerui 50
pulmonis uasorum ratio. 583.9. item tunicæ ead. 20
pulmonis usus & constructionis ratio 582.53
pulmonem thoracis formam sequi. 89 43
pulmone carentia animalia etiam dextro cordis uentriculo destituí. 596. 35.
pulmonum colores diuersi. 582.12.
pulmonum gratia homini datū collum 62.49
pulsus & respirationis idem usus. 570 7
pulsuum autor cor 594.57
puppis capitis os 166.42
puppis futura 166.27
πύελος 640.42
*πύλη 266.55
πύλωρος unde dictus 390.27. & 391 16
πώεινος & πωειοειδὴς processus. 66. 34
pyxis 10.25
pyxis os 166.45

## Q

Quadratum os cuiusmodi 168.53
quadrupedum cum hominis cruribus, ac pedibus similitudo. 145. 1 inde
quaterij dentes 167.17
quatrio tali tuber cur dicatur. 145.50

## R

Rhabdoides, siue ῥαβδοειδὴς futura inter uerticis ossa. 26.44. & 166 30
ῥοδοχὶς. 56.41. & 167.30
radius quid. 1.40. & 110.50. & 168.8
radij ad humerum articulatio. 111. 51.
radij cum ulna motus. 13.33. & humero. ead. 53
radij delineatio 108. & 109.5
radij obliquitas. 113.1. eiusdem ad ulnam articulatio. ead. 16. secundum ipsius lōgitudinem leuitas & asperitas 25
radij partis inferioris historia. 113.40
radij sinus deducendis locandisq; musculis & ipsorum tendinibus apti 144.47
radij substantia cuiusmodi. 115.10
*radium brachiali nectentia ligamenta 221.1
*radium cum humero nectentia ligamenta 221.18
radium pronum & supinum constituentium musculorum delineatio. primi. 191.26. secundi. 189.1. tertij. 191

tij 191.23 quarti. 204.28
*radium in pronum ac supinũ mouentium musculorum descriptio. 215.46. primus. ead. 57. secundus, tertius, quartus. 216.12. administratio 124.34
ῥαχοειδὴς tunica 648.16
ramex, ὠλεκρανον Græcis cur. 495.8.
ramicum sectionis periculum. 495.24
ῥαφὴ, ῥαφαὶ, suturæ 15. 53. & 166.25.
rasета, & ossa rasetæ 168.15.51
rasga 168.33
rationis ossa 166.40
rationis sedes cerebrum 599.13
rationis sedes an in corde 594.26
rectum brachialis os appellatum cuiusmodi 118.14
rectum intestinum. quære, Intestinum rectum.
recti intestini musculi 501.54
*recti intestini musculorum descriptio. 228.39. sedem attollentium. ibidem. 42. orbicularis. 229.1. administratio. 229.28. delineatio. 228 27
*rectum intestinũ attollentibus musculis nullus opponitur. 228.54
rectum intestinum quod, & cuiusmodi 501.15
recti intestini à colo differentia. 501.16 inde
recti intestini situs ratio 503.12
recti intestini tunicæ ac fibræ 501.20. inde. uenæ & arteriæ. eadem. 40. nerui 50
recurrentes nerui. quære, Neruos sexti paris cerebri, etc.
regum ueterum coronæ cuiusmodi forma 592.13
in Religionis censores quosdam. 594 41
remigis cuiusdam Anatomiæ, peculiare quid ab alijs corporibus habere obseruatæ, historia 510.11
RENALDVS COLVMBVS Sophistices apud Patauinos professor 56.23
*renalis quibusdam dicta uena. 293.32
renis canini ad humanum differentia 516.9
renis fascia quid 517.10
renum cum uenæ cauæ portionibus delineatio 374
renum cur alter altero elatior. 514.49
renum forma. 515.2. magnitudo. ead. 8. substantia 10
renum in internis sedibus cõformatio 515.30
renum fabrica negligentius hactenus ab Anatomes professoribus expensa 515.38
renum munus 385.27. & 516 53
renum numerus, situs & usus. 514.29
de Renum officio ridicula Anatomi corum dogmata 555.2
renum sinus cuiusmodi 516.13. inde.
renum sinus delineati 371.49
de Renum sinibus falsa quorundam persuasio 515.51
renum situs delineatio. 370. & 371.12. & 372.32 & 373.5
renum tunicæ ac nerui 517.8.21
renum tunicarũ, totiusq; eorundem naturæ examen 554.36
renum uertebræ 167.38
renibus oblatæ uenæ & arteriæ. 515.15.
renuendi mos diuersus 63.30
respiratio naturalis, & non naturalis 569.45
respirationis & pulsus idem usus. 570 7
respirationis organum thorax et pulmo 96.36
respirationis organorum artificiosa constructio 583 2
respirationis partes, & cuicq; earum seruientes musculi 292.51
respirationis usus ac ratio 569.27
de Respirationis usu libri autorem falsò Galenum haberi 513.19
respiratione perpetuò egere hominem 89.24
*rete mirabile, seu plexus reticularis Galeni quis 310.44
reticularis plexus falso à bobus ad homines quoque relatus à Galeno 524.8
reticularis plexus Galeni, nusquam repertus 642.19
reticularem plexum soporali arteria fieri. 50.34. falso confictum à Galeno 52.38
risorij dentes 167.17.20
risus author cur lien uulgo dicatur. 514 8
ῥῶγαι 648.16
Rodol 359.56
rostrum porcinum 167.57
rotator processus 168.29
rotatores femoris processus. 7.57. & 8.23 & 134.56
rotula genu 168.31
rotunda omnia capacissima, & iniurijs minus expolita 390.5


## S




Acrum os, ἱερὸν, &c. 167.39. uide, Os sacrum.
sacri ossis appellatio, unde 85.33
sacri ossis constitutio 58.34. & 59 15
sacri ossis dextro lateri commissum os, eiusq; figura 127.3
sacri ossis lateribus commissa ossa in pueris tribus ossibus efformari 132.34
sacri ossis lateribus commissorũ ossium usus 129.4
sacri ossis quot ossa 162.39
sacri ossis transuersi processus qua alium ossibus connectuntur. 129.17
σαγὴνη 497.9
sagittale os 166.57
sagittalis sutura, & uarius ipsius ductus 25.12. & 26.44. & 166.30
sanguificationis in iecore modus ac ratio 385.14. inde
sanguificationis organũ primarium iecur 508.33
sanguineus cordis uentriculus dexter cur appellatus 596.20
sanguis an mittendus in octo inferiorum costarum inflammatione. 602 5
sanguinis in iecore generatio cuiusmodi 508.14
*saphena 293.30
sapientiæ dentes qui 167.24
σκαφοειδὲς os 1.42. uide, Cymbam referens. & 168.49
σκαφίον 166.26
scapulæ à clauicula liberandæ, administratio 275.48
scapulę anguli ac laterum descriptio plenior 97.19
scapulæ anterior, seu costis proxima sedes. 98.42. posterior 99.8
scapulæ basis 96.51. eiusdem appendices 97.3. cartilago. eadem. 7. ceruix eadem. 37
scapulæ appendices 7.44
scapulæ cartilago sinũ eius frequenter augens 98.3
scapulæ ceruix 10.22
scapulæ dorsi figura 5. & 6.11
scapulæ forma triangularis. 96.49
scapulæ humerum colligantium ligamentorum descriptio 271.17. administratio 272.3
scapulę inferioris superiorisq; lateris differentia 97.11
scapulæ motuum differentiæ. 272.18
scapulæ nomina 167.53
scapulæ nullũ musculũ tribuit Galenus, proprio motu ad pectus adducentem 272.34
scapulæ oculus, & spina, quid. 168.2
scapulæ processus 8.23. & 98.17 40 inde
scapulæ processuum nomina. 167.55 inde
scapulæ superior processus qui summus humerus dicitur, quibus animalibus obtigerit 100.38
scapulæ sinus humero excipiendo paratus 97.42
scapulæ spina 99.22.31.50
scapulam antrorsum agens musculus, à Galeno non recte pro motore brachij rebrachij habitus 263.49
scapulam mouentium secundus, à Galeno bipartiri uisus. & falso. 275 48
scapulam attollentes musculi tres, quibus homines carent, simiæ abundant. 274. secundus. ead. 10. tertius. ead. 26. quartus 32
scapulam attollentibus non recte attributus à Galeno musculus. 274.51.
scapulam mouentes musculi, an respirationi quoq; seruiant. 292.47. & 293 13
scapulam mouentes & brachiũ musculi, in quibus animalibus uariẽt ab homine 270.3
scapulam non mouere musculum eum quo brachium detrahitur. 275 13
scapulam mouentium musculorum administratio. 275.22. primi. ibidem. secundi. 269.36. tertij & quarti. 275.29. eorundem delineatio. primi. 185.41. secundi. 195.17. tertij 191.15. quarti. 198.13. item descriptio. 272.18. primus. ibid. 20. secundus. ibid. 43. tertius. 274.39. quartus 275.4
scapularum cum ossibus sacri ossis lateribus commissis affinitas. 129.4
scapularum figura. 94. descriptio. 95. inde. situs & nexus. 96.12. usus. eadem 24
σκελετὸν 12.6
sceleti cõstructionem quid maxime uitiet 159.1
sceleti parandi ratio 155.23. inde
σκέλη quid Galeno 168.34
*schiatica uena 293.32
scioli quidam Galeno nimis addicti reprehenduntur 83.1. inde
sciurorum cæcum intestinum cuiusmodi 500.34
σκληρότης 649.1
σκωλικοειδεῖς processus cerebri. 639.8
scoptula, scoptulum apertum. 167.54
scortorum apud Venetos truculentum facinus 126.51
scrotum, siue scortum quid 521.39
scutalis cartilago 159.23
scutum cartilago 167.48
scutum cordis 167.44
scutum pectoris 167.54
scutiforme os 168.31
scutiformis cartilago. 152.4.22. & 153.21 inde
σκυταλιδες digitorum quæ 121.48
sectio. uide, Anatome.
sectio corporis difficillima quæ. 510.5
sectio uiuorum, eiusq; historia, & quid ea peculiariter doceat. 658.27
secundæ, secundinæ, extimum fœtus inuolucrum. 541.56. uide, Fœtus inuolucrum.
secundinarum examen 558.6
semen à teste ad uesicæ ceruicem deferentis uasis historia. 524.17. & 525 2*
semen deferentis uasis structuræ ratio 526.22
semen deferenti uasi nulla cum testium uenis & arterijs communio. 527 5
semen deferentium uasorum ortus ratio 525.54
semen deferentium uasorum insertionem excipiens glandosum corpus 525.18
semen deferẽtium uasorum ad glandosum uesicæ corpus examen. 556 24
semen uirile hominis primarium effectiuum principium 520.38
semen utero deducentium uasorum delineatio 378. & 379.8
seminis genitalis temperamẽtum ac ratio 384.13. inde
seminis procreatrix testium substantia 525.38
semini parando non præesse corpus glandosum, Galeni sententia impugnata 526.47
semini urinæq; communis meatus. 528.22. eiusdem glande diuisi exemplum 529.23
seminales arteriæ an sanguinis expertes 526.5
seminales arteriæ quî obseruandæ. 554 22
seminalium uasorum delineatio. 373.10. & 372 & 374
seminalium uasorum examen. 555.10.
seminalium uasorum circa testem examen 555.46
seminalium uasorum in mulieribus ratio. 535.47. & 537.5. examen. 557 29
seminalium uenæ & arteriæ series, ductus, ac ratio. 522.55. & 523.15. & 524 12
seminalium uenarum & arteriarum in testes ductus. 370. & 371.22. & 372 inde
seminarij uasis in penem insertio. 525 6
seminaria dextri & sinistri lateris uasa 355.19
senes cur dorsum inflectant. 71.18
senum caluariæ futuris destitutæ. 27 9
sensus ac motus arbitrarij principium cerebrum 599.13
sensus communis os 166.43
sensus dentes qui 167.24
sensus seruato motu perit, & contrà. 348 34
septum, eiusq; foramen non obstare, ne cibus è uentriculo superiora repetat 389.12
septi foramina tria, non duo solum. primum 291.26. secundum. ead. 37 tertium. ead. 40
septi transuersi administratio. 294.13. eiusdem delineatio 191.42. item descriptio. 290.45. foramina, 291.24. functio iuxta ueritatem 291.49
septi trãsuersi functionem uix quisquam antiquorum absolute tradidit. 291.56. & super hoc ipso notatus Galenus 292.1
septi transuersi motus perperam à quibusdam assignatus. 283.22. & 292 22
de Septi transuersi munere antiquorum sententia, Platonis, Aristotelis 291.50
septi transuersi neruorum examen. 600 24
serra, sectionibus apta quæ. 237.3. delineatio 235
serrata compago 16.2
sesamina ossicula, σησαμοειδῆ 115. & 116.53. & 119.27. & 168.56
sesamina pedis ossicula 144.55
sesamina ossicula quibus sedibus reponantur. 125.54. inde. in manu. 126.1. in pede. ead. 24
sesamina ossicula quot 162.44
*sesamoidon manus ossium administratio 224.46
sesaminorum ossium usus 1.18
sibilus pro gargareone 580.13
σιγμοειδὴς processus. 98.22. & 168.1
σιγμοειδὴς sinus 111.21
σιγμοειδὲς membranæ quæ. 592.56
*simia ab homine in pluribus differens quàm putauit Galenus. 243.47. in musculis thoracis. 287.52. item. 288.55. item 289 19. & 30. item 293.41 & 45. item 294.4. & 33. item in brachium mouẽtibus musculis. 263.14. item 266.41. item 268.50
simias colo & mesenterio differre ab hominibus 496.25
*simiæ, in cubitum agentibus musculis ad hominem differentia. 291.29. item in musculis femur mouentibus. *240.50. & 49. item. 241.20. item in manus interna fabrica 303.24
*simiarum in musculis, pedis digitorum motoribus 3. ad hominem differentia. 250.31. item in pedum motoribus musculis. *247.39. & 246.16. & 248.24. in digitorum motoribus, & quo pacto. 250.34. & 251.38 & 56
simiarum ad hominem differẽtia in pulmonis lobo quinto uenam cauam sustinente 280.3. & 41
simiæ ad hominem differentiæ, in scapulam mouentibus musculis. 274.11. & 26 & 32
*simiæ ab homine in tendine pedi subnato differentia 244.5
simijs, musculorum thoracis numerus ab homine uarius 292.40
simiæ caudatæ ab hominibus differentes in neruorum serie. 349.40 & 55.
simiæ caudatæ lumborum uertebrę. 77.54. & processus earũdem. 78.53. & 79 3

ſimiæ caudatæ tertio muſculo digitos manus mouentium carentes. 306. 45
ſimiarum ſectio Galeno familiarior quàm hominum. 42.56. & 81. 24
ſimiarum Anatomiæ quàm hominum peritior Galenus. 85.7. & 93. 6. & 500 30
ſimiarum non caudatarum coccygis oſſis deſcriptio 82.54
ſimiarum omentum mediam inter homines & canes rationem ſortitum 496.41
ſimiæ pulmone deceptũ Galenum, etiam hominis pulmoni quintum lobum attribuere 581.56
ſimiarum ſacri oſſis & coccygis delineatio. 80.38. deſcriptio 81.37
ſimiarũ ſectione deluſus Galenus, aliorum Anatomicorũ placita uera ſæpe euertere aggreſſus. 299.50. uide, Galenus ſimiarum ſect. deluſus, &c.
ſimilaria corpora 286.1
ſinus, ad quem decimus femur mouentium muſculus uoluitur. 131.22
ſinus, quo craſſiſſimus corporis neruus fertur 131.16
ſinus in uertice diuerſa ſerie 54.53
ſinus articulationis nomine non parati 11.21
ſinus oſſibus quibuſdam peculiaris. 2 45
ſinus primæ uertebræ, tubera ſecundæ excipientes 66.4
ſinus, ſeu acetabula in oſſibus quæ. 10 27
ſinuum capitis ratio 54.3. inde
ſinuum medullam continentium appendices non eſſe opercula 7.40
ſinuum in oſſibus & capitum uſus. 10.46 ac differentiæ. eadem. 50.
ſolis caloris in ſuſpenſis corporibus uis 585.21
ſolum pedis 168.54
* ſomni arteria 296.45
σοφρονιςῆρες dentes 167.22
ſpatula 167.54
ſpeciei propagandę Naturam prouidiſſe 519.45
σπερματικὸς πόρος 525.1
σφαγὴ pectoris oſſis 92.22
* σφαγίτιδες uenæ 270.10
ſphærica figura iniurijs ferendis omnium pertinaciſſima 995.31
σφηνοειδὲς os 1.37. & 28.33. & 167 2
σφυρά. 168.41. neutro & fœminino genere 45
σφυρὰ perperam à Galeni interpretibus talos uerti 140.21
ſpina 167.31
ſpina cur appellatum tibię os. 140.56
ſpina ſcapulæ. 168.2. eiuſdem appendix 5. & 6.24
ſpina ſex humiliorum ceruicis uertebrarum 68.22
ſpina uertebrarum 59.1
ſpinarum appellatio 57.28. & 99.50
ſpinarum apicibus obnata cartilago 59.4
ſpinarum in uertebris ductus 75.11
ſpiritus animalis ubi elaboretur. 622 57
ſpiritus animalis per uaſa diſtributio quî fiat 623.7
ſpiritus in aquam conuerſio in cordis inuolucro, quibuſdam aſſerta. 585 4
ſpiritus uitalis fons cor 594.56
ſpiritui uitali ſubſeruiẽtia membra, eorumq; ratio 569.27. inde
σπονδύλιον 167.41
σπόνδυλος. 9.30. & σπόνδυλοι 167.31
ſquamæformis conglutinatio. 21.29. & 23.7. & 25 13
ſquamoſæ temporum commiſſuræ. 27.44. cur ita dictæ ead. 54
ſquamoſæ conglutinationes cur reliquarum ſuturarũ ſpecie non compingantur 28.9
ſquamoſas cõglutinationes in exteriori capitis ſuperficie elatius quàm interiori aſcendere 29.17
* ſquamoſæ ſuturæ 166.34
σταφυλὴ cur pro gargareone 580.15
* στεληχιαῖα dicta uena. 267. 2. & 276.52
στεφάνη 166.22
στεφανιαῖα ſutura 166.27
στέρνον 88.43. & 167.43
στῆθος 88.43. & 167.44. & 168.16.54
στῆθος etiam de palma & pedio dici. 120 6
στῆθος pedis 148.35. & 168.54
στολίδες 237.23
ſtomachus, στόμαχος. 387.49. & 388.7. uide, Ventriculus.
ſtomacho adnatæ crebro glandulæ. 389 19
ſtomachi anterior & poſterior facies 367 32
ſtomachi appellatio 153.45
ſtomachi examen 603.5
ſtomachi fibræ cur duplices ſolum. 388 23
ſtomachi obliqui ductus uſus. 389. 16
ſtomachi oris clypeus 167.48
ſtomachi ſitus & inceſſus 388.28
ſtomachum non eodem cum arteria magna uti foramine ſepti. 388.36
ſtomachum non eſſe anguſtiorem quà uentriculo continuatur. 389. 15.
ſtrumæ uulgo ſtrophulæ 245.30
ſtyloeides, ſiue ſtylo ſcriptorio ſimilis proceſſus. 8.31. & 23.30. & 31. 40. & 112.5. & 166.56. & 168. 14
ſtylorum pro ſectione deſcriptio. 236. 39 delineatio 235.49
* ſubciteni arteria 296.45
Suidæ in laryngis dictione ſententia exploſa 579.19
ſummus humerus 167.55
ſummi humeri appellatio, et uſus, uide, Humerus.
ſupercilia 11.1
ſura quid 138.26. & 168.40
ſura tibiæ uenter 138.30
* ſuram conſtituentes muſculorum uentres. 245.28. & 248.24
ſuſpendij præſagiũ ex umbilici progreſſu collo obducto 383.44
ſuſpenſorum oculos ſolum ab auibus lacerari, nõ cutem, aliter quàm uulgus putat 161.54
ſutura 12.22. & 15.53
ſutura coronalis. 21.16. lambdoeides, &c. ead. 19. & 22. inde
ſutura frontis os à maxillæ oſſibus dirimens 29.43
ſutura octauum capitis os circũſcribens 28.22
ſutura omentum anterioris uentriculi fundo committens. 357.19. & 356.
ſutura ſagittalis 25.12
ſuturæ capitis figura 20.4
ſuturę cuneiforme os circumſcribentis interualla, &c. 23.21. inde
ſuturæ interuallũ cuneiformi et frontis oſſi commune 29.36
ſuturæ naturalis figurę capitis cuiuſmodi 26.38
ſuturæ capitis oſſibus, & alijs communes 28.32
ſuturę non naturalium capitis figurarum cuiuſmodi 27.29
ſuturæ, ῥαφαί. 166.25. earumq; nomina. ead.
ſuturarum appellatio 39.18
ſuturarum capitis delineatio. 24. & 25.4. & 37.14. inde. & 38.17. inde. earundem ratio 11.47
ſuturarum coitus qualis 16.47
ſuturarum maxillæ ſuperioris ratio. 40.1. inde, ad finem uſq; Cap.
ſuturarum numerus. 28.20. & interualla 29.11. inde
ſuturarũ uoce ueteres etiam harmonias complecti 16.14
ſuturarum uſus 26.27
ſuturas capitis etiam in interna caluariæ ſede conſpici 27.55
ſuturis deſtituta quædam capita. 27 5
ſymphyſis 12.22. & 16.15
ſynarthroſis 12.20.36. & 13.18
ſynarthroſis motus qualis 17.3
ſynarthroſeos uoce quomodo uſus Galenus 120.27
ſynchondroſis 12.43. & 16.47
ſyncipitis oſſa 166.38.42
συννεύρωσις 16.34
ſynſarcoſis 12.39. & 16.41. & 17 37
ſypho pro ſectione parandus. 236. 42. delineatio 235
σύριγξ ἱερά 58.18

T

TActus inſtrumentum. 650 34
tactus toto corpore fuſus, cur 19.12
talus, ἀστράγαλος et ἄστριος 145.28 & 168.43
tali ceruix 10.17
tali connexus. 15.46. ad calcẽ. 146.27. cum oſſe cymbam referente articulus. 146.25
tali cum calce commiſſurarum ſinus 146. 34
tali delineatio. 5. & 6.5. & 142. & 143.6
tali ſinus, quibus à tibiæ oſſe & fibula ligamẽta aſſumit. 146.14. & quibus tendines deducit ead.20
tali ſitus, ipſiusq; cum tibiæ oſſe & fibula articulationis ratio 145.40
tali tuber cur τετρώρου, ſiue quatrio dictum. 145.46.50. quale in canibus 146.1
talum ante ſectionem tactui non occurrere 140.12
talum falſò appellari à quibuſdã exteriorem malleolum 140.17
tarſus 168.50. & 238.27
tarſi deſcriptio 147.49. inde
tarſi oſſa. 148.1. eorundem forma & quantitas uaria ead.17
tarſi oſſa quot 162.47
tarſi oſſium delineatio 5. & 6.4
ταρσοί 4.40
ταρσῶν appellatio 150.29
temporum lineamenta muſculoſa 250. 39
temporis os. 21.33. eius proceſſus. 22. 7.24. & 23.14. & 36.43
temporis oſſis linea 23.49
temporum oſſis cauitas. 31.30. proceſſus iugalis oſſis portionem conſtituens ead.47
temporis oſſis proceſſus 33.17
temporum oſſa. 29.57. eorumq; circumſcriptio 31.22. & 166.48.54
temporum oſſa lapidea appellata, quæ 33.41
temporum oſſa qualia eſſe oportuerit 28.12
temporum oſſium anſæ 167.10
temporalis muſculi examen 603.42
temporali muſculo, quot neruorum propagines offerantur 327.15
temporalium muſculorum læſione quæ mala inducantur 33.27
temporales plagæ cur ſtuporiferæ Hippocrati dictæ 33.30
temporales ſuturæ 166.34
temporalibus muſculis quomodo Natura proſpexerit 33.24
tendo lateſcens plãtæ cuti ſubnatus. quære, Pedis planta.
tendo ligamento, non neruo reſpondet 221.42
tendinis ſub uola manus lateſcentis deſcriptio. 302.27. adminiſtratio. * 222. 32
tendines nuncupati Muſculi, qui 267. 43
tendines, Nerui appellatione dicti 315. 27
tendinũ in muſculis differẽtię. 228.44
tendinum, manus digitos, ac manũ ipſam mouentium traditio, ſub cuiuſq; muſculorum traditione quæratur
tendinum pedis traditio, ac digitorũ, ſub Muſculis pedis quæratur.
tenon, uertebra 167.35
τένων unde 315.35
tergum 167.31
teſtis caput quid Galeno 522.45
teſtis dextri uena à cauę caudice. 526.1
teſtis inuolucrum intimum cuiuſmodi 522.27
teſtis muſculus exteriori ipſius inuolucro innatus 522.16
teſtis tunicæ exterioris apertio. 555.39
teſtem interdum unum, interdũ tres etiam reperiri 521.21
teſtem ſiniſtrum petentiũ uaſorum ortus examen 555.9
teſtes cerebri, ac eorundem deſcriptio 638.19
teſticulorũ malum granatum. 168.29
teſtes mulierum cuiuſmodi. 535.23. eorundem inuolucra 38
teſtium muliebrium muſculorũ deſcriptio. quære, Vteri muſc.
teſtium muliebrium ratio 537.51
teſtium muliebrium ſitus delineatio 377.12. & 378
teſtium conſtructionis ad iecur collatio 525.41
teſtiũ delineatio. 372. & 373.50. & 374
teſtium in uiris muſculorum deſcriptio. 285.35. eorum uſus. ibid. 51. adminiſtratio 286.31
teſtium & penis à ſuis inuolucris detectio in adminiſtranda Anatome 555. 19
teſtium & uaſorum ſeminalium examen 555.46
teſtium cum ſuis muſculis delineatio 372. & 373.10
teſtium inuolucra utriſque teſtibus cõmunia. 521.34. priuata utriuſq;. ead. 45
teſtium muſculi, non rectè ab Arabibus traditi 286.4
teſtium ſitus, ac numerus. 521.19. forma. ead.23. ſubſtantia 26
teſtium ſitus examen 555.28
teſtium ſubſtantia ſeminis procreatrix 525.38
teſtium ſubſtantiæ, inſertæ uenulæ 521. 29
teſtium uenæ cuiuſmodi, earumq; ortus. 522.55. inde. & cum arteria connexus. 523.43. & 524.12.
teſtium uirilium ratio 520.5
teſtiũ uaſa duplicia cuiuſmodi 520.7
teſtibus nullam generandi ſeminis uim tribui ab Ariſtotele 527.16
teſtibus ſanguinem ac ſpiritum deferentium uaſorum numerus & ortus 522.54
teſtudinatum dictum corpus cerebri 636.37
τετρώρου tali tuber, cur dictum 145.50
tharuca 168.30
θηλή, papilla 543.44
Theod. Gaza, an rectè meſenteriũ lactes uerterit 504.5
Theodori Gazæ lapſus 155.4
theologis ſcholaſticis frequentior de genitalibus & ſemine, quàm medicis, ſermo 531.22
theologos ſibi ſolis uendicare de animarum immortalitate diſputationem 126.48
Theophili parum Anatomici, locus reprehenſus 506.50
Therſitæ caput, φοξόν 19.28
thorax quid. 88.38. θώραξ. 43. & 167. 44. & 586.5
thorax pro corporis trunco Ariſtoteli 389.41
thoracis amplitudinem interſepientium membranarũ examen. 599.57
thoracis cauitatẽ interſepiẽtes membranæ. 572.9. inde
thoracis creandi artificium admirabile. 88.45. inde. & 89.37
thoracis ex ſiniſtro latere expreſſio. 559.12. item anterioris 560
thoracis fabricę quatuor ſcopi. 89.40
thoracis ligamentorũ traditio. 294.45
thoracis motus cuiuſmodi 89.1
thoracis motus uoluntarius 286.50
thoracis motũ, an muſculi brachium aut ſcapulam mouentes, adiuuent 292.47. & 293.13
thoracis muſculi intercoſtales. quære, Intercoſt. muſc.
thoracem mouẽtes muſculi, neceſſariò facti. & eorundem ratio 287.16
thoracem mouentium muſculorum adminiſtratio. 293.18. eorundem delineatio. primi. 185.30. ſecũdi. 172.5. tertij. 201.10. quarti. 204.14. quinti. 201.35. ſexti. 195. ult. intercoſtalium muſculorum delineatio 188.28
thoracis motorum muſculorum deſcriptio. 286.50. primus. 287.24. ſecundus. ead.31. tertius in homine, ſimię quartus. 288.14. quartus, ſimiarum ſextus. ead.56. quintus hominis, ſimiarũ ſeptimus. 289.19. ſextus hominis, ſimijs octauus. ead. 30
thoracem mouentium muſculorum enumeratio, & quãdo ſuo fungantur illi munere 292.40
thoracem mouentium muſculorum numerus uniuerſus. 287.18. & 292. 40. & quando ſinguli functionẽ obeant ibidem
thoracem mouentium muſculorum ſex, non intercoſtaliũ functio. 287. primi. ead.29. ſecũdi. ead.43. tertij. 288.29. quarti. 289.18. quinti. ibid.29. ſexti. ibid. 37
thoracis muſculorum ſeptimi, lateri utriq; cõmunis delineatio 191.42
thoracis muſculis ſeptum quoq; adnumeratũ, & eius traditio tota. 290. 45. quære item, Septum
thoracis ſitus ratio 388.1
thoracis oſſium deſcriptio & figura. 85.54. inde. & 86.7. & 88.45. inde & 89. 45
thoracis uertebræ & coſtæ 56.51

thoracis uertebrarū foramina. 70.45
thoracis uertebrarum figura. 71.25. uide, Vertebræ thoracis.
θώρακος uertebræ 167.57
Thracum renuendi mos retrorsum flexo capite 63.30. & 67.10
* θύμος 261.39. * & 282.18
θυρεοειδὴς cartilago 153.22
θυρεοειδὲς os 132.8
tibia, κνήμη 138.24. & 168.36
tibiæ os ead.
tibiæ, & tibiæ ossis discrimen 138.27
tibiæ appendix 8.1
* tibiæ motus quot. 231.1. super his Galeni sententia uaria 230.45
* tibiæ os ad fibulam nectentium ligamentorum descriptio 253.30. administratio. 256.34
tibiæ os, spina appellatum 140.56
tibiæ ossis ad femur articulatio. 138.34. inde & 139.15
tibiæ ossis appẽdix & processus. &c. 158. 31
tibiæ ossis secundum ipsius longitudinem, figura 140.54
tibiæ ossis sinus & tubera, quibus talo articulatur 139.41
tibiæ ossium figura. 136. descriptio. 137.6. & 138.22. inde
* tibiam mouentium musculorū administratio. 236.16. primi. ead. 34. secundi. ead. 37. tertij & quarti. ead. 48. quinti. 56. sexti. 236.24. reliquorum trium. 237.9. eorundem delineatio. primi. 180.26. secundi. 213.17. tertij. 199.48. quarti. 199.50. & 205.1. sexti. 180.29. septimi. 186.35. octaui. ibid. 39. noni 183.32
* tibiam mouentium musculorū descriptio. 230.3. primus. 231.11. secundus. ead. 29. tertius. ead. 50. quartus. 232.18. quintus iuxta Galenū. ead. 51. iuxta ueritatē. ibid. sextus. 234.22. septimus, octauus, nonus 235.6
* de Tibiā mouẽtibus musculis, Galeni sententia uaria 230.8
tibiam petẽtes nerui. quære, Nerui.
timidis iecur maius datum 507.10
tintinabulum pro gargareone. 580.13
tirbus quid 494.39
τομεῖς dentes 167.17
tonsillæ, earumq; usus 389.22
tonsillæ faucium, quæ 579.46
tonsillarum examen 604.12
* torcular cerebri 309.45
trachamettra maior 168.30
τραχηλὸς 10.11. & 167.34
τριγλώχινες, processus 592.5
τριχίασις mamillarū parum rectè Aristoteli asserta 544.16
τροχαντὴρ μέγας 168.29
τροχαντῆρες femoris processus. 134.56
tunica costas succingens quid. 570.21. eiusdē nomen, ac situs. ead. 29. magnitudo. 35. figura. 40. superficies quales, quisq; earum ad alias partes nexus 50
tunica costas succingens, altera uteribus dicta, quæ 295.2. & 571.39
tunicæ cost. succingentis foramina. 571.14. substantia. ead. 22
tunicæ costas succingentis secundæ examen 603.32
tunicæ costas succingẽtis usus, eiusdemq; cõstructionis ratio 571.48
tunicarum costas succingentium administratio 294.43
tunicæ oculi. uide, Oculi tunicæ
Turcarum anulus, quo sagittantes utuntur 154.7
Turcicæ sellæ cuiusmodi 593.30
turcicorum telorū triangulares cuspides cuiusmodi 592.8
Turdulorum gentis quosdam septenis costis creari 89.55
τυλοειδὴς cerebri substantia 632.34
tymparum ossa 166.54
τυφλὸν foramen 53.12
τυφλὸν intestinum cuiusmodi. 500.9

V

Vaccini uteri cornua. 532 50
uaccini uteri delineatio 382. 2
uariciformis plexus 524 7
uaricosi corporis delineatio 374. & 375. 23
uasis semen à teste ad uesicæ ceruicẽ deferentis historia 524.17
uasorum appellatio, neruis attributa 317.53
uasorū per lienis corpus series. 512.6
uasorum testi materiam deducentiū ortus ratio 525.54
uasorum testibus sanguinem ac spiritum deferentium numerus & ortus. 522.54. & an maior dextri lateris quàm sinistri implexus 523.50
ubera. uide, Mamillæ.
uenalis arteria, uide, Artería uenalis.
uenalis arteriæ descriptio. 590.25. eiusdem appellatio. cod.
* uena quid, 257.29. qualiter à membrana eius corpus differat. ead. 31
* uena, corpus instrumentariū. 257.34
* uenæ cõpositio, eiusq; ratio. 258.27
* uenæ tunica ascititia, quæ 258.41
uenæ usus 258.55
* uenæ arterialis descriptio. 312.11. delineatio. 311.24. & 590.17. appellatio ead.19
uenæ arterialis examen 601.13
uenæ arterialis membranæ cuiusmodi 592.36
uenæ arterialis, eiusdemq; orificij delineatio, ubi quærenda 589.42
uenæ arterialis orificij, ac membranarum examen 602.30
uenæ arterialis pulmoni insertæ delineatio 568
uenę arterialis príncipiū. 564.19. inde uenæ arterialis usus 583.12
uenæ axillaris distributio delineata 271. 37
* uenę axillaris ortꝰ delineatio. 269.37
* uenæ axillaris per brachium series. 285.35. & 280.27. distributio in truncos præcipuos duos, cæteris ignota. 280.46. portionisq; qua in imũ mergitur series. ibidẽ. portionis qua cutem subit series 287.6
* uenæ axillarem constituentis ortus 282. 23
* à Vena quæ axillam petit sparsi rami, priusquam illa brachium subeat 283.7
uena caua. uide, Caua uena.
uena caua primum cordis uas. 590.16
* uenæ cauæ per collum caputq; series 283.37
uenæ cauæ p crura distributio. 291.1. femur petentes radices duæ. ibid. radicis minoris series. 290.16. maioris radicis series 291.15
* uenæ cauæ per crura distributæ delineatio. 274.1. per pedes. ibid. 43
* uenæ cauæ distributionis descriptio, ab epate ordienda cur 276.28
uenæ cauæ exortus, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributionis falsa hactenus traditio 507.8
* uenæ cauæ, quà gibbo epatis adnascitur, delineatio. 269.4. qua in dextrũ cordis sinum tendit. ead. 17
* uenæ cauæ partis eius quæ supra iecur consistit exposita distributio 278. 1
* uenæ cauæ in iecore series. 276.43
* uenæ cauæ ad iugulum progressus expositus 282.15
uenæ cauæ membranæ 591.36
uenæ cauæ orificium 590.4. eiusq; delineatio, ubi quærenda 589.41
uenæ cauæ orificij in cor pertinentis usus 596.37
uenæ cauæ ortus, an à corde 589.51
* uenæ cauæ ortus, apud autores controuersus. 275.7. item apud Galenum uarius. * 231.4. & unde eam enasci oportuerit ead.32
* uenæ cauæ ortum è iecore esse, imbecilliter à Galeno confirmatum. 275.14. & quo pacto, deinceps
* uena caua, quo pacto portæ uenæ committatur, & in iecur ramos diffundat descriptio 275
* uenæ cauæ supra os sacrum bipertitæ, delineatio 273.28
* uenæ cauæ iuxta sacri ossis summã regionem distributio. 289.33. quà per foramen ossis pubis femur petit 290.13
* uenæ cauæ pars septum transiens, ea quæ sub iecore consistit arctior non est. 278.1. contra quàm Galenus prodidit. ibid. & 275.23
* uenæ cauæ per septum transeuntis descriptio. 278.46. in septum rami. ead. 49. in cordis sinum dextrum adapertio. ead. 51
* uenæ cauæ ad partes quæ infra septum sunt, distributio. 288.21. ad renum inuolucra. ead. 23. ad renes ipsos. ead. 36. ad lumborum uertebras 289.27
* uenæ cauæ nomina 276.52
uenę cauæ situs delineat°. 370. & 371.9
* uenæ cauæ totius per uniuersum corpus distributæ, delineatio 268
* uenam cauam constituentium, eiq; iecore ductarū uenarū, congressus qua iecoris parte fiat 277.6
* uenam cauam sustinens pulmonis fibra, Galeni figmentum 280.31
* uenæ communis cõstitutio. 287.14. series ead.39
* uenæ communis delineatio. 271.55. & 272.14. diuisio. ead. 18.
* uena coniugis expers dicta. 279.28. & 358. & 359.50
* uena coniugis expers, quo pacto à caua educenda fuerit 279.12
* uenæ sine pari delineatio 269.28. eiusdem uaria distributio exposita * 279.35. & 45
uenæ coniuge carentis examen. 600. 56. & 602.3
* uena Coronaria dicta 278.56
* uenæ Coronariæ delineatio 269.23
* uenæ superiora costarum interualla petentis, descriptio 282.26
* uena Crassa dicta Hippocrati. 272.33
* uena decolationis 296.44
* uena ante paruum digitum & anularem, humeriariæ soboles 286.23
* uenæ Humeriariæ per brachium series. 285.35. iuxta cubiti articulum ead. 56
* uenæ humeriarię ortus, & priusquã brachium subit series 284.7
* uenæ humeriariæ orientis delineatio. 271.7. & totius series. ead. 12
* uena iugularis interior, eiusq; series. 283.45. exterioris ortus. 284.7. eiusq; series ead.22
* uena iugularis interna, quibusdam falsò dicta 284.48
* uena minor Aristoteli dicta, quæ 259.34 & * 294.51
uenæ & arteriæ, in musculorum fabrica, usus 220.35
uenæ & arteriæ in testis substantiam implexus, &c. 524.12
uena portæ. uide, Portæ uena
* uenæ portæ descriptio. 264. ramorũ in iecoris substãtia series. ead. 1. extra iecur distributio. 264.12. in bilis uesicam. ibid. ad uentriculũ. ead. 17. ad intestinũ duodenum. ead. 37. in duos truncos principales scissio. 264.19. trunci sinistri series. 264.50. dextri. 266.5. distributionis totius ratio ibid. 35
* uenæ portæ nomina 266.53
* uenæ portæ ortus, ac distributionis delineatio 62
* uenæ portæ rami sanguinem melancholicum expurgantes 267.14
* uena portæ, sanguinem non conficit 267.5
* de uena umbilici locus, ob Galenũ aduertendus 294.23
* uenę umbilici nudę delineatio. 293. 38
* uenæ & arteriarum umbilici descriptio. 294. ortus. ead. 7. ductus. ead. 13. usus. ead. 28
* uena qua uterus & mamillæ cõmunicant 290.41
uenæ albæ Celso, quæ 518.51
* uenæ apoplecticę, iuueniles, organicæ, pensiles, subeticæ, uertiginosæ, quę 270.15
uenę & arteriæ coli & recti intestini 501. 40
uenæ & arterię renibus oblatę. 515.15
uenę gracilium intestinorum. 499.38
uenæ omentum implicantes cuiusmodi 496.44
* uenę puellarum hymen cõstituentes 290.13
uenæ, quę incidantur 234.14
uenæ seminales, an à renum uenis oriantur. 523.15. earumq; ductus. ead. inde
* uenę somni dictę 270 17
* uenæ substantię, cerebri non innascuntur, sed membranis ipsius implicantur, & quo pacto 307.13
uenæ, tempore Aristotelis, Platonis, Hippocratis, quę 259.20
uenæ uentriculum petentes. 392.22. inde
uenarũ Anatomes ratio. 352.4. inde
* in Venarũ arteriarumq; serie Naturę artificium 360.46
* uenarum quæ per brachiũ distribuuntur appellationes uariæ. 272.28. axillaris. 272.30. asellaris. ibid. 56. auris. 276.9. basilica. 272.57. & 273.8. capitis uena. 272.34. cephalica. ibid. 53. cõmunis. ibid. 42. corporalis. 273.12. cubiti interior. 272. exterior. ead. 34. funis brachij. 272.56. & 273.8. humeraria. 272.34. iecoraria. 272.32. lienaria. ibid. 33. Mediæ. 272.39. media, mediana. 273.12. nigra. 272.57. & 273.8. obliquę dictæ uenæ. 272.41. ὠμιαῖαι. ibid. 34. ocularis. 273.8. saluatella. 273.5. salubris. ibid. spatularis 272.51
* uenarum sex, caluariam ingredientium descriptio. 306.43. earũ quę in primũ duræ mẽbranæ sinũ una cum arterijs exhauriuntur. 307.49. tertię uenæ series. 310.3. quintę ac sextæ. ibid. 11. omnium delineatio 305.47
* uenarum cerebri delineatio 305
* uenarum cutem pedis ac tibiæ implicantiũ series, quo pacto discẽda. 293.16. earundẽ nomina. ead. 30.
uenarũ diductibus subditæ glandulæ. quære, Glandulę
* uenarũ è quibus purgationes menstruę uirginib. promanare creduntur, expositio 290.9
uenarum ex iecore prodeuntium series 507.19
uenarum in intestinis ratio 503.35
* uenarum in pede consistentium sectio imperitè à medicis distincta 293. 24
* uenarum iugulatium appellationes uariæ 270.13
* uenarum iugularium delineatio. interioris. 270.6. exterioris. ead. 9
uenarum mamillis exporrectarum series 544.31
* uenarũ manus extremæ cutem implicantium series uaria 287.53
uenarum per abdominis musculos repentium administratio 549.35
uenarum per abdominis regionem inter cutem & carneam membranam excurrentium administratio 549. 16
uenarum per iecoris substantiam digestarũ, cur tenuior tunica. 508.37
uenarum per manum tendentiũ examen. 656.26. per crura 657.49
* uenarum quæ inter pollicem & indicem, inter anularem & minimũ habẽtur, ignorata series apud Medicos 288.2
* uenarum renes petentium delineatio 273.15
* uenarum seminalium delineatio, dextræ, sinistrę 273.21
* uenarum seminalium series. in uiris. 288. sinistræ. ead. 48. dextræ. 289.4. in mulieribus. 289.21
* uenarum series in cubito quoq; ut in cute manus extremæ persæpe uarians 288.8
* uenarũ sub pectoris osse deorsum repentium descriptio 282.30
* uenarum totius animalis numerus quis sit 260.20
uenarum uentriculi munus 493.2
uenarum uesicæ distributarum ratio 518.28
uenis & arterijs ex iecore & magna arteria excurrentibus, quantum subseruiat mesenterium 504.34
uenas musculis ad extimam tantum superficiem adnasci. 595.47
uenas nullas intestinis à caua propagari, contrà quàm Galenus tradit 504. 49
ueneris hortus, herba 539.27
uenter & uentriculus, cur γαστὴρ & κοιλία Græcis 389.31
uenter inferior qui 502.39
uentris fabricæ solertia 89.32
uentris mappa 494.39
uentriculus. uide Stomachus.
uentriculus cerebri Galeno, nũc medius, nunc postremus, præstãtior dictus 636.26
uentriculi cerebri anterioris nõ sunt olfactus organa, ut putabat Galenus, & quædam alia 634.20
de Ventriculis cerebri confutata recentium sententia 623.19
uentriculorũ cerebri administratio. primorum. 652.33. tertij. 653.14. quarti. ibid. 51
uentriculorũ cerebri delineatio, ubi quærenda 633.34
uentriculorũ cerebri descriptio. 633. 32. numerus, ibid. 42. dexter ac sinister

ſiniſter. 633.45. cõmunis amborum cauitas, qui tertius eſt uentriculus. 634.39. quarti uentriculi hiſtoria. 635.3. quid ſingulis inſit. 635.30. quis ſit uſus. 636.7. tres priores tenui membrana non ſuccingi. 635.40. à tertio uẽtriculo educti meatus. 364.47
uentriculorũ cerebri ſeptum. 363.6. eius deſcriptio. ibid. uſus. ibid. 19
uentriculus cordis dexter, cur ſanguineus appellatus 596.20
uentriculus cordis ſiniſter, cur ſpirituoſus, aëreus ue appellatus 598.5
uentriculus, cur ſub thorace locatus 387. 51
uentriculus rex corporis quibuſdam dictus 494.7
uentriculi ſuperiori omenti membrana tecti, deſcriptio 358.17
uentriculi anterior pars 357.12. & 356
uentriculi anterior & poſterior facies. 367. interior 368
uentriculi anteriori ſedi nullã omenti partem obduci 494.22
uentriculi capacitatis & tunicarum examen 554.8
uentriculi eximendi ratio, in Anatome 553.38
uentriculi forma. 390.3. inde. & 506.8
uẽtriculi fundus, an carnoſior 392.10
uentriculi hiſtoria 389.30
uentriculi munus 385.5. & 493.56
uentriculi munijs quî ſubſeruiãt partes ei accumbentes, atq; ita illius ad alias partes contactus 494.12
uentriculi nerui 493.12. eorumq; uſus ead.31
uentriculi nutrimentum cuiuſmodi 494. 3
uentriculi octo facultates. 493.56. & 494. 6
uentriculi orificia 365.5. & 366.19. & 390.6.21. eorundem non paramplitudo. ead.41
uentriculi ſuperius orificium 370.16
ad Ventriculi inferioris orificiũ glandoſa caro cuiuſmodi 391.2. inde
uentriculi protuberãs in orificijs ſubſtantia. 391.18. eius uſus. ead.25
uentriculi os inferius, cur ſuperiori arctius, & quanta eiuſdem amplitudo in quibuſdam 390.41. inde
uentriculi quantitas 391.38
uentriculi ſedis deſcriptio. 356.17. & figura. 360
uentriculi ſitus 389.35. eiuſdem examen 551.14
uentriculi ſubſtantia, forma, ac tunicæ 388.14
uentriculi ſubſtantia, quibus formetur tunicis 391.44. inde
uentriculi ſuperficies 391.28
uentriculi tunicarũ ſeries, numerus, ac natura 367.42
uentriculi uenarum munus. 493.2. inde. & arteriarum ead.6
uentriculum nullis cellulis abundare 391.36
uentriculum petentes uenæ ac arteriæ 392.22. inde
uentriculum quinq; iecoris fibris apprehendi, unde ab Anatomicis traditum 506.47
uentriculum ſedi, non eſſe contiguum 502.13
uermis imaginem referentium cerebri proceſſuũ traditio. 639.1. deli neatio ubi ſpectanda 638.55
uermiformes cerebri proceſſus, nullum habent motum 216.15
uermiformes proceſſus, continentes tendines pro mente Galeni, qui 639. 48
uermiformium cerebri proceſſuum adminiſtratio 653.54
uermiformium proceſſuũ uſus à Galeno mirabiliter traditus. 639.9. à recentioribus perperàm ead.23
uertebra 9.26.29
uertebra ſuperior, inferiori maior 68. 52
uertebram in dorſi medio unã utrinque ſuſcipi, cur oportuerit 76.36
uertebram ſecundã aliquot ſibi ſubditis eſſe maiorem 68.49
uertebræ, ἀπόφυσεις quot. 167.31 162.39
uertebrarum appendices. 7.48. inde. & 70. 57
uertebrarum coarticulatio 59.28
uertebrarum corpus 57.3
uertebrarũ corporibus exporrectorum examen 603.27
uertebrarum in compingendo ſcelo applicatio cuiuſmodi eſſe debeat 160.32
uertebrarum in ſenibus nexus 71.13
uertebrarum inter ſe differentiæ. 58. 46. inde
uertebrarum nexus uarius 15.11
uertebrarum omnium articulationis ratio 75.44. inde
uertebrarum proceſſus 8.18. tranſuerſi 59.20
uertebrarum ſpina 59.1
uertebrarũ ceruicis corpora quomodo committantur. 69.42. inde
uertebrarum ceruicis delineatio. 60. deſcriptio 64.35. inde
uertebrarũ ceruicis proceſſuũ tranſuerſorum natura 68.55. foramen. 69.4.25. numerus. 70.12. laterum foramina ead.29
uertebræ ceruicis primæ deſcriptio. 64.35.40. qualis in canibus. ead. 51. ſecũdæ tubera. 66.8. & dens. ead.28. & 68.13. inde. earundem & reliquarum proceſſus quales. ead. 29. inde per totum
uertebrarum colli, lumborum, & thoracis foramina uariare. 70.29. inde
uertebrarum colli proceſſus 76.15
uertebræ coſtarum, & thoracis 56.52
uertebrarum lumborum delineatio. 77. deſcriptio 78.6. inde
uertebrarum lumborum numerus. 78.8. corpora. ead.11. foramina. 13. tranſuerſi proceſſus. 18. ſpina. 24. proceſſus aſcendentes & deſcend. 34. inde & 79.3
uertebrarum lumborum proceſſus, eorumq; ductus. 75.38. & articulationis ratio 76.23
uertebræ thoracis quot numero plerunque 72.45. & 75.56
uertebrarum thoracis delineatio. 71. 25. deſcriptio. 72.44. inde. foramina 73.52
uertebrarum thoracis differentia in corporibus. 73.3. ex ſinibus, qui coſtæ articulantur. ead.25. ex corporum ſubſtantia. ead.44 à tranſuerſis proceſſibus. 74.2. à ſpina. ead.40. inde. à proceſſibus aſcendentibus & deſcendentibus 75.43
uertebrarum thoracis proceſſus, eorumq; ductus 75.24
uertebrarũ thoracis proceſſus quot 76. 51
uertebrarum thoracis quandam ſupra, infraq; ab alijs ſuſcipi 72.51
uertebras thoracis tredecim ſæpius occurrere, quàm undecim 89.47
uertebras dorſi nectentia ligamẽta, quære, Dorſi uert.
uertebras ginglymo articulari quomodo à ueteribus dictum 15.18
uertebras in pueris pluribus cõſtare oſſibus 71.3
uertebrum 9.26
uerticis os ſiniſtrum 36.43
uerticis oſſa. 21.32. & 23.11. & 29.56. eorumq; circumſcriptio. 30.4. & 166. 38
uerticis oſſium ſitus 28.15
uerticis ſedem urendi, aut tenebrandi temeritas 54.55
uerticis ſinus 54.53
uerticulum 9.30
uerticuli 167.32
ueſcet quid 388.9
ueſica urinæ receptaculum, eiuſq; ſitus ac forma. 517. 41. 50. ſubſtãtia ac fibræ. 518.2. uenæ, arteriæ & nerui ead. 28
ueſicæ cauitatis delineatio 380.14
ueſicæ ceruicem ambiens muſculus 372. & 374.1. & 226.34. & 225.28. eiuſdem deſcriptio. * 227.44. in uiris. ibid. in mulieribus. ead. 51. uſus. ead. 55. adminiſtratio. 229.28. delineatio in uiris. 226.34. & 225.28. in mulieribus 227.41
ueſicæ ſitus delineatio. 370. & 371.36. & 372
ueſicæ fundus 356. & 357.11
ueſicæ tunica, cur durior 518.16
ueſtigium 148.36
ueſicæ ceruicis muſculi, ipſiuſq; ueſicæ fundi, & ceruicis examẽ. 556.44
ueſicæ ceruicis pars uteri ceruici inſerta 381.31
ueſicæ ceruicis per glandoſum corpus tranſitus 525.26
ueſicæ ceruicis ſemini urinæq; communis delineatio 374. & 375.7


ueſicæ




ueſicæ ceruicis ſeu colli nõ eadem in uiris & mulieribus ratio 519.24
ueſicæ collo adnati corporis glandoſi uſus 526.38
ueſicæ cum ſeminarijs organis exactæ delineatio. 374
ueſicæ & uteri forma quatenus eadẽ 530.35 (& 378
ueſicæ & uteri ſitus delineatio. 377.
ueſtigium 168.54
uetula os 167.40
ueſpertilionũ alis ſimiles proceſſus. 21.38. & 23.15. & 25.51. & 167.7
uini muſti feruẽtis ad iecoris ſanguificationem comparatio 508.18
uirginalis dicta uena 293.30
uirile ſemen primariũ hominis principium 520.38
uirilis mẽbri ſtructura. uide, Penis.
uirorum capita à mulierũ capitibus non perpetuò futuris uariare. 26. 47. inde
uitreus humor dictus 646.51
uitta quibuſdã dicta fœtũ inuoluens membrana 543.4
VITVS TRITONIVS Atheſinus 538.13
uiuorum ſectionis ratio, & quid ea præſtet 658.27
ulna quid 110.50. & 168.3.5.10
ulnæ ad brachiale ductus, inferioriſq; ipſius ſedis hiſtoria. 112.1. inde
ulnæ ad humerũ articulatio, ipſiuſq; hîc proceſſuũ & ſinus deſcriptio. 110.53. inde
ulnæ ad humeri orbitã flexus 106.10
ulnæ appẽdix. 8.3. eiuſdem proceſſus 8.30
ulnæ cum radio connexus cuiuſmodi in animalib. aliquot. 113.9. inde
ulnæ delineatio. 108. & deſcriptio. 109.5. inde
ulnæ proceſſus anterior & poſterior 109. 22
ulnæ proceſſus, λοφώναι. 106.17
ulnæ proceſſibus nulli appendices 8. 29
ulnæ ſecundum ipſius longitudinẽ forma, & impreſſiones quædam. 112.20. eiuſdem cognoſcendæ utilitas. ead. 52
ulnæ ſinus humeri rotulam excipiẽs 109. 28
ulnæ ſubſtantia ſolida, &c. 115.11
umbilicus Veneris herba 539.27
umbilicus an corporis mediũ. 595.13
umbilici figura & deſcriptio. 355.17. & 356
umbilici à peritonæo liberati figura 356. & 357.2
umbilici uaſorũ adminiſtratio. 549. 57. eorundem præſectio. 550.31. eorundem progreſſus, ac nodi cuiuſmodi. 383.42. ex eodem præſagia. ead.
umbilici uena, arteria. quære, Vena, arteria.
umbilici uena in iecur porrecta. 356. & 357. 2
umbilici uena iecur peritonæo connecti 507.52
umbilicum non eſſe corporis mediũ 389. 39
in Vmbilicum pertinentium uenarũ & arteriarum ſeries 543.20
ungues calente aqua auferendi ratio 158.13
ungues ex quibus gignantur. 150.11
ungues ſenſus omnis expertes. 150.9
unguium eadem quæ cartilaginum ſubſtantia 4.46
unguiũ figura & deſcriptio. 149.34. 43. uſus, ac natura. 51. nexus. 150.1
unguium nerui. 150.7. & incrementa ead.13
unionum à quodam deglutitorum hiſtoria 390.49
uocis generatio cuiuſmodi 578.7
uocis materia 62.56. optima quæ 583. 2
uocis organum præcipuum aſpera arteria 577.2.50
uocis organum præcipuum, laryngis lingula 154.47
uocis organum præcipuum quod ſit iuxta Galenum 261.33
uocis plectrum gargareon 580.30
uocem nõ edere collo carentia. 62.57
uolæ mediæ ſuperſtrata carnea ſubſtantia deſcripta 303.44
uoluulus cuiuſmodi inteſtinũ. 499.7
εἱρμὸς meatus, eiuſq; ratio 542.25
urina ſeroſus humor 514.31
de Vrinæ excolatione medicorum commentum 515.46
urinæ fœtus meatus. 357.10. & 356. & 378.17. & 518.36
urinam fœtus deducentis meatus ratio 542.25
urinæ ſeminiſq; communis meatus. 528.22. eiuſdem ſeparati exemplũ. 529. 23
urinam è renibus in ueſicã deducentium meatuum hiſtoria. 518.43. eorundem artificioſa inſertio 519.9
urinam ueſicæ deferentiũ meatuum delineatio. 379.10.36. & 378
de Vrinarij meatus operculo figmentum quorundam 516.46
urinariorum meatuum ad ueſicam examen 556.23
urinariorum meatuum in muliere examen 557.38
urinariorum meatuũ principia declarantes figuræ 371.50
de Vſu partium libri ex aliorum ſententia à Galeno conſcripti 350.4
uterus muliebris & aſinæ, acetabulorum expers 540.9
uterus qualis in non prægnantibus. 529.53. in imprægnatis. 530.23. inde
uterus quibus partibus adnaſcatur, & quas ſolum tangat 536.32
uteri acetabula uerè quæ, & quæ primo, ſecundo & tertio, ita nuncupata 539.19.39. inde
uteri acetabulorum examen. 558.28
uteri acetabulorum ratio cuiuſmodi 539. 28
uteri canini & uaccini delineatio 382. 12
uteri ceruix an multis & orbicularibus muſculis intertexta 535.10
uteri ceruicis delineatio 378
uteri ceruicis ratio 537.44
uteri ceruicis ſubſtantia 535.1
uteri cornua 532.35
uteri cornua in homine, Galeni figmentum 286.14
uteri muliebris cornua quid ab aliorum animantium cornibus differant 533.6
uteri cum illũ peritonæo alligãtibus membranis delineatio 380.14
uteri cum mamillis conſortium. 544. 43. & 546.46
uteri & ueſicæ ſitus delineatio. 377. & 378
uteri ac ueſicæ ſitus quî obſeruãdus. 557.22. & forma ead.43
uteri fœtu turgidi delineatio 382.40
uteri forma delineata. 381. & 530. 35. cur Arabibus quadrata dicta. ead. 47
uteri in fundum & ceruicem diuiſio 529. 35
uteri fundus puellis minor. 533.36. ceruix mollior 535.14
uteri fundi os omento cõprimi. 495.9
uteri fundi oris ad ceruicis os prolapſus 530.7
uteri fundi os, quibus in pudendum ſoleat propendere 533.33
uteri fundi orificium 380.14. cuiuſmodi 532.11
uteri fundi ſinus. 530.56. cuiuſmodi 531. 30
uteri fundi ſubſtantia 533.46
uteri interna ſuperficies cuiuſmodi 531. 53
uteri muliebris ab aliorũ animalium uteris differentia 530.32
uteri muliebris magnitudo. 533.16. & 331
uteri muſculi 536.36
uteri muliebris muſculorum deſcriptio. 286.7. functio, ead.17. adminiſtratio ead.43
uteri officium, ipſiuſq; conformationis ratio 537.5
uteri orificium in coitu non ſemper aperiri. 532.20. neq; penem eo excipi ead.30
uteri os, & uteri ceruicis os, nõ idem 532. 14
uteri ſedem & ceruicem petentiũ uenarum examen 557.35
uteri ſitus, partiumq; uicinarum contactus 529.41. inde
uteri ſitus quatenus fœtuũ ſexus ratione uariet 530.29
uteri ſitus ratio. 537.6. item formæ. ead.11. magnitudinis. 15. ſubſtantiæ. 19. ſuperficiei & nexus. 32. orificij fundi 39


uteri

uteri superficies cuiusmodi 530.50
uteri testes 520.12
uteri tunicæ 533.57
uteri tunicæ interioris fibræ cuiusmodi 534.48
uteri uenæ & arteriæ, seminaliumq; organorum constructio. 535. 21. & 536. 10
uteri uenarum & arteriarum in fœtus inuolucrum implexus 541.35
uteri uenarum & arteriarum ratio 538. 5
uterum humanum nunquam spectasse Galenum 532.43
utero leuius gerēdo, quomodo prospexerit mulieribus Natura 132.1
uuea dicta tunica 647.44
uuea cur pro gargareone 580.15
VVOLPHANGI HERVVORT patricij Augustani laus 35.55

X



ἰσχοδὲς in pectore locatum os 93.2
ξιφοειδὴς cartilago ab infima pectoris ossis sede educta 167.46

Y



Λαγωειδὴς dictus humor 647. 5
ὑδατοειδὴς 649.22
ὑοειδὲς os. 1.39. & 11.56. & 55.34. & 167.26
υ referentis ossis figura 55.5.11
ὑαλοὶν 244.32
ὑποζωκὸς tunica Græcis dicta, quæ 570. 29
ὑφιλοειδὲς os 55.34. & 167.26
ὑφιλοειδὴς futura 166.28

Z



Ac & Zachd 536.41
zeudech 30.34. & 166. 32
ziphac, zimphac. 385. 52
zirbus, zirbus adipinus 494.39
ζύγωμα & ζυγώματα 1.37. & 33.13. ζυγώματα, ζυγοειδῆ ossa, & ζυγώδη. 167. 8

INDICIS FINIS.

SERIES CHARTARVM.

*a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm

Omnes terniones, præter m & Mm quaterniones. Cæterùm in m propter insutam extra reliquas chartas figuram quaternione, obseruabis semifolium ideo iniectum, ut ex imaginibus ipsi impressis uariæ portiunculæ, insutæ illic figuræ committi queant. Sic & p, propter insuendam figuram, triernio efficitur.

BASILEAE, EX OFFICINA IOANNIS OPORINI,
*Anno salutis reparatæ* M D XLIII.
*Mense Iunio.*

VIRTVTI




INVIA NVLLA

EST VIA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -